R. P. ANTONII

DE ESCOBAR ET MENDOZA,


E SOCIET. IESV,

Commentarij Litterales, & Moralès.

IN

VETVS AC NOVVM TESTAMENTVM.


ANTONIVS DE ESCOBAR ET MENDOZA SOC. IES


EVANGelium
LEX
In Columna ignis Euangelium
In Columna nubis lex.
Mariæ sine labe victoria
à Maria decantata
VETVS AC NOVVM TESTAMENTI
literalibus & moralib. comentarijs illustratū
Per R.P. Antonium de Escobar et Mendoza Vallisoletanū Societatis IESV Theologum
TOMVS PRIMVS CONTINENS
Quinq; libros Mosis SCILICET
Genesim
Exodum
Leuiticum
Numeros
Ac
Deutoronomium
LVGDVNI.
Sumpt. Philippi Borde Laurentij Arnaud, et Petri Borde
M DC LXVII
Sacerdotium nouum
Euangelistæ.
Ezechielis animantia.
Sacerdotiū vetus



EXCELLENTISSIMO D.

DOM. EMANVELI
GOMEZ DE LOS COBOS,
LVNA, SARMIENTO, MENDOZA,
Manrique, & Zuniga,

MARCHIONI DE CAMARASA, COMITI DE RICLA, Caſtro, Ribadauia, Præpoſito (ſiue Adelantado) maiori Regni Galletiæ; Præfecto Arcis de Vayona, Domino de las Varonias de Mezota, Mezalocha, Morillo de Toi, ac Vallis de Solana, Domino ſtatuum de Sabiote, & Gormaz: necnon Oppidorum (Hiſpanè *de las villas*) Vallium, Arciumque de Caſtro, Valdeorres, Manzaneda, Mucientes, Aſtudillo, Belliza, Villa-Bañez, & Sancti Martini de Valbeni, &c.

ANAGRAMMA.

Don Manuel	Sarmiento
Son del Numa	*No te miras.*

DE Numa Pompilio ſecundo à Romulo Romanorum Rege iuſtitia, ac pietate inſigni plura Auctores antiqui congeſſere præconia, quæ quidem tui, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, mihi contemplanti perfectiſſimam imaginem expoſuerunt. Vnde poſt

egregias Numæ dotes menti obiectas, ad te protinus alacer accurri, & in ipso nomine DON MANVEL SARMIENTO pulchro Anagrammate excogitationis meæ testimonium inueni. Literæ enim illę hanc materno eodem idiomatee sententiam reddunt. SON DEL NVMA, NO TE MIRAS. Nempe dotes, quibus es insignitus, optima ornamenta, queis instructus appares Numæ proculdubio dotes esse nemo est, qui addubitare possit. At tanta est modestia tua, tam incredibilis humanitas, vt te ad supremum dotium verticem euectum minimè aspicias. Dotes itaque tuæ praclarissimæ Numæ dotes sapiunt. Audi de Numa scribentem Ausonium. *Numa nobilitatis facilè Princeps, Regno quippe agnatus, pietate insignis, prudentia excelsus, humanitatę eximius, fal.xque ex Ægeria Diuæ Nympha coniugio.*

Quam meritò, ô MARCHIO EXCELLENTISSIME, te nobilitatis Principem vocitaro, quem tot nobilissima decorant stemmata, vt totius Hispaniæ nobilitatis epilogatio, siue collectio existas. Nam si originem Ducam ab ouo, sanguis tuus Regiis purpuratur è venis. Testor Præpositos (vulgariter *Adelantados* dixerim) Regni Galetiæ, *Sarmientos* inquā ex præcelsa vite propagines: D. Petrum Ruiz Sarmiento, D. Garciam Fernandez Sarmiento, D. Didacū Sarmiento Dominum de Mucientes, & Comitē de S. Martha, ac D. Franciscum Sarmiento. Verum vt ad te propiùs accedam, alios Præpositos Galletiæ memorabo, qui Comites de Ribadauia simul extitere. Regum Catholicorum Ferdinandi ac Elisabethæ temporibus floruit D. Bernardinus Sarmiento Comitis de sancta Martha D. Didaci Perez Sarmiento filius, qui ob præclarissima Martialia gesta, & primus Ribadauiæ Comes, & maior Regni Galletiæ Præpositus Regum fuit effectus gratitudine Clarissimam D. Bernardinus Sarmiento vxorem duxit D. D. Mariam Pimentel Dominam de Valdeorres, & Manzaneda, quæ Benauentanæ stirpis fulgorem eximiæ pietatis gloria mirum in modum decorauit. Hoc coniugium vnam & alteram edidit filiam, D. D. Franciscam Sarmiento, quam ob egregiarum virtutum exercitamenta *La Buena* à ciuibus nuncupabatur: & D. D. Mariam Sarmiento. Nupsit Francisca D. Henrico Henriquez Archilacassi Castellæ (siue *del Almirante de Castilla*) filio, secundo Ribadabiæ Comiti. Sed quia pulcherrimi tanti coniugij flores fructus non pepererunt, D. D. Mariæ Sarmiento secundæ D. Bernardini filiæ cessit hæreditas. Colligata est còiugio D. D. Maria D. Ioanni Hurtado de Mendoza tertio Ribadauiæ ex coniugio Comiti filio Dominorum de Moron, & Gormaz, quorum nobilitate, gloria Hispania ditescit, trahentibus scilicet originem hisce Dominis recta linea ex celeberrimo D. Ruidiez de Mendoza Domino de Moron & Gomaz Regis Ioannis II. maiori OEconomo, Arcis Segouiensis pulcherrimæ Custode, Principis Henrici Pædadogo. Profectò eximius vir Ruidiez de Mendoza duos suscepit filios, D. Aluarum de Mendoza Dominationis hæredem, qua Lodosæ Comites potiuntur. & D. Ioannem Hurtado de Mendoza, D. D. Mariæ Sarmiento (vt dixi) coniugem meritissimum. Ex hoc fęlicissimo consortio pulcherrima quinque

germina

germina processere. Primogenij gloria fruitur D.Didacus Hurtado de Mēdoza quartus Ribadauiæ Comes,(quem Salazar de Mendoza lib. 2. cap. 14. D. Didacum Sarmiento de Mendoza appellat) qui quidem ob præclara merita ab Imperarore Carolo V. perpetuo maioris Præpositi Regni Galletiæ titulo donatur. Secundo natus illustrissimus D.D. Aluarus de Mendoza Palentinus Præsul, de cuius virtutibus nunquam laus conticescet. Tertium locum natalitij obtinuit filia multis filiis præclarior D.D. Maria de Mendoza virtutibus, ac dotibus eximia, quę in matrimonium collocata est D Francisco de los Cobos maiori Commendatario Legionensi: quo ex consortio editi fuere in lucem D.Didacus de los Cobos & Mendoza (de quo inferiùs)& Ducissa de Sessa, è qua Duces de Sessa prodiere. Cæterùm ex eisdem augustissimis parentibus duę filię nascuntur, quarum altera Mariscali de Noriel, altera ei illustrissimo viro coniūgitur Comitū de Saluatierrà patenti qui clarissimo de *Sarmiento* cognomine honorantur. Iam verò D. Didacus Hurtado de Mendoza Sarmiento præfari D. Ioannis Hurtado, & D.D. Marię Sarmienro primogenitus coniugem duxit D.D. Leonor de Castro filiam D.Dionysij de Portugal D.Ferdinandi Ducis Bragatię, ac D.D. Beatricis de Castro Comitis de Lemos filię. Huius coniugij fructus D.Ludouicus Perez Sarmiento de Mendoza quintus Ribadauię Comes germinauit Hispanus proculdubio Mars, cuius fortitudinem Flandria miratata est, & bellicà de San Quintim expeditio replicatis Regis Philippi triumphis, proclamauit. In matrimonium habuit ille D. D. Mariam de Toledo Ossorio, & Moscosso Comitum de Altamira filiam. E tam inclyto Heroe, è tam pręclara Heroina D.D. Leonor Sarmiento de Castro progignitur, quę consobrino suo sexto Ribadauię Comiti D.Didaco de los Cobos & Mendoza coniugali vinculo illigatur, filio quidem Commendatarij maioris D.Francisci de los Cobos, Præpositi de Cazorla, Domini de Sabiote, & D.D.Marię de Mendoza, de quibus superius. At quia clarissima Comitissa D.D.Leonor Sarmiento de Castro florida ætate, sine prolis fructu secessit, D.D.Maria de Moscosso eius matre superstite, vulgata illa lis circa dotem exoritur. Quid plura? D.D.Francisca de Luna, Marchionissa de Camarassa, ac Ducissa de Ricla, Regum Aragoniæ augustissima propaga ex D.Didaco de los Cobos & Mendoza D.Franciscum de los Cobos & Luna enixa est; peperit feliciter & D. D. Aluarum Sarmiento de Mendoza paternum tuæ Excellentiæ Auum pręclarissimū septimū Ribadauię Comitem. Nupsit D.D. Luisę Laso de Castilla & Zuñiga Dominę Maioratuū de Balbeni, & Tapia virtute ac nobilitate eximiæ. Verū clarissimus hic Princeps ingenio ac prudentia pręstātissimus incredibilē omniū sibi plausū acquisiuit. Sapientia mira præditus, fuit olim Salmanticensis Academiæ florētissimę meritissimus Rector. Simul ac domus tātæ hæres exsurrexit, & duxit D.D. Luisam tātæ claritudinis Heroinam effectus fuit, Regio munere, Monroy, ac Peñaroy ex Equestri Calatrauæ Ordine Commendatarius. Ex hoc autem præcelso coniugio duo fratres præclarissimi prodière D.D.

Didacus Sarmiento de Mendoza tuę Excellentiæ parens, & D. D Petrus Sarmiento de Mendoza Regius Apparitor (seu *Gentil hombre de la Voca de su Magestad*) Eques de Calatraua, cuius perspicax ingenium, sapientia, eximia, dexteritas circa res, quas *De estado* vocitant, & omnimodam eruditionem paterni iubaris referunt splendorem, & eum vere Patris tui clarissimi probant esse germanum. Denique D. D. Didacus Sarmiento de Mendoza Comes Ribadauiæ octauus sibi coniugio adstrinxit clarissimam D. D. Elisabetham Mantique de Mendoza Comitum de Castro Geriz filiam, Hæredem omnium Hispanię Principũ ęmulatione. Huius fęlicissimi cõiugij pręclarissimus prodiisti orbi fructus, PRINCEPS EXCELLENTISSIME. En quę à Maioribus accepisti, vide iam quę posteris dederis, nempe *Nobilitatis*, vti Numa, *facile Princeps*.

Recolas, precor, illius Ausonij sententię particulam: *Numa* erat *pietate insignis, prudentia excelsus, humanitate eximius*. Prius deficeret mihi dies, quam vitæ tuę ex hisce virtutibus documenta calamo. Sed vt tuę consulens modestię omnia supprimam, liceat tamen mihi de te Magno dicere quod Magno Antonio ingeniosus profatur Enodius: *Fulgorem stirpus pracipue morum radiis obumbrasti, vincens decorem sanguinis ingeny claritate, dum coruscantem germinis tui lampadem actuum serenitate transcendis, & factus es stemmatis victor tui, per quod plerósque mortalium nascendo superasti.* Aliena hæc sint verba, non est à te alienus eorum sensus. Stant à me populi quibus tanta laude tua, tanto illorum commodo imperasti. Stant Regiæ Curiæ, quæ nunquam non tuum fuere demiratæ, Concilium. Stant Principes, qui ingenuè Procerum normam profitentur. Stant Equites, qui semper tui laterones tuo ex penu ordini Equestri actiones nituntur accipere. Stat vulgus, qui elatis vocibus te magnum acclamat. Et quidem Periandro auctore, *Perfectus Princeps, quem vulgus non vulnerat: quid cui applaudit?* Stat meum experimentum. Nam cum Galletiæ fides impetu Lusitano perturbarentur, tu D. Martino de Redin Gubernatori adfuisti, illámque expeditionem tuo consilio prudentissimo, tuis subditis bello accinctis, tuis sumptibus honorasti. Stat denique pro me Palatium tuum, (quo fruitur Vallisoletana Ciuitas) modestiæ Schola comitatis, ac vrbanitatis gymnasium, afflictorum asylum, refugium pauperum, & vno verbo Christianorum Principum singularis idea. Scilicet ab vno capite in familiæ ingentis corpus tacito, sed efficacissimo exempli influxu, prudentia, modestia, pietas, comitas deriuari videbantur: nisi quod diuisas per familiarum singulas virtutes in vno collectas Principe suspicimus. Campus patescit amplus, cuius germinum copia me inopem proculdubio reddit. Vnde cum Gregorio Nazianzeno succlamo: *Ita fit, vt mihi copia quodammodo in detrimentum cedat, ménsque ipsa exploratur, dum illius laudes explorare aggreditur, nec superiorem inter pares inuenire potest. Nam quod in tranquillis vndis euenire cernimus, vt cum coniectus lapillus centrum affecerit, alius super alium circulus excitetur, continentérque in superficiem agitatus æternum circulum semper dissoluat:*

solu at: id mihi planè quoque accidit. Aliud enim in mentem venit, aliud superuenit, aliud sese subducit atque in delectu laboro, dum id, quod prius arripui, ei, quod postea in animum influit, loco cedit. Quid illustrius, & quid accommodatius?

Illud non dum ex Ausonij sententia euolui: *Felix denique* Numa *ex Ægerta Diua Nympha coniugio.* An non comparanda imo præponenda Diuæ Ægeriæ clarissima Heroina D.D. Elisabetha Portocarrero & Luna excellentissimi D.D. Christophori Portocarrero Comitis Del Montixo, ac præclarissimæ D.D. Annæ Luisæ de Luna Comitissæ de Fuentidueña fælicissima nata? An non quæ Venerem pulchritudine vincit, illa refulget dote, quæ assolet formæ fugere præstantiam, prudentia scilicet & intelligentia, qua Iunonem superat? An non virtute modestissimam lucorum incolam Diuam æmulatur? Ergo augustius ei pomum aureum triplici ex titulo deberetur: siquidem pulchritudinis, prudentiæ ac pietatis cunctis Heroinis exponit specimen. Nonne Ægeria sterilis Numæ coniux aspectans Elisabetham tuam acri pungetur inuidia, dum ei obiecti fuerint Balthasar, & Elisabetha speciosissimi quidem Infantes, quorum in illo mater fęlicissima Parentis excellentissimi simulachum exposuit, in hac verò sui ipsius perfectissimam expressit imaginem. Adhuc Elisabetha tua prægnans, vt tot edat Hispaniæ natos vt eam clamemus Matrem Berecinthiam *centum* (quid centum?) mille nepotibus stipatam.

Iàm verò illam Annagrāmatis expedio dictionem, quam Hispano idiomati reddit tuum clarissimum nomen *Sarmiento. No te miras.* In cuius expositionem illud Herodoti expendam: *Rarus, qui supremo addictus vertici, cunctis ornatus dotibus non se vanus aspiciat.* Te humanissime Princeps tot fortunæ gratiæque dotibus decoratum minime aspicis tibi planè superior.

Quæ cum ita sint, multa me cogunt, vt meum tibi munusculum exilis ingenij mei fœtum consecrarem. Cogit tuus in nostram Societatem affectus quem à sanguine lactéque suxisti; nam à quot augustissimarum Domorum seu Familiarum Vitibus nobilitatis succum tua haurit Propago, (siue *Sarmiento*) tot nactus es ad Societatem IESV amandam stimulos. Vnicam testor D. D. Annam Felix de Guzman Comitis de Oliuares Filiam Marchionissam de Camarassa propinquam tuam, inclytam plane Heroinam, quam innumeris titulis de Societate foret benemerita obęrati testamur omnes, qui Collegium Madridense, vbi nouellæ nostræ plantæ eius pietate, ac munificentia irrigantur, intuemur. Cogunt specialissima beneficia, quem tuus à te totiens accepi. Attamen nè ex munusculi exgiguitate manum contraham, illa me tua allicit humanitas, qua Numam exuperas. Accipe ergo EXCELLENTISSIME PRINCEPS, quod tibi alacer offero. Efferes munus, si accipias; nam quæ à Magnis accipiuntur, magna videntur fieri, vel hoc solùm, quòd ab illis magni fieri censentur. Itaque licet magnitudinem, qua emines, & verear, & reuerear, reuerentiæ

rentiæ tamen non infeci decorem,cum nomen tuum meo Volumini præfixi.Nõ te demittet vilitas operis,quod te in frõte gestat:sed ipsa operis vilitas tuo nomine euehetur adeò, vt inter præstantissimos ingenij partus possit annumerari.Vis obiiciam tuæ humanitatis symbolum mei ausus occasionem? Tua humanitas, ac benignitas aurum est. Audi de Sophronio scribentem Gregorium Nazianzenum. *Aurum*, inquit,alias quidem alio modo immutatur, & effingitur, in multos ornatus informatum,atque in multas res ab arte traductum:aurum tamen vt est,manet,nec materia, sed forma *mutationem suscipit.* Eodem modo tuam quoque humanitatem in amicos tuos(seruos dixerim)manere existimantes, etiamsi ad altiores quotidie Principatuum gradus (replicatis enim Titulis Princeps existis, & replicatis adhuc multipliciter Princeps eris) proueharis, hanc tibi deprecationem offerre minimè dubitauimus quod scilicet magnitudinem tuam non magis metueremus,quã moribus tuis confideremus. Pro *Deprecatione Munus literarium* Nazianzeni sententiæ, substituo, & quod ab alieno calamo accepi, à mea alienum mente minime adesse existima. Satis mihi PRINCEPS EXCELLENTISSIME, si tibi Magno leue hoc non displiceat obsequium.

Tui obsequentissimus

ANTONIVS DE ESCOBAR ET MENDOZA.

LECTORI

LECTORI MEO.

VOLUMINIS frons totius sacra Pagina præsentat Imaginem, Christus enim & Moses dexteras conserant, ut Vetus Testamentum ac Nouum in vnum cohærere signent: Vetus enim Nouum præsignauit. Vnde Mosem succedit Maria soror, sacerdos sequitur Aaron, quatuor animantia Ezechielis obiiciuntur: vt Maria Deipara, Petri Pontificis seu sacerdotij nostri, Euangelistarúmque claritatem adumbrent. Botrus Terræ promissæ, & Manna Vrna Eucharisticam adumbrant Mysterium. Liber septem sigillis obsignatus in Aaronis manu ipsum connotat in manu Petri reserandum septem exaratum Sacramentis. Lex itaque in Columna nubis Euangelium in ignis Columna fulgens repræsentans ostenditur.

Instituti mei rationem ipse operis iudicabit stylus. Decurrenti calamo totius Veteris ac Noui Testamenti seriem expendendo plura ex vi litera moralia interserens documenta ano virtutum encomia, nat vitiorum flagella. At ne passim sensus intersecaretur sigillatim. Versus singulos non expendo, præcipuè cum texitur Historia: aliquando immutaturus scribendi rationem, eam sacra Pagina materiam immutauerit.

Primo itaque hoc Volumine Pentateuchum expendo: Et quidem Pentateuchus vox ex Græca πέντε Quinque, & τεῦχος Volumen Quinque librorum significat, videlicet Genesis, Exodi, Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij. Ab Hebræis תורה Thora seu Lex, aut Liber legis Domini appellatur. Conscriptus est Hebraicè à Moyse primo inter Scriptores Ecclesiasticos nato, iuxta Bellarmini de Scrip. Eccles. computationem anno bis millesimo quadringentesimo tertio à mundi initio. Is in omni scientia Ægyptiorum eruditus anno octogesimo vitæ suæ iussu Dei Hebræorum suscepit Principatum, anno videlicet mundi 2483. & ex Ægypto eduxit, rexitque annos quadraginta. Eius vitam miraculosam, formam præcellentem, mores heroicos, studia præclara, sapientiam singularem, rerum gerendarum inauditam dexteritatem sacræ Literæ singulariter explicant. Suo in Pentatheuco ab initio mundi vsque ad annum centesimum ac vigesimum ætatis suæ collegit historiam: hoc est, vsque ad annum post orbem conditum bis millesimum quinquentesimum vigesimum tertium. Octo tamen postremos versus ab ea particula. Et mortuus est Moyses, Iosue post Mosis obitum suppleuisse creditur; tametsi Iosephus affirmet Moysem mox moriturum se ipsum in Voluminis fine mortuum descripsisse, veritum, ne propter eximias virtutes suas à Deo raptum Hebræi prædicarent.

Primus itaque Pentatheuci Liber est Genesis, in quo obiecta habes omnium creaturarum natalitia, hominis lapsum, fœdus, & restitutionis promissionem, diuinæ iustitiæ magnitudinem, & erga Ecclesiam amorem, in eaque extruenda, ac regenda solicitudinem. Terræ diluuium, linguarum ac Gentium diuisionem, Patriarcharum res gestas vsque ad Iosephi obitum: Historiam scilicet annorum plus duorum millium ac ducentorum Hebræi ritu patrio à prima Libri voce eum בראשית Bereschit septuaginta à materia, de qua agit, γένεσιν vocitant. Latini idem nomen retinent, quo significatur rerum omnium creaturarum generatio.

Secundum locum obtinet Exodus, quem Librũ Hebræi ואלה שמות Veelle semoth, id est, Et hæc sunt nomina, quod eodem modo in Hebræo incipiat, Græci verò Ἔξοδος Latini exitus, quod in eo exitus filiorum Israel ex Ægypto describatur. Continet gesta annorum centum & quadraginta sex à morte videlicet Ioseph vsque ad Tabernaculi apud deserta constructionem. Narrat decem Ægyptiis inflictas plagas, Decalogum cum diuinis præceptis exponit.

Liber Leuitici tertio loco aptatur. Hunc Hebræi ritu patrio à prima libri voce ויקרא Vaicra, id est, Et vocauit. Græci Λευιτικὸν. Latini Leuiticum, quod de sacrificiis ad Leuitas spectantibus, & de ipsis Leuitis ac Sacerdotibus, corúmque functionibus potissimum agat. Ostenditur in illo quonam pacto Hebræi sacrificia de ouibus, capris, & auibus facere, & quonammodo animo ac corpore, id est, non solùm internis actibus, sed etiam externis, ac rebus sensibilibus Deum colere deberent. Continet vnius Mensis historiam, hoc est, ab erectione Tabernaculi in deserto vsque ad numerationem eorum, qui apti erant ad certamina.

Liber quartus Numeri, quem Hebræi à primis dictionibus וידבר Vaiedaber, id est, Locutus est appellant Græci Ἀριθμοὶ Numeri Latinis, quod in eo fiant numerationes populi, Primogenitorum, Leuitarum, & Mansionum. Licet enim in eo agatur etiam de præceptis ceremonialibus, ac Iudicialibus: de ceremonialibus tamen specialibus in Libro Leuitici, & de iudicialibus in Libro Deuteronomij, vbi tota lex indicetur. Continet triginta & octo annorum, mensium nouem & dierum viginti narrationem, hoc est, à prima die secundi mensis anni secundi egressionis de Ægypto, vsque ad mansionem in campestribus Moab super Iordanem, vbi postea mortuus est Moses.

Quinto denique loco Deuteronomium *scribitur. Quem Librum Hebrai* Velle hadde varim, *id est.* Hæc sunt verba *appellant Graci* Δευτερονόμιον, *Latini* nomium *vocitant, siue Lex secunda, hoc est, lex secundo siue altera vice repetitur* *describitur, qua iam in Exodi, Leuitici, Numerorúmque Libris fuerat digesta: ita tamen procedit, vt obscura declaret, prohibita breuiter replicet, omissa suppleat, auribúsque Israe*[...] *culcet. Enarrat facta mensium duorum nouissimi anni vita Mosis in Campestribus Moab*

Monuerim, me à Patrum testimoniis ad Conceptuum Moralium confirmationem abstinere, [...] *in Voluminibus studeo Lectori meo circa Literalem ac Moralem sensum solummodo explicare qui*[...]*tiam, expressurus, fauente Numine, totidem aliis Voluminibus quid Patres senserint, in ea scili*[...] *quam digero, Conceptuum Moralium Catena.*

APPROBATIONES DOCTORVM.

IN lucem prodeant *Commentarij Litterales, & Morales in Pentatheucum*, siue quinque Libros Mosis, R.P. ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA Societatis IESV; in quibus nos infrascripti in alma facultate Parisiensi Doctores nihil Fidei Orthodoxæ contrarium reperimus. Datum Lugd. die 4. Maij 1652.

F. M. MICARD, Minor.

F. FRANCISCVS IORNET, Ordinis Prædicatorum.

LICENTIA ORDINARII.

VIso per nos tam luculento testimonio, licet dictis Commentariis R. P. Antonij Escobar & Mendoza, Societ. IESV, in lucem ad publicam vtilitatem prodire. Lugduni die 8. Maij 1652.

DEVILLE, Prouic. Generalis.

CONSENSVS.

VIsis supradictis Approbationibus, hunc librum inscriptum, *Commentarij Literales & Morales in Pentatheucum*, &c. Typis mandari, & in lucem edi sumptibus Philipp. Borde, Laurent. Arnaud, & Claud. Rigaud, Bibliopolarum Lugdunensium; Ego Regis Consiliarius, & Procurator in dicta Vrbe Lugdunensi non impedio, Lugduni 10. Maij 1652.

LORIN.

PERMISSIO.

VIso Procuratoris Regis consensu, fiat vt petitur, & ne quis vltra concessam facultatem denuo excudat hunc Librum prohibemus. Datum Lugduni die 10. Maij 1652.

SEVE.

OPERVM

OPERVM, QVÆ R. P. ANT. DE ESCOBAR, & MENDOZA è SOCIET. IESV edidit, quæ, ſcripta non edidit, & quæ editioni digerit, recenſio.

I. ADOLESCENS prælo dedit, Hiſpanis Carminibus.
S. Ignacio. Poëma Heroico.
II. *Nueua Geruſalen Maria.* Poëma Heroico.
III. *Gonzaga.* Poëma Lyrico, ſcripſit plures Comœdias in laudem Auguſtiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, immaculatæ Deiparæ Conceptionis, & aliorum Diuorum, quæ licet in variis Hiſpaniæ Vrbibus ſatis euulgatæ ſunt, nullam voluit typis committi. Nonnullarum (ex. gr.) numina indico.

De Euchariſtiæ Sacramento *ſeu Autos Sacramentales,*

El Cerco de Hoſtia.
La Toma de Caliz.
El Cerco de Barcelona.
El Cerco de ſanta Fé.
El Cerco de Monzon, y Recuperació de Saluatierra.
El Hambre de Egypto.
La Langoſta.
El ſol eclypſado.
La Eſpada de Vliſes.
La Taona de Sanſon.
Elias en Sarepta.

De Immaculata Deiparæ Conceptione.

El Peregrino Deſeo.
El Racimo de Engaddi.
La Eſther Maria.
La Iudith Maria.
La Eſtella Maria.

Variæ de Sanctis, & de aliis argumentis ad puerorum exercitamenta.

El ſecundo Iob en Roma Vida de S. Euſtachio.
El Caudillo vizcaino. S. Ignacio de Loyola.
El ſol del Oriente primera y ſegunda parte. S. Franciſco Xauier.
El Duque ſancto. B. Franciſco de Borja.
El Angel en la Corte. Niñez del B. Luis Gonzaga.
El Perfecto en el principio. B. Eſtaniſlao.
Los Martires del ſalſete. P. Rodulpho Aquauina y ſus Compañeros.
El Mozo perſeguido. Chicatora en Iapon.
La Y de Pitagoras Camino bueno y malo de la Iuuentud.
Amor con viſta. Deſengaños del Amor profano.

Alias plures ſcripſit, variaque ad Certamina poëtica Carmina.

IV. Edidit *Chriſtianam Doctrinam & Orthographiam* Hiſpanis Carminibus ad puerorum eruditionem, quę ab Scholaſticis Grammaticis noſtris in Doctrinis publicis recitantur.

Iam vir vulgari lingua in lucem edidit:

V. *Examen de Confeſſores, y Practica de Pænitentes en todas las Materias de la Theulagia Moral.*
Cuius libelli anno hoc prodiit Pariſiis Editio quinquageſima tertia, & Matrito & Valliſoleto quinquageſima quarta, & quinta apparãtur.
VI. *Breue ſumma de lo que es Peccado Mortal en los Preceptos de la Ley de Dios, y de la Igleſia.*
Ad conſcientiæ ſcrupuloſæ medicamen.

Latinè vero prælo commiſit.

VII. *Liber Theologiæ Moralis viginti quatuor ſocietatis Ieſu Doctoribus reſeratus.*
Lugduni, Pariſiis, Antuerpiæ, & alibi typis ſæpè expreſſus.
VIII. *In Caput ſextum Ioannis. De Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.*

In concionatorum vſum.

Duodecim Volumina in Euangelia ſanctorum, & Temporis panegyricis moralibus illuſtrata.
Cum alluſione ad duodecim vitales Arbores quæ Apoc. 22. ex vtraque ripa fluminis ſacri oſtentantur.
Euangelia de ſanctis, ſeu ſex vitales Arbores ex vna fluminis ripa.

VOLVMEN I.

IX. *Lignum vitale Chriſti vita.*
Duodecim Fructus.
Verbum Incarnatum. Natiuitas Chriſti. Natiuitas

ẽ

uitas pastoribus reuelata. Circumcisio. Nomen Iesu. Epiphania. Transfiguratio. Passio Christi in horto. In domo Caypha. Apud Pilatum. Passio Crucis. Funera.

VOLVMEN II.

X. *Lignum vitale Christi solemnia.*
Duodecim Fructus.

Christi Resurrectio. Resurgentis Manifestatio. Ascensio. Mittit Iesus Spiritum Sanctum Paraclitum. Lucem. Vitam. Trinitatis Mysterium reuelat. Eucharistica Mensa Crux Inuicta Exaltata. Triumphans. Dedicatio Basilica Saluatoris.

VOLVMEN III.

XI. *Arbor vita Deipara.*
Duodecim Fructus.

Maria Innupta. Nupta. Vidua. Conceptio. Natiuitas. Prasentatio. Annunciatio. Visitatio. Expectatio. Purificatio, Assumptio. Dedicatio ad Niues.

VOLVMEN IV.

XII. *Lignum vitale Apostoli.*
Duodecim Fructus.

Petrus & Paulus. Petrus speciatim. Particulatim Paulus. Pauli Conuersio, Barnabas Pauli. Matthias. Marcus. Philippus & Iacobus. Philippus singulariter. Sigillatim Iacobus. Iacobus Maior. Bartholomaus. Matthaus. Lucas. Simon & Iudas. Simon prasertim. Iudas specialiter. Andreas. Thomas. Ioannes ante portam Latinam.

VOLVMEN V.

XIII. *Lignum vita Religionum Parentes.*
Duodecim Fructus.

Benedictus. Bernardus. Antonius Mag. Basilius. Hieronymus. Bruno. Romoaldus. Augustinus. Monica. Nicolaus Tolent. Martinus Canonicus D. Isidori Legion. Norbertus. Dominicus. Thomas Aquin. Petrus Mart. Catherina Senen. Franciscus. Stigmata. Antonius Paduens. Bonauentura. Clara. Nolascus. Ordinis sanctiss. Trinitatis Magnalia. Elias. Therefia. Franciscus de Paula. Petrus Alcantara. Ioannes de Dios.

VOLVMEN VI.

XIV. *Lignum vita Angeli, Martyres Confessores. Famina.*
Duodecim Fructus.

Michael. Angelus Custos. Ioannes Baptista. Eius Decollatio. Stephanus Innocentes Laurentius. Vincentius. Sebastianus. Blasius. Christophorus. Iosephus. Ioachimus. Martinus. Nicolaus. Ildephonsus. Isidorus. Rochus. Ludouicus. Isidrus Catherina. Lucia. Agnes. Appollonia. Vrsula. Anna. Magdalena. Omnes Diui defuncti fideles. Depositio Defuncti. Anniuersarium Defunctorum.

Euangelia de Tempore, siue sex Arbores vitales ex ripa fluminis altera.

VOLVMEN VII.

XV. *Lignum vita Iesu Miracula.*
Duodecim Fructus.

Transfiguratio. Nauicula. Ambulat Iesus super mare. Piscium captura. Claudi apud Templum. Cacus lerucbuatinus. Cacus natus. Leprosus adorans. Decem Leprosi. Paralyticus piscina. Paralyticus in lecto. Socrus Simonis. Diabolus mutus. Surdus & Mutus. Hydropicus Reguli Filius. Aqua in vinum. Quinque Panes. Septem panes.

VOLVMEN VIII.

XVI. *Lignum vita Iesu Persecutiones.*
Duodecim Fructus.

A Leuitis Iesus tentatus. Signum cui contradicetur. Tentatur à Diabolo. A Pharisais ex Adultera iudicio. Extra ciuitatem exturbatur. Eum apprehendere Iudai intentant. Manus non lota. Murmur Iudaeorum scenopegia solemnis. Conceptum. Iuda murmuratio. Semel, & iterum eum Iudai lapidibus conantur impetere.

VOLVMEN IX.

XVII. *Lignum vitale Iesu Colloquia.*
Duodecim Fructus.

Colloquium cum Discipulis Ioannis. Cum Doctoribus Ierosolyma. Cum Samaritana. Cum Iudais apud Templum diuerberans mercatores. Cum Pharisais apud Gazophilatium. Cum Iudais festo mediante. Cum Philippo & turba. Cum Discipulis de triumpho Ierosolymitano. Cum Discipulis post Resurrectionem. Cum Pharisais capere eum in sermone procurantibus. Cum Centurione. Cum Chananaa.

VOLVMEN X.

XVIII. *Lignum vita Iesu sermones.*
Duodecim Fructus.

Sermo de Ieiunio. De Doctrina cum operibus. De Pralatorum humilitate, seu pedum ablutione. De Pœnitentia Baptismo ex ore Ioannis. De Iustitia noua legis abundantia. De duplicis Domini incompossibilitate. De Dilectione inimicorum. De Correctione fraterna. De Bono Pastore, De duobus magnis mandatis. De Oratione. De oratione rursum.

VOLVMEN XI.

XIX. *Lignum vitale Iesu Prophetia.*
Duodecim Fructus.

Pradicit iudicij signa. Describit iudicium. Signo Iona suam mortem praenunciat. Impœnitentiam Iudaeorum prasignat. Mortem suam praloquitur Ierosolymam scandens. Discessum post modicam minitatur. Spiritum sanctum venturum annunciat. Paracleti rursum praclamat aduentum. Exitium praeuidet Ierosolyma. Abominationem desolationis praenunciat. Falsorum Prophetarum futuram prascribit irruptionem. Passionem futuram Discipulis prasentat.

Volu

VOLVMEN XII.

XX. *Lignum vitale Iesu Parabolæ.*

Duodecim Fructus,

Nuptiæ filij Regis. Regis debitor. Epulo. Villicus. Cœna magna. Publicanus. Synapis. Semen. Vinea. Vinea Operarij. Zizania. Incidens in latrones. Prodigus. Osculo.

Vniversæ Theologiæ Moralis receptiores absque lite sententia: necnon Problematicæ Disquisitiones.

Sive quod frequentius, Doctoribus consentientibus, asserendum eligitur: & quod dissentientibus, plerumque in vtrumvis probabile apponitur.

VOLVMEN I.

XXI. *Generalia Principia.*

De Actibus humanis. De conscientia. De Peccatis. De vitiis capitalibus. De Legibus. De Priuilegiis. De Priuilegio magno Bullæ Cruciatæ. De Sacramentis in genere. De censuris in communi. De Iustitia, Iure, & contractibus generatim.

VOLVMEN II.

XXII. *Sacramenta.*

De Baptismo. De Confirmatione. De Pœnitentia Virtute. De Pœnitentia Sacramento. De Confessione. De Pœnitentia Ministro. De satisfactione, & Indulgentiis.

VOLVMEN III.

XXIII. *Adhuc Sacramenta.*

De Iubilæis. De Eucharistia. De sacrificio Missæ. De Extrema Vnctione. De Ordine.

VOLVMEN IV.

XXIV. *Matrimonij Sacramentum.*

Vbi *De sponsalibus. De Matrimonij Essentia. De consensu Recto. Clandestino. Coacto. Conditionato. De debito coniugali. De Diuortio. De impedimentis. De Dispensationibus.*

VOLVMEN V.

XXV. *Decalogi Præcepta.*

Vbi *De Religione. De Iuramento. De Voto. De Festorum obseruatione. De Homicidio. De Luxuria. De Furto. De Detractione. De Iudicio temerario.*

VOLVMEN VI.

XXVI. *Iustitia & Ius.*

Vbi *De rerum Dominio. De Restitutione. De Contractibus Gratuitis. De Contractibus Onerosis. De Contractibus Fortunæ. De Contractibus Adminicularis. De quasi contractibus. De nonnullis innominatis.*

VOLVMEN VII.

XXVII. *Ecclesiæ Præcepta.*

Vbi *De Missa audienda. De Confessione annua, De Communione in Paschate. De Ieiunio. De Decimis.*

VOLVMEN VIII.

XXVIII. *Virtutes Theologicæ.*

Vbi *De Fide. De Spe. De Charitate.*

VOLVMEN IX.

XXIX. *Censura Ecclesiastica.*

Vbi *De Excommunicatione. De suspensione. De Interdicto. De Irregularitate.*

VOLVMEN X.

XXX. *Triplex status Ecclesiasticus, Regularis, Sæcularis.*

In statu Ecclesiastico dissero, *De Immunitate Templorum, & Personarum sacrarum. De Beneficiis. De Pensionibus. De Simoniæ vitio.* In Regulari. *De Essentia. De ingressu. Nouitiatu. Professione.* Societatis quidem Iesu alumnus, *De illius Instituto* nonnulla recenseo. In sæculari denique. *De Iudicio forensi, siue de Iudice, Teste, Reo, &c. De Tributis. De Personarum Ecclesiasticarum, Regularium, Sæcularium Officiis in particulari.*

In Vetus ac Nouum Testamentum Commentarij Litterales, ac Morales quatuordecim Voluminibus Digesti. Intendi per breuem expositionem litteralem sine opinionum pugna, in totam scripturam sacram texere plurium Doctorum, præsertim meæ Societatis exprimens medullam. Adiiciens quidem pro litteræ opportunitate, innumeros ad Mores proprio ex marte sine Patrum confirmatione (quod facillime poteram) conceptus.

VOLVMEN I.

XXXI. *Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri Deuteronomium.*

VOLVMEN II.

XXXII. *Iosuë, Iudices, Ruth, Reges.*

VOLVMEN III.

XXXIII. *Paralipomenon, Esdras, Tobias, Iudith, Esther.*

VOLVMEN IV.

XXXIV. *Iob. Psalmi.*

VOLVMEN V.

XXXV. *Prouerbia, Ecclesiastes. Canticum Canticorum. Sapientia, Ecclesiasticus.*

VOLVMEN VI.

XXXVI. *Prophetæ Maiores,* nempè *Isaias, Ieremias. Threni.*

VOLVMEN VII.

Adhuc *Prophetæ Maiores, scilicet Baruch. Ezechiel, Daniel.*

VOLVMEN VIII.

XXXVII. *Prophetæ Minores,* Videlicet *Oseas, Ioël, Amos, Abdias. Ionas, Micheas. Nahum. Habacuc, Sophonias, Aggæus. Za-*

charias, Malachias.

VOLVMEN IX.

XXXVIII. *Machabæi.*

VOLVMEN X.

Nouum Testamentum.

XXXIX. *Mattheus. Marcus.*

VOLVMEN XI.

XL. *Lucas. Ioannes.*

VOLVMEN XII.

XLI. *Acta Apostolorum.*

VOLVMEN XIII.

XLII. *Pauli Epistolæ. Ad Romanos. Ad Corinth. 1. & 2. Ad Galatas. Ad Ephesios. Ad Philippenses Ad Collosenses. Ad Thessalonicenses 1. & 2. ad Timotheum 1. & 2. Ad Titum. Ad Philemonem. Ad Hebræos.*

VOLVMEN XIV.

XLIII. *Epistolæ Catholicæ. Iacobi. Petri 1. & 2. Ioannis 1. 2. & 3. Iudæ. Apocalypsis Ioannis.*

Opera, quæ prælum nondum subiere.

I. *In Canticum Canticorum Salomonis.* *Siue de Maria Deipara Elogiis ex Patribus* Rursum.

II. *In Canticum Canticorum Salomonis.* *Siue de Maria Deipara Conceptione immaculata non iam confirmata argumentis; sed post Bullam Sanctiss. Alexandri VII. Panegyricis illustrata.*

Hæc duo Volumina multis retrò annis digesseram, & in lucem dari paraueram: sed affectum continui, vt Opus hoc adhuc limæ addictum esset meæ filius senectutis. Primum Volumen propediem euulgabo: Alterum illud sequetur, postquam excogitationes, quæ Conceptioni immaculatæ probationi seruiebant, eiusdem iam Panegyricis accommodo.

III. *De Paradiso.* Siue de Virtutis Pulchritudine.

IV. *De Decem Ægypti Plagis.* Siue de Peccati Fœditate.

V. *Centum spirituales exhortationes.* Queis D. P. N. Ignatij Regulæ ponderantur.

VI. *In celebriora Veteris Testamenti Historiarum puncta. Ad Conciones Vespertinas.*

VII. Ex.gr. Ex Historia Adami. *Paradisus. Adami. Costa Abelis sacrificium. Prima Mors. Turris Babylonica. Incendium Sodomiticum.* Et sic de aliis Historiis. Triplici Volumine diuiduntur.

Vbi puncto Historiali breuiter enarrato, tres Moralitates Scripturæ ac Patrum confirmatæ conceptibus excitantur vni Concioni deseruientes. Et sic de reliquis.

XI. *Thesaurus Concionatorum.*

Vbi circa Euangelica, quæ tam de Tempore, quam de Sanctis Ecclesia canit, copiosam admodum specialium ex Patribus conceptuum Moralium vim diuiriarum expono. Mox vero tres perfectas Conciones singulis Euangeliis adiicio, in quibus equidem nihil ex iis, quod in duodecim meis Sanctorum, & Temporis Voluminibus scripsi, reperietur. Hæc vero quatuor digeruntur. Et quidem vita, Deique ope comite, prælo tradentur. Igitur quadraginta tribus editis Voluminibus, alia vndecim prælo tradenda digerit.

SVMMA

SVMMA,

ET EPITOME LOCVPLETISSIMA

Rerum omnium, quæ in præloquiis Tomi primi in totam ſcripturam ſacram præmittuntur; non minus vtilis, quàm neceſſaria ad plenam vtriuſque Teſtamenti intelligentiam.

ANTONII

ANTONII DE ESCOBAR ET MENDOZA, SOCIET. IESV THEOLOGI,

In vtrumque Testamentum Præloquia.

Commentariis Litteralibus, Moralibúsque in totam Scripturam Sacram Præloquia, quæ sacrarum litterarum studio addictum manuducere possent in penitiora Scripturarum adyta, præmittenda operæpretium duxi. In his nodos multos expedio, tricas explico, quæ vniuersim de Scriptura assolent moueri, facesseréque negotium possint, non parua, quantum arbitror, ad totius Scripturæ intelligentiam lucis accessione. Veteris legis sub nubis columna apparatum expono, vt sub ignis columna, ablegatis vmbris Christi rutilet Euangelium. Dum vnius, alteriúsque Testamenti mysteria dextras inserunt.

PRÆLOQVIVM PRIMVM.

Librorum Canonicorum Catalogus, Scriptores, Lingua, Instauratio, Interpretatiònes, aliæque Traditiones.

CAPVT PRIMVM.

De Librorum Canonicorum Cathalogo.

1. Cur libri Scripturæ Canonici appellantur.

CERTVM est, Libros Scripturæ à Canone vocitari Canonicos. Canon autem duplicem admittit significationem. Aut enim est regula, quam sequimur, aut Cathalogus, seu numerus aliquarum rerum. Vtroque sensu libri Scripturæ Canonici adpellantur. Priori quidem, quia continent normam, siue regulam; quam in fide, ac moribus sequi debemus. Posteriori autem, quia in Librorum diuinorum relati sunt Cathalogum.

2. Canon librorum Scripturæ Iudaicus.

Quinam igitur posteriori hoc modo veteris, ac noui Testamēti libri Canonici sūt? Profectò Canon, seu Cathalogus librorum veteris Testamenti duplex est: Vnus Iudaicus, qui tempore Esdræ, seu ab ipso Esdra, vel à Sacerdotum Concilio, cui ipse interfuit, est confectus. Canone in hoc consignantur libri: Pentateuchus, Iosue, Iudices, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenō duo, Iob, Psalterium, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Prophetæ maiores quatuor, Prophetæ minores duodecim.

3. Canon Christianus.

Canon alter Christianus, qui Innocentij I. authoritate confectus est. In quo sanè præter libros annumeratos, etiam hi continentur: Tobias, Iudith, Esther, Sapientia, Ecclesiasticus, Baruch, & duo Libri Machabæorum.

4. Omnes Libri contenti in Christianorum Cathalogo, sunt Canonici.

Omnes tam Iudæi, quam Christiani profitentur libros omnes contentos in Iudæorum Cathalogo esse Canonicos. De posterioribus aliqua adest dissensio. Nam Iudæi, Lutherani, ac Caluinistæ negant esse Canonicos. Affirmant Innocentius I. epist. 3. ad Exuper. 3. cap 7. Augustinus lib. 2. de Doct. Christ. c. 8. Concil. Trident. sess. 4. & omnes Catholici, qui hoc Concilium sequuti sunt. Certè non satis constat, num Liber Esther positus fuerit in

in Iudæorum Canone, nec ne. Magni Auctores negant, Athanasius in Synop. Nazianze. Carm. de genuin. Scriptu. Affirmant Hieron. in Prolo. Galeato, Lyran. & alij multi. Mihi sufficit, positum esse in Christianorum Canone, & ab Ecclesia Catholica pro Canonico recipi, & approbari. Ac non maior esse apud Christicolam Ecclesiæ, quam Synagogæ, authoritas, præsertim cum certò constet, qui libri sint Canonici iuxtà Ecclesiæ definitionem, & tamen non certò constet, qui sint Canonici iuxta definitionem Synagogæ?

5. Libri Canonici ad nouū Testamētum spectantes.

Porrò libri Canonici ad nouum Testamentum spectantes hisce verbis à Tridentino illa sess. 4. recensentur. Quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli, tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli.

6. Aliqui præter hosce extitere sacri libri. Viginti annumero Volumina.

Monuerim, præter hosce aliquos alios extitisse libros sacros, qui periere, varios quidem Sacrarum Scripturarum locis memoratos. Primus *Liber Bellorum Domini*, Numer. 21. 14. Secundus *liber Iustorum*, seu *liber Recti*, Iosu. 10. 13. & 2. Reg. 1. 18. Tertius *liber verborum*, seu rerum gestarum, *Salomonis*. 3. Reg. 11. 4. Quartus *liber verborum Regum Israel*. 3. Reg. 14. 19. Quintus *liber verborum Regum Iuda* 3. Reg. 14. 24. Sextus *Samuelis libri*. 1. Paral. vlt. Septimus alius *Samuelis liber*. 1 Reg. 10. 25. Octauus *Nachanis*. 1. Paral. 29. 29. & 2. Paral. 9. 29. Nonus *Gad. Prophetæ*. Ibid. Decimus *Abiæ Prophetæ*. 3. Reg. 14. 18. & apertius 2. Paral. 9. 29 *in libris Abiæ Prophetæ*. Vndecimus *Ado Prophetæ*. 2. Paral. 9. 19 Duodecimus *Iehu Prophetæ*. 2. Paral. 20. 34. Decimus tertius *Chozai Prophetæ*. 2. Paral. 33. 19. Decimus quartus *Salomonis tria millia Parabolarum* 3. Reg 4. 32. Decimus quintus *Salomonis Cantica quinque & mille* 3. Reg 4. 32 Decimus sextus *Salomonis Physica de plantis, iumentis, volucribus, &c.* Ibid. Decimus septimus *liber Enoch*. vt ex Iudæ Apostoli Epistola Augustinus lib de Ciuit 18. c. 18. colligit. Decimus octauus *Epistola Eliæ Prophetæ*, quam ad Regem Israel immissa. 2. Paral. 21. 12. Decimusnonus *Ieremiæ descriptiones*. 2. Macb. 2. 1. Vigesimus *Ioannis Hircani liber dierum*. 1. Mach. vlt. 24.

7. Plures ex his fuere Canonici.

Probabiliter assero, si non cunctos annumeratos, certè aliquos fuisse Canonicos diuinæque authoritatis, eos præsertim, qui non simpliciter citantur, sed cum elogio ac titulo Prophetæ.

8. Qua ratione perierint.

Qua verò ratione hi perierint libri non facilè diuinaueris. Putauerim quidem periisse & custodientium negligentia, quomodo parum abfuit, quin ipse liber legis, hoc est Deuteronomium intercideret, quod sub Iosia narratur 4. Regum; & aliquorum impietate, quemadmodum Ioachim Ieremiæ Prophetæ librum scalpello scidit, & in ignem proiecit. Ierem. 36. 23. & diuina voluntate ob Iudæorum crimina, quemadmodum Tabulas Legis digito suo scriptas à Mose Deus voluit infringi.* Vereor, ne hac tempestate ob hominum piacula sic è suggestis librorum sacrorum vtilia dogmata exulatint, ac si omnino Sacra Volumina deperierint.]

Ob peccata hominum è suggestis vtilia dogmata scripturæ exulasunt.

CAPVT II

De scriptoribus vtriusque Testamenti Voluminum.

9. Moses Pentateuchum scripsit.

Quædam certa, quædam dubia recenseo. Certū est Moysē Pentateuchū, seu quinque libros, qui vulgo libri Mosis vocitantur. Quorum primus dicitur *Genesis*, quia in eo describitur cœli, terræ, aliarúmque rerum generatio. Secundus *Exodus*, quia in eo filiorum Israël de Ægypto egressio exprimitur. Tertius *Leuiticus*, quia in eo Leuitarum circa Tabernaculum, sacrificia, & alias legales ceremonias officium exponitur. Quartus *Numeri*, quia in eo filiorum Israël per Tribus ac familias suas multitudo numeratur. Quintus *Deuteronomium*, id est, *lex secunda*, quia in eo lex Domini, quæ fuerat data in monte Sina, repetitur, & explicatur. Quæ autem in fine Deuteronomij de morte Mosis leguntur, vel à Iosue, vel ab aliquo alio addita recognosco.

10. Dauid totum Psalterium.

Notum est, Dauidem scripsisse *Psalterium*. Est tamen dubium, an omnes in eo contentos Psalmos scripserit? Affirmant Chrysostomus, Theodoretus, Augustinus, Euthymius, Cassiodorus, & alij apud Bellarmin. lib. de scriptoribus Ecclesiasticis Negant Hilarius, Hieronymus apud eundem, asserentes, compositos esse ab iis auctoribus, qui in Psalmorum titulis nominantur, vt sunt Moyses, Dauid, Salomon, Asaph, Chore, Idithum. Priori sententiæ hæreo cum Salmerone tom. 1. prolog. 19. can. 5. & Bellarmino citato.

11. Salomon Ecclesiasten, Prouerbia, Canticum Canticorum, & Sapientiæ librum.

Liquet, Salomonem Ecclesiasten, Prouerbia, & Canticum Canticorum scripsisse. De libro Sapientiæ quæstio vertitur. Aliqui Philoni Iudæo tribuunt, alij plerique Salomoni, quibus assentior; quia auctor c 9. 7. de se ipso profatur: *Tu elegisti me Regē populo tuo, & dixisti, me ædificare Templum in monte sancto tuo.* Scio Bellarminum vbi sup. opinatum esse fieri potuisse, vt omnes ac singulæ sententiæ, quæ illo in libro continentur, fuerint Salomonis, & posteà ab aliquo alio in vnum fuerint corpus adactæ.

12. Quatuor Prophetæ, & duodecim, libros suos.

Patet, quatuor Prophetas maiores, & duodecim minores vel scripsisse, vel dictasse suas prophetias, quæ nunc extant. Ieremias dictauit, vt ipsemet fatetur cap. 36.

13. Esdras librū primū, Nehemias secundum.

Haud dubium, quin Esdras librum primum scripserit. Dubium est de secundo. Isidorus lib. 6. Orig. c. 2. vtrumque ab Esdra fuisse conscriptum. Salmeron, & Bellarminus priorem ab Esdra, à Nehemia posteriorem æstimant exaratum. Cum his opinor.

Maiofe

14. Manifestum est, Ecclesiastici librum à Iesu filio Syrach fuisse scriptum, vt ipse testatur rum eiusdem libri præfatione, tum cap. 50. 29. *Doctrinam Sapientiæ, & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Syrach Ierosolymita.*

Iesus filius Syrach Ecclesiasti. eum.

15. De aliis libris nihil est certi. Attamen (si credendum grauissimis auctoribus) liber Iosue scriptos est, vel ab ipso Iosue, vt multi colligunt ex cap. vlt. 26. vel ab alio, vt contendit Augustinus Torniel. in annal. liber Iudicum, & Ruth à Samuele. Duo priores libri Regum ab eodem Samuele. Duo posteriores, & duo libri Paralipomenon ab Esdra. Liber Iob, vel ab ipso Iob, vel à Moyse, qui post illum vixit. Liber Tobiæ, vel a Tobia seniore, vel à iuniore, vt multi colligunt ex cap. 12. 20. Liber Iudith ab Eliachim magno Sacerdote. Liber Esther à Mardochæo, qui rei gestæ interfuit. Liber primus Machabæorum a Ioanne Hircano Pontifice, secundus ab incerto auctore, qui se omnia compendiose ex libris Iasonis Cyrenæi (2. Mach. 2. 24.) profitetur.

De aliis libris nihil certum. Probabiliora iudica.

16. Porro de noui Testamenti librorum auctoribus haud licet dubitare, quos certa Ecclesiæ traditio certis Scriptoribus adscribit. Quatuor Euangelia, Matthæo, Marco, Lucæ, Ioanni, adscribuntur. Apostolorum Acta Lucæ esse nemo in Ecclesia dubitat, præcipuè cum ex Euangelij, & Actorum proœmijs satis liqueat vnius eiusdemque auctoris esse librum. Idem asserendum de Ioannis, Petri, Iacobi, ac Iudæ Epistolis Canonicis. Idem de Apocalypsi Ioannis affirmandum. Quis quæstioni det, an Epistolæ, quæ Paulo adscribuntur ab Ecclesia Paulum sortitæ fuerint Scriptorem? Equidem vel de Epistola ad Hebræos, quam Paulo videtur vendicare traditio; idem puto affirmandum: Etsi enim olim visi sint aliqui tam de Scriptore, quam de Canonica illius auctoritate dubitasse: ea tamen dubitatio nulla videtur satis probabili ratione niti, & Patres omnes ferè, qui eam receperunt, eam sub Pauli nomine receperunt, quemadmodum & tota posterior Ecclesia cum Conciliis, seu antiquioribus Laodiceno, ac Carthaginensi III. seu posterioribus Tridentino, & Florentino; quod & fecerunt olim Gelasius, & Innocentius Pontifices hic in Concilio Romano, Decreto, de Canonicis Scriptoris; ille Epist. Decret. 3.

Noui Testamenti librorum scriptores.

CAPVT III.

De lingua, qua libri Testamenti vtriusque fuerint exarata.

17. Asserit Serarius in Prolog. Bibl. c. 3. q. 3. Omnes veteris Testamenti libros lingua scriptos Hebraica, si nomen Hebraicæ linguæ latius sumatur. Bellarminus autem lib. 2. de verb. Dei, c. 4. ait, vel Chaldaicè, vel Hebraicè, vel Græcè esse conscriptos. Putarim enim Becano, in re minimè dissentire. Triplicem enim (præter Græcam) hoc loci distinguo, vnam purè Hebraicam, alteram purè Chaldaicam, tertiam mixtam ex vtroque idiomate, quam Syriacam vocarunt. Iudæi planè ante captiuitatem Babylonicam lingua purè Hebraica vsi sunt. At tempore captiuitatis Chaldaice loqui cœpere non quidem perfectè, sed partim Hebraicè partim Chaldaice. Hinc orta est tertia lingua, qua Iudæi post captiuitatem Babylonicam vsi sunt vsque ad Christum, ac deinceps. Et hæc tertia vocitabatur, vel Syriaca, vel Hebraica, latè sumendo linguæ Hebrææ nomen. Hinc colligo, linguam Hebraicam dupliciter accipi posse, primò pro purè Hebraica, secundò pro mixta ex Hebraica, & Chaldaica. Priori modo sumitur Genes. 39. 14. & 4. Reg. 18. 26. & Dan. 1. 4. & Dan. 2. 4. Posteriori sumitur Ioann. 5. 2. & Ioann. 19. 13.

Triplex lingua Hebraica, Chaldaica, Syriaca.

18. Dicendum igitur, omnes veteris Testamenti libros, qui in Iudæorum Canone recensentur, lingua purè Hebraica esse scriptos: nisi quod in lib. Esdræ, & Danielis quædam partes sermone sunt annexæ Chaldaico. Certè de aliis libris, qui sunt extra Canonem Iudæorum, sic opinor: Liber Esther purè Hebraico est conscriptus idiomate. Libri Tobiæ & Iudith purè Chaldaico, vt cum D. Hieronymo docet Serar. in Comment. vtriusque libri. Liber Sapientiæ, Ecclesiastici, Baruch, & duo Machabæorum Græco extant sermone. Num autem aliqui ex illis primò Syriacè fuerint scripti, dubium est. Legendus Bellarm. lib. 2. de verbo Dei, cap. 4.

Canonis Iudæorum libri lingua purè Hebraica scripti, alij vel Hebraicè, vel Chaldaicè, vel Græcè.

19. Quod ad nonum attinet Testamentum conuenit inter omnes illud Græca lingua ferè cōscriptum. Dixi *Ferè* nam de Euangelio Matthæi, & Marci, & de Epistolis ad Hebræos & Romanos est controuersia. Sane de Euangelio Matthæi communis opinio edocet Hebraicè perscriptum approbante Hieronymo de Script. Eccles. Quod quidem illa ostenderim coniectura, quod Matthæus veteris Testamenti loca non iuxta L X X. Græcam Interpretationem citet, vt alij Euangelistæ gerunt, sed iuxta textum Hebraicum. Euangelium Marci creditur ab eo Latine Romæ scriptum; quod tamen certissimum non est, cum Romani Græcæ linguæ studiosi essent, vt nunc plerique Latinæ. Addunt non pauci, ab eodem ipso Marco id Latinum idiomā conuersum. Epistolam ad Hebræos eorum idiomate scriptam existimo, sic enim facilior illis ad intelligendum esset, ac charior. Postea Græcè redditam, vel ab ipso Luca, vel à Clemente Romano, quorum disertum videor sapere stylum; ipsum tamen Græcum autographum à Paulo lectum & approbatum puto. Epistolam verò ad Romanos censebis scriptam Latinè, vt materno idiomate exarata, facilius ab omnibus legeretur. Attamen probabilior opinio fere Græcè fuisse conscriptam, & suadent frequentes idiotismi Græcanici, quibus abundare legenti patebit.

Testamentū nouum Græco idiomate conscriptum ferè.

20. Quæsieris, num Hebraicus sacræ Scripturæ textus, qui nunc extat, sinceros sit, & incorruptus? Respondeo haud dubiū, quin in Hebræo textu (qui in omnibus Scripturis vsu venit, seu calamo exaratis, seu prælo cusis) menda per incuriam aliquando irrepserint, præsertim cū in huius linguæ alphabeto ali- quæ

Nam textus Hebraicus, qui nunc extat, sit incorruptus? Corrupti per incuriam.

aliquę literæ sint inter se valde similes, nempe *Beth* & *Caph*: *ghimel* & *nun*: *Daleth*, & *resc*: *he*, & *cheth*: *vau*, & *zain*: *iod*, & *mem* finale: *hain*, & *tsade*: *vau*, & *nun finale*: *Samech* & *mem* finale. Addo exiguam huius linguæ peritiam, describentibus facile ansam errandi exhibere potuisse, præsertim si quis ex alterius ore quæ dictantur, calamo excipiat.

21. Corruptus per malitiā Hebræorū.

Præter hæc autem menda, quibus sacer textus data opera corruptus non est: alia iam in eo reperiuntur, quæ Hebræorum vitio sunt adspersa ad obscurandam in eo emiuentem de Christi aduentu veritatem: quod post D. Hieronymi tempora factum censet Bonfrerius in prælog. cap. 13. sect. 1. lege Salmeronem prologom. 4. Vbi latè de Hebraïco textu corrupto disserit, & nonnulla à Iudæis deprauata affert loca, quod etiam gessere Bonfrerius cap. 13. section. 4 & Serarius prologom. cap. 12. quæst. 2 Exceptis verò locis, quæ Christianæ Religionis odio Hebræi corruperunt, in reliquis incorruptis seruandis diligentes admodum extitere. Nam vt annotat Serarius citat. Eorum Rabbini singulorum librorum versus omnes, singulorum versuum omnia vocabula, singulorum vocabulorum omnes literas dinumerarunt, adnotarunt, & ad posteros transmiserunt. Imo eo deuenere, vt quoties vnaquæque litera in scriptura, aut sacris libris ab ipsis receptis reperiretur, annotarēt, & summam inirent. v. gr. *Aleph* esse 24377. *Beth* 38218. *Ghimel* 29517. & sic de reliquis. Ex quo fit, textum Hebraïcum versioni nostræ magnam posse lucem afferre, & linguæ sanctæ cognitionem magno esse adiumento Bibliorum interpretibus, vt verum illorum sensum assequi valeant.

22. Idem asserēdum de Græco noui Testamenti textu.

Idem assero de Græco textu noui Testamenti, quod de Hebraïco veteris annotaui, scilicet corruptum esse alicubi siue librariorum & typographorum negligentia, siue malitia ac perfidia hæreticorum. Serarius in prolog. c. 13. & Bonfrerius in prælog c. 14. aliqua loca proferunt corrupta, quæ apud ipsos vide. Nobis satis, scire menda textum in illum irrepsisse: ac proinde potius ex Latino Græcum textū, quàm ex Græco Latinum emendandum. Quāquam non abnegatim posse ex Græco vulgatæ editionis Latinæ textum corrigi, si aliunde suppeterant argumenta, quibus aut Latinam esse corruptam, aut Græcam incorruptam conuinsatur. Est quidem, vti omnium bonorum interpretum vsus docet, aptus admodum Græcus contextus ad ambiguitates tollendas, & locorum multorum vim melius assequendam, cum nimirum Latinæ linguæ inopia Græcæ fœcunditatem & energiam æquare non valuerit. Exempla lege apud Canum de locis, c. 15.

CAPVT IV.

De librorum veteris Testamenti amissione, ac restauratione.

23. De amissione, ac restau-ratione librorum veteris Testamenti assignans sententia.

MAgni auctores existimant libros illos veteris Testamenti, qui fuere Hebraïcè scripta ante captiuitatem Babylonicam, periisse captiuitatis tempore, quando Ierosolyma fuit euersa, & Templum Salomonis, in quo illi asseruabantur, à Chaldæis succensum. Sed postea ab Esdra ex suggestione Spiritus Sancti fuisse restauratos, iisdemque verbis, quibus anteà conscriptos. Hæc sententia Clementi Alex. Theodoreto, Irenæo, Basilio, Tertulliano, Eusebio, Hieronymo apud Turniel. in annal anno mundi 3447. num 4. tribuitur. Duplici nititur fundamento: prius est, quod vnicum tantùm fuerit exemplar scripturæ veteris Testamenti, quod Salomonis seruabatur in Templo. Si ergo illud exemplar in Templi periit conflagratione, necesse est, nullum aliud superfuisse: ac proinde fuisse etiam necessum, vt ab alio nouum exemplar conscriberetur. Posterius est, quia lib. 4. Esdræ c. 14. legimus, Esdram diuino afflatum spiritu per quadraginta dies multas dictasse libros, eosque à quinque viris, ipso dictante, fuisse scriptos. Quos verisimile est, non alios quam veteris Testamenti libros: qui perierant in euersione Templi extitisse.

24. Negans admittitur, & confirmatur.

Hanc sententiam refello cum Bellarmino lib. 2. de ver. Dei. cap. 1. & Turniello citato, quia infirmis fundamentis innititur. Primo quidem incertum est, an scripturæ exemplar in Templi conflagratione perierit. Imo certius est non periisse Nam illud exemplar Domini asseruabatur in Arca Deut. 31. 26. At Arca Domini ab incendio fuit per Ieremiam Prophetam erepta 2. Mach. 2. 4. Ergo & exemplar scripturæ fuit ereptum. Secundo, falsum est, præter illud vnicum exemplar, quod erat in Arca, aliud non fuisse. Nam Rex habebat aliud, quod ex illo erat transcriptum. Deut. 17. * Nec enim apte Regnum administraretur, si Rex ex legis præscripto præ manibus habito haud cunctas metiretur actiones. Tertio vtrumque exemplar tam illud, quod in Arca asseruabatur, quam aliud quod habebat apud se Rex, erat tantum exemplar Deuteronomij, seu legis Mosaicæ, non autem aliorum librorum veteris Testamenti: Ergo saltem alij libri in conflagratione Templi non periere. Quartò, liber quartus Esdræ, ex quo contraria sententia confirmatur, apocryphus, & fabulosus est. Et hæc ipsa fabula, de qua agimus, potest ex lib. 2. Esdræ, qui Canonicus est, refelli. Nam cap. 8. 1. sic: *Congregatus est omnis populus, & dixerunt Esdræ scribæ, vt adferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum, & mulierum*: Vbi non dicitur conscripsisse, sed attulisse Deuteronomij librum, quem apud se, vt pote sacerdos asseruabat.

Rex præ manibus habeat exēplar legis.

25. Ad citatos respondetur auctores.

Citatos quidem Patres obstare non existimo. Nec enim adserunt Esdram ex memoria omnes veteris Testamenti libros dictasse, quasi iam anteà periissent: sed dispersos collegisse, & in ordinem redegisse: ac si quid in eis fuisset deprauatum, emendasse. Audi D. Athanasium in Synopsi: Narratur & hoc de Esdra. *Cum libri sacri per iniuriam populi, & diuturnam captiuitatem perirent, ipsum, cum esset vir industrius, & lector perdiligens, verique ac recti studiosissimus, eos omnes libros apud se custodiuisse,*

&

& postea eos in commune protulisse, atque ita ab interitu quodammodo vindicatos conservasse.

CAPVT V.

De Sacra Scriptura interpretibus Septuaginta, Græcis & Hebrais versionibus, Chaldæa Paraphrasi, Syriaca noui Testamenti versione, Auctore nostræ editionis Latinæ vulgatæ, eiusdemque versionis authoritate.

26. Septuaginta duo Sapientes à Ptolomæo vocati.

TEmpore Ptolomæi Philadelphi, qui vixit trecentis ferè ante Christum annis, Septuaginta duo seniores Iudæorum in Ægyptū fuere vocati ab eodem Ptolomæo, vt Scripturā veteris Testamenti ex Hebræa Græcam trāsferrent in linguam. Ita Aristæus in hist. de hac ipsa re. Ioseph. l. 12. de vita Moys. Tertul. in Apolog. Athan. in synop. Epiph. de mens. & ponder. August. lib. 18. de Ciu. cap. 31.

27. Omnes veteris Testamenti libros transtulere.

Quæsierim inprimis, num præfati Septuaginta duo seniores omnes veteris Testamenti libros transtulerint, an tantum aliquos? Solam legem Mosaicam transtulisse Hieronymus in qq. Hebr. & in cap. 2. Ezech & in cap. 2. Mich. affirmat. Probat ex Aristæo, Iosepho, ac Philone, qui solius Pentateuchi memoriam faciunt. Profectò omnes veteris Testamenti libros transtulisse probabilius affirmo cum Irenæo, Clem. Alex. Epiph. Aug apud Becan. in Analog c. 1 q. 5. Triplici argumento probo. Primo, quia Apostoli in citandis Prophetarum testimonijs Græca sunt vsi trāslatione: At tēpore Apostolorum nulla aderat Græca translatio nisi Septuaginta interpretū. Secundo, quia verisimile est, & Ptolomæum Regē, qui ex toto terrarū orbe cōparabat libros pro sua Bibliotheca, libros etiam Prophetarum habuisse, consequenterque eos transferri curasse. Tertio, quia omnes dictitant, miraculose factum, quod translatio Septuaginta duorum dierum spatio fuerit absoluta. At nullum esset miraculum, si sola lex Mosaica fuisset translata. Nec obstare puto, quod Aristæus, Philo, ac Iosephus solius legis memoriam faciant. Nam legis nomine sæpe totum vetus Testamentum intelligitur: vt Ioan. 10. 34. *Nonne Scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, Dij estis.* Quod tamen Scriptum est Psal. 81 6. Et Ioan. 15. 15. *Vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis*; quod etiam scriptum est Psal. 34. 19.

28. Quomodo id fecerint.

Deinde quæsiuerim, quomodo id Septuaginta duo seniores perfecerint? Consentiunt auctores septuaginta duos senes Hebræus (videlicet sex ex vnaquaque Tribu) vtriusque linguæ peritissimos, Septuaginta duorum dierum spatio mirabili consensione libros veteris Testamenti ex Hebraico sermone in Græcum transtulisse. At in eo discrepant, num singuli separatim, an verò bini & bini, an omnes simul inter se conferentes ingesserint? Triplicem opinionem exhibeo. Alij enim asserunt, singulos separatim fuisse in singulis cellulis inclusos, ac diuino miraculo factum esse, vt singulorum translationes non solum in sensu sed etiam rebus consentirent in ipsis, ita vt fuerint Septuaginta duo exemplaria nec in minimo quidem puncto discrepantia. Sic Iustinus in orat. exhortat. ad Gentes addens, se apud Alexandriam cellularum aspexisse vestigia. Cyril. catech. 4. Alij affirmant binos & binos esse inclusos in cellulis, ita vt fuerint triginta & sex exemplaria, quæ inuicem inter se conspirarent. Ita Epiphanius de ponder. & mensur. Alij opinantur, omnes simul in eadem sedisse basilica, & inter se conferentes vnum exemplar perfecisse. Sic Hieronymus præfac. in Pentateuch. Id probat ex Aristæo ac Iosepho. Nam Aristæus, qui fuit præsens aperte scribit eos simul vsque ad horā nonam diebus singulis cōtulisse. Et Iosephus qui rem ge... narrat, ne quidem meminit cellularum, quod quidem fecisset pro suæ gentis honore, si putasset ita contigere. Huius sum mentis haud approbans artificiosam cellularum narrationem.

29. Quanta sit hæc translatio Lxx. authoritatis.

Rogatim tertiò, quantæ sit hæc translatio authoritatis? Profectò omnes auctores profitentur, Septuaginta duorum Interpretum translationem diuinitus esse perfectam, ac proinde magnam habere auctoritatem. Solus Hieronymus videtur aliter sentire. Nam præfat. in Pentateuchum asserit, non fuisse Vates, sed tantum Interpretes; & alibi sæpe illorum versionem reprehendit. Verum authore me ipsam non reprehendit ille versionem, sed vitia, quæ postea in eam irrepsere. Audiendus ipse in præfac. 2. in lib. Paral. *Si Septuaginta Interpretum pura, & vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superflue me impelleris, vt Hebræa tibi volumina Latino sermone transferrem. Nunc verò, cum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa, antiquáque translatio corrupta sit, atque violata, &c.*

30. Num versio illa adhuc extet.

Restat scrupulus, num versio illa Septuaginta duorum interpretum adhuc extet? Aliqui existimant plane periisse. Alij rectius non quidem periisse putant, sed valde esse vitiosā, atque corruptam. Aristæus asserit Græcam illam versionem diligenter fuisse examinatam, antequam in Bibliotheca Regis Ptolomæi apponeretur, & ab omnibus acclamatum, lanctè singula esse translata vt nihil addi, nihil demi posset. At verò Græca versio quæ nunc extat in multis ab Hebræo textu dissentit, multa enim habet, quæ in Hebræo non sunt; multa non habet quę sūt in Hebręo, multa falsa exponit. Legendus Bellarminus de ver. Dei lib. 2. c. 6.

31. Post nostram Vulgatam maxime authoritatis est Lxx. versio.

Etsi verò mendosam sic versionem hanc existimem, tamen post vulgatam editionem nostram pre alijs omnibus maxime est authoritatis; olim enim authentica fuit expresso vel tacito Ecclesiæ decreto, nec vnquam improbata, aut reiecta, quamquam ob eā causam quæ D. Hieronymum mouit, vt nouam moliretur interpretationem, fuerit relicta. Imò si pura inueniretur, nec reijci posset, siquidem sacra aliqua Scriptura immutata permanens, modo admitti vt Canonica, modo nequeat repudiari.

Demum quia in locis etiam illis queis cōstat nō esse corruptā, quæ alia sūt, quę ab Apostolis, aut in Euangelio citantur Septuaginta

De Escob. & Mendoz. in Pentateuc. Tom. I.

Interpretum verſio diuerſa aliquando à textu videtur Hebræo, dicendum eſt, vel non diſſentire, licet id prima fronte videatur: vel Interpretes hos paraphraſtas egiſſe, ſententia tamen retenta: vel Hebræas voces plures habere ſignificationes quæ varietati occaſionem exhibeant: vel tandem etiamſi diuerſum quid ſonet editio L X X. nihilominus eſſe authenticam, quia nil contrarium habet ei, quod habetur in fonte, idémque ipſum voluit addi, demi, mutari per Interpretes hoſce, qui ſcripturæ auctor eſt Deus.

32. Quid de alijs Græcis verſionibus Aquilæ, Symachi Theodotionis.

Circà alias verò Græcas ex Hebræo verſiones, præter illas LXX Interpretum plures extitere, nimirum Aquilæ, Symachi, Theodotionis, duæque aliæ incertis auctorib. quæ *Quinta, ac ſexta editionis* nomine citari aſſolét. Porrò Aquila ita Hebræo textui adhæſit vt verbum verbo ſit reddere conatus. Symachus ſẽſum ſẽſui. Theodotion mediã viam inter vtrũque extremum iniuit. Aquilæ ergo, Symachi, ac Theodotionis nulla authoritas in iis, quæ ad Chriſtum pertinent, aut ad Chriſtianã Religionem. Aquila enim ex gentili Chriſtianus, & ex Chriſtiano Iudæus factus, in odiũ Chriſtianæ Religionis, quam reliquerat, quæ de Chriſto ſunt, de induſtria corrupit, aut obſcurauit. Haud melior fides Symachi Samaritani hominis, qui è Samaritano Iudæus iterumque circumciſus, tum ex Iudæo Chriſtianus, tandem ex Catholico Hæreticus Ebionita eſt effectus. Tandem Theodotion duobus par ſcelere poſt ſuſcepta Chriſtiana Sacra Tatiani, Marcionis, Ebioniſque hæreſes eſt amplexatus, proſelytuſque demum factus tranſiit ad Iudęos. Vnde meritò D. Hieronymus ad cap. 3. Abac. Aquilam, Symachum, ac Theodotionẽ ſemi-Chriſtianos appellat. Attamen in iis quę ad Chriſtianã non attinent Religionem, non parua eſt illorum authoritas; ideo Origenes, & Hieronymus horum teſtimoniis ſua adornant ſcripta. Ex tribus vero reliquis Theodotionem præferendum puto, quod medium illum, qui optimus eſt, interpretandi modum geſſerit. Certè quinta editio, ſextaque non damnantur ab antiquis vt parum fideles, minuſque ſinceræ: imò Athanaſius in Synop. Quintam, Hieronymus non vno loco collaudat vtramq. Nunc eorum verſionũ fragmenta tãtum reliqua ſunt, integræ periere verſiones.

33. De Chaldaica paraphraſi.

Iam verò vt de Paraphraſi Chaldaica nonnulla prælibem, Chaldæa lingua editi ſunt libri Tobiæ, & Iudith & ex parte libri Eſdræ, & Danielis. Prætterea in omnes libros veteris Teſtamenti, qui Iudæorũ Canone cõtinétur, extat Chaldaicum Thargum, (vt vocant) quæ vox interpretationem, ſiue Paraphraſim ſignificat, exceptis tamen libris Paralipomenon Eſdræ, & Danielis. Huius ſanè Paraphraſis auctores tres aſſignantur, Onchelos, Ionathã, & Ioſeph cæcus. Vox hæc *Onchelos Aquilam* ſignificat, atque ideo aliqui exiſtimant hunc eundem illum Aquilam eſſe, qui ex Hebræo in Græcum ſacros libros conuertit. Paraphraſis Onchelis ſiue Aquilæ eſt tantum in Pentateuchum. *Ionatham* ſignificat *Donum Dei*, vt etiam vox Græca *Theodotion*, quare non defuere, qui huius partis Thargum auctorem faciant Theodotionem Græcæ editionis, vt vidiſti, magiſtrum. Ionathæ Paraphraſis extat in libros Ioſue, Iudicum, Regum, & Prophetas omnes. Rabbi Ioſeph cæci (quem aliqui ad dubitant fuerit ne Didymus ille cæcus quẽ Hieronymus laudat, & *videntem* ſuum vocat in Procemio Epiſt. ad Galat.) extat Paraphraſis in Iob, Ruth, Eſther, & libros Salomonis.

34. De Syriaca noui Teſtamenti interpretatione.

Porrò in Bibliis Regiis extat totius noui Teſtamenti Syriaca interpretatio præter Epiſtolam ſecundam Petri, ſecundam, ac tertiam Ioannis, Epiſtolam Iudæ, ac Apocalypſim. Serarius in prologom. c. 15. q. 1. ait à Maronitis Romam quæ deerant, eſſe delata. Verſionis huius auctor à Syris putatur S. Marcus Euangeliſta, quod cum Bellarmino l. 2. de ver. Dei cap. 4. non approbo ſaltem quoad Euangelium Ioannis, & Apocalypſim, qui quidem libri poſt Marci obitum ſcripti fuere. Huius verſionis non eſt tanta quanta Latinæ noſtræ verſionis authoritas, imo nec quanta Græci textus; in ea enim latitant næui quidam, qui meritò viris doctis diſplicent. Limpidiſſimus veritatis fons vel exiguo iniecto puluere conturbatur.

35. De editione vulgata D. Hieronymi.

Venio ad vulgatam editionem Latinam, ea vtique omnium nunc verſatur in manibus, quæque à Tridentino, à cunctiſque Doctoribus paſſim *Vulgata* appellatur *editio*. Fuerunt namque aliæ Latinæ editiones ante D. Hieronymum, ac præſertim illa, cuius cum laude meminit Auguſt. lib. 2. de Doctr. Chriſt. c 15. & *Italam* appellat. *In ipſis* (inquit) *interpretationib. Itala cęteris præfertur. Nam eſt verborum tenacior cũ perſpicuitate ſermonis.* Verùm D. Hieronymus nouam ſuam ex Hebræo verſionem edidit, hæc paulatim Doctorum, & Patrum conſenſione tacita admiſſa eſt, priorè illa relicta, quæ prius Eccleſiæ vſu paſſim terebatur. Huius quidem Vulgatæ noſtræ editionis quoad Vetus Teſtamentum auctor eſt Hieronymus qui illud totum ex Hebræo trãſtulit in Latinũ, libro Sapientiæ, Eccleſiaſtico, Machabęis, Baruch, & Ierem Epiſtola exceptis. Et quidẽ quod ipſe verterit ex Hebræo vetus Teſtamentum præter alios, qui id affirmant; ipſemet profitetur in fine libri de Scrip. Eccleſiaſt. *Nouum ait Teſtamentum Græcæ fidei reddidi: vetus iuxta Hebraicum tranſtuli.* Conſentit Auguſtinus lib. 18. de Ciuit c 43. fatus. *Non defuit temporibus noſtris Presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas converterit.* Quod vero libros illos, quos excepi, non conuerterit, ex eo probarim, quia nunquam à ſe libros hoſce ipſe memorat eſſe conuerſos, cum tamen hoc in aliis libris facere conſueuerit. Et quia phraſes ac verba, quæ in his libris habet vulgata noſtra lectio eadem in Patribus Hieronymo vetuſtioribus inueniuntur, v. g. in D Cypriano Crediderim autem hos non vertiſſe, quia vel Canonicos nõ putauit vt Eccleſiaſticum: vel Hebraicos non inuenit, vt Sapiẽtiam, vti Pręfac. in Prouerbia ſignificat. Et Baruch à ſe ideo prætermiſſum disertè ipſemet præfac. in Ierem. profitetur. Monuerim Hieronymum Pſalterium etiam ex Hebręo in Latinum conuertiſſe, quod inter Doctoris opera legitur: ſed hanc Hieronymi verſionem Eccleſiam non recepiſſe ea fortaſſe

de

de causa, quia cum in Ecclesiis quotidie Psalmi iuxta LXX. canerentur, iisque fidelium aures assueuissent, durum, ac violentum fuisset Hieronymianam versionem inducere. Retenta ergo est antiqua, ab ipso tamen Hieronymo, & prius à Luciano Martyre emendata. Lege Bonfrerium in præloq. c. 15. sect. 1. & 2.

36. Quisnam auctor Latinæ editionis noui Testamenti.

Quod ad noui Testamenti interpretationem, auctor illius ignoratur. S. Marcum Euangelium suum Latine creditur scripsisse. Cæterorum licet interpretes ignorentur non dubiū tamen, eam interpretationem factam statim ab Ecclesiæ initio, planeq; verisimile est ab Apostolis visam, & probatam. Hanc à mendis, quæ vel oscitantiam irrepserant, vel ab aliquibus temerè erant inserta Damasi Pontificis authoritate D. Hieronymus repurgauit.

37. Vulgatæ nostræ editionis authoritas.

Porrò nostræ huiusce vulgatæ editionis authoritas summa apud Catholicos debet existere, & reipsa summi æstimatur. Primò, quia antiqua, & multorum vsu sæculorum in Ecclesia vsurpata. Secundo, quia D. Hieronymus illius auctor vt linguarum, peritissimus peritè admodum, vt sanctissimus diligenter fideliterque interpretatus, ac diuino auxilio ad opus rectè perficiendum specialiter est adiutus. Tertio, propter Concilij Tridentini decretum sess. 4. quod sic habet: *Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans, non parum vtilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum quænam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit, & declarat, vt hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum vsu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & vt nemo illam reiicere quouis prætextu audeat, vel præsumat.* Profectò cum à Concilio nostra versio *authentica* vocitatur, absolutè indicitur, ac simpliciter esse fidelem, ac sinceram, nihilque continere, quod fidei, seu bonis moribus repugnet, nihil in ea, quod aperte falsitatis, vel contradictionis alicuius possit teuinci; etiamsi ad fidem ac mores nihil pertinere videatur.

CAPVT VI.

De traditionibus, quæ præter Scripturam veteri in Testamento vigebant.

38. Traditiones Pharisæorū.

DVplices Iudæi præter Scripturam traditiones habebant. Aliæ erant Pharisæorum, quas Christus in Euangelio reprehendit: Aliæ Moiaicæ, quæ erant laudabiles, & ad salutem necessariæ. Traditiones prioris ordinis hæ aderant: Ante sumptionem cibi abluendæ erant manus Mat. 15. 1. Inter comedendum lotio illa sæpius erat repetenda. Mar. 7. 3. Venientes è foro non debebant cibos capere, nisi loti essent. Mar. 7. 4. Cibus non erat cum peccatoribus adsumendus. Mat. 9. 11. Ne quidē permittendum erat, vt quis à peccatoribus tangeretur. Luc. 7. 39. Non licebat Sabbato ægrotātes sanitati restituere. Luc. 6. 7. Vel famelici non poterant in Sabbato spicas vellere, ac comedere Mat. 12. 1 Frequenter erat ieiunandum, & orandum. Mat. 9. 14. Omnium rerum etiam minimarum decimæ erant Deo deferendæ Mat. 23. 23. Qui iuraret per Templum, & altare, non erat criminis reus: qui autem iuraret per aurum Templi, vel per oblationes, quæ in altari fiebant, esset omnino reus * Quasi pluris ab eis fieret auri, aut bonorum temporalium conficta diuinitas, quam vera Deitas 1. Mat. 23. 16. Filij non tenebantur re ipsa parentes suos honorare, aut illis beneficere: sed abunde sufficiebat, munus aliquod Deo offerre. Mat. 15. 3. Hæ extitere præcipuæ Pharisæorum traditiones. Et quamuis aliquæ earū bonæ essent ex suo genere, aliæ malæ, aliæ indifferentes, aut inutiles, Pharisæi tamen ob omnes à Christo ideo reprehendebantur vel quia ipsi ex earum obseruatione inanē gloriā, & opinionem sanctitatis apud homines quæritabant, cum nihil minus quam sancti essent. Mat 23. 5. Vel quia ex quarundam obseruatione etiam opes ac diuitias sectabantur, præsertim ex longis orationibus, quas in eum finem recitabant. Mat. 23. 14. Vel quia superstitiosè minutiora quædam seruabant, & alia maiora negligebant. Dabant enim decimas rerum etiam vilissimarum, & interim negligebant iudicium, ac misericordiam in diiudicandis causis, quæ ad ipsos deferebatur. *Excolantes culicem, camelum deglutientes.* Mat 23. 24.

* Plus æstimatur auri diuinitas conficta, quā vera deitas ab auaris.

39. Cur huiusmodi traditiones reprehenderentur à Domino.

40. Aliæ traditiones obseruandæ à Iudæis.

Traditiones posterioris generis (de quibus potissimum in præsenti) erant tres præcipuè. Prima, quod omnes, & singuli libri, qui in Canone Iudæorum consignabantur, essent verè diuini, & à Deo inspirati. Hæc fide credebant Iudæi, & tamen nusquam in veteri Testamento scriptum reperimus. Secunda, quod fœmellæ haberent aliquod contra peccatum originale remedium, non minus, quam masculi, qualecumque fuerit illud remediū. Nec hoc vsquā in veteri Testamēto scriptum legimus. Tertia, quod cruenta ipsorū sacrificia significauerint Christi mortem Hoc etiam erat dogma fidei, nec tamen in veteri Testamento scriptum est.

41. Explico duas posteriores traditiones.

Duas sic posteriores explico traditiones. Iudæi fide credebant fæmellas in peccato originali non minus quam masculos concipi Nihil certius Ergo fide credebant, illas saluari non posse nisi per aliquod remedium à Deo institutum. Debebant autem scire in particulari, quod, & quale esset hoc remedium: aliequi omnes fœmellæ sine remedio perijssent. At nusquā scriptum est in veteri Testamento quod & quale fuerit hoc remedium in particulari: Ergo per solā hoc sciebant traditionem. Hæc autem traditio erat ad salutem necessaria, quia sine illo remedio non poterant fœmellæ saluari, qualecūque tandem fuerit illud remedium siue fides parentum, siue aliquid aliud. Similiter fide credebant, quædam cruenta sacrificia à Deo esse instituta pro expiatione peccatorū. Vel ergo putabāt, einsmodi sacrificia per se, & propria virtute expiare peccata, vel virtute mortis ac passionis Christi, quæ per illa sacrificia significabantur Si prius putabant, erant hæretici: si posterius fideles erāt Sed vnde nam, quæso, hanc fidem, & firmam habebant persuasionem? Nō ex scriptura, quia nusquam in veteri Testamento id scriptū est: Ergo ex traditione. Hæc autem traditio erat ad salutem necessaria: Non quod necesse fuerit, singulos de populo

credere, futuram Christi mortem per cruenta sacrificia præsignari; sed quod necesse fuerit, aliquos id credere, præsertim Sacerdotes, ac Doctores, quibus cura docendi, & instruendi alios incumbebat: alioqui tota Synaguga in hoc quidem puncto, quod sanè erat grauissimum sine fide fuisset; quo nihil absurdius. D. Thomas 2. 2. q. 1. a. 7. legendus.

D. Tho.

42. Iudæi magis usi sunt traditione quã scriptura in multis.

Hinc sequitur, Iudæos habuisse quædã per scripturam, quædam per traditionem. Magis tamen usi sunt traditione, quam scriptura, nō solum in iis rebus, quæ per solam traditionem habebantur; sed etiam in iis, quæ erant scriptæ. Quod ex hisce collegerim testimoniis: Exod. 13. 8. *Narrabis filio tuo in die illo dicens: Hoc est, quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de Egypto. Et erit quasi signum in manu tua.* Deut. 32. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.* Iudic. 6. 13. *Vbi sunt mirabilia eius, quæ narrauerunt patres nostri, atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus.* Et Psal. 43. *Deus auribus nostris audiuimus, patres annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.* Duo ex his colligo testimoniis: & quod traditio fuerit à Deo mādata, seu præcepta: & quod multa ex iis, quæ iubebantur docere, vel dicere per traditionē, apertè habebantur in Scripturis: & tamen non remittebantur ad Scripturam, sed ad traditionem. Cuius rei duplicem assigno rationem. Vnam, quia eo tempore Scriptura nondum erat in formam integri Voluminis redacta, sed variis in chartis dispersa, annalibus diuisim Scriptis exarata, vt commodè ab vnoquoque legi non posset. Alteram, quia liber Deuteronomii, qui erat præcipuus inter veteris Testamenti libros, non habebatur passim in populo; sed vnum exemplar à Rege, alterum à Sacerdotibus custodiebatur in Arca Domini, qui septimo quoque anno (nempe anno remissionis) illud populo prælegere iubebantur. * Oportet enim præceptorum legis refricare memoriam, ne ea culpabili obliuione legis dogmata contemnantur.] Porro Sacerdotes tam negligentes extitêre, in custodiendo Deuteronomio, vt longo tempore fuerit amissum, & tandem ab Helcia Pontifice (tempore Iosiæ Regis inuētum, ac populo prælectum. 4. Reg. 22. 8. * Magna Sacerdotalis impudētia, cū secularis Rex accuratius legem custodit fulciditis indicendam.] Inde necessum fuit, populum in plerisque vsum fuisse traditione illa, de qua in præcedentibus dixi testimoniis.

Oportet refricare memoriam præceptorum.

Sacerdotum dedecore Rex secularis accuratius legē custodit.

PRÆLOQVIVM II.

Sacræ Scripturæ stylus, obscuritas, Phrases, Idiotismi.

CAPVT I.

De Scripturæ Sacræ stylo.

45. Gentilium, ac Nouatorum contemptus circa scripturarum stylū.

Ridebant olim Ethnici libros nostros sacros, quod in his sermo esset ineloquens, incultus, impolitus, imo barbarismos, ac solœcismos admitteret, eoque nomine Christianos contemptui habebant, teste Arnobio l. 1. adu. gent. Origene cōt. Cels. & aliis. Hos eodem spiritu imitati sunt nostri temporis hæretici, qui illam sermonis sinceritatem despicientes, cœperunt suo solito supercilio vel nouas cudere versiones, vel adnotare in editione Vulgata à Catholicis recepta, in quibus contra Grammaticæ leges peccatum esset, vt merito Nouatorum nomeo inuenerint, quibus ita sancta ac simplex sordeat antiquitas, quos & egregie pro meritis hoc nomine præstringit Baronius tom. 3. annal. ad annum Christi 231. Porrò si diabolico spiritu hæc olim ausi gentiles, manifestum est, quid de hoc hæretico sit spiritu sentiendum. Texunt ipsi barbarismorum, ac solœcismorum catalogum, inter quæ hæc & similia: *Partibor, metibor,* in Psal. pro partiar, metiar: *Scrupebam spiritum meum, crapulatus à vino de postfetantes, odinit, odientes, memorare,* pro memento; *dominatus pauperum, maiora horum facies, in conuertendo Dominus, angariare, non venit ministrare, non nubent, neque nubentur, manicabat, pœnitemini.* Longe plane à Nouatorum spiritu viri olim sanctissimi, ac doctissimi abstinent, qui etiam si hæc minus Latina, auribusque prurientibus accommodata animaduerterent: ea tamen sacrosancta, ac inuiolata esse voluerunt: religionique sibi duxerunt apicem vel vnum immutare, existimantes sub iis veluti sermonis sordibus ingentes diuini spiritus thesauros latitare. Certè Hieronymus cum nouum emendauit Testamentum, etsi ea, quę propter librariorum incuriam, varietatemque voluminum à Græco fonte discrepabant, sensumque corrumpebant, correxerit; reliqua tamen manere passus est vt fuerant, vti ipse testatur præfac. in quatuor Euang. ad Damasum. Itaque quod doctissimus Hieronymus reliquit intacta, nec censuit corrigenda, Nouatoribus sordent. Ambrosius *præsepium* maluit, vti Interpres verterat, dicere quam *præsepe.* Beda cū nonnulla in Actis Apost. aliter è Græco vertisset, quā Vulgata habet editio, admonet ipse, nè hæc Scripturæ inserantur in textum. Magnus ille Spiridion (referente Nicephoro l. 8. c. 42) cum in Episcoporum conuentu Episcopus quidam ex textu Scripturæ verbum vnum immutasset, ac pro eo, quod textus habet, ἆρον τὸν κράββατόν σου, Tolle grabatum tuum, ipse σκίμποδα, lectum substituisset; ei succensens, petiit ab eo, essétne ipse eo melior, qui dixisset *grabatū*, moxque se inde proripuit, tùm verbo, tum facto indicans, quàm ea res sibi accidisset ingrata.

44. Scriptura non obstãte stylo impolito, est summe eloquens.

*Addiderim tamen, Scripturam sacram, non obstante rudi, impolitoque sermone, suo in genere esse summe eloquentem. Quam in rem aduertandum eloquentiam non esse solius oratoris, aliàs enim cum nulla sit in Scriptura oratio, nulla itidem in ea requirenda esset eloquentia. Est ergo eloquentia omniū scriptorū siue historia, siue carmē, siue epistola siue quid aliud scribatur: tunc autem censetur quis eloquens absolute, quando aptè scribit, aut loquitur ad eum finem, quem sibi præfigit, considerans circumstantiis locorum, temporis, personarum, quibus scribit aut loquitur. Hinc Poeta, cuius finis, carmine suo audientium vel legentium animos delectare, censebitur eloquentissimus,

quentissimus, si quam optimè dicat ad hunc finem, quem sibi præfixit, si genio poëtico, si pulchris descriptionibus, si egregiis fictionibus, si phrasi huic generi scribendi propria suũ carmen animet. Historicus eloquens censebitur qui Characterem scribendi Historicis proprium bellè fuerit assecutus. At si quis horum Ciceronianam phrasim, verborum luxuriem, periodos longiores, amplificationes, & alia ornamenta Oratorum propria venetur, haud ille eloquens Poëta, vel Historicus habebitur: vel boni Poëtæ, vel Historici partes dici poterit peregisse. Pari modo, si quis ad rusticos, eisque, vt persuadeat, necesse habeat, rusticum dicendi modum assumere, huncque modum non semel expertus sit maximè efficacem ad ipsis persuadendum; qui ita ad illos dixerit, verè eloquens haberi debet, & omnes eloquentis Concionatoris partes dici debet assecutus, etsi nec sermo comptus, & elegans, nec cæteræ t. m actionis, tum locutionis sint adhibitæ vrbanitates. Contrà verò, si hæc omnia adhibuisset, eloquens Orator, vel Concionator dici non posset; licèt fortè secundum quid ratione elegantis, ac cõpti sermonis, eloquens quiret vocitari. Itaque eum eloquentem vniuersim dixerim, qui in omnibus illud τὸ πρέπον seu decorum seruat, qui nouit diiudicare, quid & quomodo pro loco tempore, personis, fine decoris sit eloquendum.

45.
Congruit Scripturæ stylus Dei fini.

Ad hunc modum in præsenti materia dixerim, Deum vtpote omni ex parte sapientissimum, & eloquentissimũ assumpsisse in Sacra Scriptura eã loquendi formã characterem, qui & maximè ipsius fini congrueret, nẽpe vt hominũ animos permoueret ad ea, quæ ad ipsius gloriam, & æternam beatitudinem assequendam certius ducerent. Cui fini cum minùs cõmodus esset fucatus ille, ac politus sermo, in quo vt plurimum magis verba curiosas & delicatas aures, quam res & ea quæ dicuntur, animos mouent: hunc ablegauit, alterum simpliciorem assumpsit, qui fini illi suo rectius cõgruebat. Bellè Picus Mirandul. ad Hermolaum Barbarum scripsit: *Non monent, non persuadent Sacræ literæ, sed cogunt, agitant, vim inferunt. Legis rudia & agrestia verba; sed viua, sed animata flãmata aculeata, ad imum spiritum penetrantia, hominem toto potestate mirabili transformantia.*

46.
Hebræi ac Græci fontes eloquentia redundantes, iuxta finem à Deo intẽtum.

Certè quod de textu nostro dixi, potiori ratione asseruerim de ipsis Hebraicis, Græcisque fontibus, ex quibus Latina nostra deriuata sunt; eam nimirum esse in iis eloquentiam, quæ fini, quem Deus in scriptura condenda habuit, quam aptissimè deseruiret nisi velimus Deum ineloquentem, infacundum, insipientẽ facere, qui que fini, quem sibi præstituit, accõmodata media, opportunamque dictionem reperire nequiuerit: quod blasphemum esse quis ambigat?

47.
Elocutio ac dictio elegãs non deest vniuersim scripturæ.

Adeò verò, neque vniuersim scripturæ deesse eam, in qua plerique ponunt primas eloquentiæ partes, nimirum elocutionem, & dictionem elegantem. Inter Prophetas elegans est inprimis Isaias Hebraicè scriptus, teste ipso Hieronymo Præfac. in eundem: *Primum (inquit) de Isaia sciendum, quod in sermone suo disertus sit: quippe vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admixtum: vnde accidit; vt præ cæteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare.* Et quidẽ in versione nostra vestigia quędam huius sermonis elegantiæ, ac grauitatis apparent. In Isaia omnia Orationis ornamẽta nemo si reprehendit: non tam loquitur, quã tonat, & verborum fulmina contorquet; si Ecclesiæ ac noui Testamenti per Christum bona prædicat, eius verbis nihil blandius, nihil deliciosius. Sunt & alij, qui Græco sermone scripserunt admodum eleganti: constat Lucæ Euangelium & Apostolorum Acta, quæ idem scripsit terso, & polito sermone esse conscripta. Habet & Epistola ad Hebræos omnem, quam propè desiderare quis possit, sermonis elegantiam; quæ ratio fuit, cur olim nonnulli eam vel Lucæ, vel Clementi Romano adscripserint, cum in reliquis Pauli Epistolis hæc dictionis concinnitas non cernatur.

48.
Cur scriptura non sit æque vbique elegans.

Quæsieris ergò, cur scriptura non semper vbique æque elegans exponatur: & vnde nam hæc dictionis proueniat inæqualitas? Verùm si de iis agimus, quibus in scribendo se concomitãtem habuit Spiritus Sanctus, cuiusmodi ferè sunt Historici, difficultas hæc facilè soluitur, quandoquidem his non dictet, inspiret vè Spiritus Sanctus verba; sed scriptoribus ipsis hunc formandæ dictionis laborem relinquat. At si de illis agitur quibus antecedentes se habet Spiritus Sanctus, quibusque nõ rem tantummodò ipsam reuelat, sed scribentibus verba inspirat: maior videri potest difficultas. Nihilominus & in his locum habet styli inæqualitas; siquidem & in Prophetis magnam dictionis inæqualitatẽ cernere est; nam Isaias vrbanum, cultum, politumque sermonem habet: idem de Osee asserit Hieronymus Præfac. in Ieremia. At Ieremias (prout idem Hieronymus testatur) dictionis modo rusticior est; additque eloquij simplicitatem ei à loco, in quo natus est, accidisse: erat enim ex viculo Anathoth. Quam improprium ei, qui ex natalitio rusticus agnoscitur, vrbana affectare verba, vt natalis tugurij operiat vilitatem! quàm ridiculus agnoscenti id exponitur. Porrò Ezechielis sermo (vt ait idem Hieronymus Præf. in Prophetam) Nec satis disertus, nec admodum rusticus insonat, sed ex vtroque medie temperatus. Dicendum itaque etiamsi his verba ipsa, saltem vt plurimum, Spiritus Sanctus dictauerit, eum tamẽ in verbis suggerendis, & sententiis se se scriptorum stylo, scribendique modo accommodasse; vt proinde eadem styli in Prophetis, aliisque scriptoribus cernatur inæqualitas; quæ esset, si quilibet Marte ex proprio, industriaque scriberet.

Ridiculus, qui agnitus et natalitio rusticus, ornato sermone se vlciscitur vrbanũ.

CAPVT II.

De Sacra Scripturæ obscuritate.

49.
Sacra Scriptura obscura est.

NEgant hæretici Sacrã Scripturã obscurã esse, & intellectu difficilem: abnegant autem quod euincente experientia magistra edocemur; quod apertè colligitur ex tam vberibus in sacra Biblia commentarijs, qui quotidie prodeunt; quodque communi Patres consensu edocẽnt.

Certè

50. Vnde nam hæc obſcuritas.

Certè duo ſunt obſcoritatis hiuſcemodi cauſæ. Primam peto ex rebos ipſis, ſecundá ex modo illas proponendi, & explicandi. Et quidem quod ad res attinet, agit frequenter de rebus ſublimibus, cœleſtibus, & quæ ſub ſenſum non cadunt: atque ideo illas imbecillitas noſtra non capit, fante Domino: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis?* Ioan. 3.12. ad quæ ſcilicet humana intelligentia non aſcendit. Rurſum agit de rebus loginquitate temporis à nobis diſtantibus, quæ propterea ſuam inde difficultatem & obſcuritatem exponunt. Haud abſimilia ſunt, quæ futura extremis Antichriſti temporibus. Talia quæ olim veteri in lege accidere, & antè illam, quæ propter morū illius æui à noſtris diſcrepantiam, aliarumque circumſtantiarum ignoratione difficilia intellectu nobis redduntur. Præterea ex modo loquendi difficilis admodum ſcriptura obijcitur; metaphoris enim, allegorijs, catachreſibus antiphraſibus abundat multaque ſymbolis inuoluta de induſtria proponit.

51. Cur Deus voluerit obſcuram eſſe ſacram ſcripturam.

Quod ſi requiras, cur Deus ſacras voluerit ſcripturas obſcuritatis velamine obtegere: haſce cauſas exponam: Primam ne vileſcerēt ſcripta ſacerrima, nam quod facilè legenti, audientive obijcitur, ſolet dari contemptui. Secundam, vt doctiores egregiam ſortirentur occupationem, dum in aſſequendo ſcripturarū ſenſum laborarent. Tertiam, vt ex difficultate ſtudij illius delectatio increſceret; cum enim in alicuius veritatis indagatione deſudamus, plus delectamur; poſt illius adinuentionem. Quartam, vt diuturno labore & tempore requiſita, & verſata altius mentibus noſtris ſententia ſacra infigeretur, nec facilè excideret.

CAPVT III.

De Idiotiſmis Hebraicæ Scripturæ familiaribus, quibus ſubobſcurus redditur ſacer ſermo.

52. Gladius, vaſa, Adeps, ſeu Medulla, Pennæ Solis, Animam habere, Reuelare aurē, Baculus panis, Calix, Exitus, & introitus, Pactum ſalis, Benedicere, Commune,

VT appareat, vndenam obſcuritatis haud infirmior cauſa ſcripturæ proueniat, vtque interim ad intelligentiam illius viam adſtruam faciliorem, idiotiſmos Hebraicæ linguæ familiares recenſebo præcipuos quidem ac difficiliores. Primo *Gladium* vocitant, quid quid pungit, torquet, cruciat. Secundo, *vaſa* quæuis inſtrumenta; vt *vaſa mortis*, ſeu inſtrumenta omnia, quibus mors infertur; *vaſa belli*, arma omnia ac inſtrumenta bellica, *vaſa Pſalmi, & cantici*, inſtrumenta omnia muſica. Tertio, *Adipem*, & *medullam* in quacumque re quod eſt præſtantiſſimum. Sic adeps frumenti, medula olei, vini, hic Num. 18.12. Deut. 32.14. Pſal 80. vlt. Quarto *Pennæ Solis* Mal. 4. ſunt eius radij. Quinto *Animā ſuā habere*, vel *ponere in manibus*, eſt exponi, vel *exponere* vitā ſuā periculo quod inde ſuptū eſt, quod ea; quæ in manibus noſtris adsunt, facilius excutiātur. Sexto, *Reuelare aurem alicuius*, eſt admonere, & alteri indicare quoad ignorabat. 1. Reg. 9. 15. & 20. 13. Septimo, *Baculus panis*, eſt alimentum, quo quis indiget ad ſuſtentationem, ſicuti ſenes baculi auxilio incedunt. Leuit. 26 Octauo *Calix* ſors eſt cuiuſque ſeu bona ſeu mala. Nono, *Exitus, & introitus* vel *Ingreſſus, & egreſſus alicuius* eſt omnis vitæ ipſius actio, conuerſatio, & negotia 2. Reg. 3. 25. Decimo, *Pactum ſalis*. eſt pactum firmum, & incorruptum; ſal enim præſeruat à corruptione. Num. 18. 19. Vndecimò *Benedicere* per Antiphraſim ponitur pro maledicere. Iob. 1. 11. 3. Reg. 21. 13. Similis Antiphraſis eſt in verbo *Sanctificari*, Deut. 22. 9. quæ ibi pollui ſignificat. Duodecimo, *Commune* dicitur, quidquid eſt immundum, & prophanum. Deut. 20. 6. & 1. Mach. 1. 50. Act. 10. 14. Hinc & *Communicare* eſt polluere, & coinquinare. Mar. 7. 15. 18. 20. 23.

55. Cornu, Domum facere, Funis, ſeu Funiculus, Græci, ſicuti dies hæc, Implere manum, Eſſe in caput, vel in caudam, leuare manum, Manus, Onus Pingues, Ponere faciem, Ponere oculos.

Decimotertio *Cornu* potentiam appellant, eo quod cornutorum animalium robur in cornibus adſit. Subinde Regnum significat, quod humana potentia maxime expectetur in Regibus. Prioris exemplum eſt Deut. 33. 17. Pſal. 43. 6. Poſterioris autem Eccli. 47 c. 1. Ezech. 29. vlt. Pſal. 131. 17. Luc. 1. 69. Decimoquarto, *Domum alicui facere*, vel *ædificare*, eſt dare illi prolem, ac poſteritatem. Exo. 1. 21. 3. Reg. 7. 11. Decimoquinto, *Funis* vel *funiculus* hæreditatis portio, quæ alicui obueniebat, dicitur, quia ſcilicet funibus prædia ſolebant menſurari. Pſal. 15. 6. Ioſ 17 5. Decimoſextò, *Græci* vocantur omnes gentiles in Actis Apoſt. & Pauli Epiſtulis non ſemel. Decimoſeptimo, *ſicuti eſt dies hæc* vel *ſecundum diem hanc*, quod ſæpius habes in veteri teſtamento, ſignificat, ſicut hodiè apparet. Decimooctauò. *Implere manum alicuius*, vel *ſuam*, eſt conſecrare aliquem, vel conſecrari in Sacerdotem. Iudic. 17. 5. 3. Reg. 13 33. Imo Ezech 43. 26 pro conſecrare altare dicitur, *Implere manum eius* Huius locutionis ratio eſt, quod manus illius, qui in Sacerdotem conſecrabatur, inungerentur, ac oleo implerentur. Decimonono, *Eſſe in caput*, vel *in caudam*, eſt primum, vel vltimum fieri. Deut. 28. 13. & 44. Vigeſimò, *leuare manum* etſi plura ſignificet, ſpecialiori tamen vſurpatione ſignificat iurare. Gen. 14. 22. Exo. 6. 8. Vigeſimoprimò, *Manus* aliquando ſignificat idem quod litus, vel latus Pſal. 103. 25. Eccli. 14. 25. Vigeſimoſecundo *Onus* apud Prophetas eſt prophetia, quæ afflictionem, & punitionem prænunciat. Vigeſimotertiò, *Pingues* vocantur homines potentes, ac primarij. Pſal. 77. 31. Iſa. 10. 16. Vigeſimoquartò, *Ponere faciem ſuam contra aliquem*, eſt iraſci alicui, & velle punire; contra, *Ponere oculos ſuper aliquem*, ſignificat, ei fauere, ac velle benefacere.

56. Portæ Prophetare. Sacerdos, caput canis. Ludere induit re aliqua. Os gladij, Podere, Ad dexteram vel ſiniſtram ire Blaſphemare, Apponi populo ſuo, Heri, & nudius tertius, Cras.

Vigeſimoquinto, *Portæ* non raro ponuntur pro forenſibus iudicijs Thre 5 14 Prou. 22. 22. Quia apud Iudæos in portis iudicia exercebātur. Vigeſimoſextò, *Prophetare* præter communem ſignificationem, ſignificat, Deum laudare. 1. Reg. 10. 5. 10. 11 13. Alias ſignificat, inſanire, vel inſana loqui. 1. Reg. 18. 29. Iere. 29. 16. Aliàs ſignificat, miraculum patrare Eccli. 48. 14. Aliquando Scripturas interpretari 1. Corinth. 14. Vigeſimoſeptimò, *Sacerdos* pro Principe ſumitur. 2. Reg 8. vlt. Vigeſimooctauo, *Caput canis* eſt res admodum vilis, 2. Reg. 3. 8. Vigeſimo-

nono,*Iudere*,idem eſt,ac commitere duellum. 2.Reg.2.14.Perſequi,& vexare.Gen.21.9 Idola colere, vel ſalrationes,ac tripudia exercere. Exo.32.6. Trigeſimo,*Indui re aliqua*, eſt illam in ſe habere,ac poſſidere.Pſal.94.1.ad Rom.13.14.Trigeſimoprimò, *Os gradij* vocatur eius acies. *Sic percutere*, ſeu *interficere in ore gladij*. Deut.20 12 & 17.Trigeſimoſecundò *Fodere* ſignificat emere,ac pretio comparare. Oſe.3.2. Trigeſimo tertiò,*Ad dexteram vel ſiniſtram ire* eſt vel aliò ire, vel à recta via aberrare.Trigeſimo quartò, Anima ponitur pro cadauere; quod caret anima.Num 9.6.Agge.2.14.Trigeſimo quinto, *Blaſphemare* ſæpe ponitur pro contumelijs.probriſque afficere quempiam. 2. Reg 21.5.Trigeſimoſexto, *Apponi populo ſuo*, vel *ad patres ſuos*,vel *Congregari ad illos*,eſt mori, ſeu inter mortuos recenſeri. Trigeſimoſeptimò,*Heri & nudius tertius* idem eſt,ac preterito tempore.Cras autem idem eſt,ac tempore futuro.

CAPVT IV.

De pluribus Sacræ Scripturæ ambagibus quæ eam reddunt ſubobſcuriorem.

57. Ordo temporum in rebus geſtis narrandis,nõ ſemper ſeruatur in Scriptura.

NOn ſemper ſeruatur in Scriptura circa rerum narrationem ordo temporum, ſed quę prius acciderunt,poſterius enarrantur,Recapitulationem aliqui hoc vocitant. Exempla exhibuerim in Geneſi cap. 2. vbi terreſtris paradiſi plantatio, à Deo facta refertur poſt narrata ſex dierum opera, cum tamen ea facta ſit tertio creationis mundi die. Aliud exemplum habes capitis decimi initio, & in Euangelio plura.

58. A figura ad rem figuratam frequens ſaltus.

Subitus aſſolet eſſe maximè in pſal. ac Prophetis, à figura ad rē figuratā ſaltus.Vt à Solomone ad Chriſtum: à Sion & Ieruſalem ad Eccleſiam: ab Iſraël carnali ad Iſraël ſpiritualem,ſeu Chriſtianum populum, idque ſub eodem nomine,quaſi de eadem re eſſet ſermo.Immo vero nomen figurę ſubinde tribuitur rei figuratæ,vt Chriſtus Ezech.34.23.vocatur Dauid,Idem Agge.2.24. quorumdam opinione Zorobabel appellatur.

59. Nomen proprium vel gentilitium ex morum ſimilitudine ſ oditum.

Nomen proprium, vel gentilitium ex morum ſimilitudine aſſolet indi. Sic Prophetæ Iſraëlitas impios,Chananæos,Amorrhæos, ſemen Chanaan,Sodomitas,Gomorrhæos vocitãt,Chriſtus Iudã,Diabolum: Ioan.in Apoc.11. 8.Ieroſolymam impiam,appellat Sodomam & Ægyptum,& c.18.2.Rom.vocat.Babylonem.

60. Nominis proprij loco eius interpretatio poſita.

Interpres noſter pro nomine proprio, quod eſt in Hebræo eius interpretationem ponit quaſi nomen eſſet appellatiuum, idque tum maximè cum ad vocis ſignificationem alluditur,vel aliquod proprio in nomine latet myſterium,quod occultum remaneret,ſi vox Hebræa retineretur. Vt Pſal. 75. 3. *Et factus eſt in pace locus eius* pro pace in Hebræo eſt, שָׁלֵם *ſchalem*,quam omnino vocem veriſimilius ibi ſignificare *Ieruſalem*,indicat vox Sion, quæ in eodem verſu ſequitur.

61. Spiritualia bona per temporalia deſcribuntur.

Non raro bonorum ſpiritualium in lege Euãgelica futura copia typicè à Prophetis per vbertatē rerum tēporaliū,quæ antiqua erat in lege.

62. Dialogismi non expreſſis perſonis interloquẽtibus

Nonnunquã maximè in Pſalmis,Prophetis, Cantico Canticorum dialogiſmus texitur,& plures inducuntur perſonæ loquentes,nec tamen indicatur, cum ab vna perſona ad aliam inter loquentem tranſitur.

63. Excæcatio induratio, peccata Deo attribuuntur in ſcriptura.

Multa Deo in ſcriptura tribuuntur quaſi eã ipſe faciat,vti eſt excæcatio,obduratio, peccata ipſa,quæ tamen nullo ei ſunt modo tribuẽda vt authori, vel impulſori. Poſſunt tamen duobus modis aliquomodo ſed impropriè ei tribui. Primo, vt permittenti, quandoquidem ipſe ea videat futura & impedire poſſit, non tamen faciat; quia tamen ea non tenetur impedire, immò ordinatiſſima eius prouidendentia vt plurimum exigit, vt ea ipſe permittat, impropriè ei tribuuntur. Secundo, vt aliquid facienti vel quaſi facienti vndè illa ipſa conſequuntur, & ex quo ea ipſe videt ſecutura: iuſtiſſimè tamen neque ea intentione, vt iſta eueniant; ſed alia occultiore. Vt cũ ſubtrahit gratiam propter præcedentia peccata; vel aliquid facit, vnde impij peccandi,aut ſeſe obdurandi occaſiones arripiunt. Itaque vel explicanda ſunt verba illa *Excæcauit,obdurauit*,occaſionaliter, hoc eſt,fecit aliquid,vnde obduratio eſt ſecuta; vel permiſſiuè, hoc eſt, excæcari, obdurari permiſit; vt verba actiua hîc paſſionem, vel permiſſionem ſignificent.

64. Dubitationum particulis Deus vtitur.

Dubitationum particulis vtitur Deus in ſcriptura, non quod dubitet vel ignoret quid futurum ſit,ſed vel ad indicandam humani arbitrij libertatem,quæ ex ſe eſt indeterminata, & poteſt alterutrum facere; vel ad indicandam paucitatem eorum, qui rem, de qua agitur, facturi ſunt. Ierem. 26. 3. Ezech. 2. 3.

65. Comparationes de vno aliquid affirmãtes,de altero negantes.

Cum vnum per comparationem alteri ſcriptura præfert, ſolet id, quod præfert affirmare, negare alterum.Oſe. 6.6. *Miſericordiam volui, & non ſacrificium*, hoc eſt, miſericordiam malo, quam ſacrificium. 1. Cor. 3.7. *Non ego,ſed gratia Dei*, hoc eſt,non tam ego, quam Dei gratia. Huic affine eſt cum vtitur ſcriptura epitaſi, ſeu verbo vehementiori pro minus vehementi.Mal.1.Rom.9 *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*, vbi odio habere ponitur pro negligere, minus amare.

Epitaſi vtitur aliquãdo ſcriptura.

Aliquando contrà verbum vſurpat ſcriptura, quod minus ſignificat, quam intendit ſignificare, Leuit. 10. 1. *Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis preceptum non erat.* pro, quod eis vetitum erat.

66. Poſitiuo vtitur pro cõparatiuo.

Pro comparatiuo & ſuperlatiuo Latinus interpres imitatus Hebræos qui carent hiſce comparationis gradibus, poſitiuum vſurpat. Pſal. 117. *Bonum eſt confidere in Domino,quàm confidere in homine*.id eſt melius.

66. Numerus minor negligi aſſolet

Aſſolet ſcriptura ponere plenum numerum minore neglecto,numero, qui excreſcit, vel aliquantulum deficit. Iudic 6. 18. Septuaginta filij Ierobaal dicuntur ab Abimelech interfecti, cum ad hunc numerum duo deeſſent, ipſe ſcilicet Abimelech,qui interfecerat, & Ioathan natu minimus, qui euaſerat.

68. Orbis plagæ ſolent reſpectu aliarum terrã aſſignari.

Orbis plagæ, Oriens ,Occidens,& hic intelligendæ ſunt in ſcriptura aſſignatæ Vrbis Ieroſolymæ, vel ſanctæ Terræ comparatione. Certe occidens communiter ſcriptura vocat mare,eo quod mare Mediterraneum, quod

Pale

Palestinam attingit, Iudæis est ad occidentem. Subinde meridiem vocant dexteram, Septemtrionem sinistram, eo quod conuertenti faciem ad Orientem harum partium talis est situs.

69. Quæ de Christo dicit, non semper ei in persona pro pria congruunt.

Quæ de Christo in scriptura dicuntur, non semper ei in persona applicanda sunt; sed subinde ei tanquam capiti, subinde eius corpori Ecclesiæ, subinde vtrique. Zach. 8. 2. dicit. Christus se missum esse ad gentes, quod fecit non in se, sed in Apostolis.

70. Decem Tribus Ephraim & Samaria vocantur.

Apud Prophetas decem Tribus prout distinctæ erant ab aliis duabus, & sub diuerso erant Rege, *Ephraim*, vel *Samaria* vocitantur, quia scilicet Regum Israël sedes in Samaria, & in Tribu Ephraim aderat.

71. Idololatria fornicationis nomine exprimitur.

Idololatria ferè, maxime apud Prophetas, fornicationis nomine designatur, eo quod idololatria, deserto vero Deo, idolis adhæreat: perinde ac adultera, deserto marito, adultero copulatur.

72. Vrbes quasi mulieres alloquitur, filias, meretrices virgines appellando.

Scripturæ, maximè apud Prophetas assolent de Vrbibus loqui, ac si mulieres essent, easque passim *filias* vocant; vel *meretrices*, quas de idololatria taxant; alias *Virgines*, vel quod veri Dei cultum retineant, vel quod à Deo amentur, non secus ac iuueni sponso virgo sponsa est chara; vel quod nonquam in captiuitatem fuerint adductæ; vel ob earū opes, ac pulchritudinem. Aliquando lego non filias absolutè, sed alicuius alterius Vrbis filias vocitari, 1. Par. 7. 28. & 29. Qua locutione significatur, Oppida illa esse alteri subiecta.

73. Filius & filia difficilè habent persæpe significationem.

Filios, ac filias scriptura vocat quidquid ex aliqua re extrahitur, & quasi ab ea paritur: item cum subiectio, obligatio, amicitia, familiaritas, vel coniunctio est aliqua rei cum re. Sic sagittas *filias pharetræ* appellat. Thre. 3. 13. Frumenti grana excussa, *filij areæ* vocantur. Isa. 21. 10. Tyrus *filia maris*. Isa. 23. 10. Aures *filia carminis*. Ecclesiastæ 12. sic *filius superbiæ*, *filius iniquitatis*, *filius mortis*, *filius pacis*, *filius sponsi*, *filius Regni*. *Filij Prophetarum*, hoc est, discipuli.

74. Fœda, scriptura verbis exponit honestis.

Quæ aliquam habent adiunctam fœditatem, ac verecundius nominantur assolet scriptura verbis honestis exprimere. Sic vxorem cognoscere *ingredi ad vxorem*, *reuelare alterius turpitudinem*, dicit. Menstruorum fluxum vocitat *consuetudinem* fœminarum *Muliebria*. Purgare ventrem Hebræi honeste dicunt *tegere pedes*, vel vt alij explicant, *purgare pedes*, quidquid enim infra aluum est in scriptura pedibus tribuitur. Pollutio nocturna in Hebræorum textu *noctis accidens* appellatur.

75. Æternum non semper significat fine fine durationem.

Æternum, & *sempiternum* non semper significat durationem illam, quæ est sine fine: sed frequenter etiam quoduis longum tempus, cuiusmodi est à lege data Moysi vsque ad Christum & nouam legem: idque maximè fit, cum finis temporis illius ignoratur. Exempla habes 1. Paral. 15. 2. 1. Machab. 2. 54. & alibi passim. Sic & illud tempus, quod futurum erat vsque ad finem mundi, æternum dicitur, vt Psalm. 118. 5. *In sæculum* subinde ponitur pro æternitate, subinde pro longo tempore, etsi non longissimo, vt pro Iubilæo, seu annis quinquaginta. Exod. 21. 6. *In sæculum sæculi* frequentius pro æternitate, etsi etiam pro longissimo aliquo tempore. *In sæcula sæculorum* semper pro æternitate.

76. Pars alicuius sententiæ sæpe non connectitur cum proximiori.

Non semel pars alicuius sententiæ non est cum proximiore connectenda, sed cum remotiori, contra perspicui leges styli. Cant. 1. 4. *Nigra sum sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*. Illud enim, *sicut tabernacula Cedar* coniungendum est cum *Nigra sum*, non cum *formosa*; eiusmodi enim erant tabernacula istorum Arabum pastorum, fœda scilicet, ac deformia facta ad arcendum imbres, & æstum; similiter illud, *sicut pelles Salomonis* connectendum cum illo, *sed formosa*; erant enim istæ pelles pulcherrimè rubricatæ.

77. Sæpe vtitur scriptura abstractis pro concretis.

Non rarò vtitur scriptura abstractis. Vel quasi abstractis pro concretis. Vt Circumcisionem ponit pro circumciso, præputium pro Gentili præputiato; sanctificatio dicitur pro sanctificatore, redemptio pro Redemptore. Quod tunc præcipuè locum habet, cum abstractum ponitur in genitiuo pro concreto adiectiuo, vt *Deus maiestatis* pro Deus magnus; *Sanctuarium sanctitatis*, pro sanctuarium sanctum, *Spiritus veritatis*, pro Spiritus verax, *Mulier virtutis*, pro mulier fortis. Quod etiam habet subinde locum cum aliis substantiuis non abstractis, vt *Mare salis*, pro mare salsum. Addiderim, hæc abstracta pro concretis posita nunc actiuè nunc passiuè sumi. Sic *iustitia* pro iustificatore 1. Cor. 1. 30. Vbi Christus dicitur factus nobis *iustitia*; aliàs pro iustificato, vt cum 2. Cor 5. vlt dicimur facti *iustitia* in Christo.

78. Sensus vnus seu eius actus pro alio ponitur.

Nonnunquam sensus vnus vel illius actus pro alio ponitur, inprimisque visus. Sic *videre voces* Exod. 20. 18 ponitur pro audire. Quælibet vero sensum pro intellectu, & sensationem pro intellectione propter vniuersalitatem istius potentiæ, quæ in omne ens etiam sensibile cognoscendo fertur, sumi, admodum familiare est. Psal. 33. *Gustate, & videte, quam suauis est Dominus.*

79. Potentia, vel actus potentiæ pro obiecto apponi assolet.

Potentia vel actus potentiæ pro obiecto ponitur, vt *Visio* pro re visa Dan 8. 13. Abac. 2. 3. *Aspectus* pro colore, qui conspicitur. Leu. 13. 10. *Spes* pro re, quæ speratur. Prou. 13. 12. *Timor* pro re, quæ timetur Gen. 31. 42. *Concupiscentia* & *desiderium* pro re, quæ concupiscitur, & desideratur. Sap. 16. 3. Psal. 105. 14. *Expectatio*, & *præstolatio* pro re, quæ expectatur. Prou. 17. 8. *Intellectus* pro re intellecta, Eccli. 24. 9. *Patientia* pro re, quæ patienter expectatur, Sec. 5. 15. *Ebrietas* pro eo, quod inebriat. Isa. 5. 22. *Custodia* pro re, quæ custoditur, vel custodiri debet. Abac. 2. 1. Zach 3. 7.

80. Verba neutra aliquando actiuè explicantur.

Verba neutra aliquando actiuè explicanda sunt, & verba actiua per duplicem actionem more coniugationis Hebrææ *Hiphil*. 2. Cor 2. 14. *Deus triumphat nos*, hoc est, triumphare facit. Osc. 8. 4. *Ipsi regnauerunt*, hoc est, Regem sibi constituerunt. Psal. 51. 7. *Emigrabit te*, id est, emigrare faciet. Rom. 8. *Spiritus postulat pro nobis*. Hoc est, postulare facit.

81. Idem verbū solet geminari.

Idem verbum assolet geminari semel in gerundio vel participio, & semel in alio tempore positum, vt emphasim & exaggerationem innuat. 2. Reg. 9. 7. *Faciens faciam in te misericordiam*, hoc est certissimè faciam. Psal. 117. 18. *Castigans castigauit me Dominus*, hoc est vehementer castigauit. Sic etiam extra gerundium & participium, *Morte morieris*, hoc est certissimè morieris.

Idem

82. **Substantiuũ etiam geminatur.**

Idem substantiuum geminatum sed semel in genitiuo plurali positum, excellentiam quandam eo in genere significat, & superlatiui vim habet, vt *sancta sanctorum* hoc est, sanctissima. *Canticum Canticorum*, hoc est, excellentissimũ Canticũ. *Vanitas vanitatum*, hoc est, res vanissima.

83. **Quid vox substantiua geminata significet.**

Eadem vox substantiua in eodem casu geminata, siue interposita particula copulatiua, siue non, multitudinem vel vniuersitatem eius rei significat. Psal. 86. *Homo & homo natus est in ea*, hoc est, multi homines nati sunt in Ecclesia per Baptismum. Psal. 144. *Generatio & generatio laudabit opera tua*, hoc est, multæ, vel omnes generationes. Ioel 3. 14. *Populi populi*, hoc est, omnes populi Psal. 121. 4. *Tribus Tribus Domini*, id est, omnes Tribus. Geminatio tamen, interposita particula *Et*, tantummodo duplicitatem, vel diuersitatem significat. Vt Psal. 11. 3. *labia dolosa in corde, & corde locuti sunt*, hoc est duplici corde.

84. **Pluralis numerus disiunctim aliquando explicatur.**

Nonnunquam pluralis numerus debet disiunctim explicari. Ioa 6. 45. & Act. 13. 40. *In Prophetis*, hoc est, in vno aliquo ex Prophetis, vel hoc, vel illo. Gen. 23. 6 *In electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum*, hoc est in aliquo ex selectioribus sepulchris nostris.

85. **Fœmineum pro neutro vsurpat.**

Persæpè interpres noster secutus Hebræos, qui neutro carent genere, pro eo fœminino vtitur. Psal. 26 4. *Vnam petij à Domino, hanc requiram* pro vnum petij, hoc requiram.

86. **Hebraismus relatiui superfluentis.**

Hebraismo nonnunquam antecedens simul & relatiuum ponitur, idque in diuerso casu. Psal. 10. 5. *Dominus in cœlo sedes eius*, id est, Domini in cœlo sedes est.

87. **Hebraismus gerundij.**

Hebraismo item gerundium ponitur cum nominatiuo, vel accusatiuo, quod habeat vicem suppositi pro subiunctiuo cum nominatiuo. Psal. 125 *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion*, pro, cum conuerteret Dominus Psal. 141. *In deficiendo ex me spiritum meum*, hoc est, cum spiritus meus deficeret.

88. **Vna vox diuersis locis diuersam significationem habet.**

Aliquando vna eadem locutionis forma diuersis locis vsurpata, diuersam, & ferè contrariam habet significationem; vt *Portare iniquitatem*, modo significat, ignoscere, vel veniam impetrare, vt Exo. 18. 38. modo significat puniri pro peccato, vt Leuit. 17. vlt.

89. **Hebræi Græci, & Chaldæi assolent libros suos ab Et, Autem, ergo incipere.**

Est Hebræis, Græcis, Chaldæis vsitatissimũ, vt libros suos ab *Et, Autem, Igitur, Ergo*, vel simili particula ordiantur, vt initio Leuitici, Numerorum, Iosue. 2. 3. & 4 Regum. 2. Paralipomenon, Esdræ Iudith, Threnorum. Baruch, Ezechielis, Ionæ, prioris Machabæorum. Nempe scriptores hi contemplabantur animo rem aliquam antegressam, cum qua istud, quod iam scribebant, colligatum per eiusmodi particulas curabant, siue ea res scripta iam esset in alio Volumine, siuè mente tantummodo comprehensa.

90. **Casum pro casu interpres vsurpat.**

Quia casibus carent Hebræi, eodemque nomine inuariato per omnes casus vtuntur, hinc & Interpretes per Antiptôsin casum pro casu vsurpant. 2. Cor 8. 23. *siue pro Tito, siue fratres nostri*. pro, fratribus nostris, subinde pro verbo indicatiuo, præsenti & imperfecto (quo carent Hebræi) vtũtur præterito. Psal 115. 1. *Credidi, propter quod locutus sum*, id est, credo, propter quod loquor.

CAPVT V.

De peculiari Præpositionum aliarumque vocularum vsu difficilem reddente scripturæ intelligentiam.

91. **De præpositione Ad.**

PRæpositionum, & coniunctionũ vis, & significatio admodum varia difficilem reddunt textus cognitionem. *Ad* sæpe idem valet quod *De*. 2. Reg. 3. 8 *Dominus locutus est ad David*, id est, de David, *dicens: In manu serui mei David &c.* Hebr. 1. *Et ad Angelos quidem dicit*, id est, de Angelis.

92. **De præpositione A.**

Præpositio *A*, sæpe pro *Apud*, vel, *Coram* vsurpatur. Ezech. 41. 21. *Erubescite à patre, & matre*, pro, coram patre, ac matre erubescite

93. **De præpositione In.**

Præpositio In, Hebraico ב v. gr. *In Christo, in Domino*, Ephes. 1. ferè omnium aliarum præpositionum vicem, & significationem subijt. Sæpe redũdat. Luc. 22. 49. *Si percutimus in gladio*, pro, si percutimus gladio. Verba contactus tam corporalis, quam spiritualis qualis v. gr. est visio, quæ rem visam suo intuitu quasi attingit) construi assolent cum ב *beth* id est. *In*, & cum ablatiuo casu, vt Isa. vlt. 1. *Videbitimus in lætitia vestra*, id est, vestram, videbimus lætitiam.

94. **De coniunctione Et. vel Aut.**

Hebræum ו *vè*, & latinum *Et*, nunc pro copulatiua, nunc pro disiunctiua, *vel, aut*; nunc pro causali *Enim, Quia*, nunc pro aduersatiua, *sed, autem*; nunc pro; *Vt, sic, sicut; Id est, Etiam Tamen, Ideo, Ergo, Præterea Quinetiam* sumi assolet. Aliquãdo prorsus redundat. Vocula *Tamen*, & *sed pro tamen; Quinimmò* sumũtur.

95. **Tamen, sed, Enim, Eo quod, Quoniam Quia.**

Enim pro, *Autem*, Gal. 2. 6. *Vt, quia. Propter quod, Propterea* sæpe non causam, sed solum euentum, seu consecutionem significant: subinde tantũ continuant præcedentia cum sequentibus. Particulæ *Eò quod, Quoniam, Quia*, sæpe valent idem quod *Quamuis*, vel *Etsi*. *Psal*. 77. 19. *Numquid poterit Deus parare vobis mensam in deserto, quoniam* (id est, *quamuis*) *percussit petrã, & fluxerunt aquæ* Isa. 12. 1. *Confitebor tibi Domine quoniam* (id est, *etsi*) *iratus es mihi*.

96. **De vocula si.**

Vocula *si* est admirantis, vel stupentis: alibi est negantis, vt Iudic. 5. 8. *si apparuerint*. id est, non apparuerunt Et 3. Reg. 17. 1. *si erit annis his pluuia*, id est, non erit pluuia. Et quidem plerumque est nota iurantis. V. gr. in adlato exemplo, *Viuit, Dominus, si erit pluuia*, id est iuro quod non pluet, adeoque si pluat, non habeat Deus viuus ac verax. Et cum post verba iurandi sequitur vocula *si*. tunc si oratio sit affirmans, vertit in negantem; si sit negans, vertit in affirmantem. Prioris exemplum est Psal. 94. 11. *Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*, id est, quod non introibunt. Posterioris Isa. 14. 24. *Iurauit Dominus, si non vt putaui, ita erit*, id est, iurauit, quod vti ipse putauit, ita erit.

97. **De particula Nisi.**

Simili modo particula *Nisi* est iuramenti execratorij. Isa 5. 9 *Nisi domus deserta fuerint* subaudi per Aposiopesim. *non habeat Deus*, aut *verax*: sicut latini dicunt *Nisi hoc fecero, dispeream*. subticent vero Hebræi ipsam imprecatione vt pote horrendam auditu, & effatu & cuius præ reuerentia diuinæ maiestatis

nemo vel meminiſſe audeat. *Leuare manum* ſæpe ſignificat iurare, Gen 14. 22. Exo. 6. 8 quia manum allulent qui iurant attollere.

98. De voculis *Non amplius Non vltra, ſæculorũ, generatio generationis.*

Voculæ, *Non amplius, Non vltra, Æternum; Sæculũ, Generatio generationis*, ſæpe non ſignificant abſolutã æternitatem, ſeu durationẽ interminabilem, ſed ſolum diuturnam durationem, & quaſi humanam æternitatem, id eſt. longum tempus, cuius finis ab homine viuẽte iam non videtur. Sic Iſa. 23. 15. de Tyro *Nõ adiicies vltra, vt glorieris.* Ezech. 26. 14. de eadẽ, *Non ædificaberis vltra*, ſcilicet ad longũ tẽpus: nã pueteà reædificata eſt, & priſtinã gloriã Tyrus reſumpſit, vnde à Magno Alexandro fuit ruſum deuaſtata. De *Æterno* exẽpla habes 1. Par. 15. 2. & 1. Mach. 2. 54. Aliquãdo *Æternũ* nihil addit ſententiæ præter epitaſim, quæ id valdè exaggeret. Quomodo dixit Petrus Ioa. 23. *Nõ lauabis mihi pedes in æternũ*, id eſt nullo modo id patiar. 2. Reg. 3. 28. *Mundus ſum in ſempiternum*, id eſt, toto cœlo abſum à cæde tam impia, tam perfida.

CAPVT VI.

De pluribus ſub obſcuram reddentibus ſcripturam Metaphoris, Tropis, allegoriis.

99. De Liptote.

VSurpat ſcriptura omnis generis Tropos, Metaphoras, & Allegorias frequentiſſime, vndè ſuboſcurus ſenſus exponitur Per *Liptoten* verbo minus vehemẽti aſſolet vti, quã intendat ſignificare 1. Reg. 12. 21. *Nolite declinare poſt vana*, (idola) *quæ non proderũt vobis*, id eſt quæ maximè oberunt, eruntque valdè vobis noxia 2. Mach. 2. 21. *Non eſt vtile nobis relinquere legem*, id eſt erit perniciosiſſimum.

100. De Synecdoche.

Per *Synecdochem* ſignificare ſolet nomine Philiſtæorum, Arabum, Ægyptiorum, Moabitarum, Ammonitarum, Idumæorum & aliarum barbaricarum Gentium Iudæis vicinarum notarúmque (Prophetarum ex ore) omnes Gentes impias à Chriſto ſubigendas, totúmque mundum ad eum conuertendum. Ita D. Hieron. ad cap. 60. Iſa. Etiam in numeris annorum, vel dierum exprimendis Synecdoche vtitur totum ponendo pro parte, vel contra. Verbi gratia Chriſtus dicitur tres dies in ſepulchro extitiſſe, è quibus tamen primus ac tertius fuere incompleti. Sic in annis vitæ variorum hominum vel Regnorum conſignandis, nunc completos nunc incompletos apponit. Sic vna pars hominis phyſica vt caro, vel anima vel ſanguis non rarò pro toto homine exprimitur. Exem. gr. Caput pro homine, 2. Reg. 1. 16. *ſuper caput tuum*, id eſt, ſuper te. Iſa. 35. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum*, pro ſuper eos. Sic *Caput canis, Caput colubri, Caput meum* idem ſunt quod canis, coluber, ego. *Auferet Pharao caput tuum.* Gen. 19. id eſt te: neque enim præciſſum eſt caput, ſed *ſuſpenſus eſt in cruce.* Vel etiam pars logica, vt genus pro ſpecie, v. gr. tempus pro anno, Dan. 7. 25. *Tempus & tempora & dimidium temporis.* Pro tribus annis & medio Vel contrà ſpecies pro genere. Iſa. 1. 15. *Sanguis*, ſeu homicidium pro quouis peccato. *Peſtis, & gladius* pro quauis clade. *Iuſtitia* aut *miſericordia* pro quauis virtute. Pſal. 155 9. Vel materia pro re ex ea confecta 2. Reg. 6. 5. *Ludere* in omnibus lignis fabrefactis, vel vt eſt in Hebræo *omnibus lignis abietum*, pro, ludere omnibus inſtrumentis muſicis. Aliquando deniq; pars vna pro altera ponitur vt anima pro cadauere. Num 9. 6. 7. 10. & Aggæ. 2. 14. *Immundi ſuper anima hominis*, id eſt propter cadauer.

101. De Metonymia.

Vtitur *Metonymia*, cum Samariam capit pro Samaritis, idolum pro idololatris, Templum pro Sacerdotibus. Sic eleganter ludit in voce *Peccatum*, qua aliquando denotat culpam: aliquando pœnam, vel effectum culpæ, nempe concupiſcentiam, &c. aliquando hoſtiam, quæ offertur pro peccato, 2. Cor. 5. 21. aliquando nudam immunditiam legalem ex menſtruo, ex lepra, ex contractu mortui contractam. Leu. 12. 6. & 14. 13. Vbi puerperium & lepra *peccatum* appellantur, ſcilicet legale, id eſt immunditia. Sic *Caro* aliquando corruptionem carnis, aliquando concupiſcentiam, aliquando homines carni deditos ſignificat. Aliquando exteriorem hominem, vel externam ſpeciẽ, & gratiam, quæ ſpiritui opponitur, id eſt, internæ gratiæ, & interiori homini. 2. Cor. 10. 2.

Antonomaſia ſæpe vtitur, cum *Vrbem* pro Ieroſolyma ponit, fluuium, vel *flumen* abſque addito pro Euphrate.

102. De Antiphraſi.

Per *Antiphraſim* poni aſſolet *Benedicere* pro *Maledicere*. Iob. 1. 11. vt diximus. Sic *Sanctificari* pro *pollui*. Deut. 22. 9.

103. De Euphemiſmo.

Per *Euphemiſmum*, quod durum, & infauſtum ſonat, id à ſe remouere aſſolent Hebræi in hoſtes ſuos. 1. Reg 25. 22. *Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat.* Vbi Dauid cum ſibi imprecaretur malum, niſi graue de Nabal ſupplicium ſumeret, loco ſui ſubſtituit inimicos ſuos.

104. De Ironia.

Ironiam, & *Sarcaſmum* habes Gen. 3. 22. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malũ. Et Zach. 11. 13. de triginta argenteis dicit Dominus, *Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.*

105. De Catachreſi.

Catachreſim recognoſce apud Mat. 9. 31. Cœci curati *diffamauerunt* Ieſum *in tota terra illa*, id eſt, famam eius cum magna laude celebrarunt. Sic *fœnerari* poni aſſolet pro mutuare. Deut. 15. 6. Sic Deus *pluuiæ pater*. Id eſt, auctor. Dæmõ *mendacij pater*, id eſt auctor appellatur. Tubalcain *pater*, id eſt primus *canentiũ organo.*

106. De Hyperbole.

Per *Hyperbolem* Gen. 41. 49. frumentum *arenæ maris* æquatur. 3. Reg. 10. 27. *Argentum lapidibus*. Ioan. vlt. vlt. mundus negatur *capere poſſe libros.*

107. De Metaphora.

Metaphora omnium frequentiſſima. *Lupi, ſerpentes, Dracones, leones, &c.* Iſa. 11. 6. ſunt barbaræ, ac feræ nationes. Sic homines virtuoſi vel vitioſi Iſa. 35. *deſerto arido, campis, arborib. vineis, mõtibus, fluminibus, vrbibus comparãtur.* *Calix* ſors eſt cuiuſque ſeu bona, ſeu mala. *Gladius* eſt quidquid pungit, torquet, vel cruciat: *Sagitta* quidquid nocet, aut lædit. *Ignis turbo, tempeſtas, procella, grãdo* eſt quoduis tormẽtũ, clades, vel ſtrages *Adeps frumẽti, medulla olei, vini* vocatur quod in frumento, oleo, vel vino eſt præſtantiſſimum. *Baculus panis. ſcipio, fulcrum, robur panis* (vt innuimus) eſt alimentum, quo quis ita indiget ad ſuſtentationem, ſicut ſenes baculi auxilio,

fulcro

fulcro vites, ac arbores fructibus onustæ. *Suscitare verbum*, est, *præstare promissa*, *suscitare arcum, gladium, iuramentum, pactum*, est, facere, ne otiosa sint, aut vacua pacta, promissa, minæ. *Reuelare auriculam*, 1. Reg. 9. 15. & 2. Reg. 7. 27. item *Aperire alicuius aures*, est, aliquid alicui prædicere, aduertere, præmonere. Plura superius metaphorici sermonis exẽpla varia quidem innuimus. Assolent Prophetæ non semel ab vna metaphora immediatè statim ad aliam transire. Sic Zach. 3. 8. & 9. Christus nunc *Oriens*, nunc *Lapis* vocatur. Ose. 2 Synagoga *Mulier*, mox appellatur *Vinea*. Isa. 27. Diabolus *Leuiathan*, id est balena, mox *Vectis*, mox *Draco* dicitur. Isa. 45 7. Cyrus iam *Luci* & *Soli*, iam Aui, & Aquilæ comparatur.

108. Sæpè à Metaphora ītã-situr solet scriptura ad rem significatam.

Sæpè a Metaphora, aliaue figura ad rem significatam assolet scriptura transilire. v.g à *Flore* ad *Christum* Isa. 11. 1. & 2. & cap. 7 a liberatione Achaz, & Iudæorum de manu Rasin Regis Syriæ, & Phacee Regis Samariæ, subito transit ad Virginis Deiparæ partũ, & ortũ Emanuelis, & hominum per Christum è potestate Diaboli liberationẽ, cuius illa typus erat. Sic à vastitate Babylonis, Ierosolymæ, vel Samariæ sæpe ad excidium orbis, ac diem iudicij, cuius illę fuere speculum, & figura transitur. Similiter à *meretrice* ad *Vrbem Niniuem* transit Nahum 3. 4. Ab *erucis, locustis, & bruchis* ad *militem terram vastantes*, Ioel 1. & 2. Simili modo Isaias 14. à casu Luciferi ad Balthasaris Regis Babylonis per alterũ significatũ scandit.

109. De Hẽdyade.

Frequens est Hebręis ac Græcis *Hendyadis*, qua vnum in duo diuidunt: Sicut Virgil. Æneid. 1. *Montémque, & montes insuper altos imposuit*, id est, molem altorum montium imposuit. Alibi *Aurum, frenósque momordit*, id est frenos aureos. Sic Gen 1. 14. *Sint* Sol & Luna *in signa & tempora, & dies & annos*, id est, sint in signa temporum, dierum, & annorum.

110. De Hypallage.

Hypallagem video Isa. 1. *Cognouit bos præsepe Domini sui*, id est, Dominum præsepis sui, seu Dominum alentem se in præsepio. Exo. 3. 2 in Hebræo, *Rubus ardebat in igne*, id est, ignis ardebat in rubo. Iudic 1. 8. in Hebræo, *Ciuitatem miserunt in ignem*, id est ignem miserũt in Ciuitatem. Psal. 18. 5. *In sole posuit Tabernaculum suum* id est, solem posuit in tabernaculo suo; vel, vt est in Hebræo, Soli posuit tabernaculum suum in cœlis.

111. De Enallage.

Porrò *Enallage* generis & suppositi vtitur Isaias c. 27. 3. 5. & 6. vbi de eadem re loquens, nunc masculino genere vtitur, subaudiens populum: nunc fœminino subaudiens vineam, vel Synagogam. Cap 3. 12. *Et mulieres* (id est, effœminati Principes) *dominatæ sunt eis*. Enallagen personæ, vbi à prima, vel secunda transitur ad tertiam: item temporis, vbi præteritum ponitur pro futuro, vel futurum pro præterito, sæpe exprimit scriptura. Ita Abac. 3. 6. 7. 9. 11. Itẽ numeri vbi à singulari ad pluralem transitur, & contra, vt Deut. 32 & 33. & in Prophetis, & in Psalmis passim Denique Enallage verbi, vel participij pro aduerbio. *Cõuertor, reuertor, addo* pro, rursus, iterũ vt in Ps. 77. 41. *Cõuersi sunt, & tentauerunt Deum* id est, iterum tentauerunt. Psal 84 7. *Deus tu conuersus viuificabis nos*, id est, iterum viuificabis. Isa. 5. 13. *Conuertetur, & erit*. Hoc est rursus erit.

Eadem figura sæpè sensum vnum, vel sensus actum cum alio sensu commutatur, de quo superius egimus, exemplum exhibentes in visu, *Videre voces*, id est audire. Addo exempla ex aliis sensibus Pro *olfactu* Exo. 5. 21. in Hebræo, *Fœtere fecistis odorem* (id est famam, & nomen) *nostrum in oculis*, (vt Chaldæus vertit) pro, in auribus, *Pharaonis*. Pro *Gustu* Psal. 33. 9. *Gustate, videte* (id est, ex sapore probate) *Quoniam suauis Dominus*. Sic quemlibet sensum externum sumit pro intellectione. 1. Cor. 14. 2 *Nemo audit*, id est, nemo intelligit. Hebr. 5. 11. *Imbecilles ad audiendum*, hoc est, ad intelligendum. Sæpe potentiam, vel actu potentiæ ponit pro re ipsa, vt *Visionem* pro ipsa re visa: Isa 1. 1. Aspectum pro colore, qui aspicitur: vt Isai. 53 2. *Spẽ* pro re sperata: vt Prou. 13 12. *Timorem* pro re, quæ timetur: vt Gen. 31. 42. & 53. *Concupiscentiam*, ac *desiderium* pro re concupita, seu desiderata: vt Psal. 105. 14. *Deprecationem* pro eo, quem deprecamur Eccli. 34. 20. *Patientiam* pro re, quæ patienter expectatur: Iere. 29 11. *Ebrietatẽ* pro eo, quod inebriat: Isa. 5. 22. *Custodiam* pro re custodienda: Abac 2 1.

Non raro per *Heterôsim* (vt innuimus) scriptura vtitur abstractis pro concretis: Sic *Dominationes* pro Dominantibus. Isa 60. 17. *Ponam visitationem tuam pacem, & Præpositos tuos iustitiam*, id est, immittam visitatores tuos pacificos, & Pręposiros tuos iustissimos, ac normam iustitiæ. Addideim autem abstracta hæc pro concretis sic posita subinde vna eadémque nunc actiuè sumi nũc passiuè: v.g. *iustitia* pro Iustificatore sumitur 1. Cor. 1. 30. vbi Christus dicitur *factus nobis iustitia*. Pro iustificatore vero 2. Cor. 5. vlt. vbi dicimur *facti iustitia in Christo*.

112. Scriptura sæpè vtitur Hieroglyphicis, Symbolis, Ænigmatibus.

Præterea Scripturæ Hieroglyphicis quandoque vtuntur, Symbolis, & Ænigmatibus. Plurima habes Ecclesiastæ vlt. quæ mortem reprę̃sentant. Habes in Ieremia *iram columbæ, gladium columbæ*, quæ designant iram, & gladium Chaldęorum in quorum labaro erat columba argentea pennis inauratis, Semiramidẽ reprę̃sentãs, Psal. 67. 14. Ita Dani. 4 per ænigma *Arboris* imperium Nabuchodonosoris exprimitur. Cap. 2. per statuam quadrifariam. Cap. 7. per *quatuor bestias* repræsentantur quatuor Monarchiæ. Cap. 8. per *hircum, & arietem* Alexãder Magnus, & Darius. Ezec 1. per *quatuor animalia* & currum Cherubim Dei magnificentia, potentia, & vindicta depingitur. Cap. 5 per *nouaculam radẽtem pilos, & barbam*, Chaldæi plebem, & Principes Iudæorum iugulantes. Cap. 17. per *duarum aquilarum* pugnã, pugna Nabuchodonosoris & Pharaonis, Cap. 19. per *leones & leunculos* Regnum ac tyrannis Ioachaz, Ioakim, ac Sedeciæ. Cap. 23. per meretriciũ Oollæ & Oolibæ, Samariæ ac Ierosolymæ idololatria. Similia Moysẽ in suis legib vsurpasse declarat Clem. Alex. 1 6 strõ.

113. Vtitur Imitatione.

Deniq; non semel per *μίμησιν* seu *Imitationẽ* scriptura citat fabulas Gentilium, vt fabulam Titanum, Iudith. 16. 8 *Glareas Corytii* Iob 21. 33. Conu Amaltheę, Iob 42. 14 iuxtà Septuag. Noctẽ *Orci filiã*, Sap. 17. 13 Fabulam *Centaurorum*, Isa. 34 14. De *Arcturo* & *Orione* Amos 5 8. Nõ quod fabulas approbet sacerrimus textus; sed vt modo loquẽdi vulgi se se accommodet.

PRÆLOQVIVM III.

Antilogiæ, seu apparentes contradictiones, quæ addunt sacris literis obscuritatem.

114. Cur de Antilogiis pluta.

SVnt innumeræ Antilogiæ seu (apparētes quidem (cootradictiones in scriptura, quæ textum admodũ reddunt difficilem. Non paucas adnotauit, & composuit Augustinus ex solis quatuor Euangelistis. Plures ex vtroque Testamento collegit Richardus Monachus Cluniacensis sub falso nomine Saluiani Massilieosis. Plurimas aceruauit Seraphinus Cumiranus Feltrensis Minorit. familiæ libello illo edito Parisiis anno 1559 Andreas item Altamerus, qui anno 1531. Norimbergæ prodiit: & plures alij prolixe hoc sequuntur intentum. Ego propriis in locis difficiliures indicabo cootradictiunes ex omnibus scripturæ libris, quas planas reddere curabo Vt autem in Prælogiis ostendam, quam ex Antilogiis huiusmodi difficilis scriptura reddatur, ex Pentatheuco, cuius quinque libros hoc primo volumine expono, nonnullas contradictiones (specie quidem teous) obiicie odas curaui exemplificatioois io gratiam. Dum autem earum in Commentariis literalem requiris concordiam, non semel moralem indico solutionem.

CAPVT I.

Antilogiæ ex libro Genesis triginta sex.

115. Ex cap. 1. Gen. Fœcunditas status Virginalis.

I. CAp. 1. 3. *Facta est lux* primo die. At ver. 16. *Tertio die fecit Deus luminaria.*

II. Cap. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* At Sap. 7. 26. & Hebr. 1. 3. solus *Filius* vocatur *figura substantiæ, & imago bonitatis illius.* III. Cap. 1. 28. *Crescite,* (ait Deus) *& multiplicamini,* At Mat. 19 10. idem fatur, *Non expedit nubere.* Tot certè Religionom cælebs status non obstat mundi multiplicationi.

116. Ex cap. 2. Gen.

IV. Cap. 2. 2. *Compleuit Deus die septimo opus suum.* At Io. 5. 17. *Pater meus vsque modo operatur.* V. Ver. 9. *Lignum scientia boni, & mali.* At Cap. 3. 7. colligitur, noo scientiæ, sed igoorantiæ originem extitisse. VI. Ver. 17. *In quocumque die comederis ex eo morte morieris.* At Geo. 5. 5. Omne tempus, qood *superuixit Adam anni nongenti triginta fuat.* VII. Ver. 18. *Non est bonum esse hominem solum.* At 1. Cor. 7. 26. *Bonum est homini, sic esse.*

117. Ex cap. 3. Gen.

Cæcus est qui prohibita aspectat.

VIII. Cap. 3. 5. *Aperientur oculi vestri,* & ver. 7. *Aperti sunt oculi amborum.* An antea cœcì erat. Num non dicitur de muliere, *Vidit mulier lignum.* Ergo cœci, & nõ cœcì. Vere cæcitas illa, qua probibitũ aspectatur. IX. Ver. 14. Deus ad serpentem. *Quia fecisti hoc, maledictus eris &c.* At serpens non deliquerat, sed dæmon.

118. Ex cap. 4. Gen.

X. Cap. 4. 26. *Enos cœpit inuocare nomen Domini.* An pareos eius Seth, & auus Adam nomen Domini non inuocauerant? Inuocauerant sæpe sæpius. Quonammodo ergo Enos cœpisse inoocare oomen Domini dicitur?

119. Ex cap. 5. Gen.

XI. Cap 5. 24 Henoch *non apparuit, quia tulit eum Deus.* At Hebr. 11. 5. *Henoch translatus est, nè videret mortem.* Eccli. 44. 16. *Translatus est in paradisum.* Ergo amplius apparuit XII. Ver. 26. *Mathusala postquam genuit Lamech vixit septingentis annis.* Ergo vixit vsque ad finem diluuij, & tameo non se io arcam recepit.

120. Ex cap. 6. Gen.

XIII. Cap. 6. 1. & 4. *Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt* At Iob. 1. 6. filij Dei sunt Angeli, qui *non nubent, neque nubentur.* XIV Ver. 6. *Erunt dies hominis centum viginti annorum* At plurimi homines pluribus annis postea vixere

121. Ex cap. 9. Gen.

Sæpe ob parentũ delicta filij temporarijs supplicijs vexeantur.

XV. Cap 9. 13. *Arcum (ait Deus) meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & terram.* At erat etiam ante diluuium io nubibus arcus. XVI. Ver. 25. Ob Cham irreuerentiã Noe comminatur, *Maledictus Chanaan: seruus seruorum erit.* At ex Ver. 22. coostat patrem eius Chan deliquisse, non Chaoaan. Ao delinquente parente, filius innocens puniendus? Quam sæpè.

122. Ex cap 11. Gen.

XVII. Cap. 11. 26. *Vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abram, Nachor, & Aran.* At ex accuratiore Chrooographia colligitur, Thare noo tantum septuaginta, sed centum triginta annorum fuisse, quando geouit Abram.

123. Ex cap 15. Gen.

XVIII. Cap. 15. 13. Deus Abrahæ, *Peregrinum erit semen tuum quadringentis annis.* At Gal. 3. 17. mentio fit peregrinationis *centum triginta annorum.*

124. Ex cap. 17. Gen.

XIX. Cap. 17. 14 *Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit delebitur, &c.* Circumcisio autem die octaua fieri debebat. At Ios. 5. 5. *Populus qui natus est in deserto per quadraginta annos incircumcisus fuit.* Quonammodo ergo lex apud vniuersam Synagogam stabat.

125. Ex cap. 22. Gen.

Obedientia semper illæsa.

XX. Cap 22 fatur Abraham famulis: *Postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* At, vt cõstat ex ver 2. immolari debebat Isaac. Quomodo ergo asserit se cũ Isaac reuersurum? An noo obedientia semper manet illæsa? XXI. Ver. 25. *Vocatum est nomen eius Esau,* quia scilicet rufus erat. At Ver. 30. asseritur, *A rufa coctione vocatũ est nomẽ eius Edom.* Ergo nõ quod rufus fuisset.

126. Ex cap. 31. Gen.

Auaritiæ affectus vel licitam vitiat actionẽ.

XXII. Cap. 31. 19. *Rachel furata est idola patris sui.* Quonammodo furata, cum hac via accepta sponsi à socero damoa, licitè scilicet, compensarit? Num auara fœminea manus licitam vitiauit actionem?

127. Ex cap. 34. Gen.

Iustum cruciari Deus vult, sed vulnerantem punit.

XXIII. Cap. 34. 30. Filiis post percussiooẽ Sichem Iacob ait, *Turbastis me.* Et Cap. 49 5. *maledixit illis.* Qoomodo turbant Iacobum Prophetam, & afficiuntur maledictione ob facinus admodũ commendatum Iudith 9. *Deus, qui dedisti Simoni gladium in defensionem alienigenarum.* Vult Deus iustos laboribus honestari, sed væ gladium stringentibus ad vulnerandum iustos.

128. Ex cap. 36. Gen.

XXIV. Cap. 36. 2. *Vxores Esau Ada filia Elõ Hethæi, & Basemath filia Ismael.* At Cap. 29. 34. scripserat Moses, *Vxores Esau Iudith filia Beeri Hethæi, & Basemath filia Elon eiusdem loci.* An Ada Iudith? Num Ismael Elon?

129. Ex cap. 37. Gen.

Bono in marito vel defuncta semper viuit sponsa.

XXV. Cap. 37 10. *Num ego & mater tua adorabimus te super terram?* At Rachel mater Ioseph cap. 35. 19. iam obierat An non bono in marito semper superstes degit sponsa? XXVI. Ver. 36. Venditus fuit *Ioseph Putiphari eunucho Pharaonis.* Qui quidem cap. 39. 7. dicitur vxorẽ habuisse, & filiã. Quomodo igitur Eunuchus?

130. Ex cap. 40. Gen.

XXVII Cap 40. 19. *Auferet Pharao caput tuum,* fatur Ioseph pistorũ Præposito. Ao Ver. eodem dicitur, *suspendet te in cruce,* & Ver. 22.

Suspensus

suspensus est. Quid suspensioni cum ablatione capitis?

131. Ex cap. 44. Gen.

XXVIII. Cap. 44. 5. *Ipse est scyphus, in quo augurari solet Dominus meus.* At cap. 42. 18. dixerat Patriarcha, *Deum enim timeo.* An cum Dei timore componitur Magica auguratio?

132. Ex cap. 45. Gen.

XXIX. Cap. 45. 8 *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* At cap. 50. 20. *Vos,* inquit, *cogitastis de me malum.* Si voluntate Dei præstitũ, & *Dei non possumus voluntati resistere,* v. 19. quomodo malitiæ fratrũ hoc datur?

133. Ex cap. 46. Gen.

XXX. Cap. 46. 26. *Cuncta anima, quæ ingressa sunt in Ægyptum, sexaginta sex.* At Ver. 27. dicuntur fuisse *Septuaginta,* & Act 7. 14. *Septuaginta quinque.*

134. Ex cap. 47. Gen. Potestatis insigne quasi Deus.

XXXI. 47. 31. *Adorauit Iacob Deum, conuersus ad lectuli caput.* At Hebr. 11. 21. *Adorauit fastigium virgæ eius.* An virgæ fastigium Deus erat? Num potestatis insigne velut Deus habendum?

135. Ex cap. 48. Gen. Multi venditores potius sunt hostes dimicantes.

XXXII. Cap. 48. 22. *Partem, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* At Cap. 33. 19. & Ios. vlt. 32. dicitur Iacob hanc partem *agri emisse a filiis Hemor centum agnis.* Num quod emitur pecunia, aut commutatione agnorum gladio, & *arcu* acquiritur? Certe aliqui venditores hostium pugnantium vices exerunt.

136. Ex cap. 49. Gen.

XXXIII. Cap. 49. 10 *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.* An non ablatum sceptrum de Iuda sub *Nabuchodonosor?* sub *Machabæis?* sub *Herode?* Cuius tamen extremis solùm annis natus est Christus. Mat. 2 XXXIV. Ver. 26. *Donec veniret desiderium collium æternorum, benedictiones patrum* meorum *fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi.* Ioseph non fuit Nazaræus Gen. 43. 24. & posteri eius non durauerunt vsque ad Christi aduentum, sed sub Ieroboamo a cultu veri Dei deflexerunt, & à Salmanasare (4. Reg. 17. ante natũ Christũ annis 687. perpetuum abducti sunt in exiliũ.

CAPVT II.

Antilogiæ ex libro Exodi viginti.

137. Ex cap. 6. Exo. Multa vulgo versantur, quæ non intelliguntur.

CAp 6. 3. Nomen meũ (Deus ait) *Adonai non indicaui Abrahamo, Isaaco, & Iacobo.* At vbique in Geneseos textu Hebraico Deus vocatur *Adonai.* Quomodo ergo iam amicis non est indicatum, quod vulgariter audiebatur à cunctis? An multa vulgo versantur quæ non intelliguntur? II. Cap. 7. 1. Deus Mosi, *Constitui te Deum Pharaonis: & Aaron erit Propheta tuus.* At 4. Reg. 19. 15. dicitur, *Tu es Deus solus Regum omnium terræ.* Ver. 3. *Ego indurabo cor eius.* Si Deus indurator, cur Cap. 10. 16. Pharao sibi culpã adscribit. *Peccaui in Dominum Deũ.*

138. Ex cap. 7. Exo.

139. Ex cap. 10. Exo.

III. Cap. 10. 13. *Ventus vrens leuauit locustas super vniuersam terram Ægypti innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt.* At Ioel 1. 4. de suo tempore locutus, ait etiam tum *residuum erucæ comedisse locustam* Et exaggerans addit Ver. 2. *si factum est istud in diebus patrum vestrorum?* IV. Ver 21. *Tenebræ tam densæ, vt palpari queant.* At quonammodo palpari quirent, si tenebræ nil sunt nisi luminis priuatio?

140. Ex cap. 12. Exo.

V. Cap. 12. 3. & 6. *Tollet vnusquisque* Pater familias agnum per familias, & domos suas: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israël. At 2. Paral. 30. 17. & 18. *De solis Sacerdotibus & Leuitis* dicitur, quod fuerint *purificati ad immolandum Pascha vniuersis filiis transmigrationis.* VI. Ver. 40 *Habitatio filiorum Israel, quæ manserunt in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum.* At Gen. 15. 13. à prædictione Abrahæ facta tantum dicuntur fluxisse *quadringenti anni* vsque ad finem Israëlitarum seruitutis. Num triginta illi nouissimi anni quibus durius Hebræi angebãtur pro placida libertate cõputãdi? Durior calamitas verior est libertas. VII. Ver. 41. *Nox ista est obseruabilis Domini, quãdo eduxit eos de terra Ægypti.* At Ver. 51. dicitur *Dominus die* eduxisse *filios Israel.* Si die, quomodo *nox* illa obseruabilis? An quia iustũ erat noctis vigilia colere, quæ die acceperant beneficia.

Durior calamitas verior est libertas.

Nocturna vigilia cole, quæ interdiu acceptis beneficia.

141. Ex Cap. 14. Exo. Tenebræ aduersitatis mentis tenebras ablegãt.

VIII. C. 14. 20 *Erat nubes tenebrosa. Ibid.* Erat *nubes illuminans noctẽ.* Quomodo tenebrosa, si noctem illuminabat? Num non tenebræ aduersitatis tenebras ablegant. En tenebricosam nubem noctem illuminantem.

142. Ex Cap. 16. Exo. Eucharistia communiter albescit, vt panis, sed multis veri caro flauescit.

IX. Cap. 16. 14. *Apparuit mãna in similitudinem pruinæ,* nempe albi coloris. At num. 11. 7. *Erat man quasi semen coriandri, coloris Bdellij,* flauescẽtis. An quod gustui saporũ varietatẽ exhibebat, visui etiã colorũ diuersitatẽ ministrabat? An non verè Mãna Eucharistia, quę cunctis albicãs obijcitur sub specie panis, sed pluribus Christi caro operãte fide perspicue flauescit.

143. Ex Cap. 18. Exo. Cognatus & socer idem affectu.

X. Cap. 18. 1. *Iethro cognatus Moysi.* At c. 3. 1. *Iethro socer Moysis* appellatur. An cognati & soceri vno vocabulo exponũtur quia vno informãtur affectu? vulgari idiomate exponam *Cuñados y suegros en los affectos sen parece.*

144. Ex Cap. 19. Exo. Magistratus, Sacerdotes, ac seniores non annumerandi cum sęcularibus.

XI. Cap. 19. 12. *Cauete, ne ascẽdatis in mõtẽ.* At c. 24 9. *Ascẽderũtque Moyses & Aarõ, Nadab, & Abiu & Septuaginta de senioribus Israel & viderunt Deum Israel.* Si nullus è populo ascensurus erat montẽ, quomodo Moysi, Aaroni, & senioribus licuit ascendere? An Magistratus, sacerdotes, ac seniores populari excludũtur è numero? Imo decet omnino à moribus separari.

145. Ex Cap. 20. Exo. Pater ac filij vix quodammodo possũt in delicto ac supplicio separari.

XII. Cap. 20. 4 *Nõ facies tibi sculptile, neq; omnẽ similitudinem, quæ est in cælo, in terra, in aquis.* At c. 25 18. *Duos Cherubim aureos, & productiles facies.* Et n. 21. 8. *Fac serpentem æneũ* XIII. Ver. 5. *Ego Dominus visitans iniquitatem patrum in filios in tertiã & quartã generationem,* At Ezech. 18. 20. *Filius nõ portabit iniquitatẽ patris.* Si iniquitatẽ nõ portãt, quomodo à Domino visitãtur, seu flagellantur? An quia pater & filius quasi essentia vnica informati haud quodammodo possunt in delicto & supplicio separari.

146. Ex Cap. 21. Exo. Cuiusuis seruitutis vel exiguæ durationis æterna prolixitas.

XIV. Cap. 21. *Erit ei seruus in sæculũ.* At Leuit. 25. 41. & 54. *Anno Iubilei egredietur* liber. Quomodo si egreditur Iubilei anno in sempiternũ seruus existit? An quia cuiusuis seruitutis æterna prolixitas? Vel exiguæ durationis seruitus patienti æterna prorsus obijcitur.

147. Ex Cap. 33. Exo.

XV. Cap. 33 7. *Moyses tollẽs Tabernaculũ fœderis, tetendit extra castra procul.* At nondum erat erectum fœderis Tabernaculum: nam vt constat ex cap. 40. 1. & 15. *Mense primo, prima die mensis* anni sequentis *erigitur Tabernaculum testimonij.* Quonammodo igitur Moyses potuit ante Tabernaculi erectionem tollere Tabernaculum. XVI. Ver. 12. *Minister* Moysis *Iosue puer.* At ex c. 17. 9. iam tum agebat militię

magistrum : & erat annorum 53. Quomodo ergo *puer* vocitatur. Exod. ver. 20. *Non poteris* (ait Mosi Deus) *videre faciem meam : nam non videbit me homo,& viuet* Et Ioan. 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam.* At ver. 11. dicitur, *Facie ad faciem sicut solet loqui homo ad amicum suum.* Ergo Moses Deum intuitus est. An ineffabilis pulchritudo. Dei sic aspectantis sitim succendit vt videatur sibi minime vidisse, quod ardentissimè sitit iterum aspectare.

Dei aspectatio se videndi accendit affectum.

148. Ex cap. 34. Exod.

XVIII. Cap 34 15. *Ne ineàs pactum cum hominibus illarum regionum, nec vxorem ex filiabus eorum accipies filiis tuis.* At Deut. 21. 11. permittit Deus, *vt ex captiuis in bello mulieribus vna ducatur vxor.* Et Deut. 20. 11. iubet, *pacem* prius *offerri*, quam ciuitas expugnetur. An Deus curauit homines captiuos non ita despicabiles ostentari, vt assolent, siquidem ex mulieribus captiuis permittit vxorem acceptari? An potius ducum, militumque intemperantiæ voluit medicamen prouidere, qui assolēt captiuis fœminis abuti, quas ideò permittit posse duci in vxores? XIX. Ver. 29. *Facies* Moysis *cornuta* apparet. At 2. Cor. 3. 7. *Gloria vultus* Moysi deprędicatur. Quidnam in cornibus vulnerum instrumentis gloriosum? An non sic gloriosum est legislatori, ac Magistratui delinquentes vulnerare, at iustos præmio afficere.

Non despiciantur homines captiui. Amasia potius ducenda in vxorem, ne delinquas

Æquè gloriosum Magistratui, delinquentes vulnerare, ac iustos præmio afficere.

149. Ex cap. 35. Exod.

XX. Cap. 35. 2. *Qui fecerit opus in Sabbato, occidetur.* At Mat. 12. 5. *Non legistis in lege, quia Sabbatis sacerdotes in Templo Sabbata violant, & sine crimine sunt?* Quonammodo violatores Sabbati sine crimine? Num quia sacerdotalibus nihil dandum est vitio? Sacerdos gessit, quod in lege prohibitum est? Non audess succensere.

Nil sacerdotibus vitio tribuendum.

CAPVT III.

Antilogiæ ex libro Leuitici decem.

150. Ex cap. 1. Leu.

I CAp. 2. 3. & 10 Multa vocantur *sancta sanctorum*, & cuius sacerdoti accessio conceditur. At cap. 16. 2. & Hebr. 9. 7. soli Pōtifici summo permittitur, ac iubetur *semel in anno* ingredi *Sancta sanctorum.*

151. Ex cap. 10. Leui.

II. Cap, 10. 3. *Locutus est Moyses ad Aarō, & ad filios eius. Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini.* At Mat 26. 65. *Princeps sacerdotum scidit vestimēta sua* An violator legis facilè qui intestina cremabatur inuidia.

Facile violat legem inuidus.

152. Ex cap. 17. Leu.

III. Cap. 17. 3. *Homo si occiderit bouem, aut ouem in castris vel extrà castra, & non obtulerit ad ostium Tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit.* At 1. Reg 7 9. Samuel sacrificauit *in Masphath*; Elias *in monte Carmeli* 3. Reg. 18. 33. & alij passim in excelsis. 3. Reg. 3 3 4. sic.

153. Ex cap. 18. Leu.

IV. Cap. 18 16. *Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis.* At Deut 25. 5. *Quando vnus fratrum absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius.* An non sic illius turpitudo reuelatur.

154.

V. Cap. 19. 19. *Iumentum tuū non facies coire cum alterius generis animantibus.* At. 2. Reg 13. 29. *Omnes filij Regis ascenderunt singuli mulas suas:* quarum ingens copia erat in Iudæa. Sed vndenam? VI. Ver. 27. *Non radetis barbam* Et cap. 21. 5. de sacerdotibus dicitur: *Non radent caput, nec barbam.* At Cap. 14. 8 & 9. *Radet homo omnes pilos corporis*, etiam capitis, & barbam, & supercilia. Et de Leuitis Cap. 8. 7. *Radant omnes pilos carnis suæ.* An derogatum legis illud præscriptum? VII. Ver. 27. *Neque in rotundum attondebitis comam.* & Ierem 9 vlt. *Visitabo super omnes attonsos in comā.* At Ezech. 44. 20. *Tondentes attondent* (non autem radent) *capita sua.* Quomodo licet, & non licet attondere capita?

Ex cap. 19. Leu.

155. Ex cap. 22. Leu.

VIII. Cap. 22. 25. *De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit:* At 1. Esdr. 6. 9. *Rex Persarū Darius*, & 2. Machab. 3. 3. *Rex Asiæ Seleucus de reddititibus suis præstabat omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum necessarios.* Cur accipitur à Regibus Numini litandum quod à nullo alienigena licet accipere * An Reges abstracti ab hominum cœtu reputantur, qui diui quodammodo habendi?]

Reges putandi abstracti ab humanitate esse.

156. Ex cap. 25. Leu.

IX. Cap. 25. 13. *Anno Iubilæi rediēt omnes ad possessiones suas.* Et ver. 23. *Terra non vendetur in perpetuum.* At Cap, 27. 16. Si quis *agrum possessionis suæ voverit, & consecrauerit Domino, & redimere voluerit*, etiam *cum Iubilæi venerit dies, sanctificatus* manebit *Domino.* En reditur, & non reditur ad possessiones Iubilæi anno.

157. Ex cap. 26. Leu.

X. Cap. 26. 1 *Nec titulos erigetis, nec insignē lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* At Gen 28. 18 Iacob *tulit lapidem, & erexit in titulum.* Et Exod. 24. 4. *Moyses ædificauit duodecim titulos* Idem fecit Iosuë iubente Deo, & Simon Machabæus. An vertendum vitio sanctis hisce, titulos erexisse, è quorum erectione ansa idololatriæ potuisset exhiberi.

CAPVT IV.

Antilogiæ ex libro Numerorum viginti duæ.

158. Ex cap. 1. Num.

I. CAp. 1. 45. *Fuerunt omnis numerus filiorum Israel sexcenta tria milia virorum quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati cum eis.* At Exod. 38. 25. etiam non exclusis Leuitis, præcisè tot recēsentur. Quonammodo ergo adnumerati cum reliquis Leuitis numerum non efficiunt maiorem * An quia altioris naturæ sacerdotalis ordo cum hominibus non coaptatur.]

Non coaptatur sacerdotalis ordo cū hominibus.

159. Ex cap. 3. Num.

II. Cap. 3. 25. Leuitæ habebunt excubias in Tabernaculo fœderis. Ver. 28. *Habebunt excubias sanctuarij.* At Exod. 40. 12 & Num. 3. 10. solis *sacerdotibus* conceditur seruire in *Tabernaculo, illudque ingredi.* * An Leuitæ cum sacerdotibus annumerandi. Certè innuitur, vel prima initiatos tonsura debere sacerdotales mores ebibere.] III. Ver. 39. Omnes *Leuitæ fuerunt viginti duo millia.* Collige autem calculus ex Num. 3. 21. 28. & 34. ac reperies *viginti duo millia, & trecentos.*

Vel tonsura prima initiatus sacerdotales ebibat mores.

160.

IV. Cap 7. 1. *In die, qua compleuit Moyses Taberna*

Tabernaculum obtulerunt Principes munera. At Num.7.11. *Singuli Duces per singulos dies offerant munera*, & mox sequentibus versibus duodecim dies distinguuntur. Quomodo ergo singulis diebus à singulis datur, quod prima die iam exhibuerant? An quia de munificentia, ac pietate Regia, & die prima offerunt, & diebus singulis singoli litant? Decet Reges, Equitesque affluentior erga Templorum cultus magnanimitas.]

Principes decet affluentior erga Templorum cultum magnanimitas.

161. Ex Cap. 9. Num.

V. Cap.9.10. *Si quis mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase tempore suo* (id est, *quarta decima die mensis primi*) *exterminabitur.* At 2 Par.30.2. *Ezechias, & vniuersus cœtus Ierusalem decreuerunt* (longè alias ob causas) *vt facerent Phase mense secundo.* Legem ne violarunt?

162. Ex Cap 10. Num.

VI. Cap.10.29. & 31. *Dixit Moyses Hobab filio Raguel: Tu eris Dux noster, tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus.* At Exod. 13. 21. *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam; per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore* * Cor ergo homo ductus præparatur? An homo ductorus requiritur ad cœlestis ducatus exprimendum rationem?]

Hominis directio requiritur ad cœlestis ducatus exprimendum rationem.

163. Ex Cap.11. Num.

VII. Cap.11.14. *Non possum* (inquit Moyses) *solus sustinere omnem hunc populum*: At iampridem ex soceri sui consilio iunctos sibi habebat Moyses eos Millenarios, Centenarios, Quinquagenarios, & Decanos, Exod 18 15. Quomodo ergo solos populum sustinebat omnem? * Num quia Princeps debet immediatè subditis omnibus prouidere, licet coadiutoribus abundet. Peribunt ouiculæ si Pastor committens mercenariis gregem ad dumum recedens à pascuis se recipiat.]

Princeps immediatè cū-ctis subditis prouideat, non nimium fidat mercenariis.

VIII. ver. 31. *Ventus trans mare coturnices detulit in castra.* At Psal 77.27. *Pluit super eos sicut puluerem carnes* & Sap. 19 12. *Ascendit illis de mari ortigometra.* Si assumptæ sunt volucres quonammodo ascenderunt?

IX. Cap.12.1 *Vxor Moysis Æthiopissa.* At Exod. 2. 16. & 21. *Sephora* vxor Moysis erat *Madianitis* ex Arabia. Quidnam cum Æthiopia Madian?

164. Ex Cap.13. Num.

X. Cap.13.17. Moyses *Osee filium Nun vocauit Iosue*, cum essent *in deserto Pharan* At iam ab anno & amplius vocabatur *Iosue*, Exo. 17.9. * Illustria ne nomina quasi non sonant, imò nec sunt, dum à Principibus ob facinora perfecta non imponuntur?]

Illustria cognomina ob sunt, dum à Principe ob præclara gesta non imponuntur.

XI. Vers.31. *Caleb compescit murmur: alij verò qui fuerant cum eo, detraxerunt terræ.* At Num.14.6.& Eccli.46.9. constat, Calebo adiunctum fuisse etiam *Iosue* in murmure compescendo. Cur ergo Calebo soli murmurantium repressi tribuitur? * An quia ille cœperat pium aggredi opus? Certè cuiusuis pietatis operis inceptor gloriosius debet celebrari.]

Cuiusuis pij operis inceptor gloriosius debet celebrari.

165. Ex Cap.14. Num.

XII. Cap.14. 20. *Dimisi peccatum populi huius iuxta verbum tuum, dixit Dominus* Moysi. At Num.14.22.&c. Ob hoc peccatum occiduntur armatorum sexcenta tria millia, & 550. partim subitò, partim lento supplicio. Quomodo dimisit crimen, si tam horribiliter vindicator exurgit? * Amicusnè Deus tum percisse innuitur, cum vulnerat, tum autem iratum adhuc esse cum ferire non curat?]

Se Deus offēsat amicum, cum vulnerat, iratum, cum ferire non curat.

166. Ex Cap.16. Num.

XIII. Cap 16. 32. *Aperiens terra os suum deuorauit* Core, Dathan, &c *cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.* At Cap.26. 10 dicitur, *Factum est grande miraculum, vt Core pereunte, filij eius non perierint* * An non filij ad patris pertinent substantiam? An nequissimus parens diuitias propriam reputat substantiam, filios autem ita obliuioni tradit, ac si ad se minimè pertinere videantur.]

Nequissimi parentes de filiis non curant.

167. Ex Cap.18. Num.

XIV Cap.18.8 *Dixit Dominus ad Aaron In terra filiorum Israel primitias nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos.* At Cap.35. 7 Designantur quadraginta & octo vrbes propriæ Sacerdotibus, & Leuitis, itémque suburbana, & in his agri, pascua, &c. * An non hæc est inter illos, seu in terra illorum habere possessionem? Num Sacerdotalis status inter sæculares ita degit, ita possidet, ita necessarius vtitur, vt nihil inter eos habere videatur?]

Sacerdotes ita possident inter seculares, vt nihil inter eos videantur habere.

168. Ex Cap.20. Num.

XV. Cap.20.12. Deus ad Moysen, & Aaron: *Non credidistis mihi, vt sanctificaretis me.* At ver 11. dicitur Moyses fecisse quæcumque præceperat Deus. An præceperat Deus, ne cum Moses, & Aaron sanctificarent.

169. Ex Cap.21. Num.

XVI. Cap 21. 5 Hebræi de manna, *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* At Cap.16.20. *Angelorum esca* vocatur, *omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem.* Quonam modo igitur cibus leuissimus appellatur? * Num quia mundi amatores spiritualem, seu cœlestem non percipiunt dulcedinem? O quam insipidus Eucharisticus panis iis, qui terrenis voluptatibus addicuntur?]

Eucharisticus cibus insipidus est iis, qui voluptatibus terrenis addicuntur.

170. Ex Cap 22. Num.

XVII. Cap.22.32. Deus ad Balaam: *Peruersa est via tua, mihique contraria.* At ver.20. dixerat: *Surge, & vade cum eis.* Quomodo ergo via eius peruersa? * An non multa Deus, & Prælati eius personam gerentes coacti permittunt, quæ nec Dei gloriam, nec subditi promouent vtilitatem.]

Multa coactè permittit Prælatus, diuinæ gloriæ contraria.

171. Ex Cap.23 Num.

XVIII. Cap.23. 20. *Ad benedicendum Israeli adductus sum.* At ver.11 qui adduxerat, fatur *Vt malediceres inimicis meis, vocaui te.* Ergo non adductus ad benedicendum. * An non inimici iniusta maledictio, benedictio planè est? igitur qui ad maledicendum iniustè adductus erat, ad benedicendum verè adducebatur effectu.]

Inimica maledictio potius benedictio est effectu.

172. Ex Cap.25. Num.

XIX. Cap.25 12. *Ecce do ei* (Phinees scilicet) *pacem fœderis mei: & erit tam ipsi, quam semini eius pactum Sacerdotij sempiternum.* At ex 1. Paral.24.3. & 1.Reg.2.30. constat, post pronepotem Phinees, translatum Pontificatum ad Heli, ad eius filium, ac nepotes, qui non erant de stirpe Phinees. Quonammodo ergo stat promissio?

173. Ex Cap.26. Num.

XX. Cap.26.55. *Sors dumtaxat terram tribubus diuidat, & familiis.* At vers.53. *Diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum: pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem.* Diuisio ergo sorte non geritur.* An apud Deum ita sors præscribitur, vt cum æquitate semper sit colligandas?]

Sors colligetur cum æquitate.

174. Ex Cap.32. Num.

XXI. Cap 32. 21: *Omnis vir bellator armatus Iordanem transeat.* At Ios 4. 13. Solum *quadraginta millia* transisse indicantur, cum vberior esset numerus armatorum. * Non om-

Non omnes qui arman-

nes, qui armati ad bella procedunt, sunt bellatores: omnes armantur, pauci concertant.]

rus ad bellum sunt bellatores.

175. Ex Cap. 36. Num.

XXII. cap. 36. 7. *Omnes viri ducent vxores de Tribu, & cognatione sua: & cuncta fœminæ de eadē Tribu maritos accipient.* At Deut. 21. 13 permittitur, vt etiam ex aliena gente vxores ducantur. Et Mat. 1. 5. *Salmon* Princeps Tribus Iuda duxit *Rahab* Chananæitidem: *Dauid* 1. Reg. 18. 27. *Filiam Saulis*: & 2. Reg 3 3 *Filiam Regis Gessur*: Salomon 3. Reg. 3. 1. *Filiam Pharaonis*: *Ioiada* Pontifex 2. Paral. 22. 11. *Filiam Regis Ioram*. Constitit ne lex?

CAPVT V.

Antilogiæ ex libro Deuteronomij viginti nouem.

176. Ex Cap. 2. 4. Deut.

I. CAp. 2. 4. Dixitque Dominus: *Transibitis per terminos filiorum Esau: & timebunt vos.* At Num 20. 18. *Respondit Edom. Non transibitis per me.* ver. 20. *Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine, nec voluit acquiescere deprecanti. Quam ob rem diuertit ab eo Israel.* Cur non timuit Edom si promiserat Deus terminos filiorum Esau timore corripiendos? * Imò quia timebat Edom tam innumerabilem multitudinem ad bellum cogebat. Nec enim multitudo bellatorum arguit Principis confidentiam, cordisque fortitudinem]

Bellatorum multitudo aliquādo est formidinis indicatiu.

177. Ex Cap. 3. Deut.

II. Cap. 3. 26. *Solus Og Rex Basan restiterat de stirpe gigantum.* At diu post Ios. 15. 14. *Deleuit Caleb tres filios Enac.* Ergo non solùm Og restiterat. * Nec enim crediderim pium Calebum non resistentes Enac filios deleuisse]

Pius dux nō percutit eos, qui non impugnant.

III. Ver. 26 Fatur Moyses. *Iratus est mihi Dominus propter vos.* At cap. 32. 51. *Præuaricatio* ipsius Moysis & *incredulitas* causa diuinæ iræ fuisse dicitne. * An innuit Moses Præsulem & subditum quasi vnicam essentiam pariter rectè aut pranè operari?]

Operantur subditus ac Præsul velut vna essentia prædita.

178. Ex Cap 4. Deut.

IV. Cap 4 2. *Non addetis* (ait Moyses) *ad verbum, quod vobis loquor.* At quam multa addiderunt postea Iosue, Iudices, Dauid, Salomon, & omnes Prophetæ. * Legis præscripto addere non est ipsius legis adiicere expositiones, ordinationes varias prætexere, quæ ad legis attinent accuratiorem obseruantiam.]

Non est addere leges, ordinationes præscribere, quæ cōferūt ad legum obseruantiā.

179. Ex Cap. 5. Deut.

V. Cap. 5. 1. *Vocauit Moyses omnem Israëlem, & dixit ad eum: Audi Israel, ceremonias, &c.* & cap. 29. 10. *Vos statis hodie cuncti coram Domino, liberi & vxores vestra, & aduena, &c.* Quonam modo potuit vnus à sexcentis millibus armatorum, omnibusque illorum vxoribus, liberis, & aduenis exaudiri?

VI. Ver. 3. *Deus nō iniit pactum cum patribus nostris, sed nobiscum.* At Gen. 15 18. *In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham.* Ergo iniit, & non iniit pactum cum patribus.

180. Ex Cap. 7. Deut.

VII. Cap. 7. 10. *Deus reddit odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat.* At Gen 15. 16. *Nec dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.* & 4. Reg. 23. 26. *peccata Manassis* diu post mortem eius punita sunt: Quonam modo igitur Deus reddit statim, nec differt. * An quia peccatum ipsum supplicij locum potest horribilis obtinere?

Ipsum peccatū peccati est supplicium horribile.

VIII. Ver 14. *Non erit apud te sterilis vtriusque sexus* At Ios. vlt. 29. *Iosue* nullos liberos videtur procreasse: nec Daniel, nec alij plures. * Quomodo ergo nullus sterilis futurus asseritur? An castitas nunquam sterilis, quæ plures exemplo filios procreat?

Castitas nūquā sterilis.

181. ex Cap. 9. Deut.

IX. Cap. 9. 23. *Quando misit vos Dominus de Cadesbarne, dicens: Ascendite, & possidete terram; contempsistis imperium Domini.* At cap. 1. 22. non detrectarunt, sed solum petiere exploratores præmitti. Vndenam ergo carpuntur, quod imperium Domini contempserint. * An quia verus obediens debet sine cunctatione, sioè obstaculo, sinè conditione aliqua apposita imperio obtemperare. Quasi enim imperantem contemnit, qui existimat aliquid debere addi, aut adimi ea præscripto obedientiæ.]

Quasi contēnit imperātē Deum qui putat, aliquid posse addi, aut demi ex præscripto obedientiæ

182. ex Cap. 11. Deut.

XII. Cap. 11. 10. *In Ægypto aqua in hortorum morem ducuntur irrigua.* At ex Gen. 41. 16. constat ea vndatione Nili Ægyptum fœcundari. An supra humectationem ex Nili inundatione requirebatur & puteorum irrigatio? * Certè spirituales horti cœlestibus aquis vberrim irrigati continuo adhuc indigēt spiritualium exercitiorum irrigatione.]

Spirituales horti cœlestibus āquis vberrim irrigati, adhuc egent continua irrigatione.

XIII. Ver 24. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* At cap. 1. 7. innuitur sat angustis terminis possessionem Israëlitarum circumscribi. * An nostrum vocitandum est, quod calcamus, siquidem nullam vberiorem commoditatem possemus ex possessione nostra comparare præter communem pedum collocationem?]

Quidquid calcamus nostrum est, quia id solū possumus ex terrena possessione nobis acquirere.

183. ex Cap. 15. Deut.

XIV. Cap. 12. 15. *Occide, & comede* siue Immundum fuerit, siue mundum. At cap 14. 3. Ne comedatis, quæ immunda sunt. Licet ne, & non licèt immunda manducare? * Addidit textus, *comede iuxta benedictionem Domini Dei tui.* Ex cœlesti benedictione omnia ab immūditia liberantur? Qui ex benedictione Prælatorum ad immundos peccatores accurrit occidat cum Petro & manducet; nec enim immunditia infici poterit]

Qui ex benedictione aut obediētia Prælati ad immūdos peccato res accurrit, occidat, & māducet sine infectionis periculo

XV. Ver. 17. *Primogenita armentorum & pecorum &c. comedes in loco, quem elegerit Dominus, tu, & filius, & seruus tuus* At cap. 15. 19. dictum fuerat. *De primogenitis quæ nascuntur in armentis, & in ouibus tuis quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino.* Poterant ergo, & non poterant comedere de primogenitis masculis gregis.

184. ex Cap. 15. Deut.

XVI. Cap. 15. 4. & 7. *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos.* At cap. 15 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ.* Quomodo ergo stat promissio, *Mendicus non erit inter vos.* * An pauperes inter pios Israëlitas tam abundanti stipe donabantur, vt nunquam paupertatis experirentur iniurias?]

Inter pios Christicolas fit pauper, & non fit pauper.

185. ex Cap 16. Deut.

XVII. Cap. 16. 2. *Immolabis Phase de ouibus, & de bobus* At Exo. 12. 13. & 11. non nisi agnus pro Phase immolari permittitur. Num offerendus præscribitur vitulus ille saginatus, qui pœnitenti filio præparatur?

In Phase Christus vitulus peccatori pœnitēti offertur.

XVIII. Cap. 17 8 Vsque ad 13. Iubentur sententia Pontificis, & Sacerdotum omnes lites, & causæ ambiguæ decidi. At 2. Pa-

ral.

186. ex cap. 57. Deut.

ral. 19. 15. & 12. solæ causæ Ecclesiasticæ ipsis demandantur, politicis politico Iudici relictis.

187. Ex cap. 18. Deut. Iustus nulli se superiorẽ esse putat.

XIX. Cap. 18. 15. *Prophetam de gente tua, sicut me* (inquit Moyses) *suscitabit tibi Dominus*. At cap. vlt. 10. dicitur, *Non surrexit vltrà Propheta in Israel sicut Moyses*. Immo miraretur, si iustus Præsul se vlli superiorem esse existimaret.]

188. Ex cap. 23. Deut.

XX. Cap. 23. *Non intrabit Eunuchus Ecclesiam Domini*. At Isa. 56. 5. *Eunuchis, qui tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum*. En non ingrediuntur eunuchi, & ingrediuntur Domũ Domini.

Non omnis eunuchus nec omnis ex scorto nati prohibendi ab Ecclesiastico munere habendo.

XXI. Ver. 2. *De scorto natus non ingredietur in Ecclesiam Domini, vsque ad decimam generationem*. At Iudic. 11. 1. Iephte filius mulieris meretricis eligitur ab Israelitis in Principem: Idẽ de filijs Rahab meretricis ex Ios. 6. 25. colligitur. Ecce de scorto natus ingreditur, & nõ ingreditur Domini Ecclesia.* An nõ vterq; nẽpe eunuchus & ex scorto natus ab Ecclesiastica dignitate excluditur, quia vnus muliebris virtutis objicitur, alter immundos mores à matre didicisse existimatur? Ita plane. At qui virilem virtutem imitatur, qui mores prauos haud traxit ex vbere, dignus munia Ecclesiæ augustiora tractare.]

189. ex cap. 29. Deut.

XXII. Cap. 29. 4. *Non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possunt audire, vsque in præsentem diem*. At Isa. 5. 4. *Quid est*, (ait Dominus) *quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei?* An non debuit Populo suo dare cor intelligens, &c.

XXIII. Ver. 29. *Abscondita Domino Deo nostro quæ manifesta sunt nobis, & filijs nostris vsque in sempiternum*. At Psal. 43. 22. *Ipse nouit abscondita cordis*. Et Eccli. 16. 17. *Non dicas à Deo abscondar*. Quomodo ergo agnoscenti cordis abscondita esse possunt abscondita Deo nostri cordis arcana?* An prudentes (potius dicam stultos) huius sæculi sic existimãt sua arcana abscondi, vt possint vel Numini quodammodo latere: interim tamen à cunctis vulgariter ridentibus agnoscuntur.]

Arcana prudentum sæculi, quæ putant nulli patere, à vulgo agnoscuntur.

190. ex cap. 30. Deut.

XXIV. Cap. 30. 11. *Mandatum hoc non supra, sed iuxta te est valde*. sic est impletione facillimum. At Act. 15. 10. *Iugum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus*. Quonammodo haud portare potuerunt, si admodum leue veraciter asseritur?* O quam peccatoribus põderosum onus, quod iustis leuissimum exponitur.]

Legis iugum graue peccatori, iusto leuissimum.

191. ex cap. 31. Deut.

XXV. Cap. 31. 14. *Moyses & Iosue steterunt in Tabernaculo testimonij*. At ex Leuitico, & Exodo passim constat, non nisi *Sacerdotibus* ingredi testimonij Tabernaculum licuisse. Atqui Iosue non erat sacerdos.* Tanta ne sæcularis alicuius pietas, ac fides reuerentiaque erga sacra, vt valeat merito ad Sacerdotale gremium admitti?]

Tanta sæcularis alicuius pietas, vt merito possit reputari sacerdos.

XXVI. Ver. 25. *Præcepit Moyses Leuitis, qui portabant Arcam fœderis Domini dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere Arcæ*. At Ver. 9. dicitur Moyses *Sacerdotibus* tradidisse librum; quia his solis ad Arcam fœderis patebat accessus. Adde sub Iosia Rege repertum esse librum legis non in latere Arcæ, sed in gazophylacio Templi. Ergo liber traditur, & non traditur Leuitis: adest, & non adest in latere Arcæ.

192. Ex Cap. 33. Deut.

XXVII. Cap. 33. 12. Inter humeros Beniamin requiescat Dominus, in Templo Ierosolymitano. At vt constat ex Ios. 15. 8. Templũ & Ierosolyma erant Tribus Iuda Psal. 77. 68. Elegit Tribum Iuda, montem Sion. Quonam modo ergo Dominus inter humeros Beniamin (velut in Templo) requiesceret? An quia iustus ipse Templum est Domini?]

Iustus Dei Templum.

XXVIII. Ver. 22. *Dan finet de Basan*. Quomodo? cum Dan fuerit cis, Basan verò trans Iordanem? Num. 21. 33. Ios. 19. 40.

193. Ex Cap. 34. Deut.

XXIX. Cap. 34. 5. *Mortuus est Moyses in terra Moab, & sepultus in valle terræ Moab*. At cap. 2. 9. Deus fatur, *Non dabo tibi quidquam de terra Moabitarum*.* An mortuo Mosi nil datum est, licèt ei sepulchrum fuerit præstitum: quia mortuus nihil potest terrenum possidere. Cui ergo tam anxie non semel curas de sepulchri parandi vanitate?] Igitur ex præfatis 117. Antilogijs seu contradictionibus edisces, quam obscurus Scripturæ Sacræ leuiter aspectantibus sensus redditur. Innumeras alias Antilogias proprijs locis vbertim indicabo.

Taxantur, qui vanitati sepulchrorum student.

PRÆLOQVIVM IV.

Varij Sacræ Scripturæ sensus.

CAPVT I.

De multiplici Scripturæ Sacræ sensu.

PASSIM assolet duplex scripturæ assignari sensus; *litteralis*, qui alio nomine *Historicus* appellatur: & *Mysticus*, quem aliqui *spiritualem*, alij *Figuratum* appellant. Hanc diuisionem sensuum non pauci qui nostri Hæretici cum Luthero retinent, nullum alium præter litteralem sensum agnoscentes.

194. Duplex sensus litteralis & mysticus.

Profectò Mysticus sensus præter literalem necessariò est admittendus. Hunc enim sensum semper agnouit Ecclesia, & in Concilijs vtitur. Vsi sunt sancti Patres omnes. Agnoscunt disertis verbis, & distinguunt Origenes l. 10. ad cap. 15. epist. ad Rom. & alibi. Clemens Alex. l. 6. strom. Cyrillus li. 1. in Leuit. Ambros. in Psal. 118. ser. 1. Basil. hom. 9. Exam. Nazian. Epist. ad Nemes. Hieron. ad cap. 5. Ezech. August. l. 5. de Gẽ. ad lit. c. 1. Gregor. l. 21. Mor. c. 1. Beda initio exposit. in Gen. Bernard ser. 63. ex paru. Hos sequuntur omnes Catholicæ Ecclesiæ Doctores. Vtitur Philo libris de mundi opificio Allegoriarum ad opus texendum. Et lib. de vita contemp. (vt fatur Euseb. l. 2. Hist. c. 17.) commendat Essenos Alexandrinos, quod Scripturas Sacras legentes philosopharentur, easque allegoricè tractarent: quod existimarent, sub manifesto litteræ cortice secretarum rerum latere symbola per figuras significata. Ante hos seu Apostoli, seu Iudæi alij antè Christum eandem commentandi rationem tenuêre.

195. Mysticus sensus est necessariò admittendus.

nuère. Nam ibidem scribit Esseos illos habuisse Commentarios priscorum virorum, qui cum sectæ ipsorum duces essent multa in forma rerum allegoricè tradita post se monumenta reliquerant, quæ tanquam archetypos & exemplaria ad philosophandum commentandumque sibi proponerent. Vsi sunt eadem commentandi scripturas forma Esdras, omnesque Hebræorum sapientes vsque ad Moysem, si vera sunt ea, quæ inferius adiiciam. Denique Galatinus refert, ita hunc mysticum sensum fuisse apud Iudæos in pretio vt eum vocarent דבר גדול *dabar gadol, verbum magnum.* Literalem verò appellarent דבר קטן *dabar Katon, verbum parvum.*

196. Christus vsus fuit Mystico sensu, & Apostoli.

Immo & Christus Dominus, & Apostoli hoc genere scripturas interpretandi vsi sunt; nam & Ionas, qui in ventre ceti tribus diebus affuit & noctibus, à Christo allegoricè explicatur Mat. 12. & æneus serpentis figura à Moyse exaltati Ioan. 3. & Paulus ad Galat. 4. allegoriam tractat de duobus Abrahæ filiis. Et 1. Cor. 10 allatis nonnullis è veteri Testamento figuris, de nube, mari, esca, potu, ait, hæc omnia fuisse futurarum rerum figuras, & pro nobis scripta esse; quod verum esse non posset, si in ipso verbi cortice sistatur.

197. Triplex sensus Mysticus.

Certè Mysticus sensus triplex est, Allegoricus, Tropologicus, seu Moralis, & Anagogicus. Allegoricus spectat Christū, & Ecclesiam Militantem, siue res omnes fidei, quæ viæ in patriam sunt propria, iis seclusis, quæ ad patriam spectant. Tropologicus pertinet ad mores, Anagogicus demum alterius vitæ res aspicit, nosque sursum pertrahit, quemadmodum & ipsa vocis notio indicat. Pressius expono. Allegoricus est de rebus credēdis, Tropologicos de rebus agendis, Analogicus de rebus sperandis. Vnde vulgariter illi versus:

Litera gesta docet: quid credas, Allegoria:

Moralis, quid agas: quo tendas, Anagogia.

Moneo tamen SS. Patres non semper tam accuratè hosce sensus distinguere, sed subinde nomine Allegoriæ quemlibet sensum mysticum extēdi, vt tantummodo ob defectum vocis alterius propriæ isti particulari sensui; qui ad Christum & Ecclesiam refertur, nomen illud adhæserit.

CAPVT II.

De sensu literali ac Mystico plura specialius congero.

198. Sensus literalis definitio.

SEnsus itaque literalis est, quem verba siue propriè siue metaphoricè accepta ex Spiritus sancti loquentis intentione, primò & immediatè, significant. *Dixi verba siue propriè siue metaphoricè accepta,* non enim tantummodò is est literalis, quem verba propriè sine tropo significant; aliàs enim multa scripturæ loca sensu literali carerent. Ex. gr. Ioannes de Christo dicit, *Cuius ventilabrum in manu sua & permundabit aream suam,* &c Mat. 3. *Sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum cælorum.* Mat. 19. Et alibi, *Attendite à fermento Pharisæorum:* Quæ omnia si velimus propriè, vt verba sonant, intelligere, sensus absurdus vel inconueniens existet. Est ergo sensus horum locorum literalis, quem verba metaphoricè & tropicè sumpta significant: & hunc, non alium immediatè Spiritus sanctus intellexit.

199. Parabolarū & similitudinum quis literalis sensus.

Verum quod de metaphorico sensu dixi, non est extendendum ad similitudines & Parabolas; in his enim sensus literalis est, quem verba propriè significant. Si enim legam Diabolum leoni esse similem, ibi leo in propria significatione accipitur; at si dicam eum esse leonem, ibi metaphorica est illius vocis significatio. Itaque cum Christus diuersas Parabolas profert, illud ipsum, quod verba Parabolæ sonant, indicare vult, siue vt factum aliquando sine vt fieri solitum, siue vt rem possibilem, quamque facile quis imaginari potest fieri: Quamquam etiam possit res impossibilis quasi in Parabolam seu potius Apologum adduci: nempè vt res, quæ imaginationi possit subiici. Cuiusmodi est ille Ioatham Apologus Iudic. 9 de lignis, seu arboribus, quæ iuerunt, vt constituerent super se Regem. Profectò in omnibus huiusmodi Parabolis, cum sint in similitudine quadam, & comparatione positæ, semper duæ sunt partes, vna est Parabola ipsa, quæ semper est ænigmatica, sub qua semper aliquid vlterius significandum intenditur, quod proinde tanquam mysticum & occultum latere sub Parabola dici potest; altera est redditio Parabolæ, quæ totam explicat Parabolam, & indicat, quò tota Parabola ab eo, qui eam proposuit, referatur, quæ pars subinde posset reticeri, quod & fecit Christus aliquando, vt Mat. 13. 10. & Luc 8. 10 quòd turba indignam se redderet vlteriori explicatione, quam tamen postea discipulis adhibebat.

200. Sensus Mystici definitio.

Mysticus vero sensus est, qui non proximè per voces, ac remotè, mediantibus scilicet rebus per voces sensu literali significatis à Spiritu sancto indicatur. Dico, mediatè, ac remotè: in hoc enim differt hic sensus à literali, quod non statim per verba intelligi possit, sed supposito sensu literali, ex eo & rebus per ipsum significatis tanquam inclusus eruatur; hinc mysticus, seu reconditus, & spiritualis dicitur. Diuus Hieronym. hom. 9 in Ezech. ideo asserit scripturam sacram librum esse illum intus & foris scriptum. *Est* enim (inquit) *scriptus per allegoriam intus, foris autem per historiam; intus propter spiritualem intellectum, foris verò per sensum literæ simplicem.* Iuxta alios nuci est similis scriptura, cuius exterior cortex littera est, nucleus latens sensus mysticus, quem qui edncere vult, nucem frangat, oportet, hoc est, necesse est examinet, & penetret.

CAPVT III.

De modo sensus literales, ac Mysticos eruendi.

201. Quæ iuuant ad sensum literalem eruendum.

LIterali sensui eruendo multa adiumenta exponam Primò, ex alio scripturæ loco vnius testimonij sensus elucidatur; quæ enim vno in loco subobscurè dicuntur, sæpenumero aliter clarè recensentur. Secundo, iuuat scire omnes Ecclesiæ traditiones; quod enim bis contrarium

contrarium sonat, non potest verus scripturæ sensus appellari. Tertio, Concilia, ex his enim habemus receptos fidei canones, anathematizatas hæreses, ipsa etiam scripturæ loca explicata. Quartò, iuuat Patrum interpretatio, maximè si omnes vel plures eundem consentiant in sensum: Vbi autem inter se dissentiunt; & eos sensus Ecclesia non repudiat, liberum est cuique, quem velit, probabilioremque iudicat, sequi. Quintò, non parum iuuat. Theologia Scholastica; hæc enim ad multa enucanda loca lucem affert, maximè vero si quid cum communi Scholasticorum sensu congruat, nec huiusmodi sensum verba scripturæ respuant. Sextò, confert linguarum Hebraicæ, ac Græcę cognitio: quod enim est obscurum in riuulis, ipsis in fontibus liquidum ac perspicuum reperitur. Septimo iuuat cæterarum scientiarum & artium præsertim Philosophiæ Astrologiæ, ac Mathematicarum disciplinarum notitia. Octauo, supra modum iuuat, præsertim vbi adiumenta desunt cætera, sententiam, cuius sensus quæritur, attentè cum antecedentibus & consequentibus conferre: hic enim verus ac genuinus sensus literalis esse debet, cum quo rectè antecedentia, & consequentia conueniunt, vt ferè nulla alia certior, post regulas fidei, possit regula assignari. Ex hac regula excipio eas scripturæ sententias, quæ ita per se stant, vt cum antecedentibus & consequentibus nullam habeant connexionem. Cuiusmodi sunt multæ in Prouerbiis, & Ecclesiastico. In Psalmis verò & Prophetis aliquando huic regulæ non est locus, quia more Prophetico ab vna ad aliam rem subito auolant sententiæ: aliàs a figura ad rem figuratam ita obscurè ac furtiuè transeunt, vt cum de diuersis rebus ante & post sit sermo, videatur tamen totus contextus de eadem re esse, maximè vbi eodē nomine figura & res figurata afficitur: v.gr. cum ab Israël carnali & populo Iudaico tacite ad Israëlem spiritualem & populum Christianum salitur, idque sub eodem Israelis nomine.

202. Qua ratione eruatur Mysticus sensus.

Porrò sensui Mystico eruendo non parum etiam conducent Concilia, ac Patrum consensus, vbi enim in his sensus scripturæ indicatur, qui literalis esse non potest, necessario Mysticus esse dici debet. Rursum nihil est necesse in hoc sensu, eruendo quod in literali necessarium esse diximus; vt antecedentia; & consequentia cum sensu alicuius sententiæ cohæreant: hoc enim literali sensui est proprium; sed satis est, vt supposito vero ac literali sensu, ea ipsamet sententia hoc modo iuxtà literam explicata facile & quasi sua sponte, non violentè, non contortè is sensus Mysticus enascatur.

203. Mysticus sēsus difficilius eruitur, quàm literalis.

Colligo ex præfatis, Mysticum sensum difficilius erui, quam literalem; ad sensum enim literalem ipsa verborum significatio, & totus contextus ducit; ad Mysticum verò non item, præterquam quod is totus abstrusus sit, & ex spiritus sancti intentione pendeat: quę intentio cum ex verborum significatione & contextu in literali colligatur, in Mystico vnde peti valeat, non habetur.

Deinde colligo, maximum inter sensum literalem, & Mysticum exponi discrimen; videlicet, quod nulla scripturæ sententia literali sensu careat; at verò non omnis sententia scripturæ Mysticos sensus admittit. Sed quædam omnes sensus Mysticos admittit, vt Sabbati in antiqua lege institutio allegoricè requiem Christi in sepulchro, tropologicè quietem, & cessationem à peccatis, anagogicè Sabbatismum & quietem sanctorum in cœlo significat. Alia sententia vnum vel duos sensus Mysticos non plures admittit, vt multa, quæ de Sion, & Ierusalem terrena in scriptura dicuntur, possunt ad Ecclesiam Militantem, & Triumphantem sensu allegorico & anagogico trahi; quod gessit Apostolus ad Gal. 4. Porro sunt sententiæ non paucæ, quæ nullum Mysticum sensum admittunt, cuiusmodi est illa: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. Multæ etiam aliæ, quæ de Deo, ac de Christo sunt literali sensu. Docet hæc August. l. 17. de ciuit. c. 3. Petr. Damia. ser. 3 de Dedic. Epiphan. Hær. 61. Gregor. l. 12. Mor.

204. Literalis sēsus fundamentum est Mystici.

Præterea moneo, rectè non facere eos, qui neglecto literali sensu toti sunt in sensibus Mysticis eruendis, seu indagandis: nisi prius sēsū literalem verum ac genuinū præmiserint. Id enim gerere, est, sine fundamēto ædificium cōstruere. Cum enim Mysticus sensus tanquam fundamento, literali innitatur, eumque præsupponat, quid de reliquo ædificio spetandum, vbi defuerit fundamentum.

205. Mysticus sensus proprius est Testamenti veteris.

Demū collegerim, sensum Mysticum veteris Testamenti esse proprium, illud enim enim figuris, allegoriis, Symbolis res noui Testamenti repræsentantibus plenum est. Fateor tamen etiam in nouo Testamento sensum Mysticum sæpe reperiri. Ex. gr. lotio pedum, quam ante confectionē sui corporis ac sanguinis Christus adhibuit ad moralem sensum trahi potest de expurgandis animæ inordinatis affectibus, & labeculis per eos contractis, maxime vbi ad hoc accedendum est Sacramentum.

CAPVT III.

De Mystici sensus vi ad probandum.

206. Qui negauerint, non seruire probationi.

Asserit Abulensis, Mysticum sensum nullatenus probationi seruire, sed Cōcionatorū dutaxat discursibus, quocirca omnē sensum, qui probationi in scriptura seruit, literalē esse vult. Fauere videtur D. Hieronymus l. 2. in Mat. nam cum Parabolam, qua Regnum cœlorum comparatur fermento, quod mulier abscondit in farinæ satis tribus, applicuisset Trinitati, subdit: Pius quidem sensus, sed nunquā Parabola, & dubia ænigmatum intelligentia potest ad authoritatem dogmatum proficere. Dionysius etiam Epist. ad Policar. (non reperi eo loci) ait: *Mystica Theologia non arguit.*

207. Tam validus sensus Mysticus ad probationē ac literalis.

Profectò asserendum indubitanter est, Mysticum sensum perinde ad probationem valere, & ex eo æque firmum argumentum duci atque ex sensu literali, dummodo constet, hunc esse verum Mysticum sensum; quia hic sensus non minus à Spiritu Sancto intentus sit, quam literalis. Fateor, hanc esse

esse inter sensum litteralem & Mysticum differentiam, quod vt sensus litteralis magis est obuius & apertus, de quo proindè facilius & certius definiri potest quod sit à Spiritu Sancto intentus, ita communiter ab hoc sensu ducuntur firmiora argumenta, quam à sensu Mystico, de quo non ita facilè constat an is verus sit sensus Mysticus qui adfertur, & à Spiritu Sancto intentus. Quilibet tamen sensus, qui verè est Mysticus, & intentus à Spiritu Sancto, æque certus est & firmus in se ac litteralis sensus licet quo ad nos, seu comparatione nostri, qui ignoramus, an ille sit verè sensus Mysticus, non sit æque certus, ac firmus. Et hoc est, quod vult Hieronymus, non autem à sensu Mystico nunquam firmum duci posse argumentum. Constat autem Mysticum vere sensum esse vel ex scriptura, vel ex Concilijs, vel ex Patrum, Doctorumque Ecclesiæ consensu.

208.
Exemplis ostendo.

Verum Mysticos sensus omnis generis ad probandum adhiberi posse varijs exemplis ostendo. Primo enim Moralis sensus est ille loco quod ex Deut. 25. citat. Apostolus 1. Cor. 9. 9. & 1. Timoth. 5. 18 *non alligabis os boui trituranti.* Quod Paulus applicat tropologico sensu Cõcionatoribus, & diuini verbi sacerdotibus *Nũquid* (ait) *de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt; quoniam debet in spe qui arat, arare? & qui triturat in spe fructus percipiendi.* Vbi verbis illis *Nunquid de bobus cura est Deo?* nõ vult negare Deum literali sensu intẽdisse de bobus loqui Judæisque id præceptum quo ad boues datum: sed Deum aliud longe præstantius, quod per boues symbolicè & mystice significabatur illis verbis intendisse, videlicet Doctorum, ac Concionatorum necessariam, & honestam victus suppeditationem. Allegoricus sensus adhibetur ab Apostolo Rom. 10. 18. ex illis Psal. verbis: *In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Ad probandum, Euangelium toti mundo ab Apostolis prædicatum esse, cum sensus literalis sit de cœlis & Astris Anagogicus sẽsus ab ipso Paulo adhibetur eadem ad Hebr. Epist. 4. vbi quod dictum erat Psal. 94. *si introibunt in requiem meam:* & quod de sabbato dictum est Gen. 2. *Et requieuit die septima ab omnibus operibus suis* Anagogice applicat requiei & sabbatismo populi Dei in cœlo. *Itaq;* (inquit) *relinquitur sabbatismus populo Dei.* Porrò hæc omnia Mystico sensu vsurpari non literali, nec accõmodatitio satis perspicuum est. Non litterali quod visus est sensisse Abolensis q. 57. in cap. 2. Mat. id enim falsum esse ostendit, qood antecedentia, & consequentia sensui isti ab Apostolo assignato non conueniant. Non etiam Accommodatitio, hic enim sensus tantummodo æquiuoce sensus est, & ad probandum vim nullam habet: vnde asserere, Apostolũ vti senso Accommodatitio ad probandum, idem est atque asserere Apostolum vti Scripturæ locis ad probandum, reipsa tamen nihil probare: ipsum adscribere Scripturæ locis sensum, quem non habent: dicereque, sensum esse à Spiritu Sancto intentum, quem ipse re vera nõ intendit. Vnde vniuersim statuendum puto, quotiescumque ab aliquo scriptore Hagiographo locus quispiam Scripturæ ad probandũm adducitur, necessariò eum sensum quem illi dat scriptor Hagiographus, esse à Spiritu Sancto; ergo esse vel litteralem vel Mysticum; si litteralis esse non potest, necessario esse Mysticum. Pari modo dicendum, quotiescumque in Euangelio dicitur aliquid iam diu antè fuisse prophetatum, vel in aliqua re prophetiam impletam, necessario esse asserendum, locum prophetiæ, qui adfertur vel litterali vel Mystico sẽsu eò referri debere, quod si litterali nequeat, sanè Mysticum esse adstruendum. Huiusmodi est ille locus Mat. 2. 15. ex cap. 11. Osee. Prophetiam citantis: *Vt adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui Filium meum:* quod quidem ad literam est de populo Israëlitico ex Ægypto educto, secundum Mysticum verò sensum de Christo Domino.

CAPVT IV.

De multiplice aliquando eiusdem loci literalis sensu.

209.
Idem locus plures aliquando sensus literales admittit.
Probo ex Patribus.

Etsi non passim in scriptura idem locus plures sensus habeat, non tamen temerè asseruerim aliquando eundem locum literales sensus plures admittere. Id in primis ostendo ex patribus. D. Hieronymus Epist. 103 ad Paulin. loquens de Apocalysi. *In verbis*, inquit, *singulis multiplices latent intelligentiæ.* Quod etsi quidam ad Mysticos intellectus trahere velint, malim tamen ad literales. Chrysostomus hom 7. in 1. Ad Corint. *Præterea*, ait, *multis in locis duplices sunt prophetiæ, quæ facile ab assuetioribus comprehendi possunt, ex quibus multa inserta inuenire possumus.* Lege August. l. 2. de Doctr. Christ. cap. 27. & l. 12. Conf. c. 26. & 31.

210.
Ex Theologis roboro.

Deindè ex Theologis confirmo. Bellar. to. 1. Contro. l. 3. c. 3. Castr. l. 1. cont. Hære. c. 3. Melch. Can l. 2. de loc. c. 11. & alij cum Doctore Angelico 1. p q. 1 a 10. & 2. sent. dub. 12. a 2. ad 7. Serar. in Prolog. Salmer. Prol. 8. Molina, Vasq. Valent. in 1. p. Bonfrer. in Prælo. cap. 20. sect. 5.

211.
Ratione confirmo.

Præterea ratione probarim Quid enim vetat? An Deo, qui est sapientiæ infinitæ, & in intelligendo fœcundissimus, possint deesse vel res, vel modi diuersa simul eadem sentẽtia significandi? Certe neque desunt voces, ac sententiæ diuersa significantes: nam & etiam homines possunt iisdem signis diuersa significare, vt si idem tubæ campanæve signum dari soleat incendio, & hostium aduentu, & vtrumque simul eodem tempore concurrat; poterit igitur & in vocibus, quæ signa sunt conceptuum etiam diuersorum, id locum habere. Nũ nõ hoc pertinet ad profunditatem, obscuritatem, fœcunditatem, commendationemque Scripturæ, & ad Dei sapientiam declarandam?

Demum vt ex ipsa Scriptura perficiam argumentum, id non obscure probat locus ille Isaiæ 53. *Generationem eius quis enarrabit.* quod Patres plurimi de æterna Christi generatione

tione, multi alij de temporali in vtero Virginis intelliguntur, vtrique aptè, nam toti contextui vtrumq; quà aptissimè quadrat: cũ reuera sit vtraq; generatio incõprehẽsibilis, & ineffabilis.

212. An Scriptor rerum Sacrarũ omnes hosce sensus viderit aut intenderit?

Rogitarum, deberit ne verum Sacrarum Scriptor omnes hosce sensus seu literales, seu Mysticos vidisse & intendisse? Porrò necessarium non est id affirmare; hos enim potest Spiritus Sanctus sibi postmodum suo tempore commodius reuelandos reseruare, cum proprium, per res immediatè vocibus significatas alia vlterius mysticè ac symbolicè intelligere. Satis tamen credibile est, magis viris, vt Moysi, hæc mysteria fuisse tenelata. Addiderim, credibile esse, vbi plures sunt sensus litterales, eos omnes, & vidisse, & intendisse scriptorem Agiographum: neque tamen id omnino necesse, satis enim est si vnum bonum sensum animo concipiat, & intendat. Immò fieri potest, vt sacrarum rerum scriptor nullum eorũ, quæ scribit, sensum percipiat, dictante scilicet Spiritu Sancto, & ipso se habendo vt amanuensi. Potest denique fieri, vt scriptor diuersum à Spiritu Sancto sensum absonum, & impium habeat, & intendat. Quia non est maior repugnantia, cur minus id fiat in prophetia scripta, quã vocali: at vocalem huiusmodi propheriam Caiphæ habemus Ioa. 11. Quiquidem cum dixisset, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*: ab Euangelista dicitur, prophetasse eo quod esset Pontifex anni illius: constat verò, alium fuisse in illis verbis Spiritus Sancti sẽsum, nempè eum, quem ibi exponit Euangelista. *Prophetauit*, inquit, *quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum*. At Caiphæ sensum liquet fuisse eum, qui cohæret cum antecedentibus. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gẽtem.* Fuit ergo Caiphæ sensus politicus, impius, & falsus. Tantũ enim abest, vt morte Christi gentem suam ab exitio vindicarint, Romanisque subesse desierint, vt potius Christi morte, tantique sceleris occasione exitium toti suæ genti à Romanis accersiuerint.

CAPVT V.

De sensu Accommodatitio.

213. Sẽsus Accõmodatitius locũ habet in scripturis.

Sensus Accõmodatitius locũ etiam habet in scriptura: non quidẽ ad aliquid probandũ. Valde frequens est apud Patres, ac Concionatores vti scripturæ testimoniis per Accommodationem. Sic Ecclesia accommodat B. Virgini, quod scriptum est Cant. 1. 4. *Nigra sum, sed formosa*. Sic Augustinus illud Apostoli 2. Cor. 3.6. *Littera occidit, spiritus autem viuificat*, per Accommodationem explicat de litteris ac sensu scripturæ. Sic Bonifacius VIII. illud Lucæ 22.38. *Ecce duo gladij hic*, accõmodatè intelligit de duplici Pontificis potestate, spirituali ac temporali. Sic Gregorius illud Gen. 1. 16. *Fecit Deus duo luminaria magna*, intelligit de Pontifice, ac Imperatore. Huiusmodi exempla propè infinita possem recensere.

214. Porrò hi Patres, & quicũque alij Accõmodatione huiusmodi vsi sunt, ab ipsa Sacra Scriptura didicere, vna enim scriptura non semel alterius scripturæ verbis vtitur, & ad aliũ sensum accommodat. Facit Zacharias. 4.3. *Duæ oliuæ super candelabrum aureum.* Quod secundum litteram intelligitur de IESV filio Iosedech, & de Zorobabele Duce Iuda. At Apostolus per Accommodationem applicat duobus testibus Enoch & Eliæ, qui ab Antichristo sũt interficiendi. Apoc. 11. 4. Prædicat Isaias ex Dei ore: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Quod secundum litteram intelligitur de Iudæis, illis qui Isaiæ tempore aderant. At Christus accommodat sui temporis Scribis, & Pharisæis Mat. 15. 8. legendus Vazq 1.p.disp.14.c.1 Idem accommodatitius sensus est apud Paulum ad Rom 10.6. ibi enim quæ Moyses Deut. 30. dixerat de mandatis legis, vt ostenderet ea non esse impossibilia, nec quemquam habere iustam rationem tergiuersandi, quominus ea obseruet: Apostolus instituto suo, vt ostendat, iustitiam ex fide esse in hominis potestate cum sit in cuiusque potestate in Christum credere, & per hanc fidem iustificari, accommodat.

Ipsi Sacri Scriptores vsi sunt huiusmodi accõmodatione.

CAPVT VI.

De Interpretatione Cabalistica.

215. Quid Cabala.

Cabala apud Hebræos idẽ significat, quod *Receptio* à radice קבל *Kabal*, cui vt correlatiuum ea opposito respondet *Traditio*; nemo enim accipit, nisi alter det; atque adeò vnius eiusdẽque rei receptio est & traditio: & quod respectu vnius *receptio* appellatur, respectu alterius potest dici *traditio*. Porro traditionem Hebræi nominant מסורה *masora* à radice מסר *masar*, quod tradere significat. Et igitur *Cabala* (quam Hebræi altero nomine *Masorã* vocitant, seu *Traditionem*) non admodum dissimilis Ecclesiæ Traditionibus: nam queãdmodũ diuina Traditio in Ecclesia est quarũdã rerum ad Fidem pertinentium per manus traditarum, receptarumque notitia: ita Cabala apud Hebræos in genere diffiniri potest, *Arcanorum & reconditorum Sacræ Scripturæ Mysteriorum per manus tradita receptaque notitia.*

216. Triplicẽ Cabalã distinguo.

In cuius explicationem triplicem Cabalam distinguo. Vnam probam, & propriè dictã antiquorum ante Christum Dominum Iudæorum. Alteram minus probam sed secundum se indifferentem, Hebræorum recentiorum. Tertiam improbam, quæ ad præcedentes vanas obseruationes adiecit.

217. De primo Cabalæ genere.

Profectò primum Cabalæ genus, seu secretior quædam & Mystica scripturæ expositio, quæ olim in lege veteri nõ erat scripta, neque passim omnibus, sed senioribus dũtaxat, & in legẽ sapientioribus non scripto, sed ore tradebatur accersunt antiqui Rabini Eliazar, Moyses Ægyptius, Simeon, Ismaël apud Picu Mirand. ab ipso Moyse, cui eã Deus cũ legis littera in mõte tradiderit. Addunt post captiuitatẽ Babylonicã Esdram cum Cõcilio magno Septuaginta seniorũ, cui ipse præerat, hæc omnia Mysteria in 70 libros iuxta seniorũ numerum optimo cõsilio cõgessisse. Accipit hoc probabilitatem alí

aliquam ex libro licèt apochrypho 4. Esdr. æ cap. 14 *Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Ægypto, & misi eum, & eduxi eum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sinai, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta, & fini & precepi ei dicens: Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes.* Probat huiusmodi Cabalam Moysi traditā Picus ex Patribus Origene, Hilario, Nazianzeno. Agnoscunt esse vetam Doctores plerique ex recentioribus, Sixtens Sen. lib. Biblior. Serarius in Iosue. Iásenius in Concord. c. 146. Galatinus l. 1. de Arcan. c. 6 mire hanc Cabalam effert. Passim ei Anagogicus sensus tribuitur, teste Petro Gregorio l. 12. de Repub. c. 5. & aliis. Ego tamen hanc Cabalam nolim ad Anogicum sensum arctare, esto in eo maxime versetur, & quasi vltimo conquiescat Si enim verum est, Moysi reuelata fuisse omnia legis secreta, & Mysteria, quis abneget, ea quæ ad Allegoricum sensum pertinent, & Christū Dominū, eius Passionē, Eucharistiā, Sacraméta adubrarunt, eū agnouisse.

218. De secunda Cabalæ genere.

Verū secundū Cabalæ genus recentiorū est Iudæorū, qui sanā illam Cabalam negligentes, vel ignorantes, nugis quibusdā, & næniis totos se addixerunt. Est autem hæc Cabala, quæ in dictionibus in literis verborū scripturæ ludit, & vel resoluēdo litteras, & transponēdo, vel vnam cū alia cōmutando, vel figuram, vel vim illarū arithmericā, aliudve simile attendēdo, diuersos sensus, & arcanas intelligētias extundit. Haud dissimilem hanc Cabalam dixerim artificio, quod apud Latinos in Anagrammatismis, Logogryphis, & Chronographicis cernitur. Cabalæ huius primus modus fit resolutione dictionis in suas litteras Huc referri potest, cum non quæuis litera vocem, sed quæuis vox integrā sententiā, & orationē significat Secundus modus est, cū littera pro littera substituitur. Tertius cū litteræ transponuntur, & variè inter se permutantur. Quartus, cum consideratur caracterū figura. Quintus, cū characteru vis & significatio Arithmetica annotatur. An Cabala hæc admitti an reiici debeat, si quæris, respōdeo primò hanc Cabalā amœnā ingenij exercitationē si ad scripturā interpretandam, vel eius Mysteria rimanda referatur: non posse vniuersim reiici, siquidem & scriptura, & SS. Patres ea vtūtur, & nobis occasionem hæc rimandi Mysteria, exhibeant, Secundo, eam secundum se esse indifferentē: potest enim ratione obiecti, & materiæ benè vsurpari: potest & malè. Si quis pias ex scriptura exprimat hoc artificio sententias, laudē merebitur: si quis impias, hæreticas, blasphemas, vituperio, pœnaque haud dubiè dignus. Quin etiam si quis ad res ludicras aut indifferentes ista accommodet, id sine piaculo facere nequit, cum scripturæ verba & apices nō debeant ad iocos & nugas sæculares aptari.

219. De tertio Cabalæ genere.

Denique de tertio genere Cabalæ, quæ Dei nomina, aliave scripturæ verba ad diuinationes, & Magiam accōmodat. sic Sixtus Sen. Bibliot. l. 2. Falsa atque impia Cabala est ementitium quoddam Iudaicæ traditionis genus, quod improbi quidam Iudæi à Moyse ex Patribus vsq, ad ipsos emanasse dicūt, innumeris vanitatib. ac falsitatib. refertū, nihil aut parū à Necromātia distans; explicat enim secreta Dei nominis, ipsorūmque virtutes occultas, quibus ad ligandos dæmones, & ad præstigia facienda Necromantici nonnulli apud Iudæos vtuntur, asserentes Christum Dominum huius artis ope omnia sua edidisse. Hoc igitur superstitionis genus Cabalam impropriè appellatum, Ecclesia proximis annis merito dānauit. Legendi Iulids Scaliger in sua ad Cardan. exercitat. 355. Michaël Neander in Erotematis linguæ sanctæ, Serarius in Iosue Bohs fret. in Prælog c. 2 t.

PRÆLOQVIVM V.

Totius Legis veteris Apparatus, Synagoga scilicet, instrumenta diuini cultus, sacrificia, Sacramenta, legaléſque obseruationes.

CAPVT I.

De lege Mosaica.

220. De triplici lege Mosaica.

Ex Mosaica triplex Moralis, Ceremonialis, ac Iudicialis. Moralis Summatim in Decalogo cōnnetur, & ideo potissimū præcipit cultū Dei, & cū proximo iustitiā. Ceremonialis determinat, quibus ritib. ac ceremoniis Deus sit colendus Iudicialis quibus modis iustitia cū proximo seruanda Deut. 5. 31. *Loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias, atque iudicia.*

221. Sancta fuit hæc lex.

Lex hæc Mosaica bona fuit, iusta, ac sancta. Rom 7. 12. *Lex quidē Sācta, & mādatū sāctū, & iustū, & benū.* Sāctū mādatū dicitur propter Ceremonialia præcepta; iustū propter Iudicialia, bonum propter Moralia, vt D. Thom q 99. a 4. annotauit Ratio est, quia Deus fuit illius legis auctor. At Deus non potest esse auctor malæ ac iniustæ legis. An mala propter libellū repudij, & vsurā, quā cōcessit? Sic Manichei teste Augustino l. cont. Adimant. Porrò libellus repudij, & vsura si spectentur eo modo, quo Iudæis concessa sunt omninò sunt licita, vt ostendam inferius.

222 Vtilis fuit.

Vtilis admodum fuit. Gal 3. 24. *Lex pedagogus noster fuit in Christo* Gręce, *Ad Christum*, Quam vtilis alumno pædagogus! illum ducit, coërcet, docet. Annon lex Iudæos docebat viā eis salutatem ostentans? Nónne coërcebat metu pœnarum? Num non symbolis ac figuris ad Christi cognitionem præparabat.

223. Non erat sufficiens ad salutem.

Non tamen perfecta erat, & sufficiens ad salutem; quia non conferebat gratiam, quam lex confert Euangelica. Ioa. c. 17. *Lex per Moysem data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Lex Mosaica Iudæos dirigebat præscribendo, quid agendum esset, aut omittendum: non tamen vires, aut gratiam exhibebat, qua legis præcepta implerētur; Euangelica præstat vtrumque.

224. Quonāmodo sācti sub lege illa iustificati sint.

Quonāmmodo ergo Sancti qui vixerūt sub Mosaica lege, iustificati sunt? Non sunt iustificati ex lege Mosaica, quam habebant præsentem; sed ex Euangelica: quæ tametsi præsens non esset, tamen virtus illius per quandam anticipationem ad eos vsque porrigebatur.

gebatur. Quonammodo id? Credebant in venturum Christum Dominum, qui per sua merita tunc quidem nondum exhibita, sed tamen suo tempore exhibenda, conferebat illis gratiam iustificantem, per quam poterant à piaculis liberari, & in filiorum Dei transire adoptionem.

225. Lex illa à Deo data.

Lex Mosaica à Deo data fuit, idem enim Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi auctor est Mosaicę, & Euangelicæ Legis. Ita Trident. Sess. 4 Aperte ex scriptura colligitur, nã Christus Dominus Mat. 15. 6. loquens de Lege Mosaica, appellat mandatum Dei, *Irritum fecistis mandatum Dei propter Traditiones vestras.* Et Hebr. 1. 1. fatur Apostolus, *Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio* Audi D. Thomam 1. 2. q. 98 a. 2. Eiusdem est, proponere finem, & disponere media ad finem: sed Lex Euangelica est finis legis Mosaicæ iuxtà illud Rom. 10. 4. *Finis Legis est Christus.* Ergo idem Deus, qui est auctor Euangelicę legis, auctor etiam legis Mosaicæ existit.

226. Vbi nã data

Vbi nam data lex Mosaica, quando, & quomodo, si roges: respondeo datam fuisse in Monte Sinai Leu. 26. 45. *Hæc sunt iudicia &c. quas dedit Dominus in monte Sinai per manum Moysi.* lex Decalogi data in monte Sinai, at Ceremonialis, & Iudicialis in Tabernaculo ad montis radicem. At data est lex Decalogi die quinquagesimo ab egressu filiorum Israël ex Ægypto. id est in Pentecoste. Porro antequam daretur ipsis Decalogi lex, iubebantur sese sanctificare, ac præparare per vnum & alterum diem, vt die tertia cum debita reuerentia legem acciperent. Abstinebant ergò ab vxoribus, vestimenta diluebant in montem non ascendebant, nec quidem eis licebat illum attingere tanquam curiosi Maiestatis Dei scrutatores. *Quanta ubsecro ad Eucharistiam recipiendam reuerentia ac puritas indicitur, si ad legis receptionem tam accurata exigitur præparatio.]

Magna ad Eucharistiã recipiendam præparatio adicitur.

227. Lex ceremonialis ac Iudicialis solos Iudæos obligabat.

Lex Ceremonialis & Iudicialis solos obligabat Iudæos, quia solis Iudæis fuit promulgata Deut. 4. 8. *Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam Legem?* At lex Moralis non solum Iudæos, sed etiam Gentiles obligabat secundum se: quatenus autem habebat annexas minas ac terrores, pœnasque temporarias à Mose conscriptas solos Iudæos obligabat.

228. Obligabat strictissime.

Obligabat autem strictissime. Psal. 118. 4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Quid benedictiones, quas Deus seruantibus legem promisit? Quid maledictiones, quas transgressoribus est comminatus, nisi strictam adstruunt obseruationem? Leu. 26. *Si in præceptis meis ambulaueritis, Dabo vobis pluuias temporibus suis* &c. Duodecim benedictiones exprimuntur. At verò *si non feceritis ea*, quæ à me constituta sunt visitabo vos in egestate, &c. Octo benedictiones recensentur.

229. Quoad Ceremonialia, & Iudicialia abrogata est.

Profecto lex Mosaica quo ad præcepta Ceremonialia, ac Iudicialia penitùs abrogata est; quoad præcepta Moralia, quę in Decalogo cõtinentur, quatenus sunt iuris Naturalis, minimè, Luc. 16. 16 *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.* Gal. 3. 24. *Lex pædagogus noster fuit in Christo. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.*

CAPVT II.

De Synagoga.

230. Tribus modis Synagoga sumitur

Tribus modis sumitur in scriptura Synagogæ nomẽ Primò, pro tota congregatione, siue Ecclesia Iudęorum. Num. 27. 20. *Audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel* Secũdo pro conuentu malorum Psal. 85. 14 *Synagoga potentium quæsierunt animam meam.* Tertio pro quibusdam ædificijs, seu domibus, in quibus Iudæi singulis sabbatis solent scripturas legere, & explicare. Mat. 4. 23. *Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum.* De Synagoga primo modo agere aggredior.

231. Tria in Synagoga spectantur.

Tria in Synagoga specto. Primo, multitudinem, seu collectionem Iudæorum, qui erant in ea Secundò, externum regimen Ecclesiasticũ, sacrificia, Sacramenta, Purificationes, oblationes, & similes Mosaicas ceremonias.

232. Nunquam tota Synagoga à fide defecit.

Nunquam tota Synaguga à fide defecit, vt Lutherani, ac Caluinistæ docent. Verum tempore Moysis in adorando vitulo non defecit tota, sed pars, nec Leuitæ, ac sacerdotes defecerunt. Exo 32. 26 *Videns ergo Moyses populum, ait: si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui.* Nec tempore Elię. Duo enim Regna pertinebant ad Synagogam, alterum Iuda, alterum Israël, hoc decem cõstabat Tribubus, illud duabus. Regnũ Israël statim à principio sub primo Rege Ieroboam defecit à vera fide, & publice cœpit idola adorare 3 Reg. 12. 28. & in eo vsque ad captiuitatem permansit statu. *Vt scilicet esset captiuitas & perfidiæ supplicium & diuturnæ collyrium cœcitatis.]In Regno autem Iudæ aliter se res habuit. Nam aliqui Reges boni & cultores veri Dei extitere, vt Asa, Iosaphat, Azarias, Ioathã, Exechias, & Iosias, sub quibus vera Religio vel restaurata, vel conseruata est. Alios fateor fuisse malos & idololatras, Achaz, Manasses, Amõ. Sẽpe tamẽ in Salomonis Templo videtur mansisse vsus sacrificiorum secundum legem Mosaicam vsque ad Babylonicam captiuitatem. 2 Mach 1. 19. *Cum in Persidem ducerentur Patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari, occultè absconderunt in valle, vbi erat puteus altus & siccus:* Loquitur de igne illo cœlitus à Deo immisso, quo sacerdotes vtebantur in quotidianis sacrificijs. Leu. 9. 10. Ignis itaque ille fuit conseruatus in Templo vsque ad illud tempus, quo Iudæi in Persidem captiui fuerunt adducti. Denique Synagoga Christi tempore expirauit, nõ quod tunc à fide defecerit, quam antea professa est; sed quia tunc repudiata est cum suis ceremonijs ac sacrificijs & in eius locum Christi Domini successit Ecclesia.

CAPVT III.

De Diuini cultus instrumentis.

233. Quotnam diuini cultus instrumenta.

Nonnulla prælibare de Instrumẽtis, quibus Diuinus cultus peragebatur operæ pretiũ duxi vt facilior via ad perbreues possit pa-

rati Commentarios Addam de ipso cultu, qui consistebat in sacrificiis, Sacramentis & Obseruantiis legalibus,& de Ministris Synagogæ qui ad ipsum diuinum cultum deputati adstant,tractationem.Porrò diuini cultus instrumenta erant Tabernaculum, Templum, Arca fœderis, Propitiatorium, Candelabrum, Mensa panum propositionis, Altare thymiamatis, Altare holocausti, vasa sacra, Vestes sacerdotales de quibus Præloquio 6. Synagogæ, ac Cathedræ, in quibus scriptura legebatur & explicabatur.

224. De Tabernaculo. Tabernaculū quidē erat mobile, ac portatile, quod per partes poterat dissolui, & cōuasari, quando amouēda erant castra. Exo. 26. Longū erat triginta cubitis, altum decem, latū totidē. In duas diuisum partes, quarum vna dicebatur *sanctū* altera *sanctum sanctorum*. *Sanctum* erat quadratum habens longitudinē viginti, & latitudinem decem cubitorū. Sanctum sanctorum decem cubitos habebat Inter vtrumque erat velum, quo Sanctum à Sancto sanctorum diuidebatur. In Sancto erat Candelabrum, Mēsa panum propositionis, & Altare thymiamatis: In Sancto Sanctorum Arca fœderis cum Propitiatorio. In Sanctum quotidie ingrediebantur sacerdotes mane & vespere tū vt adolerent thymiamata, tum vt vespere lucernas Candelabri accenderent, & extinguerent. At in Sanctum Sanctorum Pontifex ingredi poterat, idque semel in annu, nempe in festo expiationis. Erat Tabernaculum constructum ex viginti tabulis setim inauratis in longitudine versus meridiē: Totidem in longitudine versus Septemtrionem. At versus Occidentem, vbi erat latitudo, octo habebat tabulas, versus Orientem nullam. Ibi enim erat ingressus in Tabernaculum, ideoque nihil aliud ibi erat nisi quinque columnæ inauratæ, quæ velo tegebantur, ita vt sacerdotes eleuato velamine possent introire. Tegebatur tam supernè, quam ad latera. Primo decē cortinis factis ex cocco, purpura, hyacintho, ac bysso, quæ per modum tentorij erant tensæ, ac expansæ. Secundo vndecim sagis seu stragulis ciliciniis. Tertio pellibus arietum rubricatis. Quartò pellibus ianthinis contra pluuias ac procellas. In circuitu Tabernaculi erat Atrium superne patens, quod vndequaque Tabernaculum ambiebat, ita vt Tabernaculum staret in medio Atrij. Erat quadrangulum, habens centum cubitos in lōgitudine, & quinquaginta in latitudine, & quinque in altitudine. Cingebatur sexaginta columnis æneis, quarum viginti erant ad Meridiem, viginti ad Aquilonem, decem ad Occidentem, & decem ad Orientem. In hisce columnis eminebant paxilli, seu claui, è quibus tentoria, seu cortinæ suspendebantur. In introitu Atrij erat tentorium, seu cortina cubitorum viginti pendens ex quatuor columnis. Ab introitu Atrij vsque ad Tabernaculum erat longitudo & latitudo quinquaginta cubitorum, vt caperet populum orantem, nec enim poterat Tabernaculum introire. In eodē Atrio non versus introitum, sed versus Tabernaculum aderat Altare holocausti sub dio, ac inter Altare & Tabernaculum labrum æneum ad lauandum exponebatur.

225. De Templo. Templum, quod Salomon postea extruxit, fuit multò capacius Tabernaculo. Tria in eo debent aspectari, Templum ipsum, Atria circa Tēplū sub dio, Porticus Salomonis sub tecto. Templum ipsum duas continebat partes: vna respondebat Sancto, in qua erant Candelabra, Mēsę & Altare thymiamatis. Altera Sancto Sanctorum, in quo erat Arca fœderis cum Propitiatorio. Inter vtramque partem erat velum. Porro vnum tantummodo Atrium fuit iuxta Tabernaculum, plura iuxta Templum: Siue fuerint duo siue tria, iuxta opinionum varietatem, asserto secundum Atriū fuisse quasi Templum laicorum, in quo orabant, victimas sacerdotibus offerebant, sacrificia spectabant, hostiasque pacificas comedebant. Demū Salomonis Porticus destinctum (probabiliter) erat ab Atrio, seu Tēplo laicorū, quia Porticus erat sub tecto, Atrium sub dio: in Porticu ambulabant Iudæi, in Atrio orabant. Lege Azor. l. 6. c. 53. q. 3.

216. De Arca fœderis. Arca fœderis (Exo. 25. 10.) primo fuit in Tabernaculo postea in Templo. Quando fuit in Tabernaculo sæpe de loco in locū translata est. Post finitam peregrinatioōē in deserto, cum iā filij Israel ingressi essent promissionis terram, primo posita fuit in Galgalis, secundo in Silo, tertio in Nobe, quarto in Gabaon, quinto requieuit in Ierusalem.* Quia Arca figura fuit cœtus beatorum qui in hac vita variis mutationibus obnoxij, in altera fœliciter requiescunt.] Arcæ forma erat quadrangula non quadrata, habebat enim duos cubitos & dimidium longitudinis, & vnum cum dimidio altitudinis. In quatuor angulis habebat quatuor circulos aureos, quibus inducebantur vectes inaurati ad portādū. Erat facta ex lignis setim inauratis in eum finem, vt in ea Tabulæ legis reponerentur. Vnde dicta etiā est *Arca testimonij*, id est legis, quia lex continebat diuinæ voluntatis attestationē. Itē *Arca* Testamenti, seu *fœderis*, quia lex quæ seruabatur in Arca, erat conditio fœderis inter Deū & Hebræos initi. An præter duas Tabulas Decalogi fuerit aliquid aliud in Arca? fuisse Manna, ac Virgam Aaron Apostolus asserit. Hebr. 9. 4 *Tabernaculum habens Arcam Testamenti, in qua Vrna aurea habens Manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & Tabula Testamenti*. Obstat illud 3. Reg. 8. 9. *In Arca autem non erat aliud nisi duæ Tabulæ lapideæ*. At Chrysostomus dirimit quæstionem asserens tempore Mosis in Arca nihil fuisse nisi Tabulas legis, sed postea à Ieremia circa tempus captiuitatis Babylonicæ appositam fuisse Vrnam Manna & Aaronis Virgam. * Quomodo enim nostrorum criminum soluetetur captiuitas si coram Deo sola legis vigeret præscriptio, & nō Manna id est Christus, & Virga Aaronis, quæ floruit, id est Deiparens legi addiceretur, Deumque vel gratissimo emollirent aspectu?]

Beatorum quies.

Iesus, ac Maria aspectus Deum emolliunt, ne legis hæreat rigori.

227. De Propitiatorio. Super Arcā, quæ supernè patebat, erat operculum ex puro auro factum, quod dicebatur *Propitiatorium*, vel *Oraculū*. Super illud stabant duo Cherubini, alter in dextero latere, alter in sinistro, qui expansis & cōiunctis alis tegebant Propitiatoriū: & super illas alas sedebat Deus tanquam in throno, habens sub se Arcam cum operculo tanquam scabellum pedum suorum. Exo. 25. 17.

228. De Candelabro. Candelabrum in sancto sderat ad Meridiē. Constabat ex auro purissimo. Ex illius hastili procedebāt sex calami seu rami, qui omnes æqualiter cū hastili in altū assurgebant Superius erant

erant septem lucernę, vna in hastili, reliquę in sex ramis. Hæ lucernæ illuminabant mensam panum propositionis, & Altare thymiamatis, sed tantum nocte Exo. 25. 31.

229. De Mensa panum propositionis.

Mensa panū propositionis, quæ in sancto etiam erat ad Septemtrionem, facta erat ex lignis Setim auro obductis: longa duos cubitos, lata vnum, alta vnum & medium. Supernè labio seu limbo aureo, & clausura aurea circundata, ne panes deciderent. Habens quatuor pedes, quibus fulciebatur. Singuli pedes habebant singulos annulos, in quibus vectes lignei, & auro obducti inserebantur, ad Mensam tollendam, & de loco in locum transportandam. Exo. 25. 23. In hac Mensa collocabantur duodecim panes propositionis, (seu faciērum,) quia in Dei conspectu proponebantur. Erant azimi ex simila purissima, & singuli duas decimas ponderabant. Sex apponebantur in vna parte Mensæ, & totidem in altera. His thus imponebatur, quo significabatur Deo oblatos esse. Singulis Sabbaris auferebantur veteres & noui adhuc calidi ponebantur. Veteres à solis comedebantur Sacerdotibus: Noui pinsebantur à Leuitis. Laici igitur, Leuitæ, & Sacerdotes aliquid circa panes gesserant; laici offerebant materiam, Leuitæ pinsebant, Sacerdotes manducabant.

230. De Altari Thymiamatis.

Altare duplex erat, vnum Thymiamatis seu incensi, in quo incendebatur thus, & alia suauissimi odoris aromata: Alterum Holocaustorum, in quo omnes victimæ offerebantur. Thymiamatis altare factum erat ex lignis Setim inauratis longum cubitum vnum, latum cubitum vnum, altum duos cubitos. Habēs quatuor cornua, & coronę auream per gyrū. In medio habens craticulam reticulatam, per quam fauillæ, & cineres aromatum incensorum decidebant sub altari, vt inde suo tempore eximerētur. Habens insuper quatuor annulos, per quos inserebantur duo vectes, quibus per desertum à Sacerdotibus portabatur. Exo. 30. In hoc altari nullæ victimæ, sed tantum thymiamata, seu suauissimi odoris incendebantur aromata, non tantum à Pontifice, sed etiam à minoribus Sacerdotibus, qui quotidie bis, semel mane, & semel vespere illud præstabant ministerium.

231. De Altari Holocausti.

At altare Holocausti, in quo holocauste; & quævis alia sacrificia Deo immolabantur, & cremabantur, non erat in Tabernaculo, sed in Atrio Sacerdotum sub dio positum, propter fumum, ignē, & nidorem victimarum. Factum erat ex lignis Setim, quæ æneis tabulis interius & exterius tegebantur, ne ab igne læderentur. Longum cubitos quinque, latum totidem, altum tres. Interius cauum & inene ad ignem pro comburendis sacrificiis continendum. Habebat supernè æneam craticulam foraminibus plenam, instar retis, quæ totam altaris longitudinem, & latitudinem occupabat. Huic craticulæ imponebantur victimæ, vt à subiecto igne cremarentur, & earum cinis per craticulę foramina sub altare decideret. Ex eadē craticula arula ænea pendebat, vel foculus æneus in ipsa altaris cauitate: in quo foculo erat ignis ad comburendas carnes, quæ in superiori craticula ponebantur. Habebat altare quatuor annulos aureos, per quos duo vectes inserebātur ad portādū altare. Totidē annulos ac vectes habebat craticula distinctos ab annulis ac vectibus altaris, vt seorsim posset deportari. In hoc altari mane ac vespere quotidie primo immolabatur egnus quasi iuge sacrificium, deinde aliæ victimæ, siue essent votiuæ siue spontaneæ, siue præceptæ ob aliquod festum incidens. Exo. 27. 1. & 8

232. De Labro, Acetabulis, Phialis, Thuribulis, Cyathis, Mortariolis, & Crateribus.

Vasa, quæ pro Tabernaculo seruiebāt erant potissimum hæc: Primo labrū æneum. Secundo Acetabula, Phialæ, Thuribula, Cyathi. Tertio Lebetes ænei. Quartò Mortariola, & crateres. Labrum æneum erat vas quoddam ex ære factum, vt in eo diluerentur Sacerdotes, antequā ad sacrificia accederēt. Erat factum ex speculis mulierū, quæ in ostio Tabernaculi excubabāt. At Acetabula, Phialæ, Cyathi, Thuribula facta erant ex puro auro, & seruiebant in vsū Mēsę, & in ea tanquam in repositorio asseruabantur. Verum Villalpandus noster l. 4 de Templo c. 57. Acetabula intelligit crateres aureos, quibus singuli panes ponebantur. Per Thuribula eorum operculs, nè panes à puluetibus, vel à muscis fœdarentur. Per Phialas vasa quibus imponebatur thus supra ipsos panes. Per Cyathos vasa, quibus vinum pro panibus libabatūt. Quid sētism suo eperiam in loco. Lebetes ænei Holocaustorum altari seruiebant, ad suscipiendos victimarum cineres qui per foramina craticulæ positę supra altare excidebant.

233. De Synagogis, & Cathedris.

Synagogæ erant ædificia facta in quibus Iudæi singulis Sabbatis solebant scripturam legere, & explicare. Dictæ sunt Synagogæ, id est, congregationes, quia erant domus seu Ecclesiæ in quibus Iudæi cōgregabantur. In singulis autem Synagogis erat Cathedræ, seu sedilia, in quibus sedebant, tum illi, qui legebāt, & explicabant legem Mosaicam: tum illi qui audiebant. Mat. 26. 6. Fuerunt autem Synegogæ in triplicem vsum extructæ: ad docendum scilicet, ac prædicandum Moysem, & Prophetas; ad orandum, ad puniendósque delinquētes. Sic Tolet ad cap. 16. Ioa. annot. 2. & Turniel. in Aunal anno mundi 2594 n. 14.

CAPVT IV.

De Sacrificiis Mosaicis.

234. De sacrificiō triplici.

TRiplicia erāt *Sacrificia* Mosaica ratione materiæ. *Victima*, seu hostiæ. *Immolationes*. *Libamenta* Erat quippe triplex materia à Deo signate, quæ in Iudæorum sacrificiis offerri poterat, ac debebat. Primò animalia, vt oues, capræ, hædi, boues, vituli, columbæ, passeres, turtures: Secūdò, fructus terræ, vt panis, simila, sal, thus, virentium spicarum manipulus, & triticum. Tertiò liquores, vt sanguis, vinū, oleū, aqua. Cum igitur fiebat sacrificium ex animalibus vocitabatur Hostia, seu victima: cū ex terræ fructibus immolatio, cum ex liquoribus, libamen, seu libamentum.

235. Diuersus offerendi modus.

Erat autē diuersus modus offerendi in hoc triplici genere Nā animalia offerebātur mactatione, & cōbustione; fructus, terræ, immutatione; liquores, effusione. Profectò illa immutatio fructuū erat etiā varia Nam panis in frusta diffecabatur, simula sertagine, clibano, vel craticulæ coquebatur; sal vrebatur, edolebatur thus, manipulus spicarum torrebatur, conterebatur triticum.

236. De Holocausto, Sacrificio pro peccato, & Hostia pacifica.

Certè *Sacrificium* ratione formæ & finis etiam erat triplex in lege Mosaica. Nempè Holocau

C 3

Holocaustum, sacrificium pro peccato, Hostia pacifica. Holocaustum erat sacrificium perfectissimum, quia in eo tota res oblata cōburebatur, & resoluta in fumum rursum ad Deum ascendebat, ita vt nihil inde humanum cederet in vsum. Sacrificium pro peccato partim cremabatur, partim in vsum cedebat sacerdotum, qui in atrio Templi ex eo vescebantur. Verùm sicut diuersa erant peccata, & diuersæ personæ quæ peccabant, ita etiam diuersa erant pro piaculo sacrificia. Aliud enim offerebatur pro periurio, aliud pro aliis peccatis. Aliud pro Pontifice, aliud pro Rege, aliud pro Synagoga, aliud pro priuatis hominibus. Hostia pacifica poterat ex duplici titulo offerri, in gratiarum actionem pro beneficiis à Deo acceptis; & ad noua beneficia à Deo impetranda. Diuidebatur autem in tres partes: quarum vna ad Dei comburebatur honorem, altera sacerdotum cedebat in vsum: tertia in vsum offerentium.

Iam ad *Iuge sacrificium* venio. Iudæi ex præcepto diuino iubebantur, quotidie offerre duos agnos anniculos, & immaculatos in holocaustum: alterum mane, & alterum vespere. Et cum illis similam oleo conspersam & vinum pro libamine. Hæc autem oblatio vocabatur *Iuge sacrificium*, vel *Holocaustum sempiternum*, quia quotidie fiebat, & nunquam intermittebatur.

237. De sacrificio Agni Paschalis.

Præterea *Agni Paschalis* sacrificium à Deo est institutum paulò ante egressum filiorum Israël de Ægypto: ac primo celebratum pridie egressionis ad vesperam: cum mandato, vt postea annis singulis primo mense anni, die quarta decima mensis ad vesperam repeteretur.

238. De aliorum solemnitatū sacrificiis.

Præter Iuge sacrificium quod quotidie; & præter Agnum Paschalem qui offerebatur in Paschate, erant alia sacrificia, quæ in reliquis solemnitatibus offerri debebant ex legis præscriptione. Erant autem hæ solemnitates *Sabbathum*, Num. 28 9 *Neomenia*, seu mensis lunaris initium, ibid. 11. solemnitas *Azimorum*, quæ incipiebat postridie Paschatis. ibid. 16. *Pentecostes* sacrificium, Leu. 23 15. sacrificium festi *Tubarum* Leu. 23. 24. sacrificiū festi *expiationis* Leu. 23. 27. sacrificium *Cœtus*, atque *Collecta*, quod transactis Tabernaculorum diebus octauo die celebrabatur. Leuit. 23. 36.

239. De Igne cœlitus immisso.

Denique de igne, quo sacerdotes vtebantur in sacrificiis quinque certa subiiciam. Primum est, ignem quemdam à Deo cœlitus datum esse, qui primum sacrificium consumpsit, quod Aaron obtulerat in deserto, postquam sacerdos à Mose consecratus est, quod contigit anno secundo egressionis filiorum Israël ex Ægypto. Alterum est, hunc ignem debuisse perpetuo nutriri, & conseruari à sacerdotibus, nè vnquam in altari deficeret. Leu. 6 12. Tertium est, non alio, quam hoc igne potuisse sacerdotes ad sacrificia vti. Hoc inde constat, quia Nadab & Abiu filij Aaronis à Deo sunt puniti, quod alieno igne vsi essent. Leu. 10. 1. Quartum est, hunc ignem à secundo anno egressionis ex Ægypto, quo cœlitus à Deo datus est, perpetuo conseruatum fuisse in altari Tabernaculi, vsque ad tempus captiuitatis Babylonicæ, quo & Templum est incensum, & Iudæi in Babylonem adducti. Tunc enim quodā in puteo à sacerdotibus est abscōsus. 2. Mach. c. 19. Quintum est, eundem ignē post solutionem captiuitatis, iubente Nehemia, quæsitum fuisse à nepotibus eorum sacerdotum, qui illum in puteo abscondeḿant, nec tamen inuentum: sed pro eo aquam crassam fuisse repertam, quæ oblato sacrificio, diuinitus est in ignem conuersa.

CAPVT V.

De Mosaicis Sacramentis

240. Quid Sacramentum Mosaicum.

SVppono ex Theologica Schola, Sacramenta esse quædam externa signa, quæ ex Dei institutione habent vim significandi, & efficiendi aliquam sanctitatem; duplicem autem sanctitatem esse, vnam veram & internam, quæ est idem, quod gratia iustificans: alteram legalem, & externam, quæ consistit in aliqua munditia legali, id est a lege Mosaica præscripta. Sicut enim lex Mosaica reputabat quosdam immundos, seu irregulares, qui hoc vel illo modo affecti essent, aut certa quędam opera facerent: Ita etiam reputabat quosdam mundos, & sanctos si certas quasdam cęremonias à Deo institutas vsurparent.

241. Duplicia Hebræorum Sacramenta.

Duplicia itaque Hebræorum Sacramenta recenseo; quædam enim pertinebant ad totum populum, vt Circumcisio, Esus Agni Paschalis, Purificationes ab externis immunditiis, Expiationes à peccatis. Quædam ad Ministros Synagogę, vt Consecratio sacerdotum, ablutio manuum ac pedum, Rasio pilorum, Esus panum propositionis, & quorumdam aliorum, quæ sacerdotum vsibus deputabantur. Lege Diuum Thom 1. 2 quæstion. 101. art. 5.

242. Non efficiebat gratiam, quam significabant.

Porrò Sacramenta Mosaica erant signa gratiæ iustificantis, quæ in nouo Testamento danda erat per Christum. At non efficiebant gratiam iustificantem, quæ significabant, vel non erant signa gratiæ iustificantis, vel non habebant vim iustificandi, aut remittendi peccata quoad culpam. Conferebant tamen quandam munditiam, ac sanctitatem legalem, quæ quidem non erat vera, & interna sanctitas, sed veræ, ac internæ figura sanctitatis.

243. De Circumcisione.

Aliqua in particulari de Circumcisione, ac de Purificationibus ab externis immunditiis attexam. De Esu Agni Paschalis, de Expiationibus à peccato, de Consecratione Sacerdotum, alibi plura. Certum est apud Theologos Circumcisionem à Deo institutam fuisse pro Abrahamo, & tota eius mascula posteritate. Debuisse fieri octauo die, nec posse fieri citius, quia antè illum diem propter infantis teneritudinem, periculum mortis adesset. Posse tamen iusta de causa post octauum differri diem, sicut dilata est in deserto per quadraginta annos ob continuam peregrinationem. Fieri debuisse in carne præputij, quia Adamus membro in isto primum suæ inobedientiæ, nempe rebellionem carnis, sensit effectum. Ob varios fines esse institutam, scilicet, vt esset signum fœderis, seu pacti inter Deum & Abrahamum

Abrahamum cum suis posteris. Vt esset signũ fidei Abrahæ, & iustitiæ per fidem adeptæ. Vt esset typus & figura Baptismi. Dubia vero sũt hæc: Num circumcisio debuerit peragi cultro lapideo. Quare Moyses filium suum non circumciderit? Quare Iudæi non fuerint circumcisi in deserto per quadraginta annos? An Gentiles debuerint circumcidi? An licuerit circũcidere pueros Gentilium parentibus inuitis? de quibus Vasq. 3. p disp. 163. c. 3. Cornel. in Cap. 4. Exo. & in Cap 17. Gen. & alij.

244. De purificationibus

Iam vero Iudæi, qui legalem contraxerant immunditiam, debebant purificari, antè quam admitterentur vel ad ingressum Templi, vel ad sacras oblationes, vel ad aliorum consortium. Duplices ergo erant immundi. Alij ex contactu rei immundæ, alij in se. Hi quidem in se immundi erant: Puerperæ, Leu. 12. 2. leprosi, Leu. 13. 14. seminiflui, Leu. 15. 2. Polluti ex coitu siuè legitimo, siue illegitimo, Leu. 15. 16 Menstruatæ. Leu. 15. 19. Hæmorrhoissæ, seu quæ multis diebus fluxum sanguinis extra tempus menstruale patiuntur, Leu. 15. 15. Ex contactu autem rei immundæ fiebant immundi, qui tangebant leprosos, seminifluos, pollutos ex coitu, mẽstruatas, hemorroissas, aut illorum, vel illarum vestes, aut sedilia. Qui tangebant reptilia, aut alia animalia immunda quibus non licebat vesci, Leu. 11. 43. Qui tangebant animalium immundorum cadauera. Leu. 11. 24 Qui tangebant cadauera animaliũ mundorum, quæ sponte erant mortua, Leu. 11. 39. Qui tangebant cadauera, aut ossa, aut sepulchra hominum mortuorum. Num. 19 11. Qui ingrediebantur domum vel tentorium, in quo mortuus iacebat Num. 19. 14 Qui tangebant aquas expiationis, quibus immundi expiabantur. Num. 19. 21 Non omnes eodem modo purificabantur ex ijs qui in se immundi erant. In purificatione eorũ, qui ex rei immundæ contactu erant immundi, hæc fere regula seruabatur. Eo die, quo tangebant rem immundã, manebant immundi vsque ad vesperam, seu vsque ad solis occasum, & loti aqua expiabantur. Leu. 15 Profecto non omnes immundi qui immunditiam legalem contrahebant, simul contraxere peccatum Erat enim duplex Hebræorum immunditia, vna erat vetita præcepto Dei, vt comedere carnes immundas, sanguinem, adipem. Leu 11. comedere morticinũ, seu laniatum à bestijs, Leu. 22. 8 tangere morticina immundorum, & tangere reptilia. Leu. 11. 43. Per horum esum vel contactum non tantum contrahebatur legalis immunditia, sed etiam peccatum. Altera immunditia non erat vetita Dei præcepto, sed solum indicata & statuta; vt tangere leprosum vel seminifluum, pati lepram. fluxum seminis, menstrua Nam de his non dicitur, *Nè tangatis ea*, sed, *Qui tetigerit immundus erit.* Vnde hæc non erant peccata, sed tantum legalem inducebant irregularitatem.

245. De Aqua lustrali.

Qualis rogitas, erat illa aqua, qua immundi àspergebantur, & mundabantur? Erat aqua *Lustralis*, seu aqua *lustrationis*, vel *expiationis*, cui ruffæ vaccæ cineres erant infusæ. Fiebat autem hoc modo: Sacerdos ruffam accipiebat vaccam sinè macula, quæ non portauerat iugum. Hanc immolabat extra castra & totam comburebat cũ ligno cedrino, cocco bis tincto, & hyssopo. illius cineres collecti viuam aspergebantur in aquam, id est, fontanam, seu fluentem. Et tunc aqua illa cineribus inspersa ad immundos purificandum adhibebatur, num. 19. 2.

CAPVT VI.

De obseruationibus legalibus.

246. Variæ Obseruationes Iudæorum.

Legales obseruationes, quibus Iudæi à Gentibus discernebantur, erant variæ. Discretio ciborum mundorum ab immundis. Abstinentia à sanguine & adipe, Ieiunia, Vota, Iuramenta, solemnitates festorum, Annus remissionis, Iubilæum, Rasio vel tonsio capitis ac barbæ. Certus vsus vestium. Lege D. Thom. 1. 2. q. 102. a 6.

247. De Obseruationibus circa cibos.

Quod ad ciborum attinet discretionem, fiebat hæc in pecoribus, in piscibus, in auibus, & in alijs. De pecoribus hęc generalis regula: Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedebant; vt bouem, ouem, capram ceruum, bubalum, tragelaphum, pygargum, origem camelopardalum. Leu. 11. 3. Deut 14. 4. Hinc animal, quod non ruminat, nec findit vngulam, immundũ erat. Quidquid autem ruminat quidem, sed vnguem nõ diuidit, etiam erat immundum, vt camelus, lepus, cherogryllus. Quidquid non ruminat, etiam si vngulam diuidat, erat immundum, vt sus. Leu. 11. 7. & Deut. 14. 8 De piscibus, omne, quod habet pinnulas, & squamas, tam in mari, quã in fluminibus & stagnis, comedebãt. Quidquid non habet pinnulas, & squamas, erat immundum, & abominabile. Leu. 11. 9. Deut. 14. 9. Aues immundæ, quibus non licebat vesci, erãt hæ: Aquila, gryps, haliæetus, ixion, miluus vultur, coruus, struthio, noctua, larus, accipiter, bubo, mergulus, ibis, cygnus, onocrotalus, porphyrio, herodius, charadrion, vpupa, vespertilio Leu. 11. 13 Deut. 14. 12. De alijs aderant hæ regulæ: Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, erat abominabile. Quidquid autẽ ambulat quidẽ super quatuor pedes sed habet longiora retro crura per quę salit super terram, comedere poterãt, bruchum, ophiomachum, locustam Immunda seu polluta erant mustella, mus, crocodilus, mygale, chamæleon, stellio, lacerta talpa. Omne, quod reptat super terram, erat abominabile. Quidquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siuè per humum trahitur, abominabile etiam aderat.

248. De abstinentia à sanguine, & adipe.

De abstinentia à sanguine & adipe extat præceptum, Leu. 3: 17. Porro Iudęis in lege Mosaica non tantum prohibitus erat sanguis victimarum: Sed etiam sanguis quorumcumque animalium, quæ domi ad esum mactabantur. Addo, hoc præceptum non tantum Iudæis datum fuit in lege Mosaica, sed etiam Noë & posteris eius in lege naturæ. Gen. 9. 3. Profecto hæc à sanguine abstinentia multùm ab absti-

nentia ab adipe differebat. Quia abstinentia à sanguine præcepta fuit in lege naturæ, in lege Mosaica: Abstinentia verò ab adipe solum in Mosaica lege. Iudæi debebant abstinere ab omni sanguine, non tamen ab omni adipe. Debebant enim abstinere ab omni adipe, qui seorsim in intestinis continetur, non tamen ab eo, qui carni adhæret, & illi quodammodo immixtus est. Rursum debebant abstinere ab adipe illorum animalium, quæ erant munda ad sacrificium, vt ab adipe ouis, capræ, bouis: non tamen ab adipe aliorum, quæ tantum erant munda ad comedendum: vt ab adipe cerui, bubali, & similium. Lege Cornelium ad cap. 3. Leuit. ver. 17.

149. De Ieiuniis duplicibus. Duplicia erant Iudæorum Ieiunia. Alia communia, seu publica: alia priuata. Communia rursum duplicia erant: Alia stata & ordinaria, quæ annis singulis repetebantur. Alia extraordinaria, quæ indicebãtur ob aliquam præsentem, vel ingruentem calamitatem, & singulis non repetebantur annis. De prioribus intelligitur illud Zach. 8. 19. *Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in solemnitates præclaras.* Primum ergo ieiunium erat quarti mensis, Iudæis indictum ob tabulas legis confractas. Secundum erat quinti mensis, indictum, quia Hebræi quintò mense prohibiti sunt ex Cadesbarne Idumeæ montem scandere, & sic breui compendio recta in Terram promissionis transire: sed iussi redire in solitudinem per viam maris Rubri, & quadraginta annis errare in solitudine, in pœnam murmurationis contrà Deum, Et quia non obtéperauerũt Deo, sed in montem Idumeæ ascenderunt, plerique occisi sũt ab Amorrhæis habitatoribus. Num 14. 33. Tertium erat ieiunium septimi mensis, quod indictum fuit ob cædem Godoliæ, quæ fuit Hebræis valde perniciosa. 4. Reg. 25. Quartum erat ieiunium decimi mensis ideo indictum, quia illo mense Ezechiel, & cæteri qui erant cum illo in captiuitate Babylonica, audierunt Ierusalem esse captam, & Templum incẽsum. Præter hæc ordinaria ieiunia, quæ indicebãtur ob aliquam præsentem, vel imminentẽ calamitatem. Sic Iosaphat Rex Iuda indixit ieiunium vniuerso populo, quando Moabitæ & Ammonitæ contra illum ad bellum irrumpebant. 2. Paral 20. 3. &c. Porrò priuata ieiunia erant, quæ quisque sibi vel ex propria deuotione, vel ex Dei assumebat instinctu. Sic Moyses accepturus à Deo legem Decalogi, quadraginta diebus ieiunauit. Exo. 34. 28. Recognosce ieiunium Eliæ. 3. Reg. 19. 8. & Dauidis 2. Reg. 3. 35. & Saræ Raguelis filiæ, Tob. 3. 10. & Danielis, c 4. 3.

150. De legibus circa vota. Variæ aderant leges circa vota, vna generalis, aliæ speciales. Generalis erat Deut 23. 21. *Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus.* &c. Speciales erant triplices. Aliæ de valore, ac irritatione voti, aliæ de materia. Leges primi generis de valore & irritatione voti erãt hæ: Prima de voto Nazaræorum, Num 6. 4. Secunda de voto filiæ, quæ erat sub patris potestate. Num. 30. 4 Tertia de voto vxoris. Num. 30. 7. Quarta de voto viduæ, & repudiatæ Num. 30. 10. Leges secundi generis de redemptione votorum erant hæ: Prima, Homo, qui se ipsum Deo obtulerat per votum, vt seruiret in Tabernaculo, redimebat se pretio à lege taxato. Hoc intellige de laicis, non de Leuitis, ac Sacerdotibus Leu. 27. 2. Secunda lex: si quis vouisset Deo animal, quod immolari non poterat, debebat vendi pretio à Sacerdote taxando. Quod pretium si ipse vouens date voluisset, debebat insuper addere quintam pretij partem. Leu. 27. 11. Tertia lex: si quis vouisset Deo Domum suam, debebat pretio à Sacerdote taxando. Quod si vouens voluisset illam redimere, debebat vltra taxatum pretium addere quintam pretij partem. Leu. 27. 14. Quarta lex: si quis vouisset Deo agrum suum hæreditarium, debebat æstimari pretium agri iuxta mensuram sementis. Etsi vouens voluisset illud redimere, addebat quintam pretij partem Leu. 27 16. Quinta lex: si vouens agrum, non fuisset hæres illius, sed emptor, debebant illum redimere pretio à Sacerdote taxando, & illud pretium dare Sacerdoti: ita vt aget in Iubileo posset ad dominum hæreditarium redire. Leu 27. 22 Lex tertij generis de materia voti, hæc erat: Primogenita munda ad sacrificium, vt primogenitum bouis, ouis, capræ, non debebant Deo voueri, quia illa primogenita iam anteà erant Deo consecrata, & debita ratione primogenituræ. Leu. 27. 26.

151. De legibus circa iuramenta. De Iuramento autem hæ leges in veteri Testamento à Deo datæ sunt: Prima, *Per nomẽ Domini Dei tui iurabis*, Deut 6. 13. Secunda, *Per nomẽ externorum Deorum non iurabis*, Exo. 23. 13. Tertia, *Non periurabis in nomine meo*, Leu. 19. 12. Quarta, *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Exo. 20. 7. Hæc quarta lex differt à tertia. Nam tertia prohibet solum periurium; quarta autem nõ solum periurium, sed generatim omnem irreuerentiam, & abusum diuini nominis. Ad has leges Pharisæi addiderunt, quæ sequuntur. Primò, *Quicumque iurauerit per Templum, nihil est; qui autem iurauerit in auro templi, debet.* Secundò *Quicumque iurauerit in altari, nihil est: qui autem iurauerit in dono, quod est super altare, debet.* Mat. 23. 16. Vtrumque reprehendit Christus Dominus. Prius hisce verbis: *Stulti, & cæci: Quid enim maius est aurum an Templum, quod sanctificat aurum?* Posterius his: *Quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum?*

152. De duplicibus Iudæorum Festis. Iam verò apud Iudæos erant duplicia Festa. Alia instituta à Deo, alia ab ipsis Iudæis. A Deo instituta erant hæc octo: Sabbathũ, Neomenia, Pascha, Pentecoste, Festum Tubarum, Festum propitiationis, Festum Tabernaculorum, seu scenopegia, Festum Cœtus seu Collectæ. Hæc omnia (excepta Neomenia) describuntur Leu. 23. De Neomenia autem Num. 28. 11. Sabbatum erat institutum in creationis mundi memoriam. Neomenia, seu initium mensis lunaris, seu Kalendæ pro diuinæ gubernationis beneficio. Pascha in memoriam liberationis Iudæorum, cui annexa erat Azymorum solemnitas, quæ postridie Paschatis incipiebat in memoriam egressionis ex Ægypto. Pentecoste, seu solemnitas hebdomadarum, in memoriam legis datæ in monte Sinai.

Festum

Festum Tubarum in memoriam Isaac liberati. Festum expiationis in memoriam illius beneficij, quo Deus, ad intercessionem Moysis, propitiatus est peccato populi vitulum adorantis. Festum Tabernaculum in memoriam illius beneficij, quo Deus Iudæos voluit habitare in Tabernaculis, cum egressi ex Ægypto, in solitudine versabantur. Festum Cœtus, ac Collectæ, in quo colligebantur à populo ea, quæ erant necessaria ad expensas diuini cultus. * Quænam hæc solemnitas? An nō existimare debes, te festum agere, cum Deo impendis, quidquid ad eius cultum est necessarium?] Præterea Festa à Iudæis instituta erant hæc quatuor. Primo, festum sortium, die decimoquinto Adar, seu Februarij, in memoriam liberationis Iudæorum per Esther. cap. 9. 27. Secundo, festum Encæniorum, seu Purgationis Templi, quæ facta est sub Iuda Machabæo, 1. Mach. 4. 49. Tertio, festum recepti à Deo Ignis sacri, 2. Mach. 1. 18. Quarto, festum pro cæso Nicanore, 1. Machab. 7. 49.

Puta te festū agere, cum Deo impendis necessaria ad Templi cultum.

253. De Anno Sabbatico.

Annus septimus in lege Mosaïca vocabatur *Sabbaticus*, quia sicut Deus sex diebus operatus est, & septimo die, id est in Sabbato quieuit: sic voluit, vt Iudæi sex annis terram colerent, & anno septimo ab omni cultura cessarent Leu. 25. 2. Habebat hic annus quinque priuilegia. Primum, quod Iudæi eo anno non poterant serere, aut metere, putare, aut vendemiare; sed quies dabatur agris, & vineis. Exo. 23. 10. secundum, quod eo anno fiebat remissio omnium debitorum, si is, qui debebat genere Iudæus esset: non autem si peregrinus, aut Gentilis. Deut. 14. 1. Tertium, quod anno septimo fiebat remissio seruitutis. Serui enim Hebræi manumittebantur. Exod. 21. 2. Quartum, quod anno septimo debebat à sacerdotibus publice legi Deuteronomium coram toto populo Deut. 31. 10.

254. De Anno Iubilæo.

Præter annum Sabbaticum habebant Iudæi alium annum solemnem nempe annum *Quinquagesimum, seu Iubilæum*, qui etiam erat annus Remissionis. Leu. 25 10. Priuilegia Iubilæi erant hæc tria. In eo remittebantur omnia delicta. Serui manumittebantur, & liberi fiebant. Auitæ possessiones, quæ erant venditæ, & alienatæ ad legitimos pristinos redibant hæredes, sine vllo pretio, aut compensatione. Propter hæc tria vocabatur Remissio, seu annus remissionis.

255. De rasione, ac tonsione.

De Rasione, ac tonsione capitis variæ extant leges ceremoniales. Prima pro Nazaræis, qui toto tempore voti, seu separationis, nec radebantur, nec tondebantur sed alebant comam vsque ad completum separationis tempus: Et tunc radebantur, & coma tradebatur igni comburenda. Secunda pro Leuitis, qui quando ministerio Leuitico initiabantur, debebant omnes carnis suæ pilos abradere. Tertia pro leprosis, qui idem tenebantur gerere. Quarta pro sacerdotibus. Quinta pro reliquis Iudæis in communi. *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Leu. 19. 27. ne scilicet Ægyptios, aliosque Gentiles imitarentur, qui putantes Deos suos figura rotunda exprimi omnium perfectissima, capita sua ob eorum gratiam, in rotundum attondebant. Annotatum præcepti illius vim: *Non radetis barbam.* Hæc enim duo distincta sunt, radere barbam, & tondere barbam. Rasio fit per nouaculam, tonsio per forficem. Rasione tota barba vsque ad cutem exscinditur, tonsione decurtatur, & in decentem redigitur formam. Voluit Deus, Hebræos non exscindere suas barbas vsque ad cutem, sed eas retinere, vt etiam in vultu quamdam virilitatis & sapientiæ formam ferre viderentur.

256. De vestitu.

Demùm circa populi vestitum, extat illud præceptum Num. 15. 38. *Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini.* Tria innuuntur: & debuisse Iudæos in extremitate vestium seu palliorum fimbrias gestare, & super has fimbrias circum circa debuisse inducere, & extendere filum, seu vittam hyacinthinam, vt hoc signo à Gentilibus distinguerentur; & gestando, & videndo huiusmodi fimbrias, mandatorum Dei esse memores debuisse.

PRÆLOQVIVM VI.

Ministri Synagogæ ordinarij, nempe Leuitæ, sacerdotes, & Pontifex: Ministri extraordinarij, scilicet Prophetæ: Religiosi, videlicet Nazaræi, ac Rechabitæ. Synagogæ sectarij, qui erant Pharisæi, Sadducæi, & Esseni.

CAPVT I.

De ordinariis Synagogæ Ministris, qui erant Leuitæ, ac sacerdotes, ac Pontifex.

257. Tria hominum genera in Tribu Leui.

IN Tribu Leui tria hominum genera distingui assolent. Primo Leuitæ propriè dicti. Secundo sacerdotes. Tertio summus sacerdos, seu Pontifex. Tametsi omnes, qui erant ex Tribu Leui, generatim vocati fuerint Leuitæ, tamen ex vsu scripturæ Leuitæ propriè dicti à sacerdotibus ac Pontifice distinguebantur. Nam illi soli vocabantur sacerdotes, qui sacrificium, ac victimas offerebant; illi vero Leuitæ, qui sacerdotibus ministrabant. At inter sacerdotes, qui erat summus, Pontifex vocabatur.

258. Ex familia Aaronis Pōtifices.

In tribu Leui multæ erant Familiæ, quæ omnes seruitio diuino destinabantur. Pontificatus autem, seu summum sacerdotium secundum ordinariam legem, erat in sola Aaronis familia. Aaroni quidem quatuor filij, Nadab, Abiu, Eleazar, Ithamar. Hi omnes simul à Moyse consecrati sunt, Aaron in summum sacerdotem, seu pontificem, filij eius in simplices seu minores Sacerdotes. Nadab & Abiu occisi à Deo, quod ignem obtulissent alienum, sine

liberis decessere, Reliqui duo Eleazar, & Ithamar manserunt in officio Sacerdotali, cum hoc tamen discrimine, vt Eleazar succederet patri in Pontificatu, non autem Ithamar: & rursum Eleazaro succederet filius eius primogenitus & huic etiam primogenitus, & sic deinceps. Alij omnes essent simplices sacerdotes.

259. De Aaron, eiusque Pontificibus vsque ad Achitob.

Aaron itaque fuit primus Pontifex à Deo constitutus, à Mose consecratus cum iure successionis Ersi enim Moyses Sacerdos summus esset, extraordinarius tamen & sine successionis iure. Aaroni successit *Eleazar*. filius eius cum pari potestate: & huic similiter *Phinees*, cui propter diuini zelum honoris Deus sempiternum Pontificatum promisit. Post Phinees in eadem linea, hi tres successerunt: *Abisue Becci, Ozi*. Dende translatus est Pontificatus ad posteros Ithamar, ac primùm ad *Heli*, auctore Iosepho l. 5. Antiq Cum autem Heli habuisset duos filios sacerdotes *Ophni*, & *Phinees*, & vterque ante patrem obijsset, neuter potuit ei in Pontificatu succedere. Porro Ophni nollum legitur reliquisse filium. Phinees reliquit duos Achitob, & Ichabod posthumum. *Achitob* successit *Heli* auo suo, & alij deinceps hoc ordine.

260. Successio Pontificum ab Achia vsque ad Sadoc.

Achias nepos Heli. 1. Reg. 14. 3. *Achias* filios Achitob sub Saule ibid. *Achimelech* filius Achitob, & pater Achiæ. 1. Reg. 14. 3. qui Dauidi fugienti panes sacros exhibuit. *Abiathar* filius Achimelech. qui mansit in Pôtificatu vsque ad Salomonis tempora. Post Abiathar iterum rediit Pontificatus ad familiam Eleazari & Phinees. Nam Salomon eiecit Abiathar propter conspirationem cum Adonia factam, & in locum eius *Sadoc* subrogauit, qui erat ex Eleazari linea. 3. Reg. 2. 27.

261. Pontificum successio à Sadoch vsque ad captiuitatem.

Porrò à Sadoch vsque ad captiuitatem Babylonicam fuit hic ordo Pontificum: *Achimaas* filius Sadoch. *Azarias* eiusdem Sadoch filius. *Amarias* sub Iosaphat Rege. 2. Paral. 19. 11. *Ioiada* sub Athalia & Ioas. 4 Reg. 12. 7. *Zacharias* filius Ioiadæ sub fine Regni Ioas. 2. Par. 24. 20 qui iussu Regis fuit lapidatus. ib id. 21. *Azarias*, qui Regem Oziam reprehendit, eo quod vellet incensum super altare thymiamatis adolere 2. Par. 26. 17 *Vrias* sub Rege Achaz. 4 Reg. 16. 10. *Azarias* sub Ezechia. 2. Par. 31. 10. *Sobna* sub eodem contra quem Isaias prophetauit. cap. 22. 15. *Eliacim* filius Helciæ sub Manasse, quem Isaias prædixit loco Sobnæ in Pontificatu collocandum *Helcias* sub Iosia 4. Reg 22. 23. *Saraias*, qui cum Sedecia Rege ductus est in Babylonicam captiuitatem. Iere. 5. 2. 14. sub initium captiuitatis cum Saraias Pontifex ductus esset in Babylonem, successit illi *Phasur* filius Emmer, qui Ieremiam vinxit in carcere. Iere. 20. 1. An autem fuerit verus ac legitimus Pontifex, merito à quibusdam dubitatur. *Nec enim sese veracem Pontificê insinuat, qui Prophetarum, seu concionatorum dat operam vexationi.

Non se verum Pontificem insinuat, qui vexat Prophetas, seu concionatores.

262. Pontificû successio à captiuitate vsque ad Christum Dominum.

Post captiuitatem Babylonicam primus Pontifex fuit *Iosue*, filius Iosedec ex familia Eleazari, cum hac successione. *Ioacim* filius Iosue. *Eliasib* filius Ioacim. *Ioada* filius Eliasib. *Ioathan* filius Ioada. 2. Esdr. 12. 10. *Ieddoa* filius Ioathan, qui ab alijs Iaddus vocitatur. Ibid. *Onias* Iaddi filius. *Simon* filius Oniæ cognomento Iustus. *Eleazarus* frater Simonis. *Manasses* Iaddi filius Oniæ frater. *Onias* 2. Simonis iusti filius, qui iam senior tributum Ptolomeo negauit. *Simon* 2. frater Oniæ secundi. *Onias* 3. filius Simonis. *Iason* frater Oniæ, qui viuéte adhuc Onia, malis artibus à 6. Antiocho Rege Pontificatum obtinuit per tributum. 2. Mach. 4. 7. *Menelaus*, qui cum non esset de genere sacerdotali (erat enim ex Tribu Beniamin) Iasonem post tres annos è Pontificatu deiecit, & sibi illum à Rege deferri curauit. 2. Mach. 4. 24. sed cum promissas Regi pecunias non solueret, iterum depositus est, *Lysimacho* in eius locum subrogato. 2. Mach. 4. 29 Lysimacho autem à populo interfecto successit *Alcimus* ex familia Aaronis, qui merito Pontificatum amisit eo quod se ritibus Gentilium contaminasset. 2. Mach 14. 3. *Mathathias* Machabæorum pater, quem alij affirmant, alij negant fuisse Pontificem: *Iudas* Machabæus Mathatiæ filius. *Ionathas* frater. Iudæ. *Simon* Iudæ & Ionathæ frater. 1. Mach 14. 20. *Ioannes Hircanus* Simonis filius. 1. Mach. 16. 24. Reliqui vero Pontifices, qui deinde secuti sunt vsque ad tempora Christi Domini ex prophana sunt historia petendi. Nam in Scriptura sacra nulla eorum memoria geritur. Solùm ex Euangelio constat, Annam & Caipham fuisse Pontifices.

263. Ritus consecrandi Leuitas.

Licet successionis iure Leuitæ, sacerdotes, ac Pontifex sua haberent officia, non tamen poterant ea actu exercere, nisi prius certo ac legitimo ritu essent consecrati. Porro in ritu consecrandi Leuitas tria spectanda Purificatio, Consecratio, Applicatio ad Ministerij vsum, Purificabantur Leuitæ quatuor modis antè consecrationem, Aspersione aquæ lustrationis, Rasione pilorum totius corporis, lotione vestimentorum Oblatione sacrificij pro peccato. Num. 8 6. Sequebatur consecratio in eo consistens, quod Aaron acciperet eos à filiis Israël loco primogenitorum, & illos Deo in ministerium Tabernaculi offerret, pro illisque oraret vt probe suo officio fungerentur Num 8. 11. Consecrati igitur ministerij applicabantur ad vsum eo ipso quod in Tabernaculum fœderis Domini introducerentur.

264. Ritus consecrandi Pontificem, ac sacerdotem.

Ritus consecrandi Pontificem, & Sacerdotes habetur Exo. 29 & Leu. 8. Purificabantur. Consecrabantur. Purificatio duobus gerebatur modis, lotione totius corporis, & oblatione sacrificij pro peccato. Consecratio hoc perficiebatur ordine: Post lotionem Pontifex ornatu Pontificali, & sacerdotes sacerdotali induebantur. Pontifex vngebatur oleo vnctionis in capite, non item Sacerdotes. Tam Pontifex, quã Sacerdotes in extremo auriculæ dextræ & in pollice manus ac pedis dextrî immolati arietis sanguine tingebantur. Non solum Pontifex, & Sacerdotes. sed etiam eorû vestes sanguine arietis, & vnctionis aspergebantur oleo. Denique multa è canistro panum & ex ariete immolato illis dabantur in manus vt ea leuarent coram Domino. Vt autem actui huic adderetur solemnitas, triplex offerebatur sacrificium vitulus in hostiam pro peccato, Aries vnus in holocaustum, Aries alter in pacificam hostiam.

Pontifex

265. *Officium Pontificis, & sacerdotum.*

Pontifex habebat quædam officia communia cum aliis sacerdotibus: quædam sibi propria, ac peculiaria. Communia erant decem. Offerre victimas super altare holocausti; Alere ignem perpetuum; Bis quotidie, id est, mane ac vespere super altare thymiamatis incensum adolere; Bis quotidie effuso oleo concinnare lucernas, quæ erant in Candelabro aureo; Sabbatis singulis duodecim panes calidos super propositionis mensam ponere, & veteres inde remouere, ac edere; Vaccã rufã extra castra immolare; Adiurare mulieres in casu zelotypiæ; Inter leprã discernere; Leprosos expiare, puerperas, menstruatas, ac seminifluos; Dei legem scire, interpretari, & alios edocere. At propria erant quatuor: Semel in anno, nempe in solemni Expiationis die introire in sanctuarium, & instituere publicam totius populi expiationẽ; Consecrare Leuitas, & sacerdotes iuxta ritum qui Exo. 29. Leu 8. & Num. 8. describitur; In controuersiis legalibus supremum agere Iudicem, & vltimam pronunciare sententiam, cui omnes sub pœna mortis acquiescere tenebantur; In rebus gerendis, quæ maioris essent momenti Deum consulere, & ab eo responsum accipere. Pontifices enim induti Ephod cum Deo loquebantur non quidem facie ad faciem vti Moses; sed aliquo alio peculiari modo, qui tamen apud auctores & interpretes haud satis compertus.

266. *De ornatu Pontificis, & sacerdotũ.*

Leuitæ non habebant sacrum ornatum, sed soli sacerdotes ac Pontifex. Nec tamen illo vtebantur nisi eo tempore, quo in Tabernaculo, vel Templo ministrabant. Erant autem octo Pontificis ornamenta, Fœminalia linea, Vestis linea, Baltheus, seu cingulum, Tunica hyacinthina, Ephod, seu superhumerale, Rationale iudicij, Cidaris, seu tiara, Lamina aurea. Quatuor ex his erant propria Pontificis, vt Tunica hyacinthina, Ephod, Rationale, & Lamina aurea. Reliqua aliis communia sacerdotibus. Igitur Pontifex cum ad ministrandum accedebat, primò induebat fœminalia seu femoralia linea. Post hæc proximẽ tunicam induebat lineam. Vestis hæc linea baltheo seu cingulo constringebatur inter vmbilicum & pectus. Post baltheum sequebatur tunica hyacinthina, quæ erat laxa per modum vestis talaris. In eius fimbria inferiori per circuitum alternatim mala punica ac tintinnabula aurea pendebant. Super tunicam hyacinthinam erat Ephod, seu superhumerale, quod tegebat humeros & anteriorem partem vsque ad cingulum. In anteriori parte superhumeralis ad pectus Pontificis ligabatur Rationale iudicij, in quo aderant duodecim pretiosi lapides inclusi auro, ac distincti per quatuor ordines: in quibus duodecim Tribuum Israël erant nomina sculpta, &c. In capite erat Cidaris seu tiara, id est mitra quædam ex bysso confecta, cui affigebatur lamina aurea supra frontem Pontificis cum hac inscriptione, *sanctum Domini.*

267. *Leuitarum, sacerdotum, ac Pontificia diuitiæ ex decimis, primitiis, & oblatis.*

Verum Tribum Leui, in qua erant Leuitæ, sacerdotes, & Pontifex, tanquam sibi peculiariter mancipatam, voluit in suam curam suscipere, & de certis redditibus paterne illi prouidere. In stipendium ergo pro ministerio liberaliter illi concessit, quæ sequuntur. Primò, vt haberent quadraginta octo Vrbes cum agris suis ad pastum iumentorum. Num. 35. 2. Secundò, vt aliarum Tribuum decimis alerentur. Tertio, vt acciperent primitias. Quartò, vt haberent oblationes, quæ fiebant à populo. Itaque Vrbes quadraginta octo erant hæ: Hebron, Lobna, Iether, Estemo, Holon, Dabir, Ain, Ietha, Bethsames, Gabaon, Habae, Anathoth, Almon, Sichem, Gazer, Cibsaim, Bethoron, Elteco, Gabathon, Aialon, Gethremmon, Thanach, Gethremmon, Gaulon, Bosra, Cesion, Dabereth, Laramoth, Engannim, Masal, Abdon, Halcath, Rohob, Cedes, Hammoth Dor, Carthan, Iecnan, Cartha, Damna Naalol, Bosor, Iaser, Iethson, Mephaad, Ramoth in Galad, Manaim Hesebon, Iazer. Ex his quadraginta & octo Ciuitatibus tredecim primæ datæ sunt sacerdotibus, reliquæ Leuitis. Profectò ex omnibus sex erant Ciuitates refugij, Cedes in Nephtali, Sichem in Ephraim, Hebron in Iuda, Bosor in Ruben, Ramoth in Galaad, Gaulon in Manasse. Tres primæ citrà, reliquæ trans Iordanem. Omnes æquali spatio inter se distabant. Omnes sitæ erant in montibus, vt eminus possent aspectari, excepta Bosor, quæ sola erat in plano, sed tamen patente loco ac conspicuo Iosu. 21. 8. Prætereà certum est, Leuitas decimas fructuum, pecorum, & iumentorum à filiis Israël accepisse, id est ab aliis Tribubus Num. 18. 21. At Leuitæ ex his decimis, quas ab aliis Tribubus accipiebant, iterum dabãt decimas summo sacerdoti, id est, dabant decimas decimarum. ver. 16. soli sacerdotes & Pontifex, non autem Leuitæ propriẽ dicti, accipiebant (præter decimas) primitias, & primogenita à filiis Israël. Porro primitiæ ter in anno, (vt notat Lyranus & alij) soluebantur. Primo in Paschate, de nouis spicis Secundo in Pentecoste, de nouis panibus. Tertio in Septembri in festo Tabernaculorum de nouis fructibus. Nam illis tribus anni temporibus tenebantur omnes mares ad locum, quem elegerat Dominus aduentar. * Nec decebat vacuos accedere adoratores. Demum sacerdotes Oblatis potiebantur, id est iis, quæ à filiis Israël Deo in sacerdotum vsum offerebantur Erant autem triplicia. Nam quædam ex præcepto offerebantur, vt decimæ, primitiæ, & primogenita. Alia sponte, & ex mera deuotione. Alia ex voto. Leuit. 22. 18. Num. 15. 3 & alibi. Collige ex præfatis, diuites admodum sacerdotes veteri in Testamento extitisse. Nam primò accipiebant decimas à duodecim Tribubus Israël, scilicet Ruben, Simeon, Iuda, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Aser, Nephtali, Ephraim, Manasse, Beniamin Singulæ hæ Tribus sua bona decem diuidebant in partes, & vnam dabant Tribui Leui, reliquis nouem sibi reseruatis. Quo fit, vt Tribus Leui multo fuerit ditior, quam cæteræ. Nam singulæ cæterarum habebant tantum nouem partes, Tribus autem Leui duodecim. Præter has decimas, quæ communes erant omnibus in Tribu Leui, sacerdotes iterũ accipiebant decimas decimarũ à Leuitis; vndè non solum erant ditiores, quam homines aliarũ Tribuum, sed etiam quam Leuitæ Demùm accedebant primitiæ, primogenita, oblata; quæ si omnia computentur, in magnum thesaurum necesse erat redditus, & possessiones sacerdotum excreuisse.

Non accedit ad Templum vacuus adorator.

Certè

268. Pontificis, ac sacerdotū ab vxoribus abstineatis.

Certè Pontifex & sacerdotes iure diuino debebant continentiam ab vxoribus obseruare pro toto eo tempore, quo in Tabernaculo, vel Templo ministrabant Exod. 19. 22. *Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur*, id est ab vxoribus abstineant. Per octo dies (vt ex initio Papa in Epist. ad Himet. didici) relictis domibus, & vxoribus suis sacerdotes in Templo permanebant, ibique ministrabant Et quidem tempore sacrificij, aderant in ea parte Templi, vbi sacrificia offerebātur. Reliquo tempore habitabant in Atrio Tēpli, in domunculis ad id destinatis: quo non licebat vxores introducere. Vnde consequens est, debuisse à cohabitatione vxorum abstinere Lege D. Hieron. l. cont. Iouin. 16.

269. Pontificis authoritas.

Denique Deus multis modis in veteri Testamento voluit authoritatem Pontifici apud populum conciliare. Primò, publica ac solemni consecratione, quæ præsente populo, per septem dies celebrabatur, secundo vnctione sacri olei, quod in nullum vsum prophanū poterat adhiberi. Tertio Pōtificali ornatu, qui & gemmis pretiosis, & aurea lamina, & tintinnabulis aureis, & malis punicis omnem alium ornatum etiam Regium longè superabat. Quarto, magna copia redditnum annuorum, quod quidem apud illum populum magni erat momenti. Quintò, frequenti colloquio cum Deo, præsertim in rebus dubiis proponendis. Sextò, variis, atque illustribus miraculis: nam igne è cœlo in Aaronis consecratione descendente. Leu. 9. 24. Iam Dathan Core, & Abiron è terra absorptis, eo quod rebellionem contra Primatum Mosis & Aaronis excitassent, Num 19. r. iam seditiosis incendio pereuntibus, Num. 16. 41. iam vnica Aaronis virga in conspectu Domini germinante. Num. 17.

CAPVT II.

De extraordinariis Synagogæ Ministris, qui erant Prophetæ.

270. De veris Prophetis.

IN veteri Testamento fuere veri Prophetæ à Deo immissi: fuere & Pseudoprophetæ, qui à Deo immittebantur. Certè veri Prophetæ hi fuere præcipui. *Moyses Iosue, Samuel, Dauid, Gad*, *Nathan Abias Salonites*, *Addo, Michæas* filius Iemla, *Elias Thesbites*, *Helisæus*. Deinde quatuor illi, qui Maiores Prophetæ vocabantur, *Isaias* filius Amos, *Ieremias* filius Helciæ, *Ezechiel* filius Buzi sacerdos, *Daniel*, qui & Balthazar. Et alij duodecim, qui Minores appellabantur, *Osee, Ioel Amos*, *Abdias*, *Ionas*, *Michæas Morasthites*, *Nahum*, *Habacuc*, *Sophonias*, *Aggæus*, *Zacharias*, *Malachias*. His adde *Baruch* filium Neriæ, qui inter Maiores Prophetas in Bibliis post Ieremiam collocari assolet.

271. De aliis tribus sub nouo Testamento proximis.

Tres alios annumero iure Prophetas, qui vixerunt sub finem veteris, & initium noui Testamenti, *Ioannem Baptistam*, *Zachariam* eius patrem, & *Simeonem*. Præter hos fuerunt aliquot fœminæ Prophetissæ: *Maria* soror Moysis, *Debora* Lapidoth. *Olda* vxor Sellum filij Thecue, & *Elisabeth* Ioannis Baptistæ mater, *Anna* filia Phannel, de Tribu Aser, & *quatuor filiæ* Philippi Diaconi. Quibus omnibus præfero meam Dominam Dei genitricem *Mariam*, quæ prophetauit dicens. *Beatam me dicent omnes generationes*. Luc. 1. An annumerandus cum hisce grex ille Prophetarum, qui fuit obuiam Sauli, postquam à Samuele in Regem fuit inunctus? Hi non prædicabant futura, sed ex speciali Spiritus sancti motione Deum laudabant in citharis, psalteriis, & cymbalis.

272. Officia Prophetarum.

Profectò Prophetarum primarium officium erat, docere instruere, ac reformare populum in vero Dei cultu. Et quidem Moyses populum educuit, quaodu dedit, & explicauit ei legem Decalogi, & Deuteronomij. Reliqui Prophetæ qui diuersis temporibus secuti sunt, populum reformarunt, & aberrantem à lege reuocarunt in viam. Huic primario officio tria alia erant annexa: Primum, arguere & obiurgare eos, qui vel à vero Dei cultu, vel ab aliqua alia diuina lege recederent. Alterum est, futura prædicere, siue ad consolationem, siue ad terrorem populi. Tertium est, secreta, seu occulta cognoscere. Sic Samuel sciebat omnia, quæ in corde Saulis latitabant. 1. Reg. 9. 19.

273. Quo in modo probarent, se à Deo immissos.

Dupliciter autem probabant, se à Deo immissas. Primò, per miracula, sic probauit Moyses, quando virgam in serpentem mutauit, & fecit aquas Ægypti conuertit in sanguinem, &c. Secundo per veracem eorum, quæ breui erant euentura, prædictionem. Sic Elias prædixit, tribus proximis annis non fore rorem, nec pluuiam. 3. Reg. 17. 1.

274. Omnes de Christo prophetarunt.

Proculdubio omnes Prophetæ veteris Testamenti vel clarè vel obscurè de Christo prophetati sunt. Zacharias fatur. Luc. 1. *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri: sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius.* Cum autem Prophetia dupliciter geri soleat, verbis scilicet, & figuris: aliqui Prophetæ verbis de Christo Domino vaticinati sunt, alqui figuris, & signis Priori modo Moyses Deut. 18. 15. Dauid Psal. 15. 10. & alibi. Isaias Cap. 4. 14. Cap. 35. 4. &c. Ieremias Cap. 23. 5. Cap. 32. 22. &c Ezechiel Cap. 31. 7. Daniel Cap. 6. 24. Osee Cap. 6. 3. Ioel Cap. 2. 28. Amos Cap. 9. 11. Michæas Cap. 5. 2. Nahum Cap. 1. 15. Habacuc Cap. 2. 3. Sophonias Cap. 3. 14. Aggæus Cap. 2. 7. Zacharias Cap. 2. 10. &c. Malachias Cap. 1. 11. Per signa autē & figuras multi Prophetæ de Christo sunt vaticinati, Ionas Cap. 2. 1. *Erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus*. Itē omnes illi, qui Iudæis ex captiuitate Babylonica liberationem prædixere, quæ erat figura liberationis totius mundi, qua Christus D. nos erat à peccati captiuitate liberaturus Lege Prosperum l. de Prædiction.

275. Quisnam præcipuus.

Quisnam fuerit omnium Prophetarum veteris Testamenti præcipuus? Aliqui Moysem, alij Ioannem Baptistam præferunt. Vterque enim habet peculiare suæ eminentiæ testimonium. Moyses quidem Num. 12. 6. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei: & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Ioannes verò Mat. 11. 9 Christi hoc elogio donatur: *Sed quid existis videre? Prophetam?*

Etiam dico vobis. Et plusquam Prophetam. Moyses igitur fuit præcipuus non simpliciter, sed in duplici sensu Primo, quia Deus loquebatur illi facie ad faciẽ. Secũdo, quia in multis gessit Christi Domini typum. Hæc autem comparatio de Mose & aliis Prophetis procedit excludendo Ioannem, qui quidem fuit Propheta, quia prophetico Spiritu Christum agnouit: & Plusquam Propheta, quia reliqui Prophetæ ad homines, Ioannes ad ipsum Christum fuit immissus, Malachia præsante: Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciẽ meam. Est enim Angelus missos ante Christi faciẽ, quod de aliis Prophetis dici non potest. Legendus Maldon. ad Cap. 11. Mat. 10.

266. De falsis Prophetis.

Enim vero duplices erant falsi Prophetæ in veteri Testamento. Alij in Samaria qui prophetabant in Baal, alij in Ierusalem, qui quidem dicebant se in vero Deo prophetare, & ab eo missos esse, sed mentiebantur. Priores erant idololatræ; posteriores non item De prioribus frequens est mentio in libris Regum præsertim 3. Reg 18. 19. vbi Elias quadringintos & quinquaginta Prophetas Baal, & quadringentus Prophetas lucorum, qui de mensa Iezabel comedebant. interfecit & 3. Reg. 22. 6. vbi quadringenti Prophetæ prædixerunt Regi Israel victoriam contra Ramoth Galaad, & alibi. De posterioribus mentio fit in Prophetarum libris Ierem. 23. 21. *Non mittebã Prophetas, & ipsi currebant: nõ loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt.* Et Cap. 25. 15. *Ipsi prophetant in nomine meo mẽdaciter.* Ezech 13. 6 *Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos.*

267. Quomodo à veris distinguerentur.

Porrò falsi Prophetæ à veris duobus modis distinguebantur. Primo per virtutem miraculorum. Nam veri Prophetæ, vt probarent, se à Deo esse immissos, suam missionem miraculis confirmabant. At falsi non poterant id præstare; vt patet exemplo Prophetarum Baal, qui non potuere ignem de cœlo impetrare, ad cõburendum sacrificium, quod offerebant. Elias autem impetrauit. Secundo per veraces prædictiones. Nam veri Prophetæ prædicebant aliqua, quæ statim fiebant, & sic fidem & authoritatem astruebant sibi apud populum. At falsi falsas habebant prædictiones. Prophetę Baal sic Regi Israel prædixerunt. *Ascende in Ramoth Galaad, & vade prospere, & tradet Dominus in manus Regis.* 3. Reg. 22. 12 Non est factum. Idẽ assero de Achab, Sedecia, Semeia, & aliis, cuius prædictiones constat fuisse falsas.

268. De diuinatoribus, Pythonibus Pythonissis.

Fuere & alij diuinatores diuinatricesque, has Pythonissæ, illos Pythones Hebræi vocitabant. Vsus eorum obtinuit, vt illi dicerentur Pythones, qui ex instinctu Dæmonis de rebus futuris diuinarent. Et quidem si viri essent Pythones, Pythonici, Pythij: si fœminæ Pythonissæ, Pythiæ, Pythonem sue Spiritum Pythonis habentes vocitabantur. De Pythonibus aut Pythonissis multa extant scripturæ testimonia. Lege Deut. 18 9. 1. Reg. 28. 3 4. Reg. 21. 6. 4. Reg. 2.. 4 Isa. 6 9. Isa. 19 3. Isa. 29. 4. Act. 16. 16. In quibus de Ariolis, Aruspicibus, Diuinis, & incantatoribus mentio peragitur.

CAPVT III.

De extraordinariis Synagogæ Ministris, qui erant Religiosi Nazaræi, & Rechabitæ.

269. De Nazaræis.

PRæter Leuitas, sacerdotes, Pontifices, ac Prophetas erant & alij in Testamẽto veteri, qui à communi populo distinguebantur, nẽpe Nazaræi, & Rechabitæ, qui quasi Religiosi habebantur Nazaræi enim seu viri seu fœminæ voto se Deo consecrabant, & à communi aliorum se abstrahebant consuetudine. Erant autem duplices. Alij temporarij, qui ad certum tempus se voto obstringebant, vt ad vnum mensem, duo, tres vel vltra. Num. 6. 13. &c. Alij perpetui, qui ad totam vitam erant adstricti, vt Samson, & Samuel Iudic. 13. 7 & 1. Reg. 1. 28. Vocabantur autem Nazaræi, id est, *separati, consecrati, comati*, de quo Castro ad Cap. 4. Lament. Ierem Poterant esse ex qualis. Tribu. Nec, quatenus erant Nazaræi, ad vitam Leuiticam aut sacerdotalem functionem obligabantur. Serar. ad Cap. 13. Iudic q. 5.

270. Nazaræorũ statuta.

Statuta eorum a Mose describuntur Num. 6. A vino, & ab omni potu qui ebriare poterat. abstinebant. Itemque ab aceto & vuis tam siccis quam recentibus. Alebant comam toto suæ separationis tempore Non ibant ad funus nec cadauer mortui ne quidem patris, aut matris. Et generatim non debebant super mortuo contaminari. In fine voti seu separationis (quod intelligendo de temporariis) ad ostium Tabernaculi tres victimas offerebant, agnum anniculum in holocaustum: Agnam anniculam in sacrificium pro peccato. Arietem in pacificam hostiam: & præter hæc canistrum panum azimorum, qui erant oleo conspersi, & lagana absque fermento oleo inuncta: ac libamina singulorum. His peractis radebantur ante Tabernaculi ostium & capilli eorum, qui erant Deo consecrati, igne comburebantur. Et hic erat voti, ac separationis finis.

271. De Nazaræorũ apud Hebræos æstimatione

Aderant Nazaræi in magno apud Iudæos honore & merito: Nam ipsemet Deus per Prophetam Amos Cap 2. recensens beneficia, quæ præstiterat Iudæorum populo, hæc tria præcipuè commemorat. Ego sum, qui ascendere vos feci de Terra Ægypti. Ego exterminaui Amorrhæum. Ego suscitaui de *filiis vestris Prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos* *Vt videas, quam munificè actum à Deo cum Christiano populo vbi tam copiosi Nazaræorum greges, qui perfectissima vitæ institutione augustissimum gerunt Nazareatum.]

Christianorũ beneficia ex Religiosis.

272. Quamdiu perdurauit illorum institutum.

Porrò Nazaræorum institutum ab initio legis Mosaïcæ vsque ad Apostolorum tempora perdurauit. Nam Moyses descripsit illorum institutum, & Paulus Apostolus cum aliis quibusdam hoc amplexus est institutum Act. 18. 18 & Act. 21 23. Nec obstat, quod Ioseph Patriarcha, qui diu vixit ante legem Mosaïcam, vocetur Nazaræus Gen. 49. 26. Non enim appellatur Nazaræus ratione instituti seu voti, sed ratione vocabuli, quia *Nazaræus* idem est, quod *Separatus*. Ioseph autem fuit separatus à fratribus & moribus & conuersatione, & loco, & carcere, in quo mansit intonsis crinibus, & quasi Deo relictus, ac consecratus. Vide Cornel. ad Cap. 49. Gen. ver. 26.

273. De Rechabitis.

Verum Rechabitæ dicti sunt à Rechab, qui fuit pater Ionadab. Hic Ionadab filiis ac posteris hæc tria præcepis: Vt non biberent vinum, vt non ædificarent domos sed in tabernaculis habitarent, vt non sererent sementem, nec vineas plantarent. Quæ omnia accuratissimè ipsi seruabant; Ier. 35.6. Ob hanc causam à D. Hieronymo Epist. 13. ad Pauli. Monachi fuere vocitati. At Rechab, à quo dicti sunt Rechabitæ, fuit filius Emath ducens originem ex socero Moysis Raguele, qui alio nomine dictus est Iethro Princeps Madian, Exo. 3. 1. & Cinæus, qui erat ex stirpe Cin. Iudic. 1. 16. Vnde pro eodem hæc duo nomina vsurpantur, *Cinai*, & *Rechabita*.

274. Instituti Rechabitarum laus.

Quod Deo Rechabitarum placuerit institutum, constat ex Ieremiæ loco citato. Merito quidem: Quid enim difficilius, quam viros & vxores, filios & filias, non tantum ad breue tempus more Nazaræorum, sed in perpetuum ab omni vino abstinere, nunquam in domibus habitare, nunquam serere agros, nunquam plantare vineas?

CAPVT IV.

De Pharisæis, Sadducæis, Essenis Synagogæ sectariis.

275. De tribus Iudæorum sectis.

Erant & alij in veteri Testamento, qui à communi populo distinguebantur. *Pharisæi* scilicet, *Sadducæi*, & *Esseni*. Certè tres fuere (ex communi sententia) Iudæorum sectæ. Pharisæorum, Sadducæorum, & Essenorum. Pharisæi dicti sunt à *Pharasc*, quod tria significat. Primo, *expandere* seu explicare. Secundò, *Exponere*, declarare, interpretari. Tertiò, *diuidere*, seu separare Hæc tria Pharisæis conueniebant; quia expandebant, seu explicabant se hominum oculis, vt fierent conspicui, ac illustres in populo: Exponebant, & interpretabantur legem Mosaicam: separabant se ab aliis, quasi sanctiores, ac puriores essent e fante D. Hieronymo lib. 8. tradit in Gen. *Pharisæi, qui se quasi iustos separauerunt, diuisi appellantur.*

276. Pharisæi poterant esse ex omni Tribu.

Pharisæi poterant esse ex omni Tribu & familia. Illorum enim institutum non erat ad certam Tribum alligatum, sicut institutum Leuitarum, & sacerdotum erat alligatum ad Tribum Leui: Nec ad certam familiam, sicut institutum Pontificum erat alligatum ad familiam Aaron, & quidem ad illius familiæ Primogenitum. Vnde Chrysostomus ad Cap. 15. Mat. *Per omnes* (inquit) *Tribus in duodecim partes disseminati erant Pharisæi.*

277. Poterant esse ex ordine nobilium & plebeiorum.

Poterant autem esse ex ordine nobilium & plebeiorum. Quia nobilitas apud Iudæos ex triplici potissimum capite æstimabatur. Primo ex Religionis zelo, quo sensu Paulus fuit Pharisæus nobilis, contra nascentem enim Christi Ecclesiam, & hæresim Sadducæorum zelosus propugnator exurgit. Phil. 3. 5. & Act. 23. 6. Secundo ex eminentia honoris: sic Nicodemus Pharisæus fuit nobilis, fante Ioanne 3. 1. *Homo ex Pharisæis Nicodemus Nomine Princeps Iudaorum.* Tertio, ex dignitate sacerdotali: sic Hircanus. & Flauius Iosephus fuerant nobiles Pharisæi, quia summi sacerdotes.

278.

Quæsieris, an doctrina seu secta Pharisæorum fuerit vera, an falsa? Certè Pharisæorum secta dupliciter spectari potest. Primò quoad primam suam originem, & institutionem. Secundò, quo ad vitia, quæ postea irrepserunt. Priori modo fuit certissima, & accuratissima; posteriori verò in multis errauit. Non quod singuli errarint, sed maior pars.

De eorum secta.

279. De Pharisæorum moribus.

Pharisæorum mores taxabiles ex ore Dominico obiiciuntur. Vocat enim Christus eos hypocritas, auaros, stultos, inanis gloriæ cupidos, sepulchra dealbata, plenos rapina & immunditia, plenos hypocrisi, & iniquitate, serpentes, genimina viperarum, filios gehennæ, generationem malam & adulteram. Multa alia Pharisæis obiiciuntur Mat. 23. Luc. 11. & alibi Non tamen omnes, sed plerique extitere tales. Constat enim aliquos fuisse ab illis vitiis immunes, vt Nicodemũ, Gamalielem, & discipulum eius Paulum, qui de seipso scribit Act. 22. 3. *Eruditus iuxta veritatem paterna legis.* Et Phil. 3. 5 Secundum legem Pharisæus, secundum iustitiam, quæ ex lege est, conuersatus sum sine querela

280. De huius sectæ exordio.

Putat Serarius lib. 1. Trihæresij Cap 11. Pharisæos cœpisse ante tempora Ionathæ Machabæi plusquam trecentis triginta annis antè aduentũ Christi. D. Hieronymus ad Cap. 8. Isa. existimat scribas & Pharisæos à Schammai & Hillel duobus magnis Synagogæ viris ortos esse. Serarius autem docet, ab iis quidem propagatos, sed ab aliis initium sumpsisse.

281. De scribis.

Porrò scribæ siue legis periti fuere à Pharisæis distincti vt passim patet in Euangelio, Mat. 23. 13. *Væ vobis scribæ, & Pharisæi.* Aliquando tamẽ factũ est, vt iidem simul essent scribæ & Pharisæi: Scribæ quidem ratione officij quia legem docebant: Pharisæi autem ratione sectæ, quia sectam Pharisæorum profitebantur. Marcus Cap. 12. 28. *Et accessit vnus de scribis* Nempe ille idem, quem Matthæus Cap. 22. 34. dixit esse vnum ex Pharisæis.

282. De Sadducæis.

Iam verò *Sadducæi* dicti fuere vel à Sadoc, seu Tsadok, primo sectæ illius conditore: vel à Zaddic, seu Tsedek, quod est *Iustus*, quasi nominati essẽt iusti, seu iustitiarij. Priorẽ etymologiam tradit Phylastrius, & multi Rabbini apud Serarium Cap. 19. Posteriorem Epiphanius hær. 14. Hieron. ad Cap. 22 Mat. Abul. in idem Cap. q. 123. Cum primis sentio, asserens Sadoc primum sectæ Sadducæorum authorem fuisse magni illius, ac veteris Pharisæi Antigni discipulum: sed postea adiunxisse se Dositeo qui ex Iudæo factus fuit Samaritanus. Lege Tertul. lib. de Præscript.

283. Sadducæorũ errores.

Certè Cap 45. Sadducæi non admittebant Prophetas, aut alios veteris Testamenti libros, nisi Pentateucum, vt refert Maldon ad Cap. 3. Mat. Nullam admittebant Traditionem, nullam scripturæ interpretationem à Mose vel Prophetis, vel Doctoribus acceptam, vt asserit Elias in Thisbi ver. *Sadoc.* Non credebant resurrectionem, nec animorum immortalitatem, neque Angelũ, neque Spiritum: nec aliud quidpiam, quod nõ sensu, aut manifesta ratione cõprehenderent. Mat 22. 23. Vbique molesti aderãt Christo Domino, & petendo ab eo de cælo signum, Mat. 16. 1. & proponendo illi captiosas quæstiones, Mat 22. 23 & ægrè ferendo, quod discipuli eius populum edocerent. Act. 4. 2. & discipulos in iudicium adducendo, Act. 23. 6.

Denique

284. *De Essenis.* Denique Essni, vel Essæi, vel Hessæi, vel Hasidæi, vel Asidæi, non satis constat vnde sint dicti. Serarius lib. 3. Trihær. c. 1 varias recenset opiniones perlege, & quam malueris elige. Dogmata ac instituta præcipua eorum hæc fuere Abhorrebant à voluptate, & viuebant cælibes. Habebant bona communia Religiosorum more. Non vtebantur famulis; sed ipsi sibi ministrabant. In victu sustentatem sectabantur. Albis vtebantur vestibus. In qualibet vrbe multi simul erant. Maxima apud eos hospitalitas. Sine viatico faciebant iter, quia vbique ferè suæ sortis homines inueniebantur, à quibus gratuitò habebant hospitium. Peculiari ratione erant dediti pietati. Manè ante Solis ortum nihil prophani loquebantur, sed precibus ac orationibus erant intenti. Post preces quisque se ad suos labores conferebat Deindè iterum in vnum collecti, & lineis velaminibus præcincti frigida se aqua diluebant, & purificabant. Post hanc lotionem modestè ad cœnaculum accedebant, vbi Sacerdos ante & post cibum orabat, reliquis stantibus. Finito prandio ad consetos labores redibant. Quibus finitis, eo ritu cœnabant, quo antè pransi erant Seruabant accuratè silentim. Nihil ferè agebant nisi ex Curatorum suorum imperio. Sine Curatorum facultate nihil poterant consanguineis dare. Nouitios quadriennio probabant. Accuratè obseruabant Sabbatum. Credebant animarum immortalitatem Aliqui inter illos futura prædicebant Hæc omnia ex Serario carptim accepi, qui quidem affirmat, multos Essenorum ad fidem Christianam fuisse conuersos.

285. *Essæorum Dogmata, & instituta.*

PRÆLOQVIVM VII.

Regimen, & Politia temporalis Hebræorum.

CAPVT I.

De Judicibus.

286. *Iudicum ac Regum differentia.* Hebræorū Res publica ab exordio sui vsque ad captiuitatē Babylonicā varijs modis fuit gubernata. Primò per Mosē in deserto. Secūdò per Iosue in ingressu & diuisione Terræ promissionis. Tertiò par iudices post diuisionem Terræ vsque ad Samuelem. Quartò, per Reges vsque ad captiuitatem Babylonicam. Porrò Iudices erant populi Principes, qui extraordinariè, & in necessitate à Deo suscitabantur eo fine, vt populum à seruitute, & de manu hostium liberarent, vnde Saluatores sunt appellati. Iudi. 2. 16. & cap. 3. 9. Non succedebant sibi inuicem immediate, sed post interuallum temporis. Nam quando vnus Iudex, qui liberauerat populum ab vna seruitute, moriebatur: non succedebat alius, nisi populus propter noua peccata noua seruitute oppressus, peteret nonum à Deo Saluatorem. Iudi 3. 9. & cap. 4. 3. Iudicum autem tempore, non tam ipsi Iudices, quam Deus qui eos suscitabat, dicebatur, regere populum. At Reges vt plurimum non excitabantur à Deo extraordinariè, sed multi vel successionis iure, vel electione vel per tyrannidem regnum occupabant. Mortuo vno Rege mox alius succedebat. Et ipsi censebantur gubernare.

287. *Decē & sex Iudices Hebræorum.* Hi annumerantur Hebræorum Iudices: *Othoniel* ex Tribu Iuda. *Aod* ex Tribu Beniamin, *Samgar* filius Anath, *Debora* Prophetissa vxor Lapidoth. *Barac* filius Abinoen, *Gedeon* ex Tribu Manasse, *Abimelech* filius Gedeonis. *Thola* ex Tribu Issachar, *Iair* Galaadites, *Iephte*, Abesā Bethlehemites, *Ahialon* Zabulonites, *Abdon* Pharathonites, *Samson* filius Manue, de Tribu Dan. Hos secuti sunt *Heli*, & *Samuel*.

288. *Horum facinora præclara.* Verum Othoniel Israëlitas de manu Cusā Regis Syriæ liberauit. Aod de manu Eglon Moabitarū Regis. Samgar de manu Philistinorum. Debbora & Barac (qui simul iudicarunt) de manu Iabin Regis Chanaan. Gedeō de manu Moabitarum, & Amalecitarum. Iephte defendit illos cōtra Ammonitas. Sampson contra Philistæos Abimelec non tam fuit Iudex, quam tyrannus, qui vi Principatum inuasit, interfectis septuaginta fratribus suis, excepto Ioathā, qui solus euasit. Thola, Iair, Abesā, Achialon, Abdon fuerunt quidem Iudices, sed à quibus hostibus defenderint Israëlem, ex libro Iudicum non constat.

289. *Qui tamen ex præfatis sācti vocitantur.* Quidam ex præfatis Iudicibus in scriptura tanquam sancti commendantur: Barac, Gedeō, Iephte, Sampson Hebr. 11. 32. Vnde colligo, falsum esse, quod aliqui Caluinistæ asserunt, spurios seu illegitimè natos saluari non posse. Nam Iephte fuit spurius, & tamen teste Apostolo, fuit salute donatus Aliqui etiam miraculosè nati sunt, vt Sampson ex sterili matre: vel vocati, vt Gedeon: vel victoriam consecuti, vt plerique omnes.

CAPVT II.

De Regibus.

290. *De tribus ante Regni diuisionem.* ANte Regni diuisionem fuerunt hi tres: *Saul, Dauid, Salomon.* Post Salomonem secuta est Regni diuisio, & ex vno duo facta sunt: Alterum Iuda quod duas cōtinebat Tribus, Iuda, & Beniamin: Alterum Israel quod reliquas Tribus, complectebatur. Et quidem Reges Iuda habitabant in Ierusalem: Reges Israel primo in Sichem, deinde in Thersa, postremò in Samaria.

291. *De viginti Regibus Iuda.* Reges Iuda fuerunt viginti: *Roboam* filius Salomonis, *Abia* filius Roboam, *Asa* filius Abiæ, *Iosaphath* filius Asæ, *Ioram* filius Iosaphath. *Ochozias* filius Ioram, *Athalia* mater Ochoziæ vxor Ioram, *Ioas* filius Ochoziæ. *Amasias* filius Ioæ, *Azarias* seu *Ozias* filius Amasiæ. *Ioathan* filius Azariæ, *Achaz* filius Ioathā, *Ezechias* filius Achaz, *Manasses* filius Ezechiæ, *Amon* filius Manassis, *Iosias* filius Amon, *Ioachaz* filius Iosiæ, *Ioacim*, seu *Eliacim* filius Iosiæ, *Ioachim*, seu *Iechonias*, filius Ioacim, *Sedechias*, seu *Mathanias* patruus Ioachin.

292. *De decem & nouem Regibus Israel.* At Israël Reges decem & nouem annumerantur: *Ieroboam* filius Nabat Ephrathæus, *Nadab* filius Ieroboam, *Baasa* filius

Ahiæ de domo Issachar, *Ela* filius Baasæ, *Zambri* filius Elæ, *Amri*, *Achab* filius Amri, *Ochozias* filius Achab, *Ioram* frater Ochoziæ, *Iehu* filius Iosaphat filij Namsi, *Ioachaz* filius Iehu, *Ioas* filius Ioachaz, *Ieroboam*, filius Ioæ, *Zacharias* filius Ieroboam, *Sellum* filius Iabes, *Manahem* filius Gadi, *Phaceia* filius Manahem, *Phacee* filius Romeliæ, *Osee* filius Ela.

303. Ex qua nam Tribu cūcti hi Reges, & illi.

Annotatum, omnes Iuda Reges ex eadem Tribu, nempe ex Tribu Iuda fuisse & ex familia Dauid, (excipio Athaliam, quæ habuit quidem maritum ex familia Dauid scilicet Ioram Regem, sed ipsa fuit filia Achab filij Amri) At Reges Israel ex diuersis Tribubus ac familiis extitisse. Reges Iuda si non omnes, saltem multos in veri Dei cultu mansisse: Reges autem Israël nullo excepto idololatras inuentos esse. Reges Iuda vt plurimum iure successionis peruenisse ad Regnum: at Reges Israël variis titulis, ac modis potitos imperio.

304. Quinam probi, quinam improbi ex Iuda Regibus.

Profectò de probitate ac malitia singulorum Regum Iuda aliquid indicabo. Saul initio Regni sui bonus, rectus, ac simplex. 1. Reg. 9. 2. & alibi. Mansit in illa probitate duobus annis, postea à Deo desertus est propter inobedientiam. Dauid fuit bonus & vir secundum cor Dei. 1. Reg. 13. 14 Peccauit, sed pœnitendine piacula diluit. Salomon initio bonus, ac sapiens; postea per mulieres alienigenas deprauatus idololatriæ dedit operam, 3. Reg. 11. 5. An pœnitentiam gesserit, dubitatur. Roboam filius Salomonis fuit malus. Abia similiter Asa filius eius fuit bonus. Iosaphat bonus admodum multa præclara gessit. Ioram filius non hæsit bonitati parentis, sed accipiens vxorem idololatram, eius mores expressit. Ochozias fuit etiam malus. Athalia mater Ochoziæ extitit impiissima. Ioas primò bonus, postea pessimus. Amasias suum patrem imitatus initio probus, deinde improbus. Oxias fuit bonus, sed propter vsurpatum sacerdotale officium a Deo lepra punitus est. Ioathan filius Oxiæ bonus extitit. Achaz fuit impius. Ezechias eius filius patris gesta non expressit, sed optimum se Regem expressit. Non sic Manasses filius aui Achaz fuit operum impiorum imitator. Amon filius eius impius similiter At Iosias filius Amon patris ablegans impietatem se se optimum ostendit. Ioachaz filius Iosiæ fuit impius. Ioacim similiter, Ioachin filius Ioacim adhuc auitam fouit impietatem. Sedecias malus fuit. En Regum Iuda mores.

305. Censura Regum Israël.

Iam Regum Israël accipe censuram. Omnes quidem post factam Regni diuisionem fuerunt impij, & idololatræ. Idololatriæ autem author fuit Ieroboam, primus Rex Israël post Salomonis mortem, à Deo specialiter electus per Ahiam Prophetam: sed ingratus statim recessit à Dei cultu & hærens impietati factus est Regibus cunctis Israël idololatriæ magister, cunctosque draconis in mortem ex veri cultus cælo deturbauit. * Porrò impietatis præceptor horribili à Deo est affectus supplicio. Altare scissum est, in quo ipse adolebat incensum; illius manus exaruit, Abia filius eius mortuus est, tota familia paulo post omninò deleta, omnes qui ex familia eius sunt interfecti insepulti manserunt, & à canibus, ac feris sunt dilacerati; Regnum ad aliam translatum est familiam. 3. Reg. 13. & 14.

Magister impietatis dirò à Deo punitus.

CAPVT III.

De Regum Hebræorum Creatione, inaugurationis ritu, & inunctione.

306. De electione quorumdam Regum.

Aliqui Hebræorum Reges per electionem diuinam creati sunt, vt Saul, Dauid, Ieroboam, Baasa, Iehu. Nam Saul à Samuele Dei iussu priuatim vnctus est in Regem, nec præsente, nec sciente populo. 1. Reg. 9. 16. Idem constat de Dauide. Cum enim Saul à Deo Rex constitutus, Deo non obediret, abiecit illum Deus, & eius Regnum transtulit in Dauidem. 1. Reg. 13. 13. Roboam à Deo per Prophetam submonitus est, quod, facta Regni Salomonia diuisione, ipse futurus esset Rex super decem Tribus 3. Reg. 11. Idem de Baasa; & de Iehu legimus 3. Reg. 16. 2. & 3. Reg. 19. 15. Aliqui facti sunt Reges per successionem, vt Salomon, Roboam, & plerique alij Reges Iuda. Itemque ex Regibus Israël. Nadab, Ela, Achab, Ochozias, Ioram, Ioachaz, Ioas, Ieroboā Zacharias, Phaceia. Hi enim suis parētibus in Regno successerūt. Aliqui verò facti sunt Reges per vim & tyrannidem, vt Athalia in Regno Iuda; & Zambri, Sellum, Manahem, Phacee, Osee in Regno Israël. Alij denique electi sunt Hebræorū Reges à Regibus Gētiliu, vt Ioacim à Rege Ægypti Pharaone: & Sedecias à Nabuchodonosore Babylonis Rege. Nam Pharao deposuit Ioachaz Regem Iuda, & vinctum duxit in Ægyptum, in ciusque locum Eliacim filium Iosiæ substituit Et Nabuchodonosor capta Ierosolyma, deposuit Ioachin Regem Iuda, & captiuū in Babylonē transtulit, subrogato in eius locum Sedecia. 4. Reg 23. 34. & 4. Reg. 24. 15.

De aliorum successione.

De tyrānide aliorum.

307. De ceremoniis queis Reges Hebræorum inaugurabantur.

De ceremoniis autē seu ritu, quo Reges Hebræorum soliti erant inaugurari, hæc ex bonis auctoribus collegi: Futurus Rex in solio collocabatur. Inungebatur à summo sacerdote, collocabatur super caput eius diadema. Ei dabatur in manus Deuteronomij liber, in quo lex erat scripta. Iurabat in legis obseruationem. Clamabatur à Populo, Viuat Rex. Omnis generis fiebant sacrificia Edebantur varia lætitiæ, ac approbationis signa. Monuerim tamen, aliquandò plures, fuisse ritus adhibitos, nec semper eo ordine, quo annumeraui; vt in Saulis inauguratione patebit legenti 1. Reg. 10. 24, & 1. Reg. 11. 15. Et in inauguratione Salomonis 3. Reg. 1. 38 & in inauguratione Ioas 4. Reg. 11. 12.

308. De duplici inunctione Regum Hebræorum.

Duplex autem erat vnctio Regū apud Hebræos, vna priuata, altera publica. Priuata fiebat ante solemnē inaugurationem: publica in ipsa inauguratione solemni. Priuatim inuncti sunt Saul, Dauid, Iehu: Saul à Samuële in extrema parte ciuitatis, nullo alio præsente. 1. Reg. 9. 27. Dauid ab eodē Samuële in domo patris sui in Bethleem, 1. Reg. 16. 13. Iehu à filio Prophetæ in cubiculo seorsim, nullo alio conscio, 4. Reg. 9 6. Publice vncti sunt Dauid, Salomō, Ioas, Ioachaz. Profectò Dauid ter est vnctus in Regē, primo priuatim à Samuële, vt dixi; secūdò publicè in Hebron in Regem Iuda, 2. Reg. 2 4. tertio, publice etiam in Hebron in Regem Israël, 2. Reg. 5. 3.

CAPVT

CAPVT IV.

De Regum Hebræorum officio, Iure in subditos vxoribus, Diuitiis, Consiliariis.

309. **De officio Regum Hebræorum.**

OFficiū Regis sūmatim describitur Deut. 17. 18. Vbi tria potissimum Regis præscribuntur. Primo, vt habeat apud se exemplar legis Deuteronomij, illud assidue legat, præcepta eius custodiat. Secundo, vt non superbe efferat se suprà fratres suos, hoc est suprà Hebræos, vel suprà gentem suam. Non debet se frater superbe supra fratrem eleuare. Tertio vt non declinet in partem dexteram vel sinistram: id est, vt seruet iustitiam & ab ea non declinet: quod assolet fieri vel ex fauore, acceptationeque personarum: vel spe lucri, & vtilitatis. Præmium autem temporale, quod constitutum est Regi qui hæc tria obseruauerit, illis insinuatur verbis: *Vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.* Deut. 17. 18.

310. **De Iure Regū Hebræorum in subditos.**

De Iure autem Regum in subditos sic Samuel: *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, & facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, &c.* Tria potissimum hoc iure continentur, subditos, qui liberi sunt, facere mancipia, & in seruitutem redigere. Eorum filios & filias pro libito in propria seruitia & commoda destinare. Eorum vineas & agros, olíueta, & alia bona externa vel penitus auferre, vel omni tributorū genere vexare. At hæc tria nec iure naturali, nec diuino sunt licita, sed vsurpātur iure quodā seu cōsuetudine tyrannorum. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 105 a. 1. ad 5. docet hoc ius fuisse tyrannicæ potestatis. Porrò aliud est, Regem vti personis, & bonis subditorum quando id postulat commune totius Regni bonum: Aliud, vti personis & bonis subditorum in proprium commodum ac libidinem. Prius licèt, posterius non licèt. At Samuelem de posteriori locutum assero.

311. **De Polygamia Regum Hebræorum.**

Iam verò circa Polygamiam, quæ videtur prohiberi Regibus, *Non habebit vxores plurimas*, Deut. 17. 17. hæc præscripserim. Polygamia fuit concessa populo Hebræorum cum hac duplici limitatione: Primò, vt non alio fine, quam prolis propagandæ causa plures vxores acciperent. Secundò, vt non acciperent vxores alienigenas, seu idololatricas propter peruersionis periculum, quod Salomon miserè subiuit. Duplici itaque modo delinquere quis poterat contra Polygamię concessionem, vel si voluptatis causa plures vxores acciperet, vel si acciperet alienigenas, seu idololatricas. Vtroque modo peccauit Salomon, & quia plures accepit causa libidinis, & quia alienigenas accepit à quibus deprauatus est, & idololatra effectus. Rex itaque *non habebit plures vxores* aut voluptatis causa, aut idolis addictas.

312. **De eorum diuitiis.**

Verùm vt de Regum licitis diuitiis, ac apparatu nonnulla subiciam, Videtur Deut. 17. 16. prohibitum esse eis pluribus equis vti, *Cumque constitutus fuerit Rex, non multiplicabit sibi equos.* Existimarim, non fuisse Regi absolutè prohibitum vsum equorum, sed abusum. Sic expono illud: *Non multiplicabit sibi equos* Multiplicatio enim innuit excessum. Qui quidē prohibitus fuit Regibus, ne tēpore belli in multitudine & robore equorum confiderent contra illud Psal. 32. 17. *Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.* Et ne in superbiam ex nimio equorum fastu erigerentur. Et ne ad alendos tot equos ad pompamque sustinendam, subditis grauia tributa imponerent.

313. **An prohibita illis copia auri, & argenti.**

Ad hæc videtur Regibus prohibitum fuisse magnum cumulum diuitiarum, Deut. 17. 17. *Non habebit vxores plurimas, neque auri & argenti immensa pondera.* Certè sicut non prohibetur Regibus vsus equorum, nec vxorum, ita nec vsus auri & argenti: sed sicut prohibetur excessus, & abusus vxorum, & equorum; ita etiam abusus & excessus diuitiarum, & ne Reges cupiditate auri argentique in peccatum incidant auaritiæ, Et ne ea cupiditate suos, spolient subditos. Et nè si habeant copiā auri, ac argenti in fastum incidant, & luxuriam. Quæ omnia Salomoni contigere, qui ex cupiditate factus est auarus, & expilauit subditos vēctigalia immodica imponendo, & in libidinem ac luxuriem fuit prolapsos. Debent igitur Reges ac Principes habere fiscum, quātum necesse est ad iustitiæ conseruationem, ac defensionem patriæ. Sed non debet esse immodicus.

314. ***Reges se præclare gerunt ex Consiliariis optimus pessimè ex prauis.***

Denique certum omnino Hebræorum Reges suos habuisse Consiliarios, vt constat de Dauide, Salomone, Roboamo, Ochozia, Ioa, Ozia. Dauidis Consiliarij fuerunt hi duo potissimō *Achitophel*, & *Chusai*, 2. Reg. 15. 12. & 16. 16. Achitophel postea à Dauide defecit, & filio adhæsit Absaloni. Chusai autem fidelis Dauidi permansit Salomonis Consiliarij post mortem ipsius facti sunt Consiliarij Roboami eius filij. Habuit verò Roboam duplices Consiliarios; alios senes & expertos, quod à patre acceperat: alios iuuenes & inexpertos, qui cum ipso fuerant enutriti 3. Reg. 12. 6. Priores dabant illi sanum consilium; posteriores perniciosum. Hos secutus Roboamus Regni sui tanta amissione Regibus reliquit documentum sibi expertos adhibendos Consiliarios. Ochozias seductus ab Athalia matre vsus est Consiliariis ex impiissimi Achabi domo, procul dubio *in interitum*, 2. Paral. 22. 4. Ioas initio Regni sui habuit optimum Consiliarium *Ioiadam*, Pontificem, & optimè se gessit, quamdin illius consilio vsus est; pessime, quando, mortuo Pontifice, consilio Principum aulicorum acquieuit. 4. Reg. 12. 2. Ozias multa præclarè gessit ex Zachariæ videntis directione, 2. Paral. 26.

* * *

PRÆLOQVIVM VIII.
Inter veteris Testamenti (Nubis columnæ) vmbras, nouum (columna Ignis) fulgentissimè rutilat Testamentum.

CAPVT I.
De lege Moysis Euangelicam legem halante.

315. Vetus Testamentum typus noui.

COlumnæ Nubis in morē Testamentum vetus homines dirigebat varia noui Testamenti vmbracula exponens. Figura illa Christum exprimebat, vmbra imaginem obuelabat, promissio innuebat donationem, epistola atramento scripta epistolam Dei Scriptam spiritus signaculo claudebat, mors vitam halabat timor amorem referebat, seruitus offerebat libertatem, Agar ancilla Saram Dominam occultabat, inchoatum indicabat perfectum, semen arborem exponebat, granum frumenti terræ occultatum futuræ messis vberrimæ iam à mundi cunabulis referebat indicia.

316. De promulgatione legis.

Omnia igitur, quæ de lege veteri recensui, vmbrę fuerunt eorum, quæ postea in promulgatione legis Euangelicę facta sunt. Nam primò sicut lex Mosaica promulgata est die post Pascha quinquagesimo, id est, in Pentecoste: Sic etiam lex Euangelica. Act 23.1.

317. Monte.

Deinde sicut lex Mosaica in monte Sinai promulgata est, ita lex Euangelica iu monte Siun. Isa. 2. 3. *De Sion exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem.*

318. Sonitu.

Tertiò, sicut in monte Sinai tonitrua audita sunt ac fulgura coruscarunt: ita in monte Siō factus est repentè *sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis.* Act. 2. 2. Et sicut ibi ignis apparuit, & fumus volitans: ita hîc *dispertitæ linguæ tanquam ignis volitare conspiciuntur.*

319. Timore.

Quartò sicut ibi timore Judæi perculsi fuēre, ita hic Apostoli repleti sunt Spiritu Sancto. Et sicut Angelus clangore buccinæ verba Decalogi perstrepebat: ita hîc tuba Euangelica Apostolorum insonuit ex ore.

320. De triplicibus legis nouæ Præceptis.

Christus itaq; ablegatis columnæ nubis vmbraculis nouam legem (igneā vtique colūnam) obiicit Christicolis: ideóque non solum Redēptor, sed etiam legislator est appellandus pręfante Isa. c. 33. 22. *Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.* Lex autem Euāgelica triplicia præcepta continet, nempe moralia, Sacramentalia, ac Fidei. De moralibus cōstat Mat. 5. 6 & 7. vbi Christus explicat, & perficit præcepta Decalogi, quæ propriè ad mores pertinent. Et Mat. 19. 6. vbi prohibet diuortiū, & libellum repudij, ac decernit, vt matrimonij vinculum deinceps non dissoluatur. De Sacramentalibus patet ex illo Ioan. 3. 4. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* & Ioan. 6. 53. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c.* De præcepto verò fidei ex illo Mat. 16. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, &c.*

CAPVT II.
De Synagoga Christi Domini Ecclesiam figurante.

321. Synagoga Christi figurabat Ecclesiam.

SYnagoga seu Iudæorum collectio Ecclesiam Christi Domini expressit, in qua sunt visibiles Christiani, visibile regimen, quo Prælati gubernant suos subditos docendo, hortando, iudicando, puniendo, Sacramenta administrando. Est interna fides, & Charitas, qua inter se coniuncti sunt.

322. Typi huius capita.

Synagoga igitur Ecclesiam repræsentauit multiplici ex capite. Primo, quia sicut Synagoga à Moyse fuit ædificata Dei famulo fidelissimo: ita Ecclesia à Christo, qui est Filius Dei. Deindè, quia sicut Moyses fuit primus Monarcha, seu visibile Synagogæ caput: ita Christus Ecclesiæ. Ephes. 5. 23. Tertio, quia quemadmodum Synagoga post mortē Moysis semper gubernata fuit ab vno visibili capite, nempè à Pontifice: ita etiam Ecclesia post mortem Christi Domini. Ioa. 21. 17. *Pasce oues meas.* Quarto, quia sicut Synagoga habuit sua Sacramenta, sacrificia, & alias ad Dei cultum pertinentes ceremonias: Sic etiam habet Ecclesia. Quintò, quia sicut Synagoga fuit visibilis, quoad externam populi gubernationem, & inuisibilis, quoad internam fidem: ita etiam Ecclesia.

323. Duodecim documenta quibus Moyses Christi figuram expressit.

Quemadmodum autem Synagoga Christi figuram gessit, ita Moyses Christi egit figuram. Vterque natus est in aliena terra, Moyses in Ægypto, Christus in Bethlehem: Moyses positus est in fiscella, Christus in pręsepio. Pharao persecutus est Moysem & cæteros Hebræorum infantes: Herodes Christum reliquosque Bethelehemiticos infantes est persecutus. Moyses populum ex Ægypti seruitute eduxit: Christus è seruitute Diaboli. Moyses duxit popolū per mare Rubrū: Christus per Baptismū. Moyses fuit veteris Testamenti mediator: Christus noui. Moyses dedit legem veterem: Christus nouam præscripsit. Moyses antequam daret legem quadraginta diebus ieiunauit: Christus similiter. Moyses vxorem duxit Æthiopissam. Christus Ecclesiam, de qua scriptum: *Nigra sum, sed formosa.* Moyses septuaginta seniores instituit Christus septuaginta Discipulos assignauit. Moyses duodecim in Palestinā misit exploratores: Christus duodecim in vniuersum orbē Apostolos immisit. Moyses per virgā magna expressit miracula: Christus per Crucis lignū maiora exposuit.

324. Ecclesia vincens Synagogæ fulgorem.

An non Ecclesiæ fulgor Synagogæ vmbracula euicit. O fulgentissimæ Ecclesię pręstantiam! Nonne Synagoga fuit ancilla? Certè Ecclesia est domina. An non Synagoga quia ancilla erat, fuit repudiata? Profectò Ecclesia Domina numquam repudium patietur. An Synagoga habuit Prophetas, & Sacerdotes, per quos Deus populo loquebatur? Verùm Ecclesia habet ipsū Dei Filiū incarnatum, qui locutus est nobis Hebr. 1. 2. Num Synagoga à Moyse accepit legē pręcipientē solūmodo? Porrò Ecclesia accepit à Christo legē pręcipientem, & gratiā adiuuantem. Ioa 1. 17.

Num

Nam Synagoga exigua fuit, & intra Palestinæ terminos comprehensa; Planè Ecclesia toto est orbe diffusa Mar. 16. 15. An non Synagoga nō fuit omnium fidelium mater, sed tantum aliquorum: quia multi fideles extra Synagogam saluabantur, vt Niniuitæ, de quibus Mat. 12. 41. sanè Ecclesia est omnium fidelium mater, Noëmitica arca, extra quam nullus saluari potest.

321. Synagoga Christi figurabat Ecclesiam.

CAPVT III.

322. Typi huius copia.

De Instrumentis Dei cultui sacratis, sacrificijs, Sacramentis ac obseruationibus Mosaicis Ecclesiæ nouæ sacra Instrumenta, sacrificium, sacramenta, obseruationesque præfigurantibus.

325. Tabernaculum externi mebat Ecclesiam.

PRofectò Tabernaculum reliquaque diuino cultui sacrata instrumenta Ecclesiæ typum gessisse, quis ambigat? Recole Tabernaculi constitutionem, eamque Ecclesiæ Christus complectentis Militantem, ac Triumphantem typum esse conspicies An non tria in Tabernaculo vidisti, Atrium, quod aderat circa Tabernaculum, Sanctum, quod erat vna Tabernaculi pars, & Sanctum Sanctorum, quod altera pars Tabernacoli obiciebatur? Igitur Atrium fuit typus Militantis Ecclesiæ quoad communem Christicolarum vitam. Tria in Atrio annotasti, locum orationis laicorum, Labrum æneum ad sordes abluendas, Altare holocausti ad cremanda animalia. Similiter tria in communi Christianorum vita contemplor: Communem orationem, Sacramentum pœnitentiæ, quo peccata diluuntur, & Mortificationem vitiorū per ieiunia, aliaque opera aspera. Sanctum verò figuram eiusdem Ecclesiæ Militantis exegit, quoad vitam perfectorum An non in Sancto tria vidisti; Mensam panum propositionis Altare thymiamatis, Candelabrum lucens? Tria sunt in perfectorum vita, Sacramentum Eucharistiæ per panes propositionis figuratum, Iugis oratio & contemplatio per aromata expressa, Doctrina & sanctitas, cuius Candelabrū typum exposuit, Demum Sanctum Sanctorum typus extitit Ecclesiæ Triumphantis An non in Sancto Sanctorum tria aspexisti, Arcam fœderis, Propitiatorium, Cherubinos? Tria adsunt in cælo, Cœtus beatorum, Humanitas Christi gloriosa, Angeli Sancti. Rursum in Arca erant Tabulæ Decalogi duæ Mannæ vrna, & Aaronis germinans virga Haud aliter in beatorum cœtu est perfecta charitas Dei & proximi, abundantia suauitatis diuinæ & gloriosa corpora beatorum.

323. Duodecim documenta quibus Moyses Christi figuram expressit.

324. Ecclesia vincens Synagogæ fulgorem.

326. Iuge sacrificium Missæ sacrificium figurauit.

Profectò Iuge illud sacrificium veteris Testamenti nostri sacrificij Missæ gessit simulacrum Primò, ratione rei oblatæ. Nam sicut in illo offerebatur Agnus immaculatus: ita in hoc Christus, sine macula Agnus, offertur. Secundò, ratione loci. Nam sicut ille offerebatur in Tabernaculo, ita hic in Ecclesia Tertiò, ratione durationis. Sicut enim ille offerebatur quotidie, ita Christus quotidie offertur. Vnde apud Danielem C. 12. 11. *Iuge sacrificium* appellatur. Quartò, ratione determinationis tēporis. Nā sicut ille offerebatur mane & vespere, ita Christus à principio mundi vsq; ad finē, Apoc. 13. 8. *Agnus, qui occisus est ab origine mundi*, non quidem re ipsa, sed per energism. Quintò, ratione adiuncti. Quia sicut ille cum simila & vino offerebatur, ita Christus quotidie sub specie panis, ac vini offertur.

327. Sacramenta Hebraica nostra expressere latentia.

Quid de veteris legis Sacramentis attexam? Omnia quidem Sacramentorum nouæ legis expressi re signaculum. Circumcisio erat Baptismi typus. Esus Agni Paschalis, & esus panis propositionis Eucharisticum epulum exprimebat. Purificationes, & expiationes Pœnitentiam præsignabant. Consecratio sacerdotum sacri Ordinis gerebat imaginem. Lege D. Thomam 1. 2. q. 102. a. 5. Quæritis, cur nulla fuerit reliquorum Sacramentorum, vt Confirmationis, Extremæ vnctionis, ac Matrimonij, in Testamēto veteri imago? Respōdeo cum D. Tho. citato, quia confirmatio est Sacramentū plenitudinis gratiæ, Gal. 4. 4. similiter Extrema vnctio est quasi immediata quædam ad introitum Regni cœlestis præparatio. At in veteri Testamento in Regnum cæleste patebat introitus, quia ianua Regni nondum erat aperta. Denique Sacramentum Matrimonij significat indissolubilem coniunctionem Christi cum Ecclesia, quam Matrimonium Iudæorum non poterat significare, quia per libellum repudij poterat dissolui. Deut. 24. 1.

328. Legales obseruationes nonnulla Ecclesiæ dogmata innuebant.

Certè Legales veteris Testamenti obseruationes noui dogmata nonnulla innuebant Illa (v. gr.) ciborum mundorum ab immundis discretio significabat Gentilium à Iudæis præsciptam nobis discretionem. Nam Iudæi in veteri Testamento censebantur mundi, Sancti, impolluti. Gentiles vero polluti, & immundi. De Iudæis dictum est Deut. 14. 2. *Populus Sanctus es Domino Deo tuo.* De Gentilibus verò Mat 7. 6. *Nolite Sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Profectò huiusmodi discretionem Christus Dominus sustulit, qui ex Iudæis & Gentilibus fecit vnam Ecclesiam, & abstulit medium parietem, quo à se mutuò diuidebantur. Ephes. 2. 14 Hoc autem mysterium in veteri Testamento incognitum Ephes. 3. 5. in nouo primò omnium reuelatum est Petro, quando cœlum aspectauit apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, in quo simul erant animalia munda & immunda. Quo significabatur, in Ecclesia simul fore Iudæos & Gentiles. Act. 10. 12.

329. Ieiunia Hebræorum Ecclesiæ ieiunij typum gerunt.

Addo, illam ieiuniorum obseruationem veteris Testamenti noui tam commendati à Christo ieiunij & indicti ab Ecclesia præfiguraste præscriptionem, verum Christus suo exemplo nostrum ieiunium commendauit quadraginta diebus, totidemque noctibus à cibo abstinens in deserto. Deinde quanta sit vis & efficacia ieiunij Mat. 17. 20 monstrauit: *Hoc genus (inquit) dæmoniorum non ejicitur nisi in oratione & ieiunio.* Videte autem nunc, dū tot diebus fideles se ieiunio macerant, an impletum fuerit, quod Dominus prædixit Apostolis, *Venient dies, cū auferetur ab eis sponsus, & tūc ieiunabūt.* Mat. 9. 15. De votis autē, & iuramētis in veteri Testamēto fieri solitis ad Dei cultū nihil specialiter attexam, dum constat, quam

vbertim à nono Testamento vmbra illa fuerit luce completa. De obseruatione denique Festorum, & Anno Iubilæi quid annotem, cum tot in Ecclesia festiuitates celebrentur, tot Iubilæi dies colantur?

CAPVT IV.

De Ministris Synagogæ ordinariis Ecclesiæ Ministros adumbrantibus.

330. Sacerdotium Hebræorum nostrum prælibauit.

VErùm sicut in veteri Testamento nemo poterat exercere Sacerdotale officium, nisi à Deo vocatus, & à Pontifice solemni ritu consecratus esset: sic etiam fit in nouo. Asseruit Apostolus Hebr. 5.4. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, id est, qui sicut Aaron vocatus est. Vbi per vocationem intelligit etiam consecrationem.

331. Ritus aliquis similis.

Ritus autem, qui in nouo Testamento vsurpantur, sunt varij. Nam aliqui ex Scriptura habentur, vt impositio manuum Episcopi. 1. Tim 4.14. Alij ex traditione Apostolorum, vt vnctio, teste Dionysio Areop. de Hierarch. Eccles. c. 4. Alij ex vsu & praxi Ecclesiæ, vt multi ex iis quorum in Pontificali fit mentio.

332. Taxatur hæreticorũ obiectio, circa manuum impositionem.

Assolent Lutherani, & Caluinistæ vnctionem Sacerdotalem, quæ à Catholicis vsurpatur, tanquam cæremoniam Iudaicam, ac proinde minimè tolerandam: sed temerè. Primò, quia impositio manuum non minus fuit vsitata à Iudæis, quam vnctio. Si ergo impositio manuum tolerari potest, & reipsa ab Apostolis tolerata, & vsurpata est; cur etiam vnctio tolerari, ac vsurpari non possit? Deinde aliud est, vti aliqua cæremonia, qua vsi sunt Iudæi: aliud, vti ad eum finem, ad quem Iudæi vsi sunt. Nos prius facimus, non posterius, v.g. vtebantur Iudæi ablutione aquæ ad abstergendam legalem immũditiam. Nos etiam vtimur ablutione aquæ in Baptismo, sed ad maculam peccati originis abstergendam. Similiter vtebantur ipsi manuum impositione, vnctione olei, pane sanctificato, aqua lustrationis: quibus etiam nos vtimur. Sed alium ipsi, alium nos finem, ac intentionem habemus. Ipsi erant in vmbra, nos in luce commoramur. Illi Christum venturum præsignabant, nos præsentem honoramus. Lege Bellarm de sacram. Ordin. cap. 12.

333. Pontifex Hebræus typus nostri Pontificis.

An non veteris Testamenti Pontifex nostrum præfigurauit Pontificem? Certè Ecclesia verè potest ratiocinari: Etiam habeo Pontificem multo excellentiorem, ac digniorem, quam fuerit veteris Testamenti Pontifex: sicut anima perfectior est, quam corpus; spiritus, quam littera; imago, quam vmbra; libertas, quam seruitus. Pontifex ille *Sacerdos Maximus* appellatur, quia vnius populi Præsul? Noster potiori iure totius Christiani populi toto orbe diffusi Pastor *Pontifex Maximus* omnium ore vocatus est. Pontifex ille ex peculiari Dei institutione purpuram, hyacinthum, byssum, tintinnabula aurea, & mala punica veste in sacra gestabat? Videntes augustiorem in Pontificis nostri ornatu pompam, ac splendorem, possumus meritò cum Dauide conclamitare, *Dilexi decorem domus tuæ.* Pontificem illum diuitiis abundantem, dum decimas à duodecim Tribubus, decimas decimarum à Leuitis, primitias primogenita, & oblationes à toto populo accipiebat. Pontificem nostrum à mirabili circa temporaria subsidia modestiam illi præferamus. Nam si annis singulis, vt posset, acciperet à toto orbe Christiano omnium bonorum decimas, si decimas decimarum ab Ecclesiasticis & Religiosis acquireret, si primitias & oblationes omnium fidelium sibi aptaret Crœsi diuitias traderet obliuioni. An Pontifex ille superauit nostrum authoritate? Respondeant cuncti Christiani Reges ad pedes supremi Principis prouoluti. Num coniugio alligatus ille Pontifex potest Romani Pontificis Episcoporum, ac Sacerdotum Ecclesiæ æquare puritatem? Pontifex & alij Sacerdotes Leuitici propter sanctitatem officij, quod gerebant, tenebantur ab vsu matrimonij abstinere toto illo tempore, quo in Tabernaculo, vel Templo ministrabant. In nouo Testamento maior est sanctitas Pontificij, ac Sacerdotalis officij quæ maiorem requirit ex statu cælibe puritatem.

334. Iudex illa controuersiarũ, Iudex & noster.

Quod si Pontifex in veteri lege fuit controuersiarum Iudex, Deut 17, 8. infallibilis quidem, præcipiente Deo, sub mortis pœna eius sententiæ acquiescere cunctos. ver. 12. In nouo Testamento Pontifex summus est controuersiarum Iudex infallibilis, non Scriptura Id ostendo. Multæ sunt controuersiæ circa fidem & Religionem, quarum vel nulla fit in Scriptura mentio, vel certè non sufficiens ad hoc, vt Scriptura de illis sententiam ferre valeat. Ergo in iis dirimendis aliud Iudex quærendus est. Eiusmodi autem controuersiæ sunt: An liber Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiastici, & Machabæorum sint Ecclesiastici, & diuini, nec ne? Quot Sacramenta nouæ Legis? An exorcismi, & aliæ cæremoniæ in Ecclesia Catholica vsitatæ possint in Baptismo adhiberi? An baptizati ab hæreticis, sint rebaptizandi? An baptismus vna debeat mersione conferri? An Christiani loco Sabbati debeant colere diem Dominicam? An beata Maria Domina mea Virgo post partum manserit? An Petrus Apostolus fuerit Romanæ Ecclesiæ Episcopus? An Symbolum fidei sit verè Canonicum, & Apostolicum? An in veteri Testamento fuerit aliquod remedium pro fœminis contra originale peccatum? Quisnam hasce & similes dirimet controuersias nisi summus Ecclesiæ Præsul? Hoc edocet noui Testamenti praxis. Nam tempore Apostolorum fuit orta de Circumcisione controuersia: An scilicet noui Christiani, qui tunc fidem Euangelij recipiebant, non possent saluari, nisi circũciderentur, & legalia seruarent? Quæ controuersia potissimum intelligebatur de Gentilibus ad fidem conuersis. Erat autem duplex de hac re sententia: Vna quorundã qui ex Iudæis facti erant Christiani; qui dicebant, Gentiles per fidem Christi non posse saluari, nisi circumciderentur, & cæremonias Legis Mosaïcæ obseruarent. Altera Pauli, & Barnabæ, qui asserebant, non opus esse Circumcisione, & obseruatione Legaliũ. Act. 15.1. At quomodo definita est quæstio? An ad solam Scripturam tanquam ad communem Iudicem est delata, vt Caluinistæ, ac Lutherani contendũt? Certè

Certè ex vtriusq; partis consensu delecti sunt aliqui, qui Ierosolymam pergerent ad Apostolos, vt ipsi in solemni Concilio de tota re cognoscerent, & definitiuam sententiam pronunciarent *Visum est spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, &c.* Post tempora Apostolorum aliæ, atque aliæ controuersiæ diuersis locis atque ætatibus exortæ sunt, quas à Pontifice Romano, vel à Concilijs ab eo approbatis decisas, ac diremptas esse notum est ex Historijs Ecclesiasticis. Et qui illorum sententijs acquiescere noluerunt, pro hæreticis habiti, ac damnati sunt.

CAPVT V.

De extraordinarijs Synagogæ Ministris Prophetis scilicet Ecclesiæ nostræ Prophetas inuenientibus.

335. An in nouo Testamento Prophetæ præfigurati ab antiquis?

NVm a tempore Christi, & Apostolorum vnde nouum Testamentum initium sumpsit, fuerint Prophetæ aliqui, qui futura prædixerint, quos tot Testamenti veteris Prophetæ præsignarint? Rationem dubitandi porrò ingerere illud Mat. 11. 13. *Omnes prophetæ, & Lex vsque ad Ioannē prophetauerunt.* Ergo nullus post Ioannem prophetauit. Certè in nouo Testamento fuerunt etiam Prophetæ veri & falsi.

336. Prophetæ nostri.

Prophetarum nostrorum Princeps *Christus* Dominus, qui suam mortem, ac passionem prædixit Mat. 10. 19 Crucifixionem, Ioan. 3. 14. Ascensionem, Ioan. 3. 13. Spiritus Sancti missionem, Ioan. 7. 39. & alia multa. Sequuntur eum *Ioannes* Euangelista, qui multa in Apocalypsi prænuntiauit. Et *Paulus* Apostolus, qui duo potissimum prædixit. Sua scilicet vincula, Act. 20. 23. & suam sociorumque ex maritima tempestate liberationem, Act. 27. 22. Et *Agabus*, qui duo etiam legitur prædixisse, nempe futuram famem Act. 11. 27. & Paulum à Iudæis vinciendum, Act. 21. 10. Et *Filiæ* Philippi Diaconi De quibus Act. 21. 9. *Huic* Philippo *erant quatuor filiæ virgines prophetantes.* Quid prophetauerint, non constat. Præter hosce noui Testamenti, quorum fit in scriptura mentio fuerunt multi alij post Apostolorum tempora, qui Prophetiæ donum sunt consecuti, de quibus videri possunt Vitæ Sanctorum, Martyrologia, Religionum annales, vbi pene innumera extant prophetici spiritus exempla.

337. Falsi Prophetæ hæretici.

Porro de falsis Prophetis generatim Christus Dominus loquitur Mat 7. 15. *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces* Et Mat. 24. 11. *Multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos* Talis fuit *Elimas* Magus, quærens Sergium Proconsulem auertere a fide, Act. 13. 6. Tales *Hymenæus* & *Philetus*, qui docebat Resurrectionem esse iam factam, & fidem quorumdam subuertebant. 2. Timoth. 2. 18. Tales illi, de quibus Apostolus Gal. 1. 7. *Sunt aliqui, qui vos conturbant.* Tales Marcus, Montanus, Marcianus apud Baron. to. 2. Annal. Tales vt vno verbo dicam, omnes hæretici non modò veteres, sed etiā moderni simillimi plane falsis Prophetis in veteri Testamento. An non illi dicebant, se missos à Deo esse An non se immissos probare non poterant? Nū non semper fausta, & quæ populo grata erant, vaticinabantur? similiter faciunt nostri falsi Prophetæ; Asserunt se à Deo immissos ad Ecclesiæ reformationem, Non possunt probare, se missos esse, aut vllo miraculo, aut veraci aliqua prædictione. Prædixit Lutherus: *Pestis eram viuus: moriens ero mors tua, Papa.* sed fuit mendax prædictio, Mortuus est Lutherus, Papa adhuc viuit. Denique semper fausta, & quæ populo sunt grata, vaticinantur. Per fidem saluamini: Bona opera nihil prosunt: Non opus est ieiunijs, & corporis castigatione: Crescite, & multiplicamini: si nō vult vxor, veniat ancilla. Hāc plerique libētius vocē audiūt, quā illā Christi, & Apostolorū, *Pœnitentiam agite; Mortificate mēbra vestra, quæ sunt super terram: Abstinete a carnalibus desiderijs, sobrij estote & vigilate.*

CAPVT VI.

De Synagogæ Nazaræis, ac Rechabitis alijsque sectariis Pharisæis scilicet, Sadducæis, & Essenis Ecclesiæ Religiosos, hæreticosque illius oppugnatores præsignantibus.

338. Religiosi Hebræi typum nostrorum Religiosorum expositæ.

RElgiosis Nazaræis, ac Rechabitis similes sunt Religiosi Christiani, quorum typum illi gesserunt, authore D. Tho. 2. 2. q. 186. a. 6 Primo quidē, sicut Nazaræi speciali gratia à Deo sulciebantur, Amos 2. 11. ita etiam Religiosi. Deinde, sicut illi erant separati à communi hominum conuictu, & consuetudine: ita & hi. Tertio, sicut illi ratione voti, abstinebant à vino, & omni potu, qui potest inebriare: ita & hi ratione voti paupertatem, & frugalitatem sectantur. Quartò, sicut illi cauebāt ab omni immunditia legali: ita & hi à minima peccati labe. Quintò, sicut illi ad parentū funera non accedebant ita & hi omnem carnalem erga parentes, ac propinquos deponunt affectum. Sexto, sicut illi in capite comam Deo consecratam alebant: ita & hi alunt pias de rebus ad Deum pertinentibus meditationes. Septimò, sicut illi qui à Deo consecrati erant, à populo honorabantur: ita & hi. Denique quemadmodum illi in fine separationis Deo victima immaculatas offerebāt: ita & hi in fine vitæ Deo animas immaculatas offerunt. Lege Cornel. ad c. 6 N. ver. 9.

339. Religiosi deficientes similes Pharisæis.

Quod si apud nouum Testamentum libeat Pharisaicos aspectare mores, Multi ordines Religiosi absolutio bonā, ac salutarem professi sunt regulā, qui posteà in multis à regula deflexerunt, non sui vitio instituti, aut vocationis, sed humanæ fragilitatis negligentia.

340. Hæretici similes Pharisæis, ac Sadducæis.

At si doctrinā Pharisæorū & Sadducæorū contēplemur, eis similes esse dixerim Lutheranos ac Caluinianos, Nā si Pharisæi & Sadducæi nouā doctrinam introduxēre discrepantē à doctrina Synagogæ: Hi quidē negando Resurrectionē, spiritū, & Angelum: illi verò asserendo, omnia fato euenire, & animas bonorū de corporibus in corpora transmigrare, Idē faciūt Lutherani; & Caluinistæ: introducunt nouam doctrinā à doctrina Ecclesiæ discrepantē: Hi scilicet asserendo Deum esse peccati authorem, & prædestinare

stinare homines ad æternã dãnationẽ. Illi verò docendo, Corpus Christi esse vbiq; in Eucharistia, manere panis substãtiã cũ substãtia corporis Christi, inficies in Baptismo propriã fidẽ actualem habere. Pharisæi & Sadducæi inter se erãt hostes infẽsissimi; sed in oppugnãdo Christo miræ inter se conspirabant: Sic Lutherani ac Caluinistæ, dum inter se agunt, multis conuitiis se mutuo proscindunt, ac lacerãt; at in oppugnãda Christi Ecclesia, malitiose inter se consentiũt. Sadducæi nullã admittebant traditionẽ à Mose vel Prophetis, vel Doctoribus acceptam: Similiter Lutherani ac Caluinistæ reijciunt traditiones diuinas & Apostolicas, cõtra illud Apostoli 2. Thes. 2. 14. *Tenete traditiones, quas didicistis* suo arbitrio scripturã interpretantur, reijcientes interpretationẽ, quã per traditionẽ ab Apostolis & aliis Ecclesiæ Doctoribus accepimus. Sadducæi nihil volebãt credere, nisi quod sẽsu, aut manifesta ratione comprehenderent. Caluinistæ non credunt Christum præsentem esse in Eucharistia. Quare? Quia aiũt, se nõ posse ratione naturali cõprehẽdere, quomodo idẽ corpus eodẽ tẽpore possit simul duobus in locis existere. Cũ ergo cõstet, Christũ esse in cælo putant euidenter sequi nõ esse in Eucharistia.

341. Mores non absimiles.

Porro si mores spectemus non solũ Lutheranos, & Caluinistas, sed etiã aliquos Christianos Catholicos posse similes esse Pharisæis, & eorum vitia imitari profiteor. Nam vt ait Poëta *Iliacos intra muros peccatur, & extra.* Sed tamẽ duo Pharisæorũ vitia præ cæteris expendo. Vnũ est, quod fuerint superbi, arrogantes, ambitiosi, amãtes honorum, ac titulorũ: sic faciũt hæretici, superbi, arrogantes sunt. quia antiquos Patres contemnunt, & suam sententiam, ac iudicium ipsis præferũt. Volũt Euangelici, Orthodoxi vocitari. Alterum est, quod ad opinionem sanctitatis aucupandam soliti sunt legem Dei in mẽbranis scribere, & affigere fronti, brachiis ac parietibus Sic etiã Ecclesiæ hostes, nihil aliud in ore habent quam *Verbum Dei*, vbique in Templis, in hospitiis, in parietibus hanc affigunt sententiam: *Verbum Domini manet in æternum.*

CAPVT VII.

De Regibus Hebrais Ecclesiæ nostræ Reges, ac principes probos, improbosque prænunciantibus.

342. Reges probi, ac improbi Hebræorum nostros Reges præsignarunt.

REges Iuda & Israël probi ac improbi probos, improbosque Ecclesiæ nostræ Reges, ac Principes præsignarunt. O quot Catholici Reges ac Principes ex sanctissimis illis Regibus pietatem colere didicerunt! Dauid, Asa, Iosephath Ioathan, Ezechias, Iosias, quod *rectum erat in conspectu Domini*, fecerunt. Quot Reges Catholici, ac Christianissimi horum extitere æmulatores, cum Deo coniuncti, iustitiæ amantes titulos angustissimos implentes. Vocantur enim Dij Exo. 22. 8. *Christi, seu vncti Domini*, 1. Reg. 24. 11. *Vicarij Dei*, 2. Par. 6. 15. *Lucerna populorũ*, 2. Reg. 21. 17. *Nutritis Ecclesiæ*; Isa. 49. 23. An non hi tituli vt veri sint, magnam requirunt sanctitatem?

343. Zelus nostrorum Regum circa Catholicam fidem.

Nõ solùm probos Ecclesia nutrit Reges, ac Principes, sed etiam zelosos admodum circa Catholicam fidem, ac Religionem, qui non patiuntur in Regnis, suis fidẽ vel leuissimè vulnerari. Nẽ sint similes illis de quibus dictum: *Fecit bonum in conspectu Domini: Verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.*

344. Bonis vtantur Consiliarijs.

Bonis vtuntur Consiliarijs, non iuuenibos, non imperitis, inexpertis, sicut Roboam, non idololatris, aut hæreticis, sicut Ochozias, non perfidis, & infidelibus, qualis fuit Achitophel. sed eos sibi comparant, qui sincerè Catholici sint, qui periti, prudentes, experti, cordati, qui immunes ab auaritia, & adulatione: qui liberi à passionibus, & inordinatis affectibus, qui patriæ, iustitiæ, & pacis amantes; qui Religionis, & Ecclesiæ patroni. Denique quibus vnicus scopus est, vbique Dei honorem, & bonum publicũ, speciatim inopum cõmoda promouere.

345. Proborum illorum Regum imitatores Carolus Imperator, & Philippus triplex.

Legisti, Dauidem in rebus magni ponderis semper Deũ consuluisse: Asa matrem suã quæ erat Princeps in Priapi sacris, ab officio amouisse eligentem potius illam offendere, quam Deum: Iosaphath misisse leuitas, & sacerdotes, vt in omnib. Ciuitatibus populum Dei legem edocerent: Ioam curauisse, Templũ Dei instaurari: Amasiam, collecto duplici exercitu altero ex populo Iuda, altero ex popolo Israel contra Idumæos, monitum à Propheta, vt posteriorem tanquam hæreticum dimitteret, mox obtemperauisse, & obtinuisse victoriã, quam nõ obtinuisset, si vtroque exercitu decertasset. Oziam in omnem euentum maturè suo Regno prospexisse, firmis munitionibus, & omni belli apparatu id roborantem: Ezechiã cultum Dei reformauisse, & in quauis occurrente necessite ad Deum confugisse protectorem: Iosiam populum adiurasse, vt inito cũ Deo fœdere, promitteret, se seruaturũ legẽ à Deo datam? Vide, quæso, (ne à proprijs liminibus progrediare) Catholicum Carolum V. Imperatorem potentissimum, Philippum II. Philippum III. Philippum IV. & fallar, nisi te vidisse in singulis. Dauidẽ, Asam, Iosaphath Amasiã. Ioam, Oziã, Ezechiam, Iosiamque profitéare.

346. Multi Christiani Reges Hebraicorũ errores expressere.

Non tamen abnegarim multos Christianorum Reges, ac Principes Regum illorum errores expressisse, vel Saulis inobedientiam, vel Dauidis adulteriũ, vel Salomonis deprauationem, vel Roboami ob iniquos Consiliarios deuiationẽ, vel Asa laborantis podagra magis in Medicorum arte, quam in Dei ope confidentiam, vel Ochoziæ perfidiam, vel Oziæ temeratium ausum, vel Sedeciæ fidei datæ Nabuchodonosori violationem fuisse imitatos, nõ quidem impunè Nam si annales euoluas, nullum non horribiles pœnas suæ iniquitatis dedisse comperies. Hæc præloquutus Litterales, Moraque perbreues quidem Commentarios (ô si propitio Numine!) texere incipio.

ANTONII

ANTONII
DE ESCOBAR ET MENDOZA,
E SOCIET. IESV
In Vetus, ac Nouum Teſtamentum literales, moraléſque Commentarij.

LIBER PRIMVS.

Commentarij Literales, & Morales ad Geneſim.

PROLVSIO.

Geneſis Græca vox generationem creaturarum omnium ſignificans: quarum quidem Deipara extitit *Primogenita ante omnem creaturam.* Eccli. 24. Ideo Maria expreſſa fuit in Cœli natali *In principio creauit Deus Cælum, & terram.* Cœlum primogenitum creaturarum omnium: Richardus Laurent. lib. 7. de laud. Virg. *Maria Cælum eſt, quia primarium opus Dei. Vnde Geneſ. 1. In principio creauit Deus Cælum. Et ipſa primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione. Ideo Maria dicit Eccli. 24. Primogenita ante omnem creaturam.* Quanta creaturarum gloria Mariæ præeuntis ſequi ducatum.

CAPVT PRIMVM.

Cælum, terra, lux, mare; arida cum graminibus, ac plantis, Sol, Luna, Stellæ, piſces, volucres, iumenta, reptilia, homóque creantur.

1. IN principio creauit Deus cælum, & terram. 2. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. 3. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. 4. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. 5. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque eſt veſpere & manè, dies vnus. 6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. 7. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firma

firmamentum. Et factum eſt ita. 8. Vocauítque Deus firmamentum, Cælum & factum eſt veſpere & manè, dies ſecundus. 9. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita. 10. Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationéſque aquarum appellauit, Maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 11. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum; cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. 12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 13. Et factum eſt veſpere & manè, dies tertius. 14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos: 15. vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. 16. Fecítque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. 17. Et poſuit eas in firmamento cæli: vt lucerent ſuper terram, 18. & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. 19. Et factum eſt veſpere, & manè, dies quartus. 20. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. 21. Creauítque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 22. Benedixítque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicentur ſuper terram. 23. Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus. 24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factúmque eſt ita. 25. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. 26. & ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omníque reptili quod mouetur in terra. 27. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. 28 Benedixítque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. 29. Dixítque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam: 30. & cunctis animantibus terræ, omníque volucri cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. 31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Et factum eſt veſpere & mane, dies ſextus.

COMMENTARII.

1. Prima dies.

VERS. 1. IN PRINCIPIO, &c.] Deus initio temporis, ſeu primùm omnium è nihilo eduxit cælum Empyreū, & terræ globum, cui aquarum moles infuſa ſeſe vſque ad cælum Empyreum eleuans, oſtentatur. Simul metallorum generantur venæ, gehennæ concauæ expanduntur ſcrobes. * Vt qui auri, argentíve auaritia tenerentur homines, ſcirent, argenti, aurique fodinas tartari eſſe germanas.] Porrò Hebr. loco particulæ *Deus* eſt אלהים *Elohim*, id eſt, *Dij*, ſeu *Iudices*. * Dij quidem vt Trinitatis myſterio fidei fundamine natura niteretur. *Dij* pluralitatem Perſonarum, *Creauit* autem eſſentiæ prædicat vnitatem.] * *Iudices* verò, vt quando homo cunctis erat donandus, poſt beneficia iudicium inſtare moneretur: imò à iudicio ipſo munera prodire videremus.]

Auaritia germana gehennæ.

Naturæ fide Trinitatis myſterij aitur.

Dei munera ac beneficia à iudicio prodeunt; vt innuatur, poſt beneficia inſtare iudicium.

2. TERRA AVTEM, &c.] Terra autem erat *inuiſibilis & incompoſita*: (LXX. ſic) *deſerta, & vacua*, (vti Chald.) vt iam à cunabulis contemptibilis appareret. Vacua quidem erat hominibus, animantibus, plantis. * Hæc ſoci in mutem terram natura fœdam, incompoſitámque nobis reddent, exitiabiliter quidem amabilem.] At caligo, obſcuritas ſuper molem terræ aquæque aderat. Spiritus autem ſanctus ſuper aquas deferebatur non locali motu, ſed voluntate, ac potentia diuina, qui incubans ipſis, inſtar auis. Fouendo, vitali infuſo calore prolificam vim aquis largiretur. * Nec enim poteſt ſine Numine vlla adſtiui fœcunditas, cuncta ſine Deo ſterilitate laborabunt.] *Quod ſi aëi ſit ille Domini Spiritus, (vt volunt alij) quam inanes aquæ, ætheriſque animantes, atque diuitiæ, quæ aëre parente prodierunt!]

Terra natura fœdæ fucos ſunt creaturæ.

Sine Deo nulla fœcunditas.

Inanes diuitiæ hominū, ſiquidè aëre parente prodiere.

3. DIXITQVE DEVS, &c.] Fiat, ait Deus, corpus lucidum, quod iſtis fulgeat in tenebris,

Sol

Perfectio omnis suis habet cunabula.

sol scilicet informis, & imperfectus. *Nec enim augustiora (ex sãctitate, aut sapientia) lumina repẽtè perfectione donantur. Quæq; perfectio suis est cunabulis addicenda. Certè lux incorporea Angeli scilicet simul cũ luce vocantur ad lucẽ. * vt monerentur cœcis illuminandis hominib. præparari.]

Angeli humanum lux.

4. Et vidit, &c.] Deus lucẽ, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris. Hebr. ex voce טוב *Tob*, *pulchra, bona, vtilis.** Nihil enim bonũ reputandũ, è quo non emergat vtilitas.] Vidit Deus lucẽ vtilẽ, ac pulchram esse, & ideo à tenebris diuisit, nè bonitas e tenebricosa qualitate deprauaretur.] *Ideo iusti ab improbis separandi.] Diuisit certè Deus lucẽ à tenebris, vt dũ fruimur nos luce, antipodæ nocte premantur, & à nobis lumine recedente, illi potiantur fulgore, nos tenebrarũ patiamur iniuriã. *Cõmodi incõmodique vicissitudo nos reddit æquales, lux fælicitatis adnenturæ aduersitatis tenebræ sit documẽtum: tenebræ autẽ aduersitatis redituræ fœlicitatis præsagium exponat; ne aut fœlicitate tumeant homines, aut aduersitate deiiciãtur.

Nihil reputa bonum, si vtile non sit. Justi ab improbis separandi.

Fœlicitas aduersitatis est documentũ, aduersitas signet fœlicitatem.

5. Appellavitqve, &c] Sanciuit Deus, vt luci, ac tenebris hęc agnata nomina cõuenirẽt. Porrò lux illa, seu imperfectus sol iam inde noctem, ac diẽ distinguens, ferebatur *. Dedeceret enim lucem alijs expositam vel exigui temporis otio dissolui. Minister Euangelij nunquam nõ peccatoribus illuminandis impendat studiũ.] Porro ex mane ac vespere fit dies vnus sic primus. Lux enim illa circa meridiem producta, sua illinc perfectione vesperam fecit, noctem, & sequens mane efformat.

Dedecet lucẽ Euangelij ministri, otio vllo dissolui.

2. *Dies Secunda.*

6. Dixit, &c.] Dixit quoq; Deus, Fiat firmamentum, Hebr. רקיע *Raquiah, expansio, extẽsio*, Fiat extensio, quæ corpus fluidum valeat solidare, cõplectens vtiq; omnes orbes cœlestes aëremq; vicinum à cœlo in terram expansum: qui cum cœlo, & terra, alijsq, elementis simul creatus est. Huiusmodi expansio in medio aquarum seu in aquis ipsis adest, & diuidet aquas naturales, quę sub Empyreo cœlo adsunt, ab aquis inferioribus. * Salutaris plane diuisio. Nec enim oportet, vt cœlo hærentes naturæ seculari consuetudine inficiantur.]

Religiosi à secularibus abstrahãtur.

7. Et, &c] Efformauit Deus firmamentum cœlestes, inquã, orbes, aëremq; in media illa vasta abysso, & mole aquarũ, quibus totũ spatiũ à terra vsq; ad cœlum Empyreum opplebat. * Vndarum obruentis altitudine? laborum tẽpestate demergeris? Potens Deus in abysso facere firmamentum.] Facta quidem aquarũ superiorum ab inferiorib. diuisio. Quænã autem illæ super firmamẽtũ aquæ, incertũ. An cœlum Chrystallinũ? Nõ inficior. At tamen sic locutus aptius rẽ exposuerim: Diuisit Deus aquas, quæ aderãt sub firmamẽto, ab aquis, quæ super firmamentũ aëris fluctuabant, quo quidem aere suspenduntur vapores eiusdem cum aqua naturæ. Inibi igitur nubes imbre grauidæ sustentantur.

In laboribus Diuorum constantia.

8. Vocavitqve, &c] Vocauitque Deus firmamentũ, cælum. Quia ergo huius firmamenti, scilicet cælestium orbiũ, & aëris maior, ac melior pars sunt cæli; cælum appellatur. * O quam ineptè augusto nomine ille insignitur, cuius morũ præcipua pars genus sapit abiectũ.] Dies ergo secundus apparet perfectus.

Nomini augusto opera conueniant.

9. Dixit vero Deus:] Ablegato humore qui sub cœlo, & in vnum locum congregato, terra ad aptam ariditatẽ deducatur. Id quod præstitum.

3. *Dies Tertia.*

10. Et, &c.]. Sanciuit Deus vt arida illa vocaretur Terra à cũctis scilicet apta reri animantib. sanciuit simul, vt cõceptacula aquarũ Maria ab Adamo, rei cõuenienti nomine appellarentur. Si Adamus nomẽ & terræ, & mari imposuit, cur Deo id munus adscribitur? * Quia Deus iubet Adamo, id Deũ fecisse asseritur. Quidquid id rectũ, aut iniquum gerẽdũ pręcipis, id tibi tribuendũ esse nõ dubites] Deus igitur totum id aptè extructum aspexit.

Quod à te gerendum precipitur, tibi tribuendum.

11. Et ait, &c.] Terra materiam germinationi impendẽte, omniũ germinum, ac plantarum producatur vbertas. Sit autem herba omnis virens, ex succo vt impressa colori. * Nec multi ducenda extranea sanctitatis, sapientiæ, aut nobilitatis pulchritudo, quæ à cordis virtute procedẽs nõ exponitur. Semẽ agit omne gramen ad cõseruationem, & propagationẽ. *Inanis sapientię arbor, si fœcunditatis, ex proximorũ vtilitate, gloria careat.] Fructiferum lignum exsurgat fructum edẽs suo generi agnatum: cuius semen quod sibi simile giguẽdi vim habeat, in semetipso, siue in radice in fructu, in ramis adsit, super terram exponendum in germen. * Inutilis spiritualis vir, cuius vis pluribus procreandis spiritualibus natis non exercitur. Dei iussui respondit effectus.

Ne crede colori, seu apparentiæ sine succo sanctitatis.

Sapientia tua sine proximi vtilitate sterilis.

12. Et, &c.] Et terra ad conditoris imperium virentia gramina quæ iuxta speciem suam exponeret semina, germinauit, lignaq; fructibus onusta sementem habentia ad germina procreanda. Et Deus cuncta hæc apte vidit edita ad lucem.

13. Et, &c.] Vix Deus iusserat, & terra cunctas plantarum species adultas quidem fructu onustas exposuit. * Vt humanæ taxarent arboris tarditatem, quæ nunquam, aut serò pœnitudinis fructum ostendit.] Deus itaque terræ germinationem approbauit, & dies tertius est constitutus.

Quam serò peccator pœnitentiæ fructus profert.

4. *Dies Quarta.*

14. Fiant & 15 Vt, &c.] Artificialis (Deus ait) tueiler dies: sol diem, noctem Luna addicat. Certè sol vnice causa est vtriusq; dũ adest, diei: noctis autem, dum recedit. At Lunæ videtur adducendę noctis cõmissa potestas. * Vt innuatur, virũ penes quẽ tota familiæ gubernatio, minime dedecere, si indicet, fragilitati fœmineę partem adicere potestatis; ne contra cõiugalis decentiã vnionis, & identitatis, simulam esse vxorem, nũquã dominã, innuatur.] Luminaria hæc (addit) sint prognostica pluuiæ ac serenitatis, serendi, plantandi, metendi, mulgandi, indicent opportunitatem: mensium, & annorum, qui solis cursu efformantur, innuant cõstitutionem: dum in cęli emicãt firmamento, & terrã suo fulgore cõplent. Ita præstitum. O quam incunctanter cœlestia luminaria Dei exequuntur voluntatem. *Certè quod lucidius, ac nobilius est, ad obedientiam promptius assolet ostentari.]

Commendatur vir, qui innuit penes vxorem esse gubernationis aliquam potestatem; ne famula, haberi à marito videatur.

16. Fecitqve, &c.] Produxit Deus solem, & lunam, quę minor cunctis est Astris, excepto Mercurio: at luminare magnum appellatur, quia nobis vicinior maius apparet, & erga nos maiori, quam sydera virtute pollet. *Minimũ reputo Principẽ sine efficacitate. Ille mihi maximus (vel inops cum sit) ostenditur, qui vtilior proximis aspectatur.] Sol itaque Præses diei eligitur lucis principatu.* Qui quidẽ digniori cõmittendus.] & lunam sol vt pręsideret nocti, vicariã instituit. Certè omnia sydera simul succenduntur. Cur autem stellis luna maioribus nõ cõmittitur præsulatus? * Quia non semper cũ maiori (nobilitatis, aut sapiẽtiæ, aut sanctitatis) fulgore maior prudentia, & aptitudo ad subditorũ cõmoda colligatur.] Et vt superior naturã nouerit, inferiori obsequium impendere.]

Qui nobilior est, promptior ad obedientiam ostenditur.

Magnus est non sublimior, sed vtilior proximo.

Præsulatus digniori.

Non semper nobilior sapientior, aut sanctior aptior est præsulatui.

Discat natura superior inferiori obedire.

17. Et 18. Et 19 Et, &c. Luminaria ergo cuncta in firmamento cœli, non aëris, collocantur, vt luceant. Certè quæ ad lucendum solummodo stellæ eliguntur actionum fulgore: oportet, à seculari climate separari. At quæ ad vtilitatem aliorum luna deputantur, sine læsionis suspicione, terræ hæret propinqua hominibus illustrandis. * Religiosi qui ad lucendum solummodo virtutum

Religiosi electi ad lucendum viæ exemplo, ad cæli, aut cellæ fugiát ad recessum: alij minimè. Euangelij ministri illuminent semper peccatores.

radiis eliguntur, cęli, aut cellæ fugitent ad recessum; qui, autē proximorū acquisitioni deputātur, securi peccatorū societatē incūr.] Fulgurant luminaria super terrā, diē, ac noctē regunt ex Dei cōstitutione.* Nil cōditori gratius, quā totum cælestiū luminarium, seu virorū illustriū lumen tenebris peccatorum ablegandis impendi.] Approbat Deus luminarium natalitium, & dies quartus perfectus apponitur.

5.

20. DIXIT ETIAM, &c.] Dixit etiam Deus: Producantur ex aquis (ait) pisces carentes pedibus, & ventre aquis incubantes, āc velut repētes Aues etiam sint aquarum filię.* Quod auolat, & quod repit cōmune dicitur habere principium. Quid superbis ob pēnas, dū fratres, ac propinquos cū vulgaribus repere aspectas. Annū tota pennatum ex auri pallore pulchritudo?]

... 4. ... eptè super. ... bis ob pēnas qui cum repentibus vulgaribus exortus est.

21. CREAVITQVE, &c.] Creauit itaque Deus cūcta molis ingētis animalia aquatica, & quodlibet animās æquoreū aut aquaticū, quod vi se mouēdi donatur. Omnia secūdū seu iuxta suas exponuntur species: & conditore digna apparent.]

22. BENEDICITQVE, &c. 23. ET, &c.] Benedicit eis dum dat piscibus, ac volucribus potestatem sibi simile generandi. Et fatur, crescite non mole, sed numero, vndas replete. Certe piscium ingens varia est multitudo. Aues quoque aeris incolæ moltiplicationem gerant super terram, in qua nidos ædificent, prolem educant, somnum capiant, cibos exquirāt.* Illa sit tibi patria, quæ vtili nutritis beneficio: nō quæ inani volatu distraheris.] Porrò hæc opera diem quintum videre perfectum.]

Illa sit tua patria, quæ nutrit, non quæ laudat inaniter.

6.

Dies sexta

24. DIXIT, &c.] Animantia (addidit Deus) è terra producātur speciebus quidē varia, animalia domestica ad hominum subsidium, quęque gressu nō vtuntur, sed repūt, aut saltant, & omnia animantia reliqua, speciatim quę feritate superbiunt. Dei verbū datur executioni.

Non excusatur impius ob impium parentem, à quo etiam pij oriuntur filij.

25. ET FECIT, &c.] Ex matre terra & efferata & mansueta animantia oriūtur.* Haud excusaris, iracunde.* E terra cum feris exsurgo, cū vides è terra eadem mansueta animalia coalescere. Impius sū, quid mirum, si è parente nō pio? Porrò è tribulis * & spinæ oriuntur & flores.] Cunctam igitur terræ progeniem Dominus approbauit.

26. ET AIT, &c.] Deus Pater Filium, & Spiritum Sanctū eiusdem secū naturæ, potentiæ, & operationis alloquitur. * Vt homo conditricis Trinitatis disceret à cuna mysteriū.] Humanam (ait Trinitas) excitemus, extruamus speciem ad imaginē, & similitudinem nostrā non ratione corporis, sed intellectus, ac voluntatis. Certè homo imaginē

Trinitatis homo à cunabulis sapiat mysterium.

Dei exprimit naturalē, dū animal intellectu, ac libero arbitrio pollēs exponitur: & supernaturalē, dum gratia, ac iustificatione decoratur.* A gratia excidis? Dei super naturalē imaginē in te obliteratā esse nō dubites.] Homo ergo Princeps omniū creaturarū constituitur Fiat ad Dei imaginem, vt Dei vicarius omnibus creaturis possit imperitare. Hebr. *Vt præsint.** Ne superbiat vir, putans agnatam sibi soli potestatem, etiam fœmina præsideret. O piaculu quod fœminis abstulit imperium!]

Ob peccatū Ichaic obliteratur in nobis Dei imago præcipua. Fœminæ vt viro, agna... Piaculatus.

27. ET CREAVIT, &c.] Deus hominem ad imaginē, & similitudinē suam: ad imaginē Dei creauit illū masculū, & fœmina creauit eos.* Inculcat hominē Dei imagine extitisse, vt velut multiplicatis copiis non facile ex hominū memoria prototypus elaberetur. Successiuè quidē vir, & fœmina educuntur, sed simul creari recensentur, vt cōiuges agnoscant, nulla prioritate distingui.* An vir est fœmina? an fœmina est vir? Minimè. Quomodo igitur eos, *masculum & fœmina creauit*. Vt coniuges agnoscant, veluti vnica essentia constare.]

Haud obliuiscaris, te Dei imaginem extitisse.

Coniuges veluti vnica constituuntur essentia.

28. BENEDIXITQVE, &c.] Benedices illis Deus ait: Generandi postatem accipite, nō pręceptum.* Vt iā a principio voluntariæ virginitatis gloria turilateret.] Terra, pulsis feris animātibus habitationi vestrę reddatur idonea.* Nec enim humana domus extruitur agnata paci, nisi feritas addicatur exilio.] Imperio vestro pelagi filij, ætheris, ac terræ nati impendant obsequium.

A cunabulis mundi rutilat virginitatis gloria.

Nulla pax in domo iracunda.

29. DIXITQVE, &c. 30. ET, &c.] Ecce dedi (Deus addit) seu do.* Deus enim tam velox ad donandū, vt pręsens actio præsenti sit tēpori attribuenda.] Herbas, olera, fruges terræ arborum fructus erunt vobis ad escam, plantis cunctis parturientibus sępe, ne vobis deficiat alimonia.* Abstinuere homines volūtarie à carnibus vsq; ad diluuium, herbis fructibusque contenti, rati quidem noxias sibi futuras escas, quæ eis sine expressa Dei præscriptione exponebatur.] * An non ieiunij symbolo innocētia adstruitur asseruāda? Cibos eūdē cūctis animātibus, ac volatilibus præparo.* Ne subditus conqueratur delicatiorem præsuli cibū conditi.] Cibus datur omnibus, in quibus est anima viuēs, seu aliquo sēsu sūt prædita, vel vilissimo inhærēti saxis animalculo. * Homo cunctis Præpositus accepit à Deo cibaria sibi, vt animalibus cunctis, quasi pręsul conctis subditis prouidere teneatur.] Dictum factum.

Deus velocissimus ad donandum.

Nihil creatum sine Dei expressa venia non suspectum. Innocētia ieiunio asseruatur. Præsul subditorem cibis vtatur, non delicatioribus.

Præsul debet cunctis subditis egentibus prouidere.

31. VIDITQVE, &c.] Cuncta creata Deus aspiciens optima esse comperit. Hebræi carent superlatiuo, cuius vices gerit particula *Valdè*. Perfecta igitur operum sexta dies.

CAPVT SECVNDVM.

Septimum diem Deus, requie indicta, sanctificat, hominem in paradisum transfert, Eue coniugio colligat sua è costá producta.

1. IGitur perfecti sunt cęli & terra, & omnis ornatus eorū. 2. Cōpleuitq; Deus die septimo opus suū quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. 3. Et benedixit diei septimo, & sāctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret. 4. Istæ sunt generationes cæli & terræ quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram. 5. & omne virgultum agri antequā oriretur in terra, omnēmq; herbā regionis priusquā germinaret: nō enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram: 6. Sed fons ascēdebat è terra, irrigans vniuersā superficiē terrę. 7. Formauit igitur Dominus Deus hominē de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculū vitæ, & factus est homo in animā viuentem. 8. Plantauerat autē Dn̄s Deus Paradisū voluptatis à principio: in quo posuit hominē quē formauerat. 9 Produxitq; Dn̄s Deus de humo omne lignū pulcrū visu, & ad vescēdum suaue: lignū etiam vitæ in medio paradisi, lignūque sciētiæ boni & mali. 10. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādū paradisū qui inde diuiditur in quatuor capita. 11. Nomē vni Phisō: ipse est qui circuit omnē terrā Heuilath, vbi nascitur aurū

12. Et aurum terræ illius optimũ est: ibi inuenitur bdellium,& lapis onychinus. 13. Et nomen fluuij secundi Gehõ: ipse est qui circumit omnem terrã Æthiopię. 14. Nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipse vadit cõtra Assyrios. Fluuius autẽ quartus, ipse est Euphrates. 15. Tulit ergo Dominus Deus hominẽ,& posuit eũ in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illũ. 16. Pręcepitq; ei dicẽs: Ex omni ligno paradisi comede: 17. de ligno autẽ scientię boni & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque Dominus Deus: Nõ est bonum esse hominem solũ: faciamus ei adiutorium simile sibi. 19. Formatis igitur Dominus Deus, de humo cũctis animantibus terræ,& vniuersis volatibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animę viuentis, ipsum est nomẽ eius. 20. Appellauitq; Adã nominibus suis cũcta animantia,& vniuersa volatilia cæli,& omnes bestias terrę: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. 21. Immisit ergo Dominus Deus soporẽ in Adã: cúmq; obdormisset, tulit vnã de costis eius,& repleuit carnẽ pro ea. 22. Et ædificauit Dominus Deus costam, quã tulerat de Adam, in mulierẽ:& adduxit eam ad Adam. 23. Dixitque Adam: Hoc nunc, os ex ossibus meis,& caro de carne mea, hæc vocabitur Virago, quoniã de viro sumpta est. 24. Qua mobrẽ relinquet homo patrem suum, & matrẽ,& adhærebit vxori suæ:& erunt duo in carne vna. 25. Etant autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.

COMMENTARII.

1. *De Sabbato.*

Omniũ creaturarum obedientia.

VERS. 1. ANgeli, Sydera, gramina, animantia, cœlum, ac terram mirificè exornantia exponútur. Hebr. צבא *[illegible] exercitus*. * Vt innuatur omnium creaturarum obedientia aptè expressa in exercitu] Sed dolor! & cœlestes quamplures milites,& terrenus Adam,& Eua illicò ex exercitu ob inobedientiam fuere exturbati.

Festi diei particula seruili operi nõ optanda.

2. COMPLEVITQVE &c.] Septima die exclusiuè quidẽ creationis opera sua Conditor cõpleuit. * Nec enim festi, ac sanctificandi diei particulam perficiẽdo operi dedicauit. Vt hominibus perfectè colendi diei festi exhiberet exẽplum.] Die Dominica opus creationis fuit inchoatum. Sabbato, autem Deus requieuit ab opere, operationis omissione, non defatigatione. Cessauit ergo à nouarum conditione rerũ.

Festus dies diuino cultui non dicatus, laudandus nõ est.

3. ET BENEDIXIT, &c.] Laudauit approbauit,& diuino cultui diem septimum Deus adscripsit. * Haud laudanda festa dies, quæ diuino cultui non dedicatur. * O quam inutiliter opus geritur, quod festi sanctificationẽ lædit] Quid ergo die septimo seu festo laboras, si nulla vtilitate percepta solummodo tibi laborem acquiris? Deus enim Sabbato nõ operatur: opera antẽ tua sine Deo (volũtario cooperatore) quasi non sunt opera.] Diem septimũ ideo sanctificauit, quia in ipso cessauit ab opere, quod creauit faciẽdo,& creando fecit atque perfecit.

Ex operibus seruilibus die festo solus labor acquiritur.

Quasi non sunt opera hæc, quia Deus non cooperatur.

4. ISTÆ, &c.] En cœli,& terræ ortus, ac creationes expositæ toto sex dierum spatio, quo Deus cœlum,& terram constituit.

5. ET OMNE, &c.] In die prima (Hebr.) mũdi, qua fecit Deus cœlum,& terram, omne virgultum agri nondum erat in terra, & omnis terra regionis nondum virorem germinabat, quia nec irrigata imbribus, nec ab homine culta.

2. *Mundi status.*

6. SED FONS, &c.] Sed fons (Vox Hebr. אד ed inundationem, seu abyssum illam primogeniam significat aquarum) de terra emergens prima illa die obiiciebatur omnem terræ irrigãs superficiem, vt ad germina postmodum producẽda, præpararetur. * Terrenũ quodque (cor scilicet) multa indiget irrigatione, vt virtutũ germina valeat exponere. Profluant ergò lacrymæ]

Vt cor virtutum edat germina lacrymis indiget.

7. FORMAVIT, &c. Formauit igitur (Hebr. יצר *itsar*, ad figulinam pertinet) plasmauit ve Deus corpus humanum e puluere, sicut figulus vas ex argilla conficit * Vt fragilitatis memor homo haud velit se duris tentamentorum ictibus exponere.] Et vt si fragilitate pereat, habeat, vnde figulo Domino inclamiret: Tanquam vas figoli plasmasti, argillę parce fragilitati] Porrò animam dantem vitam in faciem Deus illius corporis inspirauit, quæ quidem ab extrinseco fuit à Deo infusa, non educta è materia. * Vt cognoscat homo, nihil esse animæ cũ terra cõmune.] Porrò in faciem illud vitæ spiraculum datur, id est in totum hominem, præcipuã partẽ pro toto exprimendo. Hebr. *Spiraculum vitarum*. Quia rationalis anima eadem est sensitiua, & vegetatiua. Vnde Deus simul donauit hominẽ quasi triplici vita Angelorum, brutorum, plantarum. * Vt quando homini bruta, ac plantæ subiiciantur, non despiciat eo subditis illam, quam in se agnoscit vilitatem.] * Parcere discas fragili, eadem fragilitate nitens.] Homo ergo factus est in viuentem animam, id est viuere cœpit * O quot homines in corpus viuẽs, non in viuentẽ animam facti esse videntur] A Deo in viuentem factus animam, cur voluptatum amans te in corpus viuens, seu mortuum, factum esse confirmas?

Fragilis, fuge ne cõfringaris.

Parcet Deus facile homini ex latofragi facto.

Nihil animæ cum terra commune.

Nõ despiciat Præsul in subditis, quã in se agnoscit vilitatem, fragilis parce fragili.

Multi homines viuentur in corpus mortuum nõ in viuentem animã facti.

8 PLANTAVERAT, &c.] Plantauerat autem Deus hortum, seu viridarium omnis generis plantis cõsitum (è quo posset captari voluptas) die tertia mundi. Lxx. addidẽre. *Ad orientẽ* Respectu Iudeæ paradisus consitus scribenti Mosi ad orientem:& orientalis plaga ab hominibus incoli cœpta. Hoc in horto amœnissimo hominem collocauit amicum. * Nam dum in gratia fueris, tibi deliciæ Domini preparantur. Crimina homines à paradiso deturbarunt]

5. *Paradisi plantatio.*

Iustus aliquã non in paradiso degit.

9 PRODVXITQVE, &c.] Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchri visu, & ad vescendu suaue. * An omnia ligna pulchra visu, sũt suauia ad vescendum? Minime planè; plerũq. enim ad vescẽdũ amara est pulchritudo. Ne colori fidas; pulcha voluptatis folia. fructus quidem amari. Igitur non copulat pulchrum & suaue, sed distinguit] Paradisus omne lignũ germinat siue fructiferum gustui dulce, siuè

Voluptas pulchra visu, ad vescẽdum amara est.

infructiferum ad oculorum oblectationem donecum.

4. *Quatuor flumina.*

10. ET FLUVIUS,&c.] Aderat arbor vinifica,cuius illa erat naturalis facultas,vt ex eius fructibus comedenti vita diutissimè, ac fine morborum molestia protogaretur. Srta autem erat in medio paradisi ad maintem custodiam reliquis,muti instar, arboribus circumpositis.

Virtutes augustiores spiritualibus exercitamentis custodiendæ nec eualgandæ.

Charissima quippe quæque mediū concimus in agmen.* Edocet nos Dominus augustiora virtutum germina pulchris alijs spiritualibus exercitamentis custoditi:nec quod pretiosū est vulgaribus exponete aspectibus.] Aderat & lignū scientiæ boni,& mali,sic appellatum ex euentu,& quia per arborē illam Deus probauit qualis homo esset,bonus ne,an malus?sed præcipuè quia comedenti de fructu eius scientiā discernendi inter bonum,ac malum tribuebat. Cuius nam speciei arbor?Aliqui asserunt ficulficum, eo quod statim ab eius esu, Adam folia ficus consuerit,ad tegendam nuditatem.

Ab occasione peccati ineptè quæritur remedium criminis.

Non probarim.* Nec enim prudens à denundante arbore nuditatis quæsisset operculum. Non quæras ab occasione peccati criminis remedium. *] Nisi dixeris existere homini nuditatis remedium, vidit re,sic à vilī voluptate denudatum.

Dūe voluptate se nudatū aspiciis, indumentum recuperas.

Prodigo præparatur stola,postquā se viuendo luxuriosè,eam amisisse considerat.] Porrò fluuius profluebat de Eden (sic Hebr. pro *voluptatis loco*)quem ex nominis cōiectura crediderim esse Iordanem.In paradiso verè extitit fluuius quatuor amnium origo, licet hi nunc in longè dissitis regionibus diuersis cernātur locis scaturire. Vndenā id,precor,si è paradiso originem traxisse asseratur? Quia post multos,& lōgo annorū,terrarumq; tractus, se alicubi sub terram abdicere: & postea in locis emerserint,vbi nunc originem habere conspiciuntur.*Nullum ex vulgari tibi noto origine despicias;multi enim è paruo fōte alpiciūtur, & creduntur profluentes,qui è paradiso,seu ex nobilissimo origine trahunt stemmate.]

Multi creduntur è paruo fonte nati,qui è paradiso nobilitatis ducunt origines.

11. NOMEN VNI,&c.]Nomen vni Ganges crescens vtique,ac multiplicatus vigintiquinque amnibus. Circuit Heuilæ regionē, inter Assyriam&Palestinam,Sur oppositā.Sic appellatur ab Heuilā Iectan filio. Ibi quidē aurum abundè exoritur.

6

12. ET AVRVM,&c.]Et autū terræ illius optimū est ibi inuenitur bdellium, & lapis onychinus] Crediderc quidā Indiæ à Gange irrigatæ ob auri optimi natalitiū hic getì mentionē:sed ineptè.* Autum enim optimum non sola reperitur in India. Sæpè in despecta paupertatis regione nobilitatis aurum optimum reperitur. Imo plerumque nobilitas & diuitiæ assolent,e diuerso fonte prodire.] Porrò inibi bdellium reperitur pretiosus lapis, quē LXX. carbunculum appellant,alij vnionem: & lapis onychinus,siuè Smaragdus,siue Sardonix,siue lapis sit prasinus,hoc scio ex voce Hebræa שהם *Scoam* mixtum candori tuborem habere.

Sæpè paupertatis nobilitate mitetur sæpe diues ignobilis.

13. ET NOMEN,&c.]Secundi fluuij nomen est Geon, siue Nilus, Hebr. גחון *Goach*, sen *venter*,quia quasi ventre, & pectore incubans Ægypto,eā reddit fœcundam. Quomodò qui alium fœcundat venter dicitur,si potrus sibi ipsi fœcunditatē addicere videatur? Profectò dū Nilus Ægyptū fœcundans,ventris instar, sibi ipsi proficere videtur. * Quod das indigenti, quasi propriæ vtilitati digessisse compereris.]

Qui dat egeni, sibi arat,& necat.

Flumen hoc omnem diluit regionem Æthiopiæ occidentalis,ad distinctionem Madianitidis,quæ Chananææ vicina.

14. NOMEN VERO,&c.]Tertius fluuius Tygris vocitatur ob velocitatem,aut feræ, aut sagittæ,(sic Medi Tygrim appellant;orientalem autem Assyriæ diluit plagam. Denique quartū est flumen Euphrates A radice פרה *Para*, seu *fructificauit*, terras etenim irrigat, atque fœcundat.

15. TVLIT ERGO,&c.] Extrà paradisum in Damasceno campo factus Adamus à Deo in paradisū non longè à vicinis locis(promissionis scilicet terra)cōstitutum, fuit adductus:gratū, dum gratia fulgurabat,onus cōditori.Ideo autē mibi collocatur,vt homo in paradiso operaretur,& Deus sic hominē custodiret.*Honesta enim operatio assolet esse sāctitatis custodia.] Certè si nō ad victū cōparandum,ad honestam exercitationē traditur homini paradisus excolēdus,ac custodiēdus:ita vt nō fatigaretur, sed neq; otio dissolui posset. * Vel diuitibus non egentibus ad victū indicitur operationis exercitamentum,quo indigent ad virtutis conseruationē. Nil enim exitialius virtuti,quam otij desidia.] Custodiēdus itaq; cōmittitur homini paradisus à feris,quæ extrà paradisum aderant, & ab ipsis animalibus paradisi incolis.* Si latētis in gramine anguis custos homo vereretur insidias,melius fructus à serpente non fuisset ablatus.* Vel apud Religionis paradisū magna est necessaria cautela ad custodiam sanctitatis.]

Honesta operatio sanctitatis custodia.

Si non egeat ad victum operatione aliqua,indiges ad virtutis conseruationem.

Vel apud Religionis paradisum cautela necessaria ad virtutis custodiam.

16. PRÆCEPITQVE,&c. 17. DE LIGNO, &c.]Homini Deus:Copia tibi comedēdi ex cūctis arboribus si ab vnico sciētiæ boni,&mali ligno abstineas. An nō Euæ etiā præceptū est datū?Ipsa asserit,*Precepit nobis Deus*. Cur ergo nō dixit Deus.*Comedite,Ne comedatis*?Nū quia Eua post præceptū cōdita?Minimè;cōdita enim antè præceptu fuit,licet eius efformatio postea narretur.Certè ob enallagē singularē pro plurali posuit.*Nisi dixeris,maritū & vxorem iam voicā velut essentiā cōstituere, vt cōiugij vnitas innuatur.]Aut certè viro,familiæ capiti, ac Præsuli soli præceptum à subditis obseruandū indicitur:vt sciat, se quasi pro omnibus obligari.Edifcat paterfamilias curare,vt ab vxore,à filiis, à famulis lex custodiatur, ac si ipse sit pro cunctis rationē redditurus.]In statu innocentiæ,naturæ lege mortalis ex carne, nunquā etiā,si immunis à piaculo,moriturus, ad superos vtiq; suo tempore transferendus,quia fructu ligni vitalis aut semel,aut sæpius degustato,vitā poteris propagare. At si legis huiusce violator,ex arbore interdicto comederis,morte spirituali ob peccatū contractā, & temporaria morte punieris.* Cuncta namq; corporalia,seu temporalia incommoda,morbi, mors, laborea ab infecto peccati fonte emanant.

5. Præceptum homini impositum.

Non duplex coniugū sed vna essentia quodammodo.

Soli viro familiæ capiti videtur lex indici, quasi ipse sit pro cuncta familia redditurus rationem.

Cuncta à peccato incommoda.

18. DIXIT,&c.] Dixerat Deus die sexta:Congruū,aut conueniens non est, reliquis, animantibus sociatis,hominem, sociale quidē animal,solitudine,ac sterilitate laborare.* Certè plerūq; infœcundus ostenditur,qui à sociis degit singularis, si ad socialem est Religionis vitam adductus.]Ergo faciamus homini adiutricem fœminam ad procreationem,& reliquas vitæ necessitates. At adiutorium hoc sit *simile sibi*. LXX. *Secundum eum*. Sit fœmina viro similis in natura, statura, loquela, & in ipsa adiutorij ob infirmitatem necessitate.

Eua formatur.

Singularitas infœcunda in communitate.

Qui eget compatitur egenti.

te.* Ille enim compassione magis afficitur, qui se agnoscit eadem pressum egestate.]

19. FORMATIS IGITVR &c.] Formatis igitur de humo animantibus terrestribus, ac de aqua volatilibus adduxit, insito illis quodā motu vt spontè accederent ea ad hominem, vt decerneret, quonā illa nomine insigniret. Nomina enim, quę adinuenit Adā animātibus ac volatilibus, fuére cuiusque naturę vinētis, apposita.* Ridiculum planè illustri nomine nobilitari eum qui vulgaribus moribus vilis obiicitur.]

Conueniant nomina moribus.

20. APPELLAVITQVE, &c.] Insigniuit Adam nominibus, agnatis cuncta animātia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ. Terrestria, ac volatilia nominantur. Pisces pręcipuos, & vsui plus familiares nomine insigniuit vulgo innumerabili relicto; imò (ex aliorū mente) nulli aquatili nomen imposuit.* Haud vel nomine dignū animans, quod sine lege diuagatur.] Porro adductis animantibus cunctis à terra, ex ęthere ad Adamum, melius agnoscebat, sibi deesse sociam.* Vult Deus, vt antequā conferat beneficium, tius indigentiam agnoscas, & donari munere deprecetis. Gratius enim nota paupertas oppletur abundantia: & enixè petis, cum te egere cognoscis.]

Exlex nominari indignus.

Vult Deus defectum agnosci prius, quam beneficium conferat.

21. IMMISIT ERGO, &c.] Somnus profundus, seu ecstasis (sic LXX) seu spiritus eleuatio Adamo à Deo immittitur. Certè & somno sēsus obruitur, & mens Adami ecstasi contemplationis eleuatur, ne ablatione costæ dolore afficeretur.* Ad id autem quid conferret mentis excessus? Certè meditationis vioullius laboris vulnera sauciant.] Quid si tunc in ecstasim raptus est vt prophetico spiritu cognosceret, matrimonio suo cum Eua mysticā Christi cum Ecclesia figurari desponsationem? E dormiēte ergo adimitur costa non supernumera, aut superflua, sed vna de requisitis ad indiuidui integritatem. Qui autem costam cum carne abstulerat, carnem cum costa reponit. Alij existimant, pro osse vitiliDeū carnē vacuo loco adaptasse.* Quam appositè: vt viro dominaturo subditæ fœminę fragilitas humeris apponatur & ex propriæ fragilitatis experimento, compatiatur infirmæ.

Meditatio nos efficit nullis laboribus sauciari.

Præsul compatitur subdito infirmitati ex propriæ fragilitatis experimento.

22. [ET ÆDIFICAVIT, &c.] E costa à viro abstracta mulier ædificatur. An mulier est domus? Cur eius constructio vocabulo ædificādi significetur?* Num vt innuatur, vxorem viri esse habitaculum?]* An vt ipsa cognoscat sibi agnatum circa domus gubernationem studium?] An vt sciat, non decere eā è domo egredi, quia id esset, à seipsa ablegari? Exitialiter domus à fundamine abstrahitur? exitialiter fœmina ablegatur à domo.] *Profectò ex ædificationis apparatu iam ab exordio muliebres machinæ circa ornatum, seu mundum muliebrem exponuntur.]

Vxor viri habitaculum gubernatrix domus.

Quasi à se ipsa exit mulier, quæ à domo recedit.

Muliebres machinæ circa ornatum.

23. DIXITQVE ADAM.] *Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea hæc vocabitur virago, quoniā de viro sumpta est.]* Deus ad virum fœminam adducit.* Forte enim agnata fugacitate mox formata recesserat.] Adamus autem profatur: Hæc simillima mihi, imò carnis, & ossis mei est portio. Virago vocabitur, vt quæ à viro habet substantiam, & nomen accipiat.

Agnata fœminarum fugacitas.

24. QVAMOBREM, &c.] Hæc lex cōiugij, Deo ferente, vt si res exigat coniux coniugis causa, patrem, & matrem deserere teneatur circà cohabitationem, ac vitæ consortium. Certè erunt vnus homo, vna erunt persona ciuilis. LXX. pro *Adhærebit vxori*, legunt, *Conglutinabitur*. Certe vox Hebręa דבק *dacar* arctissimam denotat adhæsionem.* Qua quidem coniugum exprimitur vnio.]

Arctissimā coniugum vnio.

25. ERANT AVTEM, &c.] Erāt autē vterque nudus Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.] Nudi homines nō erubescūt; quia in statu innocentiæ nulla libido, ideo nulla erubescētia.* Pudor prodidit ex piaculo; Qui sine pudore delinquit, haud debet cum hominibus computari.]

Qui sine pudore delinquit, homo non est.

CAPVT TERTIVM

Serpentis astu homines. Dei præcepta contemnunt è paradiso pelluntur æternum.

1. SED & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradisi? 2. Cui respondit mulier: De fructu lignorū, quæ sūt in paradiso, vescimur: 3. de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tāgeremus illud, ne fortè moriamur. 4. Dixit autem serpēs ad mulierē: Nequaquā morte moriemini. 5. Scit enim Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij, scientes bonum & malum. 6. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque, viro suo qui comedit. 7. Et aperti sunt oculi amborum: cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. 8. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. 9. Vocauitque Dominus Deus Adam & dixit ei: Vbi es? 10. Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eò quod nudus essem, & abscondi me. 11. Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? 12. Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi.

Exemplis edendum. * Nihil enim sic excitat ad noxias, sicut malis, ac prauas actiones, quam exemplum.]

Exemplis edendum, nihil enim sic excitat ad noxias, sicut malis via.

7. ET APERTI, &c.] Vixea pomo comedit Adamus, cum amborum mentis lumina aperta sunt ad discernendum inter bonum, quod amiserant, & malum, in quod ceciderant. Aperti sunt oculi materiales simul, vt suam aduerterent nuditatem, motus concupiscentiæ rebelles experirentur rationi. Omnia ex peccato incommoda prodiere. * Certè peccatum non est satisfactio appetitus, sed totius concupiscentiæ excitamentum. Porrò qui se ante viderant nudos, & minimè aduerterant, iam corporis necessario amictu se carere sentiunt: & interno lumine se stola gratiæ, ex membrorum motu, nudatos aspectant. Ideo in pudoris solatium ficus, quæ in proximo fortasse aderat, ramusculos circum latera plectūt, vt cingulo pendulo celanda ab oculis ablegarent. * Coniuges edocendo pudicitiæ leges haud esse ex matrimonij licentia violandas. Hebræi asserunt folia illa ex interdicta arbore abscisa fuere. * Vt scilicet edocerentur ex ægritudine conficere medicinam, ex veneno antidotum præparare. * Asperum ex foliis ficus operimentum consuitur nuditati. Innuunt parentes vsu cilicij, asperitatumque exercitamentis concupiscentiæ motus esse frænandos.

Coniugum pudicitia.

Ex veneno antidotum conficias.

Asperitatis exercitamētis motus concupiscentiæ frænādi.

8. ET CVM AVDISSENT, &c.] Audiunt homines vocem Dei in forma hominis aduentantis (* vt humanitatis indutus specie humanæ fragilitati parceret Iudex) inclinante die, quando lenes zephyri assolent aspirare, vt iratum flamma temperaretur. Qua exterriti voce protoparentes inter densissimas paradisi arbores se nituntur abscondere. Nec enim (vt alij existimant) ad scientiæ boni & mali arborem accurrerunt. Imprudenter enim crederent non proditurum eos Iudici arborem, quæ nudauerat. * Quod si ea fuit arbor refugij, recurrunt homines adhuc crimini hæresere; quia pœnitentes non auderent ad locum, vbi deliquerant, remeare: ne rursum edendi eis exhiberet occasionem.

3. Numinis exterrentis vox ab hominibus exaudita.

Iudex homo humanæ fragilitati parcat.

Dei irati benignitas.

Pœnitens nō audet remeare ad locum, vbi deliquit.

9. VOCAVITQVE, &c.] *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Timor iste culpam fatetur, latebræ præuaricationem. Sæpè Dominus vocitauit Adamum; antea enim priusquam Adam se absconderet, vocem Domini audiuit, & exterritus aufugit ad arbores. Nunc iterum exaudit. * Non semel Deus benignissimus fugientem aduocat peccatorem; sæpè clamat cum curans ad meliorem mentem reuocare. *Vbi*, inquit, *es*? Non in quo loco quæro Sed in quo statu. Quo te deduxere piacula, vt fugias Deum, quem anteà requirebas? * Quod si de loco inquirat, qualis post peccatum homo, quem Deus, qui condiderat viděns, quodammodo non agnoscit? * An redactus ex piaculo ad nihilum, cuius locum, seu vbicationem Dei immensitas non inuenit?

Deus sæpè aduocat fugientem peccatorem.

Talis homo ex crimine vt quodammodo à conditore non agnoscatur.

Ad nihilum ex peccatum redigit.

10. QVI AIT, &c.] Qui ait, Vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem; & abscondi me] Debuit profari, Adsū; Domine; sine honoris vlla incipit præfatione. Male cōpositi animi forma exprimitur.* Edisceant Templi profanatores, inurbanitatem circa sacra, esse haud fidelis animi documentum. *Timui*, audiens vocem tuam, *quod nudus essem*. Ineptè timorem cum nuditate coniungit. Potius dicere debuisset, Erubui, quod nudus essem: timui indignationem tuam. * Multi quia se nudatos temporariis bonis aspiciunt Deum timent: cum timere debuissent eo quod eum ad vindictam piaculi prouocarint.

Inurbanitas erga Templum signum est animi parum fidelis.

Time Deum quia deliquisti, non quia ex piaculo nudatus es.

11. CVI DIXIT, &c.] Aperti sunt tui, ex ligni esu, oculi, & ideo cognouisti contractam è crimine nuditatem. An non satius præcepti custos innocentiæ velamina retinere?

12. DIXITQVE Adam, mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Peccaui quidem, sed à peccato abstinuissem, nisi tu mihi talem sociam adiunxisses tam aptam, vel sulo aspectu persuadere. * Et quidem non lego verba fœminam protulisse, vt maritum alliceret ad pomum absumendum. * Chald. *Mulier, quam dedisti mecum*. Mulier à serpente acta contagio mecum aderat, & praua sum societate corruptus: contagium contraxi ea deprauatæ vxoria consortio. O quot viri virtute conspicui prauæ vxoris corruptis moribus corruerunt! Quot fœminæ improbi mariti fuerunt actiones pessimas æmulatæ. Edocuit nos pater peccator, quærere in peccatis excusationes: culpam in alios homines, imo in ipsum Dominum deriuare. Et quid malum non doceat filios parens affectus iniquitate?

4. Humanum excusatio.

Mulier vel solo aspectu persuadet.

Improbæ via societatis.

Viri ob improbam vxorē peruertitur, & è conuerso.

Improbæ viā societatis.

13. ET DIXIT &c.] Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Adhuc Iudex pergit in omnem inquirere causam. * Subtraxans futuros iudices, qui inaudita causa sententiā proferunt. Serpens (respondet mulier) quem tu creasti, & inter nos hîc degere permisisti, cui tantum tribuisti versutiæ me affecit deceptione. Etiam mulier culpam in Deum videtur deriuare. Impietatē illam docta fuit à marito. Rarò vxores virorum mores nō æmulātur.

Iudex indicta causa non proferat sententiā.

Vxor à marito, impietatem assequi.

14. ET AIT Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animātia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Cur non requirit Dominus à serpente, sicut ab hominibus requisierat? Si vero serpenti loqueretur, nihil intelligeret: si dæmoni latitanti, nulla spes pœnitudinis. * Præsul ille, qui subditum, antequam quærat, supplicio afficit, dæmonem eum videtur reputare. Solus enim ille rogaudus, aut audiendus non est, qui instar dæmonis impœnitens ostentatur.] Maledictio itaque illa serpenti, & dæmoni conuenire quis abneget? Serpens est maledictus quia horridus, venenatus, noxius, cūctis abominabilis animātibus, homini præferrim. Dæmon autē veneno peccati infectus, exitialis, & infestus hominibus. Porrò quod ad serpentem spectat, vt verum eius peccatum nō fuit sed in speciem: ita fictum est supplicium Nisi dixeris ea, quæ prius erant naturalia serpenti, cepere scilicet fuisse in pœnam, & infamiam versa. * O quoties natura ignobilis accidit vulneratus conqueritur; cum tu ita affectus eius vile memoras natalitiū! Quod autem ad dæmonem attinet serpentem antiquum: super pectus ille graditur, quia iam nō cœlestia vt olim cum esset Angelus; sed terrena, & humilia cogitat. Quæ igitur prius erant serpenti naturalia, & dæmoni ex crimine velut agnata; iam illis in pœnam, & infamiam sunt versa. Si mors humano corpori

5. Dei sententia profertur in prouip. aflos.

Præsul qui subditum priùs, dānat, videtur eum dæmonem reputare.

Iniuria est, memorare alicuius vile natalitium.

corpori elementis contrariis cõposito natutalis,post peccatum est peccati suppliciũ. Cur autem vero serpenti hoc supplicium aut fictũ, aut verum adscribitur si non deliquit.* Certè quia leno,seu mediator ad facinus eodem ac delicti architectator afficitur.Si serpens sine culpa quia à diabolo assumptus ad Euam peruertendam tàm acriter vulneratur:quid si particeps criminis operatus fuisset. At serpenti internuncio dicitur, *Quia hoc fecisti*, cum dæmon esset operatus ; * quia mediatori crimen est tribuendum

Mediator ad crimina actiues punitur.

Mediatori crimen tribuitur.

15. INIMICITIAS PONAM,&c.]*Inimicitias ponam inter te,& mulierem: & semen tuum, & semen illius:ipsa conteret caput tuum,& tu insidiaberis calcaneo eius.*]Apertæ , & in nocendi actum erumpentes inimicitiæ inter homines & serpentem geruntur. Amicitiæ simulatione decepit,nullus serpenti fidit. Vix coluber repens obiicitur , & mulier inimica fugit, eius autem filij audacius operam ei vulnerando expediunt.* Porrò dæmoni ista conueniũt, nam mulier Deiparens sine originali labe cõcepta serpentis antiqui caput attriuit ;eiúsque semen Christus cuius virtute Mater vicerat, exitialis diabolo exortus omnino comminuit. Collocat autem serpens verus insidias calcaneo mulieris ,nam humi repans,& calcatus, plantam petat necessum est,si se curat vlcisci.] * Caput verò serpentis tartarei conterimus cũ initia tentationis à corde extirpamus;tunc ipse insidiatur calcaneo nostro,quia finem bonæ actionis callidius,& potentius oppugnat.

Deiparæ victoria.

Caput serpẽtis conteris, cum tentaminũ initia vincis.

16 MVLIERI QVOQVE &c.]Mulieri quoque dixit,Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos:in dolore paries filios,& sub viri potestate eris,& ipse dominabitur tui.]Incõmoda innumera mulieri gerenti vterum indicuntur.Tot ærumnarum scaturigines exponũtur fœmineæ fragilitati,quot conceptus multiplicantur.Nunc naturali dolore pariens afficitur, quem innocens Dei munere effugisset. Prius erat viro capiti nunquam non sponte paritura:iam interdum parebit inuita. En supplicij rationem. * Munus est à Deo , te vltroneum Præsuli submittere : graue supplicium præscriptis subiici renitente.Obedientia enim repugnanti subdito sapit tyrannidem.

Munus est, te spontè Præsuli obedire:supplicium,subiici renitentem.

17. ADÆ VERÒ DIXIT,&c.]Vocem Euæ dicentis pro serpente exaudiens opus iniquum exposuisti,ergò sterilitate terra afficiatur priuata vtique spõtaneæ fertilitatis benedictione propter peccatum tuum *Saturitatis enim operi debet fames infœcunditatis respondere, vt *in opère tuo* pũtaris. Ex terræ maledictæ prouentibus semper comedes, addita corporis tui fatigatione.

Peccato pœna respondet.

18. SPINAS, ET TRIBVLOS &c.]Spinas, & tribulos germinabit tibi,& comedes herbam terræ.]Antea quidem terra spinas , ac tribulos proferret paucas,& paucis in locis ad ornatum: iam copiosè & passim ad supplicium.* Certè ipsa naturæ incommoda,quæ iustis pulchritudinem varietatis ostentant :peccatoribus pungẽtes diriter expũuntur.Vilissimis non semel, vt bestię,agri graminib. vesci ex fame cogeris.

Labores ipsi iustis ornatus,supplicium peccatoribus.

19. IN SVDORE VVLTVS &c.]Labore corporis miseram comparabis annonam, donec petas principium. E puluere enim coalescens corpus recurret ad puluerem. Pœna peccati mors .* Profectò idem dixerim mortem huius, seu laboriosæ vitæ leuamen. Vndè piissimus Dominus post tot, tantaque hominibus indicta mala,bonum mortis medicamen exposuit.Ac si diceret: Ne desperatione afficiamini tot doloribus actu:tandem vtique moriemini.

Mors laborũ hominis est olamen.

20. ET VOCAVIT &c.] Et vocauit Adam nomen vxoris suæ. Heua,eo quod mater esset cunctorum viuentium Hebr. Heua *Vina* aut *Viuens* LXX ζωὴ *vita*. Annõ inepte Adamus audita nũnc mortis sententia, vxorem vitam appellauit * Certe agnoscit prudens mortem esse vitalẽ,qua spiritus à carcere solutus,vnde morituorũ matrẽ viuẽtium parentẽ appellauit Nisi fortè Adã se,& vxorem morti addictos solaricurarit, quod per Euam filios gigneret, in quibus perenniter viueret.*Certe probus filius probi parentis præsentiam perennat.

6.

Eua nomen & pelliceo tunica,

Vitalis mors,qua è carcere soluimur.

Filius probus probi parentis vitam perennat.

21. FECIT QVOQVE &c.]Fecit quoque Dominus Deus Adæ,& vxori eius tunicas pelliceas;& induit eos: seruili ingenio homines Deus veste induit seruili.* Subtraxans iam inde ab exordio seruiles qui herilibus indumentis curabunt seruilem operire conditionem. Statui vestis acommodatur Deo induente. A diabolo procul dubio induitur veste pretiosa,qui à seruili non recessit statu. * Fœmina vulgaris quæ illustrium fœminarum sibi accommodat indumenta,se à diabolo ex libidine, testatur indutam.Pelliceas ergo illas tunicas Deus ex nihilo creauit,vel Angelorũ ministerio ab animantibus detractæ mactatis aptas efformantur in tunicas.

Vestimentũ statui accõmodandum, Deo induente.

Vilis fœmina pretiosè induta,se à diabolo ornatam profitetur.

22. ET AIT:ECCE &c.]Ironice Conditor, Cernite,inquit,in quantas miserias homo venerit,ad similitudinem diuinæ scientiæ audẽs aspirare.Tantum abest homo à Dei similitudine,vt in maximas inciderit calamitates.Nè ergo ex arbore vitali postea cognito sumat,& iuxta vim fructus arboris sit æternum superstes:è Paradiso oportet ablegari. * Quam benignus Deus,quam misericorditer Adamo cõsuluit,ne miser futurus,à miseria æternũ teneretur.

7.

E Paradiso hominum exturbatio.

Misericorditer nos Deus,post crimen,hic nõ fecit æternos.

23. ET EMISIT EVM &c.]Et emisit eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis,vt operaretur terram,de qua sumptus est.Vi expulit benignus. Benignissimè etenim vis infertur ei , quem supplicio curas à noxijs abstrahere.Terrãm patriam operaturus,seu culturus emittitur; vt quæ dederit viuere alimoniam hòmini prouideret:* & Adamus agnosceret, peccatori pœnitenti patriam exilium existere. Sic pœnitens in patria dege,ac si in exilio captus omnibus morareris. Datur pœnitenti homini patria sed incommoda exilij præparantur;laboris namque pretio acquirit annonam]

Benignissimè vis infertur ei, quem curas à noxiis abstrahere.

Patria sit pœnitenti exilium.

24. EIECITQVE ADAM:&c]Eiecitque Adam,& collocauit antè Paradisum voluptatis Cherubim,& flammeũ gladium,atque versatilem,ad custodiendam viam ligni vitæ. Plures aderant Angeli (Cherubim enim pluralis numeri)quisq; suo armatus gladio,flammeo quidem propter splendorem : versatili,quia aptus in omnem partem verti , vtraque erat parte acutus.Sunt qui existiment gladium illum ignem fuisse , quo circundatus est Paradisus, in cuspidem,instar gladij, surgente,& emittente splendorem. Vt purgatorij ignis exprimeret

Ignis purgatorij imago

ima gineni

imaginem. Ad superos auolare intendis? Tibi haud immaculato cum igne pugnandum.] Cur autem tot cœlicolis committitur Paradisi custodia? Vt homines ac dæmones ab ingressu arcerent; homines, ne de ligno vitali ederent; dæmones, ne ingressi decerperent, & homini darent. An diaboli munus proprium vitam homini esuro æternare? Ita planè, quia si inique viueret, quodam crudelissimo mortis genere trucidaretur; si piè degeret: quid crudelius, quàm hominem iustum à beatitudinis retardare volatu?

Diaboli munus & peccatori & iusto vita nimium diuturna quodammodo.

CAPVT QVARTVM.

Humana iam malitia, multiplicatis Euæ doloribus, fratrem armat in fratrem: Cain fratricida vitam profugus agit, prole fruitur, pro Abele mortuo Seth parentibus filius exurgit.

1. ADam verò cognouit vxorem suam Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. 2. Rursúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. 3. Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. 5. Ad Cain verò, & ad munera illius, non respexit: iratúsque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. 6. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? 7. Nónne si bene egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. 8. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. 9. Et ait Dominus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: Num custos fratris mei sum ego? 10. Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguis fratris tui clamat ad me de terra. 11. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. 12. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram. 13. Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. 14. Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. 15. Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. 16. Egressúsque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. 17. Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. 18. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. 19. Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. 20. Genuítque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. 21. Et nomen fratris eius Iubal: ipse fuit pater canentium cithara & organo. 22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noëma. 23. Dixitque Lamech vxoribus suis Adę & Sellę: Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. 24. Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. 25. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud, pro Abel, quem occidit Cain. 26. Sed & Seth natus est filius quem vocauit Enos: iste cœpit inuocare nomen Domini.

COMMENTARII.

1. Abelis & Caini natalitium.

VERS. 1. EVa *Alma*, seu virgo *incognita* id est cognita ab Adamo, filium Caïnum edidit. Certè Cain à קנה *Kama* idem est ac possedit. Vnde Eua gratitudinis ergo nomen filij voluit æternum esse actionis gratiarum documentum, fata: Sobolem diuino munere acquisiui.* Apta enim fit ad plures, si oporteat, filiorum productiones, quæ primum

Gratitudo circa primum beneficium, dispositio ad plura recipienda.

mum munus cum gratiarum actione suscepit. Vnde alij duodecim filioa adscribunt Euæ, alij sexaginta. Moses autem tres salrem filioa Euæ numerat. Chald. *Possedi hominem coram Domino.* Scilicet ambulans cotam Deo, eiusque getens voluntatem. * Nulla enim ad fœcunditatem aptior dispositio coniugibus, quàm *coram Domino* ambulare, virtuti litare obsequium.

Virtus in côiugibus parens fœcunditatis.

2. RVRSVMQVE, &c.] Rursumque peperit fratrem eius Abel. Peperitne gemellus? Aliqui asserneré, quia non reperitur vox *Concepit.* Attamen negatiuè respondeo. Moyses enim compendio vsus, explicans partum, conceptum supponit. Abel itaque nascitur & nomine ipso, quod Hebræis est *Hebel*, seu *vanitas* celerem mortem præsagiens, mundi explicat vanitatem. * Edocens haud nimiu affectu filios esse expetendos si primæ parenti duo priores nati possent lacrymas excitare, si vnus à Deo reprobatus, alter immaturè à viuis arreptus.] Porro Abelis munus, oues pascere Caini autem terram excolere. Hebr. שוכר *seruiens terra.* * Colere terram iustorum agricolarum est: terræ autem seruire, auaritiam sapit, ex mercede ministrare innuit Cainum. * Quã apposirè Dei postmodum mercede priuatur, qui seruiens terræ, mercedem suam à terra receperat.

Haud nimiũ expetendi filij, qui sæpè nascuntur ad parẽtam lacrymas excitandas.

Seruire terræ, sapit auaritiam.

Qui terræ seruis recepit mercedem suam.

3. FACTVM EST, &c.] Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Secundos, & viliores fructus obtulit; ideò à Mose fructus terræ vocantur. * Qui primitias detrahit fructus suus terrenos efficit, viles reddit. Si prædiuites curas fructus tui agri prodire, cumulari, Deo primitias litare stude. Ob exiguam primitiarum mensuram Ecclesiæ detractam tritici, aut hordei copiam facis vili pretio diuendi.

2. *Sacrificiũ eorum, & Cain inuidia.*

Primitiarum detractor reliquos fructus viles reddit.

4. ABEL, &c.] Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui: & de adipibus eorum. Placuit Abelis munus, quia iustus oblator, quia non *post multos dies*, quia de primoribus gregis pecoribus. * Haud placet Numini iniustitiæ sacrificium, sed iustitiæ oblatio] * Sera pœnitudinis munera non semper recipiuntur; quia plerumque cogente ægritudinis offeruntur instantia] * Deo offerendum quod pretiosius est, vt tuæ ipsius vtilitati consulas. Nam si iuxta munerum qualitatem Deus reddit homini offerenti: qui vilia offert, vilia recipiet, qui pretiosa litat, redditu opplebitur pretioso.] Tam grata Domino Abelis oblatio, vt igne de cœlo immisso, se ostenderit aspexisse. Theodotion ἐνεπύρισεν, *inflammauit, incendit.*

Ingrati Deo sacrificium iniusti.

Sera pœnitentia non semper recipitur, quia sæpe nõ vera.

Deo offerẽdum, quod pretiosius est, vt pretiosos redditus recipiamus.

5. AN CAIN, &c.] Oblatio Cain frigido ex corde frigida relicta est, igne è cœlo minimè immisso, quare ira correptus interna vultus demissione ostentauit. Nam qui liuore contrabescunt, obnubilata faciet, oculos demittũt in terram. * Certè qui recta forma superos respiciente fuerat efformatus, ob iracundiæ affectum bestiarum, seu ferarum æmulator, earum in morem, faciem ad terram (proh pudor!) demittit.

Ira hominẽ conuertit in feram.

6. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Dixitque Dominus ad eum. Vndenam, ô Cain, ista vultus demissio, quæ & iracundiam animi, & cordis tristitiam ostentat? * Et quando vel leue piaculum non fuit tristitiæ fons? * Curat plissimus Dominus ab iracundia abstrahere Cainum, vt principiis obstandum edoceat. * E leui crimine non ablegato à corde gigas surgit iniquitas.

3. *Dei ad Cain monitum.*

Peccatũ fons tristitiæ.

Principiis obsta.

Leue peccatũ disponit ad lethale.

7. NONNE SI, &c.] Recipies planè hærens iustitiæ actionibus quietem, gaudium, è cœloque ignem immissum meæ acceptationis documentum. * Inseparabilis comes iustitiæ receptio: *Si egeris bene recipies.* Deus enim munificentissimus non potest accipere, quin quodammodo cogatur ad redditum vberiorem. Verùm si deliqueris, illico peccatum pro foribus aderit aspectandum à cunctis. * Delictum enim manifestatio sequitur. Quid enim occultum, quod non reueletur? Item *peccatum tuum*, id est, pœna peccati, quasi canis cubans, fores obsidet peccati vindex. Cur pœna peccati peccatum à Domino vocitatur? Certè vt horribilem futuram esse ostendat * Nihil quidem horribilius peccato. Vnde cum Deus nimium irascitur, peccatum peccato punit, id est, permittit peccatorem alio infici crimine. Hebr. pro *aderit* רובץ *robez*, siue *excubat* instar canis. Canis hic conscientiæ vermis, mentis turbatio, & indignatio, ira Dei, ærumnæ præsentes æternæ torturæ præsagium. * Crediderim canem hunc non tam excubare, quam rabidum surgere, vt miserum dilaniet peccatorem. O infelicem impiorum statum!] Vt autem agnoscas, ô Cain, homines consensu delinquere, non necessitate: appetitus tuus, & concupiscentia te ad consensum solicitauit: sed ira, vt ad te conuerti, & à te consensum petere, & impetrare debeat. Hebr. *Ad te erit appetitus eius*, seu ad te quasi ad herum respiciet, eique poteris vim inferre arbitrij libertate. * Tentamina irruunt canis in morem? Latrant quidem, sed mordere non valent: tua desidia vulneraberis.

Deus nõ accipit à nobis, nisi vt reddat vberius.

Delictũ sequitur manifestatio.

Horribilis peccati pœna peccatum.

Peccatores nunquam nõ ab ærumnis dilaniantur.

Tentationes latrant, sed hominum desidia mordent.

8. DIXITQVE CAIN, &c.] At Cain fratri profatur inuidiam obtegens. Egrediamur foras. Cumque ad agrum accessissent, Cain aduersus fratrem Abel insurgens, innocentem interemit, purissimo profuso cruore Dominicum figurante. Quomodo fratrem interfecit? An suffocando? Minimè, quia inferius terra dicitur Abelis sanguinem epotasse. Crediderim lapide iacto, aut osse, aut vnguibus, dentibusque occidisse, * vt iracundus verè ostenderetur, cum feris deputandus. Alij existimant Cainum Abeli verba dura quæsitana rixæ initium iactitasse. * Et quando rixæ, aut vulnera è linguæ immoderantia non fuerunt exortæ?]

4. *Abel innocẽs interficitur.*

Iracundus deputandus, cum feris.

Rixæ, & neces ex linguæ immoderantia frequẽter oriuntur.

9. ET AIT, &c.] Benignissimè Cainum interrogat Dominus, vt peccatorem ad delicti confessionem excitaret. * Operæpretium planè à Confessario nonnunquam interrogari reum præcipuè circa crimina quæ cum rubore proferuntur: vt faciliùs manifestari queant. At ille inurbanus, quasi Deum subsannans, Numquid, inquit, fratris sum Pædagogus? Minimè verò; nec enim bene vinea custoditur tradita direptori. * Pædagogi munere, Deo eligente, fungitur, qui pollet iustitia. Impius enim quid nisi impietatem edocebit alumnum? * Vnde Deus hominibus filiis Angelum Pædagogum deputauit.

5. *Dominus Cainum interrogat de Abele.*

Interrogent aliquando Confessarij reum, vt sine rubore aperiat delictũ.

Filio tuo elige pium Pædagogum.

Deus filiis Pædagogum dedit Angelum.

10. DIXITQVE, &c.] Dixitque ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat

ad

Iusti non petunt vindictam, sed curant inimicos venia donari. Domini æmulatores.

Martyres interfecti viuunt, ficta est nex.

Terrenus, ac vilis affectus vindictæ.

Maledictio Caini.

ame de terra]. Existimas, potuisse tuum piaculum nunquam dormienti Numini occultari? Cædes iniusta in Dei conspectu vindictam postulat.* *Vox sanguinis clamat*, non sanguis ipse. Nec enim patientissimus Martyrum Dux Domini gerens simulacrum postularet vindictam, sed veniam peteret occisori. Vox effingitur sanguini iusto, vt voci tribueretur inani inclamatio vindictæ.* Sic ex profuso sanguine vox exoritur, vt credas Martyres externa quasi specie solummodo mori, vera vita donatos. Ficta prorsus interfectorum nex.* *De terra* autem clamat, non de venis Abelis sanguis; quasi à sua terra didicisset inclamare vindictam. Terrenus est vilis admodum vindictæ affectus.

Peccato ingnata sterilitas bonorũ.

11. NVNC, IGITVR, &c.]Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.] Alij legunt, *Maledictus eris à terra*, id est, terra ostendet, te esse à Domino maledictum dum parcè tibi colenti fructus exhibuerit.* Agnata enim iniustitię maledictioni bonorũ temporalium sterilitas.] Porro ex præpositione מן *min. Maledictus tu præ terra & Domini maledicta terra in opere tuo* Cap. 3. Vides terram maledictam, & tu super illam, seu præ illa, aut magis quam illa eris maledictus; illa enim vt mater tui fratris sanguinem suo excepit in gremio, tu autem ferino affectu eum profudisti. *Quæ aperuit os suum*. An terræ vsq; Ita plane * vulgare illud audisti, *Non siente la tierra*. Vel terra ipsa os habet, vt tua piacula euulgare possit.]

Nihil occultum, quia vel terra os habet, vt proferat.

12. CVM OPERATVS, &c.]Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus, & profugus eris super terram. Hebr. *Non dabit tibi vires suas*. Ex viribus enim internis fructus emanant.* Certe cordis virtutem recta actio manifestat. Diuagatio, ac fuga tui sceleris erit suppliciũ.* Vt meritum eorum innuatur; qui obedientiæ præscriptione varia climata norũt: nec eis conceditur certo in loco commorari.* Hinc commendatum nostræ Societatis perfectionem: eius institutionis est varia *loca peragrare*, vbi maior Dei gloria, & proximi vtilitas ostentatur. LXX. *Eris gemens*, pro *eris vagus*. Quam molesta diuersorum locorum peragratio si idem sit vagari, ac gemere. Huiusmodi gemitus societati Iesu, reliquisque Religiosis indicitur. Pro particula, *Et profugus* addunt LXX. *Et tremens*, innuentes, Cainum animo consternatum, & tremulum corpore.* Ex iniqua conscientia nunquam non formido, ac tremor exoritur.

Recta actio cordis virtutem manifestat.

Meritum Religiosorũ ex obedientia varia loca peragrantiũ.

Societatis perfectio diuersa loca peragrantis.

Ex iniqua conscientia formido.

7.

Cain desperatio.

13. DIXITQVE &c.]Dixitq; Cain ad Dominum Tanta mea iniquitas, vt vlla non valeam pœnitentia delere. Quam egregium mendacium! Quælibet pœnitudo, si vera sit cordis contritio peccatum grauissimum illicò abolet. Hebr. *Maior est iniquitas mea, quam ferre eam*, scilicet possit aut Deus iniuriarum vltor, aut ego fragilitate pressus, grauissimum enim est peccati pondus.* Laborum cunctorum onera grauia quidem, sed humanæ fragilitati portabilia. At peccati onus immensum quomodo poterit humana fragilitate sustineri?

Grauissimũ peccati onus pondera laborum superans.

14. ECCE, &c.]Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar: & ero vagus, & profugus in terra; omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Salus mea desperata omnino quia video te mei curam abiicere. Sperarem vulnus meum curandum si coram te delinquere permitteret.* Nam à te correpti suppliciorum verbere assolent sanitati restitui. *Ecce eiicis me a facie terræ*, vbi natus, & educatus: abstrahis à sanctis parentibus. Profectò illud: *A facie tua abscondar* sic quidam exponũt *Non veniam ad offerendum aliquid & precandũ, ergo omnis me interficiet.** Sacrificia enim, & orationes nos à cunctis malis eripiunt.] Denique illud: *eiicis me à facie terræ*, ab alijs explicatur. *Me à sanctis parentibus ablegas.* Hinc meum exitium.* Sancti enim parentes assolent muri esse filiorum, ne à Domino delinquentes puniantur. *Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me* Omnis io me à te abstracto necessitate consequentię (*igitur*) insurget creatura, vt interimat. Peccator enim nec Dei iram, nec animæ timet incommoda: solummodo corporis veretur ærumnas.

Qui suppliciorum verbere corripiuntur, assolent restitui sanitati.

Sacrificia & orationes nos à malis eripiunt.

Parentes sancti muri filiorum.

Peccator solum corporis veretur ærumnas.

15. DIXITQVE &c.]Dixitque ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, vt non interficeret eũ omnis, qui inuenisset eũ]. LXX. *septem vindictas exoluet*, id est, grauius punietur quam tu; quia, tuo exemplo vagantis, ac fugientis non fuit vt te de medio tolleret, deterritus.* Grauiori etenim dignus supplicio, qui conscios suppliciorum, quibus Deus piacula eadem vulnerauit, alieno periculo cautior non fuit. Quodnam Deus Caino signum apposuit? Tremorem corporis, mentis consternationem ac formidinem indicantem.* Ergo non occiditur ab omni aspectante; quia nemo sæuit in occisum: qui autem afficitur formidine sæpe mortuus obiicitur. Cur, precor, Deus studet vitæ Caini pessimi prorogandæ? Ad pietatis documentũ.* Certè irati admodum Numinis erat indicium. Nam & mortis, & gehennæ vincit horrores impiæ conscientiæ cruciamentum. Porro illud: *Vt non interficeret eum omnis, noto Hebraismo idẽ est, ac Vt nemo interimeret*.

Qui periculo alieno cautior non fit, grauiori est dignus supplicio.

Formido grauius morte malum.

Vincit necis, & gehennæ horrores impiæ conscientiæ cruciamentum.

8.

Cain recessio, ac progenies

16. EGRESSVSQVE &c.]Egressusque Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden.] Alij *Ad plagam deliciarum*.* Maximo quidem supplicio Cain impius permittitur in deliciarum plagam abire: vbi multiplicatis delinquendi occasionibus, piacula multiplicarentur. Numine planè propitio ad infœcunditatem mitteretur heremi, vbi omnium defectu laboraret; vt Prodigi in morem, pressus fame reuerteretur ad Dei conspectum è quo eum piacula deturbarant. *Habitauit profugus* si profugus, quonammodo habitator.* Hæc peccatoris impœnitentis pœna semper vel in thalamo profugus ostentari, nunquam requie potiri.

Magno supplicio peccator permittitur ad delicias pergere, impœnitens vel in thalamo profugus ostenditur, nunquam potitur requie.

17. COGNOVIT AVTEM &c.] Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: sorori filiæ Adami coniugio Cain erat illigatus, necessitate cogente.* Hæc Maritum secuta filium peperit Henoch Laudabilis coniux, quæ nec aduersitate acta à marito recedit. Henochia itaque ex filij nomine, multis post annis, cum genuisset Cain filios, filias, nepotes, & neptes qui possent ciues esse primæ Vrbis, ædificatas.* O quam aptè terrenorum bonorum amator fuit terrenæ Ciuitatis inuentor Mali hic domicilium stabile capiant.

Laudabilis coniux, quæ à coniuge acta laboribus non recedit.

Cain amator terrenorum, inuentor fuit Ciuitatũ.

Mali hic stabile quærunt domicilium.

& genuit filios & filias. 11. Factiq; sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni,& mortuus est. 12. Vixit quoque Cainam septuaginta annis & genuit Malaleel. 13. Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis genuitque filios & filias. 14. Et facti sunt omnes dies Cainā nongenti decem anni,& mortuus est. 15. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Iared. 16. Et vixit Malaleel postquā genuit Iared octingētis triginta annis:& genuit filios, & filias. 17 Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni,& mortuus est. 18. Vixitq; Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. 19. Et vixit Iared postquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias 20 Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. 21. Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam. 22. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam trecentis annis,& genuit filios & filias. 23. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. 24. Ambulauitque cum Deo,& non apparuit: quia tulit eum Deus. 25. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. 26. Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. 27. Et facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta nouem anni, & mortuus est. 28. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: 29. vocauitque nomen eius Noë, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus 30. Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis,& genuit filios & filias. 31. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni,& mortuus est. Noe verò cùm quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham,& Iapheth.

COMMENTARII.

1. *Factus homo ad similitudinē Dei genuit filios,& filias,ac moritur.*

VERS. 1. HIC EST &c.] *Hic est Liber generationis Adam.* Hebræa *liber sopher est* siue *narratio.* Hæc igitur est narratio continuata pro sapiæ parentum. In die,qua homo fuit creatus, *ad similitudinem Dei fecit illum*, id est,ad suam met similitudinem creauit. Non sic alij homines. Profectò homo Dei est imago ob intellectum, similitudo ob gratiam, seu iustitiam. Adam factus est ad imaginem & similitudinem simul, quia cum vita gratiam recepit; nos autem facti sumus ad imaginem non illicò ad similitudinem in originis peccato concepti. * solus verus Adamus & Eua Christus ac Maria simul ad Dei imaginem & similitudinem creantur.

Christus & Maria ad imaginem simul & similitudinē creantur, nos post Adamum,& Euam minime.

2. Adam masculum,] Euam autem fœminam fecit ad fœtu uni eductionem. Eis benedixit dum fœcundos reddidit, vtrumque autem vocauit *Adam*, quod quidem nomen est hic speciei, non indiuidui.

3. VIXIT AVTEM, &c. [Adam centum triginta annis: & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam; vocauit que nomen eius Seth Aliqui asserunt Adamum annorū triginta. Cainum genuisse, post alios triginta annos exortum Abelem; post alios annos septuaginta, cum Adam esset centum triginta annorum Abelem occisum Rursum alios centum annos luxisse adolescentem ab venere quidem interim abstinente Nec enim verum omninò luctum putarim, cuius intra voluptatis studio violantur.* Ediscant luctum pœnitentiæ gerentes Confessionis, ac communionis die voluptatib. abstinere præcipuè Venerea, licet coniugali. Cōputāt itaq, Hebræi illi *Vixit Adam annos ducentos triginta.* Attamen cum hæc fidei incertæ reputem, assero Adamum cum centum triginta ætatis annos numeraret, filium sibi per omnia similem in natura, corpore humano, anima rationali: seu potius in forma, morumque probitate genuisse. Vt scilicet corpore ac animo assimili est imago patris; morum autem pulchritudine esset sancti Adami similitudo: sicut ipse Dei imago, ac similitudo fuerat effectus. * Filij quidem parentum virtutes non æmulantes debent minimè à parente dignosci. Quomodo enim ad sanctum parentem pertinere videbitur, qui diaboli similitudinem exponit.

Confessionis ac Communionis die abstinendum à voluptatibus.

Filij non æmulantes parentum virtutes, quasi adulterini diaboli filij reputentur.

4. ET FACTI, &c.] Et facti sunt dies Adam, postquā genuit Seth octingenti anni genuitque filios, & filias: Antè Seth Adamus vnam saltem filiam habuit Caini vxorem. Post Seth autem filios ac filias progenuit, quorum specialis memoria non fit, quia Christus ab eis non duxit exortum.* Vel tot retrò annis & proferuntur, & celebrantur, qui ad Christi genealogiam videntur attinere, vt ineffabilem Mariæ gloriam meditere, quæ in Christi Matrem electa est.

Ineffabilis dignitas Matris Dei.

5. ET FACTVM, &c. *Et factum est omne tēpus, quod vixit Adam anni nongenti triginta: & mortuus est.*] Hoc testamentum mundi. *Morte morietur.* Tandem post tot secula humana fragilitas fato cedit. Cur Adamo tam diuturna vita? Arcana Dei cooperatione producta est, vt homines citius propagarentur.* Nec enim haud vrgente necessitate Deus sanctum virum tamdiu permitteret tot vitæ calamitatibus agitari. addo diuturnitatem vitæ Adamo addictam ad tam grauis pecuali supplicij, ad pœnitudinem diutius gerem dam. * Fælix

Vita diuturna supplicij.

Fælix senectus, si purgantur adolescentiæ crimina, si pœnitudo geritur; infælicissima planè, si multiplicandis piaculis deputatur. Non abnego Adami vitam ex bona corporis constitutione, ac victus temperantia fuisse productam. * Quomodo non deficiat ætas, si gula roboratur?

Fælix senectus, si purgantur adolescentiæ crimina vitæ laboribus.

Ex gula ætatis defectio.

2. *Hominum propagatio.*

6. VIXIT QVOQVE, &c. *Vsque ad 21.*] Seth quidem priusquam pater existeret, vixit centum quinque annis, qua in ætate constitutus genuit Enos. Postquam autem Enos genuit, octingentis septem annis vixit parens filiorum, ac filiarum effectus: cum autem nongentorum super duodecim annorum explesset ætatem, suum diem obiit. Enos autem nonagenarius genuit Cainan, post cuius ortum octingentis quindecim annis vixit copiosa stipatus prole: cum autem nongentos quinque annos explesset, mortuus est. Porrò Cainan septuagenarius progenuit Malaleel, postea octingentis quadraginta annis vixit plurium sexus vtriusque genitor filiorum, & expletis nongentis decem annis interiit. Malaleel verò sexagenarius pater fuit Iared, postmodum octingentis triginta annis superstes genuit filios, ac filias, & completis octingentis nonaginta annis è viuis excessit. Iared quidem post centum sexaginta duos annos serò fœcundum lignum Henoch fructum optimum germinauit: octingentorum verò annorum spatio suam fœcunditatem vbertimè exposuit: & post nongentos sexaginta duos annos defertur ad tumulum. Profectò Henoch cum sexagenarius esset, fit Mathusalem genitor. Certè hi anni non fuere menstrui, seu triginta dierum, vt quidam somniarunt, (nam inde sequeretur, Malalael, & Henoch, qui hîc dicuntur filios genuisse anno ætatis suæ 65. eos genuisse anno sexto solari) sed fuerunt veri & pleni anni, singuli duodecim mensium. Rursum lubet rogitare, vndenam tunc homines tam longæui? Dictis addo, ex meliore corporis humani temperamento, & complexione: ex voluntaria à carnibus abstinentia: ex primæuo terræ vigore, fructuum, alimentorum: ex peritia, ac scientia Adami posteris communicata, qua notant singularem herbarum, fructuum, metallorum virtutem ad vitæ productionem. * Porrò post tam diuturna vitæ sæcula, mortui sunt, pœna enim peccati nullum, eximit à ruina. Certè Iaredi filius Henochus Adamum, & Euam non solùm post remissum personale peccatum (de quo nefas dubitare) sed post egregiæ sanctitudinis documenta, Ierosolymis saltem sub finem vitæ degentem, & inibi obeuntem sepeliuit. Tempore autem diluuij Parentis ossa in Noematica Arca reor fuisse asseruata. * Vt filiorum iusta parentibus soluentium pietas æmulanda obiiciatur: & Sanctorum venerandas esse prædicetur.

Nullum adnexus mortem infallibilem quidem post longa sæcula præsidium.

Pietas filiorum circa parentum sepulturam.

3. *Henochi iustitia & posteritas, & raptus.*

22. ET AMBVLAVIT, &c.] *Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit postquam genuit Mathusala, trecentis annis; & genuit filios, & filias* Henuch quidem perfectè, & inculpatè vixit, diuinæ consentiens voluntati. L X X. *Placuit Deo.* Certè perfectio Henochi aptè Hebræa illa phrasi: *Ambulauit cum Deo* expressa est. * Ex Dei enim continua præsentia Dini edisciunt perfectioni obsequium litare, iuxta illud. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Genes. 17.

Ex Dei præsentia perfectio sanctorum.

23. & 24. ET FACTI, &c. AMBVLAVITQVE, &c.] Profectò Henoch trecentos sexaginta quinque annos expleuit. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia à Domino sublatus est. L X X. *Et non inuentus est.* * Pietas filiorum parentem absentem quærentium exprimitur. Porrò inuentus non est, quia Deus eum in alium locum transtulit. Quare precor? Quia (ex Sap. 4.) dilectus Deo, & viuebat inter malos bonus, ne malis moribus innocentia contaminaretur. * O quotiens arripi filium tuum immaturè diuinæ est dilectionis indicium! Raptus est ne malitiæ æstu peruerteretur. Quæsieris cur Moses bis expresserit, *Ambulauitque cum Deo?* Vt vera sanctitas exprimatur ex perseuerantia. * Nec enim omnino commendandus qui rectè incipit, si deficit; sed qui persistenter diuinam gessit voluntatem. Certè post tot sanctitatis Henochi documenta quidam Hebræi putant eum indole fuisse praua, & ne degeneraret morte occupatum, priusquam compleret ætatem. At repetitione illa: *Ambulauit cum Deo, Ambulauitque cum Deo.* exprimitur optima viri indoles. * Hinc edisces, quam leui fundamine, imò quam nulla ratione Sanctis grauia imponuntur piacula à temere iudicantibus. Alij affirmant mortuum esse, Tulit eum Dominus, id est mortuus est. Sic Elias dixit, *Tolle animam meam.* Profectò certum ex fide ad Paradisum esse translatum, vt daret gentibus pœnitentiam. Chald. *Non apparuit, nec etiam occidit eum Deus.*

Pietas filiorum in parentem.

Diuinæ dilectionis signum filium immaturè mori ne peruertatur.

Perseuerantia commendatur in virtutis negotio.

Temerarium taxatur iudicium circa sanctos speciatim.

25. 26. 27. VIXIT, &c. ET VIXIT, &c. ET FACTI, &c.] Cum verò Mathusala centū octoginta septē annos egisset, progenuit Lamech. Postmodū autem septingentis octoginta duobus annis superstes natos vtriusque sexus accepit. Factique sunt omnes dies Mathusalę nōgenti sexaginta nouem anni, & terminabiles descendit ad tenebras.

4. *Mathusala Lamech, & Noë.*

28. 29. VIXIT, &c. VOCAVITQVE, &c.] Porrò Lamech centū & octoginta suos annumerabat annos, cū filiū progenuit, quem Noë vocitauit fatus futurorum arbiter: *Iste consolabitur nos ab operibus, ac laboribus manuū nostrarū in terra, cui maledixit Deus.*] Noë requies, quies. Noë itaque consolatus est homines Vndenam consolatio ista? Hebræi, quoniam ad terræ culturam instrumenta inuenit * Certè quies & requies agricolarum moribus addicitur, à Ciuitatum tumultu abstractis, à mendaciorū solicitudine alienis. Aptius autem crediderim cōsolatum homines fuisse, & quia omnia retro commissa piacula per Noë quieuerunt. * Nihil generi humano grauius, ac molestius peccato; vnde qui à peccato liberatur, ineffabili consolatione, immenso sublato pondere, afficitur. Et quia post diluuium genus instaurauit humanum. Et quia propter sanctitatem, & sacrificium Noë post diluuium terræ Deus benedictione oppleuit. * Iustorum sacrificia magnum admodum ciuiū, communitatisque solatium. Et quia vini inuentor fuit corda lætificantis: imò ex vsu prauo rationem obruentis. * Vnde reor, pium Lamechum minimè tum vini recordatū; quia præscius futurorum

Agricultura est hominum requies.

Qui à peccato liberatur ineffabili consolatione afficitur.

Sacrificia iustorum ciuitatis solatium.

non

Vinum mi- ame ponit ipso viro consolatio vocarité quo tot desola tiones. Mors labo rantium so- latium.

non appellaret consolationem, ac requiem liquo tem illum, è quo tot iurgia tot domorum desollationes excitantur. Addiderim appellatū esse consolatorē, quia eius opere præparata fuit diluuij instantia, quo hominum tot labores obruendi erant. *O mors tot curarum hominis consolatio

30. 31. VIXITQVE LAMECH, &c.] Vixit verò Lamech post Noëmū progenitum quingētis nonaginta quinque annis, & filios filiasque procreauit. Cum autem septingentos septuaginta septem exegisset annos, obiit. Noë verò cum quingentorum annorum impleuisset diuturnitatē, Sē, Chā & Iaphet progenuit.

An credibile Noë vsque ad annum quingentesimum à coniugio abstinuisse? Multi asserunt.* Vt qui mundum ex venerea libidine corruptum innouaturus erat, diuturna ante coniugiū virginitate floresceret * Qui aliorum est errata correpturus, lōgè debet esse ab eorumdem infectione Quam ineptè ad puritatis arcam homines aduocas impudicos eadem impudicitia maculatus. Reor tamen, ante Sem, Chàm, & Iaphet, Noëmum, alios filios genuisse, qui antè diluuium perierunt. Post annum itaque quingentesimum Sem, Cham, & Iaphet successiuè progenuit; nec enim simul ex vtero (vt quidam asserunt) prodiere.

Mundus sincerus à casto renouatur. Qui aliis medetur, eadem non inficiatur ęgritudine.

CAPVT SEXTMVM

Causam hominum piacula dedere dilluuio: vnde Noe iusto reperto arca salutis fabricanda mandatur.

1. CVmque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, 2. videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant 3. Dixitque Deus, non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum, 4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis, postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à sæculo viri famosi. 5. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, 6. pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus. 7. Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cœli, pœnitet enim me fecisse eos. 8. Noë verò inuenit gratiam coram Domino 9. Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. 10 Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. 11. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. 12. Cúmque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) 13. dixit ad Noë: Finis vniuersę carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facię eorum, & ego disperdam eos cum terra. 14. Fac tibi arcam de lignis læuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. 15. Et sic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. 16. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem eius: ostium autem arcæ pones ex latere deorsum, cœnacula, & tristega facies in ea 17. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cælum: Vniuersa quę in terra sunt consumentur 18. Ponámque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. 19. Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: masculini sexus & fœminini: 20. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundùm genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. 21. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te; & erunt tam tibi quàm illis in cibum. 22. Fecit igitur Noë omnia, quæ præceperat illi Deus.

COMMENTARII.

1. Hominum multiplicatio, & connubia.

VERS. 1. [CVMQVE COEPISSENT, &c.] Homines, qui prius cœperant paulatim multiplicari, immensam iam in multitudinem cœperunt agi: pari gressu nequitia nequitiæ numerum addente. Ideo quidem.

2. VIDENTES FILII Dei filias hominum, quod essent pulchræ: acceperunt sibi

sibi vaores ex omnibus, quas elegerant. Cur specιatim dicitur homines procreasse filias? Quia plures masculis nũc nascerẽtur: vel quod profusa libidine, generatio debilitata ad fœtum potens infirmiorem. Nec dubium, quin immoderata voluptate natura nimium debilitetur. Est qui putet ironice masculos hîc etiam filias appellari.* Et quidem voluptatum amatores effœminati nimium cum mulierculis depingẽdi obiiciuntur. Porrò filij seu posteri Seth, quibus nomen filiorum Dei propter eorum sanctitatem adhæsit: aspexêre filias Caini, quibus accinit nomen filiarum hominum, quia terrenis solùm hærescere videbantur. Hasce pulchras esse viderunt. *Et quando non animum affectatus pulchritudinis deturbauit aspectus? *Pulchra* Hebr. *Bona*. *Mirum esset si ista bonitas pertineret ad animum.* Quomodo enim in filiabus hominum terrena sapientibus bonitas morum cum pulchritudine corporis iungeretur.*Nisi innuatur corporis pulchritudinem ea se bonam esse; Dei munere acceptam: quæ potest aut cœlesti sponso sacrari, aut seruari marito. Certe crediderim bonas vocari illas filias hominum pulchras; quia in sacris assolẽt boni appellari, qui specioso corpore exponuntur. Ergò ex electis pulchris hisce fœminis, Sethi posteri sibi selectiores forma coniugio adaptarunt. * Quam imprudenter *ex omnibus, quas elegerant*, accipiunt pulchriores ad coniugium: cum deberent honestiores requirere, quę filiorũ Dei moribus aptarentur.

Amatores voluptatum appellantur mulieres.

Affectatus pulchritudinis aspectus deturbat animum. Difficile eũ corporis pulchritudine iũgitur morũm bonitas. Pulchritudo sacrata Deo, aut seruata coniugi bona est.

Eligenda in vxorem non pulchrior fœmina, sed honestior.

2.

Vita hominum breuior adscribitur.

3. Dixitqve, Devs: &c] Spiraculum illud vitæ, quod Conditor hominibus inspirauit, vt vita donarentur, minimè in illis permanebit: morientur; non iàm sicuti eorum parentes diuturno erunt tempore superstites; *quia sic viuunt, acsi spiritu non regerentur: sed illis datus esset spiritus vti carni suinæ pro sale, ne putrescat. Eruntque dies hominum voluptatibus addictorum centum viginti annorum: detracto ex eorum ætate tempore longiore, quo vti non student ad pietatem, sed patrandis criminibus impendunt.*Amatores equidem voluptatum misericorditer à vita intempestiue arripiuntur, nè iam diro subiaceant iudicio. Vnde aliqui exposuere: *Non permanebit spiritus meus, seu indignatio mea in perpetuum in homine carnali*. Quia temporaliter vulneratus vitæ imminutione supplicio æterno non deputatur. Hebræi particulam Non permanebit à *nedon*, quæ *vaginam* significat, sic efferunt: *Non erit vt in vagina spiritus meus in homine.**Quid spiritui aut animæ homini cum gladio immisso vaginæ corporis? Curat Deus hominem frequẽter gladiũ re probare an facile possit stringi: quemadmodum assolet, qui è domo egressurus gladium gestat: *Suele requerir la espada.* At homines hi voluptatibus studentes se victuros æternùm existimant. Frustra ergò animus instar gladij missus est corporis in vaginam. At si deducas à verbo דן *dan*, idem est, ac *Non iudicabit*, aut *non litigabit*. *Nam si iudiciũ fit vt reus resipiscat, lis autẽ geritur vt vincatur. homo delicijs addictus nec resipiscit, nec vincitur; sed praua ex consuetudine nunquam non permanet in piaculo.

Lasciuiæ amatores sui vilissimo cõparantur. Misericorditer Deus homines voluptatibus addictos immaturè arripit; vulnerat enim temporaliter, ne puniat æternùm. Sit anima nostra sicut gladius in vagina: vt frequenter an possimus mori, probemus.

Impudicitiæ addictus nec resipiscit, nec vincitur, durus qu dem ex praua cõsuetudine.

4. Gigantes &c] Vasti ac proceri homines exorti fuerant hisce temporibus. Nam cùm filij Seth integerrimis essent viribus, & filias Cain pulcherrimas, & facie & corporis apposita statura sibi in matrimonium aptassent, & ardenti amore prosecuti essent: omnes suas vires exerente natura, homines validissimos genuere. *Gigantes* Hebr. *nephilĩ*, seu *quasi cadentes*.* semper enim superbiæ casus est agnatus: sicut humilitati exaltatio agnata exponitur. Isti ergò sunt potentes corporis viribus: & flagitijs nobiles. *Seculum enim curat hominibus persuadere cum flagitijs posse coire nobilitatem. Profectò peccator nullo potest nobilitatis splendore fulgere; qui enim Deum spernunt, erunt ignobiles Hebr. pro *Viri famosi, Viri nominis* scripsere. Ineptè plane, cum scriptura, quæ viros potentes à seculo memorat, eorum tamen supprimat nomina. * Peccator enim, qui verè nihil est, aptè exprimitur sinè nomine.

3.

Gigantũ ortus

Superbiæ casus agnatus.

Non potest nobilitas cũ piaculis coire.

Peccator sinè nomine.

4.

Multa hominũ malitia Deum irritat ad vindictam.

5. Videns avtem,] Videt Dominus malitiam hominum esse vehementem, variam & continuam. * Nil enim sic irritat Deum ac malitiæ continuatio, & in piaculis persistentia. Videt, quod *omnis formatio cogitationis cordis* (sic Hebræus) aut *formula* cogitationum (vulgariter, *el molde*) semper iniquas exponit actiones.* Certè aliqui ex praua consuetudine tàm facilè delinquunt, vt videantur, piacula è formula emittere. Horum cuncta cogitatio ad nequitiam intenta adeò, vt nulli piæ cogitationi rimulam aperire videantur. Quid ergo?

Persistentia in crimine Deũ irritat. Facilitas delinquendi ex consuetudine.

6. Poenitvit,] *Pœnituit quod hominẽ fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus:* Per anthropathiam scriptura loquitur, quia Dei dona sine pœnitentia proferuntur. simulat autem Dominus affici dolore intestino, cum cogitur homines vulnerare. Nam si Deus capax doloris esset, diuini nulla posset causa doloris existere, nisi hominum incommoda.

Si Deus doloris capax esset, vnica doloris causa essent hominum incommoda

7. Delebo, inqvit, &c] Inquit Angelis, Hominẽ mei imaginẽ delebo, quia similitudinem non refert Conditoris; vt innouare possim, & homo exsurgat qui & natura, & actionibus imago, & similitudo Dei simul appareat. Nec solum homines obruentur diluuio, sed & cuncta animantia, reptilia, volucres deperire cogentur. Displicet Auctori iam opus, & tanquam vas figuli curo confringere vt valeat reformari. Sic Dei pœnitentiam explicarim. Cur autem non delinquentia animantia perirent? Quia hominibus ingratis nutrierunt, quia seruierunt eorum voluptati, quia vitam iniquam conseruarunt? Certè domino pereunte, opus erat; vt & famuli delerentur. *Et quando pereunte hero famuli inique ministrantes non vulnerantur? Assolet clades communis & domino, & famulis existere; quia plerumque famuli iniquis dominorum deseruiunt actionibus. Vndè famuli debent hero hærescere probo

Pereunte hero assolent famuli deperire, quia plerumque eius subseruiunt iniquitati.

5.

Noe iustitia grata Deo,

8. Noe, &c.] *Noe inuenit gratiam coram Domino.* Notus Hebraismus Deo extitit gratus. * Hanc autem gratiam non casu reperit, sed inuenit rectis operibus quæsitam.* Inuenitur quidem Dei gratia, non reperitur. Sic Dei parens apud Deum gratiam inuenit

Gratia inuenienda rectis operib. requisita.

inuenisti

Inuenisti gratiam. Thesaurus enim tam pretiosus requirendus diligenter: si mundi bona vilissima tanto animi quæruntur affectu.

9. HÆ,&c.] *Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit.*]Perfectione fulxit Noë omne peccatum lethale abhorrens, & virtutum gloria fulgens inter homines illius æui. Si proposuit Moyses Noë generationes describere. *Hæ sunt generationes Noë*: Cur parentum virtutes expressit? * Quia parentis dum virtus, ac perfectio exprimitur, posteritatis sanctitas signatur. Plerumque enim filij assolent parentibus assimilari. Alij existimant hasce generationes esse Noë actiones, & opera; hæ etenim sunt velut liberi, quos homines conficit generant. Fuit perfectus in suis actionibus.

Plerumque filij parentibus assimilari solent.

10. ET,&c.] *Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iapheth.*] Iaphet primogenitus à quibusdam existimatur, Cham secundo genitus, minor autem Sem. * Et quando in Domini supputatione non sunt nouissimi, primi: & primi nouissimi? * Nunquam non humilitas exaltata.

Primi nouissimi, ac nouissimi primi. Exaltata humilitas.

11. CORRVPTA, &c.] *Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate.*] Homines qui erant in terra corrupti sunt vehementer. *Nembroth robustus venator coram Domino*, id est, robustus vehementer. * Nunquam nó vehementer delinquit, qui in conspectu Domini, seu sciens Deum aspicere, delinquere nó veretur. Vnde Dauid vt peccatum exaggeraret, inquit, *Et malum coram te feci.* * Aptius adhuc dixerim specialiter *coram* peccare, qui delinquit in Templo, vbi specialissime Dominus commoratur. Vt ergo exaggeret Moses illius æui malitiam, eam comparat eis, qui coram Domino siue in Templo delinquunt. Cur autem corruptis hominibus *terra corrupta* prædicatur. * Quia luxuriei contagium ipsam terram quodammodo tangit. Vnde fugiendæ tibi aliquæ regiones, domus nonnullæ, vbi huiusmodi clades grassari assolet, ne vel contactu pedum contaminari possis.

6. Terræ corruptio eius deletionis decretum.

Vehementer peccat, qui in conspectu Domini delinquit, id est, sciens Deum aspicere. Summa malitia, in Templis coram Domino delinquere. Vel regiones fugiendæ, vbi luxuria dominatur.

12. CVMQVE,&c] Cumque Deus sciuisset terræ habitatores fraude, calumniis, impudicitia corruptos esse; quia omnes homines suam viuendi rationem, quæ ductum rationis, & legis imperium sequi deberet, inique corruperant. LXX. *ante Dei viam.* Videns quod homines cuncti deurauerant.

13. DIXIT, &c.] *Dixit ad Noë*: Finis, ô Noë, seu dies ad hominum, & animalium excidium à me decreta instat; quia *repleta est terra iniquitate.* Hebr. חמס *iniuria, contumelia, rapina,* * Haud meminit impudicitiam, quia fragilitatis assolet esse facinus: sed in proximos delicta ex malitia & affectatione exorta, quæ magis irritant ad vindictam. Clades ergo diluuij ex iniuria in proximum orta est: detractio, & rapina cataractas cœli rupere. *Repleta est terra iniquitate à facie eorum*, id est, propter ipsos] O vis praui exempli potens vel terræ glebam ad prauorum hominum æmulationem pellicere.

Ex iniuria in proximos exorta diluuij clades. A detractione, & rapina præcipuè. Praui exempli vis.

14. FAC,&c.] *Fac tibi arcam.* Hebr. תבת *Thebe, capsa,* Extrues capsam suprà & infrà latam de lignis quadratis; & politis ad firmiorem compaginationem. Stabula parua, seu mansiunculas, instar nidolorum, (Hebr. *Nidos facies arcam*) exædificabis iuxta singulorum animantium necessitatem. Porrò ne aquæ irrumpere possint per rimulas pice cura liniri. Chald. existimat materiam arcæ dedisse cedrum; vt graueolentia ex animantium fimo refrenaretur. Exigua fœtoris reformatio. Arbitror pinum aptiorem nauigationi (ex Hebr. collegi,) elegisse Noemum. Hebraica illa lectio (quam LXX. secuti sunt) *Nidos facies arcam.* ansam præbet quæstioni. Si non solùm volucribus, sed & elephantibus, leonibus, camelis, leonibus, reliquisque animantibus, ac reptilibus habitacula præparantur: quonam modo asserit Moses totam Arcam efformandam in nidos. * Profectò vt quemadmodum ex hominibus electi sunt potiores vita, vt liberarentur: aliquam & bruta animantia præ se ferrent cù volucribus alta petentibus, à terra corrupta abstractus similitudiné Nec vllus inuitus sine reformatione saluádus *Homines & iumenta saluabis Deus*, sed nullus sine reformatione saluatur. Qui motem bestiarum gessit, ad volucrum auolet institutum. * Porrò illud bitumen, quo arca intrinsecus deliniitur, innuit, quam diligenter præparandæ sint naues, seu homines huiusce sæculi pelago commissi, nè venialium criminum per rimulas vndulæ ingressæ naufragij nos deferant ad periculum.

7. Arcæ forma traditur Noë

Vel animantia in arca saluæ donata quodammodo exprimunt reformationis similitudiné. Diligenter de bitumina curá nè vndulæ venialium præparent ad naufragium.

16. ET, &c.] *Et sic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum altitudo, & triginta cubitorum altitudo illius.*] Arcæ hos cubitos geometricos reor, sex ex communibus continentes. Nam vox Hebraica אמה *Amah* non modo cubitum, sed mensuram magnam matrem aliarum significat. At vulgaris cubitus pedem continet cum dimidio. Ergo æquoreæ domus, longitudo 1800. cubitorum, latitudo 300. altitudo 180. fuit.

16. FENESTRAM, &c.] *Fenestram in arca facies*, Græcè *fenestram* ἐπισυνάγων. Licet fenestrata tota domus erit fuerit ad solatium incarceratorum: tamen fenestram vnam præcipuam, grandiorem ac pellucidam ex speculari lapide (sic Græca ex dictione) aperies: cuius quidem fenestræ altitudinem vnius cubiti geometrici, seu sex nostrorum efficies. At iuxtà infimum tabulatum arcæ cænacula, & tristega facies, id est, infra tectum tria tabulata construes, (*Tristega* enim *tria tecta* significat.) Hebr. *Inferiora, secunda, & tertia facies in ea.* Arca itaque tribus tabulatis erit sublata: Ima pars sentinæ deputetur, media animantibus domicilia offerat, tertia annonarum sit receptaculum. Volucribus præterea tertiæ contignationis huiusce laquearia nidulos ostentant. Quare non contignatione vnica cuncta animalia continentur. * Quia typum arca Noëmitica gerebat Ecclesiæ, & Religiosæ communitatis, in qua non oportet volucres id est, viros egregiis præditos naturæ dotibus vulgarium animantium domicilijs aptari. Teneant illi verticem nimia

In Ecclesia, seu Religione viri præclaris naturæ dotibus prædi superiorem obtineant gr dom, non computentur cum vulgaribus.

nimia enim æqualitas inæqualitas procul dubio est.

Mirabile est, Deum benignissimum aquas diluuij inducere.

17. ECCE EGO &c.] Ecce ego inducā aquas diluuij super terram, Hebra. *Ego inducam aquas*, particula, Ecce, ablata, quam retinendam apposite reor, vt vi huius particulæ res noua & velut mirabilis innuatur, *nempe à Deo ipso inductam esse hominum ruinam. Quam horribilis malitia, quæ cogit Deum diluuij aquas inducere.] Ecce ego adducam aquas, efformabo nubes, frenum pelagi rumpam, cœli è luminibus cataractas detraham: & tam nouam hominum malitiam nouo procedendi more vindicabo.

8. *Fœdus Dei initum cum Noe: hominum, animantium, volatiliumque ad arcam inductio.*

18. PONAMQVE, &c.] Paciscar tecū tuam, tuorumque incolumitatē. Tu enim, filij sui, vxor tua, & vxores filiorum à diluuio exitiali omnibus eripientur: simulque, in humanæ naturæ obsequium, cuncti sexus masculini, ac fœminini eadē immunitate potientur. Ex Hæbræo, *Opere complebo fœdus*, quod secum de tua, tuorumque incolumitate pepigi. Quando fuit fœdus hoc, Reticet scriptura. * Crediderim, immaculatam Noe vitam fœderis obtinuisse locum. Deus enim videns hominis iustitiam, quasi inito fœdere, eius suorumque studes incolumitati.

Proba vita nostra quasi fœdus est, quo Deus obligatur quodammodo nostræ studere incolumitati.

19. ET EX CVNCTIS &c.] Terrestria animansia bina, ad arcā adducantur sexus vtriusq;, quorū, quę feritate vigent, tibi subijcientur, paradisi arca in statu innocentiæ gloriā æmulante. An quæ ex putri gignuntur, aut ex specierum variarum commiatione fuere in arcam inducta. *Nē communitatis sanctæ ac puræ aut putredinis aut intemperantiæ memoria noceret Quam laudabiliter ad Religiosum cœtum putrido sanguine, infecti non admittuntur, & spurijs difficilis patet ingressus.] Hebræi pro particula, *Induces in arcam*, scripsere, *Venient ad te*, non tuo labore, sed sponte sua, meo iussu. *Quod difficile in negotiu obedientiæ obijcitur, subditum exterrere non debet; Deus enim gerit, quod hominis vires videtur superare.]

Ad Religiosam Communitatem non admittantur putrido sanguine infecti nec spurij.

Difficilia obedientiæ Deus gerit.

In Religiosa Communitate varia domicilia.

20. DE VOLVCRIBVS, &c.] Non solum volucribus, sed & reptilibus, & bestijs locus prepararetur in arca. * Communitas Religiosa non ea solis volucribus seu viris doctis constat: etiam vilioribus, ac rudioribus domiciliū offertur. Alij ministerijs augustioribus studiū expediant, alij abiectioribus deputentur; volucres collocentur in nido, canans, doceant: dū rudiores mansiunculis infernis addicti facilio-ra exerunt ministeria. Hæc omnia viuentia tecum ingrediantur, *vt possint viuere.* * Iusti enim societas vel brutis esse assolet salutaris.

Societas iusti vel brutis salutaris.

21. TOLLES IGITVR. &c.] *Tolles igitur* ea cunctis quæ comedi possunt, vt tibi, domesticisque tuis hominibus, animantibus, volucribusq; annona paretur. Particula *Igitur* premēda. Constitueris, ô Noe, cūctorū animantiū, hominum, volucrum, ferarum, bestiarum, reptilium Præsul in arca; *igitur* omnibus debes præparare alimoniam· *Quomodo enim præscribet subditis imperia, qui corporeę non subuenit egestati. Qui non prouidet alimoniam, non præscribat imperia. *Ex omnibus escis, quæ mandi possunt.* Hebr. *Ex omni cibo, qui comedi solet.* Vt scilicet & cunctis animantibus varia pabula pręparentur iuxtà cuiuscumque naturā; feræ carnibus, bestiæ ac iumenta fœno & hordeo, volucres granis, ac canibus, homines autem frugibus in arca vescantur: & ad nouam agrorum progeniem messium semina reseruentur.

Præsul subditis alendis studeat.

22. FECIT IGITVR. &c. [*Fecit igitur Noe omnia, quæ præcepit ei Deus.*

CAPVT SEPTIMVM.

Reclusis in arca Noemo, vxore, filijs, nuribus, cunctorumque speciebus animantium; montes aqua superauerunt, reliquos homines animantiaque submergentes.

1. Dixitque Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam: te enim vidi iustū coram me in generatione hac 2. Ex omnib. animātib. mūdis tolle septena & septena, masculū & feminā: de animantib. verò immūdis duo & duo, masculum & feminā 3. Sed & de volatilibus cęli septena & septena, masculum & feminam: vt saluetur semen super faciem vniuersę terrę. 4. Adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus & delebo omnem substantiam quā feci de superficie terræ. 5. Fecit ergo Noë omnia, quæ mandauerat ei Dominus. 6. Erátque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram. 7. Et ingressus est Noë & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cum eo, in arcam propter aquas diluuij. 8. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod mouetur super terram, 9. duo & duo ingressa sunt ad Noë in arcam, masculus & femina, sicut præceperat Dominus Noë. 10. Cúmque transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram. 11. Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt. 12. & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta

noctibus

noctibus. 13. In articulo diei illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam. 14. ipsi & omne animal secundùm genus suum vniuersáque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctúmque volatile secundùm genus suum, vniuersæ aues, omnésque volucres, 15. ingressæ sunt ad Noë in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. 16. Et quæ ingressa sunt, masculus & femina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus deforis. 17. Factúmque est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. 18. Vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerunt in superficie terræ: porrò arca ferebatur super aquas. 19. Et aquæ præualuerunt nimis super terrã opertíq; sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. 20. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat. 21. Consumptáque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniúmque reptilium, quæ reptant super terram: vniuersi homines, 22. & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. 23. Et deleuit omnem substantiam, quę erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca. 24. Obtinuerúntque aquę terram centum quinquaginta diebus.

COMMENTARII.

VERS. 1. DIXITQVE, &c.] Dixit ad Noë Dominus. Quià te inter homines huius temporis vidi iustum, à me es eligendus in tam augustum renouandi orbis terrarum munus.* Nihil enim gratius Conditori, quam inter impios virum pollere pietatę. quod quidem perdifficile est.] Nec tu solus ab vndarum exitio liberaberis. Toti familiæ tuæ erit iustitia salutaris.* Quia propter vnius sanctitatem Deus assolet domum; vrbem benedictionibus opplere. Hinc famuli ediscant ad ministerium proborum familias eligere.]

Gratissimũ Deo, quem bonũ inter malos esse.

Ob iustum vnum solet Deus totam domum, ac Vrbem opplere donis.

2. EX OMNIBVS, &c.] Animantibus his, quæ tibi reuelaui munda esse tolle septem, non quatuordecim: De immũdis verò à me assignatis duo, non quatuor. De mundis scilicet quatuor masculos, & tres fœminas elige: de immundis masculum & fœminam assigna duntaxat. Nam de mundis par vnum oportet induci ad speciei conseruationem, alterum ad sacrificium, tertium ad esum post diluuium; septimus autem mas cælebs pro sacrificio statim à diluuio litando.* Et quomodò septem animantia prosperarentur, si vnum eorum saltem Domino non esset deputatum? Grex tuus incolumis abibit & redibit: si pecus melior tibi offerenda Domino obijciatur. Porrò de immundis par vnum sufficit ad speciei conseruationem, si nec esui, nec sacrificio apta. Alij putant ex mundis fuisse quatuordecim septem mares & septem fœminas ad vberiorem fœtum. Sed cur de immundis duo solummodo? Quia vberior assolet esse malitiæ fœcunditas: plus velociusque vides crescere iniquitatem.

2. Animãtia ac volatilia assumẽda ad arcam.

Res familiaris v.g. grex prosperaretur, si melior pecus Domino cõsecranda sit.

Velocius crescit iniquitas quã virtus.

3. SED, &c.] Similiter de volatilibus assume septena & septena scilicet ex aquilino grege septem volucres, septem ex pauonum cœtu: ne pereat species. Cur non addidit, *Et de volatilibus immundis duo & duo?* Quia pellucidæ regionis incolæ non trahunt à terra corruptionem, qua terrena animantia inficiuntur.* Si à terra studeas eleuari, si Dauidicas pennas explicare contendas vacans contemplationi, terra vtens solummodo ad breuem nidificationẽ, ad necessarium alimoniȩ vsum: nunquam cum immundis computaberis.

Vacans studio contẽplationis, aut orationis, ab immunditia est immunis.

4. ADHVC, &c.] Diues in misericordiis supra præscripti temporis spatium adhuc addam septem dies, vt saltem peccatores extrema ista pœniteat hebdomada. Nec enim post diuturnam vitam vitio litatam impossibilis est nouissima in senecta pœnitudo. Difficile circa mortis articulum pœnitentia geritur: sed possibilis est. Demum itaque *ego pluam*, non enim syderum, aut causarum naturalium viribus committam obruendi orbis terrarum negotium: ipsemet absoluta potentia perficiam.* Vt peccatores edoceantur, post longum silentium, post prolixam expectationem horribilius eis imminere iudicium.

Sera pœnitudo difficilis quidem, sed nõ impossibilis.

Post prolixam expectationem, horribilius imminet peccatori iudicium.

5. FECIT ERGO, &c. 6. ERAT QVE, &c. 7. ET INGRESSVS EST NOE &c.] Executus est Noë omnia quę ei Dominus imperarat. Certe sexcentorum annorum ætatem agebat quãdo aquis diluuij orbis fuit obrutus. Ipseque vxor filij ac nurus eius properarunt ad arcam (instantibus diluuij vndis) die illa septima. Sunt quidem qui asserãt Noëmum ac filios eius separatim ab vxoribus fuisse ingressos in arcam vbi disiunctim toto diluuij tempore fuere commorati. Apte quidem ingressus Noë & filij eius hinc: vxor eius, & vxores filiorùm eius illinc.* Vt scilicet mũdus ad exitium adductus ob lasciuiam, à castitate in nouandus obijceretur.* Addiderim non decuisse viros probos, in communi calamitate vacare voluptatibus.

Mundus ob puritatem castimoniæ innouatur.

Non decet voluptati vacare in clade communi.

9. DVO, &c.] Paria seu bina ingrediuntur ad arcam, vbi Noë aderat, cuncta animantia, ac volucres Angelorum quidem ministerio quia iam homines præcesserant. Cur Noë non curauit præcedere animantia ac volucres: quas

ipse sequeretur? An oportet Præsulem præcedere? * Certè non tam potens terror subsequentis ad subditorum adductionem à vitijs ad virtutem quam Præsulis ducentis, præcedentis exemplum.

Fortius est Præsulis exemplum ad adductionem subditi quam subsequentis terror.

10. CUMQUE, &c. 11. ANNO, &c.] *Cumque transissent septem dies, aqua diluuij inundauerunt super terram.] Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt.*] Illo scilicet mense, qui Hebræis *Iiar.* & nostro ferè Maio respondet quoad posteriorem eius partem, omnes scaturigines abyssorum, seu voraginum terræ vi aquarum desuper vti fractis repagulis, videbantur. Porrò magna vna vocatur abyssus ob aquarū saltem per venas internam communicationem. * Vt edíscas, vndenam vna Ecclesia, vna Religio: scilicet ex interna charitatis communicatione. Vnde qui apud Indorum recessus ablegantur socij vnicum cum Hispanis, seu Gallis seu Italis corpus (aptius dixerim, animum) efficiunt. Tunc *cataractæ cæli;* Hebr. *Fenestræ* apertæ obiciuntur, vt vis aquæ è nubibus decidens, cum vndis magnæ abyssi fontium copularetur: Ingensque totum operiens terram pelagus efformaret.

3. *Aquarū inundatio.*

Religiosi socij dispersis in locis vnū corpus seu vnum animum efformant, ob charitatis communicationem.

12. ET FACTA, &c.] Non repente orbis obruetur vndis, sed per quadraginta dierum spatium pluuia profluet, *Si fortè, instat Niniuitarum, mortis instantia impios homines ad pœnitudinem adducat. Crediderim mortis iam instantis aspectu multos deseruisse prauitatis affectum, & ad frugem meliorem cordis contritione accurrisse. * In conspectu enim mortis inquitas deficit, O mortis fragilitas quot inuisibilium hostium caternas comminuisti, quot fortitudines debellasti.

Dei longanimitas ad peccatorum conuersioné.

In conspectu fragilis mortis vitij fortitudo deficit.

13. IN ARTICULO, &c.] *In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iaphet, filij eius: vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis, in arcam.*] Hebr. בעצם *beezem*, siue *in corpore diei illius, cum multum dies super esset,* ingressa familia Noemitica in arcam. * Ingenium iustorum exprimitur, qui non nectunt moras, sed festinant (cum ad diei terminum ritè possent pigritare) opus præceptū implere.* Subtaxant eos, qui peregatoriam nullam Deo litant actionem, sed vix ad præcepti instantiā operantur. In primo (sic putarim) articulo diei illius iustus Noë curauit implere præceptum nec in nouissimum articulum differre voluit.

4. *Ingressio hominum animantium ac volucrum in arcam.*

Iusti implēt præceptum, antè quam instet.

14. IPSI AT, &c.] Secundum genus suum vniuersa animantia accurrunt ad arcam id est, iuxta speciei dignitatem, vt leo bestiarum fortissimus primum locum: & aquila volucrum Regina supremum nidum obtineret. * Vt scilicet Noëmitica arca veram exprimat sanctæ communitatis effigiem, in qua oportet alijs præponi seniores, aut virtute aut sapientia augustiores viros. Distinxit autem apte aues, à volucribus aues enim sunt, quæ pennas habent: volucres quæ alas siue plumis instructas siue ex membranis formatas, vt vespertilio.

Peregatoriæ iustorū actiones cōmendantur hic.

In communitate præponantur illustriores aut moribus aut sapientia.

15. INGRESSÆ, &c.] Nulla fuit animalium seu viuentiū species (præter ea, quæ ex putrefactione nascuntur animalcula) cuius bina in diuidua ad arcam non deferrentur ad multiplicis restaurationem.

16. ET QUÆ, &c.] *Et quæ ingressa sūt masculus & fœmina ex omni carne introierunt: sicut præceperat ei Deus; & inclusit eum Dominus de foris.* Hebr. *clausit Dominus pro eo.* Cum iam hominum, omniumque animantium, & volatilium binaria illa ex masculo & fœmina in arca recepta essent: Deus extrinsecus ostium arcæ à Noëmo clausum, quod poterat: bituminauit contra aquas muniēs, quod Noëmus non poterat. Hoc est verè deforis claudere. * Rei difficili ac penè impossibili circa Dei obsequium studium impendens, deficiens, curas inchoatam relinquere? Absit, te enim gerente, quod potes: Deus operabitur, quæ tuæ aptitudinis captum excedunt * Claudat Præsul Noë arcæ ostium: sed nisi Deus bituminasset de foris, aquæ irrumperent seculares. Frustra Prælati claudunt, inutiliter subditis custodiam apponunt, nisi Deus ostium munierit.

Rei difficili circa Dei obsequium studens, gerat quod potest. Deus perficiet, quod ille nō valet.

Ni Deus communitatis muniērit ostium, frustra Præsules claudunt.

17. FACTUMQUE, &c.] Factūque est diluuiū quadraginta diebus super terram Lxx. addidetunt. *Et quadraginta noctibus* Diluuium igitur quadraginta diebus horarum viginti & quatuor detexit arcam veluti nauim eleuans ad sublimia. * Hoc laborum ac tribulationum ingenium, homines plus actos, plus eleuare, magisque conspicuos efficere.

5. *Quadraginta dierum diluuium.*

18. VEHEMENTER ENIM, &c.] *Inundabant: & omnia repleuerunt in superficie terræ: porrò arca ferebatur super aquas.*] * Si arca spiritualis vit, instar spiritus Domini super aquas fertur, quid ei officit aquas secularis diluuij, seu mundi tribulationum vehementer, seu nimium multiplicatis?

L. bores ela. uant homines.

Non afficit hominem tribulationum multiplicatio si instar Dei spiritus super aquas feratur.

19. ET AQUÆ, &c.] Adeò aquæ prævaluerunt, vt domos, vrbes solo sternerent; vt homines cunctaque animalia suffocarent. Montium enim verticibus ab vndis superatis, nullum adfuit viuenti vlli perfugium.

20. 21. 22. QUINDECIM, &c.] *Quindecim cubitis altior fuit aqua super mōtes, quos operuerat. Cōsumptaq; est omnis caro quæ mouebatur super terrā, volucrū, animantiū, bestiarū, omniūq; reptiliū, quæ reptant super terram vniuersi homines: Et cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.* * animantium, viuentiumque omnium strages ineuitabilis illis verbis præmissis exponitur: *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes.* illam enim mensuram nec vllum animal in montium vertice posset superare, vt asseruati valeret.* sola arca inoffensa magis omnium victrix ostentabatur, gerēs symbolum obedientiæ.

6. *Omnis caro periit.*

Obedientia omniū dif... ficultatum victrix.

23. ET DELEUIT, &c.] *Et deleuit omnē substātiā, quæ erat super terrā, ab homine vsq; ad pecus: tam reptile, quam volucres cœli: & deleta sunt de terra; remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca.*] Cur Moses sæpe inculcat omnia animantia periisse nullum animalculum remansisse incolume? * Quia iam difficilis hominibus mortis materia, vt vel in conspectu communis interitus, & ineuitabilis casus nunquam non inueniant montem refugij, quo existiment singulariter posse à morte liberari. Peste Ciuitas desolatur, multa hominum millia contagium absorbet. Cur te existimas futurum phœnicem, solitarium remansurum?

In communi ac ineuitabili clade, credit homo se solum futurum superstitem.

surum? O nimia hominũ confidentia vel in diluuio quindecim cubitos vertices superante, cogitans euasiones!]

24 OBTINVERVNTQVE, &c.] Pluit diebus quadraginta, aliis centum & decem aquæ terram inundauerunt. Hebr. *Aquæ fortificatæ sunt super terram.* Id est, in morem fortificati exercitus, adeò terram aquæ obtinuere vt nulla vi ventorum, aut caloris, nisi dante Numine, possent ablegari. * Ex calamitates horribiles tibi à quibus non possis creatis auxiliis eripi? Imo tunc minus horribiles, quia, deficiente auxilio creato, diuinum in promptu adest auxilium.

Cum deficit auxilium humanum, adest diuinũ.

CAPVT OCTAVVM.

Aquis diluuij recedentibus arca homines, cunctaque animantia, ac volucres terræ & aeri restituit Noe autem ara extructa placat mundi Renouatorem.

1. RECordatus autem Deus Noë cunctorúmque animantium, quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquę. 2. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractę cæli: & prohibitę sunt pluuiæ de cælo. 3. Reuersęque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. 4. Requieuitque arca mense septimo vigesimo septimo die mensis, super montes Armenię. 5. At verò aquæ ibant & decrescebant vsque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. 6. Cúmq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcę quam fecerat, dimisit coruum: 7. qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquę super terram. 8. Emisit quoque columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquę super faciem terræ. 9. Quæ cùm non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquę enim erant super vniuersam terram: extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. 10. Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. 11. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuę virentibus foliis in ore suo: intellexit ergo Noë quòd cessassent aquę super terram. 12. Expectauitque nihilominùs septem alios dies: & emisit columbam, quę non est reuersa vltrà ad eum. 13. Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutę sunt aquę super terram: & aperiens Noë tectum arcę, aspexit, viditque quod exiccata esset superficies terrę. 14. Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis: arefacta est terra. 15. Locutus est autem Deus ad Noë, dicens: 16. Egredere de arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. 17. Cuncta animantia quę sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quàm in bestiis & vniuersis reptilibus, quę reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: crescite, & multiplicamini super eam. 18. Egressus est ergo Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius, cum eo. 19. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quę reptant super terram, secundùm genus suum, egressa sunt de arca. 20. Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. 21. Odoratúsque est Dominus odorem suauitatis, & ait: Nequaquam vltrà maledicam terrę propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem sicut feci. 22. Cunctis diebus terrę, sementis, & messis: frigus & ęstus, æstas & hiems, nox & dies, non requiescent.

COMMENTARII.

1. Venti vrentis immissio, impinutio diluuij.

VERS. 1. RECORDATVS, &c.] Recordatus est autem Deus Noë. Humano more ponitur hîc in Deo recordari, velut prius pœnitere, dolere: vt exprimantur non affectus interni, qui in Deum non cadunt: sed opera externa, quæ hisce excitati affectibus assolent perficere. Igitur *recordatus est Deus*, idest, id gessit, quod pater recordatus calamitatis filij ageret nempe succurrit in arca fluctuantibus. Recordari itaque idem est, ac opem ferre. Tulit opem Noëmo, & cunctis viuentibus apud ipsum.* Tantæ vtilitatis est iustorum hærescere societati.] Id præstitit venti vehemẽtis, vrentísque præter communem morem, id est, plus quam assolet, ministerio. Assolet huiusmodi munus

Societas iustorum magnæ vtilitatis.

Aquilonibus tribui. *Ventus Aquilo dissipat pluuias.* Prou. 25. Aliquis de Spiritu Sancto illo, *qui ferebatur super aquas*, non ineptè ad mores, exposuit. * Spiritus enim ille, qui totus est pietas laborantium hominum recordatur: reditque ad renouatum orbem, qui apud addictum criminum vetustate noluit permanere: *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.*]

Spiritus Sanctus redit ad renouatum mundum, qui ab inueterato ex criminibus recesserat.

2. ET CLAVSI, &c.] Fontesque illi, qui ad vindictam fuerant reclusi, clauduntur: eis remanentibus, qui ad irrigationem terræ, & animalium potum requirebantur, simul ablegatis nubibus cœlū aspectatur serenitate conspicuum. * O quoties tempestate sæuiente, iudicas æternùm duraturam.] Tandem volitantes cataractæ in exilium mittuntur & suda cœli facies exponitur.

Post laborū tempestatem serenitas.

3. REVERSÆQVE SVNT AQVÆ, &c.] Aquæ fluctuantes, sicuti in pelagi assolent imminutione, ad subterraneam se recipiūnt abyssum postquam mare suas receperat vndas. At in fine centum & quinquaginta dierum, non antea cœperunt imminui. Nec enim vlla ventorum, aut caloris vi vna guttula diluuij potest imminui, quousque Dei voluntas accedat. * Vt edocearis aliquo ingenti labore actus à solo Deo leuamen expectare. Haud hominum consolatio proficit, si à Deo spiritus siccaturus vndas non emittitur.] Euntes, ais, & redeuntes sunt aquæ laborum; video discedere, sed illico redire conspicio. * Tunc quidem abscedere moliuntur labores, enim fluctuantes obiectantur. Vnda secunda minor certè priori: paulatim decrescit diluuium demum penitus exiccandum.]

Qui agitur ingēti labore, à Deo solo leuamen expectet.

Paulatim decrescit laborum diluuium, non repente aufertur.

4. REQVIEVITQVE, &c.] Mensa anni septimo Nisan Martio aut Aprili respondente die vigesima septima (aqua iam deficiente circa montium capita) supra mōtes Armeniæ, qui sunt pars mōtis Tauri cōsedit. Cur suprà mōtes cōsidet arca? Vt inde hominibus posteris, instar luminaris, viæ rectæ rationem exponat. * Et quidem memoria supplicij cogit homines ad recta redire.]

Memoria supplicij nos cogit, ad recta redire.

5. AT VERO, &c.] A cœpto itaque anno mense decimo die prima montium vertices exponuntur. Si non erant cacumina montium exposita quomodo sederat arca supra montes Armeniæ? Quia suo pondere depressa consedit, quemadmodum nauis assulet hærescere scopulis, vel arenæ.

2. *Coruus, dimittitur columba.*

6. CVMQVE, &c.] Vt experiretur Noëmus an terræ facies reserata esset, e fenestra coruum emisit exploratorem. Cur non aquilam? * Ad vulgaria ministeria non aptè egregius subditus mitteretur. Opera egregia egregiis committenda viris: vulgaria vulgaribus iniungenda.

Ad vulgaria ministeria subditus vulgaris mittatur.

7. QVI EGREDIEBATVR, &c.] Hebr. *Ibat, & redibat.* Si non reuertebatur, quonammodo redibat? Vltrò citróque volitans circà arcam, remeare volebat ad fenestram, & ab ipsa recedens ad cadauera ferebatur. * Eum vtique exprimit, qui vult & non vult gerere pœnitentiam Horrens vitiorum exitium, fenestram pergit ad arcam: horrens arcæ clausulam, remeare curat ad vitia; tandémque absorbetur ab vndis.] Alij ex Hebraica lectione sic: *Coruus egressus est egrediendo, & recedendo.* Ac si dicerent: Egressus est, & magis semper magisque recessit. * Nam qui Religionis ex arca egreditur, magis magisque recedit à verò Noe, id est Domino.] Retinenda nostri Interpretis lectio: Egressus est coruus, & nō reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terrā, id est, nō fuit reuersus etiam post quam vndę fuere siccatæ: ea scilicet scripturæ phrasi: *Non cognoscebat eam, donec peperit.* Mat. 1. hoc est, nec post partum cognouit. Existimo sententiam varia in lectione non variare Ita enim coruus egressus est eundo & reuertendo, vt volitaret circum arcam, neque intro egredaretur, nec se capi vt columba permitteret.

Peccatores, in morem corui, volunt & non volūt pœnitēre, & demum à diluuio absorbentur.

Qui è Religionis arca egreditur magis magisque recedit à Domino.

8. EMISIT, &c.] Quia coruus non redijt ad arcam, imo (probabilius) quia egrediebatur, & non audens procedere reuertebatur ad arcæ culmen non ad fenestram; timiditatem subtaxans primi exploratoris, emittit columbam, vt aliquod daret reuersa processus rerum documentum. Hebr. וישלח *emisit columbam à se.* De coruo autem immisso, *dimisit coruum.* Aliud est dimittere aliud emittere à se; quæ emittitur à Noë columba auolat reuersura: qui dimittitur coruus è domo ablegatur. Liceát vulgariter exprimere *es despedido*, sic vocem *dimisit* interpretor. * En Religiosæ Communitatis simulacrum. * Niger seruus dimittitur, nè sociis noceat, hic plerūmque absorbetur à diluuio At columba ad ministerium emissa à Præsule, superatis vndarum periculis, incolumis redit ad arcam. * Multi Religionis ex nido magis dimissi, quam emissi pergunt ad seculum, & nun reuertuntur; quia illa recessio magis permissio aut dimissio quā missio fuit.] Porrò columba emissa gestas oliuę ramum cum prouentu reuertitur. * Qui cum proximis agis contrà Religionis prætextum, aut cōtrà Præsulum voluntatem, velut coruus dimissus deperire cogitur At qui emittitur iuxta Religionis institutum incolumis sēper columba inter mortuorum cadauera perseuerat, cum victoria gestans oliuæ ramum redit ad nidulum.

Laudabile institutum Religionis illius, quæ socios corruptos dimittit. Qui non emissi, sed dimissi pergunt ad seculum non reuertuntur: qui emittūtur cum prouētu redeūt. Qui cum proximis agit contra Religionis præscripta, perire cogitur: secus qui iuxta regulā cum peccatoribus commoratur.

9. QVÆ CVM, &c.] Cum campestria & planities obrutæ essent aquis, & non inuenisset columba vbi posset in terra ima commorari, quia omnia adhuc limo erant obsita: arcæ repetit nidum, ad quem Noëmi manu introducta est. * Cum non proficit emissus subditus ad proximos prudens reuertitur, nec apud sæculum diu commoratur. Extra arcam enim aut cellulam tam periculosè degit, cum otio vacat, vt salutaris ei sit vel vis addita à Præsule.]

Periculose degit subditus apud proximos otiosus, vel vi adducendus ad cellulam.

10. EXPECTATIS, &c.] 11. AT ILLA, &c.] Rursum columba, quæ semel reuersa fuerat, exploratrix emittitur expectatis alijs septem diebus quæ toto pasta die ad comparem notū redijt in hospitium vitatura tenebrarum horrores Vt autem emittentis quæstioni responderet: si non labiis verba efformando: certè rostro oliuæ supremum teneriorem ramusculū, quem posset ipsius rostri gladiolo dissecare, ostendendo. Hebr. טרף quod raptum significat, huic sensui ansam præbuit: *Portans oliuæ folium raptum ore suo.* * Quid quid è ministerio emissa columba adfert ad nidum postquam pasta est sufficienter; velut ex rapto attulisse existima.] Porrò Noë misericordiæ symbolum

Quasi raptu acquiritur, quod Religiosus ex ministeriis, præter cibū acquirit.

lum in olivæ frondiculo contemplatur, ratus diluuium terminatum.

12. EXPECTAVIT, &c.] Prudentis est, nō illicò securitati credere: sed expectare, vt clarioribus documentis possit edoceri. Post alios itaque septem dies columba emittitur, quæ non reuersa, asseruit cuncta esse pacata.

13. TARRÆ, &c.] Mense itaque Tisri Octobri fere respondente, aquæ adeò imminuuntur, vt terra, si non interius omninò exiccata, quod proximo accidit mense saltem in lutum concreta appareret. At Noë vt non solum ex columbæ documento, sed ex visu documentum caperet certius: quia ex fenestra ad latus posita non poterat aspectare: eam, temoris tabulis, tecti partem aperuit, qua omnia posset late circunspicere.* Q uot experimenta captanda occluso pendenti, id est, Regulari cellulæ addicto, prius quam audeat progredi ad pericula seculi.

14. MENSE, &c.] *Mense, secundo septimo & vigesimo die mensis, arefacta est terra.*] Constat Noëmum intra arcam integrum annum solatem commoratum. * Tam difficile immunditiei macula abolectur. Tot aquis vix exitialis luxuriei flamma extincta.

15. LOCVTVS 16 EGREDERE, 17. CVNCTA, &c.] *Locutus est autem Deus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia, quæ sunt apud te ex omni carne tam in volatilibus, quam in bestiis, & vniuersis reptilibus, quæ repta⁀nt super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: crescite, & multiplicamini super eam.*] Nec post oculorum experimentum exsiccatæ terræ Noë ausus est ex arca procedere. Sed qui ex diuina præscriptione ingressus fuerat, ex eadem expectat exire. * Religiosus periculosè quamlibet exerit actionem sine obedientiæ ducatu; licet omnia pacata esse videantur, in ipsa securitate inobedienti adest periculum.]* Ausus fuerim Noëmi quodammodo carpere solicitudinem circa experimentum de terræ exsiccatione capiendum Ad quid coruum, & columbam immittit, ac tectum aperit: si sperare deberet ex monitu Domini ad arcam ingressus, eundem de exitus tempore monitorum* ? O quot curis, Religiosus expediretur, si secutus obedientiæ præscripta Præsuli totam sui dispositionem relinquere studeret. Ille exeundi tempora commoda præscribet.] Cur autem Deus specialiter iubet. Noëmum & filios, & vxores ex arca procedere ? An non exeunte Noëmo, consequenter filij, & vxores exitent ? * Certè quoad obedientiæ rem attinet, nulla valet rationis, aut vsus consequentia. Poterat nempe vtile esse quod exiret Noë, & reliqui cuncti, aut aliquis eorum remaneret in arca. Si Petro verbi gratia datur exeundi è domo licentia, cur Antonio negatur? Expedirnt venia Petro: Ergo Antonio impetrienda. Consequentia non tenet. Præsul enim scit, Petrum securè apud seculares degere; Antonium haud sine periculo commorari.] Porrò Deus crescere, ac multiplicari loco benedictionis dat animantibus, postmodum hominibus donandis benedictione.

18. EGRESSVS, &c.] Ductoribus ergo hominibus omnia animantia egrediuntur ex arca secundum speciem suam, id est quilibet masculus cum fœmella suæ speciei: sequentibus simul designatis altaris sine fœmella masculis. Noë cum vxore, filij cum coniugibus, cunctæ animantes cum comparibus suis ex arca procedunt ad mundi innouationem; non promiscuè proficiscuntur. * Ad mundi enim ex luxurie pereuntis temedium, necessarium fuit, adulteriorum occasiones rescindi. An non te alterius mariti coniugi adhærescere, adulterij est seminarium.

20. ÆDIFICAVIT, &c.] *Ædificauit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.*] Laus egregia Noë primi extructi altaris authorem extitisse. Super illud quidem ex septimo illo mundorum animalium cælibe seu solitario masculo Deo litando holocaustum exposuit. * Quam pulchrè primum super altare sacrificium solemne, de quo agitur expressè in sacris (scio Abelem super altare probabiliter munus obtulisse) ex cælibi animante perficitur: vt innuatur Numini admodum gratus virginitatis oblatione. Particula *Autem* innuit mox post egressionem ex arca extructum à Noëmo altare fuisse. * Periculosè enim in terra moraturus exiret, si gratitudine ob prælapsum beneficium præmissa, Deum ad futura non illigatet.

21. ODORATVSQVE, &c.] Acceptauit Dominus tanquam rem suauem Noëmi sacrificium. Chal. *Suscepit Dominus cum beneplacito.* Consolatus autem Noë; Haud, inquit, vltrà maleficiam terræ diluuio, vt feci propter hominum crimina.* Figmentum (sic Hebt.) enim, seu formatio figulina cordis humani, prona valde est ad malum à iuuentute, è qua flamma libidinis desæuire incipit; atque ideo humanæ infirmitatis Plasmator miserabor.] Portò vox Hebr. אל לבו *Libo* ambigua plane, potest significare, *Ait ad cor eius*, nempe Noëmi & *ad cor suum*, nempe Dei; id est, *Statuit penes se*, vel ad Noë, quem quasi cor suum diligebat. * Nam qui circa obedientiæ virtutem excellit, ineffabili Dei afficitur dilectione.]

22. CVNCTIS, &c.] Quamdiu in terra generatio erit, & corruptio: aderuntque homines & animalia: omnis temporum pulchra varietas non desinet sibi mutuò succedere. * Omnia propter solum hominem ad cursum directa: sine homine requiescerent: & homo velut casualia, aut aliena reputans beneficia nunquam se gratum exhibet conditori.]

Marginalia: Prudentis est, non leuiter securitati credere. — 3. *Post exsiccatam tellurem, egredi Noe iubetur.* — Difficile Religiosus post plura documenta debet è cella progredi. Difficilè flamma luxuriei extinguitur. — Religiosus non exire aliquid sine præscriptio[ne] Prælati. — Religiosus' sit solicitudinem abiiciat, obedientiæ præscriptum expectans. — In re obedientiæ consequentia non valet. — 4. *Egrediuntur homines, & animantia.* — Maritam hærescere alterius viri coniugi, est adulterij occasio. — 5. *Noe holocaustum.* — Quam Deo grata virginitatis oblatio. — Periculosè degit ingratus: gratus futura beneficia firmat. — Hominis infirmitas miserabilis. — Obediens ineffabiliter à Deo amatur. — Ingratitudo hominum circa temporum vicissitudines.

CAPVT NONVM

Cælesti hominibus benedictione donatis, nouus cibus prouidetur, inter Deum & homines fœdus Iride obfirmatur, Cham patrem irridens denudatum, Chanaano vulneratur in filio.

1. BEnedixítque Deus Noë & filiis eius. Et dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: 2. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. 3. Et omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia: 4. excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. 5. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri & fratris eius, requiram animam hominis. 6. Quicumque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. 7. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. 8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: 9. Ecce ego statuam pactū meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: 10. & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ, 11. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium dissipans terram. 12. Dixitque Deus: Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas: 13. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. 14. Cúmque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus: 15. & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat, & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem. 16. Erítque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis quæ est super terram. 17. Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me & omnem carnem super terram. 18. Erant ergo filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth. porrò Cham ipse est pater Chanaan. 19. Tres isti filij sunt Noe: & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. 20. Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. 21. Bibénsque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo 22. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras. 23. At verò Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciésque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt. 24. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, 25. ait Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. 26. Dixitque benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius. 27. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sítque Chanaan seruus eius. 28. Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. 29. Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.

COMMENTARII.

1. VERS. 1. BENEDIXITQVE DEVS, &c.] Deus homines fœcūditatis benedictione donauit, profatus: Crescetis, & multiplicabimini. * Nec enim vnquam Deus voluit ab hominibus continentiæ priuilegia violari. Ideo non imperat multiplicationi dare operam, sed futuram multiplicationem prædicit. Si Sem voluisset perfectioni continentiæ obsequium litare, præcepto non impeditus posset exercere.]

Fœcunditas datur animātibus,

2. ET TERROR &c.] *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram.* Si homini integro sponte animalia obedirent: homini innouato ex terrore animantia

homini terror in feras.

Semper adest & virginitatis, & continentiæ seruandæ opportunitas.

animantia subiiciantur. Quasi, semiplenum in bestias dominium accipite, quod per peccatum primi homines amiserunt. Pisces manui vestræ piscationis officio incumbenti tradantur, qui innocenti manui vltroneè traderentur.* Passiones, post innocentiam amissam, potest terror subiicere.* Sæuit concupiscentiæ fera, sed culpabiliter homo vulnerabitur, si potest terrore asperitatis, id est, vsu cilicij, & ieiunij eius impetus frangere. Animantia mansueta allicienda benignitatis signis, efferata nimis, ac verberibus comprimenda.* Prælati subditos bona indole præditos discant beneficijs adducere, rebelles autem vi coercere.

Terror hominis per se feras sub dimis, auar ære, &c sub icere, ad cilicio, & ieiunijs subiugare.

Prælati beneficiis adducat bonæ indolis subditos, duros coerce...

3. ET OMNES, &c.] Diluuij salsedine terra hebetior est facta, vndè fruges, & olera infirmiorem succum ministrabunt. Quare vobis culturæ labori insudantis omnium esum carnium velut virentia olera permitto. Tradunt Hebræi ante diluuium Sethi filios carnibus abstinuisse, fructibus oleribusque contentos: plurimos autem alios vesci solitos carnibus.* Certè cibis ieiunij Sanctitas custoditur. Carnium esu immisitato concupiscentiæ increscunt effectus.] An verba illa: *Omne, quod mouetur, erit vobis in cibum* vim præcepti exerant? Certè hominibus cunctis fit potestas edendi carnes: haud præceptum imponitur.* Verum indè commendabilis admodum apparet illorum spiritus, qui aut voti obligatione, aut propositi robustissimi præscriptione ab esu carnium perpetuo studeat abstinere.]

3.

Omnia permittuntur in cibum, hominis præter sanguinem.

Cibis ieiunij sanctitas custoditur.

Abstinentia à carnibus Carthusiensium & Minimorum commendatur.

4. EXCEPTO, &c.] *Excepto, quod carnem cū sanguine non comedetis.* Animal iugulare, sanguinem profundite, & coctis carnibus vesci licebit. Cur præcepta à sanguine abstinentia? Vt homines ab humani cruoris effusione absterrerentur.* Abstine ut à bestiarum sanguine, ne ad fundendum humanum sanguinem gradus fiat. Assolet enim indifferens voluptas manum dare ad illicitam voluptatem. Vndè à licitis abstine ex mortificationis exercitamento: præcipue ab eis, quæ aliquam cum illicitis habent propinquitatem. A curioso (ex. g.) fœminarum abstine aspectu, nè ad concupiscentiam alliciaris.]Prouidet Deus simul hominis valetudini, dum iubet a sanguine abstinere, quia sanguis brutorū terrestrium admodum ac grauis ægritudinum assolet dare materiam.* Benignissimus Deus non solum animo, sed & corpori curando studium impēdit. Quadragesimalē ideo abstinentiā instituit animabus corporibusq; curādis. cū ieiunij molestia pergrauaris, attende Dei cœlestis Medici pharmaca esse tuæ valetudini spirituali, aut tēporali præscripta, non ad cruciatum excogitata.

Alicitis quæ cum illicitis aliquam habent propinquitatem, abstinendū, nè ad illicita prolabaris.

Non solum curando animo, sed & corpori Deus curam impendit Ex. gr. ieiunium Quadragesimale ideo instituit.

5. SANGVINEM, &c. Adeò oportet vos ab esu sanguinis abstinere, nè ad fundendū, & profundendum sanguinem humanū gradus fiat: vt etiā bestias, quæ illum effuderint, sim puniturus: (iubebo etenim bouē homicidā lapidari) & de manu cuiusque fratrem occisum vindicabo: hominis quidem, quia humanitati misertus non fuit, viri autem, quia dedecet viro iracundiæ frenum non apponere; fratris denique, quia diligendus fuerat natura specialissimo, non vulnerandus.

Ac si diceret, quia ego requiram sanguinem hominum de animalibus, &c. animalium sanguine minimè vescamini. Nam si vultis vestrum cruorem non absumi ab animantibus præcedite exemplo, & eorum sanguini parcite. Quomodo alius tibi benignus ostentabitur, si te crudelem expertus est?]

Vis sanguinē tuum ab alio non profundi? eius sanguini parce.

6. QVICVMQVE, &c.]An non est æquum vt profundatur sanguis illius, qui hominis sanguinem profundere non veretur? Proh iniquitas! si communis te natura non mouet, mea te adducat imago, vt viuum Numinis non demoliaris simulacrum. Chald. *Fundetur ex sententia iudicis* sāguis illius, qui proximi profuderit sanguinem. Curat illicitam prohibere vindictam. Non tua manu supplicium perfice, sed ad iudicem accurre, si sanguis profusus alicuius, qui ad te causa propinquitatis attinere videatur.]Quam potens ratio! *Ad imaginem quippe Dei factus est homo.** adeò valida est contemplatio, hominem Dei existere imaginem, vt vel iracundia accensus homo debeat sedato affectu effici, hominem reuereri, seu potius Dei imagini parcere.]

Vindicta assumenda nō propria manu, sed ex iudicis sententia.

Vel iracundia efferata sedabitur, si detur locus huic meditationi Dei imago est.

7. VOS AVTEM, &c]Dum autem iubeo à sanguine abstinere animantium, et sanguinis vestri incolumitati altius consulatur; studeo humani generis velociori propagationi. Igitur & vos eidem date curam, multiplicamini coniugij ex fructibus, hominum familia crescat tot indiuiduorum numero, vt quam citissimè vniuersum terrarum orbem occupare possitis.* Ad quod maxime à me indicta pax (ex iracundiæ sedatione) conferret; pacifico enim datum terram possidere.

Pacificus terræ possessor.

8. 9. 10. 11. Fœdus statuo, seu promissionem firmo, quod nequaquam deinceps erit diluuium vniuersale dissipaturum omnes terræ habitatores.* Communitatis enim grauatio vix semel in vita perficienda: *Vna vice Chald.* Diluuium particulare obruat hosce aut illos delinquentes; sed diluuium vniuersale, quod toti communitati; vbi multi adsunt probi, incolumem afferat nunquam à Præsule immittendum. Semel Deus id præstitit cum omnis communitas suam corrumperat viam, & tunc proborum familia reseruauit.]

3.

Pactum Dei cum hominibus cuius signum Arcus.

Totius Cōmunitatis molestia à Præsule vitanda, vix vnquam vel semel, nunquam.

12. DIXITQVE, &c]Porrò Deus requirit quia oportet fœdus aliquo signo confirmari, ad memoriam excitandam: hoc erit signum in omnes sine fine generationes. *Arcum meum &c.* Hebr. pro *Generationes* est. *P. regrinationes.* Vita enim hominis quid nisi super terram peregrinatio.* Vt moneantur innouati homines tum ex corrupta olim via ad rectum iter processuros, cùm, peregrinorum instar, rei nulli hæserint sæculari.]

Via olim corrupta reformatur, si peregrini in morem, haud rei vlli hæseris sæculari.

13. 14. 15. Iris arcus meus, quem meum aptè vocito quia pulchritudine agnata cōditoris obiicit pulchritudinē, si ante diluuium fuit nubium roridarum, & pluuiæ naturale signum: deinceps in signum supernaturale mei cum hominibus fœderis constituitur de non futura vlterius generali inundatione.* Cum pulcherrimas creaturas aspectaueris Solem; Lunam, Sydera, lucem,

Dum aspicis solem, Lunam, &c. Contemplare specialissimam Dei imaginem pulchritudinis.

&c. existimas Dei specialissimas existere imagines, & ad contemplandam Opificis eleoate pulchritudinem.] *Arcum meum*, solem meum, lunam meam *ponam*, meæ *in signum* magnificentiæ.

16. ERITQVE, &c.] *Eritque arcus in nubibus & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram.* Aspiciam arcum, & recordabor. Oportet ergo aspicere vt recorderis. * Ideo cum oraturus es, oportet mentis oculis obiicias eius, quod mente discussurus eris imaginem: vt recordari possis. Hanc D. Ignatius patens meus loci compositionem appellauit. * Deus fœderis arcum aspiciens recordatur? Oportet ergo efformato Iride & te diluuij recordari, & de piaculis causam diluuio exhibente pœnitere.]

Compositio loci necessaria vt recorderis eorum, quæ oratione euoluere debes.

Videns * Iridem, recordare diluuij & peccatorum.

17. DIXITQVE, &c. *Dixitque Deus ad Noe. Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me, & omnem carnem super terram.* Inculcat Deus Iridem signum esse fœderis, nè ab hominum memoria excidat. * Et tamen homines tam immemores sunt beneficiorum, vt oblectentur quidem aspectu Iridis pulcherrimæ, sed ad memoriam haud afferre satagant beneficium.

Quam immemores sint homines beneficiorum.

4. *Filij Noe.*

18. ERANT, &c. ERGO, &c.] Filij autem Noë, qui ex arcæ asylo egressi sunt, Sem, Chan, & Iapheth: Chan pater fuit Chanaan. Hi tres filij sunt Noëmi, ab hisque omne genus hominum super vniuersam terram fuit disseminatum. Si à filijs solum, & non etiam à Noë senectute confecto eiusque vxore terra erat hominibus implenda: cur Noë eiusque vxor à viuis non abripiuntur. * Certè quia præsentia parentum senectute cōfectorum, quos possent filij nepotesque honorare, admodum cōferebat ad filiorum fœcunditatem. O quot filij sine posteritate conficiuntur, quia senem parentem cupiunt de medio tolli.

Præsentia senum parentum à filiis honoratorum dat ipsis filijs fœcunditatem.

5. *Noe vineam plantat, ebrietate afficitur, irridetur à Chan.*

20. COEPITQVE, &c.] *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.*] Antè diluuium cœperat Adam terram ligone aut alio instrumento colere, Noë cœpit post diluuium: aut absolutè agriculturæ inuentor adstruitur, quia aratra excogitauit, & facilius solum iumentorum auxilio proscidit. Qui aliquod laboriosum ministerium facile reddit, inuentor quidem merito potest appellari. * Liceat D. Ignatij alumno asserere Societatem Iesu vsus Sacramentorum fuisse inuentricem; quia salutaribus documentis Communionis generalis, Quadraginta horarum adinuentionibus facillimam reddidit Confessionis, Eucharistiæque frequentiam.] Igitur Noë *plantauit vineam*; vites enim, quæ antea aderant, è quibus merum non exprimebatur, digessit in ordines, vineta constituit, vinum expressit. En parentis senis superstitis vtilitas: dum filij prolis productioni vacant, dum voluptati iis student: pater senex studet rei familiaris incrementis. Quid ergo expetis ô imprudens fili, parentis luctum, quem facultatum vtilissimum fortitis Oeconomum?]

Ignatius siue Iesu Societas inuentrix frequentiæ Sacramentorū.

Quam vtilis parens vel senex filiis ad facultatum incrementum.

21. BIBENSQVE, &c. [*Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in Tabernaculo suo.*] Libet à peccato saltem lethali Noë cui vis meri adhuc ignota, ebrietate afficitur, posteros edocens sobrietatem. * Dum enim fœdè de ebriorum more vestimenta proiicit, se exponit huius vitij fœditatis exemplum: in omnibus turpis, in sene quidem turpioris. Si vis ab ebrietate abstinere, aspice hominem temulentum. Certè immoderato indulgere mero viri vulgaris est. Vnde loco illius particulæ: *Cœpitque Noe vir agricola &c.* Hebr. est, *Cœpitque Noe vir terræ plantare vineam.* Qui enim vir cœlestis ex virtutibus obuenit Conditori: quia vineam plantauit ebrietatis occasionem, iam terrenus apparet.]

Ab ebrietate absterret hominem temulentum aspectare.

Vulgarium seu vilium est, vino immoderato indulgere.

22. QVOD, &c.] *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris esse nudata.* Cum scilicet aspexisset Chan *patrem nudatum.* (Hebr. sic.) * Vel pes enim parentis nudus verendus est; post curiosam taxabilem aspectationem fratribus aperuit, taxabilior. * Nam licet omnium nuditas minimè est reuelanda, præcipue parentum ac propinquorum defectus nullo modo aperiendi. Solius impudentissimi filij potest esse piaculum parentis defectus exponere.]

Vel pes parentis nudus verendus.

Omnium obtegere debemus piacula sed præcipuè parentum, ac propinquorum.

23. AT VERO &c. Vrbani autem filij, ne patris aspicerent nuditatē, auersa facie incedere studuere: & accedentes ad nudum, quē operire decebat, vestimentis reductis celanere. * Patrum sic spiritualium & Ecclesiasticorum delicta obtegenda. Adeò quidem vt vel à conscijs nobis curemus abscondere.] Quam prudenter probi filij retrorsum incedunt, ne videant, & simul operiant nuditatem. * Prudentis Præsulis est studere peccati subdito remedio, sed affectare se minime agnouisse. Vulgariter exponam. *Reme diar el peccado, y scindar se per entendido, que le co.oce.*

Vel à consciis nobis debemus Ecclesiasticorum abscondere defectus.

Prudens Præsul remedium delinquenti subdito adhibet, affectās se minime cognoscere.

24. EVIGILANS, &c.] Pater euigilans à probis monetur filijs Chanum ebrio irrisisse: cum vt delinquens taxaretur, tum præcipue vt vrbaniter patēs submoneretur ebrietatem, nè rursum immoderatè mero indulgeret. * Equidem fratrum est iustorum, studere fratris delinquentis correptioni: prudentum autem, vel parentem facere de actionum indecentia certiorem, vt corrigat.]

6. *Discit Noe Chami inurbanitatem, ei maledicit in filio.*

25. AIT, &c.] *Maledictus Chanaam seruus seruorum erit fratribus suis.* Existimant Hebræi, Chanaam primum vidisse aui nuditatem, & parenti Chamo nunciasse; vnde in eum maledictio lata, non quidem odio personæ, sed prophetico spiritu, quid futurum esset pronuncianti. Maledictus ergo Chanaan, seruus erit infimus & vilissimus. Vt Cham, & Chanaam puniantur in posteris Chananæis odio ab Israëlitis nunquam non prosequendis, quia maiorum suorum impietatis erunt imitatores. * Alij autem existimant primum Cham vidisse patris nuditatem, maledictione autem filium tunc innocentem vulnerauisse; quia parentum assolent filij impias actiones imitari. Improbus est parens? O quam difficilè filius non dignus ostentabitur maledictione. * Siue qui deliquerat in parente punitur filij in ipsū futura

Fratris probi est, delinquentis fratris correptioni studere, Filij prudentis vel patrem monere de proprio piaculo.

Assolet filius improbum imitari parentem.

Qui in parentem delinquit, ob iniurias, punitur in filio hos inurbanos. Horribilius parens puniatur, in filiis, quam in se. Peccatorum piacula odio prosequere, non naturã.

futura inurbanitate. Ac si diceret Noë. Quemadmodum te erga parentem inurbanum ostédisti, filium Chanaam inurbanum experiere; quare dignus sit maledictione vulnerari.] * Denique vt horribilior esset parenti Chamo supplicium, eius filium vulnerare curauit. Assolent enim parentes plus de filiorum, quam de propria affici calamitate.] * Nec obliuioni tradendum odium Israelitarum erga Chananæos. Quod quidem ortum habuit haud ex affectu prauo, sed ex prauis illorum actionibus. Vnde non possunt dicere cum Dauide, *Quia oderunt me gratis.* Non odio prosequendus homo, sed peccatum. Vnde crediderim pios Israelitas Chananæorum horruisse delicta non personam.]

7. *Benedicit Semo & Iapheto.* Omne optimum à Deo.

a 6.27. DIXITQVE, &c.] *Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem: sit Chanaam seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem; sitque Chanaam seruus eius.*] Deus benedicitur, quod Semo dederat erga parentem pietatem. * Omne etenim datum optimum desursum est.] *Iapheth* autem iuxta etymon nominis, quod Hebr. idem est, ac *dilatatum*: a Noë ob reuerentiam dilatandus exponitur. Siue Noë precatur, vt vtriusque filij posteri latè spargantur, & crescant. Porrò particula, *Et habitet in tabernaculis Sem*, a quibusdam Iaphetho tribuitur hoc sensu, Iapheth Gentium genitor habitet aliquando in tabernaculis Semi Iudæorum parentis, quod quidem impletum, quando Iudæis eiectis Gentiles ad Christum properarunt. Alij autem ad Deum referunt profantes: Deus habitet in tabernaculis Sem, sermone scilicet ad eum de nouo reuocato * Quam augusta benedictio, Deum dómus tuæ fieri habitatorem; quod geritur, cum pace domestici colligantur, cum cuncti Deo præstant obsequium Magis agnata textui expositio prior.]

Domus augusta benedictio, Deũ habere, ex pace, ac virtute domesticorum inqcolam.

a 8 29. VIXIT AVTEM, &c.] *Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.* Vixit Noë secundum Hebræos vsque ad annum quinquagesimum octauum Abrahæ. Imò est, qui asserat, vsque ad sexagesimum nonum eiusdem fuisse superstitem. * O quanto Dei munere auus tam sancti nepotis potitus est præsentia!]

Magnũ auo munus à Deo sancto frui nepote.

CAPVT DECIMVM.

Iapheti, Chani, ac Semi filiorum Noemi propagatio, atque multiplicatio.

1. HÆ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iapheth: natique sunt ei filij post diluuium. 2. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Tbubal, & Mosoch, & Thiras. 3. Porrò filij Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma. 4. Filij autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cetthim & Dodanim. 5. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, & familias suas in nationibus suis. 6. Filij autem Cham: Chus, & Mesraim, & Phath, & Chanaan. 7. Filij Chus, Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Filij Regma: Saba & Dadan. 8. Porrò Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, 9. & erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. 10. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. 11. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem, & plateas ciuitatis, & Chale. 12. Resen quoque inter Niniuem & Chale: hæc est ciuitas magna. 13. At verò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nepbthuim, 14. & Phetrusim, & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim. 15. Chanaam autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum, 16. Iebusæum, & Amorrhæum, Gergesæum. 17. Heuæum, & Aracæum: Sinæum, 18. & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & post hæc disseminati sunt populi Chananæorum. 19. Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vsque Lesa. 20. Hi sunt filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terrísque & gentibus suis. 21. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. 22. Filij Sem: Ælam & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. 23. Filij Aram: Vs, & Hul, & Gether, & Mes 24. At verò Arphaxad genuit Sale de quo ortus est Heber. 25. Natique sunt Heber filij duo; nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris eius Iectan. 26. Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, Iare, 27. & Aduram,

& Vſal, & Decla, 28. & Ebal, & 'Abimael, Saba, 29. & Ophir, & Heuila, & Iobab. omnes iſti, Iectan. 30. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem orientalem. 31. Iſti filij Sem, ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus ſuis. 32. Hæ familiæ Noë iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

COMMENTARII.

VERS. 1. HÆ SVNT. &c.] Hi ſunt filij, ac poſteri filiorum trium Noemi, Semi, Chami, & Iapheti. Natique, id eſt, *enim* eis ſunt, quę proximè recenſentur: Iaphethus igitur qui fortaſſe Græcorum ille Iapetus fuit cœli, ac terræ filius (cœli, quidem, quia quorum virtutes miramur è cœlo lapſos credimus: terræ quoniam ignotis parentibus orti ſic vocantur) fuit multis filijs nobilitatus. Natus ei Gomer, à quo Galli; Magog, à quo Getę, & Maſſagetę, ſcythicę gentes, & Tartari; Madai, à quo Medi; Iauã, à quo Iones; Tubal, à quo Hiſpani, ſeu Iberi; Moſoch, à quo Moſcouitæ, Tiras, à quo Thraces duxere exortum.

1. Nati Iapheth Noe filijs poſt diluuium,

3. PORRO FILII, &c.] Gomer Aſcene & Riphath, & Togorma. Ex Aſcenex Germani, ex Riphath Paphlagones, ex Togorma Turcæ profluxerunt.

4. FILII AVTEM, &c.] Iauan; Eliſa, & Tarſis, Cethim, & Dodanim. Eliſa Italorum Tarſis Tarſenſium, Cethim Cittiorum, Cretenſium, Cypriorum. Dodanim autem Rhodiorum parens conſtituitur.

5. AB HIS &c.] Ab Eliſa' natis ac poſteris diuiſę omnes regiones illę, ad quas ex Iudęa nauibus itur: ſiue verè ſint inſulæ, ſiuè non. Sic quidam exponunt. Ego autem haſce Inſulas mediterranei maris eſſe crediderim.

2. Filii Cham & nepotes.

6. FILII AVTEM &c.] progenuit autem Chan Chus, à quo Æthiopes; Meſraim, à quo Ægyptij. Photh, à quo Libyes, & Maoritani, Chanaam, à quo Chananæi proceſſere.

7. FILII CHVS, &c.] Profectò filius Chami Saba protulit Abyſſinos, ſiuè Sabęos Arabes; Heuila verò Gerulos in Africa, vel gentes quaſdam iuxtà ſinum perſicum, & iuxtà Amalecitas.

E Dei contemptore parente filius Dei contemptor exoritur. Subditi ex violentia pereunt: Ex manſuetudine vltronei adducuntur.

8. PORRO CHVS &c.] Nemrod, ſeu *rebellis* à Chus exoritur Dei contemptore, & hominum tyranno. Quam patris filius.* E contemptore Dei parente quomodò non filius contemptor exoriretur?] A Nemrod potente in terra cœpit potentiæ tyrannis, & conſequenter ſupremæ hominum clades duxere principium*. Vbi enim exoritur violentia, excidit ſalus ſubditorum. Principes benignitate affecti ſubditos vltroneos attrahunt ad obſequium: dum violentia tyranni ſubditos cogunt, vt comminnentes iugum, ab obſequio recedant.] Græcè βίαιος, *violentus*: *Iste cœpit eſſe violentus*

Mirabile, Deum non mox oppreſſores innocentium punire.

9. ET ERAT, &c.] Erat Nemrod hominum pluſquam ferarum venator; latrocinijs enim ſtudens, inſidiis homines opprimebat; innocentes vi expilabat; coram Domino plane: id eſt, Deo aſpectante & ferente.* Mirabile planè, Deum, innocentiæ amatorem, & protectorem non illicò innocentum oppreſſorem comminuiſſe.] Hinc prouerbium illud, *Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino*, quo homines Dei patientiam mirantur, & prædicant.

10. FVIT &c.] Nẽrod iſte (mea opinione Belus ille Nili pater auctor Idololatriæ) caput Regni ſortitus eſt Babylonem, vnde ad alia occupanda gradum fecit. Si Babylon ſola initium erat Regni Nemrod, cur & aliæ Vrbes *Arach, Achad, & Chalanne* initium Regni ſimul annumerantur?* Quia tyranno Principe incipiẽte, iàm cuncta ſuperata obijciuntur: Tam infallibilis omnium Vrbium ruina tyranno clauum obtinente.] Porrò Arach eſt Edeſſa, Achad Niſibis in Meſopotamia, Chalanne Seleucia ſiuè Cteſiphon regia Perſarum. Sennaar autem eſt ager ille Babyloni circumiectus.

Tyranno clauum obtinente, infallibilis omniũ Vrbium ruina.

11. DE TERRA, &c.] *De terra illa egreſſus eſt Aſſur. & ædificauit Niniuem & plateas Ciuitatis, & Chale.* Ninus filius Nemrod vocitatur Aſſur per anticipationem, quia poſteà Rex Aſſyriorum extitit. Hic Niniuem Ciuitatem extruxit, & ſuburbana Ciuitatis Hebr. רחבות עיר *Ciuitatem.* Ædificauit ſcilicet Niniuem, & Ciuitatem.* ſi Niniue ciuitatem extruxit, quonammodo rurſum aſſeritur ædificaſſe Ciuitatem? Certe quia ſuburbia, quæ alijs in Ciuitatibus aſſolent eſſe parua, & à vulgaribus ciuibus habitantur: apud ſuperbam Niniuem tam ampla erant, vt & magnitudine, & ciuium immoderato cultu ipſam Niniuem æmulabantur.)* O tempora, vbi vulgares hoc differunt à Principibus, vt Principum veſtimenta à vulgarium indumentis pretio vincãtur.]

Suburbia æquantur Ciuitati ex ſuperbia. Vulgares ciues cultus pretio & raritate veſtium ſuperant Principes.

12. RESEN QVOQVE, &c.] Ædificauit etiã Aſſur Vrbem Reſen inter Niniuem & Chale. At hæc id eſt, non Rheſen, nec Chale, ſed Niniue eſt magna admodum Ciuitas, vt ex Iona conſtat. Sic ab alijs clauſula ordinatur: *Rheſen quoque inter Chale, & Niniuem: hæc eſt Ciuitas magna.*

13. 14. AT VERO &c.] Ex Meſraim progeniti ſunt Ludim, ſeu Lydi iuxtà Ægyptum, Laabim, id eſt, Lybies in Africa; Nepthuim, ſiuè Numidæ; Phetruſim, ſeu Arabes Petræi, Chaſluim, id eſt, Philiſthini, horror æternus Iudæorum & Caphtorim, ſiue Cappadoces, Ludim enim, Laabim, Nephthuim, Phetruſim Chaſluim ac Caphtorim Lydorũ, Lybiorũ, Numidorum, Arabum, Philiſthinorum, & Capadocum auctores extitére.

15. 16. 17. 18. 19. 20. CHANAAN &c.] Chanaan verò Chani filius progenuit Sidon primò, mox Hethæum, Iebuſæum Amorrhæum, Gergeſæum, Heuæum Aaracæum, Sinæũ, Aradium, Samaræum, & Amathæum, è quibus poſtmodum diſſeminati ſunt Chananæorum populi. Venientibus autem à Sidone

done versus Geraram vsque Gazam obiiciuntur termini Chanaan, donec ingrediuntur Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim vsque ad Iesa. En filij Chani in cognationibus, linguis, generationibus, terris, gentibus. Hechæos, & Iebusæus nomina sunt populorum, qui à filiis Chanaan prognati fuere. In terra hi promissionis sedes habuere. At ex Sinæo incolæ deserti. & montis Sina fuerunt oborti. Porrò ex Aradio Vrbes Aradus. & Antaradus iuxta Sidonem processere. Ex Samaræo incolæ Vrbis & regionis Samariæ. Ex Amathæo autem Vrbis Emath incolæ, aut maioris Emath, siue Antiochiæ: seu minoris, siue Epiphaniæ, duxere principium.

3. Semi filij, ac nepotes.

21.22. 23. 24.25.26.27.28. 29. DE SEM QVOQVE NATI SVNT, &c.] De Sem itaque, qui fuit frater maior Iapheto: nati sunt Elam, à quo Elamitæ, id est Persæ: Assur, à quo Assyrij; Lud vnde Lydij; Arphaxad, à quo Chaldæi, & Aram, à quo Aramæi geniti fuerunt. Verum Arphaxad filius Heber fuit, pater Hebræorum. At Heber vnus filios, nomine Phaleg, Hebr. *diuisio*, sic appellatus fuit, quod vidit terræ varias ob linguas diuisionem. Porrò Iectan filius etiam Heber genuit Ophir, & Hevila, à quibus Indi, & variæ Indorum gentes processerunt.

30.31.32. ET FACTA EST, &c.] Porrò de Messa pergens vsque ad Sephar Orientalia montana nihil terminorum aspectat, quod ad ditionem Semi, filiorum ac nepotum eius non pertineat. Hi filij ac nepotes Semi. Hæ familiæ Noëmi, hæ nationes, linguæ, populi eorum. Ab his Terræ post diluuium fuere diuisæ. Particulam illam. *Secundum cognationes, & linguas* per anticipationem appositam reor; nam linguarum varietas nondum inducta, sed tunc terra erat labij vnius. * At de linguæ ipsius ingenio prius quodammodo euentus profertur, quam existat.] Reliqui Semi, Chami, ac Iapheti filij ac posteri, de quibus nihil speciale expressi, ab auctoribus supprimuntur.

Lingua prius res exponit, quàm existant.

CAPVT VNDECIMVM.

Turris Babel construitur, linguæ diuiduntur, & gentes orbis omnes disperguntur in partes. Genealogia Semi vsque ad Abraham texitur, qui ex Vr Chaldæorum in Haram, & Chanaam proficiscitur.

1. ERAT autem terra labij vnius, & sermonum eorundem. 2. Cúmque proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. 3. Dixitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eo igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento: 4. & dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. 5. Descendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam, 6. & dixit: Ecce, vnus est populus, & vnum labium omnibus: cœperuntque hoc facere nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. 7. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. 8. Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem. 9. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. 10. Hæ sunt generationes Semi. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium. 11. Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. 12. Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. 13. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. 14. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. 15. Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. 16. Vixit autē Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. 17. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringētis triginta annis: & genuit filios & filias. 18. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. 19 Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias. 20. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. 21. Vixit quoque Reu postquā genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias. 22. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. 23. Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. 24. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. 25. Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. 26. Vixitque Thare septuaginta annis,

& genuit Abraham, & Nachor, & Aran. 27. Hæ sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot. 28. Mortuúsque est Aran ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. 29. Duxerunt autem Abram, & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarai & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aron, patris Melchæ, & patris Ieschæ. 30. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. 31. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: venerúntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. 32. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

COMMENTARII.

1. *Turris extructio.*

Communitatis soluitur concordia, vbi sermonis est diuersitas.

VERS. 1. ERAT AUTEM, &c.] Omnes tunc Noë posteri eodem idiomate Hebraico scilicet vtebantur. * Sermonis vnitas eos vnitatis ac pacis vinculo colligabat, incipiunt à concordia abstrahi, cum incipiunt diuersimode loqui. Non poterit communitatis adstrui concordia, si sermo conueniens non fuerit. Laudas, quod socius vituperat, non dissimulas varium de negotiis, familiaribusque rebus iudicium, sed linguas euulgas cum aliis minimè, consentiente: protinus pax ablegatur, Commutitatis concordia soluitur.]

2. CUMQUE, &c.] Ab Armenia, vbi arca Noëmitica constiterat, quæ quidem Babyloni est Orientalis profecti Noë posteri campum requirentes inuenere in Babylone, vbi libuit commorari.

3. DIXITQUE, &c.] *Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni habuerúntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.*] Alter alteri sic profatur: Agite dum, lateribus conficiendis, ac coquendis demus operam. Lateres, luctante cum inopia pertinacia, efficiuntur quibus vtuntur saxorū, aut lapidum præparatorum loco, & bitumen pro calce exponunt ædificio. * Nil difficile affectuosæ voluntati. Pene tibi impossibile, vi debitur à pristinis moribus declinare, voluptatibus nuncium remittere. O quis posset obsequium litare pudicitiæ. Si toto ea corde expetis, facili negotio præstabis. Non posse simulas, & vere non potes, quia non vis.

Nihil difficile affectuose volūtati. Non potes? Ergo non vis. id plerumque verum.

ET dixerunt &c.] *Et dixerunt venite faciamus nobis Ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Superbi Nemrod procul dubio ille sermo: *Cuius culmen pertingat ad cælum.* Hyperbolicum putarem sermonem, si non à superbia prolatum crederem. * Hæc enim semper ascendens cuncta sibi, nisi ad cœlum peruenerit, ratur angusta: & in monte Testamenti, Altissimo similis experit commorari.] Æternandi ominis cupiditas manus ad opus eaerit impossibile. * Vanitas enim cunctis futura ridicula semper molitur opera, quæ ounquam potuit consummare.] Crediderim Nemrod illam voluisse fabricam excitare, vt suæ tyrannidis esset arx. * Vbi enim viget tyranis necessarium est horribilia exsurgere bella.] Illa particula, *antequam diuidamur.* Hebr. sic *Ne forte dispergamur*, ingruente hostium exercitu. Quid à fratribus fratres timerent? * Certè fratres, ac propinqui horribilius insurgunt aduersus fratres & propinquos dimicaturi, si tactura facultatum (quod causat tyrannis) exponitur.

Superbia semper ascēdit, cupiens sedē in cœlo collocare. Vanitas nunquam opera consummare potuit, cunctis ridicula. A tyrannide bella.

Fratres aduersum fratres horribilius exsurgunt ex auaritiæ affectu.

5. DESCENDIT, &c.] Deus igitur, qui loco moueri non valet implens omnia filiorum Noë aspectu descendit, quia per effectum cōfusionis linguarum experti sunt velut propinquiorem) Contemplatus est (nostro loquendi more Ciuitatem, turrim superbè ascendentem, aspexit quam homines illi Adæ filij, creati vtique ex limo audebant è luto extruere. * Profectò peccatores, qui suprà Domini dorsum fabricare non desinunt, multiplicatis piaculis, velut lateribus, tam altã machinam moliria assolent, vt vel ipsi Deo quodammodo mirabile appareat ædificium: & via credat, nisi experiri videatur testis oculatus accedens.]

2. *Ex linguarū cōfusione fabricæ prohibitio.*

Tam ingentem peccatores machinā assolent supra dorsum Domini fabricare: vt quodāmodo Deus ipse eò accedat testis oculatus.

6. STDIAIT, &c.] *Et dixit: ecce vnus est populus, & vnum labium omnibus: cæperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec opere compleant.*] Ironia planè, sed qua Deus capitur pertinacis animi effectus. * Populus vnitatis, ac pacis vinculo colligatus, quid non audeat, quid non ausus exequatur? Omnes eadem loquuntur, consequentur optata.] * Si iuata Apostoli sententiam ad spiritualem exædificationem *idem dicamus*, opus difficile perficiemus. Ab spe perficiendi cadimus, quia Concionatores idē dicere non student. Vno curante veritatem auditori persuadere, multi propriæ student turris extruendæ vanitati; non vtilitatem peccatorum, sed plausum proprium conciliare procurantes.]

Quam fortes, qui vnitatis vinculo colligantur. Si omnes Cōcionatores, seu ministri Euāgelij idē loquerētur, opus cōuersionis peccatorum perficeretur.

VENITE, &c.] Venite (inquit Angelis per quos Deus descendit plerumque, & operatur) & effectu stolidi homines ne intelligant, vobis descendisse cognoscant. Eorum linguam adeo turbemos idiomatis confusione, vt singulæ cognationes non intelligant, quæ à cunctis voces exprimuntur Itaque τὸ *Non audiat* idem ac *Non intelligat.* * Ille verè non audiunt, qui sermonem minime intellexit. O tempestatis huiusce Concionatores potius diuerim hi strionès, si ad inanem gloriam comparandam auditores confluere expetitis: non videtis optatis nunquam frui? Si tam occultè loquimini, vt nullus intelligat, certum est nullum apud Templum adesse auditorem. Cur ergo sermonē profunditis, *vbi non est auditor?*] Protinus itaq. ex vna Hebraica lingua Septuaginta duæ euaserūt iuxta numerū generationum Noë. Iaphethi enim quindecim generationes adnumerantur, Chami viginti septem, Semi autem triginta. Vndè totidem gentes profluxere.

Si idem est audire, & intelligere, Cōcionatori occultè loquēti nullus auditor adest.

8. ATQVE, &c.] *Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras*; Cum enim cognatio voa alterius linguam nonam ignoraret, & adesset in cœtu confusio:cunctæ cognationes alliciuntur varias petere regiones, ædificio Babylonico non perfecto.

9. ET, &c.] *Et idcircò vocatum est nomen eius Babel*, quia ibi confusum est labium cunctorum hominum, & inde à Domino in vniuersas regiones dispergiuntur. Ciuitas illa *Babel* appellatur, id est, *Confusio*, quia inibi lingua filiorum Noë confusione affecta est. Porrò lingua, quæ fuerat omnibus communis in vna Heber familia asseruatur. Hinc Hebræa vocitatur. Crediderim Noë testem omnis extitisse tragœdiæ. Annuerat quidem vir sanctissimus Ciuitatis ac turris exædificationi: non vt illustre nomen redderet ad vanitatem: verum vt arx extrueretur ad ciuium protectionem: Id filios monuerat, & nepotes; illi autem operi obsequentes dant operam, sed intentionem Noëmi detorquent. * Subditorum ingenium Præsulis præscripta pia admodum iniquis propriis commodis turpia exponere, in graiem piaui præcipientis iniuriam, quisaut impietatis, aut imprudentiæ arguitur.] * Edificant autem domotum ex penu loiquitatis extructores, quam non infami titulo ædificium istud ootari. Ex rapina patrimonium primogenito adscribis? Æternum hoc oomioe notabitur: *Rapina*.]

Subditi assolent pia Præsulis præscripta propriis commodis studentes turpia effectè tare.

Quidquid ex rapina vel extruitur, infami nomine, æternum notatur.

3. *Sem, generationes.*

10. HÆ, &c.] *Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium* Ergo Sem non erat inter fratres Noë filius natu maior. Noë enim anno ætatis quingentesimo genuerat cœpit, sexcentesimo eius fuit diluuium, ergo filius maior eo anno, non biennio post, fuit centum annorum. An non oportebat sanctum genus electæque Hebræorum gentis propagationem maiori committi? * Certè ille in conspectu Domini maior, qui aptior ad munus vel ob agnatæ indolis conuenientiam, vel ob excellentiam sanctitatis.

Illo in Dei conspectu maior, qui excellentior virtute.

11. VIXITQVE, &c.] *Vixitque Sem; postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios, & filias.* Horum tacentur nomina, quia ad seriem genealogiæ Dominicæ non pertinent.* Quam indignus nomine, qui ad Iesum nullarenus videtur attinere. Si moribus iniquis te omninò Iesu contrarium exponis falso augusto nomine insignitis: omnes te anonymum reputabunt, profantes: Nomen illud phaotasticum, seu fictum est.]

Indignus nomine, qui ad Iesum non videtur pertinere.

12. *Vsque ad* 28 &c] Profectò Arphaxad cū triginta Supra quinque esset annorum, progenuit Sale: postmodum vixit trecentis tribus annis filiorum ac filiarum genitor. Sale verò cum triginta annorum esset fuit pater Heber, postea superstes extitit quadringentis tribus annis natorum vtriusque sexus genitor. At Heber triginta quatuor impleos annos Phaleg filium suscepit, & quadringentorum triginta anoorum spatio filios, ac filias genuit. Phaleg quoque triginta annos habens, fuit pater Reu, post quam generationem adhuc natorum genitor ducentis nouem annis superuixit Cæterum Reu triginta duorum annorum Sarug procreauit, postea superstes extitit ducentis septem annis filios ac filias progignens. Verum Sarug cum triginta compleret annos, procreauit Nachor, postmodum vixit ducentis annis adhuc natorum pater Nachor verò viginti nouem annorum Thare generauit, postmodum decem & nouem annis superstes filios ac filias suscepit. At Thare septuagenarius ingenuit Abram, Nachor, & Aran. Ex Aran Loth est genitus: obiitque Aran antè Thare genitorem suum apud Vr Chaldæorum, vbi fuerat exortus.

Ante Thare mori, idem est, ac coram Thare obiisse: siue ante Thare, id est, priusquam pater filius humanitatis debitum persoluit. * Vt edificant huios fragilitate pressi sæculi filij etiam diuturni æui homines etiam immature arripi solitos. Si ergo hoc in sæculo tam viridi, quid in arido accidet?]

Si sæculi antiqui diuturni filij prius quam parentes è vita excedebant: quid in fragili sæculo.

4. *Abram, & Nachor coniugiò colligantur: hic Melchæ, ille Sarai, huius sterilitas.*

29. DVXERANT, &c.] Duxerant Abram & Nachor vxores: hic Melcham, ille Sarai, id est Iescham. Itaque duo fratres duas sorores fratris Aram filias sibi coniugio colligatunt. * Vt vnam sterilis Abræ matrimonij caussam contemplere. Tanta enim propinquitas assolet in fœcundum reddere coniugium. Nec ideo reprehenderim Abræ Nuptias, sterilitatis enim effectus ille consanguineorum coniugia ex naturali antipathia assolet comitari]

Coniuges nimium propinqui assolent sterilitate laborare.

30. ERAT, &c. 31. TVLIT, &c.] *Erat autem Sarai sterilis: nec habebat liberos. Tulitque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran filium filij sui: & Sarai nurum suam vxorem Abram filij sui: & eduxit eos de Vr Chaldæorum; vt irent in terram Chanaan; veneruntque vsque Haram. & habitauerunt ibi.* Hebr. *Vr* idem quod *flamma*, aptius vallem interpretatur. Eduxit Thare filios ex valle Chaldaïca. Haud abnegarim alibi Vr Chaldæorum *flammam* seu *ignem* significare Nec improbabile vallem illam Chaldææ *Vr* seu *flammam* appellatam; quia inibi ignia colebatur idolum. * Quam piè Thare filios ab idololatrarum abstulit societate, nè eorum doctrina depraoarentur. Vnde ab aliis *Vr doctrina* interpretatur.]* Vel sanctissimi quique debent prauæ doctrinæ vim formidabilem sibi odiscere; quia ex hæreticorum astutia blandè ingreditur, & sicut coluber veoenatus obmordet.

Ab impiorū societate sui filij abstrendi. Fugiant vel sancti doctrinam hæreticorū blandè ingredientē.

32. ET FACTI, &c.] *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.* LXX. transtulere Charan; quod sæpe alibi. Nam pro Hebraïca aspiratione *n* sobstituunt χ ad vitandam illius aspirationis doplicis asperitatem. Porrò illos ducentos quinque annos totius vitæ iotelligendos reor, quidquid alij repugnent.

CAPVT DVODECIMVM.

Ex Chaldæa patria sua Abram ampla cum promissione à Deo euocatur, peregrinaturus in Chanaan, in Sichem scilicet, & Bethel. Cogente fame properat in Ægyptum, vbi coniux Sarai à Pharaone rapitur. Sed ob flagella cœlitus immissa marito intacta restituitur.

1. DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. 2. Faciamque te in gentem magnam & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. 3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ. 4. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran. 5. Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cúmque venissent in eam, 6. pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, vsque ad conuallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra. 7. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. 8. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai; ædificauit quoque ibi altare Domino: & inuocauit nomen eius. 9. Perrexitque Abraham vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. 10. Facta est autem fames in terra, descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi, præualuerat enim fames in terra. 11. Cúmque propè esset vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier: 12. & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reseruabunt. 13. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt benè sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. 14. Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quòd esset pulchra nimis. 15. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis. 16. Abram verò benè vsi sunt propter illam fuerúntque ei oues & boues, & asini, & serui & famulæ, & asinæ, & cameli. 17. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abram. 18. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quòd vxor tua esset? 19. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. 20. Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & quæ habebat.

COMMENTARII.

1. *Abram à Domino vocatur ad perfectionis viam, ei fit promissio.* Qui vocatus est, vt sibi soli vacet, debet omninò à proximis abstrahi. Vocatus ad proximos, cum peccatoribus degit securè. Vocatus ad sibi vacandum, cum sanctis periculosè commoratur.

VERS. 1. DIXIT AVTEM DOMINVS, &c.] Dixerat Dominus in Vr Chaldæorum: Proficiscere ô Abram Chaldæa solo natali, cognatos idololatras relinque, domesticos etiam tuos, si exire simul renuerint, desere: & ad plagam ignotam ex præscriptione obedientiæ obtinendam accurre. Hebr. pro *Egredere* scribitur, *Abi tibi*, id est propriæ nūc solummodo perfectioni studium impende. * At propriæ perfectioni studens omnino ab hominum societate amouendus. Desere patriam, cognatos, parentes, peccatores; qualiber enim cum proximis communicatio dedecet eum, qui propriæ solummodò perfectioni vacat. Vereor ne corruas, quicumque auocaris ad vacandum tibi, si ex recessu vel prætextu conuersionis illius reuertaris ad proximum.] *Cum peccatoribus securè degit qui ad proximi salutem procurandam aduocatur. At qui ex vocatione egreditur sibi solùm vel cum iustis proximis periculosè commoratur.]

2. FACIAMQVE, &c.] Ne existimes, sine mercede obsequium Numini litaturum: te augustissimæ posteritatis stellis æquandæ parentem efficiam, ex qua sol iustitiæ est proditurus; cœlestibus plenus benedictionibus & naturæ, & gratiæ, & fortunæ bonis abundabis, *erisque benedictio*, (sic Hebr.) est in

te alij possint dnnari benedictione; oomeoque tuum cuoctis seculis, toto orbe terrarum illustre admodum, ac nobile expooam. *Tot bonis cælitos oppletur, qui viam inens perfectionis sæculanbus bonis tenunciat. Vnū telinquit vile, omoia acquirit augusta.

Qui vilia se- culari a de- ferit, omni- bus cœlesti- bus donatur.

3. Benedicam,&c]De te recte merentibus benefaciam, malis afficiam ad fupplicitū nō adprobatiooé malefacientes tibi. Omnes terræ cognationes tuo in nomine benedicentur, cunctis profanribus: Faciat tibi Deus, ficut fecit cū Abraham Facilus dixeris in leonne tuo, quod est Christus, omnes genres benedictionibus exundabunt. * Neque enim finè respectu ad Christum veraa poteft adftrui benedictio.]Vnde Abramo Deus proximo versu *Eris benedictus* Hebr. *eris benedictio*. Ipsa enim beodictio adeft cœlestis io viro, cuios in lumbis Chustus commorabatur.

Omnis bene- dictio cum re- fpectu ad le- fum.

2. *Egreditur Abram cū tota familia.*

4. Egressvs est,&c.]Obedientiffimos itaque Abram, qui patre fuperstite ex Vr Chaldæorum anno ætatis quinquagefimo fecundo receffetat: ex Aran anno feptuagefimn quinto proceffit adhuc viuo Thare. Porrò fecum Lothū fratris vita fuocti filium adduxit.*Oftendeos vtique parruos loco patentum orphanis tradi tos à natura. Vel ipso *patrui* nomine aiferente patres verè exhibendos.*Pattem fenem reliquit frequentet anuifeodom, commeodabili filij pietate; ne potem autem ex fratre adolefceotem minimè dereliquit, nè fenis aui indulgentia ad aliquod vitium anfam tenere cahiberet ætati. Sæpè adolefcens aptios tradi tur patrui, quam ani poteftati corripiendus.

Patruus or- phano debet esse pater. Patrui affio lent aptius fobrinos cor- pere, quam a- ui ne potes.

5. Tvlitqve,&c.] *Tulitque Sarai vxorem suam & Loth filium fratris sui; vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant in Aran: & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan.*]Pergens Abram ex Aran, Sarai vaoreni dilectiffimam primò fibi itineris fociam adducit, deinde Loth Aran fratris fui filium Sarai vxoris fratrem comitem eligit in fratris. ac vxoris obfequium Opes denique tunc in gregibus pofitas geftat,& homines, quos acquiferat fiue generatione, fiue emptione, fiue exemplu & doctrina Deo dederat: minimè dereliquit. * Spirituales enim filij quafi naturales imò amplius ab fpiritualibus viris æftimantur. * An ex opū adductione minus perfectus Abram oftenditur cum ad perfectionis Magifterium allicitur? Minimè. Nec enim aduerfatur perfectioni inftituto ad neceffarios temporarios fumptus opes poffidere. Hoc cinctus vaoris, fobrini, ancillarum, fetuotum alumnorumque comitatu Abram in tettam Chanaam fe contulit.

Quanti æfti- mandi fint fpirituales fi- lij.

Non aduerfa- tur perfectio- nis inftituto, poffidere o: es ad neceffarios fumptus.

3. *Vfque ad vallem illuftrem Abram pergit, et Deus apparet, progreditur.*

6. Cvmqve,&c.]*Cumque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem vsque ad conuallem illustrem.* Hebr. *Ad conuallem illustrem* eft voa. אלון *alon* ambigua alijs *quercus*, alijs *planities*. Acceffere ergo ad Chanaam: Abram autem duxit familiam ad Mambre connallem illuftrem, id eft, planitiem robuftis, ac procetis quercubus fpeciofam. Porro populus ille, Chananæus dictus ad diftinctionem Heuæi, Pherezæi,& Iebufæi, tunc terræ illius poffeffione potiebatur.

7. Apparvit,&c]Cnm apud Mambre Abramus auulfus à familia exoraret per Angelū corpore affumpto Deus ei apparuit, fatus: femini tuo carnali (quod ex Ifaac defcendit) terræ huins imperium poffeffionem. Mox ille gratitudinis ergo altare conftruxit. *Dabo*, inquit Deus,& illico gratus vit altare ædificat.* Caue accipere à Deo,& non mox reddere ei, qui beneficia confert, vt recipiar grati animi obfequium.* Profecto gratus animus nihil gratius Numini reddit quam altaris extructionem, id eft munus aliquod, quo altare poffit ad ædificationem fidelium ex cultu diuino, exornari. Qui ergo non valet altaria erigere, commendabilitet altarium erectorum ftudet ornatui.

Gratum Deo munus altariū exornare.

8. Et inde,&c]Ad montem Garizim, & Hebal inde Abramus afcendit, qui adetat ad Orientē Luza, qui locus poftea fuit ab Abramo Bethel appellatus. Perpiolepfim ergo Bethel nominatur à Mofe. Aliud ibi tabernaculū collocans, vir fanctiffimus Domino erexit altare.* Vt multiplicatis gratitudinis actionibus cœleftia munera multiplicaretur. Vix fiftit Abram, & mox ædificando altari dat operam]*Tam agnatum debet effe fideli iter agenti, cum ad Oppida accedit, ad Templum accurrere, vt fi non adfit Templum, debeat apud cordis domum fpirituale altare conftituere, vbi conditori dotori itineris offerat holocauftū.]Illo itaq; altari ędificato, Abram Dei oomen inuocat. Hebr. *Et vocauit in nomine Domini.* Nā vel ipfe inuocauit oomē Domini vel alios ad nomē Domini vocauit. Afferuetim &ipsō inuocaffe,& totā familiā ad nominis Dei inuocationē inuitauiffe.* Debet enim Pater familias non fatis fibi exiftimare fi ipfe pietatem colat dum non fimul familiares fuos ad pietatem addncat.

Multiplicatā gratitud ine, munera Dei multiplicantur.

Iter agentes vbi ad oppi- da accefferint ad Templum accurrant.

Pater fami- lias piui ille qui familia- res adducit ad pie tatem.

9 Perrexitqve,&c.] *Perrexitque Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem.*] Hebr. *Ad Austrum.* Lxx. *Ad desertum.* Progreffus Abrā verfus Auftrum, defertum iniuit Auftrale.

4. *Abram peregrinatur in Ægypto ob exortam famem.*

10. Facta est,&c.]In terra autem Paleftinę fames incolas opprimebat, Ægypto frugibus abundante.*O quoties terra fidelis laboribus probatur, dum infidelis regio profperitate vulnerata feducit fælicem! Felix ille, qui laboribus agitur, propitio quidem numine. Infælicem dixeris abundantia impium fruentem.] * Cum enim Deus impios diuitijs opplet, quibus male vfuri funt, fe admodum iratum oftentat]Fames ergo Abrami familiam peregrinari apud Ægyptum fecit, non ibi habitare; quia Abram fpem ter æ promiffæ nunquam à cuide expulit *luftorum ingenium, nunquam apud mundialium Ægyptum commorari, femper fe peregrinos oftendunt]

Sæpe labo rante iufto impius frui- tur abundā- tia. Hic verè infelix, ille beatus. Iratus Deus dat diuitias impio. Hic iuftus femper pere- grinus.

11. Cvmqve,&c.]*Cumque propè esset, vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui, quod pulchra sis mulier.*]* Commendabilem hinc teot cooiugem dan. Plutes enim mariti qui nouetant vaores antè conniugium effe pulchras: poft nuptias reputant effe deformes Ille iuftus coniux qui vxorem femper nouerit effe pulchram. Erat tunc Sarai vt minimum fexaginta quinque annorum. Sed ferius illo æuo fenectus faciem comminnebat eá naturæ vigore.*Profecto probus mariens, etiam fi fenectus vaorem deformaffet, pulchram nofceret. Nam

qui

qui amat vxorem semper reputat spectabilē.] * Tibi deformis iam ostenditur vxor: Non dubites tepescere dilectionem.]

Tepescit dilectio, cum deformis vxor apparet.

12. ET QVOD, &c.] Noui etiam ego audaciam, & incontinentiam Ægyptiorum, quare prudens admonitio mea haud suspicioni vanæ ex zelotypiæ affectu profectæ tribuenda est. * At vanè suspicantur coniuges, qui nec audaciam nec incontinentiam in aliquo agnoscentes temerariè indicant ex impudico affectu aspectasse. Imprudens hic zelotypiæ affectus, non prudens cautela. Nam cum vxor videt maritum sinè causa querulū, nimium exasperatur. O quot deprauatæ puritates vxorum ob imprudentem cōiugum zelotypiam!] Vel imprudentes Ægyptij illo ex capite (si crudeles) minus tamen audaces ostentarent, quod *interficient me: & te reseruabūt.* * Nec enim auderit superstite marito se se tam horribili adulterij attaminare piaculo.

Zelotypia coniugum sine causa imprudens admodum, quia causā impudicitiæ dat vxoribus.

Horribile adulterij delictum.

13. DIC ERGO, &c.] *Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te: & viuat anima mea ob gratiam tui.*] Ad mendaciumne proferendum Abram allicit vxorem? Minimè? vere enim poterat eam appellare sororem (vt explicat ipse cap. 20. n. 12.) * Nec decebat virum, nobilem, pium mentiendi esse magistrum. Certe mēdacium agnatum muliercula, homuncioni, ac parum iustitiæ æstimatori.] An non poterat Abramus temeritatis argui, dum periculo dedebat vxorem? * Absit, cùm quia prouidentiæ Dei, cui se curæ esse sciebat, permisit: tum quia qui nouerat vxoris pulchritudinem corporeā differtius animi fortitudinem, ac constantiam perspectam habebat.] Esto quod nouisset fœminæ pudicitiam minimè debellandam. An non crudeliter eam tyranno exposuit, qui cōstantem occidere imperitaret? * Non planè, quia vel impius, vel immitis constantem fœminam reueretur.] Propter te itaque, soror mea sponsa, ab occisione liberabor.

Mendacium dedecet virū, nobilem, pium.

Non exposuit periculo vxorem, qui illius agnoscit cōstātiā.

Vel immitis reueretur constantem fœminam.

14 15. CVM ITAQVE, &c.] ET NVNCIAVERVNT, &c.] *Cum itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem, quod esset pulchra nimis.*] Viderunt Sarai Ægypti Principes otio quidem vacantes & ideo curiositatis vitio affecti. Equites otiantes omnia norunt, quæ latent addictis ministerio.] Pharaoni annunciant peregrinantis fœminæ aduentum pulchritudinis peregrinæ. * Si Principes non nunciarent Regi, si non laudarent Rex pudicitiæ iura non frangeret.] * Quam potens prauum aulicorum colloquium, quod potuit aspectationis vices gerere. Vndè quasi Rex vidisset fœminæ pulchritudinem, ex auditione affectus, iubet in domum abripi non ad stuprum, sed ad coniugium saltem secundarium. Nam quod audierat de pulchritudinis modestia iam eum ab spe stupri deduxerat.] * Modestæ fœminæ vel pauperculæ peregrinantes vel Regiæ voluptati se existimēt superiores. Vnde ad coniugium eleuabuntur, si se constantes ostentarint.] * Quod si spe coniugij, etiam promittente viro, cesserint stupro, nuptialem nunquam, aut raro assumentur ad thalamum.]

5. *Sara rapitur.*

Equites otiosi omnia speculantur.

Si Principes non nunciarent Regi fœminæ pulchritudinem, Rex impudicitia non laboraret.

Potens colloquium prauum, ad animum alliciendum ad crimina.

Vel paupercula Virgo se Regiæ voluptati existimet superiorem.

Nunquam,

16. ABRAM, &c.] *Abram verò benè vsi sunt propter illam: fueruntque ei oues, & boues, & asini, & serui, & famulæ, & asinæ, & cameli.*] O tempora, quando non fratribus, sed maritis aperte munera exhibentur. An Pharao tot muneribus fratrem putatum cumulauit, quia fruitus erat sorore? * Audiui sæpe amorem nudum exprimi quia munificētissimus est; sed crediderim veri munificentia ante voluptatis assecutionem: post voluptatē autem rursum manus occludere.] * Hinc teor Sarai se constantissimam ostentasse. Nam amasij donaria propinquis, aut famulis exposita ad virginem emolliendam diriguntur.

aut rarò sic vxor fœmina post stuprum.

Nunc non fratribus sed maritis dātur munera.

Amor post fruitionem austissimus.

Amasij dant vt debellent virginem, non vt munerent.

17. FLAGELLAVIT, &c.] Profectò Dominus Abrami custos Pharaonē non vt adulterum, (quia & ignorabat coniugatam, & cōstantem debellare minimè potuerat) sed vt tyrannum iniustæ raptorem, & impudicum procum vulnerauit horribilibus quidem plagis; *& domum eius*, hoc est, aulicos, familiares, quorum indicio, ac laudibus adducta fœmina. * Æquali enim supplicio afficiuntur criminum mediatores. Misera sors, alium voluptate frui, & te sine voluptate, & plerumque sine alio commodo æternùm deperire.] Quænam hæ plagæ maximæ? An impotentia copulæ in Pharaone? pestilentia? seditio popularis? morbi? dolores grauissimi? sterilitas hominum, & animalium? Sic Auctores * Aptè procul dubio, quia impudicitiæ cuncta incommoda agnata.] Crediderim tamen eas desæuiisse plagas, quæ possent repente cognosci, morbos nempe grauissimos: quibus affecti Rex & aulici suasores agnoscerent, vndenam supplicium exoriretur.

6. *Flagellatur Pharao, & liberatur Sara.*

Æquali supplicio afficiuntur criminum mediatores ac principales rei.

18. VOCAVITQVE, &c.] *Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti, quod vxor tua esset?* Quisnam Regi indicauerat Sarai Abram existere vxorem? Vel ipse suspicatus est, vel Deus Pharaoni plagarum causam aperuit, * vel Sarai tandem de ingenio fœmineo non potuit obticere. (Diu iam nimium secretum compresserat.)] Assero igitur a Rege importunè interrogatam fœminam, vel compassione potius affectam ea Regis aulicorúmque cruciamentis, aperuisse, vndenam horribilis plaga desæuiret.

19. QVAM, &c.] Quia dixisti sororem tuam esse non dubitaui, pulchram, modestam nobilem, virginem mihi tollere in vxorem. Igitur accepta vxore tua, vade. Cur non permittit apud se commorari? Ex hoc commendabilis Pharao. * Periculosum est, ad manum adesse fomitem voluptatis, concupiscentiæ illectamentum. Fuga aduersum impudicitiam comparanda victoria.] Num decuit Regem peregrinantem fœminam in coniugem eligere? * Certè eorum commendat electionem, qui in futura vxore non diuitias, sed præclaras à natura dotes exquirunt.]

Fuga aduersus impudicitiam victoria perficitur.

In futura vxore non diuitias sed præclaras naturę dotes perquire.

20. PRÆCEPIT, &c.] *Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia, quæ habebat.*] Et vxorem illius Alius addit, *intactam.* * Quod expresserat Pharao, cum dixerat, *Ecce coniux tua*, id est, *intacta*, quia digna non est post libidinem fœmina, vxoris nomine decorari.] Ergo ex iussione Pharaonis famuli Regis satellites deduxere totam Abræ familiam, vt impunè se rursum traderet profectioni.

Post impudicitiam mulier indigna est coniux nominari.

CAPVT

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Abram & Loth Ægyptum egreßi præ nimia opulentia separantur, Loth Iordanis eligit fines, Abram Chananitide remoratur, vbi secundò diuino est potitus alloquio.

1. ASscendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad Australem plagam. 2. Erat autem diues valdè in possessione auri & argenti. 3. Reuersúsque est per iter, quò venerat, à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai: 4 in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. 5. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. 6 Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. 7. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. 8. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. 9. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. 10. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham; sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. 11. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alterutrum à fratre suo. 12. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. 13. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis 14. Dixitque Dominus ad Abram, postquam diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. 15 Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. 16. Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. 17. Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. 18. Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.

COMMENTARII.

1. Abra redditus, ac diuitia.

VERS. 1. ASCENDIT ergo, &c.] Ægypto itaque Abram Sarai & Loth ad terram promissionis Ægyptiaca sublimiorem ascenderunt: nempe ad Bethel respectu Iudææ Australem, vnde exierant redierunt. Iam enim sacra tellus abundantia pollebat annonæ fertilitate sterilitatem secutamut diues effectus Abram famis non timebat ærumnas.* Semper enim diues fruitur abundantia, cum hominibus nunquam flagellatus.]

Dies semper abundantia fruitur.

2. ERAT AVTEM, &c.] Fælix admodum qui aurum & argentum possidebat. & non misere ab auro & argento possidebatur,* Auari enim diuites opibus subiiciuntur, & putant eatum lædere iura, si vel ad proprios necessarios vsus imminuant Hebr. pro *diues* posuit, *grauis.** Aptè quidem. Nam præterquã quod aurum natura est graue: diuites importabilibus grauantur oneribus: pauperes reficiendi, domus increscunt apparatus, asseruandi cura molestissima. Satius erat sanus inmitiis, quam diuitiarum ponderi subiacere.] Auro ergò & argento abundabat Abramus, quibus à Pharaone locupletatus decesserat.

Auari diuites opibus subiiciuntur.

Diuitiarum pondus importabile.

3. & 4 REVERSVSQVE, &c.] Peruenit Abram ad locum, vbi prius tabernaculum fixerat, & inuenit locum altaris, non quidem altare ipsum, quod destruxerat ipse, ne ab idololatris contaminaretur. Ibi tamen exorauit Dei nominis pius inuocator.* Fideli enim non solum Templum, aut altare, sed & locus vacuus olim Domino dicatus venerabilis est: imo velut Tẽplum exponitur. Vt edoceare vel lapidẽ acceruo vbi Crux olim erat erecta iter agens

Locus, vbi Templum olim extructum venerabilis fit fideli: & viatori, vel lapidum aceruus vbi stetit Crux;

egens caput submittere recolens suffixi memoriam.

2. *Loth ab Abramo separatio.* Ex societate fa... viri

5. SED ET, &c.]Id est, teotoria, seu papilliones. Preme particulam, *Qui erat cum Abrā.* * Et sanctissimi enim partus societate, Dei benedictionibus sobrinus exundabat. Vndè imprudentet qui induiduus fuerat Abræ comes ab eius consortio separatur.]

6. NEC POTERAT, &c.]Noo poterat tellus roe ge... bus ouium, & armentorum Abrę ... pabula congrua exhibere. * Vnde ... furtiunam mancam vocitat dooatri... dat pecora, abnegat gramina. A solo enim conditore defluxum omne donum perfectū]

Dona ... ipse ... solo deo, defecerit.

7. VNDE ET, &c.]Dominis itaque pia dilectione colligatis, rixati sunt pastores, sibi quolibet vbertiua pascua, adaquationem salubriorem vendicante. * Non seotel famulorum protectitas Dominis innocentibus excitauit iocommoda.]Nunc admodum carrialies heris extiterunt pastores ob rixam, quia Chananæus & Pherezæus prompti ad inimicam inferendā illis erant plagæ grassatores: contra quos opetæ pretium erat non infirmati diuisione, vires, sed secessione roborari. O rixarum inter domesticos malitia, quando non roborasti tyrannidē? Certè videns tyrannus te à fratre diuisum, spem concipit superandi eos, ad quos non audebat vorius accedere.] * Curat ideo Diabolus tyrannum patens fideles rixari, vt solitarios adoriatur, & comminuat eos, à quibus vnitis superabatur]

Famuli dominis sæpe exitiales.

Rixæ inter d... eo ... sobe rant.

Diabolus curat, ut à fratre seiungi vt solitariū vincat vtrumque.

8. DIXIT ERGO, &c. Propinqui sumus, ô Lotb, (inquit Abramus)nullum adhuc inter nos iurgium, pastores rixantur: me quæso, intet me & te iurgium exciterur. Vndenam Abrę ac Lotho iurgium, si sui pastores rixabantur? *Prudentissimus Abramus adiudicatur famulorum piacula dominis esse tribuenda, quia actiones subditorum Prælatibus assolēt adscribi. Nec immerito, si debet Prælatus subditorum excessus corripere, & delinquendi occasiones intercidere.]

Actiones subditi præfuli tribuuntur, præcipuè siniquæ.

9. ECCE VNIVERSA &c.] Terra ista Chananæorum, in qua sum insius habitare, mo oblata est obsequiu. Habitatores enim parati sunt, quam elegeris plagam incolendam, diuidere, vel locate. Diuidamur oportet, cedat tibi dextera, mihi sinistra cedet. vel tibi sinistra, mihi dextera dabit habitationem. Sic ergo tibi vel tothi septemtrionis sinistra: sit mibi vel tibi meridiei dextera. * Enamicitiæ symbolum. Sic cutat amicum recedere, vt ipse præsto esset. Vnde veram amicitiam doctus quidam parallellis lineis nec concurrentibus, nec recedentibus comparauit.

Amicus non patitur ab amico omnino recedere.

10. ELEVATIS, &c.]Porto Loth vt conuenienter eligeret, prudentet totam circa regionem circumspexit. * Qui enim cæcus eligit, pœnitudini obnoxius exponitur. Apparuit tota regio irrigata a Iordane tanta amœnitate conspicua, vt posset aptè Paradiso, quem tradidit Adamo Deus, vel Ægypto, quam fœcundabat Nilus comparari. At licèt tota Pentapolis antè subuersionem fertilis obiiceribatur, speciatim tamen à loco, in quo tunc aderat Abramus, eundo versus Segor irrigua erat, atque fertilissima. Segor autem Oppidum erat Sodoo. ortuo, prope Moab.

Qui cæcus eligit pœnitudini obnoxium est.

11. ELEGIT, &c.]Non commendabilis esset Lothi electio partuo optionem dante, si vetus iam consuetudo non esset, vt maior di uideret, minor eligeret. * Alias enim dante maiore optionē, minor debuisset renuere, nec eligere, donec maior prius elegisset: id enim exigebat vrbanitas, quam minor erga maiorem debet exhibere.] Eligitur ergo à Loth regio circa Iordanem. * Porrò deceptus est, quia amœnitora curauit eligere, cum salutaria amœnioribus præterre debuisset. * Sic assolet vt in electione coniugis, quæ a Hieronymo plenò agro æquiparatur ctrare Pulchritudinis solum amœnitatem requirit: & internam vim minime intuetur.]Ecor tamen Dei permissione euenit Lothi accidisse, vt viri sanctissimi exemplo domitæ ad virtutem prouocarentur. Nihil tectæ iustorum sociorum actiones.] Recessit igitur Lothus ab oriente pergens Sodomam quæ Pentapoleos totius maximè erat occidua & lubrimus a partuo recessit. * Non quidem impune. Semper enim incommoda sequuntur vel iusti viri a iusto recessionem.

Vrbanitas minoris erga maiorem cōmendatur.

Debet amœnioribus salutaria præferre.

Taxatur, qui in futura vxore requirit pulchritudinem & non virtutem.

Exemplum iusti locij improbus ab iniquitate auocat.

Incommoda sequuntur eum, qui à iusto recedit.

12. ABRAM, &c.] Particula, *Moratus est* Lothi commendat sanctitatem. qui non per transennam attigit Sodomam fed diu apud impios commoratus est. & tamen Sodomorū æmulatus non fuit impietatem, * Egregium equidem sanctitudinis documentum, a prauis non infici locus.]

3 *Abramus in Chanaam Loth apud Sodomam commoratur.*

13. HOMINES, &c.]Sodomitæ erant hominibus mali, & Deo iudice inspectante, ac ferè, peccatores egregij. * Tunc enim peccator suprema affectus malitia ostentatur, quando nec hominum reueretur aspectum, neque Dei iudicio coram obiecto, à malitia recedit.

Magnum sanctitatis documentum à prauis non infici.

14. DIXITQVE, &c.] Post abscessionem itaque Lothi Deus Abræ ostentatur. Recessere pastorum rixæ, domus Abræ pace donata est: & tunc diuina potitus est visione. * Pacifici enim Deū vident, & cœlesti quodammodo requieti donantur.]Iubet ergo Dominus, Abramum oculis obtinendæ postmodum terræ velit capere possessionē. * Sæpe enim Deus allolet Diuis. Sic aliquem gustum exhibere eorum, quæ pollicetur: vt feruentius seruatos concepta futuri præmij magnitudine.

Suprema peccatoris malitia, cum nec Deum timet, nec homines reueretur.

4. *Dei Abræ facta promissio.*

Pacifici Deū vident gloria hic potiuntur.

15. OMNEM, &c.] An non vides totius iam tibi promissæ terræ huius, & partium singulatum spatia? Tibi exhibebo eam in semine tuo possidendam quandiu durabit Hebræus familia. iam oculos meis aperi ve veram promissionem terram, viuentium regionem, patriā cælestem contemplare: tibi, ac suis probis tuis æternum possidendam imperitam. * Nec enim iustum manus a Deo reputatur terræ promissæ possessio, si non simul patria æterna promitteretur]

Iustis futurorum hic aliquem gustū exhibet, quę sperantur, vt obseruatione pię mij ferueantius seruentur.

Viro iusto temporalium bonorum promissio quasi nihil bona non promitterentur simul æterna.

16. FACIAMQVE, &c.] Hyperbolica allocutione plurimus populus Hebræorum significatur, & spiritualis posteritas inumerabiles Christicolæ recensentur. Quod si Christianorum immensa familia designatur iustius in stellis, quam in puluere adnumerari videbatur. Profectò in puluere ... commentetius, quia ex humilitate ... vt ... Christicolæ ad tam angustiam erant ... exal... di.]

17. Svrge, &c.] Si scire cupis, quanta vtraque promissionis terra, & qualis: terram tere pedibus, cœlestem circuire contemplatione stude; afficieris admiratione, gaudio repleberis. * Nobis quidem angusta videtur sæpe æternæ promissionis habitatio, quia meditationis circino non metimur. Preme particulam, *Quia tibi daturus sum eam.* Ac si diceret. Quia tibi præparata est terra hæc, oportet te eius exultanter magnitudinem contemplari, vt clamare possis. * O quando fruar promissis. Si cœlestis beatitudo tibi adscripta est, cur non sæpe aspectas, vt profusis lacrymis valeas resalutare?]

Monstrat quanta meditatione recordatio animas patriam magnis tollere. Si beatitudo nobis est præparata, cur eam sæpe non aspicimus.

18. Movens, &c.] Motis igitur castris, quod fit tabernaculis iam sublatis, iam fixis: venit Abramus, & iuxta quercum, aut conuallem Mambre, (quercetum dixerim) extitit habitator, in territorio Hebron. At Religiosus vir vt cuncta prosperarentur de more Domino erexit altare. * Nam si à Domino principium, cunctus hominis rei progressus adscribitur.] Ad inuocationem Dei nominis non videbatur necessaria altaris erectio. * Porrò licet vbique orare possis, commendabilior tamen apud Delubra deprecatio.]

Si à Deo principium rei, homini processus adscribitur. Commendabilior apud Templum deprecatio.

CAPVT XIV.

Pentapolis incolas Babylonij bello superantes Loth captiuum adducunt. At cæsis ab Abramo hostibus Loth liberatur, Lætus ob victoriam Abramus, decimas dat Melchisedecho, à quo benedicitur.

1. Factum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentiũ, 2. inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor, 3. Omnes hi conuenerunt in vallem Siluestrem, quæ nunc est mare salis. 4. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. 5. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percusserúntque Raphaim in Astarothcarnaim, & Zuzim, cum eis, & Emim in Saue Cariathaim. 6. & Chorræos in montibus Seir, vsque ad Campestria Pharan: quæ est in solitudine. 7. Reuersique sunt, & venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhæum qui habitabat in Asasonthamar. 8. Et egressi sunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Siluestri: 9. scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. 10. Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum & Gomorrhæ, terga verterunt, cecidérúntque ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. 11. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuersa quæ ad cibũ pertinent, & abierunt: 12. necnon & Lot & substantiã eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. 13. Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. 14. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est vsque Dan. 15. Et dimissis sociis, irruit super eos nocte: percussítque eos, & persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad læuam Damasci. 16. Reduxítque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. 17. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. 18. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlum & terram: 20. & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. 21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. 22. Qui respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ. 23. Quod à filo

subtegminis vsque ad corrigiã caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas. 24. Ego ditaui Abram: exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol, & Mambre: isti accipient partes suas.

COMMENTARII.

I. 2. Victoria Abræ de quatuor Regibus.

VERS. 1. FACTVM EST AVTEM, &c.] Rex Senaar seu Babylonis Rex Ponti non Euxini, sed alterius vicinioris, scilicet Cælesyriæ, Rex Persarum, qui Elamitæ dicuntur, & Rex Galilææ, quæ Gentium est dicta: cum Sodomorum, Gomorrhæ, Adamæ, Seboim, & Segor Regibus iniere certamina illis diebus.

3. OMNES, &c.] Reges quatuor hi conuenere in vallem agrorum (Hebr. Sic.) scilicet amœnitate cõspicuam, & instar nemoris, pulchris arboribus vmbrosam. Quę quidem nunc Asphaltes, seu mare mortuum appellatur.

4. QVATVOR, &c.] Quatuor hi duodecim annis Elamitarũ Regi ministrarant, & potẽtes effecti rebellarunt. * Aulici enim sic assolent Regibus ministrare, vt exiguo temporis interstitio non solum recedant famuli diuites, sed & Reges opibus videantur.] En tres Regis vnius seruos iam trium Nationum in Reges exsurgunt. An seruorũ perfidia, vel Regũ incuria qui tot cumulãt opes in seruos, vt simul ingerant regnandi ambitionem?]

Regum famuli exiguo tempore fiũt Reges.

Culpa id Regum tot opes in seruos cumulantium.

5. 6. IGITVR, &c.] Tribus igitur Regibus iam Domino confœderatis cinctus Elamitarum Rex irruens Gigantes terræ Basan habitatores dirè vulnerauit apud Astharoth-Carnain, seu bicipitem montem, vbi sita aderat Ciuitas. Porrò Zuzim & Emim *horrendas viribus* (sic Hebr.) in Saue Vrbe in planitie iuxta mare mortuum collocata percussit.* Horrendi quidem ob superbiam à minus validioribus assulent dirius vulnerari.] Porrò hi mõtes per anticipationem *Seir* appellantur. Ab Esau enim nomen id post modum accepere. Hi sunt montes Edom in Gabalena regione, vbi Esau habitauit.

Superbi à minus fortibus solent superari.

7. REVERSIQVE, &c. Ad fontẽ Misphar seu *Iudicij* (Hebr.) recurrere victores. Fons ille sic dictus, quod ibi Iudæi contra Moysem & Aaron obmurmurarint, iurgati sint, & velut iudicio expostularint; ideo etiam *Contradictionis aqua* dicitur. Ibidem Deus Moysem & Aaronem propter incredulitatem damnauit, nè terram promissam ingrederentur. * Quã merito Præsules ibi damnantur, vbi permiserant, subditos secum contendere, & velut ex iure iniqua postulare. Inuisi quidem Numini Prælati, qui permittunt subditorũ excessus legis fieri prææscripta.] Percussi etiam fuerunt Amalecitæ à nepote Esau sic postea vocati. Ac si diceret, Reges percussere regionem, quam postea Amalecitæ possederunt. Profectò nec à vulnere liberatus Amorrhęus incola Asasonthamar Vrbis palmarum, appellatæ Engaddi.

Puniuntur Præsules, qui permittunt subditorum excessus legis fieri præscripta.

8. 9. Quatuor igitur Regibus cũctas illas regiones deuastantibus, nẽpe Regi Elamitarũ, Regi Gentiũ, Regi Senaar, & Regi Põti, quinque Reges Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboim, & Balæ apud vallẽ Syluestrẽ operti arboribus, insidias collocantium more, opponuntur.

10. VALLIS AVTEM, &c.] Elegerant quinque Reges (audientes vtique quatuor Reges deuastatores regionum aduentare) hunc locum, propter puteos bituminis periculosum, vt hostibus ignaris periculi exitialis esset. At superuenientibus quatuor Regibus, & fortiter decertantibus; ex quinque Regibus duo scilicet Rex Sodomæ, & Rex Gomorrhæ terga hosti verterunt; militum autem eorum pars cecidit in puteos, pars fugit ad montes, pars addicta est captiuitati. Si milites in bituminis cecidere puteos, cur Moses ait, Reges, qui fugerant cecidisse?* Certè quia militibus cadentibus Reges Duces cecidisse quis dubitet? Nec enim Rex verè euadit incolumis milite pereunte.]* Quod si, ex aliorum mente, Reges Sodomæ, & Gomorrhæ vertentes terga ceciderunt in puteos, è quibus postea viui fuerunt extracti: constat, plerumque homines incidere in foueam, quam efficiunt. Elegerant quinque Reges planitiem illam, vt hostibus putei essent periculosi, & ipsi recidunt in periculum.

Non euadit incolumis Rex, exercitu pereunte.

Subit homo periculũ quod struit ipse proximo.

11. 12. Fugientibus itaque Sodomæ, & Gomorrhæ Regibus, hostes Reges Vrbes eorum militibus diripiendas dedere: exercitusque aduersarij cibaria tulerunt. Porro Lothum aut in prælio captum, vt quidam existimant, aut, me auctore, inermem in Vrbe inuentum (nec enim fieret specialis memoria bonorum Lothi direptorum, si eum bonorum custodem non inuenissent) adduxere. * Vt sciret quam male elegisset. Quomodo enim incommoda non pateretur qui impiorum hæserat societati?] Profectò adnotatione digna illa clausula, *Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, & abierunt: necnon & Loth & substantiam eius.* Cur interposuit Moses verbum, *& abierunt*, cum debuisset scribere *Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, necnon & Loth & substantiam eius, & abierunt.** Plane quia labores iusti velut ficti ostentantur. Ideo hostes abiisse, eorumque sæuitiam recessisse asseritur, prius quam Lothi sanctissimi captiuitas exprimatur. Captus Lothus sinè capiente, qui iam recesserat? Ergo non vera captiuitas sed captiuitatis quodammodò species.]

2. Lothi captiuitas Abramo nũciatur.

Incommodia multis afficitur, qui impiorum init societatem.

Labores sanctorum velut ficti.

13. ET ECCE, &c.] Miles ex disperso exercitu liber à puteis, & à captiuitate euadens Abramo Hebræo, id est, descendente ab Hebr. commoranti quidem in conualle illo, cuius Domino fruebatur Mambre frater Escol, & Aner: Lothi nunciauit ærumnam. Porro Mambre, Escol, Aner Abramo iam erant fœdere colligati. Scio *Hebræum* à radice עבר idem esse, quod *transeuntem.** Sic enim sanctus Abramus apud conuallem Mambre habitabat, vt velut transiens ostenderetur. Fideles etenim semper apud sæculum debent transeuntes exponi, ne terrenæ habitationi hærescere videantur.]

Fideles in hac valle sic habitare debent velut transeuntes.

4. Abram seligit vernaculos ad certamen, irruit, & vincit.

14. QVOD CVM, &c.] Audiens ergo Abramus Lothum ex fratre nepotem (quem fratrem appellas

appellat eo sensu, quo Sarai sorem vocitauit: de quo inferius) pressum captiuitate: selegit, & armauit seruos domi natos aptos certamini, quos iam ipse ad bellum instituerat, vt peregrè habitans se posset ab incolarum, & grassatorum iniuria defendi.* Nec enim prudentem se gereret virum, si non pericula præuideret sæculari agnata habitationi.]* Nec se pacis osorem ostentat, ex institutione militum, quia ad pacis conseruationem necessaria bellorum præparatio.

Vir pendens prudens pericula & prouidet futura. Ad tutiorem pacis necessaria est belli præparatio.

15. ET DIVISIS, &c.] Persequitur Abramus sic instructus hostes victoria insolentes vsque ad Dan vnum è Iordanis fontem: indeque, *diuisis sociis*, (vnam enim turmam Abramus duxit, Mambre, Escol, & Aner alteram) vt omnes effugij vias hosti præcluderet: nocturna irruens instantia (vt somno, vinoque sepultis maior exercitus vigilanti ac sobrio minori cederet) hostes vulnerat, & persequitur vsque Hoba. An prudenter Abramus exiguo exercitu cinctus sese innumerabilibus quatuor Regum copiis victricibus, & victoria insolentibus minacem præsentarit? Ita planè,* cùm quia dum causa agitur innocentiæ maior exercitus à minore, Deo pugnante, superatur;]* tum etiam quia illa ipsa hostium victorum insolentia agnata erat deletioni.]

Cum innocentiæ causa agitur, minor, vix prævalet. Superbæ insolentiæ est agnata dilectio.

16. REDVXITQVE, &c.]Tam propitio Marte Abramus, tresque fratres dimicauere, vt reducerent ad Vrbes direptioni datas omnes opes, Lothumque, eiusque diuitias, nec non viros, ac fœminas captiuitati quæ fuerant addictæ. Rogarim cur sæpe Moses Lothũ Abræ fratrem & non sobrinum appellarit?* Crediderim, vt innueret piissimum Abramum non se ad bellum expediisse affectu propinqui liberandi, sed fratris, seu proximi eripiendi. Ideo non solum Lothum sed cunctos ciues, eorúmque opes eripuit ab hostium potestate. Laudabiliter defenditur propinquus Lothus, sed commendabilius fratet egens eripitur. Profectò actio perfectissima, quando & sanguini, & proximo prouidetur egenti. Non igitur incusandus Abramus acceptionis personarum accurrens ad propinquum, cum innuat Moses ei vt fratri, siuè proximo subuenisse.]

Propinquo succurrere egenti velut cognato, & vt proximo, ad vberiorẽ actus perfectionem.

4. *Regis Sodomorum et Melchisedech occursus.*

Gratitudo vel auarum cogit ad munera gereñda.

17. EGRESSVS, &c.]Sodomæ Rex qui fugerat, aut quia ex latibulo putei (vti placet aliquibus) extractus processit victori Abræ obuiam, vt gratias ageret, & simul sibi ciues suos reddi impetrare posset.* Animus enim gratus non solum munificentissimi Abræ, sed auarissimi cuiusque manus ad munera exerceret.]Rex ergo Sodomæ apud vallem. Sauè, qua Rex Melchisedech potiebatur, deliciis quidem dominii Abrami expectauit aduentum. Sic ex LXX.

18. AT VERO, &c.] Porro Melchisedech vnus ex Regibus Chananæorum, qui inter impios piè viuebat, applaudens nomini, quod *Regem iustitiæ* significat: & Christi typum gerens: Rex quidem Ierusalem, quæ prius Salem & Iebus dicta: sese Abramo dedidit victoriæ præconem, & munificum militum exceptorẽ. Nam cum sacerdotali simul munere Dei summi fungeretur, panem & vinum abundè protulit, vt partẽ panis crémaret, partem vini profunderet in gratiarum actionem pro victoria:* partem autem cibi, ac potus reliquam militibus libandam, & absumendam distribuit. En sacrificij pacifici ritum Deo libare, & egenti tribuere. Quã* acceptum ieiunij sacrificium, cum & Deus accepit inediæ meritum, & pauperi quod ex ieiunio superfuit, tribuitur.]Porro vox Hebr. כהן *Cohen* propriè *sacerdotem* significat, rarò *Principem*. Hinc aliquis transtulit, *Rex Salem protulit panem, & vinum, erat enim Princeps Dei Altissimi*, id est, erat.* Rex fidelis & pius, quia esurientibus & fessis militibus, (alienis licet) exhibebat annonam, Qui militibus succurrebat alienis, propriis planè abundantius prouideret. O principem Altissimi!]

Acceptum ieiunium, è quo Deus & pauper acceptant.

Rex fidelis, Princeps Altissimi ostenditur, qui militibus succurrit egentibus.

19. BENEDIXIT, &c.]Hebr. *A Deo*, vel *apud Deum*, vel *coram* Deo. valde fauit Deus Abræ, cui victoriam de hostibus dedit. Tunc ei benedicit, cum à Deo asserit Abramum donatũ fuisse victoria: vt eum ad actionem gratiarum excitaret.* Actio enim grati animi vberiora adhuc beneficia promeretur, vndè benedictionibus cœlitus oppleatur]

Gratiarum actio vberiora beneficia promeretur.

20. ET BENEDICTVS, &c.]Hebr. Benedictus Deus, quo clypeo, id est, quo vices clypei, seu armorum omnium gerente, fuit comparata victoria* Nec enim triumphus exercitus potentiæ tribuendus, sed cœlesti auxilio, si tot hostium phalanges tàm exigua fuere manu supera.] Profectò Abram gratitudinis ergo,] Melchisedecho de cunctis spolijs decimas obtulit.* Quam fœliciter victoria prosperatur, cum pars numini cedit! Prudentissimè portionem cuiuscumque lucri Domino in Ecclesia aut in paupere attribuis ad ipsius cõseruationem, & incrementum.]

Victoriæ cœlesti acquiruntur auxilio, non exercituum robore.

Vt lucra cõseruentur, & augeantur: pars eorum cedat Ecclesiæ aut pauperi.

21 DIXIT AVTEM, &c]Dixit Rex Sodomorũ ad Abram: Ciues, & subditos meos, quos ex quatuor Regum captiuitate eripuisti, iubeas Domino reddi, & tibi poteris reliqua spolia, id est, ipsorum subditorum meorum opes retinere. Mirur plane à Rege Sodomorum prolatam tam piam sententiam, dignam vtique Ierosolymæ Principe.* Solummodo ducendæ animæ, hæ à captiuitate ereptæ apud Deum pretiosæ, magni debent ab hominibus æstimari: vilia reliqua cuncta, sed quæ à mundialibus animæ præponenda adiudicantur.]

Solummodò æstimandæ animæ, vilia reliqua cuncta.

22.23.23. QVI RESPONDET, &c.]Leuat Abram manus, quia iurantis habitus: & nihil se accepturum promittit vel minimum Subtegmen enim filum est, quod sub stamine texitur: caligam autem calceum reor. Nihil ex his, quæ ex tuo penu, seu ex subditis tuis ablata ab hostibus recuperaui retinebo; nè iactes, me ex tuis incommodis mea commoda requisiisse.* Absit à viro ingenuo, aliena detesecere inopia præcipuè ex amicorum thesauro:] Excipienda tamen ea, quæ à seruis iam absũpta est annona: & pars, quæ tribus fratribus confœderatis meis iure bellico debet adscribi. Nec possum de alieno penu tibi, ô Rex, munera deferre.* Carpuntur hinc, qui ex iniuria agricolæ, aut ciuium exactione, velut propria, Regibus donaria referant, se eo fæliciores habendo, quo rapina vberior extiterit.

Absit alienã inopia amicorum ditescere.

Taxantur qui ciuium iniuria Regibus donaria deferunt.

Dum aspicis solem, Lunam,&c. Contemplare specialissimam Dei imaginem pulchritudinis.

&c. existimas Dei specialissimas existere imagines,& ad contemplandam Opificis cleuare pulchritudinem.] *Arcum meum*, solem meum, lunam meam *ponam*, meæ *in signum* magnificentiæ.

16. ERITQVE,&c.] *Eritque arcus in nubibus & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram.* Aspiciam arcum, & recordabor. Oportet ergo aspicere vt recorderis.* Ideo cum oraturus es, oportet mentis oculis obijcias eius, quod mente discussurus eris imaginem: vt recordari possis. Hanc D. Ignatius parens meus loci compositionem appellauit.* Deus fœderis arcum aspiciens recordatur? Oportet ergo effomato Iride & te diluuij recordari,& de piaculis causam diluuio exhibente pœnitere.]

Compositio loci necessaria vt recorderis eorum, quæ oratione euoluere debes.

Videns Iridem, recordare diluuij, & peccatorum.

17. DIXITQVE,&c.] *Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me, & omnem carnem super terram.* Inculcat Deus Iridem signum esse fœderis, ne ab hominum memoria excidat.* Et tamen homines tam immemores sunt beneficiorum, vt oblectentur quidem aspectu Iridis pulcherrimæ, sed ad memoriam haud afferre satagant beneficium.]

Quam immemores sint homines beneficiorum.

4. *Filij Noe.*

18. ERANT,&c, ERGO, &c.] Filij autem Noë, qui ex arcæ asylo egressi sunt, Sem, Chan,& Iapheth: Chan pater fuit Chanaan. Hi tres filij sunt Noemi, ab hisque omne genus hominum super vniuersam terram fuit disseminatum. Si à filijs solum,& non etiam à Noë senectute confecto eiusque vxore terra erat hominibus implenda: cur Noë eiusque vxor à viuis non abripiuntur.* Certe quia præsentia parentum iam ætate confectorum, quos possent filij [illegible] porcsque honorare, admodum cōferebat ad filiorum fœcunditatem. O quot filij sine posteritate conficiuntur, quia senem parentem cupiunt de medio tolli.

Præsentia senum parentum à filijs honoratorum dat ipsis filijs fœcunditatem.

5. *Noe vineam plantat, ebrietate afficitur, irridetur à Chan.*

20. COEPITQVE,&c.] *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam.*] Antè diluuium cœperat Adam terram ligone aut alio instrumento colere, Noë cœpit post diluuium: sit absolutè agriculturæ inuentor adstruunt, quia aratra excogitauit, & facilius solum iumentorum auxilio proscidit. Qui aliquod laboriosum ministerium facile reddit, inuentor quidem merito potest appellari.* Liceat D. Ignatij alumno asserere Societatem Iesu vsus Sacramentorum fuisse inuentricem; quia salutaribus documentis Communionis generalis, Quadraginta horarum adinuentionibus facillimam reddidit Confessionis, Eucharistiæque frequentiam.] Igitur Noë *plantauit vineam*; vites enim, quæ antea aderant è quibus merum non exprimebatur [illegible] essit in ordines, vinea cōstituit, vinum expressit.* En parentis senis superstitis vtilitas: dum filij prolis productioni vacant, dum voluptatibus student: pater senex studet rei familiaris incrementis. Quid ergo experis ô imprudens fili, parenti luctum, quem facultatum vtilissimum tortitis Oeconomum?]

Ignatius siue Iesu Societas inuentrix frequentiæ Sacramentorũ.

Quam vtilis parens vel senex filiis ad facultatum incrementum.

21. BIBENSQVE, &c.] *Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in Tabernaculo suo.*] Liber à peccato saltem lethali Noë cui vis meri adhuc ignota, ebrietate afficitur, posteros edocens sobrietatem.* Dum enim fœdè de ebriorum more vestimenta proijcit, se exponit huius vitij fœditatis exemplum: in omnibus turpis, in sene quidem turpioris. Si vis ab ebrietate abstinere, aspice hominem temulentum] Certè immoderato indulgere mero viri vulgaris est. Vnde loco illius particulæ: *Cœpitque Noe vir agricola &c.* Hebr. est, *Cœpitque Noe vir terræ plantare vineam.* Qui enim vir cœlestis ex virtutibus obijcitur Conditori: qui a vineam plantauit ebrietatis occasionem, iam terrenus apparet.

Ab ebrietate absterret hominem temulentum aspectare.

Vulgarium seu vilium est, vino immoderato indulgere.

22. QVOD, &c.] *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris esse nudata.* Cum scilicet aspexisset Chan *patrem nudatum.* (Hebr. sic) * Vel pes enim parentis nudus verendus est; post curiosam taxabilem aspectationem fratribus aperuit, taxabilior.* Nam licet omnium nuditas minimè est reuelanda, præcipuè parentum ac propinquorum defectus nullo modo aperiendi. Solius impudentissimi filij potest esse piaculum parentis, defectus exponere.]

Vel pes parentis nudus verendus.

Omnium obtegere debemus piacula sed præcipuè parentum, ac propinquorum.

23. AT VERO &c.] Vrbani autem filij, ne patris aspicerent nuditatẽ auersa facie incedere studuere: & accedentes ad nudum, quẽ operire decebat, vestimentis reductis celauere.* Patrum sic spiritualium & Ecclesiasticorum delicta obtegenda. Adeo quidem vt vel à conscijs nobis curemus abscondere.] Quam prudenter probi filij retrorsum incedunt, ne videant, & simul operiant nuditatem.* Prudentis Præfulis est studere peccati subditi remedio, sed affectare se minime agnouisse. Vulgariter exponam. *Reme diarel peccado, y scindar se per entendido, que le co- ce.*

Vel à conscijs nobis debemus Ecclesiasticorum abscondere defectus.

Prudens Præsul remedium delinquenti subdito adhibet, affectās, se minime cognoscere.

24. EVIGILANS, &c.] Pater euigilans à probis monetur filijs Chanum ebrio irrisisse: cum vt delinquens taxaretur, tum præcipue vt vrbaniter parẽ submoueretur ebrietatem ne rursum immoderatè mero indulgeret.* Equidem fratrum est iustorum, studere fratris delinquentis correptioni: prudentum autem, vel parentem facere de actionum indecentia certiorem, vt corrigat.]

6. *Discit Noe Chami inurbanitatem, ei maledicit in filio.*

25. AIT, &c.] *Maledictus Chanaam seruus seruorum erit fratribus suis.* Existimant Hebræi, Chanaam primum vidisse aui nuditatem, & parenti Chamo nunciauisse; vnde [illegible] eum maledictio lata, non quidem odio personæ, sed prophetico spiritu, quid futurum esset pronunciante. Maledictus ergo Chanaan, seruus erit infimus & vilissimus. Vt Cham, & Chanaam puniantur in posteris Chananæis odio ab Israëlitis nunquam non prosequendis, quia maiorum suorum impietatis erunt imitatores.* Alij autem existimant primum Cham vidisse patris nuditatem, maledictione autem filium tunc innocentem vulnerauisse; quia parentum assolent filij impias actiones imitari improbus est parens? O quam difficilè filius non dignus ustentabitur maledictione.* Siue qui deliquerat in parente punitur filij in ipsũ futura

Fratris probi est, delinquentis fratris correptioni studere, Filij prudentia vel patrem monere de proprio piaculo.

Assolent filios improbum imitari parentem.

futura inurbanitate. Ac si diceret Noë. Quemadmodum te erga parentem iourbanum ostendisti, filium Chanaam inurbanum experiere; quare dignus sit maledictione vulnerari.] * Deniqne vt horribilior esset parenti Chamo supplicium, eius filiuoi vulnerare curauit. Assolent enim parentes plus de filiorum, quam de propria affici calamitate.] * Nec obliuiooi tradeodum odium Israelitarum erga Chananæos. Quod quidem ortum habuit haud ex affectu prauo, sed ex prauis illorum actionibus. Vnde non possunt dicere cum Dauide, *Quia oderunt me gratis*. Non odio prosequendus homo, sed peccatum. Vnde crediderim pios Israëlitas Chananæorum horruisse delicta oon personam.]

Chām puniri ... in filio ... punitur in filio.
Hominibus parentibus ... Peccatum ... prosequendo, non natura.

26.27. DIXITQVE, &c.] *Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem: sit Chanaam seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem; sitque Chanaam seruus eius.*] Deos benedicitur, quod Semo dederat erga parentem pieeatem. * Omne etenim datum optimum desursum est.] *Iapheth* autem iuxta etymon nominis, quod Hebr. idem est, ac *dilatatum* à Noë ob reuereotiam dilatandus exponitur. Sine Noë precatur, vt vtriusque filij posteri latè spargaotur, & crescant Porrò particula, *Et habitet in tabernaculis Sem*, a quibusdam Iaphetho tribuitur hoc sensu, Iapheth Gentium geoitor habitet aliquando in tabernaculis Semi Iudæorum parentis, quod quidem impletum, quando Iodæis eiectis Gentiles ad Christum properarunt. Alij aotem ad Deum referuoe profantes: Deus habitet in tabernaculis Sem, sermone scilicet ad eum de nouo reuocato * Quam augusta benedictio, Deum domus tuæ fieri habitatorem; quod geritur, cum pace domestici colligantur, cum cuncti Deo præstant obsequium Magis agnata textui expositio prior.]

7. Benedicit Semo & Iapheto.

Omne optimum à Deo.

Domus augusta benedictio, Deū h bere, ex pace, ac virtute domesticorum incolam.

28 29. VIXIT AVTEM, &c] *Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis. Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus est.* Vixit Noë secundum Hebræos vsque ad aonum quinquagesimum octaoum Abrahæ. Imò est, qui asserat, vsque ad sexagesimum nooum eiusdem fuisse superstitem. * O quanto Dei munere auus tam sancti nepotis potitus est præseotia!]

Magnū auo munus à Deo sancto frui nepote.

CAPVT DECIMVM.

Iapheti, Chani, ac Semi filiorum Noemi propagatio, atque multiplicatio.

1. HÆ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, & Iapheth: natique suot ei filij post diluuium. 2. Filij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. 3. Porrò filij Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma. 4. Filij autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cetthim & Dodanim. 5. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium io regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, & familias suas in nationibus suis. 6. Filij autem Cham: Chus, & Mesraim, & Phuth, & Chaoaan. 7. Filij Chus, Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabatacha. Filij Regma: Saba & Dadan. 8. Porrò Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse poteus in terra, 9. & erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exiuit prouerbium: Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. 10. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. 11. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem, & plateas ciuitatis, & Chale. 12. Resen quoque ioter Niniuem & Chale: hæc est ciuitas magna. 13. At verò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephthuim, 14. & Phetrusim, & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim. 15. Chaoaam autem genuit Sidooem primogenitum suum, Hethæum, 16. Iebusæum, & Amorrhæum, Gergesæum. 17. Heuæum, & Aracæum: Sinæum, 18. & Aradium, Samaræum, & Amathæum: & post hæc disseminati suot populi Chananæorum. 19. Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vsque Lesa. 20. Hi sunt filij Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terrísque & gentibus suis. 21. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. 22. Filij Sem: Ælam & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. 23. Filij Aram: Vs, & Hul, & Gether, & Mes. 24. At verò Arphaxad genuit Sale de quo ortus est Heber. 25. Natique sunt Heber filij duo; nomen vni Phaleg, eò quòd in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris eius Iectan. 26. Qui Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, Iare, 27. & Aduram,

& Vſal, & Decla, 18. & Ebal, & Abimael, Saba, 29. & Ophir, & Heuila, & Iobab. omnes iſti, Iectan. 30. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar montem orientalem. 31. Iſti filij Sem, ſecundùm cognationes, & linguas, & regiones, in gentibus ſuis. 32. Hæ familiæ Noë iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

COMMENTARII.

VERS. 1. HÆ SVNT. &c.] Hi ſunt filij, ac poſteri filiorum trium Noemi, Semi, Chami, & Iapheti. Natique, id eſt, *enim* eis ſunt, quę proxime recenſeotor: Iaphethus igitur qui fortaſſe Græcorum ille Iaperus fuit cœli, ac terræ filius (cœli, quidem, quia quorum virtutes miramur è cœlo lapſos credimus: terræ quoniam ignotis parentibus orti ſic vocantur) fuit multis filijs nobilitatus. Natus ei Gomer, à quo Galli; Magog, à quo Getę, & Maſſagetę ſcythicę genies, & Tartari; Madai, à quo Medi; Iauā, à quo Iones; Tubal, à quo Hiſpani, ſeu Iberi; Moſoch, à quo Moſcouitæ, Tiras, à quo Thraces duxere exortum.

1. Nati Iapheth Noe filij poſt diluuium,

3. PORRO FILII, &c.] Gomer Aſcene & Ripharh, & Togorma. Ea Aſcenez Germani, ex Ripharb Paphlagones, ex Togorma Turcæ profluaerunt.

4. FILII AVTEM, &c.] Iauan; Eliſa, & Tarſis, Cethim, & Dodanim. Eliſa Italorum Tarſis Tarſenſium, Cethim Cittiorum, Cretenſium, Cypriorum. Dodanim autem Rhodiorum parens conſtituitur.

5. AB HIS &c.] Ab Eliſa natis ac poſteris diuiſę omnes regiones illę, ad quas ex Iudęs nauibus itur: ſiue vere ſint inſulæ, ſiuè non. Sic quidam exponunt. Ego autem haſce Inſulas mediterranei maris eſſe crediderim.

2. Filii Cham & nepotes.

6. FILII AVTEM &c.] progenuit autem Chan Chus, à quo Æthiopes; Meſraim, à quo Ægyptij. Phuth, à quo Libyes, & Mauritani, Chanaam, à quo Chananæi proceſſere.

7. FILII CHVS, &c.] Profectò filius Chani Saba protulit Abyſſinos, ſiuè Sabęos Arabes; Heuila vero Getulos in Africa, vel gentes quaſdam iuxtà ſinum perſicum, & iuxtà Amalecitas.

8. PORRO CHVS &c.] Nemrod, ſeu *rebellis* à Chus exoritur Dei contemptore, & hominum tyranno. Quam patris filius.* E contemptore Dei parente quomodò non filius contemptor exoriretur?] A Nemrod potens in terra cœpit potentiæ tyrannis, & conſequenter ſupremæ hominum clades ducere principium*. Vbi enim exoritur violentia, excidit ſalus ſubditorum. Principes benignitate affecti ſubditos vltroneos attrahunt ad obſequium: dum violentia tyranni ſubditos cogunt, vt comminuentes iugum, ab obſequio recedant.] Græcè βίαιος, *violentus*: *Iste cœpit eſſe violentus*

E Dei contemptore parente filius Dei cōtemptor exoritur. Subditi ex violentia pereunt: Ex manſuetudine vltronei adducuntur.

9. ET ERAT, &c.] Erat Nemrod hominum pluſquam ferarum venator; latrocinijs enim ſtudeos, inſidiis homines opprimebat, innocentes vi expilabat; coram Domino plane: id eſt, Deo aſpectante & ferente. * Mirabile planè, Deum innocentiæ amatorem, & protectorem non illicò innocentium oppreſſorem comminuiſſe.] Hinc prouerbium illud, *Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino*, quo homines Dei patientiam mirantur, & prædicant.

Mirabile, Deum non mox oppreſſores innocentium punire.

10. FVIT &c.] Nēroḋ iſte (mea opinione Belus ille Nini pater auctor Idololatriæ) caput Regni ſortitus eſt Babylonem, vnde ad alia occupanda gradum fecit. Si Babylon ſola initium erat Regni Nemrod, cur & aliæ Vrbes *Arach, Achad, & Chalanne* initium Regni ſimul annumerantur?* Quia tyranno Principe incipiēte, iàm cuncta ſuperata obijciuntur: Tam infallibilis omnium Vrbium ruina tyranno clauum obtinente.] Porrò Arach eſt Edeſſa, Achad Niſibis in Meſopotamia, Chalanne Seleucia ſiuè Cteſiphon regia Perſarum. Sennaar autem eſt ager ille Babyloni circumiectus.

Tyranno clauum obtinente, infallibilis omniū Vrbium ruina.

11. DE TERRA, &c.] *De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuem & plateas Ciuitatis, & Chale.* Ninus filius Nemrod vocratur Aſſur per anticipationem, quia poſtea Rex Aſſyriorum extitit. Hic Niniuem Ciuitatem extruxit, & ſuburbana Ciuitatis Hebr. רחבות עיר *Ciuitatem.* Ædificauit ſcilicet Niniuem, & Ciuitatem. * ſi Niniue ciuitatem extruxit, quonammodo rurſum aſſeritur ædificaſſe Ciuitatem? Certe quia ſuburbia, quæ alijs in Ciuitatibus aſſolent eſſe parua. & à vulgaribus ciuibus habitantur: apud ſuperbam Niniuem tam ampla erant, vt & magnitudine, & ciuium immoderato cultu ipſam Niniuem æmulabantur.)* O tempora, vbi vulgares hoc differunt à Principibus, vt Principum veſtimenta à vulgarium indumentis pretio vincārut.]

Suburbia æquantur Ciuitati ex ſuperbia. Vulgares ciues cultu pretio & raritate veſtium ſuperans Principes.

12. RASAN QVOQVE, &c.] Ædificauit etiā Aſſur Vrbem Reſen inter Niniuem & Chale. At hæc id eſt, non Rheſen, nec Chale, ſed Niniue eſt magna admodum Ciuitas, vt ea Iona conſtat. Sic ab alijs clauſola ordinatur: *Rheſen quoque inter Chale, & Niniuem: hæc eſt Ciuitas magna.*

13. 14. AT VERO &c.] Ex Meſraim progeniti ſunt Ludim, ſeu Lydi iuxtà Ægyptum; Laabim, id eſt, Lybies in Africa; Nephtuim, ſiuè Numidæ; Phettuſim, ſeu Arabes Petræi, Chaſluim, id eſt, Philiſthini, horror æternus Iudæorum & Caphtorim, ſiue Cappadoces, Ludim enim, Laabim, Nephtuim, Phettuſim Chaſluim ac Caphtorim Lydorū, Lybiorū, Numidorum, Arabum, Philiſthinorum, & Capadocum auctores extitére.

15. 16. 17. 18. 19. 20. CHANAAN &c.] Chanaan verò Chani filius progenuit Sidon primò, mox Hethæum, Iebuſæum Amorrhæum, Gergeſæum, Heuæum Aracæum, Sinæū, Aradium, Samaræum, & Amathæum, è quibus poſtmodum diſſeminati ſunt Chananæorum populi. Venientibus autem à

Sidone

Jone versus Geraram vsque Gazam obiiciuntur termini Chanaan, donec ingrediantur Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim vsque ad Lesa. En filij Chani in cognationibus, linguis, generationibus, terris, gentibus. Hethæus, & Iebusæus nomina sunt populorum, qui à filiis Chanaan prognati fuere. In terra hi promissionis sedes habuere. At ex Sinæo incolæ deserti, & montis Sina fuerunt oborti. Porrò ex Aradio Vrbes Aradus. & Antaradus iuxta Sidonem processere. Ex Samaræo incolæ Vrbis & regionis Samariæ. Ex Amathæo autem Vrbis Emath incolæ, aut maioris Emath, siue Antiochiæ: seu minoris, siue Epiphaniæ, duxere principium.

3. Semi filij, ac nepotes.

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. DA SAM QVOQVE NATI SVNT, &c.] De Sem itaque, qui fuit frater maior Iapheto: nati sunt Elam, à quo Elamitæ, id est Persæ: Assur, à quo Assyrij; Lud vnde Lydij; Arphaxad, à quo Chaldæi, & Aram, à quo Aramæi geniti fuerunt. Verum Arphaxad filius Heber fuit, pater Hebræorum. At Heber vnus filius, nomine Phaleg, Hebr. *diuisio*, sic appellatus fuit, quod vidit terræ varias ob linguas diuisionem. Porrò Iectan filius etiam Heber genuit Ophir, & Heuila, à quibus Indi, & variæ Indorum gentes processerunt.

30. 31. 32. ET FACTA EST, &c.] Porrò de Messa pergens vsque ad Sephar Orientalia montana nihil terminorum aspectat, quod ad ditionem Semi, filiorum ac nepotum eius non pertineat. Hi filij ac nepotes Semi. Hæ familiæ Noëmi, hæ nationes, linguæ, populi eorum. Ab his Terræ post diluuium fuere diuisæ. Particulam illam. *Secundum cognationes, & linguas* per anticipationem appositam reor; nam linguarum varietas nondum inducta, sed tunc terra erat labij vnius. * At de linguæ ipsius ingenio prius quodammodo euentus profertur, quam existat.] Reliqui Semi, Chami, ac Iapheti filij ac posteri, de quibus nihil speciale expressi, ab auctoribus supprimuntur.

Lingua prius res exponit, quàm existant.

CAPVT VNDECIMVM.

Turris Babel construitur, linguæ diuiduntur, & gentes orbis omnes disperguntur in partes. Genealogia Semi vsque ad Abraham texitur, qui ex Vr Chaldæorum in Haram, & Chanaam proficiscitur.

1. ERAT autem terra labij vnius, & sermonum eorundem. 2. Cúmque proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. 3. Dixitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eo igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento: 4. & dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. 5. Descendit autem Dominus, vt videret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam, 6. & dixit: Ecce, vnus est populus, & vnum labium omnibus: cœperuntque hoc facere nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. 7. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. 8. Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem. 9. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ: & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. 10. Hæ sunt generationes Semi. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium. 11. Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. 12. Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. 13. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis: & genuit filios & filias. 14. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. 15. Vixitque Sale postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. 16. Vixit autẽ Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. 17. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringẽtis triginta annis: & genuit filios & filias. 18. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. 19. Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias. 20. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. 21. Vixit quoque Reu postquã genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias. 22. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. 23. Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. 24. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, & genuit Thare. 25. Vixitque Nachor postquam genuit Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. 26. Vixitque Thare septuaginta annis,

& genuit Abraham, & Nachor, & Aran. 27. Hæ sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot. 28. Mortuúsque est Aran ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. 29. Duxerunt autem Abram, & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Saral & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aron, patris Melchæ, & patris Ieschæ. 30. Erat autem Saral sterilis, nec habebat liberos. 31. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: venerúntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. 32. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

COMMENTARII.

1. *Turris extructio.*

Communitatis soluitur concordia, vbi sermonis est diuersitas.

VERS. 1. ERAT AVTEM, &c.] Omnes tunc Noë posteri eodem idiomate Hebraico scilicet vtebantur. * Sermonis vnitas eos vnitatis ac pacis vinculo colligabat, incipiunt à concordia abstrahi, cum incipiunt diuersimode loqui. Non poterit communitatis adstrui concordia, si sermo conueniens non fuerit. Laudas, quod socius vituperat, non dissimulas varium de negotiis, familiaribusque rebus iudicium, sed lingua euolgas cum aliis minimè, consentiente: protinus pax ablegatur, Communitatis concordia soluitur.]

2. CVMQVE, &c.] Ab Armenia, vbi arca Noëmitica constiterat, quæ quidem Babyloni est Orientalis profecti Noe posteri campum requirentes inuenere in Babylone, vbi libuit commorari.

3. DIXITQVE, &c.] *Dixitque alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni habuerántque lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.*] Alter alteri sic profatur: Agite dum, lateribus conficiendis, ac coquendis demus operam. Lateres, luctante cum inopia pertinacia, efficiuntur quibus vtuntur saxorū, aut lapidum præparatorum loco, & bitumen pro calce exponunt ædificio. * Nil difficile affectuosæ voluntati. Pene tibi impossibile videbitur à pristinis moribus declinare, voluptatibus nuncium remittere. O quis posset obsequium litare pudicitiæ. Si toto ex corde expetis, facili negotio præstabis. Non posse simulas, & vere non potes, quia non vis.

Nihil difficilè affectuosę voluntati. Non potes? Ergo non vis. id plerumque verum.

ET dixerunt &c.] *Et dixerunt venite faciamus nobis Ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Superbi Nemrod procul dubio ille sermo: *Cuius culmen pertingat ad cælum.* Hyperbolicum putarem sermonem, si non à superbia prolatū crederem. * Hæc enim semper ascendens cuncta sibi, nisi ad cœlum peruenerit, ratur angusta: & in monte Testamenti, Altissimo similis experit commorari.] Æternandi nominis cupiditas manus ad opus exerit impossibile. * Vanitas enim cunctis futura ridicula semper molitur opera, quæ nunquam potuit consummare.] Crediderim Nemrod illam voluisse fabricam excitare, vt suæ tyrannidis esset arx. * Vbi enim viget tyrannis necessarium est horribilia exsurgere bella.] Illa particula, *antequam diuidamur.* Hebr. sic *Nè fortè dispergamur*, ingruente hostium exercitu. Quid à fratribus fratres timerent? * Certè fratres, ac propinqui horribilius insurgunt aduersus fratres & propinquos dimicaturi, si iactura facultatum (quod causat tyrannis) exponitur.

Superbis semper ascēdit, cupiens sedē in cœlo collocare. Vanitas nunquam opera consummare potuit, cunctis ridicula. A tyrannidē bella.

Fratres aduersum fratres horribilius exsurgunt ex auaritiæ affectu.

5. DESCENDIT, &c.] Deus igitur, qui loco moueri non valet implens omnia filiorum Noë aspectu descendit, quia per effectum confusionis linguarum experti sunt velut propinquiorem) Contemplatus est (nostro loquendi more Ciuitatem, turrim superbè ascendentem, aspexit quam homines illi Adæ filij, creati vtique ex limo audebant è luto extruere. * Profectò peccatores, qui suprà Domini dorsum fabricare non desinunt, multiplicatis piaculis, velut lateribus, tam altā machinam moliri assolent, vt vel ipsi Deo quodammodo mirabile appareat ædificium: & vix credat, nisi experiri videatur testis oculatus accedens.]

2. *Ex linguarū cōfusione fabricæ prohibitio.*

Tam ingentem peccatores machinā assolent supra dorsum Domini fabricare: vt quodāmodo Deus ipse nō credat, nisi accedat testis oculatus.

6. ET DIXIT, &c.] *Et dixit: ecce vnus est populus, & vnum labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec opere compleant.*] Ironia planè, sed qua Deus exprimit pertinacis animi effectus. * Populus vnitatis, ac pacis vinculo colligatus, quid non audeat, quid non ausus exequatur? Omnes eadem loquuntur, consequentur optata.] * Si iuxta Apostoli sententiam ad spiritualem exædificationem *idem dicamus*, opus difficile perficiemus. Ab spe perficiendi cadimus, quia Concionatores idē dicere non student. Vno curante veritatem auditori persuadere, multi propriæ student turris extruendæ vanitati; non vtilitatem peccatorum, sed plausum proprium conciliare procurantes.]

Quam fortes, qui vnitatis vinculo colligantur. Si omnes Cōcionatores, seu ministri Euāgelij idē loquerētur, opus cōuersionis peccatorum perficerent.

VENITE, &c.] Venire (inquit Angelis per quos Deus descendit plerúmque, & operatur) & effectu stolidi homines me in vobis descendisse cognoscant. Eorum linguam adeo turbemus idiomatis confusione, vt singulæ cognationes non intelligant, quæ à cunctis voces exprimuntur Itaque τὸ *Non audiat*, idem ac *Non intelligat.** Ille verè non audiuit, qui sermonem minime intellexit. O tempestatis huiusce Concionatores potiùs dixerim histriones, si ad inanem gloriam comparandam auditores confluere expetitis: non videtis optatis nunquam frui? Si tam occultè loquimini, vt nullus intelligat, certum est nullum apud Templum adesse auditorem. Cur ergo sermonē profunditis, *vbi non est auditor?*] Prodious itaq. ex vna Hebraica lingua Septuaginta duæ enaserūt iuxta numerū generationum Noë. Iaphethi enim quindecim generationes adnumerantur, Chami viginti septem, Semi autem triginta. Vndè totidem gentes profluxere.

Si idem est audire, & intelligere, Cōcionatori occultè loquēti nullus auditor adest.

ATQVE

8. ATQVE, &c.] *Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras*; Cum enim cognatio vna alterius linguam nouam ignoraret, & adesset in cœtu confusio: cunctæ cognationes alliciuntur varias petere regiones, ædificio Babylonico non perfecto.

9. ET, &c.] *Et idcircò vocatum est nomen eius Babel*,] quia ibi confusum est labium cunctorum hominum; & inde à Domino in vniuersas regiones disperguntur. Ciuitas illa *Babel* appellatur, id est, *Confusio*, quia inibi lingua filiorum Noë confusione affecta est. Porr lingua, quæ fuerat omnibus communis in vna Heber familia asseruatur. Hinc Hebræa vocitatur. Crediderim Noë testem omnis extitisse tragœdiæ. Annuerat quidem vir sanctissimus Ciuitatis ac turris exædificationi: non vt illustre nomen redderet ad vanitatem: verum vt arx extrueretur ad ciuium protectionem: Id filios monuerat, & nepotes; illi autem operi obsequentes dant operam, sed intentionem Noëmi deturpant. * Subditorum ingenium Præsulis præscripta pia admodum iniquis propriis commodis turpia exponere, in grauem planè præcipientis iniuriam, qui aut impietatis, aut imprudentiæ arguitur.] * Ediscant autem domorum ex penu Iniquitatis extructores, nunquam non infami titulo ædificium istud notari. Ex rapina patrimonium primogenito adscribis? Æternum hoc nomine notabitur: *Rapina*.]

Subditi assolent pia Præsulis præscripta propriis commodis studentes turpia esse dictitare.

Quidquid ex rapina ægre extruitur, infami nomine, æternum notatur.

3. *Sem, generationes.*

10. HÆ, &c.] *Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium* Ergo Sem non erat inter fratres Noë filius natu maior. Noë enim anno ætatis quingentesimo generare cœpit, sexcentesimo eius fuit diluuium, ergo filius maior eo anno, non biennio post, fuit centum annorum. An non oportebat sanctum genus electæque Hebræorum gentis propagationem maiori committi? * Certè ille in conspectu Domini maior, qui aptior ad munus vel ob agnatæ indolis conuenientiam, vel ob excellentiam sanctitatis.

Filio in Dei conspectu maior, qui excellentior virtute.

11. VIXITQVE, &c.] *Vixitque Sem, postquam genuit Arphaxad, quinquaginta annis: & genuit filios, & filias.*] Horum tacentur nomina, quia ad seriem genealogiæ Dominicæ non pertinent.* Quam indignus nomine, qui ad Iesum nullatenus videtur attinere. Si moribus iniquis te omninò Iesu contrarium exponis falso augusto nomine insignitis: omnes te anonymum reputabunt, profantes: Nomen illud phantasticum, seu fictitium est.]

Indignus nomine, qui ad Iesum non videtur pertinere.

12. *Vsque ad* 18 &c.] Profectò Arphaxad cũ triginta supra quinque esset annorum, progenuit Sale: postmodum vixit trecentis tribus annis filiorum ac filiarum genitor. Sale verò cum triginta annorum esset fuit pater Heber, postea superstes extitit quadringentis tribus annis natorum vtriusque sexus genitor. At Heber triginta quatuor implens annos Phaleg filium suscepit, & quadringentorum triginta annorum spatio filios, ac filias genuit. Phaleg quoque triginta annos habens, fuit pater Reu, post quam generationem adhuc natorum genitor ducentis nouem annis superuixit. Cæterum Reu triginta duorum annorum Sarug procreauit, postea superstes extitit ducentis septem annis filios, ac filias progignens. Verùm Sarug cum triginta compleret annos, procreauit Nachor, postmodum vixit ducentis annis adhuc natorum pater. Nachor verò viginti nouem annorum Thare generauit, postmodum decem & nouem annis superstes filios ac filias suscepit. At Thare septuagenarius ingenuit Abram, Nachor, & Aran. Ex Aran Loth est genitus: obiitque Aran antè Thare genitorem suum apud Vr Chaldæorum, vbi fuerat exortus.

Ante Thare mori, idem est, ac coram Thare obiisse: siue ante Thare, id est, priusquam pater filius humanitatis debitum persoluit. * Vt ediscant huius fragilitate pressi sæculi filij etiam diuturni æui homines etiam immature arripi solitos. Si ergo hoc in sæculo tam viridi, quid in arido accidet?]

Si sæculi antiqui diuturni filij prius quam patres è vita excedebant: quid in fragili sæculo.

4. *Abram, & Nachor coniugiò colligantur: hic Melchæ; ille Sarai, huius sterilitas.*

29. DVXERANT, &c.] Duxerant Abram & Nachor vxores: hic Melcham, ille Sarai, id est Ieſcham. itaque duo fratres duas sorores fratris Aram filias sibi coniugio colligarunt. * Vt vnam sterilis Abræ matrimonij causam contemplere. Tanta enim propinquitas assolet in fœcundum reddere coniugium. Nec ideo reprehenderim Abræ Nuptias, sterilitatis enim effectus ille consanguineorum coniugia ex naturali antipathia assulet comitari.]

Coniuges nimium propinqui assolent sterilitate laborare.

30. ERAT, &c. 31. TVLIT, &c.] *Erat autem Sarai sterilis: nec habebat liberos. Tulitque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aram filium filij sui: & Sarai nurum suam vxorem Abram filij sui: & eduxit eos de Vr Chaldeorum; vt irent in terram Chanaan; veneruntque vsque Haram. & habitauerunt ibi.* Hebr. *Vr* idem quod *flamma*, aptius vallem interpretatur. Eduxit Thare filios ex valle Chaldaïca. Haud abnegatim alibi Vr Chaldæorum *flammam* seu *ignem* significare Nec improbabile vallem illam Chaldææ *Vr* seu *flammam* appellatam; quia inibi ignis colebant idolum. * Quam piè Thare filios ab idololatrarum abstulit societate, nè eorum doctrina deprauarentur. Vnde ab aliis *Vr doctrina* interpretatur.]* Vel sanctissimi quique debent prauæ doctrinæ vim formidabilem sibi obiicere; quia ex hæreticorum astutia blandè ingreditur, & sicut coluber venenatus obmordet.

Ab impiorũ societate tui filij abstrerendi. Fugiant vel sancti doctrinam hæreticorũ blandè ingredientẽ.

32. ET FACTI, &c.] *Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.* LXX. transtulere Charan; quod sæpe alibi. Nam pro Hebraïca aspiratione n substituunt χ ad vitandam illius aspirationis duplicis asperitatem. Porrò illos ducentos quinque annos totius vitæ intelligendos reor, quidquid alij repugnent.

CAPVT DVODECIMVM.

Ex Chaldæa patria sua Abram ampla cum promissione à Deo euocatur, peregrinaturus in Chanaan, in Sichem scilicet, & Bethel. Cogente fame properat in Ægyptum, vbi coniux Sarai à Pharaone rapitur. Sed ob flagella cælitus immissa marito intacta restituitur.

1. DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. 2. Faciamque te in gentem magnam & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. 3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur vniuersæ cognationes terræ. 4. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran 5. Tulitque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cúmque venissent in eam, 6. pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, vsque ad conuallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra. 7. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. 8. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai; ædificauit quoque ibi altare Domino: & inuocauit nomen eius. 9. Perrexitque Abraham vadens, & vltrà progrediens ad meridiem. 10. Facta est autem fames in terra, descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi, præualuerat enim fames in terra. 11. Cúmque propè esset vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier: 12. & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor ipsius est: & interficient me, & te reseruabunt. 13. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis: vt benè sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. 14. Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem quòd esset pulchra nimis. 15. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis. 16. Abram verò benè vsi sunt propter illam fuéruntque ei oues & boues, & asini, & serui & famulæ, & asinæ, & cameli. 17. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abram. 18. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quòd vxor tua esset? 19. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam, & vade. 20. Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & quæ habebat.

COMMENTARII.

1. *Abram à Domino vocatur ad perfectionis viam, ei fit promissio.* Qui vocatus est, vt sibi soluin

VERS. 1. DIXIT AVTEM DOMINVS, &c.] Dixerat Dominus Vr Chaldæorum: Proficere ô Abram Chaldæa solo natali, cognatos idololatras relinque, domesticos etiam tuos, si exire simul renuerint, desere: & ad plagam ignotam ex præscriptione obedientiæ obtinendam accurre. Hebr. pro *Egredere* scribitur, *Abi tibi*, id est propriæ nunc solummodo perfectioni studium impende. * At propriæ perfectioni studens omnino ab hominum societate amouendus. Desere patriam, cognatos, parentes, peccatores; quælibet enim cum proximis communicatio dedecet eum, qui propriæ solummodò perfectioni vacas. Vereor ne corruas, quicumque auocaris ad vacandum tibi, si ex recessu vel prætextu conuersionis illius reuertaris ad proximum.] * Cum peccatoribus securè degit qui ad proximi salutem procurandam aduocatur. At qui ex vocatione egreditur sibi solùm vel cum iustis proximis periculosè commoratur.]

vacet, debet omninò à proximis abstrahi. Vocatus ad proximos, cum peccatoribus degit secure. Vocatus ad sibi vacandum, cum sanctis periculose commoratur.

2. FACIAMQVE, &c.] Ne existimes, sine mercede obsequium Numini litatorum: te augustissimæ posteritatis stellis æquandæ parentem efficiam, ex qua sol iustitiæ est proditurus; cælestibus plenus benedictionibus & naturæ, & gratiæ, & fortunæ bonis abundabis; *erisque benedictio*, (sic Hebr.) est in

te alij possint donari benedictione;nomenque tuum cunctis seculis, toto orbe terrarum illustre admodum, ac nobile exponam. *Toe bonis cæliros oppleeur,qui viam iniens perfectionis sæcularibus bonis renunciat. Vnũ relinquit vile, omnia acquirit augusta.

Qui vilia secularia deserit, omnibus cœlestibus donatur.

3. BENEDICAM,&c]De te recte merentibus benefaciam,malis afficiam ad suppliciũ nõ adprobatione malefacientes tibi. Omnes terræ cognationes tuo in nomine benedicentur,cunctis profantibus:Faciat tibi Deus,sicut fecit cũ Abraham Facilius dixeris in semine tuo, quod est Christus, omnes gentes benedictionibus exundabunt. * Neque enim sinè respectu ad Christum verax potest adstrui benedictio.]Vnde Abramo Deus proximo versu *Eris benedictus* Hebr. *eris benedictio*. Ipsa enim benedictio adest cœlestis in viro,cuius in lumbis Christus commorabatur.

Omnis benedictio cum respectu ad Iesum.

2. *Egreditur Abram cũ tota familia.*

4. EGRESSVS EST,&c.]Obedientissimus itaque Abram,qui patre superstite ex Vr Chaldęorum anno ætatis quinquagesimo secundo recesserat: ex Aran anno septuagesimo quinto processit adhuc viuo Thare.Porrò secum Lothũ fratris vita functi filium adduxit.*Ostendens vnicuique patruos loco parentum orphanis traditos à natura. Vel ipso *patrui* nomine asseretur patres verè exhibendos.*Patrem senem reliquit frequenter inuisendum, commendabili filij pietate; nepotem autem ex fratre adolescentem minimè dereliquit, nè senis aui indulgentia ad aliquod vitium ansam tenerę exhiberet ætati. Sæpè adolescens aptius traditur patrui, quam aui potestati eripiendus.

Patruus orphano debet esse pater. Patrui asso lent aptius sobrinos carpere,quam aui ne potes.

5. TVLITQVE, &c.] *Tulitque Sarai vxorem suam & Loth filium fratris sui:vniuersamque substantiam,quam possederant,& animas,quas fecerant in Aran:& egressi sunt,vt irent in terram Chanaan*.]Pergens Abram ex Aran,Sarai vxorem dilectissimam primò sibi itineris sociam adducit, deinde Loth Aran fratris sui filium Sarai vxoris fratrem comitem eligit in fratris.ac vxoris obsequium Opes denique tunc in gregibus positas gestat,& homines,quos acquisierat sine generatione,sine emptione,siue exemplo & doctrina Deo dederat: minimè dereliquit. * Spirituales enim filij quasi naturales imò amplius ab spiritualibus viris æstimantur. * An ex opũ adductione minus perfectus Abram ostenditur eum ad perfectionis Magisterium allicitur Minimè. Nec enim aduersatur perfectionis instituto ad necessarios temporarios sumptus opes possidere. Huc cinctus vxoris, sobrini, ancillarum, seruorum alumnorumque comitatu Abram in terram Chanaam se contulit.

Quanti æstimandi sint spirituales filij.

Non aduersatur perfectionis instituto, possidere opes ad necessarios sumptus.

3. *Vsque ad vallem illustrem Abram pergit,ei Deus apparet,progreditur.*

6. CVMQVE, &c.] *Cumque venissent in eum,pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem vsque ad conuallem illustrem.* Hebr. *Ad conuallem illustrem* est vox. אלון *alon* ambigna alijs *quercus*, alijs *planities*. Accessere ergo ad Chanaam : Abram autem duxit familiam ad Mambre conuallem illustrem, id est, planitiem robustis, ac proceris quercubus speciosam. Porto populus ille, Chananæus dictus ad distinctionem Heuæi, Pherezæi,& Iebusæi,tunc terræ illius possessione potiebatur.

7. APPARVIT,&c.]Cum apud Mambre Abramus anulsus à familia exoraret per Angelũ corpore assumpto Deus ei apparuit,fatus:semini tuo carnali (quod ex Isaac descendit) terræ huius impertiam possessionem. Mox ille gratitudinis ergo altare construxit. *Dabo*, inquit Deus,& illico gratus vir altare ædificat.* Caue accipere à Deo,& non mox reddere ei,qui beneficia confert, vt recipiat grati animi obsequium.* Profectò gratus animus nihil gratius Numini reddit quam altaris extructionem, id est munus aliquod,quo altare possit ad ædificationem fidelium ex cultu diuino, exornari. Qui ergo non valet altaria erigere, commendabiliter altarium erectorum studet ornatui.

Gratum Deo munus altariã exornare.

8. ET INDE,&c]Ad montem Garizim, & Hebal inde Abramus ascendit, qui aderat ad Orientẽ Luza,qui locus postea fuit ab Abramo Bethel appellatus. Per prolepsim ergo Bethel nominatur à Mose. Aliud ibi tabernaculũ collocans,vir sanctissimus Domino erexit altare.* Vt multiplicatis gratitudinis actionibus cælestia munera multiplicarentur. Vix sistit Abram, & mox ædificando altari dat operam]*Tam agnatum debet esse fideli iter agenti,cum ad Oppida accedit, ad Templum accurrere, vt si non adsit Templum, debeat apud cordis domum spirituale altare construere, vbi conditori ductori itineris offerat holocaustũ.]Illo itaq;altari ędificato,Abram Dei nomen inuocat. Hebr. *Et vocauit in nomine Domini*. Nã vel ipse inuocauit nomẽ Domini vel alios ad nomẽ Domini vocauit. Asseruerim & ipsũ inuocasse,& totã familiã ad nominis Dei inuocationẽ inuitauisse.* Debet enim Pater familias non satis sibi existimare si ipse pietatem colat dum non simul familiares suos ad pietatem adducat.

Multiplicatã gratitud ine, munera Dei multiplicantur.

Iter agentes vbi ad oppida accesserint ad Templum accurrant.

Pater familias pius illa qui familiares adducit ad pietatem.

9 PERREXITQVE,&c.] *Perrexitque Abram vadens,& vltra progrediens ad meridiem.* Hebr. *Ad Austrum*. Lxx. *Ad desertum*. Progressus Abrã versus Austrum,desertum inuit Australe.

4. *Abram peregrinatur in Ægypto ob exortam famem.*

10. FACTA EST,&c.]In terra autem Palestinę fames incolas opprimebat, Ægypto frugibus abundante.*O quotiens terra fidelis laboribus probatur,dum infidelis regio prosperitate vulnerata seducit fælicem!Felix ille,qui laboribus agitur,propitio quidem numine. Infælicem dixero abundantia impium fruentem.] * Cum enim Deus impios diuitijs opplet,quibus male vsuri sunt,se admodum iratum ostẽtat]Fames ergo Abrami familiam peregrinari apud Ægyptum fecit, non ibi habitare; quia Abram spem terræ promissæ nunquam à corde expulit *Iustorum ingenium, nunquam apud mundialem Ægyptum commorari, semper se peregrinos ostendunt]

Sæpe laborante iusto impius fruitur abundãtia. Hic verẽ infelix,ille beatus.

Iratus Deus dat diuitias impio.

Hic iustus semper peregrinus.

11. CVMQVE, &c.]*Cumque propè esset, vt ingrederetur Ægyptum,dixit Sarai vxori suæ: Noui,quod pulchra sis mulier.*] * Commendabilem hinc teor coniugem dari. Plures enim mariti qui nouerant vxores antè coniugium esse pulchras:post nuptias reputant esse deformes Ille iustus coniux qui vxorem semper nouerit esse pulchram. Erat tunc Sarai vt minimum sexaginta quinque annorum. Sed serius illo æuo senectus faciem comminuebat ex naturæ vigore.*Profectò probus maritus, etiam si senectus vxorem deformasset, pulchram nosceret. Nam

qui

qui amat vxorem semper reputat spectabilé.] * Tibi deformis iam ostenditur vxor? Non dubites tepescere dilectionem.]

Tepescit dilectio, cum deformis vxor apparet.

12. ET QVOD, &c.] Noui etiam ego audaciam, & incontinentiam Ægyptiorum, quare prudens admonitio mea haud suspicioni vanæ ex zelorypiæ affectu profectæ tribuenda est. * At vanè suspicantur coniuges, qui nec audaciam nec incontinentiam in aliquo agnoscentes temerariè iudicant ex impudico affectu aspectasse. Imprudens hic zelotypiæ affectus, non prudens cautela. Nam cum vxor videt maritum sinè causa querulũ, nimium exasperatur. O quot deprauatæ puritates vxorum ob imprudentem côiugum zelotypiam!] Vel imprudentes Ægyptij illo ex capite (si crudeles) minus tamen audaces ostentarent, quod *interficient me: & te reseruabũt.* * Nec enim auderet superstite marito se se tam horribili adulterij attaminare piaculo.

Zelotypia coniugum sine causa imprudens admodum, quia causã impudicitiæ dat vxoribus.

Horribile adulterij delictum.

13. DIC ERGO, &c.] *Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te: & viuat anima mea ob gratiam tui.*] Ad mendaciumne proferendum Abram allicit vxorem? Minime? vere enim poterat eam appellare sororem (vt explicat ipse cap. 20. n. 12.) * Nec decebat virum, nobilem, pium mentiendi esse magistrum Certe mẽdacium agnatum mulierculæ, homuncioni, ac parum iustitiæ æstimatori.] An non poterat Abramua temeritatis argui, dum periculo dedebat vxorem? * Absit, cùm quia prouidentiæ Dei, cui se curæ esse sciebat, permisit: tum quia qui nouerat vxoris pulchritudinem corporeã dissertius animi fortitudinem, ac constantiam perspectam habebat.] Esto quod nouisset fœminæ pudicitiam minime debellandam. An non crudeliter eam tyranno exposuit, qui cõstantem occidere imperitaret? * Non planè, quia vel impius, vel immitis constantem fœminam reuereretur.] Propter te itaque, soror mea sponsa, ab occisione liberabor.

Mendacium dedecet virũ, nobilem, pium.

Non exposuit periculo vxorem, qui illius agnoscit cõstãtiã.

Vel immitis reueretur constantem fœminam.

5. *Sara rapitur.*

14. 15. CVM ITAQVE, &c.] ET NVNCIAVERVNT, &c.] *Cum itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem, quod esset pulchra nimis.*] Viderunt Sarai Ægypti Principes otio quidem vacantes & ideo curiositatis vitio affecti. Equites otiantes omnia norunt, quæ latent addictis ministerio.] Pharaoni annunciant peregrinantis fœminæ aduentum pulchritudinis peregrinæ. * Si Principes non nunciarent Regi, si nõn laudarent Rex pudicitiæ iura non frangeret.] * Quam potens prauum aulicorum colloquium, quod potuit aspectationis vicea gerere. Vndè quasi Rex vidisset fœminæ pulchritudinem, ex auditione affectus, iubet in domum abripi non ad stuprum, sed ad coniugium saltem secundarium. Nam quod audierat de pulchritudinis modestia iam eum ab spe stupri deduxerat.] * Modestæ fœminæ vel pauperculæ peregrinantes vel Regiæ voluptati se existimãt superiores. Vnde ad coniugium eleuabantur, si se constantes ostentarent.] * Quod si spe coniugij, etiam promittente viro, cesserint stupro, nuptialem nunquam, aut raro assumentur ad thalamum.]

Equites ociosi omnia speculantur.

Si Principes non nunciarent Regi fœminæ pulchritudinem, Rex impudicitia non laboraret.

Potens colloquium prauum, ad animum alliciendum ad crimina.

Vel paupercula Virgo se Regiæ voluptati existimet superiorem.

16. ABRAM, &c.] *Abram vero benè vsi sunt propter illam: fuerúntque ei oues & boues, & asini, & serui, & famulæ, & asinæ, & cameli.*] O tempora, quando non fratribus, sed maritis aperte munera exhibentur. An Pharao tot muneribus fratrem putatum cumulauit, quia fruitura erat sorore? * Audiui sæpe amorem nudum exprimi quia munificẽtissimus est; sed crediderim vti munificentia ante voluptatis assecutionem: post voluptatẽ autem rursum manus occludere.] * Hinc reor Sarai se constantissimam ostentasse. Nam amasij donaria propinquis, aut famulis exposita ad virginem emolliendam diriguntur.

Nunquam, aut rarò fit vxor fœmina post stuprum.

Nunc non fratribus sed maritis dãtur munera.

Amor post fruitionem auarissimus.

Amasij dant vt debellent virginem, non vt muneret.

17. FLAGELLAVIT, &c.] Profectò Dominus Abrami custos Pharaonẽ non vt adulterum, (quia & ignorabat coniugatam, & cõstantem debellare minimè potuerat) sed vt tyrannum inuitæ raptorem, & impudicum procam vulnerauit horribilibus quidem plagis; *& domum eius*, hoc est, aulicos, familiares, quorum indicio, ac laudibus adducta fœmina. * Æquali enim supplicio afficiuntur criminum mediatores. Misera sors, alium voluptate frui, & te sine voluptate, & plerúmque sine alio commodo æternùm deperire.] Quænam hæ plagæ maximæ? An impotentia copulæ in Pharaone? pestilentia? seditio popularis? morbi? dolores grauissimi? sterilitas hominum, & animalium? Sic Auctores. * Aptè procul dubio, quia impudicitiæ cuncta incommoda agnata.] Crediderim tamen eas desæuisse plagas, quæ possent repente cognosci, morbos nempe grauissimos: quibus affecti Rex & aulici suasorea agnoscerent, vndenam supplicium exoriretur.

6. *Flagellatur Pharao, & liberatur Sara.*

Æquali supplicio afficiuntur criminum mediatores ac principales rei.

18. VOCAVITQVE, &c.] *Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti, quod vxor tua esset?* Quisnam Regi indicauerat Sarai Abram existere vxorem? Vel ipse suspicatus est, vel Deus Pharaoni plagarum causam aperuit, * vel Sarai tandem de ingenio fœmineo non potuit obticere. (Diu iam nimium secretum compresserat.)] Assero igitur à Rege importunè interrogatam fœminam, vel compassione potius affectam ex Regis aulicorúmque cruciamentis, aperuisse, vndenam horribilis plaga desæuiret.

19. QVAM, &c.] Quia dixisti sororem tuam esse non dubitaui, pulchram, modestam nobilem, virginem mihi tollere in vxorem. Igitur accepta vxore tua, vade. Cur non permittit apud se commorari? Ex hoc commendabilis Pharao. * Periculosum est, ad manum adesse fomitem voluptatis, concupiscentiæ illectamentum. Fuga aduersum impudicitiam comparanda victoria.] Num decuit Regem peregrinantem fœminam in coniugem eligere? * Certè eorum commendat electionem, qui in futura vxore non diuitias, sed præclaras à natura dotes exquirunt.]

Fuga aduersus impudicitiam victoria perficitur.

In futura vxore non diuitias sed præclaras naturę dotes perquire.

20. PRÆCEPIT, &c.] *Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia, quæ habebat.*] Et *vxorem illius* Alius addit, *intactam.* * Quod expresserat Pharao, cum dixerat, *Ecce coniux tua*, id est, *intacta*; quia digna non est post libidinem fœmina, vxoria nomine decorari.] Ergo ex iussione Pharaonis famuli Regis satellites deduxere totam Abræ familiam, vt impunè se rursum traderat profectioni.

Post impudicitiam mulier indigna est coniux nominari.

CAPVT

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Abram & Loth Ægyptum egressi præ nimia opulentia separantur, Loth Iordanis eligit fines, Abram Chananitide remoratur, vbi secundò diuino est potitus alloquio.

1. ASscendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad Australem plagam. 2. Erat autem diues valdè in possessione auri & argenti. 3. Reuersúsque est per iter, quo venerat, à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai: 4 in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. 5. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula 6 Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. 7. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. 8. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. 9. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. 10. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham; sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. 11. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisique sunt alterutrum à fratre suo. 12. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. 13. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. 14. Dixitque Dominus ad Abram, postquam diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. 15 Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo & semini tuo vsque in sempiternum. 16. Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. 17. Surge, & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. 18 Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauítque ibi altare Domino.

COMMENTARII.

1. Abra redditus, ac diuitia.

VERS. 1. ASCENDIT ergo, &c.] Ægypto itaque Abram Sarai & Loth ad terram promissionis Ægyptiaca sublimiorem ascenderunt, nempe ad Bethel respectu Iudææ Australem, vnde exierant, redierunt. Iam enim sacra tellus abundantia pollebat annonæ fertilitate sterilitatem secutam: diues effectus Abram famis non timebat ærumnas.* Semper enim diues fruitur abundantia, cum hominibus nunquam flagellatur.

Dies semper abundantia fruitur.

2. ERAT AVTEM, &c.] Fælix admodum qui aurum & argentum possidebat, & non miserè ab auro & argento possidebatur, *Auari enim diuites opibus subiiciuntur, & putant earum lædere cura, si vel ad proprios necessarios vsus imminuant. Hebr. pro *diues* posuit, *grauis.** Aptè quidem. Nam præterquã quod aurum natura est graue: diuites importabilibus grauantur oneribus: pauperes reficiendi, domus increscunt apparatus, asseruandi cura molestissima. Satius erat famis iniuriis, quam diuitiarum ponderi subiacere.] Auro ergò & argento abundabat Abramus, quibus à Pharaone locupletatus decesserat.

Auari diuites opibus subiiciuntur.

Diuitiarum pondus importabile.

3. & 4 REVERSVSQVE, &c.] Peruenit Abram ad locum, vbi prius tabernaculum fixerat, & inuenit locum altaris, non quidem altare ipsum, quod destruxerat ipse, ne ab idololatris contaminaretur. Ibi tamen exorauit Dei nominis pius inuocator.* Fideli enim non solum Templum, aut altare, sed & locus vacuus olim Domino dicatus venerabilis est: imo velut Tẽplum exponitur. Vt edoceare vel lapidẽ acervo vbi Crux olim erat erecta iter agens

Locus, vbi Templum olim extructum venerabilis fit fideli: & viatori, vel lapidum aceruus vbi steterit Crux.

agens caput submittere recolens suffiat memoriam.

2. *Loth ab Abramo separatio.*

Ex societate sancti viri abundantia.

5. SED ET, &c.] Id est, tentoria, seu papiliones. Preme particulam, *Qui erat cum Abrā.* * Et sanctissimi enim patrui societate, Dei benedictionibus sobrinus exundabat. Vndè imprudenter qui individuus fuerat Abræ comes ab eius consortio separatur.]

Dona mundi semper nota peruersum ... solo deo, descendit.

6. NEC POTERAT, &c.] Non poterat tellus tot gre[g]ibus ouium, & armentorum Abr[æ] ... simul pabula congrua exhibere. * Vnde ... fortunam mancam vocitat donatri- ... dat pecora, abnegat gramina. A solo enim conditore descensum omne donum perfectu[m].]

Famuli dominis sæpe exitiales.

7. VNDE ET, &c.] Dominis itaque pia dilectione colligatis, rixati sunt pastores, sibi quolibet vberiora pascua, adaquationem salubriorem vendicante. * Non semel famulorum proteruitas Dominis innocentibus excitauit incommoda.] Nunc admodum exitiales heris extiterunt pastores ob rixam, quia Chananæus & Pherezæus prompti ad iniuriam inferendā illius erant plagæ grassatores: contra quos operæ pretium erat non infirmari diuisione, vires, sed accessione roborari. O rixarum inter domesticos malitia, quando non roborasti tyrannidē? Certe videns tyrannus te à fratre diuisum, spem concipit superandi eos, ad quos non audebat vnitos accedere.] * Curat ideo Diabolus tyrannorum parens fideles rixari, vt solitarios adoriatur, & comminuat eos, a quibus vnitis superabatur.]

Rixæ inter domesticos tyrannidem roborant.

Diabolus curat, te à fratre seiungi vt solitariū vincat vtrumque.

8. DIXIT ERGO, &c.] Propinqui sumus, ô Loth, (inquit Abramus) nullum adhuc inter nos iurgium, pastores rixantur: ne quæso, inter me & te iurgium excitetur. Vndenam Abræ ac Lotho iurgium, si soli pastores rixabantur? *Prudentissimus Abramus adiudicauit famulorum piacula dominis esse tribuenda, quia actiones subditorum Præsulibus assolēt adscribi. Nec immerito, si debet Præsul subditorum excessus corripere, & delinquendi occasiones intercidere.]

Actiones subditi præsuli tribuuntur præcipuè iniquæ.

9. ECCE VNIVERSA, &c.] Terra ista Chananæorum, in qua sum iussus habitare, tuo oblata est obsequio. Habitatores enim parati sunt, quam elegeris plagam incolendam, diuidere, vel locare. Diuidamur oportet, cedat tibi dextera, mihi sinistra cedet: vel tibi sinistra, mihi dextera dabit habitationem. Sit ergo tibi vel mihi septentrionis sinistra: sit mihi vel tibi meridiei dextera. * En amicitiæ symbolum. Sic curat amicum recedere, vt ipse præsto esset. Vnde veram amicitiam doctus quidam parallellis lineis nec concurrentibus, nec recedentibus comparauit.]

Amicus non patitur ab amico omnino recedere.

10. ELEVATIS, &c. Porro Loth vt conuenienter eligeret, prudenter totam circa regionem circumspexit. * Qui enim cœcus eligit, pœnitudini obnoxius exponitur. Apparuit tota regio irrigata a Iordane tanta amœnitate conspicua, vt posset aptè Paradiso, quem tradidit Adamo Deus, vel Ægypto, quam fœcundabat Nilus comparari. At licèt tota Pentapolis antè subuersionem fertilis obiiciebatur, spectatim tamen a loco, in quo tunc aderat Abramus, eundo versus Segor irrigua erat, atque fertilissima. Segor autem Oppidum erat Sodomorum, propè Moab.

Qui cœcus eligit pœnitudini obnoxius est.

11. ELEGIT, &c.] Non commendabilis esset Lothi electio patruo optionem dante, si vetus iam consuetudo non esset, vt maior diuideret, minor eligeret. * Alias enim dante maiore optionē, minor debuisset renuere, nec eligere, donec maior prius elegisset: id enim exigebat vrbanitas, quam minor erga maiorem debet exhibere.] Eligitur ergo à Loth regio circa Iordanem. * Porrò deceptus est, quia amœniora curauit eligere, cum salutaria amœnioribus præferre debuisset.] * Sic assolet vir in electione coniugis, quæ a Hieronymo pleno agro æquiparatur errare. Pulchritudinis solum amœnitatem requirit: & internam vim minime intuetur.] Reor tamen ... permissione errorē Lothi accidisse, vt viri sanctissimi exemplo Sodomitæ ad virtutem prouocarentur. Nihil enim sic peccatores ab impietate reuocat, quam rectæ iustorum sociorum actiones.] Recessit igitur Lothus ab oriente pergens Sodomam quæ Pentapoleos totius maximè erat occidua & sobrinus à patruo recedit. * Non quidem impune. Semper enim incommoda sequuntur vel iusti viri a iusto recessionem.]

Vrbanitas minoris erga maiorem cōmendatur.

Debes amœnioribus salutaria præferre.

Taxatur, qui in futura vxore sequitur pulchritudinem & non virtutem.

Exemplum iusti socij improbus ab iniquitate auocat.

Incommoda equuntur eum, qui à iusto recedit.

3. *Abramus in Chanaam Loth apud Sodomam commoratur.*

12. ABRAM, &c.] Particula, *Moratus est* Lothi commendat sanctitatem, qui non per transennam attigit Sodomam, sed diu apud impios commoratus est: & tamen Sodomorū æmulatus non fuit impietatem. * Egregium equidem sanctitudinis documentum, a prauis non infici socius.]

13. HOMINES, &c.] Sodomitæ erant hominibus mali, & Deo iudice insp[i]c[ie]nte, ac ferēte, peccatores egregij. * Tunc enim peccator suprema affectus malitia ostentatur, quando nec hominum reueretur aspectum, neque Dei iudicio coram obiecto, à malitia recedit.

Magnum sanctitatis documentum à prauis socijs non infici.

Suprema peccatoris malitia, cum nec Deum timet, nec homines reueretur.

14. DIXITQVE, &c.] Post abscessionem itaque Lothi Deus Abræ ostentatur. Recessere pastorum rixæ, domus Abræ pace donata est: & tunc diuina potitus est visione. * Pacifici enim Deū vident, & cælesti quodammodo requiei donantur.] Iubet ergo Dominus, Abramum oculis obtinendæ postmodum terræ velut capere possessionē. * Sæpe enim Deus assolet Diuis. Sic aliquem gustum exhibere eorum, quæ pollicetur: vt feruentius seruiant concepta futuri præmij magnitudine.]

4. *Dei Abræ facta promissio.*

Pacifici Deū vident gloria hic potiuntur.

15. OMNEM, &c.] An non vides totius iam tibi promissæ terræ huius, & partium singularum spatia? Tibi exhibebo eam in semine tuo possidendam quandiu durabit Hebræorū familia iam oculos mētis aperi vt veram promissioni terram, viuentium regionem, patriā cælestem contemplere: tibi, ac filiis probis tuis æternum possidendam impertiam. * Nec enim iusto munus a Deo reputaretur terræ promissæ possessio, si non simul patria æterna promitteretur.

Iusti fruuntur hic aliquo gustu eorum, quæ spectant, vt obtentione præmij feruentius seruiant.

16. FACIAMQVE, &c.] Hyperbolica allocutione plurimus populus Hebræorum signatur, & spiritualis posteri ... innumerabiles Christicolæ recensentur. Quod si Christianorum immensa familia designatur, ... stellis, quam in puluere adnumeranda videbatur. Profectò in puluere ... conuenientius, quia ea humilitatis vi ... Christicolæ ad tam augustum ... exaltandi.]

Viro iusto temporalis bonorum promissio quasi nihil, si bona non promittuntur simul æterna.

17. SVRGE,

17. SVRGE, &c.] Si scire cupis, quanta vtraque promissionis terra, & qualis: terram tere pedibus, cœlestem circuire contemplatione stude; afficieris admiratione, gaudio repleberis. * Nobis quidem angusta videtur sæpe æternæ promissionis habitatio, quia meditationis circino non metimur. Preme particulam, *Quia tibi daturus sum eam.* Ac si diceret. Quia tibi præparata est terra hæc, oportet te eius exultanter magnitudinem contemplari, vt clamare possis.* O quando fruar promissis. Si cœlestis beatitudo tibi adscripta est, cur non sæpe aspectas, vt profusis lacrymis valeas resalutare?]

Metiamur oportet meditationis circino æternæ patriæ magnitudinem. Si beatitudo nobis est præparata, cur eam sæpe non aspicimus.

18. MOVENS, &c.] Motis igitur castris, quod fit tabernaculis iam sublatis, iam fixis: venit Abramus, & iuxta quercum, aut conuallem Mambre, (quercetum dixerim) extitit habitator, in territorio Hebron. At Religiosus vir vt cuncta prosperarentur de more Domino erexit altare.* Nam si à Domino principium, cunctus homini rei progressus adscribitur.] Ad inuocationem Dei nominis non videbatur necessaria altaris erectio. * Porrò licet vbique orare possis, commendabilior tamen apud Delubra deprecatio.]

Si à Deo principium rei, homini processus adscribitur. Commendabilior apud Templum deprecatio.

CAPVT XIV.

Pentapolis incolas Babylonij bello superantes Loth captiuum adducunt. At cæsis ab Abramo hostibus Loth liberatur, Lætus ob victoriam Abramus, decimas dat Melchisedecho, à quo benedicitur.

1. FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentiũ, 2. inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor, 3. Omnes hi conuenerunt in vallem Siluestrem, quæ nunc est mare salis. 4. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. 5. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percusserúntque Raphaim in Astarothcarnaim, & Zuzim, cum eis, & Emim in Saue Cariathaim. 6. & Chorræos in montibus Seir, vsque ad Campestria Pharan: quæ est in solitudine. 7. Reuersique sunt, & venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæum qui habitabat in Asasonthamar. 8. Et egressi sunt, rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, réxque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle Siluestri: 9. scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. 10 Vallis autem Siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum & Gomorrhæ, terga verterunt, ceciderúntque ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. 11. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & vniuersa quæ ad cibũ pertinent, & abierunt: 12. necnon & Lot & substantiã eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. 13. Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi, fratris Escol, & fratris Auer: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. 14. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est vsque Dan. 15. Et dimissis sociis, irruit super eos nocte: percussítque eos, & persecutus est eos vsque Hoba, quæ est ad læuam Damasci. 16. Reduxítque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. 17. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. 18. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit cœlum & terram: 20. & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. 21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. 22. Qui respondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ. 23. Quod à filo subtegminis

appellat eo sensu, quo Sarai sorem vocitauit: de quo inferius) pressum captiuitate: selegit, & armauit seruos domi natos aptos certamini, quos iam ipse ad bellum instituerat, vt peregrè habitans se posset ab incolarum, & grassatorum iniuria desendi.* Nec enim prudentem se gereret virum, si non pericula præuideret sæculari agnara habitationi.* Nec se pacis nsorem ostentat, ex institutione militum, quia ad pacis conseruationem necessaria bellorum præparatio.

Vir prudens præuidet pericula, & prouidet futuris. Ad tuitionē pacis necessaria est belli præparatio.

15. Et diuisis, &c.]Persequitur Abramus sic instructus hostes victoria insolentes vsque ad Dan vnum è Iordanis fontem: ideoque, *diuisis socijs*, (vnam enim turmam Abramus duxit, Mambre, Escol, & Aner alteram) vt omnes effugij vias hosti præcluderet; nocturna irruens instantia (vt somno, vinóque sepultis maior exercitus vigilanti ac sobrio minori cederet) hostes vulnerat, & persequitur vsque Hoba. An prudenter Abramus exiguo exercitu cinctus sese innumerabilibus quatuor Regum copijs victricibus, & victoria insolentibus minacem præsentarit? Ita plané,* cùm quia dum causa agitur innocentiæ maior exercitus à minore, Deo pugnante, superatur;]* tum etiam quia illa ipsa hostium victorum insolentia agnata erat delectioni.]

Cum innocentiæ causa agitur, minor, vix præualet. Superbæ in solentiæ est agnata deiectio.

16. Redvxitqve, &c.]Tam propitio Marte Abramus, etsique fratres dimicauere, vt reduceret ad Vrbes direptioni datas omnes opes, Lothumque, eiusque diuitias, nec non viris, ac fœminas captiuitati quæ fuerant addictæ. Rogarim cur sæpe Moses Lothū Abræ fratrem & non sobrinum appellat?* Crediderim, vt innueret pijssimum Abramum non se ad bellum expedisse affectu propinqui liberandi, sed fratris, seu proximi eripiendi. Ideo non solum Lothum sed cunctos ciues, eorúmque opes eripuit ab hostium potestate. Laudabiliter defenditur propinquus Lothus, sed commendabilius frater egens eripitur. Profectò actio persectissima, quando & sanguini, & proximo prouidetur egenti. Non igitur incusandus Abramus acceptionis personarum accurrens ad propinquum, cum innuat Moses el vt fratri, siuè proximo subuenisse.]

Propinquo succurre egenti velut cognato, & vt proximo, ad vberiorē actus perfectionem.

17. Egressvs, &c]Sodomæ Rex qui fugerat, aut quia ea latibulo putei (vti placet aliquibus) extractus processit victori Abræ obuiam, vt gratias ageret, & simul sibi ciues suos reddi impetrare posset.* Animus enim gratus non solum munificentissimi Abræ, sed auarissimi cuiusque manus ad munera exercet.]Rex ergo Sodomæ apud vallem. Saue, qua Rex Melchisedech portebatur, delicijs quidem domini Abrami expectauit aduentum. Sic ex L X X.

4. *Regis Sodomorum ac Melchised.ch occursus.* Gratitudo vel auarum cogit ad munera gerēda.

18. At vero, &c.] Porro Melchisedech vnus ex Regibus Chananæorum, qui inter impios piè viuebat, applaudens omini, quod *Regem iustitiæ* significat: & Christi typum gerens: Rex quidem Ierusalem, quæ prius Salem & Iebus dicta: sese Abramo dedidit victoriæ præcoonem, & munificum militum exceptorē Nam cum sacerdotali simul munere Dei fungeretur, panem & vinum abundè protulit, vt partē panis crematet, partem vini profunderet in gratiarum actionem pro victoria: partem autem cibi, ac potus reliquam militibus libandam, & absumendam distribuit. En sacrificij pacifici ritum Deo libare, & egenti tribuere. Quà* acceptoni ieiunij sacrificium, cum & Deus accepit mediæ meritum, & pauperi quod ex ieiunio superfuit, tribuitur.]Porro vox Hebr. כהן *Cohen* propriè *sacerdotem* significat, rarò *Principem*. Hinc aliqui transtulit, *Rex Salem protulit panem, & vinum, erat enim Princeps Dei Altissimi*, id est, erat.* Rex fidelis & pius, qui esurientibus & fessis militibus, (alieois licet) exhibebat annonam, Qui militibus succurrebat alienis, proprijs planè abundātius prouideret. O principem Altissimi!]

Acceptum ieiunium, è quo Deus & pauper accipiunt.

Rex fidelis, Princeps Altissimi ostenditur, qui militibus succurrit egentibus.

19. Benedixit, &c.]Hebr. *A Deo*, vel *apud Deum*, vel *coram* Deo. valde sauit Deus Abræ, cui victoriam de hostibus dedit. Tunc ei benedicit, cum à Deo asserit Abramum donatū fuisse victoria: vt cum ad actionem gratiarum excitaret.* Actio enim gratianimi vberiora adhuc beneficia promereretur, vndè benedictionibus cœlitus oppleatur.]

Gratiarum actio vberiora beneficia promeretur.

20. Et benedictvs, &c.]Hebr. Benedictus Deus, quo clypeo, id est, quo vices clypei, seu armorum omnium gerente, fuit comparata victoria.* Nec enim triumphus exercitus potentiæ tribuendus, sed cœlesti auxilio, si tot hostium phalanges tàm exiguæ fuere manu superata.] Profectò Abram gratitudinis ergo, Melchisedecho de cunctis spolijs decimas obtulit.*Quam fœliciter victoria prosperatur, cum pars omnini cedit! Prudentissimè portionem cuiuscumque lucri Domino in Ecclesia aut in paupere attribuis ad ipsius cōseruationem, & incrementum.]

Victoriæ cœlesti accepta tribuitur auxilio, non exercituum robore. Vt lucra cōseruentur, & augeantur: pars eorum cedat Ecclesiæ sit aut pauperi.

21 Dixit avtem, &c.]Dixit Rex Sodomorū ad Abram: Ciues, & subditos meos, quos ex quatuor Regum captiuitate eripuisti, iubeas Domino reddi, & tibi porris reliqua spolia, id est, ipsorum subditorum meorum opes retinere. Miror planè à Rege Sodomorum prolatam tam piam sententiam, dignam vtique sanctissimæ Principe.* Solummodo ducendæ animæ, hæ à captiuitate eruptæ apud Deum pretiosæ, magni debent ab hominibus æstimari: vilia reliqua cuncta, sed quæ à mundialibus animæ præponenda adiudicantur.]

Solummodò æstimandæ animæ, vilia reliqua cuncta.

22.23.24. Qvi respondit, &c.]Leuat Abram manus, quia iurantis habitus, nihil se accepturum promittit vel minimum Subtegmen enim filum est, quod sub stamine texitur, caligam autem calceum teni. Nihil ex his, quæ ex tuo penu, seu ex subditis tuis ablata ab hostibus recuperari retinebo; oè iactes, me ex tuis incommodis mea commoda requisiisse.* Ab sit à viro ingenuo, aliena ditescere inopia præcipuè ex amicorum thesauro.] Excipienda tamen ea, quæ à seruis iam absūpta est annona: & pars, quæ tribus fratribus confœderatis meis iure bellico debet adscribi. Nec possum de alieno penu tibi, ô Rex, munera deferre.* Carpuntur hinc, qui ex iniuria agricolæ, aut ciuium exactione, velut propria, Regibus donaria reserunt, se eo fœliciores habendo, quo rapina vberinè extiterit.

Absit alienā inopia amicorum ditescere.

Taxantur qui ciuium iniuria Regibus donaria deferunt.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Instar stellarum futurum Abræ semen Deus promittit, fœdus cum eo sancit, victimis offerri iussis: quibus quasi symbolis Abræ demonstrat quę, ac quanta esset posteritas obuentura.

1. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. 2. Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. 3. Addiditque Abrā: Mihi autem non dedisti semen: & eece vernaculus meus heres meus erit. 4. Statimque sermo Domini factus est ad eum dicens, Non erit hic heres tuus; sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis heredem. 5 Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice cęlum, & numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. 6. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, 7. Dixitque ad eum: Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. 8. At ille ait; Domine Deus, vnde scire possum, quòd possessurus sim eam? 9. Et respondens Dominus: Sume, inquit, mihi vaccam trionem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. 10. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. 11. Descenderúntque volucres super cadauera, & abigebat eås Abram. 12. Cúmque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. 13. Dictúmque est ad eum: Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non suâ, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. 14. Veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia. 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. 16. Generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. 17. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. 18. In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Euphraten, 19. Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, 20. & Hethæos, & Pherezæos: Raphaim quoque, 21. & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergæseos, & Iebusæos.

COMMENTARII.

Vers. 1. His itaque, &c.] Noctis iostantia per visionem propheticam Deus Abræ locutus. *Ego sum clypeus tuus* (sic Hebr.) in morem clypei ego te protegam. Piè te, fortiterque gessisti: me bonorum fonte præmio potieris; æternis ergo bonis temporariisque abundabis.* Nam si Deus fons est, & toto fonte iustus donatur, non recipit bonorum particulas, sed cūctorum bonorum oppletur abundantia.]

Qui Deum habet omnibus bonis abundat.

2. Dixit Abram, &c.] Vt doloris Abram orationem interfecat. Incipit, & non persoluit sententiam, illo affectu: *Quis ego*. O Domine me opplendum bonis promittis. Ad quid cumulabis bonis, si liberis carens, cogor procuratoris aut Oeconomi domus meæ filiū Damascum Eliezer hæredem constituere. Filio œconomi sat dedisti. Hebr. ben meseq. id est, *filius Meseq, quæ est ancilla mea, oriunda Damasco*. Alij aptius, *Filius excursionis*, vel *discursionis domus mea*, id est, Oeconomi mei, qui per domum discursat, vt omnibus prospiciat,* Ediscant domus, aut Reipublicæ gubernatores, agnatum eis esse discursare, & omnibus prospicere. Qui inuous publicum gereos domi recluditur, nec agit excubias, vrbem exploraturus, aut domum, suo minime muneri satisfaciet.]

Gubernatoris est discursare & omnibus prospicere.

3. Addiditque, &c.] Fœlicior Oeconomus cui filium Eliezer dedisti. Ego liberis careo, vndè cogar Eliezer seruum domi natum hæredē constituere. Cur vernaculo hereditas? Quia filius Oeconomi qui diu fideliter mihi ministrauit. * Nobilium, plorumque est antiquos famulos vel filios bonis augere. Propinquos habebat Abram sed eorum oblitus prædiuitium, solius meminit filij Oeconomi ministrantis domui.

Nobilis Domini est, famulos filiorum loco habere.

4. Statimque, &c.] Haud donabis (Deus inquit) Oeconomi filios hæreditatē, sed filius verè naturalis, non adoptiuus, tua potierur ditione.

5. Eduxit

5. EDVXITQVE EVM, &c.] Quia noctu facta visio, cum ad stellas aduocat aspectandas, non ad puluerem. Si stellas ô Abram, potes annumerare, poteris filiorum carnalium & spiritualium tuorum cœtum ad numerum afferre. Quid de vnico filio solicitaris, qui tot filiorum parens es constituendus? Est qui existimet ex carne filios iam anteà fuisse in puluere expressos: nunc autem spirituales natos in Syderibus assignari. * Vt excellentia spiritualis posteritatis innuatur.

Excellentia spiritualis posteritatis.

6. CREDIDIT ABRAM, &c.] Iam crediderat Abramus, se futurum parentem, cum Deus è terræ puluere filios Abrahæ promissione excitarat: sed velut impatiens præ desiderio se sine liberis moriturum obiecit: vt promissio confirmaretur, & impleretur. Credidit ergo antea & nunc ardua promittenti, prolem scilicet accepturum ex anu, ex sterili. Deus autem fidem *illam* (sic Hebr.) ad maiorem iustitiam, seu meritum reputauit, vt in conspectu eius sanctior esset. * Auctum fidei replicatione mirum in modum increscit iustitia.]

Replicandi actus fidei.

7. DIXITQVE AD EVM, &c.] Non eduxi te de Vr Chaldæorum vt terram istam per Oeconomi posteros possideres, sed per tuos. Eduxi te, facta promissione: ad vnguem implebo. * Sequere Dominum te ex Vr Chaldæorum, è sæculo educentem; te procul dubio æterna donabit hæreditate.

Qui te eduxit de sæculo Deus, donabit æterna hæreditate.

8. AT ILLE AIT, &c.] *At ille ait, Domine Deus vnde scire possum, quod possessurus sum eam.*] An dubitat de promisso? Minime, quia ita crediderat vt ei ad iustitiam reputaretur: ergo signum postulauit? Vt ita promissio confirmaretur, vt nullis posterorum demeritis postea irritaretur. * Assolent enim filij demerita paternæ augustæ domus gloriam irato Numine, obscurare.

2. *Abram signum promissionis petit à Deo, & accipit.*

Demerita filij assolent paternæ domus gloriam obscurare.

9. ET RESPONDENS, &c.] Sine tres fuerint vaccæ & capræ, (vt Chald.) siue vnica vacca, capraque extiterit (quod approbo) trima Deus voluit afferri, quia tertio ætatis anno sunt statuta, ac robore perfecta. * Nec enim infirmo, au imperfecto Deus munere gaudet. Huiusmodi nos donis perfectis descendentibus ab ipso dignatur afficere.] Turtur quoque ac columba adsumenda, quorum ætatem trimam non memorat, quia recentior volucrum ætas pluris assolet æstimari.

Deus perfecto munere gaudet.

10. QVI TOLLENS, &c.] Ritu feriendi fœderis Abramus animalia fidit à capite ad caudam secando: oppofuitque medietates relicto spatio intermedio ad transeundum. Ritus enim erat, vt paciscentes inter bostiæ frusta transirent. Sic ergo Abramus hinc inde apposuit quadrupedum medietates, vt Deus lambentis specie flammæ Abramo appareret, & cum ipso pacisceretur. Porrò volucres non diuisit, quia ad fœdus non pertinebant, sed ad sacrificium. * Attamen licèt ad fœdus non facerent, apprimè offerri simul iubentur; quia vtilius tunc fœdera feriuntur, cum sacrificij comitatur oblatio. Cum negotia gerere præparas, simul sacrificium Missæ scilicet, aut eleemosynæ stude præparari, fælici potiturus euentu.]

Vtilius fœdera, cuncta ve negotia geruntur cũ sacrificia comitantur.

11. DESCENDERVNTQVE, &c.] Carniuoræ aues ad cadauera præpeti impetu de- more ferebantur, quas Abramus ablegare curabat. Audent ad sacrificium in cruentum immundæ irruere cogitationes. At diligens minister abigendis his debet studium impendere.] * Quod si ad precum oblationem, qua intendimus fœdus ferire cum Numine, audeant cogitationes huiusmodi descendere: perfectam oblationem te obtulisse existima, cum omne tempus abigendis volucribus impenderis.]

A sacrificio immundæ cogitationes abigẽdæ. Te existima perfectè exoraſſe cũ totam orationis horã abigendis cogitationibus prauis impenderis.

12. CVMQVE SOL, &c.] Ex Hebr. תרדמה thardema, quam vocem L X X. vertunt *ecstasim*. In ecstasim igitur raptus Abramus vidit posterorum suorum in Ægypto seruitutem angoreque correptus est. * Porrò vel fortissimum virum filiorum incommoda sauciant.]

Incommoda filij sauciãt parentem.

13. DICTVMQVE EST AD EVM, &c.] Prænoscens, ô Abram, (vt memoria futurorum sit tibi in torturam, & simul in meritum) scito, quadringentos annos elapsuros, quibus Isaac, & posteri tui partim peregrini erunt hic in Chanaam, & in Ægypto; partim in Ægypto seruient, & affligentur. Profecto apud Ægyptum Hebræi annis centum supra quindecim habitarunt Vix filij Abræ promittuntur, & iam peregrinaturi, captiuitateque premendi obiciuntur? * Deus prudentissimo parenti hinc exprimit posteritatis gloriam. Ac si diceret, Parens eris augustissimæ prolis, quam in laboribus filiis Dei agnatis honestabo. O quanta fælicitatis documentum est, homines immissis à Deo tribulationibus agitari!] * *Semen tuum* est? Ideo Sancti filios per vias rectas adducam ad superos.]

3. *Abræ somnus, & ei futurorũ reuelatio facta.*

Labores Dei beneficium, felicitatis documentũ.

Labores via ad superos.

14. VERVMTAMEN, &c.] Permittam impios, tuos in posteros desæuire, sed non impune: quia plagis horribilibus excitaris punitam; tuique Hebræi, quod grauius sauciabit auaros Ægyptios, suis opibus spoliabunt. * Post tot captiuitatis Hebræorum Dei silentium, post tot captiuorum ærumnas, & patientibus libertas, & torquentibus maior venit ærumna.

Deus post silentium diuturnum liberat iniustos, vlciscitur peccatores.

15. TV AVTEM, &c.] Annorum tu centum & septuaginta quinque placida morte agnata iustitiæ perges ad inferos sinũ expansurus animabus iustis. * Bona senectus, id est valetudine, ac robore obfirmata iusto vito promittitur. Porrò mala senectus, seu longæuitas ægritudinibus plena graue impiis vertitur in supplicium æterni scilicet incoatione, nem si dulotibus animus non repurgatur.]

Iustis promittitur senectus valẽs: impiis senectus doloribus plena supplicium est.

16 GENERATIONE, &c.] Quarto centenario annorum illorum, siue post annos quadringentos tui posteri ad propria remeabunt. Peccata enim Chananæorum, & Amorrhæorum nondum præsignatum à me numerum explenere. Vndè post tam ineffabilem in puniendo longanimitatem, adhuc expectabo, si aduenientium fidelium Hebræorum societatem ad frugem meliorem se recipiunt. * Potentissimum enim boni socij exemplum ad viam salutarem sectandam.]

Potens boni socij exemplum ad impij reductionem.

17. CVM ERGO, &c.] Ecstasi addictus Abramus vidit atram volitare caliginem post absconsum solis & clibani fumantis aspexit horrorem. Vt in nocturnis tenebris diram nepotum captiuitatem, & in clibano opera dura

dura luti & laterum in fornace obdnratorum contemplaretur. Portò tunc lampas ignis trãseuntis aspicitur, Dei imaginem gereos transeuntis inter hostiæ partes, firmantisque fœdera.* Quam opportunè post tenebras, post fumum cœlestis emicat coruscatio. Cur tenebrarum cœcitate discruciaris, ictéos fulgoris consequentiam?]

Laborum tenebras lux sequitur.

4. Pangit Deus cũ Abramo fœdus.

18. In illo die, &c.] Huinsce (inquit Dominus fœdus confirmans) terræ fruetis possessione à fluuio siue potius riuo Nili inter Pelusium, & Rhinocoluram in pelagus profluente, vsque ad Euphratē. Quia scilicet tempore Dauidis, ac Salomonis vsque ad hunc fluuium Israëliticum se se porriget Imperium.*

19. 20. 21. Cinæos, Cedmonæos, Hethæos, Pherezæos, Raphaimitas etiam giganteos, Amorrhæos, Chananæos, Gergezæos, & Iebusæos vndecim scilicet Gentium tuis posteris Terram promitto. Cur ergo non totam Israëlitæ possederunt? Profectò quia eorum crimina obstarunt.* Si conditiones pacti cum Deo initi non seruantur, promissis homines non potiuntur. Prima enim cōditio cœlestis fœderis iustitia est. Si Deū fœderis impletorem tot criminibus irritas: quomodo eum propitium poteris experiri?]

Promissionis diuinæ culpa non impletiam conditionē frustrantur.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Agar secundaria Abræ vxor concipit filium, superbit, à Sarai affligitur, fugit in desertum, sed redit ab Angelo iussa post filij Ismael promissionem.

1. Igitur Sarai, vxor Abram non genuerat liberos: sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar: 2. dixit marito suo: Ecce, conclusit me dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cúmque ille acquiesceret deprecanti, 3. tulit Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. 4. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. 5. Dixitque Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meā in sinum tuum, quæ videns quod conceperit, despectui mē habet: iudicet Dominus inter me & te. 6 Cui respondens Abram: Ecce ait ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. 7. Cúmque inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto, 8. dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quò vadis? quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. 9. Dixitque ei angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. 10. Et rursum: Multiplicans, inquit multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. 11. Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti: & paries filium: vocabisque nomen eius Ismaël, eò quòd audierit Dominus afflictionem tuam. 12. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. 13. Vocauit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim: Profectò hic vidi posteriora videntis me. 14. Propterea appellauit puteum illum, Puteū viuentis & videntis me. Ipse est inter Cades & Barad: 15. Peperitque Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Ismaël. 16. Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaëlem.

COMMENTARII.

1. Sara sterilis curat Agar superbam post modū Abrā colligari.

Vers. 1. Videns igitur, &c.] Vidēs Sarai se sterilitate laborare, scis, inquit cōiugi, me factam sterilem, vtque concipiendi esse priuatam. Nubat tibi obsecro Agar ancilla mea, vt me aliquo modo matrem efficias.* O tempora, quando sic à Dominis ancillæ æstimabantur, vt filius ancillæ dominæ filius reputaretur! Debent profectò qui tibi ministrant, à te veluti filij reputari.* Sic fideles se ostendent qui non tā mancipia aut seruos, quam filios se esse cognouerint. Hebt. *Si forte ædificer ex illa.* Deus quidem *ædificauit costam in mulierem.* Gen 2. At quæ asserit se ex filio ancillæ ædificandam esse, innuit ex sterilitate ædificium corruisse.* Quasi non sit existima eum, qui Dei in domo sterilitate laborat. Quilibet Christicola debet spiritualem natum enitere: sed præcipuē qui ad proximorum salutem aduocantur Iesv familiares. Quasi non est, qui filius in Dei domo commoratur.

Ancillæ, & serui debent vti filij reputari.

Sic [illegible] filiis affectu.

Qui filios spirituales Deo non fert, quasi non est.

3. Cvmqve, &c.] Difficulter vir castissimus ad polygamiam adducebatur, quæ tamen licita illo æuo. Vnde necessum fuit enixis precibus & forte vberrimis lacrymis vxorē vti, vt Abramū ad secūdariā inclinaret vxorē.* Quam apte paret Christi, vnius Ecclesiæ sponsi

Christus

ſpōſi puriſſimi, vnicæ ſtudet cōiugi colligati.] Miror fœminam tam enixè precari, vt maritus ſecundariam acciperet coniugem, ſi agnatus eſt mulieribus zelotypiæ affectus. * At ſancta Sarai ex dilectione allicitur ad preces huiuſmodi, ne maritus dilectiſſimus cogeretur ſine liberis, ac ſine filio hærede obire. Illum verum exiſtima vxoris in virum, affectum, qui ipſius viri vtilitate nititur; non propriam reſpicit commoditatem.] Igitur Sarai Agarem Ægyptiam, quæ donata à Pharaone fuerat, religione quidem Hebræam, viro vero coniugio colligandam dedidit. Porrò huiuſmodi legitimæ quidem, ſed ſecundariæ vxores in ſacris concubinæ vocitantur. Genere itaque Ægyptia Gentilis apud Pharaonem, apud Abræ familiam Hebraïcæ religioni præſtabat obſequium. * Nec crederem, ſanctiſſimos coniuges diu permiſſuros, vt ancilla infidelis apud ipſos moraretur. Et quænam poteſt fidelitas obſequij ab infideli famulo ſperari.]

Vnius veræ ſit puriſſimus ſpōſus. Affectus verus fœminæ in maritum, illius nititur vtilitate.

Taxantur qui diu ab idololatris, aut Mauris curant miniſtrari.

4. QVI INGRESSVS, &c.] Mirum eſſet, ancillam maiori in fortuna non ſuperbire. Vilis certè animi eſt & ingratitudinis vitio teneri, & debitæ ſummiſſionis iura violare. Grauidam ſe agnoſcens ancilla, & verbis procacibus, & actionibus immoderatis oſtendebat, ſe dominam, cuius precibus adducta fuerat ad thalamum, nihili ducere. * Sic debent puniri famulorum manu, qui immoderatum eis oſtentant affectum.]

Vilis animi eſt ſuperbire in proſperis, & ſubmiſſionis violare iura.

Taxatur Dominus qui immoderatè ſeruū diligit.

5. DIXITQVE, &c.] *Dixitque Sarai ad Abram*: Non eſt æquum, ô Abram, vt permittas, ancillam meam, quam ego tibi vxorem addixi, in dominam rebellare, procacibuſque profuſis verbis, ſuperbire. An non primaria vxor diu dilecta deberet à te pluris æſtimari? Deus ergo iudicet, num æquum ſit, à marito primariæ vxori à ſecundaria illatam diſſimulari iniuriam. Rogitarim, an Sarai precaretur, Deum iniuriæ vltorem exſurgere? Negatiuè reſpondeo. Non petit vltionem excitari, ſed Deo ſuam cauſam committit, vt ius Sarai aperiat, non vero ſententiam contra Abram proferat. * Proba enim vxor nec acta iniuriis ſic affici contra virum debet, vt eum à Deo puniri cupiat. Quia cum vir & vxor vna quodammodo colligentur eſſentia; quæ mariti exitium expetit, ſuo met ſtudet incommodo.]

Quæ marito exitium expetit, ſuo met ſtudet incommodo, quia vir & vxor vna quodammodo eſſentia.

2. Agaris fuga, & reditus, Angeli promittentis fœtum promiſſione.

6. CVI RESPONDENS, &c.] Iuſtiſſimus ergo Abramus non voluptati, ſed rationi morem gerens profatur vxori. Sub tua poteſtate adhuc ancilla verſatur: ſæuire non permitto in ſecundariam coniugem, ſed iuſto moderamine volo delinquentem corripi. Si ancilla ad coniugium adducta iam ſe expedierat ſeruitute: quonammodo Abram aſſerit; ancillam in manu adhuc Sarai eſſe? *Certè quia dum tam egregio beneficio à Domina afficitur, dum facta Abræ vxor à ſeruitute liberatur, arctiorem ex gratitudine iniit ſeruitutem. Vndè ſtrictiori iure Agar ſub Sarai manu ex lege gratitudinis reſidebat] * Ideo vir ſe expedit à ſupplicio inferendo; cum quia dedecet maritum propria manu vxorem vulnerare; tum quia illa iniuria inflicta erat benefactrici, quam ſpeciali iure ancilla affecta beneficio reuereri debuerat.] Profectò ex venia mariti Sarai ſecundariam vxorem verbis, & fortaſsè actionibus affligebat, quare quæ ſeruile ingenium non exuerat, fugam arripuit. * Quam thalamo indigna, quæ ex domo mariti recedit. Niſi excuſabilis proferre poſſit: Si ancillæ ingenium fugax eſt, non mirum, me fugiſſe, ſi maritus non vti vxorem, ſed velut ancillulam vulnerauit.

Gratitudo nos debet ſeruos efficere eius, qui beneficium impendit. Virum dedecet, vxorē propria manu punire.

Quid mirū, fugiat ex ingenio ancillæ vxor, quam maritus vti ancillam vulnerat?

7. CVMQVE INVENISSET, &c.] Ab Angelo (proculdubio non Cuſtode, *Cuſtos enim numquam ab alumno recedit: ille autem Angelus Agarem dicitur inueniſſe.)] Fugax fœmina inuenta eſt iuxta fontem in ſolitudine, quæ adeſt in Sur via. Meritis ne ipſius, an Abræ? Certè & ipſa tribulatione affecta exorans ſolatium impetrauit, aut Abræ iuſtitia à Domino exigebat, vt eius proles conſeruaretur. * Deus enim ſpecialiſſimè iuſtorum cauſas gerit, cum vel ipſi videntur obliuiſci.] Commorabatur Agar in deſerto Sur inter Cades & Barad ſitum, quod vſque ad mare rubrum extenditur, Ægypto conterminum. Fortè enim curabat patriam repetere: & ex itineris properantia ſiti affecta properarat ad fontem. Debuiſſet quidem Agar domi vel affecta vulneribus remanere Abrami vxor. *At imprudenter recedens commendanda ex hoc capite, quod ad deſertum profugit, non ad domos periculosè ſe recepit.] At vehementer taxanda, quæ Hebraïcam acceperat religionem, quod intenderet ad Ægyptum remeare peruerſionis periculo exponenda. * Quidquid Religioſus patiatur, illud tenaciter animo gerat. Non repetam Ægyptum, apud quam tot peruerſionis pericula latitant.

Angelus Cuſtos nunquā ab alumno ſuo recedit.

Deus iuſtorū gerit cauſas.

Commēdatur fugiens vxor, quod non ſe recepit in aliorū domos, ſed in deſertū.

Religioſo id tenaciter hæreat, non remeare in Ægyptum ſeculi.

8. DIXIT AD, &c.] *Dixit ad illam*: Iam ô Abrami vxor, pudet te vxorem vocitare ob honorem mariti: te ancillam Sarai compellabo; ancillæ enim expones actiones. Vnde venis? Quo imprudens properas? Fugio inquit, iratam Dominam. Certè non ſatisfacit alteri quæſtioni, *Quo vadis*? * Quia illud ipſum impudenter fugiſſe à dominæ, & mariti poteſtate erat in exitium abire, in perditionem properare.]

Fugere vxorem à viro idem eſt, ac in perditionem properare.

9. DIXITQVE, &c.] *Dixitque ei Angelus Domini*: Si vis dominam placidam, ac munificam experiri illius te ſubde poteſtati; humilitas enim iram effringit. Aliquando iracundia afficitur? Primaria eſt ſponſa. Nonnunquam vulnerat? Mater eſt, quæ te exiſtimauit vt filiam, cum Abrami te immiſit ad thalamum.* Vt autem ſub iuſto moderamine contineаris, recordare conditionis, vt errorem agnoſcas, ô Agar Sarai ancilla. Quid ô cinis, ac puluis ſuperbis.

Vt non ſuperbias, recordare conditionis. Quid ſuperbi ſpuluis?

10. & 11. ET RVRSVM, &c.] Iſmaël idem eſt, quod *Dei exauditio*. Plurimum (Deus inquit ex Angeli ore) multiplicabo progeniem tuam futuram planè penè innumerabilem. Concepiſti enim, & filium enixeris, quem in hieroglyficum tantæ multiplicationis Iſmaël appellabis. Exiſtima munus hoc à Deo tuæ afflictionis ſeruientis, tolerantis, fugientis exiſtere præmium. Pienè τὸ *Audierit Dominus afflictionem tuam.* * An afflictio ſuas voces habet? Ita plane. Licet afflictus non clamet, ipſa afflictio vociferans ab Altiſſimo exauditur, vt ſuccurrat.]

Afflictio ipſa, quæ premeris, clamat ad Deum.

16. Hic erit, &c.] Hebr. פרא *phere*, id eſt, *onager*. Afficietur ingenij feritate Iſmaël, venandis feris ſtudebit: & edoctus à feris onager ea feritate exurget parens Agarenorum horribilium. Ipſe omnes infeſtabit, & ab omnibus infeſtabitur.* Nam qualem te proximo exhibueris, talem tibi proximum experiere. Ergo in manu tua poſitum à proximo beneficiis oppleri: ſi tu proximum oppleas beneficiis.] Ferina ille fugacitate ex aduerſo fratrum habitare geſtiet. Commorabitur enim in monte Pharan directè contra habitationem Iſaac, & reliquorum filiorum Abrę. Vt autem ferum, ac ruſticum magis promat ingenium, non domibus, ſed papilionibus, ſeu tentoriis recipietur, quæ cum ſpecu maiorem habent ſimilitudinem.* Vidiſti nè filium ancillæ, aut vilis fœminæ licet ex patre nobili, qui moribus non exprimat ſanguinis vilitatem?]

Qualis tu proximo, talis proximus tibi.

Rarò filius ancillæ, aut fœminæ vilis non exprimit moribus generis vilitatem.

13. Vocavit autem, &c.] Orauit (Chald.) Agar in nomine Domini: ſeu inuocauit nomē Dei, cuius perſonā Angelus præſentabat, profata: Tu ô Domine, te verum Deum oſtendiſti mihi, dum meam aſpexeris afflictionem.* Veri enim Numinis eſt laboranti ſuccurrere creaturæ. Sententia hæc Agaris profecta eſt ea cogitatione hac: Experta ſum hîc præſentiæ Dei perſpicua documenta, (licet non clare video) Mea enim pœnitudo, reuerſioque, ac ſubmiſſio ad heram iratam quaſi Numinis præſentis dorſum eſſe videntur. * Cum pœnitentiæ affectu ſuccedentis, cum humilitatis, aut obedientiæ afficeris ſtudio: exiſtima Deo ſpecialiſſimè pręſenti potiri. Solum enim ſpecialis Dei aſſiſtentia poteſt repentè animum auerſum à virtute, ad illam reuocare.]

Dei eſt, laboranti ſuccurrere.

Deuotio, pœnitudo, aut obedientia tua ſignum eſt Deū præſentem exiſtere ſpecialiſſimè.

14. Propterea, &c.] Cur addidit *viuētis*, ſi tunc videntem experta erat? Certe vt innueret ſe ideo fugiſſe, quia aliquo modo ſapiens patriam gentilem, quaſi mortuū Deum reputabat. Iam, inquit, meliorem frugem inire ſtudeo, quia Deum, & viuentem, & videntem agnoſco.* Exiſtimo tot piacula ſæculi, & Abræ domus, id eſt, ſtatus ſacri ex eo ortum ducere, quod mortua fide peccatores velut mortuum Deū degutare. Si Deū viuere, & videre putares, quomodo in cōſpectu viuentis ad vindictam, & videntis auderes tot piacula perpetrare?

Tot piacula procedūt ex mortua hominum fide, putantium Deum minime viuentē, & videntē.

15. Peperitque Agar, &c.] Non memorat Moſes Agaris reditum, & qua facie ab hera fuerit excepta, omnia enim haud ſubobſcurè dixit, cum expreſſit Agarem pœnitentem. * Tam ſubmiſſam enim ſe oſtenderet Sarai & Abræ, vt ab ipſis placidiſſimo vultu exciperetur. Humilitas enim omnia pacat, omnes difficultates ſuperat, cuncta reddit propitia.] Enixa ergo eſt Agar apud heri ac mariti domum, Abramque monitus ab Agar Angeli ſermonem, *Iſmael* vocitauit infantem. An leuitatis arguendus, qui credidit fœminæ reuelationum pleruumque affectatrici? Non, quia videns ancillam ſuperbam prius iam ſubmiſſam, prudenter credidit eam diuinitus fuiſſe mutatam.* Tam difficile ingenium ſeruile ab animi elatione recedit.]

3. Parit Agar Iſmaelem.

Humilitas iratorū corda pacat, omnia vincit.

Difficile ſeruile ingenium recedit ab elatione agnata.

16. Octoginta, &c.] Anno decimo poſt aduentum in terram Chanaam duxit Agar, & anno proximo natus eſt Iſmaël.

CAPVT XVII.

Abræ, ac Sarai mutatis nominibus Circumciſionem Deus indicit, nouum init fædus, ex Saraque filium promittit naſciturum.

1. Postqvam verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus. 2. Ponámque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. 3. Cecidit Abram pronus in faciem. 4. Dixítque ei Deus: Ego ſum, & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. 5. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te. 6. Faciámque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus, regéſque ex te egredientur. 7. Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. 8. Dabóque tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam, eróque Deus eorum. 9. Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. 10. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te; Circumcidetur ex vobis omne maſculinum: 11. & circumcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. 12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris: tam vernaculus, quàm emptitius circumcidetur, & quicumque non fuerit de ſtirpe veſtra: 13. eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. 14. Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit.

15. Dixit

16. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putásne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? 18. Dixitque ad Deum: Vtinam Ismaël viuat coram te. 19. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. 20. Super Ismaël quoque exaudiui te, ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valdè: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. 21. Pactum verò meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara tēpore isto in anno altero. 22. Cúmque finitus esset sermo loquentis cum eo ascendit Deus ab Abrahā 23. Tulit autem, Abraham Ismaël filium suum, & omnes vernaculos domus suæ: vniuersósque quos emerat cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. 24. Abrahā nonaginta & nouem erat annorū quandó circumcidit carnem præputij sui. 25. & Ismaël filius tredecim annos impleuerat tēpore circūcisionis suæ. 26. Eadem die circumcisus est Abraham & Ismaël filius eius. 27. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij & alienigenæ pariter circumcisi sunt.

COMMENTARII.

1. Rursum Deus Abrahæ apparet, & pactum cōfirmat, nomen eius mutatur, posteritas promittitur.

VERS. 1. POSTQVAM VERO, &c.] *Postquā vero nonaginta annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus.* Ne Abram putaret, promissionem seminis suprafactam per Ismaëlem esse completam, rursum hodie ei dignatus est apparere. Ego, inquit, qui volo, qui possum implere promissa. Stude in omnibus meæ te accommodare voluntati, & ad culmen sāctitatis enitere. LXX. *Esto irreprehensibilis*, ambulans coram me. * Nam qui studet præsentiam Dei præ oculis habere, sic assuet sensus internos moderari, vt ad egregias virtutum exsurgat actiones.]

Præsentiæ Dei in animo fructus eximij.

Filius aut nepos tuus alter tu.

2. PONAMQVE, &c.] Ratam pristinam faciens promissionem, plurimum te in posteris multiplicabo.* Posteri enim quid nisi pluries pater? Toties pater nouus obijcitur Abram, quoties aliquis ex eorum posteris nascitur. Ideò debent parentes accuratæ filiorum informationi operam nauare.] Si autem iam fœdus erat initum inter Deum & Abram, cur necessum fuit ratam efficere promissionem. * Profectò vt rata fieret, petit Deus Abræ perfectionem: *Esto perfectus*. Penes nos est tueri diuina promissa? ex nostra quippe operatione assolet eius ratitudo pendere. O quoties Dei promissa ad effectus non perducuntur, quia nostra obstaculum apposuere piacula!]

Assolent promissa Dei vt impleantur, à nostra recta operatione pendere.

3. CECIDIT, &c.] Cadit vltro Abramus Deum munificentissimum contemplatus, vt gratias exhiberet. * Certè gratum se ostentans promissorum studet ratitudini. Nihil enim sic munificentissimas Dei manus ad munera exerit ac de præteritis gratitudo.]

Ratam facit Dei promissionem hominum gratitudo.

4. DIXITQVE EI DEVS, &c.] Sum, ô Abram, ille qui sum, ideóque immutabilis in promissis * ideò in promissis mutabiles ostēduntur homines, quia nunquam in eodem statu permanent. Quomodo stabit promissis, qui non stat? Multarum ergo gētium Iudæorum, ac Gentilium Pater exurges: teque Dei Filius fidelium innumerabilium cinctus exercitu dignabitur appellare parentem. * En promissionis diuinæ excellentia. Nec enim temporalis posteritas, bonaque peritura digna forent à Deo initu toties fœdere, promitti. Promittit temporariam posteritatem, è qua Christus erat nasciturus.]

Immutabilis Deus in promissis, quia est qui est, secus homines.

Deus non promittit solum bona peritura. Indignum enim esset tanto donatore promissio.

5. NEC VLTRA, &c.] Noua appellatio nouos mores sequatur.* Abram *pater excelsus*? Virtutum celsitudine nomen implesti. Additur litera, vt nomen Abraham *patrem multarum gentium* exprimat vt aucto parenti conueniat nominis incrementum. Semper nomen & mores debent simul incedere.

Nomen & mores debēt simul incedere.

6. FACIAMQVE, &c.] Vehementissimè quidem increuit IESV parens effectus * Faciam vtique vt ex te multæ gentes, multi reges nascantur, non ex pusillo, sed ex ingenti admodum Christiani gregis natalitio, cui donare Regnum cœleste dignabor. Haud abnegarim de Regibus etiam temporalis Dei sermonem esse intelligendum, cum ex Esau Rex Idumæorum, & Amalecitarum: ex Iacob autem Israelis, & Iuda fuere Reges exorti. At vt promissio stet Numini digna, non solum explicanda de temporarijs Regnis prorsus inanibus: sed & de spirituali Regni cœlestis Principatu tot præparatu Regibus.]

Verum Regnum Dei: temporaria Regna prorsus inania.

7. ET STATVAM PACTVM, &c.] Confirmabo pactum inter me & te initum, & in temporibus suis feriam pactum cum filijs, ac posteris tuis fœdere sempiterno quo ad spirituale semen: diuturno valde quandiù posteri tui ex carne moribus pacti morem exerent. Porrò fœdus erat, *Vt sim Deus tuus, & seminis tui.* Vt scilicet operibus ostendam me Abrahæ eiusque filiorum Deum existere, spiritualia, ac temporalia munera dum expendo. * Certè Deus omnium non omnibus se Deum esse manifestat eorum vtique vitio, qui munificentissimi solis nolunt lumini aperire præcordia.

Deus omnium non omnibus sē Deum esse manifestat.

8. Daboque

8. Daboqve, &c.] Terra quæ parenti fuit peregrinationis filiis ac posteris erit æterna possessio.* Piorum enim parentum labores filiorum requie hîc assolent munerari. Laborent piè parentes, vt filij requiescant.] Terram igitur Chanaan vbi peregrinatus es tu, filiis perpetuo possidendam adiiciá. Hebr. אחזת *Ahuzath* significat possessionem, seu hereditatem fundorum, non rerum mouentium; vndè aptè cum voce *æternam* iungitur.* Ac si Dei donum non esset, si citò periturũ] Porrò *Deus eorum ero*, quia ea lege dabo terram promissam veram quæ & temporariam hæreditatem, & cœlestis fœlicitatis æternam, si me vt Deum suum coluerint.* Nec enim Dei munera æterna legis violatoribus adscribuntur; temporaria autem plerumque sequuntur iustitiam; & si quando exhibentur iniustis supplicium est vitiorum, non præmium virtutum; quia vberiori iniquitati materiam impertiunt.]

> Labores pij parentum assolent hîc requie filiorum munerari.
>
> Dei dona æternantur.
>
> Temporaria bona plerumque sequuntur iustitiam: & si aliquando dantur iniustis, fit in supplicium.

9. Dixit, &c.] Intermisso nonnihil sermone, iterum Deus pacti obseruationem inculcat.* Edocens vtique Concionatores vtilia documenta inculcare; nec enim satis dicitur, quod ab auditoribus non satis impletur.]

> Concionatores sæpe inculcent vtilia documenta.

10. Hoc est, &c.] Signum pacti est circumcisio, pactum enim erat, vt illi Deum colerent: Deus autem illis daret terram illam. Hoc, inquit, erit pacti mei signum: Qui fidem Abrahæ profitebuntur masculi Circumcisionis vulnus sustinebunt. Masculis etenim solummodo Circumcisio imperatur.* Et quodnam egregius signum fidelis, quam Circumcisio? Tunc equidem te perspicuè pertinere ad Dei ditionem ostendes, cum Circumcisioni spirituali vitiorum studium præstiteris; tunc te veraciter iustum expones.]

> 2. *Circumcisio signum est pacti, inditur.*
>
> Circumcisio vitiorum, seu mortificationis exercitium signum iustorum.

11. Et circumcidetis, &c.] Pellicula ergo membri illius, in effectus peccati inobedientiæ se primum manifestauit, resecanda.* Primum spiritualis viri vulnus infligendum mortificationis gladio fit, vbi maior difficultas exponitur; vt vitio ingentiori superato, reliqua facilè debellentur. Hoc debet esse eorum qui vnius vitij examini quotidie dant operam, præcipua cura, vitium primò secare, quod difficilius videatur, & quod animo maius afferat documentum.] Profectò Circumcisio in signum pacti data Abrahæ, erat signum repræsentatiuum ipsius Abrahami fidei, & iustitiæ per eam adeptæ; erat signum distinctiuum fidelium ab infidelibus, Iudæorum scilicet à Gentilibus; erat signum purgatiuum originalis piaculi, & Baptismi præfiguratiuum.

> Qui particulari examini vitiorum particularium das operam, cures primo vitium repugnantius virtuti resecare.

12. Infans, &c.] Octauo die Circumcisio perficiatur, non ante septimum completum: quia nimis adhuc tener infantulus. Quid si antè octauum diem infans vitæ inciderit in discrimen? Poterat æquè ac fœminę remediis, ac ritibus legis naturæ saluari. Certè iusta etiam de causa poterat vltra octauum diem Circumcisio differri.* Pijssimus enim Dominus adeò nostræ commoditati studet, vt vel legem cedere hominum corporeæ vtilitati gaudeat.] An cultro lapideo vulnus illud inferendum? Licet Moses cultro sit lapideo vsus. Exo. 4. Nihil tale hîc preceptum existimo. At de seruis circumcidendis sic Hebr. *Omnis seruus domi natus, & empticius, qui non est ex semine tuo, circumcidendo circumcidetur.* An serui, ac famuli liberi iussi circumcidi? An omnes serui etiam adulti, non autem famuli circumcidi præcipiuntur? sic alij. Crediderim tamen nullum adultum seruum obligari ad se, vel suas proles circumcidendas, nisi is spontè in id consentiret.* Vltroneo enim Deus gaudet obsequio, nihil violentum Numini acceptabile.]

> Tam munificus Deus, vt velit legem nostræ cedere commoditati.
>
> Vltroneo Deus obsequio gaudet.

13. 14. Eritqve pactvm, &c.] Quicumque itaque infans Circumcisionis vulnere affectus non fuerit, non modo ad hunc non attinebit populum; verum etiam cum ad adultam peruenerit ætatem, reus mortis apud iudices erit, aut de libro iustorum delebitur. Quid infans deliquit? Irritum fecit pactum in adolescentia cum rationis compos factus debuit parentum negligentiam supplere, aut nimiam indulgentiam corrigere. Aptius quidem explicatum. Irritum fecit pactum, in infantia, quia pactum meum parentum vitio in eo irritum fuit, aut violatum.* Parentum nimia erga vulnerandos filios indulgentia assolet in ipsis acrius puniri. Supplicium leue pueritiæ nõ inflictum sæpe capitali filiorum supplicio in ætate adulta compensari.]

> Qui porrò filio vulnus leue non infligit, eum exitialiter sæpè vulnerandum exponit.

15. Dixit, &c.] Sarai *Domina mea vel Princeps mea* Sara absolutè significat *Dominam* aut *Principem*. Sarai vnius hactenus mariti, & familiæ fuit Domina: iam vero erit Sara, idest absolute Princeps, & Domina; quia gentium plurium Mater exsurget: imo cunctarum per Isaac, ex quo Christus omnium Princeps. Domina itaque ac Princeps familiæ, ac mariti fuit Sara licet sterilitate affecta.* Coniux enim non debet esse famula, aut ancilla quamuis liberis mariti desiderium diu careat. Fœtus spiritualis virtutis ac modestiæ æstimetur in coniuge.] Porrò cum nomen viri augetur, nomen vxoris augeatur oportet. Abram Abraham appellatur? Sarai Sara vocitetur.* Ne vllum augmentum aspiciatur in marito, quod ad vxoris non transeat augmentum. Vt texerint mariti, qui cunctas sibi spreta vxore, adscribunt commoditates.

> 3. *Sarai nomen mutatur in Saram & ei fœcunditas promittitur.*
>
> Coniux sit Domina in domo mariti, non famula, non ancilla.
>
> Nullum in marito aspiciatur augmentum, quod ad vxoris augmentum non transeat.

16. Et benedicam, &c.] Vxorem tuam vt absolutè valeat esse Domina Regum mater, naturæ vitiis sublatis fœcundam reddam. Enitetur filium, cui benedicam, vt parens augustissimus Nationum exponatur, & ex eo Reges (sequor Lxx. Lectionem) trahent originem. Prius quidem Sara à Deo benedicitur, quam filij nasciturí promissio fiat.* Crediderim, ideo fortasse plurium fœminarum prôduci, quia Dei affectæ sunt maledictione. Si iniustitia laborant, si voluptati studium impendentes maledictionem Dei incurrunt: quomodo à Numine læso spetant donari fœcunditate?]

> Ideo multæ coniuges nõ pariant, quia Dei ob crimina affectæ sunt maledictione.

17. Cecidit, &c.] Chald. *Et gauisus est.* In faciem cecidit senex gratulaturus, & risit ex lætitia. Ex admiratione autem interrogatio illa exorta. Senex gignet? Anus concipiet, & enitetur? O Dei potentiam mirabilem! Certè si dubitasset Abraham, à Deo fuisset increpatus.* Nec enim Deus assolet amicorum dissimulare errata, benigniter carpit, & punit.]

> Deus amicorum non dissimulat errata: sed carpit.

18. Dixitqve

18. DIXITQVE, &c.] Promittis ô Domine, me ex Sara filio donandum, cum me iam ex Agar parentem effeceris. Indignus sum tanta beneficij multiplicatione; nec noui filij anxius ero, si à te accipiam, vt Ismaël quem dedisti mihi, ita iustè viuat, vt tuis oculis semper placeat. Tunc quidem me abundanti familia filiorum donatum reputabo.* Pij parentes enim filium se tunc habere existimāt, quem vident *coram Deo* procedere. At improbi filij abnegant se parentes existere.]

Probi parētes cum se habere solum modò filium putant, quem piè viuere aspectant.

19. ET AIT, &c.] Non solum secundaria vxor te parentis afficiet honore, etiam primaria, tibi dilectissima coniux te parentem efficiet pariens Isaac, quod nomen significat *risum* in risus tui pissimi honorem, & quia eius natiuitas parentibus lætitiam afferet. Constituamque cum illo pactum de Circumcisione, & de Christo ex eo nascituro Vidisti risum pium Abrahami risu, ea filio munerati.* Gratitudo Deum excitat ad celsioris muneris collationem.]

Gratitudo Deum excitat ad muneris celsioris collationem.

20. SVPER, &c.] Petisti, Ismaëlem viuere coram me: exaudiam, quia auctus valdè à me duodecim Ducum, & magnæ gentis pater erit effectus Quomodo exaudiuit Dominus Abrahami preces, si Ismaël feritati addictus *coram Deo* non vixit? * Certè preces iusti nunquam non audiuntur ipsorum ad meritum, licet postulata cuncta non impleantur. Patri enim cupienti filium probè viuere iam filius vixit probè, quia illi desiderio præmium respondet vbertim.]

Preces iusti aliquid piè cupientis, sæpes exaudiuntur licet non impleantur.

21. PACTVM, &c] Cum Isaacco meum est pactum statuendum non cum Ismaële; Christus enim ex Isaacco, non ex Ismaële est nasciturus. Sara igitur Christi parentem anno proximè sequenti euitetur.* Quam aptè Christus diues in misericordiis non ex feritate, sed ea risu nascitur? Quid enim feritas Ismaëlis nisi iracundiam generaret? Filij enim parentum assolent mores exprimere.]

Parentis mores assolent filij exprimere.

22. CVMQVE, &c.] Angelus finito sermone in cœlum vnde venerat, auolauit.* Debuisset dicere Moses. *Ascendit Deus ab Abrahamo*, non *ad Abrahamum*. Si non ad eum ascendebat: sed ad superos properabat. Certè præpositionem *ad* aptè apposuit recessum Angeli ad cœlum capessitus. Iustus enim supernis orbibus cœlestibus cœlum est eleuatius.]* Adde nunquam Angelum vetius ad homines ascendere, siue cum ipsis commorari: ac cum ad cœlos aduolat; quia apud Curiam cœlestem efficacius hominum gerit negotia.] * En solatium eorum qui obitum probi filii, aut vxoris, aut mariti iusti lamentantur. Vetius apud nos manent illi ad auxilium, cum à nobis ad Cælites recedere videntur: *Ascendit Deus ad Abraham.*

Iustus eleuatius est est cœlum cunctis cœlestibus orbibus.

Angeli apud Curiā cœlestem hominum negotia gerunt.

Nunquam probus filius tam firmiter apud se viuit, quam cum ad cœlum aduolat laturus opem.

23. TVLIT, &c.] In re difficillima Abrahamus promptè obediens Deo inferēdo Circumcisionis vulneri operam exhibet. Primum vulnerat Ismaëlem filium suum, & mox cunctos ferit facilè vel adultos vltroneè vernaculos. Nec enim illi renuerent vulnere affici, quod prius vnico tunc filio videbant infligi. * Certè cum Præsul ad legum impletionem filio non parcit, nullus subditus potest collum à iugo eximere.] Deus non præceperat, vt illa ipsa die præceptum impleret: cur ergo addit Moyses, *sicut præceperat ei Dominus.** Quia verè obediens non solum putat obligare præcepti substantiam, sed ad decentius modum quodammodo teneri. Vnde quamprimum dat operam executioni.]

4. *Circumcisio Ismaëlis & vernaculorum & ipsius Abrahami.*

Cum Præsul filio non parcit ad impletionem legis, nullus subditus excusatur.

24. ABRAHAM, &c.] Cur non pigritauit vsque Circumcisionis omnium domesticorum perfectionem? * Certè primò se vulnerauit, vt exposito Patris ac Præsulis exemplo facilè filii subditique omnes difficili præcepto submitterentur.]

Verus obediens studet non solum substantiæ præcepti, sed & modo decentiori

Exemplum Præsulis difficilia subditis imperia facilitat.

25. ET ISMAEL, &c.] Hinc Saraceni desumpsere ritum circumcidendi suos anno decimo tertio.* Vt videas apertius quantum proficiant, an noceant maiorum actiones.]

Proficiunt, aut nocent maiorum actiones.

26. 27. EADEM DIE, &c.] Si nullus adultus seruus ad se, suasque proles circumcidendas obligabatur, nisi ipse sponte in id consentiret, quomodo tam facilè Patriarcha tot seruorum, eorumque prolis voluntates ad difficilem potuit actionem allicere? Aptè præmisit Moses eadem die Abrahamum ac Ismaëlem primum vulneratos. * Quis non vltroneè ad vulnus curreret, aspiciens Dominum, eiusque filium vulneratum? O tempora quando seruuli Dominum Dei Filium tam vulneratum aspectamus, & tam renuentes ad præceptorum impletionem adducimur.]

Quomodo tam pigri adducimur ad præceptorum impletionem, Iesum videntes primò vulneratum?

CAPVT XVIII.

Tres Angelos Abrahamus sub humana specie recepit hospitio, qui ei filium ex Sara promittunt. Sodomæ, & vicinarum Vrbium ei reuelant excidium, pro quibus frustra pater optimus interpellat.

1. APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. 2. Cúmque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adorauit in terram. 3. Et dixit: Domine: si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum:

tuum: 4. sed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore. 5. Ponámque buccellam panis, & confortate cor vestrum, postea transibitis: ideircò enim declinastis ad seruum vestrum. [Qui dixerunt: Fac vt locutus es. 6. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. 7. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero: qui festinauit, & coxit illum. 8. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. 9. Cúmque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua? ille respondit: Ecce in tabernaculo est. 10. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. 11. Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. 12. Quæ risit occultè, dicens: Postquam consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? 13. Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara? dicens Num verè paritura sum anus? 14. Nomquid Deo quidquam est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. 15. Negauit Sara, dicens: Non risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti. 16. Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur, deducens eos. 17. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quæ gesturus sum: 18. cùm futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & BENEDICENDÆ sint in illo omnes nationes terræ? 19. Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, vt faciant iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. 20. Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. 21. Descendam & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. 22. Conuerterúntque se inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat coram Domino. 23. Et appropinquans ait: Numquid perdes iustum, cum impio? 24. Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? 25. Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiátque iustus sicut impius, non est hoc tuum: qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. 26. Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. 27. Respondensque Abraham, ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. 28. Quid si minus quinquaginta iustis, quinque fuerint, delebis, propter quadraginta quinque, vniuersam vrbem? Et ait: Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. 29. Rursúmque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait non percutiam propter quadraginta. 30. Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar: Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit: Non faciam, si inuenero ibi triginta. 31. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum: Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti. 32. Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem. 33. Abiitque Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locum suum.

COMMENTARII.

1. *Tribus Angelis hospitio exceptis, Deus Abrahæ apparuit.*

VERS. 1. APPARVIT AVTEM &c.] Cum autem apud quercetū Mambre, vbi tabernaculum Abrahami situm erat, Patriarcha more suo peregrinos præstolaretur ea diei hora, qua ob feruorem Solis viatores assolent ad hospitia diuertere: ei Numen apparuit. * Deus enim nunquam non pauperes exceptos hospitio comitatur, vt simul hospitalitatis gratiam accipiat.

Semper Deus pauperes comitatur, hospitalitatisque gratiam accipit.

2. CVMQVE, &c.] Altior erat via, per quā Cœlicolæ incedebant, ideóque Abraham oculos eleuauit. * Et quando munifici pauperum exceptores oculos non eleuant, vt Deum in ipsis intueantur? Ideò tenuens pauperes excipis, quia oculis demissis terram sapientibus aspicis

Pauperum amatores semper eleuant oculos, vt in ipsis Deum intueantur.

aspicis: & non eleuas mentis lumina ad dignoscendum eum, qui aduenerat in paupere.] Mox Diuus de tabernaculi ostio prosiliens, obuiam viris tribus, Angelis vtique processit; & quia agnoscebat in pauperibus Deum commorantem (viros enim peregrinos putabat) adorauit. Scio orientalibus eum honorem ciuilem, & confuetum. * Nec abneganda vrbanitatis actio pauperibus, quos natura Principibus fecit æquales.]

Vrbanitatis actio haud pauperibus abneganda.

3. ET DIXIT, &c.] Vnum autem ex illis, qui honoratior videbatur, allocutus, Domine, ait, dominum serui tui tua dignare honorare præsentia. Scio, ex multorum sententia, Abraham [illegible] Trinitatis agnouisse mysterium tres contemplatum Personas, vnam clientum veneratum. * Ex ternario ad Trinitatis mysterium [illegible] leuatur respectum. Assolent enim spirituales viri ex creaturis ad Philosophiam diuinam ascendere.]

Spirituales viri ex 4. pedestres [illegible]

4. SED AFFERAM, &c.] Aliter, *lauentur*. Permittite vt blecto, o viri, vt aquam adonferotis [illegible] ine præparem, vt metear pedes fessos [illegible] do confortare ad viæ perfectionem; [illegible] sub [illegible] hærenti tabernaculo requiescite [illegible] Si rogat Abraham, vt ipsi [illegible] t pedes, *lauate pedes vestros*, quo[illegible] ndit abluere, *lauentur a me pedes vestri* [illegible] August.) * Profectò actionis illius humilitas Abrahamum ad Deitatis fastigium quodammodo euexit, et agnata humilitati exaltation[illegible] Vnde dum Abraham Trinitatis se iden[illegible] pauperibus pedes diluit, Deus ipse [illegible]

H[illegible] hom[illegible] ad Deitatis fastigium quod modo eleuat.

5. PONAM [illegible], &c.] Dignamini excipi commoditate [illegible] panis vobis apponam. Reficiemini [illegible] præparato, quam ille, quem iti[illegible] accommoditas. Diuina, etenim [illegible] factum, vt hac hora hac transeuntes [illegible] ditatis meæ exilitate potiamini, d[illegible] oluptati, sed inediæ cibos oppono. Si pan[illegible] solum modo offert buccellam, q[illegible] tate studet conui[illegible] apparatui? In Scriptura panis n[illegible] omne ciborum genus comprehenditur. * Crediderim in Eucharistici panis gratiam, qui vo[illegible] tatum cœlestium facile epilogus præs[illegible] Profectò vnus sui, & aliorū hominen [illegible] Modicè, & parcè apparata, sicut [illegible] utus es * Diuites debēt omnia nihilum reputare, vt pauperem excipiant. At pauper sic [illegible] et buccellam panis accipere, ac si omnibus [illegible] Odiosa quidem quæ illa inopia.

Panis Eu charisticus omnem cœlestem [illegible] abundantiam [illegible] quotidie opia, quæ debet panis buccel[illegible] satisfieri.

2. Diligenter præparat epulum Angelis Abrahamus.

6. [illegible]STINAVIT, &c.] Satum continet modium Italicum [illegible] deft, quantum duo nostri chænices, aut [illegible] lemines. Ipso mensurarum numero hospitum Trinitatem concelebrare [illegible] pio, ac [illegible] ta, quæ o. * Nec enim paupertas [illegible] ministranda actionibus] Simila me [illegible] seu fari[illegible] expurgatissimam. * Taxat [illegible] opus qui suæ mensæ farinæ m[illegible] seu fin[illegible] accommodantes, furfures pauperum [illegible] erunt ad panes; hoc quidem nomine: *Pan de pobres*. Proh Deum immortalem! Pauperum panis ex p[illegible] consperg[illegible] oporteret. Ne autem [illegible] gantur expectare*, qui fame afficiuntur extra [illegible] cineribus, & p[illegible] imectis panes poterent decoqui. * Suffundantur rubore d[illegible] ites qui tam diu perituri pau-

[illegible] acti[illegible] Taxat[illegible] qui paupe[illegible] [illegible] præpar[illegible] [illegible]

peres suam ad ianuam expectare buccellam. Citò succurre, vt bis te dedisse videare.

Non debet permittere pauperem Diu expectare elemosynam.

IPSE VERÒ, &c.] Non solùm tenerum elegit vitulum, sed omnium optimum. * Vt subtraxet rursum diuitum inhabitatem, qui pauperibus, Deo scilicet inutiles mensæ particulas apponunt. Optima pauperi dedicanda.

Optima portio pauperi dedicanda.

8. TVLIT, &c.] Ipse fert butyrum, & lac, ipse esit vitulum à Sara conditum, ipse mensæ apponit, ipse ministrat, ipse stat iuxta eos humanitatis, & officij causa; nec committit famulis, quibus abundabat, pascendum pauperum ministerium. * Opera enim, è quibus salus, non est alienis manibus committenda.]

Salutis opera propriis gerenda manibus.

9. CVMQVE, &c.] Cibo in corpus, & in aërem tenuissimum transmisso, non actione vitali, Vbi, inquiunt, conditrix pia cibutum Sara? Sciuot planè, sed interrogatione eorum, quæ videbantur peregrini ignorare debere, Abrahami mentem ad altiora adhuc extollunt. In tabernaculo est, respondet, * nec decebat fœminam, vel ad vestibulum tabernaculi hospitum subire conspectum.]

3. De Sara Angeli sciscitantur & pariturum promittunt.

Hand decet honestam fœminam hospitum subire conspectum.

10. QVI DIXIT, &c.] Qui inter tres Angelos præcipuus videbatur, Abrahæ dixit: Reuertar haud dubium, si vixero (more loquutus humano) ad eandem horam (ex LXX.) & Saram vxorem tuam nunc sterilitate laborantem, iam nati filij matrem effectam inuenian. Porro Sara, quæ audierat se compellari, curiositatis gratia post ostium aderat tabernaculi: audito partus vaticinio altiusculè risum excitanit. * Rarò quis vel interposito auscultauit pariete, qui à loquentibus non præsentiatur.]

Qui auscultat rarò non præsentitur.

11. ERANT, &c.] Cum Saræ desierint, sine quibus non concipitur, menstrua, & se anum, maritum autem senem aspiceret: ridiculam planè hospitis reputauit promissionem. * Vt enim sancta prudensque fœmina in risum irrumpat, magna debet subesse occasio.

Non facile prudens fœmina in risum erupit.

12. QVÆ RISIT, &c.] Vox Hebr. עדנה *hednah* significat tum voluptatem, tum cultus, aut iuuentæ nitorem. Non ausa Sara verbis refellere hospitis promissionem, risu refellit: intra se dictitans: ille, cui iam velut Domino magis seruio; quam sponso maritum; iam senectute grauis, iam perfectione i[illegible]s recessit à thoro. Nunc autem rursum iam simul anus voluptati iuuenili indulgebo. Hinc crediderim risum aut confusionem Saræ (risus enim genus est confusationis) haud ex incredulitate solum profectam: sed & ex puritatis affectu. * Quasi, ipsa iudice, dedeceret canitiem studium voluptatum] Quid magis ridiculum, quam senectute confectos iuuentæ affectare nitorem?]

4. Sara risus reprehenditur.

Canitiem dedecet voluptatum studium.

13. DIXIT, &c.] Dominus Abrahæ profatur: Quare Sara subrisit, corde versans, Num anus cum sim, verè floridam fœcundam quidem resumam ætatem. Certè Angelus ille præcipuus hac occulti risus Saræ reuelatione se prodit, plusquam hominem esse. Et certè oportebat, Mosem Dominum esse significare, qui Saræ defectum carpere insurrexerat.

Ridicula senum lasciuies.

Non reprehendat, qui superior non est.

* Qui superior non est, alios reprehendere prudenter non audet.]

14. NVMQVID, &c.] Nihil Deo, cuius gero nuncium, difficile. Eius autem nomine, vt promisi, hoc tempore anno proximo reuersus Saram Isaaci aspectabo parentem. Addidit Angelus rursum, *Vita comite.* * Vt innuat hominis vitam tanta fragilitate niti, vt non possimus absolute asserere nos vel iuuenes vsque ad annum proximum, imo vsque ad diem, aut horam duraturos.

Non te promittas duraturum vsque ad proximam horam.

15. NEGAVIT, &c.] Porrò Sara licet admodum probitate conspicua de muliebri sexus ingenio mentita negauit. Attamen constetnatam timore arbitror, non satis deliberatè fuisse locutam. * Nam cum studium perfectionis debeat longè ab agnatis defectibus abesse, non crediderim sanctam fœminam plena deliberatione se vel leui mendacio maculasse. * Hinc subtaxatim Moniales in auditoris post ostium tabernaculi & tidentes, & mentientes. Probant euidentet se à perfectionis studio recessisse, quæ tot vel leuibus non timent se placu is maculare. *Quare risit*, quare mentita est *vxor* Spiritus Sancti, IESV *sponsa*?] Angelus autem fœminæ carpit leuitatem. *Risisti.* * Edocens planè Concionatores debere vel perfectatum mulierum reprehendere excessus. Quam iniuste queruntur Regularis instituti professores, si quando aliqui eorum carpuntur excessus.]

Dedecet studiosam perfectionis fœminam mentiri.

Indecens Monialibus in auditoriis ridere, & mentiri.

Vel Religiosæ fœminæ, aut viri defectus tangendi à concionatoribus.

5. *Sodomæ exitium Deus Abrahæ reuelat.*

16. CVM ERGO, &c.] Igitur tres Abrahami hospites oculos, gressusque Sodomam versus, conuerterunt ad viam: comitaris gratia comitante Abrahamo. Non dubito, quin Patriarcha plusquam hominis credens, deuote fuerit secutus. * Attamen asserere licet homines reputaret, ab illo, vrbanitatis officio minimè recessurum; quia comitas & virtus sanctitudinis, ac perfectionis sese non fugit.

Sancti viri vrbani erga homines. Comitatem sanctitas nō excludit.

17. 18. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Me, inquit Dominus, Abrahæ ostentaoi amicissimum, cum illum futurum gentis *ofsita* (sic Hebr.) seu validæ admodum constitui patentem: dumque per Christum eius sit benedictionibus opplenda posteritas. Ergo lex postulat amicitiæ, vt secreta communicentur. Cur Dominus Abrahæ exitium Sodomitarum reuelauit? An vt exoraret? Frustra quidem erat oraturus, sed non frustra exercendæ charitatis Diuo offertur materia. * O quam arctæ amicitiæ signum, cum Deus dat tibi segetem meritorum: cum laboribus exercet, cum præsentat afflictum, vt affici possis compassione.]

Lex amicitiæ postulat secretorum communicationem.

Signum est arctæ amicitiæ, cum Deus dat nobis meriti materiam.

19. SCIO ENIM, &c.] Qui ergo futurus est tantæ prolis parens audiet à me Sodomæ excidium. Noui enim familiæ diligentem instructorem abstracturum suos à sceleribus, asserens me nec post effusas amicissimi preces voluisse Sodomitis iniquissimis parcere. Huiusmodi monitis mea electa familia meritè colet, quod rectum est, ac iustum operabitur. Sic asticietur peccatorum obstaculo non obiecto, vt impleam quæ Abrahamo promisi De se Deus in tertia locutus est persona. * Vides, quanti momenti sit parentum monitum erga filios. Quot filij periissent, si à parentibus Dei timorem edocti non essent]* Præterea constat Deum quasi implendæ promissionis conditionem expressisse. *Vt adducat Dominus, &c.* Non sufficit, te a parente diuo originem trahere: oportet Dei addici timore, vt factæ sanctitati parentis promissiones à Domino suum in te effectum sortiantur.]

Admodum filijs salutaria parentis documenta.

Non sufficit ad fœlicitatem filiorum parentis sanctitas. Ipsi virtuti hærescāt oportet.

20. DIXIT ITAQVE, &c.] Igitur ei Dominus profatur, vsus prosopopæi Horribi la Sodomorum, & Gomorrhæorum [illegible] os tantum nominat, qui flagitiis reliquos superabant) vocem ex[illegible] nt, & ad me [illegible] dunt aures. [illegible] ò clamor [illegible] huiusmodi multiplicatus est, quia non solum ne[illegible] scelera proloquuntur, sed otium, g[illegible] (Ezech. 18) inhospitales [illegible] simul vo[illegible]tantur. * Non tam videtur Deus de integritate quam de diffamatione & publicatione eius conqueri. Sæpe enim plus ex scandalo suscitato, quam de ipso crimine Dominus excitatur ad vindictam.] Innuit autem Dominum incu[illegible] futurum peccatum Sodomitarum, quia otium, & inhospitalitas comites illius exponuntur. * O qu[illegible]s Deus misertus est delinquenti insi[illegible]n, quia pia vel specie tenus, excitauit actiones puta hospitalitati studendo.] * Vnde nisi clamor ille multiplicaretur ex inhospitalitate specialiter, fortassè Deus Vrbibus miseris pepercisset.]

Plus irritat [illegible] ad [illegible] diffamatio delicti, quam iniquitas ipsa.

Ob opera moral[illegible] bona assolet Deus à supplicio abstinere.

Ob eleemosynam sæpe Deus parcit iniquo.

21. DESCENDAM, &c.] Scire igitur volo, (humano loquitur more) an verus sit qui ascendit de Sodomitarum [illegible] mine clamor. Accedam, vt [illegible] cognoscam. * Multa enim de ho[illegible] longè exaudiuntur, quæ ac[illegible] falsa omninò, aut nimium aucta [illegible]. * Ediscant Iudices haud testificatio[illegible] dare fidem, prius quam sententiam proferant, omnia benè consi[illegible] erent, ac circumspiciant. * Porrò temerarij proximi actionum censores dogma acc[illegible], quoammodo iudicium à temer[illegible] sit liberandum: si quod auditu capiunt, oculis experiri contendant. Non facilè credendum sæpe fallaci auditui singulariter testificanti: nec oculis non semel seductis; contestentur auditu, & visus: & vix poteris iustè sententiam proferre; sæpe enim duplicis sensus testificatio falsitatis arguitur.]

Iudices omnia circumspiciant, antequam sententiam proferant, non credentes auditui.

Ne temere proximum iudices, duorum sensuū audi testimonium.

Vel duplicis testis depositum assolet esse falsa.

22. CONVERTERVNTQVE, &c.] Angelus, qui cum Abrahamo loquebatur immobilis præstitit, dum hij duo pergere aspectarentur Sodomam versi. * Nam cum tres viri Trinitatis mysterium adumbrarent, noluit Deus, Trinitatis mysterium tam beneficum hominibus eorum exitio operam dare. Ideo quasi dissoluitur Trinitas Angelorum, ne Trinitas deleuisse miseras Vrbes [illegible] retur.] Persistenti ergo viro seu Domino Abrahamus adstat auditurus: nec discedentibus vrb[illegible] mus Patriarcha vale dicit. * Non qui [illegible] conspectu Domini morari [illegible] debebat sep[illegible]. Ta[illegible] sacerdotes

Trinitas quasi dissoluitur, ne Trinitas exitialis hominibus videretur.

Qui in conspectu Domini moratur, à creaturarum conspectu debet esse alienus.

facerdotes, qui hærentes altari huc illuc oculus admonere audeor.]

Cur Abrahamus Deum aliquando cercat ad veniam. Iusti mites sunt peccatorum censores.

23. ET APPROPINQVANS, NVNQVID PERDES IVSTVM, CVM &c.] Sanctissimus Patriarcha colũbinis mentis oculis existimabat plurimos apud Sodomam, & Gomorrham iustos adesse. * Diui enim mites sunt peccatorum censores.] Absit (inquit appropinquans vi affectus) à Numine supremo omnium Iudice iustos ac peccatores sine discrimine delere.

Primùm succurrit propinquis, quam eleemosynam largitur.

24 SI FVERINT QVINQVAGINTA, IVSTI IN CIVITATE, PERIBVNT &c.] Si apud Sodomam magis criminosam vbi Lothi subrini mei familia commoratur caput vtique aliarum Ciuitatum, quinquaginta iusti inueniantur, loco illi non ignosces? Commendabilem existimo Abrahamum, quod pro delendis Vrbibus oraturus, primò pro Ciuitate vbi propinquus aderat, exorarit. * Primus enim à te propinquis debetur affectus, prima pietatis, seu eleemosynæ actio est impendenda. Apte autem ab Vrbe Metropoli incipit, quasi illa suis iniquitatibus & impietatis magisterium alijs dedisset, & ad horribile traxisset exitium. Vndè parcens Deus Metropoli, consequenter subditis ignosceret Vrbibus. Si gerit Deus quod difficilius, faciliora quis dubitet præstiturum.

Quam difficile venia datur magistro scelerũ

25. ABSIT A TE, VT REM HANC FACIAS, ET OCCIDAS, &c.] Si superior Iudex adesset, ad quem fieri posset prouocatio, mitius huiusmodi sententiam contrà impium ac iustum exaudire possemus. At cum sis Iudex supremus, & recti iudicij certissima norma habearis: absit, vt in has Ciuitates tantam exponas seueritatem, vt immemor iustorum, triticum & zizania auellere videaris.* Aduotanda iusti confidentia, qui pia audacia Deo dogmata præscribit.]* Profectò modum puniendi transilit, qui puniturus peccatores non studet innocentum indemnitati.

Iustorũ ergà Deum pia audacia. Iudex iniustus, qui puniturus impios, nõ studet innocentum indemnitati

26. DIXITQVE DOMINVS AD EVM: SI INVENERO &c.] Si intrà Ciuitatis Sodomorum ambitum quinquaginta iustos, diligenti inquisitione præmissa, inuenero: Vrbi parcam.* Quam apte *In medio Ciuitatis*. Quasi fortissima Vrbium ars sit iustorum assistentia.

Iusti ars tutissima Vrbium.

27. RESPONDENS, &c.] Licet è puluere originem traxerim, indignus planè, qui audeam in conspectu Domini proloqui, quia semel dignatus es, me audire, aut permittere, vt loquerer: rursum verba facere non verebor.* Vnum enim à te acceptum beneficium ad vberius alterum recipiendum manus expandit.] Preme particulam, *Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis*. Alij enim asserunt rationem reddi, cur audeat semel & iterum Deum alloqui: Ac si diceret.* Quia puluerem me esse profiteor, & agnata est humilitati exaltatio, iam ex submissionis affectu reddor quodammodò aptus, vt valeam tecum texere sermonem.

Vnum beneficiũ à Deo acceptũ, ad aliud manus expandit accipiendũ.

Humilitas hominem vilissimum, sic exaltat, vt cum Deo possit texere sermonem.

28. QVOD SI MINVS, QVINQVAGINTA IVSTIS, QVINQVE &c.] LXX *Delebis propter quinque?* Id est, qui desunt ex quinquaginta, quos dixi. Non repentè ausus est Diuus numerum iustorum imminuere: sed paulatim procedit à quinquaginta in quadraginta quinque, à quadraginta quinque in quadraginta &c.* Quia præsumptuosa oratio, quæ omnia existimat semel profusa adipisci. Crescat ex donis paulatim confidentia precantis, & humilitatis affectu nimia confidentia contineatur: nec repentè gigas effecta putet difficillima posse impetrare.]

Præsumptuosa oratio, quæ omnia semel effusâ existimat adipisci.

29. 30. RVRSVMQVE LOCVTVS EST AD EVM: SIN AVTEM &c.] Tam difficilis labiorum ad orationem circumstantia, vt sanctissimus precator timeret, nè aliquo defectu saltem ex multiloquentia laboret oratio.]* Nam qui facillimus est ad munera impertiendum multiloquio non gaudet.]

Multiloquiũ orantis taxatur.

31. 32. QVIA SEMEL, AIT, COEPI, LOQVAR AD, &c.] Quare Abrahamus *semel* se locuturum affirmat: & non potius ad quinque iustos processit? Certe putauit apud iusti nepotis domum procul dubio decem ad minus iustos inueniendos.* Assolent ait famuli, ac serui heri moribus assimilari. Quis ergò dubitet, ex sancto Lotho totam familiam didicisse iustitiam?]

Heris famuli assimilari solent.

33. ABIITQVE &c.] Aliqui asseruere, Dominũ recessisse, ne vlterà progrediens Abrahamo vsq; ad vnicum Loth, Deus cogeretur Ciuitatibus parcere.] Non approbarim, quia potius crediderim, Deum recessisse; quod cognouerit Abrahamum Dei clementiam admiratum vltra non progressurum. Progrederetur Abrahamus, Deus procul dubio miseris Vrbibus pepercisset ex nimia eius clementia, ex mirabilique orationis efficacia. E tribus igitur duo Sodomam fuere profecti priùs, tertius nunc ab Abrahamo abstrahitur, hic ad tabernaculum regreditur. Cur Abrahamus nullam de eripiendo è flammis Lotho mentionem intulit?* Certè quia sciens eum Deo placere, specialem Dei ergà illum prouidentiã agnoscebat.]* Rogitauis si tres viri beatissimam Trinitatem exprimebant, quænam Persona apud Abrahamum abstinens à Sodomæ via remansit? Crediderim, Filij Personam; nolentem vtique perdendis hominibus interesse, qui humanitate indutus venturus erat, vt homines ab æterno liberaret incendio.] Non ignoro actiones ad extra toti Trinitati Personarum esse communes;

Discedit ne Dominus, nè progrediente Abrahamo vsque ad vnicum Loth; cogeretur Sodomæ parcere?

Specialis Dei prouidentia ergà iustos.

Persona Filij videtur abstinere à Sodomæ conflagraturæ via.

CAPVT XIX.

Angelos Lothus hospitio excipit, quos Sodomitæ ad scelus expetunt infandum. At Angeli Lotho cum vxore, ac filiabus educto igne cœlesti mutant Pentapolim in fauillam. Segor Lothi intercessione liberatur. Vxor eius retro respiciens, salis vertitur in statuam. Filiæ ex patre concipientes, Moab & Ammon pepererunt.

1. VENERVNTQVE duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram. 2. Et dixit: Obsecro, Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & nunc proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus. 3. Compulit illos oppido vt diuerterent ad eum: ingressisque domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma: & comederunt. 4. Priùs autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem, omnis populus simul. 5. Vocauerúntque Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? edue illos huc, vt cognoscamus eos. 6. Egressus ad eos Loth, post tergum occludens ostium, ait: 7. Nolite, quæso, fratres mei, nolite malum hoc facere. 8. Habeo duas filias, quæ needum cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodò viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. 9. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquiunt, vt aduena? numquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Vimque faciebant Loth vehementissimè: iamque propè erat vt effringerent fores. 10. Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauserúntque ostium. 11. Et eos, qui foris erant, percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. 12. Dixerunt autem ad Loth: Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de vrbe hac: 13. delebimus enim locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos. 14. Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. 15. Cúmque esset manè, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. 16. Dissimulante eo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eò quòd parceret Dominus illi. 17. Eduxerúntque eum, & posuerunt extra ciuitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salua animam tuam noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. 18. Dixitque Loth ad eos: Quæso Domine mi, 19. quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar: 20. Est ciuitas hæc iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica est, & viuet anima mea. 21. Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. 22. Festina & saluare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediatis illuc. Idcircò vocatum est nomen vrbis illius Segor. 23. Sol egressus est super terrã, & Loth ingressus est Segor. 24. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo: 25. & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. 26. Respiciénsque vxor eius post se, versa est in statuam salis. 27. Abraham autem consurgens mane, vbi steterat priùs cum Domino, 28. intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. 29. Cùm enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius recordatus Abrahæ

libera

liberauit Lot de subuersione vrbium in quibus habitauerat. 30. Ascenditque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. 31. Dixitque maior ad minorem: Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ. 32. Veni, inebriemus eum vino, dormiamúsque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. 33. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre: at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. 34 Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. 35. Dederunt etiam & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaque minor filia, dormiuit cum eo: & ne tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit. 36. Conceperunt ergo duæ filiæ duæ Lot de patre suo. 37. Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. 38. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est, filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

COMMENTARII.

1. *Duo Angeli Sodomam ineuntes excipiuntur, imo coguntur à Lotho hospitio frui.*

Egregium eleemosynæ genus, defendere pauperes ab inferentibus vim.

Pauperi debetur ... magno ... Magnificentia ...

VERS. 1. VENERVNTQVE DVO ANGELI, &c. Duo illi Angeli, qui ab Abrahamo recesserant, tertio permanente apud ipsũ: sub noctem ſedenti Lotho præ foribus Vrbis, vt hospitalitatis, quam ab Abrahamo didicerat, occasionem captaret, apparuere sub specie peregrinorum. Profecto ideo Ciuitatis Diuus accurrebat ad fores, vt peregrinos primus exciperet, & ne qua vis illis inferretur à ciuibus prohiberet.* Genus siquidem egregium est eleemosynæ, incolumitatem pauperis procurare, eumque à vim inferentibus defendere.] Cum ergo Lothus peregrinos aspiceret accurrens se se causa honoris incuruauit. Particula *Adorauit* idem ac *Valde incuruauit se.* Quod non præstaret Proceribus Vrbis, peregrinis præstitit. * Nulla enim tam profunda reuerentia, quæ inopi, in quo Deus commoratur, agnata non sit.]

Adolescentum apud pios Magistros educatio. Discipuli assolent Magistrorũ referre actiones. Pauperes ... negit, ... tur.

2. ET DIXIT, &c.] Serui vestri ô Domini, domũ intre dignemini, vt pernoctetis ibi, & pedes vestri possint ad viæ persecutionem ablutione roborari. Cuncta hæc ab Abrahamo Lothus didicerat. Præstolatur peregrinos sagenam hospitalitatis expandens, ad hospitiũ inuitat, ad abluendos eorum pedes se præparat, conuiuium instruit.* Tanti momenti est adolescentium apud pios Magistros educatio. Porro & tanti interest, educatores admodum esse pios quorum plerumque actiones discipuli assolent referre.] Apud plateam, inquiunt illi, pernoctabimus. Honestatis causa se excusant, & vt acuerent inuitantis desiderium.* O tempora, quando pauperes inuitant, & rogati nec satis illis improbitate vti, vt semel modicum subsidium accipiant.]

Trahent pauperes Regnum quidem cœlorum, ad hospitium. Angelis sese nostræ accommodant vtilitati.

3. COMPVLIT, &c.] Hebt. vox ויפצר. *iphtzar* est, *multis verbis, ac precibus vrgere.* His ergo valde vrsit, speciem cogentis præseferens.* Si Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt; tunc illud te abripuisse existima, cum pia violentia pauperes Reges quidem cœlorum, tuum traxeris ad hospitium.] Subcinericios panes fermento carentes decoxit, mensaque apposita, peregrini specie speciem epulantium expressere.* Quam magnatum Cœlicolarum celsitudini sese nostræ accommodare vtilitati.]

3. *Sodomitarum vel. antiũ domum Lothi iniquitas, Lothus qui Angelos curat defendere ab eis veracius defenditur.*

4. PRIVS, &c.] Hebt. *Omnis populus ab extremo.* Certè priusquam peregrini ad lectum se reciperent stratum, ab extremis oppidi finibus fama pulchrorum adolescentum allecti ciues confluxére. Aderant pueri, aderant senes. Profecto licet Moses non expressisset nec puerorum, nec senum aduentum: crederem aduentasse.* Senes quidem, quia adolescentiæ, ac virilitatis crimina vix in senecta reformantur.* Pueri autem doli capaces, quia impudicis discunt à senibus, quorum actiones dant iunioribus magisterium.]

Impudicitia ætatis virilis raró in senecta reformatur. Pueri, aut iuniores facile sequuntur prauas senectutis actiones. Effrenata infandæ libidinis affectio.

5. VOCAVERVNTQVE, &c.] Appositos, ô Loth, iuuenes expone, quos hospitio fruituros recepisti primæ noctis instantia; vt scilicet eis turpiter abutamur.* Hinc huiusce infandæ voluptatis nimia efferataque innuitur impudentia.]* Et hæc est publicatio seu clamor delicti, quem ad Dei antes ascendisse præmisimus. Hæc scandalosa impudicitia, quum publicè confluunt peccatores ad crimina, Deum maxime irritat ad vindictam.]

Publica patratio delicti maximè Deum irritat ad vindictam.

6. 7. EGRESSVS AD EOS, &c. Quam commendabilis Lothus, quod omni populo properante ad libidinem, solus ipse sit puritatis assertor: & cinctus improbis fulgeat puritate.* En Vrbis, vbi iustus commoratur, vtilitas. Habent improbi iniquitatis correptorem, qui & exemplo & sermone eos ad mentem meliorem adducat.

Commendabilis iustus inter improbos degens. Vtilissima improbis iustorum Societas.

8. HABEO DVAS, &c.] Putans ergo Loth oblatis filiabus furorem populi placandum, nec acceptaturos ciues impudentes, quod eis offerebant; quia fœminarum non ardebant affectu: sciens vtique se stupro filias minimè exponere: Abutimini, inquit, vna, & altera filia virgine, virorum dummodò indemnitatem tueamini debitam

Propria incommodo protegendi innocentes, aut inopes.

debitam à me his, qui ad mei tecti vmbram vestro ardore protegendi confugerunt. * Ve proprio maximo incommodo, crimine excluso, protegendi sunt innocentes, defendendi inopes.]

9. 10. At ille &c.] Abi inquiunt, ab ostio, ne nobis sis impedimento. Peregrinus es, te gere vt peregrinum, nec Iudicem agas ad motum correctionem.* Impatientissima planè libido, cui intolerabilis correptio. * Miror autem, egere de iudicio, qui ipsius naturæ legum aderant violatores.] Existimarem quidem huiusmodi homines nec iudicis vocabulum didicisse. Profectò impudentissimi, & profligatissimi addidere: Te ipso abutemur. Quam aptè appositum ad id explicandum, verbum illud *Te affligemus* Nam quod erat cuncto populo voluptas, id Lotho sanctissimo esset afflictio. *Nulla potest iusto maior excogitari afflictio quam cogi exprimere, vel sine culpa specie tenus praua actionem.] Itaque ciues vim faciebant, vt truderent Lothum, vt fores perfringerent: vt iuuenes abriperent ad probrũ. At viri Cœlicolæ rem inopinatam excitarunt, subito enim reserant ostium, Lothum introducunt depulso populo *Nunquam enim acti tentamine homines à Domino deseruntur, si verè vi afficiantur. *Cum audieris fœminam vi affectam: dubita, an verè ei vis fuerit illata. Nam quæ ex corde clamaret ad superos, non credideris frustrandam protectione. *Vim clamet, pastor responde pro me.*]

Libido non accipit correctionem. Impudici homines nec iudicis sciũt vocabulum.

Magna afflictio est iusto cogi, vt vel innoluntarie malam speciẽ exponat actionem.

Qui vi agũtur protectione à Deo donantur. Rarò fœminæ vi opprimerentur, si e- nimuerè ad Deum clamarent, liberarentur.

11. Et eos, &c.] Certè eos, qui erant ad ostium (sic Hebr.) Angeli cœcitate percussere. Lxx. *aorasia*, seu, *auidentia*, qua videntes alie, domos Lothi portam videre non poterant videre non poterant. * Aptè quidem cœcitate percutiuntur in tam cœcæ libidinis documentum.]

Quam cœca libido.

12. 13 Dixervnt, &c.] Tam communis (inquiunt viri cœlites) Sodomitarũ impudentia, vt decẽ probi non fuerint à nobis inuẽti vt ex prece patrui tui liberaretur Ciuitas. Vndè tuũ erit, omnes tibi aut sanguine aut necessitudinibus aliis coniunctos seligere: nostrum autem & tui gratia eos eripere ab exitio, locumque delere conflagratione, cuius ciues rem horribilem ex multiplicitate criminũ clamorem excitarunt. Preme τὸ *Quod increuerit.* Expectauit Dominus donec criminum cumulos perficeretur, perfectus autem nouissima illa obsidendi domus Lothi nefarissima actione. * Qui conscientia effrenata tot quotidie crimina perpetras, quomodo non times, quodlibet piaculum daturum tam eleuato cumulo perfectionem? Quis scit, num præfinita sit tibi æterna pœna post huiusce criminis patrationem? An putas, permittendum te æternum impune delinquere?]

Qui effrenatæ conscientiæ es, & tot quotidiè crimina perpetras, time, ne vltimo hoc piaculo, cumulus à Deo assignatos ad pœnam, perficiatur.

3. Loquitur ad generos futuros Lothus eos curans liberare, sed frustra

14. Egressvs, &c.] Loth itaque iam cũscius mysterij, iam hospites Cœlicolas esse cognoscens egressus est, vt generos suos futuros admoneret periculum, suaderetque liberationem. Non confluxerant illi ad commune delictum, sed lecto quiescebant. Miratur profectò eos Lothum generos elegisse, qui tanta liberarent impietate. *Parentis prudentis, ac probi sit filiabus eos eligere viros, qui non tam polleant diuitiis, quam vigeant pietate. Quid de impudico genero expectas nisi filiæ tuæ contemptum, & luctum interminabilem?] Certè generi existimarunt, Lothum ioco, non serio locutum, & velut deliranti responderunt. * Nunquam non exitialis generis contumelia in soceros. Miserè illi deperiere.]

Prudentis parentis est filiæ sponsum eligere non iam diuitem quam probũ. Exitialis genero contumelia in socerum.

15. Cvmqve esset, &c.] Lux aduentarat proxima, & Angeli instanter, quasi cogentes Lothum, surge, inquiunt, vt vxorem, & duas filias, quæ tibi crediderunt, instanti eripias ab incendio.* O Domini pietatem cogentis homines ad salutem, compellentis vltronea vi, ad Nuptiarum solemnia. An non labores inflicti vis est conditoris, vt punctis spinis, vltronee properent ad viæ rectitudinem?]

4. Cogitur Loth fugã maturare cum vxore, ac filiabus, pergunt ad Segor.

16. Dissimvlante, &c.] Moras nectente Lotho Angeli eius vxoris, ac filiarũ manus apprehẽdentes conantur extrahere a periculo: eo quod Lothus benigniter fuerat a Domino aspectatus. Cur non dixit Angelus *En quod parceret Dominus illis.* *Vt ostendat gratia patrisfamilias probi subditos ab exitio sæpe liberari.] Angeli itaque viri ac fœminarũ manus apprehendunt.* Qui non est Angelus, nõ audeat manus contrectare fœmineas. Vnde apposite qui viros sæpe vocauerat Moses hospites illos: cum scripturus esset manus vxoris, ac filiorum Lothi apprehendisse, eos Angelos appellauit: *Cogebant eum Angeli.*]

Laborem Deus infert vim hominibus, vt (vltroneè quidem) nuptias ineãt salutis. Præsulis probi gratia subditi liberantur. Soli Angeli possunt manus fœmineas contrectare.

17. Edvxervntqve, &c.] Qui eduxerant Lothi familiam ex ciuitate conflagratura, monent, vt ipsi propriæ studeant saluti. Cur non vsque ad montis verticem compulere?* Quia auxilium quidem à Deo expectandum, sed propria salus propriis est operibus acquirenda. Sunt qui Angelorum manibus sine proprio labore expetunt salute donari. *Salua tu,* inquiunt, *animam tuam.*] Post tergum non aspiciatis nè videamini, aut conciuibus misereri, aut aliquod pœnitentiæ, quod egressi fueritis, signum exhibere.* Qui enim postquam seculum, aut delinquendi occasionem reliquit, mentis oculos admouet, id est, memoria versat secularia: indicamentum exhibet, pœnitentia affici, quod seculum reliquisset.] An soli Lotho indictum non respicere retro? Et fœminis tribus idem datur imperium. Quare ergo soli Lotho dicitur, *noli respicere post tergum?* Certè quia domus, Domino non respiciente, quasi tenebantur vi consequentiæ subditi imitari. Et quodnam, quæso, strictius, præceptum, quam Præsulis operantis exemplum.]

Propriam salutem propriis operibus comparã.

Qui memoriæ oculis respicit secularia, indiciam dat, se pœnitere, quod seculũ reliquisse.

Exemplum Præsulis velut præceptum est, subditis.

18. Dixitqve, &c. *Dixitque Loth ad eos quæso Domine mi*

19. Qvia invenit, &c.] E duobus Angelis vnus Lothum & vxorem manu ducebat, alter enim sequens inter duas filias medius eas simul deducebat ad verticem Loth ergo Angelum se ducentem alloquitur. Dubius hæreo, ò Domine, an possim in monte saluari: ergo qui maxima erga me vsus es misericordia, vt me in manu forti ab imminente periculo eriperes: meam, quæso, perficias ereptionem. Quid præstat ex Vrbe exiisse, si

in

Maledictis in monte depereo? * Taxentur hinc, qui à seculo exeuntes, ob negligentiam ergà facinora, misere apud Religionis montana pereunt.

Malè a seculo exeuntes ob negligentiam, ergà facinora perituri in Religionis montana.

20 EST CIVITAS, &c.] Scio te immissum, vt cunctas nefarias Vrbes euertas, ac igne consumas. At quasi ex patuitate materiæ potest hæc proxima Ciuitas liberari. Quæ quidem à paucis incolis habitata paucioribus criminibus prouocat Conditorem. * An non Deus flectetur Vrbis exilitate, ob humilitatis documentum? Adeo Numini placet humilitas, vt vel eius imago illum excitet ad misericordiam.]

Deus afficitur ad pietatem ex humilitatis imagine.

21. DIXITQVE, &c.] Precibus tuis, inquit Angelus, annuo, intercessioni tuæ suam debet Ciuitatula liberationẽ. Statuerat Deus oratione Lothi Oppido parcere; quare in animum eius induxit, vt pro eo preces effunderet. * Quam egregium orationis elogium, flammam iam emicantem extinguere valere!] [illegible] ineffabilis Dei misericordia, iustos ad preces excitare, vt qui rogatus vult parcere, orationis vulneris inflictione abstineat.]

Orationis mira efficacia. Ineffabilis Dei pietas excitantis iustos ad deprecandum pro peccatoribus.

22. FESTINA, &c.] Iuxta diuinum decretum, quo iussus sum te prius periculo subducere, quam totius planitiei inflammandæ dem operam, non potero decretum executioni mandare, donec in vrbis territorium te recipias. Profecto Lothi verbum illud: *Numquid non modica est*, nomen Vrbi indidit nouum. Nam quæ appellabatur Bala, iam *Segor*, id est, parua nominatur. * Vt scilicet sit humilitatis nunquam non ereptæ à periculis documentum. Pleme causalem, *Id circo vocatum est nomen vrbis Segor*. Ac si diceret, Quia non poterat Angelus quidquam facere, donec Lothus ad Vrbem se reciperet: vocatum est numen Vrbis *Parua*. * Vt constet factam esse ex humilitatis typo liberationem.] * Si in magnis ambulas, deperibis; si verè possis dicere *Non ambulaui in magnis*, sed ad parua [illegible], salute donaberis.

Semper humilitas à periculis liberatur.

Liberatio ex humilitate. Qui non ambulat in magnis sed in paruis à [illegible] donat.

23. 24 SOL EGRESSVS, &c. IGITVR, &c. Sol Orientem ingreditur, Loth simul Segor & incunctanter Dominus non à causis naturalibus, sed à Domino minabiliter operante de cœlo pluuiam ignis ac sulphuris immisit. * Pluuia etenim contra naturam puniit eos, qui contra naturæ iura infandæ libidini studebant *Pluit Dominus à Domino*, siue Filius à Patre? Sic Concil Sirmiense cap 14. * Apte filius humanæ naturæ ineffabilis honor ignem profert à Patre, vt deturpantes humanam naturam extinguat Velut suffusus (si fari liceat) verecundia illam vnite sibi naturam quæ tam immundo esset scelere deturpata Ideo fortasse asseritur à doctis Dominici nataliuij instantia cunctos infandæ libidinis affectas repente perisse]

4. Sodomæ totiusque Pëtapolis cõflagratio.

Pluuia contrà naturam puniter contra naturam peccatum. Dei Filius à Patre profert ignem Sodomitar commouẽtem cunctos è natura sibi volenda tam immundum crimen eliminare.

25 ET SVBVERTIT, &c. Porrò non solum Sodoma, & Gomorrha, sed Adamam, & Seboim pariter conflagrarunt. Habitatorum autem nulli insontes. Fœminæ eodem cum viris fœditatis genere maculatæ periere. Pueris nondum parétum magisterio ex impotentia ætatis addictis Deus consuluit incendio, ne patentum mœres impudicitiæ cum adoluissent eorum fierent æmulatores. * Quam misericorditer abripitur infans, quem scit Deus, superstitem fore ex iniquitate damnandum. Et quam imprudenter parentes assolent immaturum filiorum obitum deplorare. Cur ploratis stulti? An quia Deus saluti donauit filium, ne damnationi postea addicere cogeretur.] Tota denique vallis crémata est, tota Pentapolis flammis commutritur temporarijs, & cuncti ciues adulti ignis æterni pœnam sustinentes, facti sunt posteris in exemplum Aptè contra naturam pluuia ignis illi pereunt, qui contra naturam deliquere.

Magnum documentũ misericord. & est, puerum abripere innocentem. Stulti deflet ob filij liberationem.

Simile peccato supplicium.

26. RESPICIENSQVE, &c.] Non credens verbis Angeli Lothi vxor relictarum Sodomæ rerum domesticarum desiderio oculos conflagrantem aspexit in Vrbem, & in salis metallici, quod imbre non liquescit, statuam est versa Quæ quidem muliebri effigie etiam nunc extare dicitur diuinæ vindictæ muliebris leuitatis documentum. * Posteri vt edocerentur Dei imperijs parere, in bene cœptis pergere non conuertere ad sæculum oculos, ne relictarum rerum amor retrò animũ reuocare valeat. Sal est sapientiæ symbolum; at salis statua ad insipientium monitionem exposita.] Hebt. *Respiciens vxor eius post eum*, id est, post virum. * Et quando post virum non exitialiter vxor aspexit?]

6. Vxor Lothi salis vertitur in statuã.

Parendum Dei imperijs, in bene cœptis pergendum, non conuertendi ad relicta oculi.

Vxor exitialiter aspicit post virum.

27. 28. 29. ABRAHAM, &c. INTVITVS, &c. CVM &c.] Cũ Abrahamus à Domino, quę Angelus exprimebat, audisset Sodomę & Gomorrhæ Ciuitates conflagraturas adhuc anxius orandi pro miseris, repetit locum, vbi cum Domino fuerat locutus. * Ibi enim deuotius orauit, vbi specialis Dei præsentia exponitur. Vt apud Templũ Dei domũ commendabilior tibi obijciatur oratio Non inuenit Patriarcha Dominum sed misetandum Vrbium intuetur exitium; fumus enim velut ex calcaria fornace volitabat noctem orbi relaturus. Potiò particula illa: *cum enim subuerteret Deus* contextum reddit difficilem, nisi eodem sensu efferenda, quo *Vero*. Sic fere omnes. Ast ego supplendam existimo clausulam *Et vidit* seu *cognouit Lothi liberationem* Cum enim subuerteret Deus Ciuitates, memor petitionis Abrahæ, *Ne perdas iustum cum impio* Lothum liberauerat itaque mente voluens Dei iustitiam, & rectitudinem: cum vidit Vrbes cunctas conflagrantes, vidit procul dubio Lothum innocentissimum à flamma liberatum. * Tam charus iustus Domino, vt cum commune supplicium inthemur, quodammodo aspicimus iusti liberationem.]

7. Lothus ob Abrahamum liberatur.

Commẽdabilior apud Templum oratio.

Cum commune pecca. torum cladẽ intuemur, simul aspicimus iusti liberationem.

30. ASCENDITQVE. &c]Porro Lothus timens, ne incendij vis ad Segor euertendam auolaret ascendit ad montem. Nec impune quidem. * O quot viri perfectionis studiosi se se in Ordine perfectũ receperunt & altioris perfectionis anxij ad perfectiorem, ex institutione, Ordinem ascenderunt, apud quę m miserè ceciderunt, vt sint alijs instab litatis exitialis monumentum!] * Securè aderas in Segor, quid tibi cum monte: præcipue eum tu ipse adiudicasses, aptiorem tibi; paruam Segor, quam montium cacumina liberando? Imprudenter relinquere curas Religionem, quam aliquando tuæ saluti aptiorem meritò adindicasti.]

8. Lothi familia ascendit in montem, vbi perpetratur incestus.

Taxãtur qui ex vno Ordine perfecto quidem in aliũ (perfectiore visum sibi) saragant transire.

Audet contra naturam delinquere, qui vidit naturæ violatores conflagrare.

DIXITQVE, &c.]* Miror plane Lothi filias in conspectu communis cladis non horruisse delicias, quæ naturæ leges violare videbantur. Ob læsam naturam videbant Sodomam periisse, & conabantur, naturalis reuerentiæ terminos transilire.] Crediderat certè vtraque filia, mortales omnes extinctos incendio, vt olim audierant à parente incendio periisse. Vnde studium reparandi humani generis illas ad facinus incitauit. Sed inexcusabiles, quia naturalis reuerentia illas à congressu cum patre debuerat absterrere. Omnes (maior minori profatur) viros conflagrasse dum videmus, nec superstitem vllum, cui possimus coniugio colligari:

32. VENI, &c.]Si quidem ex Ciuitatula Segor ad victitandum in monte merum detulimus, & ex Noe patris nostri ebrietate eius nouimus efficaciam: sicut ille in tabernaculo suo nudatus ecce, sic vetus Lothus in spelunca denudetur.

33. DEDERVNT, &c.] Ebrietate itaque victus Lothus filiæ non agnouit insidias, vxorémque suam putauit accubare, immemor eam obiisse. *En ebrietatis vim, hominem in brutum commutare, intellectu, memoria, & voluntate sopotata. Ideò parens *nonsensit*, id est, non cognouit, quando accessit filia, & quando discessit. Vnde omnino à crimine excusandus.]

Ebrietas hominem conuertit in brutum.

34. ALTERA, &c.]Vt commendo minoris filiæ silentium, sic maioris reprehendo loquelam ad tantum flagitium exhibentis magisterium.* Malè quidem minor filia ad parentem accessit, peius illa incestum edocuit.

Doctores delictorum reprehensibiles ad modum.

35. DEDERVNT, &c.]A congressus illiciti reatu omnino Lothum excusabilem iudico; quia actus ebrietate non sensit filiæ minoris, sicut nec maioris insidias.* At à secunda non omninò ebrietate excusarem, si non viderem eum nimis afflictione affectum, quæ prudentum assolet mentis faciem obturare.

Afflictio nimia assolet prudentum mentē obturare.

36. 37. 38. CONCEPERVNT, &c.]ab Hebr. מואב *Moab ex patre*. Ammon autē בן עמי *ben ammi, filius populi*. Quæ incestus consilium exhibere non erubuit, se omnino perfricatam fronte ostentauit. Peperit enim filium, quem *Ex patre* ausa est appellare. At minor simul enixa prudentius suum, *Filium populi mei* vocitat, id est, generis mei non ex Sodomitis genitus. Nunquam non autores delicti suis met aperiuntur actionibus. * Quod piaculum in spelunca vel inscio parente perpetratum, ab ipsis delinquentibus euulgatum est. An vllum potuit diù operiri piaculum?]

Quod nam occultum crimen.

CAPVT XX.

Sara Abrahæ vxor à Geraris Rege abripitur: sed à Deo punitus, cum Abrahamo expostulat, quod suam esse non indicasset vxorem. Tandem orante eo pro Abrahamo, sanitate donatur

1. PRofectus inde Abraham in terram Australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. 2. Dixitque de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerare, & tulit eam. 3. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte: & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. 4. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies 5. Nónne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc. 6. Dixitque ad eum Deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris; & ideo custodiui te ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam. 7. Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & viues: si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. 8. Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocauit omnes seruos suos: & locutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timuerúntque omnes viri valde. 9. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande? quæ non debuisti facere, fecisti nobis. 10. Rursúmque expostulans ait: Quid vidisti vt hoc faceres. 11. Respondit Abraham. Cogitaui mecum, dicens forsitan non est timor Dei in loco isto: & interficient me propter vxorem meam: & 12. aliàs autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. 13. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum: In omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim. 14.

Tulit

14. Tulit igitur Abimelech oues & boues, & seruos & ancillas, & dedit Abrahā: reddiditque illi Saram vxorem suam, 15. & ait: Terra coram vobis est, vbicumque tibi placuerit, habita. 16. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocumque perrexeris: mementóque te deprehensam. 17. Orante autem Abraham, sanauit Deus Abimelech & vxorem, ancillásque eius, & pepererunt. 18. Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

COMMENTARII.

1\. *Pergit Abrahamus ad terram Australē Sara abripitur, & à Domino liberatur.* Confinium pestilentiæ vicinos reddit pestilentia affectos. Prauos fuge socios.

VERS. 1. PROFACTVS INDE ABRAM, &c.] Cum comperisset Abrahamus maris mortui exhalationes loca vicina sterilia gregibus reddidisse, è Mambre profectus terram adit, quę respectu Mambre australis erat. Porro tabernaculum tendit habitaturus inter Cades & Sur, Ar Geraris Regia Philistinorū, quæ ab Ierosolyma trium dierum distat itinere, illum peregrinum excepit. Maris mortuum vicina gramina pestilentia reddebat? Ita planè. Et quando confinium mortalitaris vicina mortalia non reddit. Pestilentem fuge socium, ne subeas contagij periculum.

2\. DIXIT, &c.] Rursum Abrahamus indicat Saram rogantibus, quænam illa esset mulier, suam esse sororem, propriæ consulens incolumitati, diuinæ circa vxoris pudicitiam subiacens prouidentiæ. Certè nimia Saræ pulchritudo nonagenariæ. Nam cum Dominus ei fœcunditatem largitus est, iuuentæ etiam reddidit pulchritudinem.* E superis enim dona nunquam non perfecta descendunt.] Aptius crediderim tum annum nonagesimum nostro quadragesimo, imo trigesimo parem extitisse. Præterea continentia diuturna nutabat, nè corporis decor deflorescerer.* Profectò incontinentia pulchrum admodum corpus citò conficit lassitudine, mox macie deformat.] Abripitur ergo Sara à famulis Abimelechi Regis, non auso Abrahamo resistere.* Regis enim luxuria cum crudelitatis assolet affectu colligari.]

A Deo semper perfecta dona.

Incontinentia fœditatem inducit, continentia pulchritudinem tuetur.

Luxuria Regum crudelis.

3\. VENIT, &c.] Iustorum, præcipuè innocentum oppressorum, aut honestæ fœminę vim ferentis, Deus ipse venit ad causas.) Hebr.) *En tu mortuus*, actum de vita tua propter Saram, habet enim coniugem.* Quicumque alienam aut vi, aut muneribus, aut blando sermone vxorem allicis, scito, te iam mortuum, iam de vita tua actum, velocissimè aduenturo supplicio.

Deus ipse venit, vt causas agat fœminæ vim patientis.

Actum semper de vita adulteri, ob velocitatem supplicij.

4\. ABIMELECH, &c.] Ægritudine cœlitus immissa in puritatis Saræ custodiam: & fœmina sanctissima Regiæ obsistente libidini, Rex potuit suam promere innocentiam. Syncero, inquit, animo feci, vno & altero coniuge affirmante, fraternitatis necessitudine, non matrimonij vinculo colligari.* A Dei ad iudicium accedentis rigore sola protegit innocentia.]

A Dei iudicantis rigore sola innocentia protegitur.

6\. DIXITQVE, &c.] Te innoxium ab adulterio scio, sed non ab iniuria; pro tuo enim imperio inuitam fœminam abstulisti.* O quot subditi inuiti Principum trahuntur ad obsequium: & timore acti, non audent de iniuria conqueri.] Tua ergò simplicitate adductus, te continui, ne te adulterij piaculo contaminares. Impudicitia enim tua, etiam si scires adesse maritum, te in crimen induceret.* Effrenata enim passio libidinis omnia cœco impetu pronoluit, cūctos respectus proculcare non veretur. Postmodum te morbo impediui, ne læderes fœminæ puritatem.* Quam misericorditer. Certè diuinæ maximum est documentum pietatis peccatores corpore vulnerare, animi incolumitati consulturus.]

Malò subditi seruiunt inuiti, & non audent de iniuria conqueri.

Libido cœco impetu omnes respectus proculcat.

Dei pietatis est documentum, vulnerare corpus peccatoris, vt animus non vulneretur piaculo.

7\. NVNC, &c.] Suum ergo fœmina nunc redeat ad virum; Propheta enim est. Ac si diceret, familiariter cum illo versari, & multa illi mysteria rerum futurarum reuelare soleo. An speciali amico meo specialis non debetur reuerentia? * Quam impudens, qui fœminæ, sancti viri vxori, insidias audet collocare.] Familiaris ergo meus tua comitate affectus pro te deprecabitur. Sin autem tua synceritas peruertitur, & esse incœperis iniquitas: morti addiceris, & cuncta, quæ possides eūdem attrahes ad interitum.* Peccatum etenim & vitæ, & salutis æternæ, & rerum omnium est desolatio.

Impudentissimus, qui audet coniugem sancti viri sollicitare.

Peccatum rerum omnium est desolatio.

8\. STATIMQVE, &c.] Igitur extrema noctis parte, cum iam cœlum albesceret, exurgens Rex omnia, quæ à Deo audierat famulis indicat. Qui quidem auribus audiendi percepere, timore enim affecti sunt ingenti. Quare serui timerent, cùm supplicium Principi indicitur? * Quia plerumque Regis libido non potest nisi consentientibus familiaribus perfici.* Ideo Reges, ne tantum excitetur scandalum, deberent libidinis omnino eliminare affectum.] Preme particulam, *Locutus est vniuersa hæc in auribus eorum*. Id est, in auribus audiendi.* Tunc Concionator in audiendi auribus loquitur, cum auditores Dei timent iudicium, & menti meliori addici conantur.]

In Regis libidine familiares assolent esse rei.

Quam scandalosa Regis luxuria.

Auribus audiendi concionator loquitur, cum auditores conuertuntur.

2\. *Queritur Rex, se excusat Abrahamus.*

9\. VOCAVIT. &c. *Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxisti super me, & super Regnum meum peccatum grande? Quæ non debuisti facere, fecisti nobis*] Expostulantis, non interrogantis sententia hæc. Quanam à nobis ô Abraham, es affectus iniuria, vt horribilem vindictam excogitares?* Nulla enim vindicta horribilior, quam me delinquendi exposuisse periculo.] Me, & Regnum meum penè iam ad interitum adduxisti.* Quidquid enim delirant Reges totius Regni ciues plectuntur.]

Horribilis vindicta, hominem periculo delinquendi exponere.

Plectitur Regnum, quod quid Reges delirant.

10\. RVRSVMQVE, &c.] Adhuc queru-

lus inculcat. Quanam iniuria hoc actus præstitisti? * Non satis de alio expostulat, qui se videt, eius causa potuisse delinquere. Quid si illius causa se sæpius maculatum crimine comperiat.

Iustissima hæc expostulatio: Tui causa potuit delinquere

11. RESPONDIT, &c.] Prudentis fuit consulere periculo. Non quidem temere iudicaui, ciues tuos à Dei timore recedere: sed ex agnata homanæ naturæ fragilitate timui, ne voluptati Dei timor submitteretur: & me è vita abriperem, nè coniugium esset crimini impedimentum. * O tempora; quando vt vxor se adolterio contaminet, dantur marito non vulnera, quibus moriatur: sed munera, queis viuere possit! Nullum coniugium apponit impodicis obstaculum; sed non semel acrius excitat ad delictum.]

Marito ad coniugis adulterium non infliguntur vulnera, quo moriatur; sed dantur munera queis viuat.

12. ALIAS, &c.] Pudore offusus Abrahamus curat se à mendacij suspicione liberare. * Dedeceret enim virum nobilem vulgarissimorum infici vitio. O quot Principes iam cum vulgarissimis computari ooo timent? Quot Vrbes solommodo incoluntur à vulgo, quia omnis homo non ex humanitate solùm, sed ex sermone mendax! Thare, inquit, filij ego & Aran sumus, Sara coniux mea filia est Arā Vnde Thare pater meus, Saræ erat auus. At sui (ô Rex non ignoras) vsu gentium Patres vocantur. Aptè ergo Saræ dicitur patris mei filia, & mea soror. At non est matris meæ filia; quia Thare pater meus duas habuit vxores; ex quarom vna ego exortus, ex altera autem Aran Saræ, & Lothi genitor prodiit.

Mentiri, vitium est vulgarissimorū. Omnis homo non solū ex natura, sed ex sermone mendax.

13. POST, &c.] Peregrinatio (dixi coniugi) vita nostra est, ex quo patriam Domino iubente, reliquimus. Dic cunctis te meam esse sororē misericorditer meæ cousulens incolumitati.

3. *Muneri-*

14. TVLIT IGITVR, &c.] * Regia illa muni ficentia, cù non impeoditur spe piaculi merecis libidinis.

bus camulantur à Rege coniuges.

15. ET AIT, &c.] Videtis terram, eligite quod placet. * Nihil enim mihi gratius, quam virum Prophetam meæ addicere ditioni, vt eius precibus Regnum fælicitate potiatur.

Principia munificētia est, quæ non merces piaculi.

16. SARÆ AVTEM, &c.] Et, ô Sara, quem vocas fratrem dedi mille siclos (valent quatuor millia regales Hispanicos. * Dedecet fœminas coniugio illigatas accipere à viris munera. Quod à Principibus vrbanitatis causa fœminis dandum, sine suspicionis periculo honestis maritis impenditur.] Hisce argenteis velum tibi compara, quo osteodas te esse nuptam Ne quis alius, vt ego, in errorem inducatur. Addiderim posse te flammine velare pudore suffusam, quod deprehensa fueris. Vt denique sit tibi pudicitiæ tuæ non imminutæ testimonium, quum à me tam honorifice sis dimissa *Nec enim assolent Principes suas amasias plenas donis; sed dedecore, & ignominia dimittere.] * Memento, quælo, te non semel deprehensā: vt pudefactionis huiosce affecta, te vxorem esse abnegare non audeas. Proprio sæpias periculo.

Ob incolam Propheta Regnū potitur fælicitate.

Dedecet fœminas cōiuges à viris accipere munera.

Amasiæ assolent plenæ dedecore, & ignominia non donis dimitti.

Sapiens proprio sapit periculo.

17. 18. ORANTE, &c. CONCLVSERAT, &c.] Sterilem reddiderat Dominus omnem domum Abimelech propter Saræ illatam ex adductione ad aulam iniuriam? Non, sed clauserat vuluam, ne prægnans vxor, & ancillæ enitere possent. Abimelechus iogenti crociatu venerearū voluptatem impediente erat affectus Suppliciom quidem non ignorabarot, quia apud aulam tandiù mansisse fœminam puto, quandiù oportebat, vt domus Regis, ex parturientium cruciatibus vulgaretur ægritudo. Ergo exorante Patriarcha, cuncti sanitate donantur. Conualuit Rex, omnis vulua est aperta. * Si sterilitate Ciuitas opprimitur, si fame ciues affici timent: publica iustorum precatio instituenda.

4. *Prece Abrahami Rex totaque aula sanatur.*

In communi agritū sterilitate publica iustorum precatio instituenda.

CAPVT XXI.

Isaac nascitur, circumciditur, ablactatur Ismael & Agar domo pelluntur: qui in deserto ab Angelo afficiuntur solatio, Abraham ractius cum Abimelecho fœdus iniuit.

1. VIsitauit autem Dominus Saram sicut promiserat: & impleuit quæ locutus est. 2. Concepitque, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac: 4. & circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus, 5. cùm centum esset annorum hac quippe ætate patris, natus est Isaac. 6. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus: quicumque audierit, corridebit mihi. 7. Rursùmque ait: Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filiom, quem peperit ei iam seni: 8. Creuit igitur puer, & ablactatus est, fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cùmque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo. dixit ad Abraham: 10. Eiice ancillam hanc, & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac. 11. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. 12. Cui dixit Deus: non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla

ancillæ tua omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia, in Isaac vocabitur tibi semen. 13. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. 14 Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius; tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cùm abiisset, errabat in solitudine Bersabee. 15. Cumque consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborum, quæ ibi erant. 16. Et abiit, seditque è regione procul quantum potest arcus iacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & sedens contrà, leuauit vocem suam & fleuit. 17. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei Agar de cælo, dicens: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. 18. Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum. 19 Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abiit, & impleuit vtrem, deditque puero bibere. 20. Et fuit cum eo: qui creuit, & moratus est in solitudine, factúsque est iuuenis sagittarius. 21. Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorem de terra Ægypti. 22. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum est in vniuersis quæ agis. 23. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ: sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua versatus es aduena. 24. Dixitque Abraham: Ego iurabo. 25 Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abstulerant serui eius. 26. Respònditque Abimelech: Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. 27. Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percusserúntque ambo fœdus. 28. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. 29. Cui dixit Abimelech: Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? 30. At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. 31. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee: quia ibi vterque iurauit. 32. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. 33. Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius reuersique sunt in terram Palæstinorum, Abraham verò plantauit nemus in Bersabée, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. 34. Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

COMMENTARII.

1. *Fœcundatur à Domino Sara, parit, exultat, Isaac circumciditur, iocatur, ablactatur.*

VERS. 1. VISITAVIT AVTEM, &c.] Visitauit autem Dominus Saram. Hebr. פקד. *pakad, fecit promissis*. Recordatus est (sic chal.) Dominus Saræ, & quemadmodum promiserat, eam à sterilitate liberauit. Idem ergo est visitare Deum, ac implere promissa, & munera elargiri.* Quis se putat studentem contemplationi à Domino fuisse visitatum: ideat, an vacuus fuerit relictus, an donis cœlestibus ex virtutum incremento plenus? Te vacuum, & sterilem inuenis. Ergo phantasticam huiusmodi reputa visitationem. Idem enim est, Deum visitare, & implere bonis.]

Idem est, Deum visitare aliquem ac fœcundum virtutibus efficere.

2. CONCEPITQVE, &c. Concepit Sara, enixaque est filium Abrahæ seni. Si peperit in senectute Abrahæ cur dicitur, ex nostri translatione, *in senectute sua* peperisse?* Certè quia coniuge velut vnica decorantur ac constituuntur essentia. Quod de marito dicitur, coniugue de vxore dicitatur.] Profectò verè poterat de vxore, quæ quidem anus erat, licèt pulchra, scilicet, in senectute peperisse. At Hebr. pronomen sua masculinum, *In senectute eius*. Quare igitur masculinus ab Hebræo articulus apponitur? Vt non ad fœminæ senectutem, sed ad viri ætatem prouectam referatur?* An quia cum de fœminis, speciatim pulchris agitur, nulla senectutis fine iniuria peragitur mentio?

Coniuges velut vnica constituuntur essentia.

Cum de fœminis agitur, nulla debet fieri senectutis mentio.

3. VOCAVITQVE, &c.] Fœtus post tam diuturnam sterilitatem, & desiderium, risum illum, quem vel promissio excitarat lætitiæ indicem: mirificè confirmauit. Vndè in æternæ lætitiæ documentum Abrahamus filium *Isaac*, id est, *risum* appellauit. An non times, ô prudés filium fortasse posse filius mœroris existere? Cur risum vocitasti?* Certè quia filius ex dono Dei expositus parentum assolet æternare lætitiam.]* Non sic qui Diaboli accipiuntur ex pena, scilicet ex delicto. Rarus non parentum mœror, ac domus exitium.]

Filius ex dono Dei acceptus solet parentum æternare lætitiam.

4. ET CIRCVMCIDIT, &c.] Durum planè parenti vnigenitum sauciare, Risum dolore afficere: sanguine cruentare.* Sed præceperat Dominus, cuius imperio humanus decedit affectus.

Filij ex peccato pletum, què parentum mœror.

Dei imperio humanus decedit affectus.

5 CVM CENTVM, &c.] Abrahamus centesimum annū agebat, cum Isaac natus, ac circumcisus est. Antè annum enim centesimū præceptum de circumcisione acceperat. Ideo non aptè aliqui particulam, *Cum centum esset annorum* ad proximum illud: *sicut præceperat ei Deus* referre conantur.

6 DIXITQVE, &c.] Dominus gaudio repleuit

tuit, quicumque autem me matrem aspectans, arridebit gratulabundus.

7. RVRSVMQVE, &c.] Hebr. Quis diceret Abrahæ, Nata tibi proles seni ex anu Sara: quæ quidem lactat filium, in partus ab ipsa editi; & non supposititi documentum?

8. CREVIT IGITVR, &c.] Cum Isaac quintum ætatis ageret annum de illius temporis more, à lacte amouetur, instaurato conuiuio. Vsu enim Hebræorum a conceptione fœtus vsque ad infantis ablactationem patres ab vxoribus abstinebant. Vnde quandò filius trahebatur a lacte, velut instaurato coniugio, epulum solemne instruebatur. * Olim continentia plures dies Nuptiales instruebat; vereor nè incontinentia nunc matrimonium reddat æternum.]

Continentia facit matrimonium diē Nuptiarum, seu disponsationis.

9. 10. CVMQVE, &c. EIICE, &c.] Ismaëlem ancillæ filium de seruitutis penu cum Isaaco filio suo lascinientem more puerorum Sara aspectauit. At ne iocus Isaacum lasciuiam edoceret: rogat maritum & filium & matrem e domo turbari. filium quidem lasciuiæ magistrum; matrem autem petulantiam filij nō coërcentē. * Timuit prudenter Sara, nè scintilla infantili ætati immissa ab inuerecundo socio iuuentlem ætatem succenderet.] * Nihil accuratius parentibus, quam filios à prauis sociis coërcere. Nam quod semel imbuta recens, &c. Ex Paulo Gal. 4. colligo iocos illos Isaaco noxios persecutionē fuisse. * Horribilis enim persecutio est, te docere impietatem. Hostis est, non amicus quicumque tibi delinquendi magisterium exponit.

2. *Ludit Ismael cum Isaaco, exturbatur è domo.*

Puerilis inculpabilis lasciuiæ iocus iuuenilē assolet succedere ætatem.

Parētes à sociis prauis filios coërceant.

Qui te edocet impietatem, hostis est non amicus.

11. DVRE ACCEPIT, &c.] Agnouit vir prudentissimus Saram iuste querulam. At natura ex filij exilio parentis præcordia sauciauit. * Nec enim arguit imperfectionem ex naturæ vulneribus sanguinem emittere. Deus namque non vult fideles suos insensibilitate, sed patientia adamantes. Ex morte filij lacrymas profundis sed ærumnæ te voluntati accommodas: ista fragilitas coram Domino fortitudo est.]

Non est imperfectio vulneribus naturæ sauciari.

Deus vult suos esse patiētia, nō insensibilitate adamantes.

12. CVI DIXIT, &c.] Consilio tuæ vxoris primariæ obtempera. * Vir prudenter se vxoris consilio accommodat, cum exponitur vt se. Nec dedecet virum mulieris hærere dictamini.] Posteri, addit Deus, tui qui descendent ex te per Isaac non qui per Ismael, Abrahæ filij vocabuntur: & ex illis non ex Ismaële benedictum semen orietur. * Filij enim qui parentis probos mores non exprimunt, digni, qui à filiorum catalogo expungantur.

Nō dedecet vir in prudentē mulieris hærere dictamini.

Filios nō referēs probos parētis mores, à filiorū catalogo expungitur.

13. SED, &c.] Gratia verò parentis iusti, filium Ismaëlem magnæ, ac robustæ prolis parentem efficiam. O quotiens prauo filio in gratiam probi parentis cœlestia munera impertiuntur. Cur ergò despicis eum, cuius iustitia tua est protectio.

Ob probum parentem dona assolet prauo filio consulere.

14. SVRREXIT, &c.] Postquam Abraham non in nocte, vt prudentes alij, consilium capiens: Sed Dei imperio instructus mane Agar & puerum decimum septimum iam annum agentem, & exiguam tradidit annonam. Quam diligenter Abrahamus Ismaëlem exturbauit e domo! * Incommoda puerorum ex improba societate pestis est. & sero medicina parabitur, si non incunctanter malo occurritur.] Oneratam ergo pane, aqua, ac filio dimisit. Hebr. *deduxit.* Vrbane enim Abrahamus emolliens exilij instantiam blando sermone aliquanto spatio Agar, ac filium est prosecutus. * Laudabilis comitas heri circa famuli dimissionem Qui pane tuo victitauit, exeat e domo tua tristis, sed non actus acerbatione.] Porrò Agar ignara viarum apud solitudinem Bersabee, num hàc num illac iret, incerta erat consilij

3. *Dimittuntur Agar, & Ismael, ex siti iā iā periclitantur Deus succurrit infanti, crescit, ducit vxorē.*

Incommoda filiorum ex praua societate pestis est. illico exterminanda.

Laudabilis comitas herorum circà famulos dimittendos.

15. CVMQVE, &c. 16 ET ABIIT, &c.] Æstu puer ex ætate minus patienter afficiebatur, post aquæ adlatæ è domo insumptionem. Parens autem afflicta putans iam de filio actum, tanquam desperatum iuxta virgultum abiecit; recessitque arcus ad iactum, non sustinens filium animam agentem videre: & de affectu materno cor profudit in lacrymas. * Horribilis tortura parenti filij obitum aspectare. Hinc Deiparæ cruciatum iuxta Crucem IESV Filij vnigeniti, stantis agnosco.

Quàm horribile matri filium aspectare obeuntem!

17. EXAVDIVITQVE, &c.] Porrò Deus clamantis pueri vocem exaudiuit. Non parentis? Planè Agar etiam clamor ad diuinas peruenit aures * Sed innuit Moses Deum matris non audisse clamorem: sed pueri; quia clamor matris e filij tribulatione assolet esse irrationalis, indignus quidem qui à Domino exaudiatur.] Certè licèt Agaris clamor dignus esset, qui exaudiretur, innuit Textus clamorem filij laborantis exauditum fuisse. * Nè putares laborantium causam intercessione aliena indigere.] * Addo puerum non clamauisse, quia articulus illius particulæ: *Sedit contra* fœmininus est, nec puero conueniens. Dicitur autem Deus vocem clamantis pueri audisse; quia ipsa laborum tolerantia in innocente validus Deo clamor extitit. Noli ergo, Deus inquit, timere Agar, filij mortem, non enim exitialiter percutietur à siti.

Clamores matris ob filiorum incommoda assolent esse irrationales, nec a Deo exaudiuntur.

Laborantis causa non indiget intercessores. Ipsa laborū tolerantia in innocente validus Deo clamor est.

18. SVRGE, TOLLE, &c. Modus tollendi à matre pueri decem & septem annorum indicatur. Manu tolle Ismaëlem, qui iam baiulationi ineptus. * Nimium affectuosæ actiones matrum in filios taxantur.] Vel quando Agar filium quasi resurgentem recepit, eius tangit manum, haud dulces ruit in amplexus.

Nimiū affectuosę actiones matrum in filios taxantur.

19. APERVITQVE OCVLOS EIVS, &c.] Turbata dolore Agar fontem non viderat, Dei autem beneficio aduertit; Angelus enim, Dei gerens personam vbinam fons efflueret, indicauit. Implet vtrem (Hebr. aptius *vas*) filij labia vnda rigat, & exitiali puer liberatur ab æstu. O quoties ad manum adest ærumnarum remedium, & nostra non aduertimus cæcitate! Oculi mentis orationis excercitamento a Domino acuantur, illicò malis paratur medicina.]

Sæpe ad manū habes ærumnarum remediū, & nō vides, quia mentis lumina non aperit orationis exercitium.

20. ET FVIT CVM EO, &. Porrò Deus qui oculos matris ad aspectandum puerum aperuerat, adfuit Ismaëli, illique fauit in Abrahæ parentis sui gratiam * Semen etenim iusti nunquam à Domino derelinquitur.] Puer igitur fit iuuenis, à iuuentaque

SS. Patrū gratia nepotes filiis beneficia cōfert.

que venationi, feratumque sagittationi dedi operam. * Quid ni tam egregius robore vi ostentaretur, qui ab adolescétia didicerat?]

Vir fortis à iuuentu diset fortitudinem.

21. HABITAVITQVE, &c.] Agar & Ismael fuere Deserti Pharan, quod trans Arabiam contra plagam Australem adiacet habitatores. Mater autem Ægyptia curauit filium Ægyptiam fœminam sibi coniugem aptari. * Vt ostendat nunquam non dulcem patriæ amorem.]

Dulcis amor patriæ.

4. Percutit. Abrahā cum Abimelech fœdus.

22. 23. EODEM, &c.] IVRA ERGO, &c. Cum viderent Rex Princepsque exercitus eius Abrahamum diuitiis abundare, cunctaque ei prospere accidere: prudenter asserunt, Deum cum eo specialissimè commorari. Omnia enim, quæ ad iustos attinent, prosperantur.] At si eum virum sanctitate eximium existimabant, non apte postulant, ab eo eis nullum inferri nocumentum. * Iustus enim proximo nocere non potest. Nam quod sibi iustus non vult, nunquam proximo contulit.] Hebr. loco illius particulæ: *noceas mihi* est, *Non mentieris mihi*, mecum dolo non ages, nec meis eris inimicus. * Et quando mendacium aliis non attulit nocumentum?] Obsecro igitur, vt sicut de te bene merui, sic tu de meis bene merearis * Nullus tam stricta lege postulat à te in se beneficia, quam ille, qui tibi beneficia contulit.] Vt autem Rex nulla posset dubitatione affici circà suæ petitionis effectum iuramento postulat confirmari. * Nullus enim cordatus potest credere non implendū id quod iurisiurādi religione firmatur.

Omnia, quæ ad iustos attinent, prosperantur. Quod sibi iustus non vult, proximis nō facit.

Mendacium semper est proximi nocumentum. Ille à te iuste postulat beneficia, qui in te beneficia contulit. Cordatus nō credit, posse violari id, quod iuramento firmatur.

25. 26. DIXITQVE, &c. ET INCREPAVIT, &c.] Circa emittendum iusiurandum annuit Patriarcha. At conqueritur, quod à Palæstinis vi ereptus fuerit ei puteus, quem ante emissum Agar serui eius effoderant.

26. RESPONDITQVE, &c.] Multa à ministris Regum nomine iniusta geruntur, quæ eorum fugiunt cognitionem. * Profectò qui iniuria afficitur deberet, Regem cōmonefacere, Magistratus scilicet adire querulus, vt ministrorum frangeretur audacia.] Asserit ergò Rex nec nomen litis huiusce hactenus audiuisse, quia amans pacis Abraham querulus ad eius tribunal non accesserat.

Multa iniuste geruntur Regum nomine inscio Rege. Qui iniuria afficitur cōqueratur.

27. TVLIT ITAQVE, &c.] E gregibus, armentisque Abraham optima elegit, vt Regi munus gratitudinis ergo deferret. * Illa enim commendabilis gratiarum actio, quæ non solum est dictio, sed animum expositio ostendat in munere.] Exhibitione muneris, fœdus initur placidè.

Commendabilis gratiarum actio, quæ ō [illegible] est dictio.

28. 29. 30. ET STATVIT, &c. AT ILLE, &c. * Nullum digniorem testem ad ius firmandum apud mundiale tribunal assolent homines statuere, quàm donaria.] Mei iuris, ô Rex, septem agnæ, quas defero munus: sint testimonium. Doni memor, me autorem putei, recordaberis.

Munera assolenta iuris esse testes apud tribunal mundiale.

31. IDCIRCO, &c.] Hebr. *Bersabee* duplici dictione, idem est, ac *Puteus iuramenti*, vel *Puteus septem*, scilicet agnarum, quas Abraham pro puteo, & loco circumiacente Regi tribuerat. Quia igitur Abraham septem agnas Regi fuit impertitus cum vterque iurauit: locus ille *Puteus septem* agnarum est appellatus, vel *Puteus iuramenti*. * Vides septem agnas dono Regi expositas æternùm nominari. Mirum Reges tam tenacis esse memoriæ circa ea, quæ munifico accipiunt à subdito.] * Crediderim, ideo munus illud æterna decorari memoria, quia cum iuramenti religione colligatur: *Puteus septem agnarum*, seu *Puteus iuramenti*. Quod enim sacris seruit æterna memoria colitur.]

Reges illius accepti muneris obliuiscuntur. Quod sacris impenditur, æternùm ducit hominū memoria.

32. 33. ET INIERVNT, &c SVRREXIT, &c.] Se se Rex, & Princeps exercitus in Palæstinam recepere: Abrahamus autem perennis aquæ ad irrigationem vberem dominus plantauit hortum arbore densum (Sic Hebr. אשל. *esel*) optimis plenum fructibus, vbi peregrinos exciperet, & recrearet: id pro mercede paciscens, vt Creatorem hortos timerent, & colerent. * Nihil prius ex hortorū amœnitate tuam subeat mentem, quam Creatoris tantæ pulchritudinis commendatio.] * Edoceantur pauperum subleuatores, simul cum temporaria eleemosyna spiritualem esse inpendendam. Commendo meæ Societatis IESV morem. Cum enim pauperibus ad ostium communiter stipes corrogatur, simul doctrinæ Christianæ dogmata enunciantur.] Certè altare Abrahamus excitauit in nemore, vbi Deum decentius posset inuocare.

Cum hortorū amœnitate poteris, Creatorem lauda. Cum stipes pauperi impenditur, simul sacra dogmata edoceantur.

34. ET FVIT, &c.] Incola fuit Patriarcha Palæstinæ ditionis. Quomodò incola, si peregrinus? * Quia viri perfectionis studiosi sic sunt accolæ terræ, vt nunquam in terra commorari videantur.

Sic iusti terræ accolæ; vt nunquam in ea morari videantur.

CAPVT XXII.

Iussus Abraham à Deo filium satagit immolare, ab Angelo prohibetur ariésque immolatur. At tam augustæ obedientiæ præmium augustas accipit benedictiones, Nachor fratris Abrhaæ progenies texitur in Rebeccæ futuræ Isaaci sponsæ introductionem.

1. QVæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. 2. Ait ille: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. 3. Igitur Abraham de nocte cōsurgens, strauit asinū suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: Cúmque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus. 4. Die autē tertio, eleuatis

oculis, vidit locum procul. 5. Dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino. ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. 6. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum; ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent simul, 7. dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? 8. Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: 9. & venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cùmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. 10. Extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. 11. Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. 12. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui quòd times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. 13. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. 14. Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. 15. Vocauit autem Angelus Domini Abraham secundò de cælo, dicens: 16. Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: 17. benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. 18. & BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. 19. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abierúntque Bersabee simul, & habitauit ibi. 20. His ita gestis, nunciatum est Abrahæ quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo. 21. Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, 22. Cased, & Azau, Pheldas quoque & Iedaph, 23. ac Bathuel, de quo nata est Rebecca: octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. 24. Concubina verò illius, nomine Roma, peperit Tabec, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

COMMENTARII.

1. *Probatur Abraham à Domino.*

VERS. 1. QVÆ POSTQVAM, &c.] Iustissimum Abrahamũ Deus post hæc de more probat, vt quanta in eo lateat virtus, appareat. * Virtus tentationibus non probata adeo dubia virtus apparet, vt eius quodammodo suam cognitionem fugere ostendat.] Clamat itaque Deus, *Abraham, Abraham*. Replicatio nominis hic Dei ad actionem probandi alacritatem ostentat, non Abrahæ ad obediendum promptè renitentiam. * Verus enim obediens ad primam nominis expressionem, expectante Domino, respondet: *Adsum*, seu, *Ecce ego*. sic Hebr.

Virtus tentamine non probata, velut dubia exponitur.

Verus obediens ad primam Præsulis vocem respondet.

2. [TOLLE], &c.] Tolle, inquit, filium vnigenitum ex Sara vxore primaria: quasi filij ex secundaria vxore ad filiorum numerum non pertineant. * Quid filij ex adulterio? Strictiori lege è filiorum hi cathalogo debent expungi. Quem diligis. Hebr. *Dilexisti*. Cogita, iam te non habere, quem diligas, dilexisti, deperijt, tibi adest emortuus. Certe quælibet humana voluntas quantumuis licita de præterito existimanda est, de præsenti nunquam ob exiguam eius durationem.] *Isaac*, qui tibi causa risus aliquando, nunc mœroris occasio. * Vel perfectus filius aliquando parentibus adest tribulationis causa. Qui filios expetis, credas te necessario doloribus

Filij ex adulterio velut non filij.

Quælibet humana terrena voluptas de præterito existimanda, ob exiguam durationem.

Qui expetis filios, necessarium ambis dolorem.

addicere, ambire labores.] In terram visionis abire præcipitur per anticipationem, postmodum enim ab Abrahamo nomen illi inditum. Profecto cũ de laboribus à iusto viro exanthlãdis mentio agitur, quasi inseparabiles Dei oculi aspectaturi memorantur: *Deus videbit*. * Nihil enim tribulationibus magis agnatum, quam à Deo videri actos tribulatione.] Ad terram visionis siue ad montem Moriah mittitur. Hebr. מראה *raah*, id est, *Myrrha Domini*, *visio Domini*. * Ibi enim adstat Dominus aspectaturus; vbi laborum myrrha iustos acerbat. Ibi iubetur filium in holocaustum omninò absumendum Numini litare.] * Vera enim Deo ab homine oblatio exponitur, quando totius offertur affectus.

Tribulatione actis semper à Deo videtur.

Ibi aspectat Deus, vbi iustos acerbat.

Vera Deo libatio, cum totus cordis litatur affectus.

3. IGITVR ABRAHAM DE NOCTE, &c. Hebr. *Mane surrexit Abraham de mane*; hoc est, primo mane surrexit, iumentum parat, iuuenes duos suscitat, & Isaacum: ligna succidit, ad locum, quem dixerat Dominus profecturus. Porro Isaac annum vigesimum quintum agebat. Cur de Sara nulla mentio peragitur? Quia inscia vxore, Abrahamus profectus est, ne lacrymis maternis feruorem obedientiæ currentis extingueret: * & quia spiritualis vir nunquam nisi spirituali Magistro debet ea quæ ad cœlestes visiones attinent, manifestare. Vt taxabiles ostendentur mulierculæ, quæ reuelationes affectant, vt possint omnibus aperire.

3. *Pergit Abrahã ad holocaustũ offerendũ.*

Vir spiritualis nulli cœlestes reuelationes ãperiat.

4. DIE AVTEM, &c.] Aliquo signo dato à Deo,

à Deo, siue ex ipsa cordis indictione collem cognouit, apud quem Deus fieri volebat sibi sacrificium. * Assulet cor, præcipue circa euentus funereos, velut tactus numine futura præcinere, aut lamentari.]

Cor futura incommoda præcinit.

5. Dixitqve, &c.] A famulis abstrahitur Patriarcha, * quia solius Domini in conspectu præstanda documenta iustitiæ, quam arbitris assolent oculi deturpare] Expectate (inquit famulis) donec Isaaco cumite adorationi studium impendo. Perfecto enim sacrificio ad vos remeabimus. An accusandus mendacij Diuus? Si filius holocausti victima, quonammodo ad famulos erat reuersurus? Credidit filium suscitandum à Deo, qui promiserat ei semen ex Isaaco, cuius v...um irritum esse non poterat. * Seu credid... se filium retinere, cum Domino litat; quia quod Deo datur, apud largitorem verius retinetur.] Certè Abrahamus credens filium suscitandū, non sciebat quonam tempo... resurrecturus esset: vnde aptius credider..., de se solo locutum numero plurali more Hebræorum. *Reuertemur ad vos.*

Iustitiæ opera fugiunt hominum oculos.

Quod Deo datur, verè apud largitorem retinetur.

6. Tvlit qvoqve, &c.] Filio portat ligna eius humeris adddicente ea genitore: vt Christi suam baiulantis Crucem imaginem gereret. Patet autem manibus & gladium & ignem ostentāt, ignem vtique amoris diuini, gladium doloris immanis. * Nec enim tam horribilis dolor potest tolerari, nisi ex egregia in Deum charitate. Ignis igitur vulneris addicitur in medelam.

Dolor maximus tolerari non potest, nisi ex egregia charitate.

7. Dixit Isaac patri svo, &c.] Omnia ô pater, ad holocaustum præparasti, solummodo non curasti de victima offerenda. * Haud alienum à probo filio, parentem de incuriis, aut negligentiis circa Dei obsequium submissione comite commonefacere.

Licet filio probo, parētem de negligentiis monefacere.

8. Dixit avtem Abraham, &c.] Cœcæ obedientiæ ô fili, (Abrahamus respondet) exemplum te exhibere oportet: Igna gesta, parentem sequere, Deus etsi modum nescias, sacrificio adiiciet perfectionem. * Præcipiente Præsule aliquid, subditus obediat ad vnguem sine respectu ad consequentis. Ideo enim cœca dicitur obedientia, quia nihil respicit, sed præcipientis manu dirigitur. * *Pergebant ergo pariter*, quia Abrahamus Præsul suum cœcum subditum dirigebat.]

Cœca obedientia consequentias rerum non respicit.
Præsul cœcū subditum dirigit.

9. Tenvervnt ergo, &c.] Tenuerunt ergò cum montis Moria collem, qui Caluariæ dicitur, quo quidem Isaac verus Cruci erat suffigendus: vt iam olim Seruatoris mors mundi reparatrix appareret in typo. Inibi fosso cespite, & aliqoot coaceruatis lapidibus altare extruit Patriarcha, ligna igne componit absumenda; & declarata filio prius Dei voluntate (ne crudelitatis Præsulem incusaret. * Oportet aliquando, Prælatum subdito imperij duri aperire rationem, ne ansa præbeatur scandalo]) nec illo recusante mortem, sed libenter admittente: ipsum vinculis constringit. Quare victimam alligat? * Vt Religiosi subditi moneantur, prudentis Præsulis esse perfectiores subditos alligare. Non quidem quia de eorum virtute aliqua suspicio sit oborta; sed ne occasionis instantia aliquid contrà perfectionis studium admittant.] * Alligentur subditi sanctissimi, ne soluti incedentes, extrà clausulam, aliquo contrà voluntatis præscriptum piaculo inficiantur, quod voluntatis propositum infirmet.]

3. *Alligatur Isaac, gladium pater stringit, à Domino retardatur, & aries offerēdus obiicitur.*

Oportet, Præsulem aliquando subdito aperire rationē.

Prudētis est Præsulis, sāctos subditos alligare domo, nè occasionis vi delinquant.
Multi studētes perfectioni si soluti incedāt, infirmantur.

10. Extenditqve manvm, &c. 11. Et ecce, &c.] Iam Diuus gladium exemerat brachiumque porrexat (non corde ministrante vires, sed animi constantia) vt vulneraret filium, cum Angelus è superis inclamauit replicato nomine: *Abraham, Abraham* Geminat certè nomen, nè parens obedientissimus animo incitato præueniret. * O quam veloces veri obedientis existunt actiones. Vel Deus vereri quodammodo potest, nè à vero obediente præueniatur. *Ecce ego*, Abrahamus respondit. Tam promptus respondet, cum imperatur iugulare filium. * Vere obediens æque se se commodis, aut incommodis paratum ostendit. Haud velocior cucurrit ad parcendum, quam ad iugulum properarat. Filius est occidendus? *Adsum.* Filio parcendum? *Adsum.* O veram obedientis subditi effigiem!]

Velocissimæ veri obediētis actiones.

Tam diligēs se ostendit verus obediēs ad imperia data, quā ad cōmoditatis præcepta.

12. Dixitqve, &c.] Iam filium acriter mentis promptitudinē vulnerasti, sanguinem iam ex dirius tuo corde vulnerato emisisti: contrahe brachium, gladij aciem vitæ duplicis hebetasti cruore, caeternæ parcè executioni. *Nunc* (more humano loquitur) dignoui, te ad perfectorum pertinere catalogum. Et non anteà cognouisti? * Certè quæcumque homines iusti exprimunt sanctitudinis documenta velut nulla quodammodo, dum egregiæ abnegationis voluntaria non offeratur occasio Diuitiis amissis, toleto patienter fortunæ vulnus. Nondum te probasti perfectum, donec strepitu à Domino tuo filio iminatutè, Deum gestias, profusis laudibus acclamare. Propter Deum vnigenito, quantum in te fuit, non parcis? Iam te virum perfectum agnosco.

Quasi nōd probasti te perfectū, tolerans fortunæ labores: dū filium nō ploras (constāter) amissum.

13. Levavit Abraham, &c.] subleuans oculos Abrahamus, vt ad locum, è quo vox profluebat, animum ostenderet eleuare: arietem vidit verum alicundè ab Angelo adductum, qui quidem cornibus in implexis (Illud inter vepres Hebr. בסבך. *bassebac, implexorum.*) den sotum virgultorum ramis hærebat. Porrò illum arietem *post tergum* suum aspectauit: conuerso enim corpore leuauit oculos; quia post tergum vox cœlestis intonuit, vt veluti à tergo brachium instaorem vulneri impediret. Id certè ad Christi in Cruce typum Patres referunt, ex complicationeque, aut impleaione, quam vox Hebræa significat colligunt vincula peccatorum hoc in ligno soluta. * Implicatur enim specie tenus Dominus peccatorum vinculis, vt ea suæ fortitudinis cornibus comminueret]

Christus hærens cornibus peccatorum implicamentis sua fortitudine cōminuit.

14. Appellavitqve, &c.] Abrahamus loco nomen imposuit ex eo, quod ipse n. 8. filio suo responderat, *Dominus prouidebit*, siuè vt alij vertunt, *Videbit.* Hinc forma adagialis apud Hebræos in angustiis constitutos, Deique auxilium

In monte Caluariæ sêper Deus nostras videt ærũnas, vt succurrat.

optantes, *In monte Dominus videbit.* Ac si dicerent: sicut in monte extremo in periculo Abrahæ patri nostro succurrit, sic etiam oostri miserebitur. * *In monte* qoidem; vbi Dei oculi nunquam noo hominum ærumnas aspectant. Vbi enim Domioicæ passionis memoria geritur, ibi miseriæ nostræ infallibilis subleuatio asseritur. Igitur in monte Caluariæ semper Deos nostras videt ærumnas, vt succurrat laborantibus.]

4. Abrahã benedictionibus cumulatur.

15. 16. 17. 18. VOCAVIT, &c. PER, &c.] Cùm Deos oõ possit per maiorẽ se iurare, iurat in semetipso: Quia filio propter me necem inferre voluisti, te omnibus opplebo benedictionibus. Filij tui Chananæorum vrbes sub Iosue, Palæstinorum, Ammonitarum, Syrorum, &c. sub Dauide, ac Salomone pedibus victoribus possidebunt. (Synecdoche planè, nam per portas Vrbes ipsæ intelligunur.) Quid plura? Posteritas tua stellis ex spleodore, pulueri ex ingenti numero comparanda, Christi erit foos, vnde egressus læuificaos flumus cunctas orbis terrarum gentes benedictiooibus faciet exundare. Propter semen tuum, qui est Christus omnes gentes benedicentur. *Quia obedisti voci meæ.* Hebr. עקב *EkeKeb merces quia obedisti.* * Obedientiæ merces Christus ipse cunctis rebos stipatus, adscribitur.

Obedientiæ merces Christus, & omnia.

19. 20. 21. 22. 23. 24. REVERSVS EST ABRAHAM, &c.] Abrahàm ergo & Isaac remeaot ad famulos, pergunt ad Bersabee inibique habitant. Abrahamo verò núciatũ est, fratrem eius Nachor ex primaria vxore Melcha octo filios, ex secnndaria autem Roma quatoor accepisse. Profectò primogenitus ex Melcha fuit Hus ex cuius semine Iobus. Vltimos autẽ fuit Bathuel Rebeccæ parẽs. Crediderim sequẽtẽ geoealogiã expressã fuisse propter Rebeccã Isaaco quæsitam vxorem.

CAPVT XXIII.

Sara excedit è vita, cuius cadaueri sepeliendo agrum Abrahamus cum duplici exemit spelunca. At à nomine Ephron agri venditore Vrbi, agroque nomen adscripsit.

1. VIxit autem Sara centum vigintiseptem annis. 2. Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron: in terra Chanaan: venitque Abraham vt plangeret & fleret eam. 3. Cúmque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens. 4. Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum: vt sepeliam mortuum meum. 5. Responderunt filij Heth, dicentes: 6. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullúsque te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. 7. Surrexit Abraham &, adorauit populum terræ, filios videlicet Heth: 8. dixitque ad eos: si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor: 9. vt det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. 10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth: Respondítque Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens: 11. Nequaquam ita fiat, domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum. 12. Adorauit Abraham coram populo terræ. 13. Et locutus est ad Ephron circumstante plebe: quæso, vt audias me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo. 14. Responditque Ephron. 15. Domine mi, audi me: Terra quam postulas quadringentis siclis argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. 16. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. 17. Confirmatúsque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse, quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, 18. Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. 19. Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre. Hæc est Hebron in terra Chanaan. 20. Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filiis Heth.

COMMENTARII.

VERS. 1. VIXIT SARA, &c.] Pulchra admodum Abrahami coniux, quæ ex nimio decore post tot annos coniugij ipsi marito pulchra ostendebatur: *Noui, quod pulchra sis mulier,*) tandem senij fœditate conficitur. * Si tam diuturnus splendor obnubilatus est, quid exiguæ ætatis nostræ pulchritudo cum floribus iungens sepulchro cunabula?]

1. *Ætas Saræ, mors, luctus.*

Pulchritudo citò marcescit.

2. ET MORTVA EST IN CIVITATE &c.] Apud Cariatharbee (sic Hebr.) dilecta Abrahami coniux emoritur, absente (probabiliter) Abrahamo, qui venit ad Vrbem, vt coniugi iusta solueret. Scio, apud Hebræos venire idem sæpè esse ac se accingere ad aliquid faciendum; vt sit sensus, Mortua Sara maritus eius funeri studium impendit. Preme illud: *Vt plangeret, fleret eam.* Videturne tibi particulam *Et fleret* redundare? Non redundat; replicantur enim verba *plangeret, fleret* vt Abrahami luctus vehementia signaretur. * Vix satis tanto fletu optimæ coniugis mors honoratur. Nisi sanguinem fleueris, non dignè sanctæ coniugis exprimes desiderium.]

Optimæ coniugis mors multis lacrymis prosequenda.

3. 4. CVMQVE SVRREXISSET, &c.] Profectò Abraham surrexit (sic Hebr.) desuper mortuo suo, in cadaueris enim amplexus irruerat. Non quidem vt muliercus deploraret vxorem, sed vt pius sanctæ fœminæ cadauer oscularetur. * Dedeceret enim prudentem virum gesticulatrices mulierculas imitari circa functorum vita luctum.] Porro ad populum Hethæorum profatur Aduena sum, nec apud vos à parentibus reliquum accepi hæreditate sepulchrum: ideo sinite inter vos mortuam quiescere, quam diù apud vos viuentem venerabilem iudicastis. Date ergo mihi possessionem, seu hæreditatem sepulchri. Cur sibi seorsim postulat sepulturam? Ne sepulchris idololatrarum sancta cadauera miscerentur. * Vel improbi mortui sancto mortuo fugienda societas.] Certè *tò mortuum meum* idem est ac *cadauer* meæ vxoris. Nisi velis masculina in terminatione efferri vt virilis fœminæ illius virtus innueretur ab oculato teste. Sanctæ enim viragines viris sæpè esse assolent superiores. In vita functam vxorem *mortuum* appellauit maritus, vt innuat sexus distinctionem & imperfectionem iam terminatam; quia in superis non nubunt neque nubentur? Durat ibi sexus ad gloriam, ad submissionem erga virum immutatur: iam mortuus est, non mortua, cum viris annumeranda.

2. *Sepulchrum curat emere.*

Dedecet viros, gesticulatores esse circa suorum luctum.

Vel mortui impij pio mortuo fugienda societas.

Fœminæ sanctæ viros superant.

Mortua fœmina, sexus fœminei imperfecta distinctio terminatur.

5. 6. RESPONDERVNT FILII HETH, DICENTES: &c.] Princeps es magnus: (sic *montes excelsi montes Dei* appellantur) inter sublimiores apud nos Primores computaris. Vndè in honestissimo sepulchrorum nostrorum poteris cadaueri vxoris tuæ parare sepulturam. Nemo enim futurus adeò inurbanus, vt te audeat prohibere: quin omnes tanti honoris auari suas tibi certatim offerent speluncas. * Porrò Principi nulla abnegantur. Pauper postulet: reijcietur; diues innuat; cuncta eius parebunt voluntati.]

3. *Gratis offertur tenuenti Abrahamo sepulchrum.*

Nihil diuiti abnegatur: omnia pauperi.

7. SVRREXIT &c.] Demissè se inclinauit Abrahamus, vt ciuili honore gratias gereret filijs Heth. Profectò incuruatio illa vrbanitatis adoratio dicitur, vt profunditas demissionis innuatur. * Princeps magnus semper pronior ad vrbanitatis actiones. Altitudo etenim Principatus semper agilior ad ima descendit. Inurbanitas vulgaritati addicta est.]

Principes proniores ad vrbanitatis actiones. Vulgarium est inurbanitas.

8. 9. DIXITQVE AD EOS: SI PLACET ANIMÆ, &c.] Si vobis (inquit Abraham) acceptum est, rogo fieri pro me aduena accolæ intercessores apud Ephron, vt dignetur pretio iusto mihi tradere speluncam, in qua duplex concameratio altera interior, altera exterior: altera ad viros, altera ad fœminas condendum. * Vel post mortem curant Diui decentiæ prouidere. Iam dissolutum ex morte coniugium? Ergo & cadauera separanda. O egregium puritatis documentum! Virile cadauer à fœmineo non suo laudabiliter remouetur & existimas decenter vir cum non tua viuente viuens diu commorari?]

Vel post mortem curant Diui cadauer virile, à fœmineo non iam suo separari.

10. HABITABAT AVTEM EPHRON &c.] inter Hethæos Ephron commorabatur; hunc adit Abraham ciuibus cinctus illis, rogat eum speluncam duplicem pretio digno tradere. At ille vrbanitatis ergò, audientibus cunctis, qui iuxta portam, vbi iudicia & cõmercia exercebantur aut ingressuri, aut egressuri aderant, profatur.

11. NEQVAQVAM ITA FIAT; &c.] Laudabiliter quidem Ephron cum memoria sepulchri peragitur, non vult studere auaritiæ, sed gratis curat agrum & speluncam Abrahamo tradere. * Audito enim sepulturæ, & mortis nomine, quis poterit cordatus acquisitioni diuitiarum curam expedire?] Ergo inquit, O domine, non speluncam solum, sed & agrum totum gratis tuæ ditioni adscribo. Filij populi mei audientes instrumenti firmi exerent vices. Tuæ ergo vxoris cadauer sepelias.

Audito mortis nomine, nemo cordatus potest acquisitioni diuitiarum studere.

12. ADORAVIT ABRAHAM CORAM, &c.] Gratitudine affectus submissa corporis capitisque inclinatione munificentiam Ephronis Patriarcha rependit. * Pretium vrbanitatis vrbanitas.

Vrbanitas vrbanitate rependatur.

13. ET LOCVTVS EST AD EPHRON &c.] Chald. *Si tu vtique facis mecum misericordiam, audi me* siquidem tam munificum, & misericordem te ergà me ostendisti, te magis munificum experiar, si digneris pecuniam pro agri commutatione accipere. Immisericors enim est quodammodò, qui pecuniam non accipiens animum sic beneficio onerat, vt recipientem cogat sub importabili pondere ingemiscere.]

4. *Offert Abrahamus pecuniam, numerat, monumentoque potitur, sepelit vxorem.*

14. RESPONDITQVE, &c.] Video te nolle gratis accipere munusculum. Ideóq. tua prece coactus agri valorem aperiam. Quadringentis siclis stat. (siclum vidisti quatuor regalibus nostris respondere.) At non decet te vel me, qui & amici, & diuites sumus de

Beneficium accipiens sub pondere gemit, si grato animo imbuitur.

de tantula summa solicitari; gratis accipe tuæ vxoris cadaueris sepulturam. Certè ex aliorum sententia particula, illa: *Sed quantum est hoc?* refertur ad vilipendium cuiuslibet pecuniæ, si cum pretiositate sepulchri comparetur: Minus est hoc quam valet.* Nec debet comparabilis fieri terrena diuitiarum mole thesaurus memoriæ mortis, quo cœlestes diuitiæ acquiruntur.]

Non est comparabilis pecunia memoriæ mortis thesauris.

16 QVOCVM, &c.] Audiuit Abraham munificã Ephronis promissionem, adiudicans magis verbis, quam pectore de sæcularium more expressam: coram Hethæis quadringentos siclos suos, mille supra sexcentos argenteos nostros monetæ quidem inter mercatores transeuntis (Hebr. hic) vulgo nostro, *de dar, y tomar*, prompto animo numerauit. Preme illud: *Appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat.* Quomodo postulauit pecuniam, quam potius postulauit non appendi?* Quia viris cordatis, qui secularium verborum inanitatem norunt, idem est munifice offerre, ac pretium postulare. A mundialibus Principibus plerumque promissio munifica, & liberalis exactio pretij est.]

Vrbanæ oblationis inanitas in mundialibus Principibus.

17. CONFIRMATVS, &c.] Firmo ergo, & stabili iure ager olim Ephronis translatus est ad Abrahami hæreditatem. Iacebat itaque hoc in agro spelunca duplex Ebron, seu Cariatharbee respiciens. Adoontarim Ephronem natu maximum, è filiis Emor, suo, & fratrum nomine agrum Abrahamo venditisse. Ne obiicias Stephanum asserentem, Abrahamum à filiis Hemor agrum esse mercatum. Act. 7. Cur, quæso, tot verbis speluncæ duplicis exprimitur emptio, cum alia grauiora facinora per transennam scribantur?* Certè quia commendabilis admodum iusto cura pro mortuis.

Commendabilis admodum cura pro mortuis.

18. 19. TRADITVS EST, &c.] Traditus est a Iudicibus Abrahæ in possessionem ager ille, coram filiis Heth, & cunctis, qui Vrbem ingressuri accedebant ad portam, vbi contractus celebratus. *Atque ita*, id est, quia ager ille venit ad Abrahæ possessionem, sepeliuit vxorem in specu duplici quæ versus Mambre, seu Hebron in Terra Chanaan. Annon vni cadaueri vnus speluncæ sinus sufficiebat? Ita planè.* At quum maritus sepeliendo vxoris cadaueri curam impendit, consideratè debet suo met cadaueri alteram præparari fossam. Vnde cuilibet aut coniugi, aut amico, aut parenti duplex sepulchrum extruendum; vt dum aliorum corporibus iusta soluit, propriæ sepulturæ recordetur.

Cuilibet præparetur sepultura duplex. Cum sepeliendæ vxori, filio, seu amico curã impendit, propriæ memor sit sepulturæ.

ET CONFIRMATVS, &c.] Non solum per emptionem firmo& stabili iure translatos est ager Abrahamo: sed & ab Ethæis confirmatus est contractus.* Quasi non possides, quod reclamante communitate tenes, non sufficit tibi ad pacificam possessionem à Præsule exemptionem aliquam accepisse, si non confirmet communitatis assensus; eius enim obmurmuratio petinde est, ac si non accepisses.]

Quasi non possides, quod reclamante communitate tenes.

CAPVT XXIV.

Vt filio Isaaco ex cognatis suis in Haran requirat vxorem, suum Abrahamus adiurat œconomum. Ille Rebeccam ab Isaac ducendam, fauente Numine adducit.

1. ERAT autem Abraham senex, dierúmque multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. 2. Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, 3. vt adiurem te per Dominum, Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: 4. sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. 5. Respondit seruus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? 6. Dixitque Abraham: Caue nequando reducas filium meum illuc. 7. Dominus Deus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: 8. sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantùm ne reducas illuc. 9. Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. 10. Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectúsque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. 11. Cúmque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: 12. Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. 13. Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum

habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. 14. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa reſponderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac: & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cum Domino meo. 15. Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula ſua: 16. puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro: deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. 17. Occurritque ei ſeruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. 18. Quæ reſpondit: Bibe Domine mi, celeritérque depoſuit hydriam ſuper vlnam ſuam, & dedit ei potum. 19. Cumque ille bibiſſet, adiecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. 20. Effundénſque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquam: & hauſtam omnibus camelis dedit. 21. Ipſe autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrum proſperum iter ſuum feciſſet Dominus, an non. 22. Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pondo ſiclorum decem. 23. Dixitque ad eam: Cuius es filia? Indica mihi: eſt in domo patris tui locus ad manendum? 24. Quæ reſpondit. Filia ſum Bathuelis, filij Melchæ, quem peperit ipſi Nachor. 25. Et addidit, dicens: Palearum quoque & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum. 26. Inclinauit ſe homo, & adorauit Dominum, 27. dicens: Benedictus Dominus Deus Domini mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à Domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris Domini mei. 28. Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domum matris ſuæ omnia quæ audierat. 29. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui feſtinus egreſſus eſt ad hominem, vbi erat fons. 30. Cumque vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis: Hæc locutus eſt mihi homo: venit ad virum, qui ſtabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ: 31. Dixitque ad eum: Ingredere, benedicte Domini: cur foris ſtas? præparaui domum, & locum camelis. 32. Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit camelos, deditque paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes eius, & virorum qui venerant cum eo. 33. Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: loquere. 34. At ille: Seruus, inquit, Abraham ſum: 35. & Dominus benedixit Domino meo valde, magnificatúſque eſt: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. 36. Et peperit Sara vxor Domini mei filium Domino meo in ſenectute ſua, deditque illi omnia quæ habuerat. 37. Et adiurauit me Dominus meus, dicens: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: 38. ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo: 39. ego verò reſpondi Domino meo: Quid ſi noluerit venire mecum mulier? 40. Dominus, ait, in cuius conſpectu ambulo, mittet Angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam: accipiéſque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. 41. Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi. 42. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: Domine Deus Domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam, in qua nunc ambulo. 43. Ecce ſto iuxta fontem aquæ; & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me: Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua: 44. & dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier quam præparauit Dominus filio Domini mei. 45. Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula. deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. 46. Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. 47. Interrogauique eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpondit: Filia Bathuelis ſum, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. 48. Pronúſque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo Domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerem filiam fratris Domini mei filio eius. 49. Quamobrem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum Domino meo, indicate mihi: ſin autem aliud placet, & hoc dicite

mihi, ut vadam, ad dexteram, siue ad sinistram. 50. Responderúntque Laban, & Bathuel: A Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum. 51. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit uxor filij domini tui, sicut locutus est Dominus. 52. Quòd cùm audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum. 53. Prolatísque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque eius & matri dona obtulit. 54. Inito conuiuio, vescentes pariter & bibentes manserunt ibi. Surgens autem manè, locutus est puer: Dimittite me, ut vadam ad dominum meum. 55. Responderúntque fratres eius & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. 56. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me ut pergam ad dominum meum. 57. Et dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. 58. Cúmque vocata venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. 59. Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius, seruúmque Abraham, & comites eius. 60. Imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es: crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. 61. Igitur Rebecca & puellæ illius, ascensis camelis, secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum. 62. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis & Videntis: habitabat enim in terra Australi: 63. & egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cúmque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul. 64. Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo, 65. & ait ad puerum: Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit se. 66. Seruus autem, cuncta quæ gesserat, narrauit Isaac: 67. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam uxorem: & in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

COMMENTARII.

1. Curat Abrahamus filio uxorem requiri.

VERS. 1. ERAT AUTEM, &c.] Multos Abrahamus adnumerabat annos, à Deoque bonorum spiritualium, & temporariorum affluentia fuerat cumulatus.* Rarus, qui grandis ætate paruus fortuna non fuerit effectus. Ideo Moses adnotat longæuam Abrahami ætatem vndequaque fuisse fœlicem. Humana enim vita omnibus fortunæ telis exposita est: mirum autem si aliquis post longam ætatem liberum se iactet a vulnere.]

Rarus, qui grandis ætate, non fuerit fortuna paruus.

2. DIXITQUE, &c.] Aduocat Patriarcha Eliezer procuratorem domus suæ ætate quidem maiorem.* Ad negotia enim augustiora seniores eligendi ob prudentiæ maturitatem.] * Et ex seruis aut famulis ille præcipuè honorandus, qui te diuturniori, fideliorique obligauit obsequio.] Huic imperat, manum subter femur suum apponere, ut de Hebræorum more eo ritu signaretur subiectio eius, qui sic manum ponebat accincti scilicet ad opus iniungendum strenuè præstandum. Nisi velis ceremoniam hanc ad Christum ex Abrahæ femore referri futurum, per quem etiam eo tempore tacitè iurarent.* Vt ergo nunc iuraturi Cruci digitos admouent, sic tunc femori admouit Abrahami Eliezer. Vt sciat qui Sacramento obstrictus conspirat in aliquid supra Christū manum apponere vel ut iustè iurans blando indulgeat attactu: vel ut peierans graui vulnere percutiat.]

Ad grauia negotia eligendi seniores.

Famulus præficiendus diuturnior & fidelior.

Rectè iurans Christum, manu apposita, blando versat attactu indulgens: peierans autē graui percutit vulnere.

2. Adiurat Eliezer, ut eligat virginem ex cognatione.

3. VT ADIVREM, &c.] Vt iurare te faciam (sic Hebr.) ne missus a me quærere filio meo Isaaco dignam coniugem, eam non seligas de Chananæorum fœminis; non enim erit talis digna marito. * Assolet sanguinis diuersitas morum dissimilitudinem influere.

Sanguinis diuersitas morum influit dissimilitudinem.

4. SED AD TERRAM, &c.] Perge in Haram, domum Nachor fratris mei ini veri Dei cultoris. Scio simul Nachorem idolis obsequium libauisse.* In typum illorum, qui Religioni quidem nomen dedunt, sed simul idolorum seruituti addicuntur, auaritiæ, vanitati, aut voluptati libantes holocausta. Ad familiam Nachor fratris mei filio meo sponsam è cognatis electurus proficiscere.

Multi Religiosi Deo seruire profitentes, libant idolis obsequium.

5. RESPONDIT SERVUS, &c. Proficiscor in Aran, apud domum fratris tui Nachor commorari curo, occurrit opportunitas eligēdi Isaaco spōsam. si renuit illa ad Mambre peregre, an Isaaccum ad sponsæ domum adducā? *Fidelem se Eliezer famulum ostentauit, nihil gerere intentat nisi ex domini præscriptione, præcipue cum res tanti momenti agendæ assumuntur.]

Fidelis famulus nihil intentat nisi ex Domini præscriptione.

6. DIXITQUE ABRAHAM, &c.] Caue, ne subeat in mentem filium meum ad Mesopotamiam reducere; Deus enim posteritati meæ non Mesopotamiam, sed Chananæam promisit. Patriam reliqui Dei monito, exitialiter vel in filio ad relictam patriam remeabo.* O quam periculosè redit ad patriam, qui patriam reliquit Deum non hæreditatis partem, sed totam hæredita

Religiosus periculose repetit patriā quam reliquit.

hæreditatem electurus.]

7. DOMINVS, &c.] Dominus tulit me de Haran, vbi Thare pater meus obijt, & de Vr Chaldæorum: iurans se meæ posteritati terram Chanaan daturum. Vt ergo stet promissis, ad tanti muneris tibi à me iniuncti perfectionem Angelum suum, tuum quidem, vel coniugis eligendæ custodem immittet, vt te ducat ad eligendum puellam, illam autem excitet ad patriam relinquendam. * Profectò Angelo tutelari cuiusuis ad alumnum suum negotij pertinentis expeditio tribuenda.] Fæliciter omnia gerentur, si Angelus tutelaris tuus ducit ad eligendam sponsam Isaaco, & Angelus tutelaris sponsæ eam excitat ad profectionem.]

Quidquid pertinet ad salutem nostram Angelo tutelari tribuendum.

8. SIN AVTEM, &c.] Certus verò Abrahamus Propheta de euentus fælicitate, seruo dubitanti respondet: si fœmina tenuerit patriam deserere, à iureiurando expeditus ligamine. Satius Isaaco sine coniuge diu remanere, quam sine Dei imperio ad patriam è qua fuit egressus in parente, redire: * E seculo Deo inspirante processisti, sine Dei inspiratione noli ad seculum remeare. Quid cum sæculari consuetudine Religioso, qui vale dixit sæculo?]

Qui è sæculo Deo inspirante egressus est, sine inspiratione Dei non redeat ad sæculum.

3. Iurat Eliezer, ac pergit in Syriam.

9. POSVIT ERGO, &c.] Eliezer ergo manus supra femur Abrahæ impositione, promisit se fideliter iussa impleturum.

10. TVLITQVE, &c.] Præcipua quædam ex singulis bonorum generibus elegit Eliezer, quibus camelos oneraret, imò quibus fœmineum animum alliceret ad coniugium, & à patria, domoque paterna abstraheret. * Nihil enim sic animum afficit fœminæ honestæ ad iusta quæque quam munera. Imò nihil sic attrahit impudicæ mulieris voluntatem ad insulta omnia, quam donaria. Quid non mortalia pectora cogis auri, argentique vis?] * Quot sanctissimæ viragines ad illicita fuere prolapsæ munerum cogente tyrannide.]

Alliciuntur ea & fæminæ ad iusta donariis: Impudicæ ad in iusta. Imò sanctæ aliquando viragines ad illicita prolapsæ sunt.

11. CVMQVE, &c.] Camelos ex itinere fessos post octo dierum viam à Bersabee, vbi tunc habitabat Abraham, vsque ad Haran Vrbem, vbi Nachor commorabatur: fecit iuxtà puteum communem fœminarum hydriis requiescere.

4. Sistit iuxta fontem Vrbis Nachor, orat, ambit eligenda vxoris signum ab hospitalitate.

12. DOMINE DEVS, &c.] *Occurre Abrahamo Deus.* (LXX.) *Prosperum fac mihi occursum.* Fac vt se mihi offerat digna Isaaci coniux. * Et quænam potest institui nisi ex oratione prosperitas?] *Miserere Abrahamo, circa coniugij electionem.* * Optima enim cuius socero misericordia est cœlestis: mala autem immane à tartaro supplicium exortum.] Tum ergo Abrahamum tam egregio misericordiæ tuæ effectu dona in præmium sanctitatis.

Omnis prosperitas ex oratione habes exortum. Optima nurus Socero est cœlestis misericordia: mala supplicium graue.

13. ECCE EGO, &c.] Non tentat Deum, à quo motus fuerat, signum petendo. Quidquid enim in signo incertum erat totum diuinæ prouidentiæ relinquit ob promissa, à Deo Abrahamo facta. Virgines de more hunc accedent ad puteum exhausturæ aquam ad paternæ domus ministerium. * Haud dedecet nobiles fœminas domesticis ministeriis dare operam. Iuxta puteum, commorabor cunctas aspecturus.

Non dedecet nobiles fœminas, domesticis ministeriis dare operam.

14. IGITVR &c.] Quæso (ac si diceret) Domine, futura Isaaci à me eligenda vxor & faciat, & dicat. * En vis orationis, homo precator dictat, Deus opere transcribit. *] Opportuna precatio educens, cuncta opera nostra gerenda in oratione esse delineanda.] Congruum planè signum ab Eliezer expressum ad dignoscendam plenam virtutibus puellam. * Nam quæ munifica & affabilis est ad succurrendum sitienti, cunctis virtutibus exundans apparebit. Hospitalis viri digna vxor]

Orans dictat, & Deus transcribit opere. Opera nostra gerenda in oratione delineanda. Mulier munifica erga sitientem pauperem, se cunctis virtutibus exprimit exundantem.

15. NEC DVM, &c.] O quàm promptè Deus assolet iustorum precibus annuere. Mecce ille precatur en illico, Rebecca hydriæ gestatrix. *Intra se verba compleuerat*, non expresserat labiis. * Vim mentalis orationis adnota.]

5. Accedit Rebecca ad fontem, annuente Numine.

Dei promptitudo ad annuendum precibus iustorum.

16. VIRGO, &c.] Puella erat corpore nimiùm pulchra, virginitate autem pulcherrima: viro incognita non solum ex corporis integritate, sed ex mentis puritate eximia, ex modestia egregia. * Sunt enim multæ virgines viro cognitæ, quo cum illicita colloquia texunt. Hæ quidem integritate mentis non decorauerit, viro sunt cognitæ, pudicitia mentis amissa.] Certè modestissima puella accessit ad fontem, aquam hausit. & insalutato stante Eliezer, sedebat in domum. * Edocens eas, quæ ex ministerio ansam arripiunt ad exitialia proculdubio colloquia ducenda. O quam exitialiter plerumque.]

Vis orationis mentalis. Sunt virgines corpore ex illicitis colloquiis cognitæ viro.

17. 18. OCCVRRITQVE EI, &c] Super manum suam (sic Hebr.) pulcherrima Rebecca vrnam deposuit, vt petentis sitim extingueret: materialem ne? Certè desiderij sitis inueniendi digna Isaaco vxorem non vnda, sed ipsa prompta hydriæ inclinatione expleuit. * Promptitudo enim ad pietatis actiones optimæ est vxoris indicamentum. Quàm diligenter domus exercet ministeria, quæ tam promptè subuenit incognito!

Taxantur fœminæ, quæ ex ministerio occasionem arripiunt ad noxia colloquia. Promptitudo ad actiones pietatis. Bonæ vxoris indicium.

19. 20. CVMQVE ILLA, &c.] Scriptura fontis, ac putei nomine promiscuè vtitur. Nō inanibus promissis vtitur virgo, sed magis opere se munificam humanitati ostentat, quæ brutis vndam haurire dignatur, * Certè vel erga bruta animantia mitiras arguit animi pietatem. Vidi in bruta crudeles. quos in homines nunquam mansuetos aspexi.]

Mitiras ergà bruta arguit animi pietatem.

21. IPSE AVTEM, &c.] Prudens Eliezer interim perpendebat non speciem tantum actionis, sed in morem eius; qui studio contemplationis vacat, officiositatem, diligentiam, charitatemque tam Isaaco dignam. * Nec enim prudenti satis, actionem externam aspectare. Sunt perpendenti attento actiones animi index, quo virtutes internæ citantur.]

Actiones externæ sunt animi index.

6. Munera puellæ exhibet Eliezer munificentissima puellæ, & Deam exorat.

22. POSTQVAM, &c] Qui augustissimum officiositatis præmium iam adscripserat virgini, nempe electionem ad Isaaci coniugium, vrbanitatis ergò & materialem mercedem exposuit, inaures aureas appendentes siclos minores duos, seu duas drachmas ex LXX. Lectione, & armillas, quarum *decem aureorum* pondus erat. (Sic LXX.) Synceritas puellæ munus admisit, quia coniugij nondum nomen audierat. * Dedecet enim fœminas aliquid à viris matrimonij ex titulo accipere.]

Fœminas dedecet accipere aliquid, vel coniugij ex titulo.

23. 24 25. Dixitque

23.24.25. DIXITQVE &c.]Hebr.ללין *lalin*, ad pernoctandum. Existimo antea interrogasse Eliezer virgineos, cuiusnam filia esset, vt patet inferius.

26.27. INCLINAVIT, &c.]Ideo(adorās inquit Eliezer) Deum misericordem, & veracem se erga dominum meum ostendisse, misericordem pollicendo, præstando veracem, & recto itineri in domum Bathuel me perduxit.* Rarò in hominibus hæc duo, Hebræorum stylo, coniunguntur: *Misericordia, & veritas.* Pollicentur, se facturos, sed difficulter implent promissionem: sæpe sermonis misericordia insonat, tardò operis veritas aspectatur.]

Propriam hominum, multa promittere, rarò implere.

28. CVCVRRIT &c.] Properans Rebecca munerum alis. *(aurum enim graue natura pennas iodit ad actiunum dexteritatem, & agilitatem.])init eam domus partem, vbi mater cum puellis degebat, Hebræorum more, quibus virorum, & fœminarum vna in domo distincta habitacula. * Quàm decens puritati consuetudo. Nec mirum eo tempore fœminas puritate excelluisse, quæ tam remotæ à vitis commorabantur.]

Currit puella ad domum & gesta narrat.

Aurum natura graue, agiles reddit ad actiones.

Laudabiliter fœminæ à viris seiunctæ degunt.

29. HABEBAT &c.] Eliezer apud fontem expectabat hospitij veniam. * Nec enim in illorum numero computatur, qui non iouitati assolent adire conuiuia.]

Taxantur qui non inuitati adeūt conuiuia.

30. CVMQVE, &c.]Vidit ergo Laban in manu Rebeccæ armillas, & inaures, & ex operibus dans sermoni puellari credulitatem: properauit ad Eliezer. Adiudicauit enim rem magni ponderis esse in domus suæ vtilitatem, quæ exhibitione munerum inchoaretur; virumque egregium existere, qui tantam pro aquæ pocuio mercedem teddidisset.* Et quando poculo aquæ frigidæ non merces adscribitur augusta in eleemosynæ simolacrum.

Potui aquæ frigidæ sæper larga merces adscribitur.

31. DIXITQVE, &c.]Cur extra domum expectas ô Deo dilecte, & hominibus gratiose En tibi domus præparata, patensque camelis stabulum.* Nunquam non hominibus gratiosus qui munera impertit.]

8. *Innitat ad hospitium Eliezerum Laban Rebeccæ frater.*

Hominibus gratiosus, qui munera impendit.

32. ET INTRODVXIT, &c.]Introducto in domum Eliezer, & socijs eius, Laban curat camelis clitellas detrahere, sarcinas deponere, pabula addicere: moxque virorum studet hospitio eorum diluendo pedes Cur non ministrat Rebecca pedum ablutioni, sicut sitia extinctioni ministrarat? * Occasione oblata non nimice virgo aufugit, nec silentium affectauit; allocuta est virum, potum ei impertijt. At cum necessarium noo erat, cum matre ac puellis teclusioni addicitur. Non est puritati virgineæ aduersarium, silentium non affectare, com occasio pietaris offertur.]

Non est contra virgineā puritatem non affectare silentium data occasione pietatis.

33. ET APPOSITVS, &c.]Mensa apponitur cibis referta hospitibus. At Eliezer vt cibus ei suauior existeret post negotij perfectionem Abstinebo, inquit, à cibo, donec aduentus mei causam expono.* Gerebat nempe ille natalitium Iesu, cuius cibus, vt faceret Patris voluntatem. O minister fidelis, cuius alimonia Abrahami imperio parere. Edoceantur iusti, tunc vel ieiunos potiri satietate, cum voluntatis Dominicæ executioni studium expedunt.]

Cibus iusti Domini gerere voluntatem.

9. *Aperit Eliezer sui causā aduentus.*

34. 35. AT ILLE, SERVVS, &c.] Vt dignoscaris propinqui domini mei Abrahami fælicitatem, sufficit innuere *valdè* fuisse benedictum à Deo. Supra modum enim benedictum dirauit: & nè sinè herede periret hereditas, ex primaria vxore Sara filium accipit, fructifera cœlitus vtriusque coniugis senectute.]

Omnis fœlicitatis collectio est, hominem esse à Deo benedictum.

37. ET ADIVRAVIT, &c.] Vndè testis oculatus mores illorum calleo, à quibus familiam meam oporteat abstinere. Abstineret Abrahamus à cunctis Chananæis, vnica excepta sposa, quā facilè pusset ad viri mores cōponere.* Certè non facilis ista cōpositio. Nam quod traxisti è lacte piaculum, difficilè dimittitur.]

Quod trahitur à lacte piaculum, difficile dimittitur.

38. 39. 40. 41. SED AD DOMVM PATRIS, &c.]Perge ad patris mei domum, & de cognatis meis filio meo accipe vxorem: Ego quidem respondi, Quid, si puella mecum aduenire renuerit. Dominus (ait ille) in cuius cōspectu ambulo me totum eius placito addictus, Angelum suum munificentissimos redditor tecum immittet, qui viam tuam dirigat, vt te ministrante, meis potiar optatis. Si autem meos perueneris ad propinquos, & tibi puellā tradere noluerint, innocens eris *à maledictione mea.* A qua nam quæso, maledictione innonocens futurus Eliezer? In fine iurisiurandi addi solita imprecatio, si fidem fefellero, hæc faciat mihi Deus, & hæc addat.* Attamen licèt hæc non adderentur imprecatoria verba, ipsa iuramenti violatio horribilis admodùm est maledictio.]

Fractio iuramenti ipsa horribilis maledictio est.

42. 49. VENI ERGO HODIE, &c.] Accessi igitur hodie ad puteum, & oraui: Domine Deus heri mei Abrahami, si placitum tibi fuit meam dirigere viam, meum prosperare inceptum: en apud fontem adsto, ad quem puellæ ad hauriendam aquam accedunt. Earum virgini, ex directione tua, sum profaturus: Da mihi pauxillum aquæ ad sitim extinguendam, ex hydria tua. Si virgo respooderit: Et tu bibe, & postmodum tuis camelis vndam exhauriam: ipsa est fœlicissima puella, quam Dominus adolescentum meritissimo Abrahami filio præparauit. Dum hæc tacitus animo voluerem Rebecca, instar solis pulcherrima, apparuit hydriam in scapula deportans, ad fontem descendit, aquam hausit, eique precatus sum: Permitte fesso ex hydria tua sitim extinguere. Ipsa verò festinans hydriam deposuit ex humeris, profata: Et tu bibe, & meo ministerio tui cameli exsatiabuntur. Bibi, & illa, me permitteote, camelos adaquauit. Interim rogitaui, Cuius es filia? Quæ respondit, Filia sum Bathuelis filij Nachor, quem ei Melcha peperit. Dedi illicò inaures puellæ, vt cum vellet posset suspendere faciei ornamentum, armillasque eius in manibus collocaui. Interno cordis affectu protinus Dominum adoraui, benedicens Domino Deo domini mei Abrahæ qui me rectè perduxit itinere, vt filio eius filiam fratris mei heri suscipe-rem.

10. *Quid ei acciderit cum Rebecca, narrat.*

49. QVAMOBREM, &c.] Si placet vobis Rebeccam Isaaco adaptari coniugio, exprimite; si displicet, etiam mox indicate, vt hinc discedens, aliam hinc inde requiram vxorem. Quid non consequeretur, qui intendebat, expressa nuda veritate, propinquos allicere. * Hinc mirabiles, qui mendaciorum aceruatione curant coniugia colliga-re.]

11. *Instat, vt suam circa coniugium voluntatem aperiant, annuant, & opplentur propinqui muneribus, conuiuium initur.*

50. Responde

50. RESPONDERVNTQVE LABAN,&c.] Cur Laban ... Bathueli patri praeponitur? Vt Rebecca ... ex mente patris praeuenit promittendo, & pater tamen duxit filij promissione ... * Alias etenim non oportet ... coniugium ab alia, quam a patre dispo... Credidit ... prudentissimum totius familiae ... ille. Ideo adueniens Eliezer videtur ... Laban ... fuisse manifestatu, Rebecca narratio ... Sapientum certe parentum filios primo... assuefacere familiae gubernationi. Dominum quaerunt, haec est voluntas, huius rei dispositio Deum habet auctorem. Necessum est ... omnes Dei placito subiacere. Quia ... Labanus Dei volunta... Quid si aduersa horribiliter ... Tam aequo animo recipi fas esset, cum ... haec, quam illa a Domino immittan... tur.

51. EN REBECCA,&c.] Rebecca soror,& filia tibi in manibus abducenda traditur: con... illi ... Isaaco, quam admodum Deus ... quo voluntatem suam tibi declara... disposuit.

52. QVOD CVM,&c.] Inepte enim homini ... adorat, qui a Deo solo beneficium videret exortum. * O quot insipientes post munus acceptum Dei, a quo perfecta dona proflaunt, ... hominibus solum curant gratias ... thura litare.]

53. PROLATISQVE,&c.] Fratres ac mater ... ipsaque Rebecca muneribus opplentur, haec vasis argenteis,& aureis pretiosisque vestimentis, illi autem suauibus fructibus nec non perpoliitis vestibus donantur. Cur non exprimit munera patri Bathueli adscripta? *Et matri*, solummodo ait, *dona obtulit*. Profecto ... uberrimum augustius munus erat, filia nobili, sanctoq; sponso colligari. * Nihil enim pretiosius patri, quam filiam viro aptari digno.]

54. INITO,&c.] Segnitiem famulorum ... tempestatis Eliezeri diligentia taxat ... voa nocte ... & inbauroa ... ut ... Dominum expectantem ... posset ... Non enim mercedi, ... Domino ...

55. RESPONDERVNTQVE,&c. Obsecramus, inquit ut Rebecca, quae iure iam addicta ... potestati, ut referas ad sponsum, nobiscum ... tempore saltem decem diebus valeat ... ut quae educta est a matre virgo, ... ceatur: scilicet quonammodo debeat sponso parere, socero ... tum domesticam administrare ... ancillis. * Opera pretium est non tradi virginem ... omnibus ... prius a matre circa ... exercitatam, ut lauda...

56. NOLITE ... &c.] Si ab homini... iussisset ... recta via, ... possem ... At quia a Domino est ... necessum, ... maturare. ... mo ... negligant ...

57. ET ... &c.] Adducitur Rebecca, quia ... aderat, dum Nuptialia gererentur negotia. * Dedeceret enim virgi-

nem vel consensum esse coniugij ... * Attamen ipsius voluntas exquiritur, quia licet filios oportet patri ... voluntati: circa status ... eorum expectas consensus debet expecta...

58. DVM VE, &c.] Parentes, ac fratres ... Rebeccae ... de eius consensu dubitantes spopond... rem Isaaco. At demum tam de Nuptijs quam de ... ne a pa... curant puellae ... Vado Rebecca verbo respondit: *Vadam*.

59. DIMISERVNT,&c.] Nutrix puellae addicitur sectatrix ad decentiam: & vt putaret se a matre non recedere. * Nutrices enim saepe affectu teneriore quam parentes diligunt.

60. IMPRECANTES,&c.] Multi ad connubium fuerant e consanguineis vocati, qui ab Hebraeis assolent fratres appellari. Hi consanguinei soror, inquiunt, nostra es, plurima posteritate doneris e Domino: nepote. que tui inimicorum suorum Vrbes possideant. * Nulla enim matri iucundior benedictio, quam filiorum incrementa.]

61. IGITVR,&c.] Laudabilis, quia nunc festinabat ad Dominum ... felicia: pigritaturus plane, si tristia annunciaturus aduentaret, de probi quidem famuli ingenio.]

62. EO AVTEM,&c.] LXX. *Per desertum.* Requisierat enim locum aptum ad meditandum. Vt mens ad superos possit euolare, oportet a saeculari tumultu recedere. * Apta admodum orationi, ac meditationi solitudo. Porro in Geraris Isaacus habitabat.]

63. ET EGRESSVS,&c.] Isaacus ad agrum sole cadente, properarat ad orandum, & meditandum, submissa voce locutus (sic Hebr.) * Plane qui se expectabat ... coniugio debebat prius & orationi, & diutinae meditationi studere, ne laboriosa coniugij ... impatatum inueniret. Vidit itaque procul aduentantes.

64. 65. REBECCA,&c.] Honestis vtique sponso deferendi gratia, e camelo virgo d... dit, ... Isaac ... fatur Quis est ... honoris deferendi sponso causa camelo descenderat, ... gitat quinam vir ille esset. Non cognoscit Isaacum, donec ab Eliezero ei ... At e camelo prosiliens honorem ... forte ille, * sponsa enim laudab... sponsi ... bram debet ... Porro ... quae audierat ab Eliezer, respondente ... verbis famuli expressae veritate, credidit ... Isaacum, qui obuiam procederet ... fieret, cogitauit. Audiens virgo Isaacum accedere pudoris causa ... se ... rexit. Hebr. ... id est, *velum*, *peplum*, peplo faciem obtexit. * ... his viro coniugis nouae ... * ... coniugi ingratas nouae sponsae ... tione (vulgariter liceat exponere desahogo) reddiderint.

66. 67. *Seruus* &c.] Cum frontem ... vijs habitarent Isaac ad Sarae tabernaculum, seu habitaculum Rebeccam introduxit puellam effectam dominam: celebrant Nuptias cunctis Abrahami exultatione. * At Isaac

adeo

Coniugium ... alieno dispensada
Parentes ... filios gubernationi ... in
Prospera & aduersa ... recipienda quia a Deo.
Si a Deo accepta solo beneficia, cur solis hominibus gratias ostenderis?
Patri nil pretiosius, quam filiam digno viro aptari.
Famuli diligentia commendabilis.
Seruus fidelis non suam mercedi, sed Domino.
Virginem oportet educatam a matre ...
... Deo ...
Decet vir... ginem vel conferri ... coniugij.
Circa status electionem debet filiorum ... consensus.
12. *Rogata consentit Rebecca, dimittitur et propinquis prospera imprecantibus.*
In nutrices amor. Matribus iucundissima filiorum incrementa. Laudabilis famulus properans ad nunciandum prospera: tardus ad tristia proferendum.
Apta orationi solitudo.
13. *Egressus Isaac ad meditandum, videt camelos, peplo virgo faciem operit, coniungitur.*
Matrimonio colligandus prius debet precibus vacare, & meditari coniugia, ne impatatum inueniat. Sponsa velum sponsi ... gratiae ... sponsa ... mirito ... commendabilis modestia.

adeo coniugem dilexit, vt tristitia ex matre vita functa triennio circiter antè temperaretur. Non sanè tolleretur omninò. * Nec enim probæ parentis desiderium, vel Nuptiali absoluenda lætitia. Quam probus filius, qui tamdiu matris mortem deplorauit. Quam iustus, quem nec exhilarare potuit hæreditas. Facile iam filij assolent affici consolatione, cum parentum obitus eos loquit hæredes?

Commendatur in filiis luctus ex parentū obitu.

Neque ex hæreditate solandi.

CAPVT XXV.

Sex filios Abrahamus ex Cetura suscepit. Moritur, & apud Saram sepelitur. Proles morsque Ismaelis recensentur. Rebecca, Iacob & Esau parit. Esau pro pulmento diuendit ius primogenituræ.

1. ABRAHAM verò aliam duxit vxorem nomine Cerutam: 2. quæ peperit ei Zamran, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue: 3. Iecsan quoque genuit Saba, & Dadan, filij Dadan fuerunt, Assurim, & Latusim, & Loomim. 4. At verò ex Madian ortus est Epha, & Opher & Henoch, & Abida, & Eldaa: omnes hi filij Ceturæ. 5. Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac: 6. filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem. 7. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni 8. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatúsque est ad populum suum. 9. Et sepelierunt eum Isaac & Ismaël filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron, filij Seor, Hethæi, è regione Mambre, 10. quem emerat à filiis Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius. 11. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis, & Videntis. 12. Hæ sunt generationes Ismaël filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ: 13. & hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis: Primogenitus Ismaëlis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsam, 14. Masma quoque, & Duma, & Massa, 15. Hadar, & Thema, & Iethur, & Naphis, & Cedma. 16. Isti sunt filij Ismaëlis & hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum. 17. Et facti sunt anni vitæ Ismaëlis centum triginta septem, deficiénsque mortuus est: & appositus ad populum suum. 18. Habitauit autem ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. coram cunctis fratribus suis obiit. 19. Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac. 20 qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban. 21. Depreeatúsque est Isaac Dominum pro vxore sua: eo quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. 22. Sed collidebantur in vtero eius paruuli; quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexítque vt consuleret Dominum. 23 Qui respondens, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populúsque populum superabit, & maior seruiet minori. 24. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt 25. Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatúmque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. 26. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli. 27. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. 28. Isaac amabat Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur. & Rebecca diligebat Iacob. 29. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cùm venisset Esau de agro lassus. 30. ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. 31 Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. 32. Ille respondit: En morior, quid mihi proderunt primogenita? 33. Ait Iacob. Iura ergo mihi, Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. 34. Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit; paruipendens quòd primogenita vendidisset.

COMMEN

COMMENTARII.

1. *Nubit rursus senex Abraham Ceturæ, eius posteritas.*

VERS. 1. ABRAHAM VERO, &c.] Sara vita functâ, Abrahamus centesimũ trigesimum septimum agens annum, fortè iam etiam emortua Agar, quam dimiserat: Ceturam ancillam duxit vxorem. Ancillam dixi, nam si fuisset ingenua, inferius concubina non appellaretur. *Profectò cum vir nobilis famulam in coniugem eligit, vxor quidem est, sed hominum iudicio, & ore semper remanet concubina.] Addunt Patres, Abrahamum instinctu diuino Ceturam duxisse, vt ex eo prosapia etiam inter Gentes propagaretur. * Et quidem vt senex ad iuuenilem recurrat affectum Nuptias instaurans: deberet prius Dei aperto instinctu moueri.] Quid vt mulier prouectæ nubat ætatis? Non solum instinctu, sed & miraculo deberet excitari.]

Cùm famula nubit hero, vxor est, sed iudicio hominum nunquam non concubina. Vt senex nubat, debet Dei instinctu moueri. Vt nubat anus, deberet miraculũ excitari.

2. 3. 4. 5. QVÆ PEPERIT EI ZAMRAM, &c.] Sex filij nati sunt Abrahæ ex Cetura, quorum Madian celebrior, è quo Madianitæ profluxere. Profectò etiam *Iecsan genuit Saba, & Dedan*, &c. En filios & nepotes ancillæ. Id procul dubio effectum antequam Isaacus Rebeccam duceret. Vnde Eliezer proximo Cap. dicebat: *Dedit illi omnia, quæ habuerat.* Profectò post initum cum Cetura coniugium omnium cessio in Isaacum familiaris pacis turbationi (quidquid sit de iure) ansam exhiberet. * Hinc monendi secundarum Nuptiarum contractores, ne specialia dilectionis documenta prioris vxoris filiis exhibeant ob pacis vtique tuitionem. Ægrè fert secunda cõiux primæ præfici filios.]

Maritus non exhibeat prioris vxoris filiis specialia amoris documẽta, ad pacis tuitionem.

6. FILIIS AVTEM, &c.] Concubinæ appellantur hîc Agar, & Cetura: quæ quidem legitimæ erant vxores: non autem vxores primariæ, nec matres familias: sed seruilis conditionis, & ancillæ manebant etiam post Nuptias, in thori tantum communionem admissæ. * Quarum equidem conditionem famulæ nostrates æmulantur, si quando vxores ducuntur ab heris. Verè primariæ vxores sunt, sed pleromque etiam post Nuptias seruilem apud maritum iam affectum pœnitudine non exuunt conditionem.] Filiis itaque Agar & Ceturæ peculiarem Abrahamus portionem adscripsit, pecuniam, aurum, argentum, vestes, oues, boues, &c. At curauit eos à dilectissimo Isaaco separari vt in plaga Orientali filios orientis generare possent, & ne cum Isaaco contendentes, eum in terræ promissæ possessione disturbarent. Addiderim, & ne idololatriæ vitiis Isaacci posteros inficerent. * Exitialior enim infectio, quæ ex sanguinis seu propinquitatis coniunctione contrahitur. Prauam quis externorum societatem potest vitare; quomodo autem fugiet fratrum aut propinquorum consortium?]

Si quando apud nostrates famula nubit hero, plerumque nunquam seruilem exuit conditionem.

Periculosior infectio morum, quæ ex sanguinis coniunctione contrahitur.

7. 8. FVERVNT AVTEM DIES VITÆ ABRAHÆ CENTVM SEPTVAGINTA, &c.] Non vi morbi Diuus sed naturalis humidi defectu decessit, bona donatus senectute sine ægritudinum agnatum ætati grandiquæ molestia: viuendi satur (sic Hebr.) cupiens iam dissolui. Cuius animus ad lymbum descendit, vt iustis animabus populi fidelis iucundum sinus tabernaculum exhiberet. Hoc est quidem suum ad populum congregari, cum sententia hæc non possit de corpore verificari, quod cum suis in patria sepultus non est. Preme Hebraïcam illam lectionem *Plenus dierum*, id est, *satur dierum.* * Et quomodo diebus, quorum singulis sua inest malitia (iuxta Dominicum illud: *Sufficit diei malitia sua*) cordatus homo non satur ostendatur? Cur ergo senectute confectus tam auidum te adhuc dierum ostentas?]

2. *Anni vitæ Abrahami; obitus, sepultura.*

Satur dierum malorum semper debet esse cordatus.

9. 10. ET SEPELIERVNT EVM ISAAC ET ISMAEL FILII SVI IN SPELVNCA, &c.] Ismaël, quem Abrahamus ad Orientalem plagam emiserat, ad domum patris iam deficientis, ne, eo absente, pater obiret benedictiones filiis impertiturus: & vt vita functo iusta persolueret. * Quam illustre filiis ingenuis ex agresti filio documentum circa honorem paternum exhibetur. Agnatum filiatiuni paternitatis iura nunquam non teneri, viuos ac vita functos honorare parentes.] Situm erat autem sepulchrum in agro *quem emerat à filiis Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius.*] Si emerat ab Ephron Domino agri, cur dicitur à filiis Heth, sed ab Hethæis pretio accepisse? Porrò quia Hethæi intercessores addicti fuerant apud Ephronem, vt dignaretur Abrahamo hæreditatem vendere. * Et quando intercessori non tribuitur beneficium? Vt cum Deiparæ intercessione à Domino acceperis æternæ spem, ex rectis mentibus hereditatis: scias à Patris cœlestis filia accepisse salutem, qua à Domino sedium collatore donatis.]

Agnatum vel agrestibus filiis, parentes viuos, & mortuos honorare.

Intercessioni Deiparæ debes salutis spem.

11. ET POST OBITVM ILLIVS BENEDIXIT DEVS ISAAC, &c.] Isaaco pie admodum viuenti Dominus benedixit. Quid mirum tam sanctè vixisse, meruisseque cœlestibus benedictionibus donari: si versabatur iuxtà puteum *Viuentis & videntis*? * Quomodo enim non piè viuit, qui contemplatur se Deo seruire viuenti, non idolo; qui quidem videt vel cordis arcana?]

3. *Isaac à Deo benedicitur, Ismaelis posteritas, & obitus.*

Piè viuit qui contemplatur se Deo viuenti, ac videnti seruire.

12. 13. 14. 15. IAM VERÒ HÆ SVNT, Iam verò hæ sunt Ismaëlis filij Abrahæ ex Agar Ægyptia Saræ famula generationes; & hæc filiorum eius nomina, generationes hæ: Primogenitus Ismaëlis Primogenitus fuit Nabaioth, quem secuti sunt Cedar, Adbeel, Mabsam, Masma, Duma, Massa, Hadar, Thema, Iethur, Naphis, & Cedma Ex quibus duodecim filiis Cedar Arabum Cedarenorum fuit parens, de quorum tentoriis sæpe in sacris. Duma Idumæos progenuit. Thema autem

origo Ciuitatis, ac regionis Theman ad meridiem Idumææ iacentis, cuius Rex Iobi amicus Eliphaz extitit.

16. ISTI SVNT] Duodecim ergo Principes Tribuum suarum Ismaelis filij his nominibus in villis, & Ciuitatibus à cunctis vocabantur.

17. ET FACTI, &c.] Ismaël sicut pater senio defunctus est, potius quam ægritudine; senectus enim ipsa morbus. Profectò Abrahamus anno ætatis centesimo septuagesimo quinto, Ismael autem centesimo trigesimo septimo defecit. Deficiente in annos, in momenta natura, dies filij, toto in fila stamine ducto, plerumque dies parentis non exæquant. * Ne credas te diù victurum, quia parentis canos prolixos aspectasti.] *Appositus* ille *ad populum suum*, ad Deicolarum sepulchra rediit. Hinc Hebræi Ismaelis pœnitudinem, & salutem indicari affirmant.* Et quidem ad sacram sepulturam affectus internæ index est pietatis.]

Non sptã consequẽtia: Pater diu vixit, ergo & filius viuet.

Affectus ad sepulturam sacrã index pietatis.

18. HABITAVIT AVTEM, &c.] Licet Ismael longe dissitus habitarit à terra promissa nempe apud Heuila, & Sur, quę ex latere Ægyptum respicit: tamen qui fæliciter rediret ad parentis Abrahami sepulturam, fælicius rediit, vt coram fratribus diem vltimum ageret. * O quam vtilis ad salutem obeunti fidelium corona fratrum! Hinc Religiosorum contemplare fælicitatem, qui coram tot fratribus moriuntur.] Scio communiter explicari sic locum: superstitibus fratribus Ismael obiit.* At aptè dicitur *coram fratribus*; quia fratres dum viuunt, licet diuidi corpore oporteat, præsentes animo adsunt, fortissimo charitatis vinculo colligati.]

Religiosorũ fœlicitas corã tot fratribus obeuntium.

Fratres licet absentes, velut præsẽtes habentur, ob dilectionẽ.

19. 20. 21. HÆ QVOQVE, &c.] Sunt Isaaci filij Abrahami generationes: Isaacus Abrahami filius quadragenarius Rebeccam Bathuelis filiam, Labani sororem è Mesopotamia Syriæ duxit vxorem, quæ quidem sterilitate laborabat. Multiplicauit Isaac preces toto viceonio continuans, vt sterilitas tolleretur vxoris Morbus quidem est sterilitas, qui possit fomentis depelli.* Attamen efficacissima medecina continua est coniugum precatio. Vnde τὸ *pro vxore sua* aliquis explicauit Interpres: *simul cum vxore sua*. Vnus & alter coniux precetur, quod futurum vtrique salutare.]Hebr. לנכח *Lenochah*, *contra vxorem*, quoniam labor erat illi futurus O quot fœminæ expetunt affectu immoderato matres fieri, pro quibus existimas te orare, & contra ipsas orationem instituis; quià illis filij exitiales omninò futuri.] Exauditus Isaacus, sed non illicò. Nam post annos viginti Rebecca fœcundata est. *Non recedat à precibus, qui non protinus à Domino exauditur. Instantia pia beneficium extorquet.

4.
Precatur pro sterili Rebecca Isaac, concipit Rebecca, de infantium in vtero lucta queritur.

Sterilitas orationis pharmaco depellitur coniugis vtriusque.

Multæ fœminæ cupiũt donari filijs qui futuri non donum sed parentũ supplicium.

Precum instantia beneficium extorquet.

22. SED COLLIDEBANTVR IN VTERO EIVS, &c.] Paruuli ergo in vtero colluctabantur, dum vterque nititur prior in lucem exilire. At mater acriter, calcitrationibus vulnerata, proclamauit: si certo abortu, mihi cum paruulis moriendum: satius non concepisse. * Profectò dolores vt parturientis parenti videre fratres colluctari.] Hebr. *si sic, quare hoc ego concupiui?* O quot concupiscis, è quibus postmodum tribulationibus actus, pœnitudine afficiaris!

Dolores velut parturientis parẽti videre filios colluctantes

23. PERREXIT QVE, VT &c.] Acta Rebecca filiorum molestia se contulit in montem Moria, vt sacerdoti Melchisedech paruulorum certamina aperiret, & ab eo acciperet solutionem. * Edoceantur fœminæ, ad sacerdotem accurrere, quotiens internis motibus quatiuntur, conscientiæ stimulos exponant, vt non facilè credant cogitationum, seu somniorum certaminibus.] Respondit ex ore Melchisedech Dominus, duos filios Rebeccæ vtero contineri, qui duarum gentium capita essent futuri, nempè Iudæorum, & Idumæorum sibi aduersantium. * signum planè perspicuum popularium rixarum, patres decertauisse. Assolent enim filij parentum actiones imitari.] Profectò horum populorum maior, id est Idumæus minori id est Iudæis seruituris impendet obsequium.

5.
Rebecca Dominum consulit, Esau, & Iacob enititur.

Fœminæ ad sacerdotem, seu Cõfessariũ accurrãt, vt internos conscientiæ stimulos aperiant; ne somnijs credant.

Assolent filij parentum actiones æmulari.

24. 25. IAM TEMPVS PARIENDI, &c] Cum tempus enitendi aduentauit, geminellus exponitur fœtus, Prodit enim in lucem primus infantulus non capite tantum sed reliquo corpore hispidus; ideo *Esau* seu *perfectus* appellatus; quia qui ad perfectam perducuntur ætatem pilis sunt obsiti. Immediate autem quasi de primogenio adhuc decertans secundus præsentatur fratris tenens plantam, velut qui ad vterum reducere conaretur infantem; quapropter Iacob Hebraico à verbo עקב *hacab* quod supplantando, seu plantam tenendo, decipere significat, ab Isaaco vocatur. Instanter à natalitio Iacob dedit operam Esau supplantando, quod factus vir efficacius erat præstiturus. * Perfectus ille euasit fratris seductor, quod didicerat à natali, imo ab ipsa in vtero commoratione.

Perfectè gestes vir, quod ab vtero didicisti.

26. 27. SEXAGENARIVS ERAT ISAAC,] Mores, & indolis diuersitatem adulta ætas aperuit. Esau enim exponitur astutus, versutus ad captandas feras, homo quidem agrestis (sic L X X.) & forma corporis, & morum ingenio. At Iacob minimè fictus, perfectus, iustus, rarò foras progrediebatur, dum frater venationi studens properabat ad montes, rei domesticæ curam gerebat. L X X. loco dictionis *simplex* transtulerent ἄπλαστος, *non fictus*. Hebr. *perfectus, iustus* * Simplicitas enim non conuertitur cum stultitia, vt mundiales existimant. Potest quis simplicitatis ditioni addici, & maxima decorari perfectione mentis.] Portò iustus, ac perfectus Iacob in tabernaculis habitabat.* Nec enim in discursionibus haud necessarijs simplicitas potest custodiri.* Virtus equidem in occulto.]

6.
Esau, & Iacob mores, hunc Rebecca, illum Isaac diligit.

Simplicitas non est stultitia sed perfectio.

Virtus custodienda in occulto perfectior.

28. ISAAC, &c] Esau à patre amplius diligebatur planè quia erat primogenitus. Pudet enim adiicere, plus fuisse charum Isaaco, quia de venationis eius fructibus vesceretur.* Nisi veniabilis sit senum ad edulium affectus] At Rebecca plus ergà Iacobum afficitur, quia pulchris moribus aspectabatur natũ; & quia quẽ audierat à Deo fratri præponendum

An veniabilis senum ad edulium affectus.

neclectum, sine cutabat præponi dilectioni. * Quam commendabilis parens! Sanctum metiendo diligit filium, dum plerumque mundiales parentes amplius diligunt inquietum.]

Sanctus... filium...

29. 30. COXIT AVTEM, &c. Ægyptias lenticulas [illegible] ob condimentis gratas palato reddidit. Lassitudine quidem, & [illegible] (venationis fructus) ad domum accurrit Esau, subodoratusque pulmentum eiusdem suauius, petit si [illegible] apponi. Fac, inquit, me vorare de tuo condimento: Hebr. sic. * Modus certe loquendi petentis indicat intemperantiam.

7. Caput 1. cob pulmentum, Esau postula, accipit, primogenita commutatione edulium.

31 CVI DIXIT IACOB, &c. Primogeniturae multa priuilegia apud Hebræos. Primogeniti erant familiæ Sacerdotes: pater moriturus primogenito benedicebat; in hæreditatis diuisione duas natus maximus partes accipiebat, alij singulas; in mensa ei [illegible] dignior, cibus in fratres Principatus, & successio in patriam dignitatem, qua primogenitus cæteris loco patris erat. Hu[ius] [illegible] ergo priuilegiis ornatam primogenituram Iacob postulat lenticularum ab Esau com[mutatione]... Au deliquit Iacob [illegible], quia intendit emere tantum ius [illegible] primogeniturae, quod vendibile [est]. Emit autem vili à sciente & volente. At deliquit Esau gula, sacrosum contemptu & probabiliter simonia vendens ius Sacerdotij. Et quod malum non effluxit a gula. Quia igitur pro coctione rufa primogenituram distendidit, Edom est appellatus, id est, argumentum à coctionis rufæ colore. Sic per contemptum vulgus Esau nominabat. * Non queramur à vulgo contemni, si vilibus actionibus nos ridiculos ostentamus.]

A gula cuncta mala.

Non querat... mur de vulgi contemptu, si actionibus vilibus nos ridiculos exponimus.

32. ILLE RESPONDIT, &c.] Prætextu necessitatis gulæ causam agit. * Eos nimirum exprimens, qui se ad d[e]linquendi impunitatem nec[e]ssitatis tyrannide cogi affirmant, cum voluntarij voluptati seruiunt. Sic impudica fœmina se ex necessitate asserit pareret libidini.

Multi femmæ... libidini... cogi tyrannide.

33. AIT IACOB, &c. Iura mihi, ait Iacob per te mihi licitum fore primogenio[r]um priuilegiis pacifice frui. Iuramentum emisit Esau, & primogenita dissipauit. Et quando iuramentum illicitum (nec enim poterat Esau iurare, se daturum, quod piaculo diuendebat) non secuta est bonorum dissipatio? Si aduertisset Iacob, non peteret iuramento obstrmari contractum.

Iuramentum illicitum sequitur bonorum dissipatio.

34. ET SIC, &c.] Gulam benedictioni præferens, quasi veniret, videret, vinceret: comedit, bibit, & abiit: nihili ducens quod tam vili pretio tam augustum primogenium commutasset. Hinc Esau taxabilis? Ita plane. * O prodigalitatem eorum, qui æterni Regni ius tam vili satagunt pretio tradere voluptatis! Et paruipendunt, quod vendiderunt.]

Paruipendit quod vendiderit Regni æterni ius pro vili voluptate.

CAPVT XXVI.

Confirmatur Isaaccus omnium à Deo Abrahæ promissorum hæres, vehementer Gerarite inuidentes, eius puteos obstruunt; pacem cum eiusdem renouat, Esau autem uxoribus colligatur Hethæis.

1 ORTA autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. 2. Apparuitque ei Dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi. 3 Et peregrinare in ea, eróque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo. 4. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: dabóque posteris tuis vniuersas regiones has: & BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, 5. eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & cæremonias legésque seruauerit. 6. Mansit itaque Isaac in Geraris. 7. Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit: Soror mea est, timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. 8. Cúmque pertransissent dies plurimi: & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. 9. Et accersito eo, ait: Perspicuum est quod vxor tua sit; cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. 10. Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum, præcepitque omni populo, dicens: 11. Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. 12. Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus. 13. Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: 14 habuit quoque possessiones ouium & armentorum,

torum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, 15. omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerant, implentes humo: 16. in tantum, vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. 17. Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi: 18. rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham: & quos, illo mortuo, olim obstruxerant Philisthiim: appellauitque eos eisdem nominibus quibus ante pater vocauerat. 19. Foderúntque in Torrente, & repererunt aquam viuam. 20. sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua: quamobrem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam, 21. Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eum, Inimicitias. 22. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen eius, Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram. 23. Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, 24. vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui: noli timere, quia ego tecum sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. 25. Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum. præcepitque seruis suis, vt foderent puteum. 26. Ad quem locum cum venissent de Geraris, Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, 27. locutus est eis Isaac: Quid venistis ad me, hominem quem odistis, & expulistis a vobis. 28. Qui responderunt: Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nos diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, 29. vt non facias nobis quidquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet: sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini, 30. fecit ergo eis conuiuium, & post cibum & potum 31. surgentes manè, iurauerunt sibi mutuò: dimisitque eos Isaac pacificè in locum suum. 32. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant; atque dicentes: Inuenimus aquam. 33. Vnde appellauit eum, Abundantiam: & nomen vrbi impositum est Bersabee, vsque in præsentem diem. 34. Esau verò quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci: 35. quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.

COMMENTARII.

1. *Chananæorũ fames cogit Isaacum pergere ad Geraram, Dei monitur promissionibus.*

Peccata sequuntur, & supplicia ad medicinam.

Rex pater est, subditos debet prouidere egentibus.

In rerum inopia Deus potens alere [illegible].

VERS. 1. ORTA AVTEM, &c.] Super Chanaan, vbi Isaac degebat, fames oborta illi similis, qua Abrahæ tempore eadem fuerat regio flagellata.* Vt enim peccata succedunt, sic & flagella sequuntur ad hominum medicinam. Fugiens famis pericula Isaac ad Geraram perrexit Abimelechi Regis subsidio donandus: quod vel ipso nomine promittebat. Abimelech enim idem ac *Pater meus Rex.** Reges quidem patrum instar, debent cunctorum necessitatibus occurrere, & egentibus prouidere.] Non erat hic Abimelech ille, de quo superius: sed eius filius eodem nomine insignitus communi quidem Geraræ Regibus.

2 APPARVITQVE, &c.] Ne pergas, in Ægyptum, patris tui Abrahami vestigia secutus,* apud [illegible] solum in rerum inopia [illegible] possum alere. Et quando [illegible] pressa [illegible] esurie [illegible] quanam in terra debeas commorari. Certe nondum Isaac aduenerat in Geraram. Obedientia aptè indicitur Isaaco cum alimonia donandus est. *Nam vetus obediens omnibus abundat; ei cuncta seruiunt qui Deo soli seruire satagit.]

Verus obediens omnibus abundat.

3. ET PEREGRINARE, &c. Tanquam peregrinus in terra tibi assignanda à me habitare stude, qui terra illa Abrahæ promissa donandus es. Edocens scilicet fideles cœlestis patriæ accepturos hæreditatem hic, instar peregrinorum, degere. Faciam quidem stare iuramentum tuo emissum parenti. Aliter, *Innouabo.* Vel Deus renouat iuramentum vt nouum implendi ostendat affectum. * Commendabil[illegible] hinc Societatis IESV institutio [illegible] tantis singulis annis [illegible] nouandi, [illegible] spiritus ad [illegible] ionem ad regularis vitæ obs[illegible] acuitur

H[illegible] velut peregrinus.

[illegible] à Deo Societas IESV vota renouare, ad Spiritus innouationem.

4. ET M[illegible] O[illegible], quæ parenti promisi [illegible] prop[illegible] semen tuum Christi [illegible] benedictionibus exund[illegible].

5 [illegible] H[illegible] id est *merces.* Cun[illegible] hæ loco mercedis paren[illegible] accipies. Abrahamus præ[illegible] mercedem recipies. * All[illegible] quippe D[illegible] angere ob parentum iustitiam. Vnde pater-

Cæterum parentes si bene student filij receptari à Deo mercedem.

res, qui cupiunt filios frui fælicitate, debent studere virtutibus, quarum mercedem filij recipere valeant. Abraham pater tuus iussioni meæ de te occidendo, & immolando obediuit; ceremonias tum Circumcisionis, tum alias omnibus communes, quas in lege naturæ instituit, diligenter impleuit. * Commendabilis quidem exacta ceremoniarum obseruatio.

Commendabilis ceremoniarum obseruatio.

2. *Innuit, Rebeccam suam esse sororem. Rex de simulatione queritur, vxor incolumis asseruatur.*

6. 7. MANSIT, &c.] Mansit itaque Isaacus apud Geraris. Porrò cum interrogaretur à viris loci illius; Quænam mulier? soror respondet mea est, siue cognata, ea qua Abrahamus veritate. Timuit enim profiteri sponsam, ne fortè propter illius pulchritudinem de medio tolleretur. An prius conuenerit inter coniuges dissimulationi coniugij studere? Ita planè. * Attamen non erat opus, quia filij naturali pondere parentum exempla sequuntur; vnde gerit Isaacus, quod Abrahamus & Sara præstiterant. * Timet merito Patriarcha, ne ex pulchritudine vxoris interficiatur; quia raro non exitialis vel marito nimia vxoris venustas.]

Filij naturali pondere parentum exempla sequuntur. Raro non exitialis vel marito nimia vxoris venustas.

8. CVMQVE PERTRANSISSENT, &c.] Accidit, vt Abimelechus Rex Palestinorum videret Isaacum liberius maritali licentia cum Rebecca iocosè agentem; quam cum aliena viri graues soleant. * Vnde euidenter collegit eius esse coniugem, non sororem. Viri enim graues vel a iocis cum sororibus debent abstinere.]

Viri graues à iocis vel cum sororibus abstinere debent.

9. ET ACCERSITO EO, &c.] Regi ignota Isaaci ac Rebeccæ propinquitas, vnde eum mendacio inculauit. Aperuit planè Isaacus potuisse, sine mendacij piaculo se fratrem vxoris asserere: & addidit, simulationis huiusce causam extitisse timorem. Patenter manifestat se non fuisse mentitum, qui ne mentiretur, nunc, suam formidinem profitetur. * Vir enim verax vel proprio incommodo semper est veritatis assertor.]

Vir verax vel proprio incommodo semper est veritatis assertor.

10. DIXITQVE ABIMELECH, &c.] LXX. *Aliquis ex genere meo* Hebr. *Potuit dormire vnus populi cum vxore tua. Vnus*, inquit, seu *primus* populi, scilicet ego potui abripere fœminam mihi vxorem. * Non dixit apertè *Ego*, sed *Vnus de populo*, quia Rex sese vnum de populo, seu vulgarem ostentat, dum libidine maculatur.] Vnde addit, patris mei in morem grandi pœna puniret. Certe particulam *grande peccatum* pro grandi pœna appositam reor, quia nescienti coniugum simulationem haud fuisset grandi culpæ imputatum nisi fortè ex fœminæ resistentia, & inuitæ ad thalamum regium inductione. * Quam apta grandis pœna peccati grandis vocabulo innuitur, quia peccatum criminis assolet esse pœna; nullum autem hoc dirius potest cogitari supplicium.]

Rex luxuriei addictus se vnum ex vulgo ostentat. Dirum admodum peccatoris supplicium peccatum.

11. QVI TETIGERIT, &c.] *Qui tetigerit viri huius vxorem* (inquit omni populo) *morte morietur.*] Hebr. *Qui tetigerit virum hunc, & vxorem.* Qui nocuerit (Chald.) vtrique coniugi, vllam eis, aut familiaribus, aut gregibus, aut armentis inferens nocumentum, sciat grauissimas pœnas daturum. Cuncta hæc noster exposuit, dum vertit: *Qui tetigerit vxorem.* * Probus enim maritus omnium calamitatum vi se agi existimat, cum iniuria dilectæ coniugi infertur.] Huic expositioni annuunt, qui fœminæ sanctissimæ castitati consulunt, quasi non debuisset Rex de facilitate Rebeccæ dubitare, vt necessarium arbitraretur pœna capitali mulieris incolumitati prouidere. At ex LXX. lectione, *Aliquis ex genere meo*, proaudi curabat Rex ne aliquis Geraritarum Princeps auderet Rebeccæ solicitare fortitudinem. * Semper enim castitati suspecta est principalis audacia.]

Vir probus putat se cunctis malis agi, cum vxori infertur iniuria.

Magnatum audacia castitati suspecta.

12. SEVIT AVTEM, &c.] Non plus colligit, qui vberiorem sementem spargit, sed qui Dei vberiori donatur benedictione.] In terra conducta parcè Isaacus (da fanus penuria) seminauit, & messem collegit vberrimam; qua ei Dominus benedixerat.

Non plus metit, qui largè seminat, sed qui vberius à Deo benedicitur.

3. *Locupletatur Isaac, & recedere iubetur.*

13. 14. ET LOCVPLETATVS, &c.] Colligens Isaac ex exiguo semente primo anno centuplum, vberius anno sequenti seminans, vberiores supra modum fructus tulit ad horrea. Greges simul, & armenta quæ addixerant, & quæ ex fructibus emerat, profecerunt. LXX. illud: *Et familia plurimum* vertunt, *Et agricolationes multæ.* Certè ad opera seu agricolationes multas Isaacus copiosam seruorum familiam habebat. * Nec deceret probum admodum virum ad ornatum solummodò inutiliter alere famulos.] * qui otiositate laborantes vix poterunt esse probi, cum omnium sit otiositas malorum origo.]

Famulos multiplica ad opera, sed non inutiliter ad ornatum.

Inuidia bonorum alienorum causa fieri ratio originem.

15. 16. OMNES PVTEOS, &c.] Palestinorum inuidia obstruxit, immissa humo, puteos, quos paterno ex labore acceptos Isaac expurgauerat. Et quando inuidia ipsos non accurrit ad fontes: parum ei, si riuos studeat exsiccare?] Certè prudens vir noluerat puteos nouos infodere certus illic aquæ venam esse. * Ediscant spirituales patres non esse prudentiæ nouos quotidie perfectionis effodiare fontes.] Aptius quidem notam sibi iam venam, qua pristinè germina irrigarunt, emendare, & expurgare.] * Nouis cur Religionibus, seu Recollectionibus effodiendis studes? An non satius antiqua instituta ad suam expurgatione adduces puritatem.] * Tot cur ordinationes nouiter scribuntur, si vtilius Regulæ antiquæ obseruationem renouari? Planè eas excipio ordinationes quæ ad obseruationem Regulæ diriguntur.] Adeò creuit Isaacus, vt & Rex tactus inuidiæ stimulo non quidem diuitias auferret (indignum Regi facinus:) sed rogaret, vt aliò diuerteret; ne ad aspectum subditi potentioris regia vilescere Maiestas videretur. * Principes Abimelecho credite: regalis imminuitur, siue obscuratur maiestas, cum subditorum potentia nimium increscit.] Cur ergo Rex non expilauit Isaacum? * Indignum planè Regi, subdito diuitias rectè acquisitas auferre.]

Noua instituta perfectionis non semper vetelis. Aptius antiqua expurgare.

Noui ordines cur, si facies antiquas emendare.

Nouæ ordinationes ad quid, si sufficit Regulæ renouatio.

Regia Maiestas obscuratur, cum subditorum potentia nimium increscit.

Indignum Regi, subdito auferre diuitias iustè acquisitas.

4. *Fodit puteos, & eis nomina imponit.*

17. 18. 19. ET ILLE DISCEDENS, VT VENIRET AD TORRENTEM GERARÆ, &c.] LXX. *In valle*, qua scilicet interfluebat torrens curarunt effodere, vt è vicinitate torrentis aqua non viuens ad puteū afflueret.

At pastores Isaac aquam abundè scaturientem inuenerunt.

20. Sed et et &c.] Vel fugientem Isaaci prosperitatem inuidia consequitur. Vndè Gerarae pastores pastorum Isaci pacem conturbare nituntur asserentes puteum aquam esse suam. * Non aduertentes communia bona vti sunt elementa, illa adscribenda, qui impigro labore comparauerit.] Porrò inuidia pastorum illustre in commendationem Isaaci nomen indidit puteo: *Calumnia*.* Cum enim innocens aliqua inimici est calumnia actus, nullum poterit illustrius exponere stemma, quam ipsius calumniae recordationem. Calumnia, affectus est? O nobilissimum innocentiae monimentorum.

Bona à natura v.g. aqua lacteans, illi adscribenda, qui labore cōparauerit.

Illustre stemma est patienti ipsius iniuriae recordatio.

21. Foderunt autem, &c.] Prioris putei nomen *Calumnia* fuit, quia iniuste nitebantur pastores Geraræ suum esse puteum in solo suo fossum in solo, quia ipsis consentientibus Isaac pastores infoderant. At secundi putei nomen *Inimicitia*, quia toties iterata vexatio inueterati fuit odij documentum. * Cum semel à proximo vexaris tribor potest repentino furori. At cum saepe innocens oppeteris, haud temerè iudicabis, si intestino inferentis odio triboeris.]

Repetita innocentis iniuria signum est inueterati odij in ferente.

22. Profectus inde, &c.] * En pacis commoda ciues dilatari. Ex bellorum enim instantia ciues imminuuntur, Regna decurtantur.]Puteus effossus, sine pastorum rixa: & Isaac eum *Latitudo* appellauit. Hebr. *Latitudines.* Puteus hic à Gerariarum immunis inuidia, vberrimam pecoribus adaquationem ministrabit. *Dilatauit nos Dominus*, post voius & alterius contentionis iouidiæ arctitudinem. * Semper enim tribulationis angustiam sequitur dilatatio. Vnde Dauid, *In tribulatione dilatasti mihi.* Psal.

Ex bellorum instantia Vrbes decurtantur. Pax dilatatio est.

Tribulationis angustiam dilatatio sequitur.

23. Ascendit autem ex &c.] Ergò Isaac ex illo loco, vbi vltimum puteum foderat, redijt in Bersabee, vndè ob famis incommoda exierat; quam inuenit fructibus plenam. * Huiusce etenim lacrymosæ vallis laborum fatigati transeunt fertilitate penuriam sequente. Vt instantia laborum sit tibi spes prosperitatis.] Nocte ipsa ei Dominus professus: Ego Deus Abrahami, quem sanctissimum tanti aestimo, vt abundè me Creatorem exprimi adiudicem, si vnum considerem Abrahamum. Huius itaque iustissimi parentis causa, te benedictionibus cunctis opplebo. * Filios enim Deus bonis implet parentum iustitiae respectu. Vndè parens expetens incrementa filij, Deo diligens impendat obsequium, quod quidem videt in filij exundare prosperitatem.]

5. *Deus Isaaco apparet.*

Laborū instantia fructus, quies est spes.

Deus se asserit valens iusti abundè creatorem.

Parens, qui expetit filio-rum incrementa, iustè viuat.

25. Itaque aedificavit ibi altare. Et, &c.] Curans itaque Isaac prosperè figi domicilium, extruit prius altare. * Non enim iam domus, sed & Vrbes prosperantur, cum à sacris incipit aedificium. Erigatur primum Deo domus, Templum extruatur: fallar, nisi domus Religiosæ, aut Vrbis άcumina cœlos pertingant.] Nomine ergò Domini inuocato tabernaculum extendit. Ex inuocatione enim Dei omnium diuo assolet extendi. * Hinc crediderim miram societatis Iesu extensionem duxisse principium. Ignatius etenim Parens meus, inuncato nomine Domini; & non nomine Igoatij, tabernaculum Societatis militare figi curauit.] Domicilio ergò ibi praeparato, Isaac famulis iubet, vt eruderarent puteum insignem, quem olim Abrahamus hisce locis infoderat.

Vrbes prosperantur, cū ab Altari, aut Templo incipit aedificium.

Societatis Iesu militare tabernaculū, seu Religio mirè extenditur, quia Ignatius inuocato Iesu nomine fixit.

26. 27. Ad quem locum, &c.] Abimelechus itaque; Ochozath & Phicol dux Geraris ad Isaacum accesserunt simulata amicitiæ vrbana salutatione, vt possent speculari, an Isaac tenuis, an potens existeret: aut vt tenuem bello omnino comminuerent: aut vt cum potente adhuc foedus initeot. Existimo quidem nomen *Phicol* nomen magis officij esse quam proprium nomen; quia etiam tempore Abrahæ Rex Geraræ Abimelech, & eius Dux Phicol appellabantur. Qui si idem fuiset, ille regnauerit, hic dux exercitus plus annis centum fuerit. Ideo existimo & Abimelech nomen Regiæ dignitatis, & Phicol nomen officij Palæstinis extitisse. Allicior praetrea ipsius nominis etymologia. *Phicol* enim idem ac *omnis facies.* Quod scilicet omnium militum, ac subditorum, quotquot dux erat animi & oculi in eum conuerterentur.* Vt dux seu Praesul rectis actionibus eorum impendat sciens se ab omnibus spectari: imo sustinet constitutionem esse omnium facierum colligationem.* sine aptius dixeris, ducem, aut Magistratum idem, ac *omnes facies*, quia tot facies debet exponere, quot diuersi generis motum subditus regendos acceperit. Diuersis ingenijs subditi adsunt? singulis Praesul debet vultus diuersitatem ostendere. Hinc Prothei solummodò regimini apti.]Quid ô Rex, Isaac inquit, ô Proceres, requiritis hominem, quem à vobis non iustis actionibus abstersistis? *An non vides ò aulice, quonammodo fugientem sequatur Curia, quæ manentem expulerat.]

6. *Inuisitur à Rege, fœdus initur.*

Praesul à cūctis subditis aspectatur. Vnde curare debet de actionum rectitudine. Debet diuersis ingenij subditis vultū ostentare diuersū.

Fugientem sequitur Curia.

28. 29. Qui responderunt, &c.] Vidimus, inquiunt, te diuitijs auctum adeò, vt si velis affectare Regnum, facili negotio consequi possis; pecuniæ enim omnia lubricantur. Ideo, emisso iureiurando, quaesumus, foedus ineatur, quo teneatis eorum, quæ ad nos pertinent, lædere nulli, quemadmodum nos tua nunquam iura violauimus. Falsum planè; nam ipsis conniuentibus Gerarita pastores Isaacum iniuste ab vsu arcuerant puteorum. * Similem sanè orationem quotidie texunt, qui in nullo parcentes inimico precantur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Poterat Isaacus respondere: Ergò in vos cumulabo incommoda, sicut & vos multa in me incommoda cumulastis.]Quia ergo nulli tuorum læsimus, anctus cœlesti benedictione à Gerara recessisti.

Abimelech emulator, qui malae cōfessens inimico, petit à Domino ne donari sicut ipse debitori dimittit.

30.31. Fecit ergò eis conuiuium, &c.]Nè videretur Isaac quem Geritæ odisse factis ostenderant: se in æmulos minus gratum

Inimico be- nefacere, acris est vin- dicta.

gratum ostentasse, loco vindictæ conuiuium instituit. * Inimico enim dona litare, in eumque beneficia conferre acris vindicta est. Manè autem ad fœderis solemnia surgentes, ieiuni in iuramenti reuerentiam, fœdera celebrarunt. * Quemadmodum Eucharistiam ieiunus absumis, ieiunus debes iuramento te obstringere, vt sobrietas tuam mentem reddat aptiorem ad circunstantias dignoscendas religioni iurisiurandi necessarias. * Quam malè iurat, qui post nimium cibum, & potum Dei nomẽ ore assumere non veretur! Quomodo ritè potest iurare vergens in temulentiam?] Fœdere itaque inito, Isaac Geraritas in ditionẽ suam pace colligatos, sibique amicos dimisit. * Ad ineundas enim amicitias ad colligandos tibi auersos efficacissima beneficij collatio]

Iuramentum emisit ieiunus, vt sobrietas faciat te recolere iuramẽti circunstã- tias.

Quam male iurat verges in temulen- tiam.

Beneficij col- latio male affectos con- ciliat.

7\.

Annun- tiant ser- ui, se aliũ fodisse pu- teum.

32\. 33. ECCE AVTEM VENERVNT IN IPSO DIE SERVI ISAAC, &c.] Hebr. *Saturitatem*. Ex hoc puteo, quem fodistis latices petemus abundantes queis satiabimur. Profectò LXX. Legerunt, *iuramentum* per ν Quidam respondent, Isaacum imponentem puteo nomen eodem die, quo religiosum illud iuramentum emissum fuerat, in memoriam æternam illius puteum appellasse *iuramentum*, seu *abundantiam*. * Quid abundantiæ cum iuramento? Certè cunctis abundat, qui iusto iuramento dat operam proferendo: sicut penuria premitur, qui sinè religionis freno iurat.] At vrbi impositum Bersabee nomen, id est, *Puteum septem*, ex puteorum abundantia.

Qui iustum emittit iuramentum cũ- ctis bonis opplebitur.

8\.

Esau ducit vxores duas, ingratas Isaac, & Rebeccæ.

34 35. ESAV VERO QVADRAGENARIVS DVXIT VXOREM, &c.] Esau quadragenarius, centenario inuito parente duas Hethæas duxit vxores Dynastarum filias. * Nunquam placida euasere coniugia filiorum parentibus inuitis Erant enim coniuges Hethęę illę amaritudo (Hebr. sic) Isaac, & Rebeccę & quia malis motibus, & quia idololatræ, & quia contumaces cum ipsis contendebant. * Nurus rixarum studiosa nunquam non socero amaritudo.]

Nunquam coniugia euasere placida parentibus inuitis Nurus rixarum studiosa soceri amaritudo est.

CAPVT XXVII.

Benedictionem paternam astu matris Iacob fratri præripit, quapropter illi mortem Esau minitante, in Haran secedit.

1\. SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum 2. Cui pater: Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. 3. Sume arma tua, pharetram, & arcum; & egredere foras: cúmque venatu aliquid apprehenderis, 4. fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. 5. Quòd cùm audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum vt iussionem patris impleret, 6. Dixit filio suo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: 7. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. 8. Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis, 9. & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciã ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur. 10. quas cùm intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquã moriatur. 11. Cui ille respõdit: Nosti quòd Esau, frater meus, homo pilosus sit, & ego lenis: 12. si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducã super me maledictionẽ pro benedictione. 13. Ad quẽ mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantùm audi vocẽ meã, & pergens affer quæ dixi. 14. Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius 15. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum 16. pelliculásque hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit 17. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. 18. Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? 19. Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. 20. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam. 21. Dixitque Isaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrùm tu sis filius meus Esau, an non. 22. Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. 23. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, 24. ait: Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum: 25. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum, quo hausto? 26. dixit ad eum. Accede ad me,

& osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 28. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, & vini. 29. Et seruiant tibi populi: & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ, qui maledixerit tibi, benedictionibus repleatur. 30. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esaü, 31. coctósque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. 32. Dixitque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esaü. 33. Expauit Isaac stupore vehementi. & vltra quam credi potest admirans, ait. Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei, & erit benedictus. 34. Auditis Esaü sermonibus patris, irrugiit clamore magno: & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi, pater mi, 35. Qui ait: venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. 36. At ille subiunxit. Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursúmque ad patrem? Numquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? 37. Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, vltrà quid faciam? 38. Cui Esaü: Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cúmque eiulatu magno fleret. 39. motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper, 40. erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempúsque veniet, cùm excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. 41. Oderat ergo semper Esaü Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. 42. Nuntiata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens & vocans Iacob filium suum dixit ad eum: Ecce Esaü frater tuus minatur vt occidat te. 43. Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: 44. habitabísque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, 45. & cesset indignatio eius, obliuiscatúrque eorum quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc? cur vtroque orbabor filio in vno die? 46. Dixitque Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

COMMENTARII.

1. Vocat Isaacus filiũ Esau, petitque sibi fieri ex venatione condimentũ, vt eũ donet benedictione, quam suo Iacobo Rebecca procurat.

VERS. 1. SENVIT AVTEM ISAAC, &c.] Centesimũ trigesimũ septimum Isaac agebat annum, caligine lumina eius obruebantur non tam ætatis vi (superstes enim adhuc fuit quadraginta tribus annis) quam crebris ægritudinibus. At non omnino cœcitate laborabat, sed cœcutiebat, vultus quidem aspectans, factiones autem minimè discernens. * Diuis Deus huiuscemodi immittit tenebras corporali visui, vt mentis lumina acuantur.] Aduocat ergo senex cœcutiens filium suum dignitate, non ætate, maiorem: ille autem sistitur aduocanti, inquiés: *Adsum*. Specialis enim parentis dilectio vel agrestem ad obediendum fecerat promptum * Nihil sic pertinacem subditum illigat obsequio, quam Præsulis experiri dilectionem.]

Diui aliquãdo cœcutiũt corpore, vt lumina mentis eorum acuantur.

2. CVI PATER, &c.] Non facilè longæuos se senes profitentur: difficilè autem cito obituros, sibi persuadent. At sanctus Isaacus cupiens dissolui, & se senem profitetur, & diem obitus asserit ignorare. * Omnes ignorant us mortis diem, sed senes præcipuè ignorare debent, an hora sequenti sint obituri.] Certè alio sensu senes iniusti diem mortis ignorant, quia indies videntur mortis memoriam amisisse: & ignorasse vndenam mors sit ventura. Nescio, inquit Esau Isaacus, quando nam moriturus sum sensu defectum minitante quotidie. *No se*, liceat vulgariter expendere) *quando me llamara Dios.*

Pertinacis subditi animus adducitur dilectione Præsulis.

Senibus propior mors. Senes praui ignorant mortem, id est, non se cogitant morituros.

3. 4. SVME ARMA, &c. FAC MIHI, &c.] Suspende pharetram, (Hebr. sic) arripe arcum, ad venationem perge, & ex fructu pharetræ, & arcus gustui suaue mihi præpara edulium eo, quo scis me libenter vesci, condimento; vt tibi ex animo benedicam, antequam à viuis recedam. * O tam apte benedictio, qua æterna adumbratur hæreditas, impenditur ei, qui esurientem efficit alimonia!] * Dignus plane omnimoda benedictione potiri, qui parentis egestati succurrit. Quonammodo benedicetur à Domino, qui parentes diuitiis abundans fame patitur laborare.

Benedictio æterna datur pauperem reficienti. Qui parenti succurrit eũ furrent dignus benedictione.

5. 6. 7. QVOD CVM, &c. DIXIT, &c. AFFER MIHI, &c.] Scien. Rebecca aduocatum a parente Esau, à tratte ex muliebri curiositate auscultans Isaaci audiuit sermonem. Vnde anxia *sum plum* incumbum

Solebant parentes vnũ filium amare, vt reliquos velut extraneos reputent.

bum adit. * Etiam filius erat Esau, sed filius vocatur Iacob Rebeccæ; quia parentes sic assolent vno in filio totum cordis affectum collocare, vt reliquos filios velut putent extraneos. Audiit, inquit, Isaacum Esau suadentem, vt mentem initet pulmentumque de venationis fructu præpararet gustui agnatum paterno; vt præmium obsequij esset benedictio *coram Domino*, id est, vera, ex corde, & Domino annuente. * Multi parentes inobedienti benedicunt filio, sed minimè coram Domino. Profectò benedictio ex corde obedienti filio præparatur.

Benedictio ex corde parentis non inobedienti, sed obsequenti filio impertitur.

8. 9. 10. NVNC ERGO FILI MI, &c.] Perge illico ad gregem ô Iacob, duos mihi hœdos adiatos trade eo præparandos condimento, vt putet se ex Esau sui venatione vesci. * Sit ferina, sit hœdina caro: eam reddit assimilem gustui condimentum. O quot mendacia muliebris ars ea, regit condimenti specie, vt veritas esse videatur.] * Hœdus, quo piacula figurantur in sacris, sic assolet operiri condimento defendentis, aut diligentis eum, vt virtutem esse nullus audeat adubitare. * Hoc astu ex materna dilectione, fili, certo te à refecto parente donandum esse benedictione.

Mendacium muliebri arte apparet veritas.

Peccatum sic condit, qui diligit reum, vt virtus esse videatur.

11. 12. CVI ILLE RESPONDIT, &c.] Hispidum, ô mater, Esau peperisti, me glabrum, miniméque hirsutum enixa es, naratij hoc ex capite iuia conseruo. Vnde vereor, ne pater putans me & cæcitati insidiari, & senectuti illudere voluisse: me maledictione loco benedictionis vulneratè minax exturgat. * Vel inculpatus filius debet patris timere maledictionem. Sine culpa filius maledictione à parentibus scio non vulnerari. Attamen tam horribile malum est, vt vel innocenti esse debeat horrori. * Preme verbum, *Inducam mihi maledictionem*. Non queratur filius parentem iratum, ei maledixisse. Irreuerentia filij vel à parente mansueto inducit maledictionem.

2. *Iacobi obiectio, & solutio.*

Vel inculpato filio maledictio paterna esse debet horrori.

Irreuerentia filij vel à mansueto parente inducit sibi maledictionem.

13. AD QVEM MATER, &c.] Ne, ô fili huiusmodi formidine torpeas, executioni meuo dede consilium. Frustra pauescis; & vt videas nihil adesse periculi cuncta cessura in me recipere non vereor. Acceperat Rebecca à Deo de principatu Iacobi promissionem ideo cuncta prosperè futura non dubitat. * Alias quidem à temeritatis piaculo non liberaretur. Nec enim debes in magnis, nec in mirabilibus super te, siue in difficilibus ambulare,]

Temerarium aggrederis super te mirabilia seu difficilia.

14. 15 16. ABIIT, & ATTVLIT, &c.] Abiit ergo ille, & adlatos a diligenti filio duos hœdos mater accipit, & ex aptioribus ad simulationem portionibus conficit pulmentum ad gustũ Isaaci. E custodia, quas habebat, Esau vestes (sacerdotales to tali, quibus primogeniti sacrificabant) inter odores asseruatas mater educit, induit Iacobum, & vt Esau hispiditatem posset exponere, hœdinis pellibus & manus & colla munit, partes scilicet, quas cæcutiens attrectaturus videbatur. * En circa maritum ingenium mulebre: quidquid libuerit eum credere coget, cum studet operculo addicere leuitatem. (Hebr. *Et ego leuis*)

3. *Parat cibos Rebecca, induitque Iacobum.*

Fœminarum ingenium ad operiendã leuitatem erga maritum.

17 18 19. DEDITQVE PVLMENTVM, &c. * Ita ergo condimentum hœdis, subcinericiosque, quos pararat, panes Iacobo sic induto tradidit. At ille patris transferens ad conspectum. Ego sum inquit, Esau, fructe venationis meæ effectu, vt me ex corde de benedictione afficias. Certè sola effi... animæ parentis aut benedictio, aut maledictio suum sortitur effectum. * Ne nimium mœreas, si ex irato patre, aut matre in te audieris sæpe imprecationes. His procul dubio anima non prufert, sed solummodò labia efformarunt. Ille timere te, ac totis artubus contremiscere faciant, quas anima parentis affecta iniuria iaculatur.]

4. *An se primogenitum Iacobus, auditur, tangitur, non agnoscitur osculo afficitur.*

Maledictiones parentũ non tam ex animo, quam ex labiis profluentes, haud nimium tremendæ.

An mentitus Iacob se asserens Esau? Certè non laborabo in excusando Iacobo, ac Rebecca, quos multi mendacium officiosum expressisse non dubitant, adhibitum quidem ad vendicandum, quod diuina promissione debebatur Iacobo. Nisi dixeris verificari potuisse propositionem illam: *Ego sum Esau primogenitus tuus*, & quia iam emptione acquisierat ius primogenij, * & quia fratres vterini præcipuè, vna quodammodo decorantur esse ...

Fratres duo quasi vna essentia coalescunt.

20. 21. RVRSVMQVE ISAAC AD FILIVM, &c. Prudentia Isaaci dignoscere volentis, num filius Esau esset qui adferebat cibaria, commendabilis obuicitur. Non enim sine iure vllus filiorum præponendus alteri.]

Sine iure pater non debet præponere vnum filium alteri.

22. ACCESSIT ILLE AD PATREM, &c. Multi quidem ex operibus externis curant ostendere se alios esse, ad virtutis genium se recepisse. * Attende ad vocem; verbis enim cito proferent haud pœnitentis cordis veritatem, os enim ex cordis abundantia verba facit. Quod ergo pilosæ Iacubi manus asserebant, vox abnegabat.]

Licet opera externa affectata te exponant probum, te vox affirmabit iniquum. Ex verbis enim cor dignoscitur.

23. 24. ET NON COGNOVIT EVM, &c.] Decernens igitur Isaac filium benedicere illico, adhuc si Esau esset, rogauit. Cur ergo quod animo intendit facere postea, iam factum exprimitur: *Benedicens ergo illi.* * Quia propopositum viri prudentis pro facto reputandum. Prius recogitet, semel iterumoque obliteret reo gerendum. At propositum, aut consilium initum sit velut executio * Nec enim sapientis est facile et consilium immutare]

Propositum viri prudentis velut ex cuiuscest operis gestum.

Sapientis mutare consilium, sed non facile est.

25 26. AT ILLE: AFFER MIHI, INQVIT CIBOS DE VENATIONE &c. Petiit ergo Isaac illi adlatos cibos ... cumedit, ac bibit: mox autem addidit, Reuerenter, ô nate, osculo prius manum ... humerum patris adorna, vt reuerens submissio te benedictione digniorem reddat *. Benedictio patris, muneraque peculiaria debent esse filialis reuerentiæ, ac submissionis præmium. Hebr. *Osculare mihi.* Sunt qui asserant, dictionem *Mihi* significare osculum manui, aut humero impressum; osculum enim oris cum accusatiuo exprimi deberet, *Osculare me.* * Miraret, virum grauitate conspicuum, tanto in filium quadragenarium vti dilectionis documento. Nec enim grauium parentum amor nimicus esse debet.]

Moneta, quæ pater filio inuenerit sunt præmium reuerentiæ, & submissionis.

Parentum amor non sit nimicus.

27. Accessit

5. *Fragrātiā percipit Isaacus, Iacobum benedicit. Venit Esau, cibos effert irrugit, precatur.*

Indicant odores in vestibus indicat, more [illegible] non [illegible] ufitet redolere.

27. Accessit, &c.] Iacob osculatur paternis humerum, approximatio autem fecit, vt fragrantia ex floribus atque contractam vestimenta proximius immitteret, quam percipiens senex proclamat: Meus filius floribus ac fructibus agrum plenum ex vestium odore æmulatur. Profecto mulieres vestes alliment theca recondere floribus, he his fructibusque odoriferis plenas ad fragrantiam. Addit, *Cui benedixit Dominus.* Tunc [illegible] Deus agro benedicit, cum floribus vernare, fructibusque exuberare facit. * Nam tua hæc fragrantia, non [illegible] fucata decet viri mo[illegible] Indicant odores indicant mores hominum non [illegible] dolere.

28. Det tibi, &c. De cœlo rorido, ac terra [illegible] [illegible] Deus in [illegible] [illegible] bum, & por[illegible] necessario possessionem exponat. [illegible] & vin[illegible] nomine in [illegible] [illegible] intelliguntur. [illegible] [illegible] sunt [illegible] quæ a [illegible] excipiuntur, panis, ac vinum [illegible] * Ideo apte tot Patrum ex mente panis ac vini [illegible] fum ol[illegible] [illegible] homini d[illegible] [illegible] tota cœlestis abundantia impertitur.

In [illegible] filia tota [illegible] cœlestis hominí impertitur.

29. Et serviant, &c. Nec solum diuitijs abundes, sed exund[illegible] Idumæorum, Philisthinorum & Moabitarum po[illegible] tibi in posteris su[illegible] iciantur. hi Damidi, Salomoni, & Assamonæis paruere) Te [illegible] id est posteri fratrum tuorum adorent Non solum bello, sed iure primogenij [illegible] acquiras dominatum. Tam specialis sit erga te Domini [illegible] prouidentia, vt tui [illegible] aut inimici Dei [illegible] aut inimici esse videantur * Et qui [illegible] [illegible] habet [illegible] sibi, qui [illegible]

Iniusti Deo ij quibus iniusti iusti.

[illegible] 32 3. Vix Isaac sermonem impleverat &c. [illegible] sermonem finierit [illegible] lacob [illegible] [illegible] [illegible] ad mensam, [illegible] pater qui [illegible] LXX) [illegible] in [illegible] [illegible] Iacob, [illegible] refectus, ne [illegible] cogitaret * Mente si [illegible] studiosus, mundi dolos [illegible] mendacesque compe[illegible] gustu tuo videtur ipse mire. [illegible] fratrem fratri insidias collocatum. [illegible] crederet filium daturum ope[illegible] vt [illegible] parentem? Cunctos ergo tu [illegible] dolo [illegible] ecstasis manifestat. Porro illa particula, *Benedixit ei, eritque benedictus*, innuit, non iam posse rescindere

Meditationis studiosus dolos mundi agnoscit.

34. Audit i, &c. Exanimans Esau hæc vltima verba confirmatoria fecere [illegible] clamore velut fugitu[illegible] [illegible] clamore magno) cum enim inuidia fiat ins incrementi mutatur in feram. * [illegible] tenerum [illegible] [illegible] iam mutatum ad vin[illegible] faciet efformare [illegible] non cla[illegible] mo[illegible] ab humana [illegible] decidisti (Annon, inquit, [illegible] pater, & ego filius tuus sum

Inuidia mutat homines [illegible] feras [illegible]

fac ergo & me donari benedictione. Nec enim paterni fontis vbertas vnica benedictionis irrigatione siccatur.

35. Qui ait, &c.] [illegible] frater tuus fraude obiecta mam abripuit bene[illegible] Fraus quidem videbatur, sed re vera mystefium fuit, [illegible] tens totam [illegible] ponente. O quotiens [illegible] dem, & [illegible] s, Dei vere est [illegible] posito suæ in re di[illegible] volun[illegible] ratt [illegible] tu n vtque vrsita[illegible]

6. *Aperit Isaac Iacobi astum, petit non semel Esau, alis donari benedictione, patre annuente.*

36. A[illegible] ,&c. Pro[illegible] prij nominis [illegible] [illegible] [illegible] implet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quæ [illegible] [illegible] debita [illegible] dictionem. O pater, ex paternæ [illegible] & mihi profer [illegible] munera, si tua non potes * [illegible] momenti est [illegible] terna benedictio, vt [illegible] debeat & precibus, & lacrymis a filio [illegible]

Quod repudi [illegible] Dei [illegible] Magni momenti est pa[illegible] [illegible] lata bñis.

37. Respondit Isaac, &c O fili [illegible] te fratris [illegible] feci. [illegible] [illegible] [illegible] & vinum addixi [illegible] consanguineos [illegible] manu [illegible] quænam tibi potest [illegible] benedictio. An bene [illegible] [illegible] dum fectus [illegible] dum ab [illegible] debes accipere? * Profecto [illegible] [illegible] lusque ad victum gerere dependenti in videtur maledictionis esse flagellum] Addit Patriarcha, non habere quid Esau [illegible] possit, postquam frumento, & vino Iacobum donauit. * Quodnam frumentum, precor, quodnam vinum illud an quo omnis caudi[illegible] rus benedictio, extra quod nulla [illegible] nedictio, quæ [illegible] val[illegible] exponi [illegible] Eucharistiam, in qua cum [illegible] bij [illegible] includuntur, omnis [illegible] dulcedinis [illegible] flagnatur. * Extra Eucharistiam nullum vere bonum expectes, nec ipsi [illegible] Dei bonum, aut benedictio tibi impe[illegible] da, ni[illegible] Ad [illegible] [illegible] tam in pane, & in vino; quia [illegible] & [illegible] Eucharisticum nullum potest bonum excogitari.

Seruire alio, ab alieno manu debere cedulam acccipere, male dictionis flagella videntur. Omnis benedictio in Eucharistia colligatur.

Nisi Deus tecum Eucharistia donet, haud subest ei bonum quod largiri valeat.

38. 39 40. Cui Esau. Num vnam, &c.] Instat [illegible] lacrymas profundens, & demum patrem [illegible] benedictionem. * Instantia preces, præcipue si lacrymis [illegible] o atio, difficilia consequitur, [illegible] impossibilia impetrat [illegible] inquit, de cœlo [illegible] fœcunda [illegible] [illegible] abundantia tua [illegible] nedictio [illegible] An benedictio feruiti[illegible] * Certe [illegible] pium i[illegible] [illegible] imparis infra næ augustiffi[illegible] [illegible] que o[illegible] in terra pingui, quam [illegible] [illegible] tis fructus [illegible] [illegible] [illegible] certe hanc non [illegible] agricolationis occupabis tibi subiectam [illegible] benedictio: sed gl[illegible] o, vi, [illegible] Talis pane Esau posteri. Secus [illegible] idem fiant; sub Dauide imperium 3. Reg. 8. sed aliquando e collo iugum excussit. Certe Idumæi Esau posteri regnante in Iuda Ioram rebellarunt. 4 Reg 8. * Tam miserabile [illegible] status [illegible] tunga spes [illegible] [illegible] sit miseri consolatio. O [illegible] filius æternæ horrorem ; qui nunquam

Preces instantes, præcipue si lacrymis irroientur, cō. equŭtur.

Seruire impium iusto, Dei benedictio est.

Magnũ securitatis solatiū spes lōga terminationis; Nulla quidē in damnatis fore uitæ.

nunquam poterit spe terminationis alleuari?]

Odium Esau erga Iacobum quē Rebecca monet fuga vitare fratris irat.

41. Oderat,&c.] Suggerente odij materiam memoria ablatæ benedictionis, secreto secum ipse statuebat: Haud patrem contristari patiar, qui seductus me primogenij priuilegio priuauit: eius luctus aderit, qui meo me liberabit à luctu; patrem enim seductorem occidam matris quidem iniutia, sed quæ illi ad dolos materiem ministrauit. * Particulam de nobilitatis penu Esau retinere innuit, dùm frænat iracundiæ, inuidiæque impetus, ne patrem contristaret. Quis nobilis audebit parenti inferre contristationis causam?]

Vel impius filius se ingenuum ostendit, dum satagit, patrem non cō tristare.

42. Nunciata, &c.] Quis nam potuit Rebeccæ nunciare quod Esau gerebat corde nec ore protulerat? *Peccatum quidem operiri non potest. Mente concipitur? iam natum, cunctisque expositum esse existima.] Cur mittit, & vocat Iacob, quem semper tabernaculo addictum aspectabat? *Recesserat, ne, si ipsi fratris oculis obiiceretur, ad ardentiorem eum iracundiam excitaret. Quam prudenter?]

Peccatum vel internum operiri non potest.

Recede ab eo, quem ad iracundiam adduxisti.

43. 44. 45. Nunc ergo fili mi,&c.] Ergo ô fili, meum cape consilium, te recipe in Haran, fratris mei Labani domum ini, furor fratris quiescet, eius cessabit indignatio, omnia obliuioni committet, si in Haran paucos dies consumpseris. Quomodo precor ô prudens Rebecca, asseris paucis diebus tantam iracundiæ flammam extinguendam? An breue futurum tempus absentiæ polliceris, vt facilius persuadeas? * Certe mater adiudicauit fratrum discordias non posse esse diuturnas, ipsa natura vndam flammæ amoris immittente.] Dum ergo videro omnino sedatam iracundiam Esau, te reducere illico curabo. * Cur ô misera, patiar, vna in die duobus filijs orbari? * Hunc quidem vis ferri fraterni, illum autem peccati mucro horribilis interficiet. Vtrique igitur studeo consulere, te immunem à periculo tuebor, fratrem tuum à crimine integrum præstabo.]

Fratrum discordia quomodo diuturna si nata flammę vndam immittit.

Peccatum mucro animum interficiens.

46. Dixitque, &c.] Alia insuper ratione indicat Rebecca marito mœrenti de discessione Iacobi adductam fuisse, vt absterreret tunc à domo paterna, nè scilicet Hethæam, aut Chananæam duceret (vti Esau) vxorem. Permitte, ô Isaac, Iacobum ad Haran proficisci, durante enim Esau iracundia periculosè hîc commoratur. Quid si æmulatus fratrem ex Hethæis fœminis vxorem eligeret? *Ad quid mihi vita*, (sic Hebr.) quam toties vitæ tædet propter filias Heth, quas Esau duxit? Fœlix Iacobi absentia, si apud Labanum meum fratrem habitans Syrę fortè colligetur vxori.* Quid enim saluti vtilius quam eiusdem sanguinis, & morum, & religionis ducere sponsam?

Quam vtile saluti, eiusdem religionis, ac moris vxorem ducere sponsam.

CAPVT XXVIII.

In Mesopotamiam Iacob pergens, obdormit in via, videt scalam, per quam Angeli ascendebant, & descendebant, locum Bethel appellat, & voto emisso, pergit.

1. VOcauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq; ei, dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaam: 2. Sed vade, & proficiscere in Mesopotamiā Syrię, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. 3. Deus autē omnipotēs benedicat tibi, & crescere te faciat, atq; multiplicet: vt sis in turbas populorū. 4. Et det tibi benedictiones Abrahæ: & semini tuo post te: vt possideas terrā peregrinationis tuæ, quā pollicitus est auo tuo. 5. Cúmque dimisisset eū Isaac, profectus venit in Mesopotamiā Syriæ ad Labā filiū Bathuel Syri, fratrē Rebeccę matris suę. 6. Videns autē Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eū in Mesopotamiā Syrię, vt inde vxorē duceret: & quòd post benedictionē pręcepisset ei, dicēs: Nō accipies vxorē de filiabus Chanaā: 7 quódque obediēs Iacob parētibus suis isset in Syriā: 8. Probans quoque quòd nō libēter aspiceret filias Chanaā pater suus 9 iuit ad Ismaelem, & duxit vxorē, absq; iis, quas priùs habebat Maheleth filiam Ismaël filij Abraham, sororem Nabaioth. 10. Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. 11. Cúmque venisset ad quemdam locū, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebāt & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. 12. Viditque in somnis scalā stantē super terram, & cacumē illius tāgens cælū: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, 13. & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. 14. Eritque semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad Occidentē, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem, & BENEDICENTVR IN TE & in semine tuo cunctę tribus terrę 15. Et ero custos tuus quocūque perrexeris, & reducā te in terrā hāc: nec dimittā nisi compleuero vniuersa quę dixi, 16. Cúmque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. 17. Pauensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta

cæli;

cæli. 18. Surgens ergo Iacob manè, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. 19. Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur. 20. Vouit etiam votum, dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad vescendum, & vestimentum ad induendum, 21. reuersúsque fuero prospere ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, 22. & lapis iste, quẽ erexi in titulũ vocabitur Domus Dei: cunctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

COMMENTARII.

1. Iacob benedicitur, & monetur, ne de Chananais ducat vxorem.

Patrum est filiorum concordiæ prouidere.

Tolerantia nouũ efformat hominem nouis benedictionibus cumulandum.

VERS. 1. VOCAVIT ITAQVE, &c.] Audiens itaque Isaac à Rebecca, & approbans Iacobi profectionem in Syriam. *(Ad patres enim spectat iurgiorum occasionem inter filios rescindere.) Iacob profecturũ benedictione donat primam confirmans, & ob tolerantiam circa fratris iracundiam adaugens.* Tolerãtia enim laborum nouum efformat hominem, qui possit nouis benedictionibus cumulari.] Vt autem Rebeccæ, quam vitæ tædebat propter Esau Hethæas vxores, morem gereret, ei imperat, ne vxorem de Chananæis, aut Hethæis ducere audeat.

Familiam parentes assignent, vnde filij ducant sponsas, in qua sæpe solent aberrare.

2. SED VADE, &c.] Sine mora fili. (Sic LXX) discede, fratris te violentia subtrahe Auunculi tui Bathuelis adest refugij domus, apud quam & tutus degas, & de filiabus Labani possis tibi sponsam aptare. Assignat familiam, è qua accipiat vxorem, non nominat aut Liam, aut Rachelem * Hæc enim aut illa vxor ab sponso eligenda: hæc autem, aut illa domus, seu familia à parentibus amplius conuenientiæ consciis assignanda. Assolent enim iuuenes, plus in familiis, quam in vxoribus aberrare.]

3. Felicitatẽ ei imprecatur parens, init Iacob Mesopotamiam.

Qui vult crescere, à Deo curet benedici, rectè viuendo.

3. DEVS AVTEM OMNIPOTENS, &c.] Deus ô fili tam vberi te benedictione donet, vt copiosa tua posteritas possit copiosos admodum populos efformare. Itaque posterior pars, me autore, prioris est expositio, quasi diceret: *Deus tibi benedicat, id est crescere te faciat, &c.* Aliquem enim à Deo donari benedictione, idem est, ac augeri: sicut à Deo maledictione affici, idem est, ac imminui. * Vt innuatur, te studiosum incrementi debere rectis operibus Dei ambire benedictionem: nec enim maledicti à Deo verè crescere possunt]

4. ET DET TIBI, &c] Efficiat te Deus, tuosque filios dignos Abrahæ patris mei promissionibus, quibus tui etiam posteri potiantur; vt iure hereditario ex vi benedictionis meæ possideas terram Chanaam, ad quam redibis, & in qua vti peregrinus habitabis. * Eam enim terram possides veraciter, quam velut peregrinus linquis, & despicis. Illius possessor non es, cui veluti habitator immobiliter hærescis.] Hebr. pro particula, *Quam pollicitus est*, apponitur, *Quam dedit.* * Dei enim promissio, iam est quodammodo possessio, ob impletionis infallibilitatem.] * Haud sic hominum promissiones. Tam facilè enim mutantur, vt illud ipsum promittere, sit abnegare, & ab spe recipiendi decidere]

Terram possideas verè, quam vti peregrinus colis, & despicis.

Dei promissio quasi possessio est.

Hominum promissio quasi possessionis desperatio.

5. CVMQVE, &c.] Non eam misit Isaacus Iacobum alliciens ad profectionem quam *dimisit* expetentem se fugæ committere. Venit igitur ad domum Labani post multa, quę ei antè quã accideret, acciderũt. Hæc nota prolepsis.

Omnia Esau à patre gesta callet, curat Ismaelis filiam sibi ducere vxorem.

Vbi famulæ auscultatrices, nullum secretum.

In filijs probis semper pater viuit.

6. 7. 8. 9. VIDENS AVTEM, &c.] Cuncta quæ absente ipso in cubiculo patris Iacobo acciderant, Esau fuere renunciata.* Vbi enim adsunt famularum auscultantium insidiæ, nulla potest secreti custodia præualere.] Sciens autem secundo Isaacum benedictione donauisse Iacobum, & in Syriam profectum vt implens patris imperium vxorem de Labani filiabus duceret: volens culpam initorum iam coniugiorum abolere, & patri rem gerere gratam: pergit ad Ismaël, Ismaelitas inquam, Ismael enim ante quatuordecim annos obierat.* Attamen in probis filijs semper pater existit, nunquam emortuus ostentatur. Vnde ad ismaelitas se conferens, ad Ismael profectus annotatur] Non autem Esau omninò se gratum præstitit genitoribus, quia inconsultè de stirpe ancillari, quæ cum Saræ liberis in partem hæreditatis venire non poterat, vxorem accepit Maheleth filiam Ismaelis, & primogeniti Nabaioth sororem * Quia à patre cõsilium non petijt, patri placere non nouit. Errant filij, quotiens inconsultis parentibus coniugio colligantur, licet se dignas ducere vxores existiment.] Attamen non possum non commendare Esau, ex quo capite rursum non accepit Hethæam.* Edocet enim filios, qui vna actione læsére parentes, contraria altera reformare]

Errant filij quotiens, inconsultis parentibus, vxores accipiunt.

Filius, qui vna actione parentem offendit, altera contraria reformet.

Iacob pergit Haran, iuxta Luzã obdormiẽs, videt scalã, tollit lapidem in titulũ, Luza nomen immutat, votum emittit.

10. 11. 12. 13. 14. 15. IGITVR EGRESSVS &c.] Cum igitur Iacob ex Bersabee procedens, pergeret in Haran prima diei profectionis nocte instante, fessus (gressus enim fugitantis ducebat) curat strare lectum adiacentes lapides ad ceruical componens. Pressus somnio vidit scalam, eorum quæ simul audiuit expressam imaginem. Deus dilatationem Iacobo promittit, reducendum ad illum locum asserit à id ipsũ protẽdit scala, cuius apparatu Deus Iacobũ mœstũ, actum persecutione fratris, peregrinum cõsolatione affecit. Scala Iacobi via est, Angeli descendentes signant Iacobum fæliciter in Haran tendentem: ascendentes autem fælicius exprimunt redeuntem. Dominus autem scalæ hærens ab inferiori gradu quasi fulciens, Christus est, ad cuius Incarnationem via Iacobi, nuptiæque dirigebantur. Hinc dilatatio Patriarchæ ad quatuor mundi plagas, hinc accurata illius diuina custodia. O quam consequenter afflicto, ac laboribus acto cœlestis consolatio est præparata.] *Tibi*, inquit, *& semini tuo, id est*, semini tuo terram hanc impertiat, Iosue scilicet, ac Regum temporibus. Nec abstinebo ab opere, nisi

Consequitur consolatio Dei laborantes.

nisi prius perfecero ea, quæ scalæ imagine tibi promitto renouâs factam Abrahamo promissionem. * Proh Deum immortalem! quam prompte tuas promissiones factas homini imples: quam negligenter homines sua vota executioni mandant; non dimittis, donec impleas: vix promittunt, cum dimittunt implectionis studium.]

Deus non dimittit, donec impleat promissiones. Homo vix promittit, cum dimittit, ac impleat.

16. 17. CVMQVE, &c. PAVENSQVE, &c.] Pudet me, obdormisse hoc in loco, vbi, inscio me, Dominus specialissimè dignatus est commorari. O quis sciret, vt precibus studium impenderem, non habenas sopori laxarem. Terribilis profectò locus, non est communis, sed locus in quo beneplacitum est coram Deo, (sic Chald.) & è regione huius loci est cœli porta; quia inde Angelos prodeuntes, & eò intrantes post scalæ ascensum aspexi. * Terribilem planè locum summa reuerentia decet. Si enim tam terribilis ostentatur Iacobo, quia inscius ibi obdormiuit: quid hominibus consulto colloquia impudica texentibus Dei domus apparebit? Quam terribile Templum prophanantibus.] * Si non est hîc aliud nisi porta cœli, seu Templi vestibulum, vndenam loci terribilitas? Certè quia vel templi vestibulum admodum venerabile exponitur. *Domus Dei & porta.*] * Si porta, aut vestibulum, aut atrium: cur *domus* appellatur? Quia atrium Templi nobis tantam quodammodo debet ingerere reuerentiam, quam ipsa Dei domus. Vt reuerentia atrio exposita sit animi præparatio ad digniorem in Templum ingressionem.]

Terribilissimè scienter prophanatori Templum erit, si inscio dormienti terribilis fuit eius imago.

Vel Templi vestibulum nobis debet esse venerabile.

Vestibulum Têpli est velut Têplum.

Reuerentia vestibuli est præpara ad digniorê in Têplum ingressionem.

18. SVRGENS ERGÒ, &c.] Ex lapidibus, quos contraxerat ad ceruical maiorem erexit, & in morem metæ statuit; summitatem que eius, oleo, quod ad viæ præsidium asportabat, inunxit; vt lapidem diuinæ gratiæ indicem honoraret quodammodo. * Nam vel lapidi gratitudinem exprimenti honor est addicêdus. Rudis itaque lapis in modum cippi leuatur, & in terra defigitur in visionis illius monimentum: vt in reditu eodem loco diuini beneficij memoriam refricaret. * Tam agnata enim homini circà accepta beneficia est obliuio, vt recordatori signaculo indigeat.

Honor debetur cuilibet gratitudinis imagini.

Agnata hominibus beneficiorum oblivio.

19. APPELLAVITQVE, &c.] *Luza* Hebr. idem est ac *nux* Luza igitur à nucum vel amygdalarum copia à Iacobo dicta est *Bethel*, seu *domus Dei*, quod iuxta illam Vrbem obdormiens Deum innitentem scalæ vidisset. Celeberrima deinceps Vrbs Bethel ostentatur, quia illius nomen erat gratitudinis, ac beneficij accepti à Domino documentum. * Illustrant planè Vrbes, & Templa memoriæ fidelium relictæ gratitudinis ergò: ipsósque institutores non mediocriter efferunt.]

Memoriæ relictæ Têples illustrât Templa, & ipsos cômendât institutores.

20. 21. VOVIT, &c. RVRSVSQVE, &c.] Non petit Iacob delicias, delicata non postulat: sed necessaria donari studet. * Nouit enim iustitia vitæ luxum iniquitatis esse parentem.]Si, inquit, ô Domine, tuo munere victu, ac vestimento modico non indigeam, tibi peculiari obsequio, ac reuerentia cultum impendam, agnosceos planè, te mihi Deum verè præstare, quiquidem ita corporeis succurris, vt spiritualibus specialem prouidentiam expedias. * Assolet enim spiritus summa penuria deiici, prosperitate superbire.] Hinc ille Iacobi egregius filius, *Nec diuitias, nec paupertatem dederis mihi, sed tantum victus meo tribue necessaria.*

Superfluitas bonorû parês iniquitatis.

Deû se Dominus vere ostendit, cû nec diuitias, nec paupertaté dat: sed victui necessaria.

22. ET LAPIS, &c.] Lapisque iste, id est locus, in quo lapis hic, mihi reuertenti erit sanctus, & pro Dei domo, & super lapide hoc quasi super altari sacrificabo. Demum omnium bonorum ex area, ex torculari, ex gregibus, ex armentis &c. tibi decimam exhibebo portionem.] Pondera quæso honorem lapidi illi delatum, Iacobo loco Templi est, imo Deum ipsum repræsentat. Ideò oleo inunctum aliquis affirmauit, cum erectus est lapis. * *Vt Deo*, inquit ille, *honor exhiberetur*. Monumentum enim gratitudinis tam augustum ostenditur, vt quodammodo condecoretur Deitate.] Hinc collige, te diuinum exponere, cum gratum ostentas.]

Monumentû gratitudinis quodammodo Deificû. Cû te gratû ostêdis, diuinû exponis.

CAPVT XXIX.

Iacob peruenit in Haran; Labani domum init; cui pro Rachele, & Lia seruit, Lia Ruben, Simeon, Leui, at Iudam enititur.

1. PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. 2. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. 3. Morísque erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent. 4. Dixitque ad pastores: Fratres vnde estis? Qui responderunt: De Haran. 5. Quos interrogans, Numquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. 6. Sanúsne est? inquit: Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. 7 Dixitque Iacob: Adhuc multum

deci superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. 8. Qui responderunt: Non possumus donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. 9. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat. 10. Quam cùm vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesque Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. 11. Et adaquato grege, osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. 12. & indicauit ei quòd frater esset patris sui & filius Rebeccæ: at illa festinans nunciauit patri suo. 13. Qui cùm audisset venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit obuiam ei: complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, 14. respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, 15. dixit ei: Num quia frater meus es gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. 16. Habebat verò duas filias; nomen maioris Lia: minor verò appellabatur Rachel. 17. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu. 18. Quam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis. 19. Respondit Laban: Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro, mane apud me. 20. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. 21. Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est: vt ingrediar ad illam. 22. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. 23. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, 24. dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus, facto manè vidit Liam: 25. & dixit ad socerum suum: Quid est quod facere voluisti? nónne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi? 26. Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. 27. imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis. 28. Acquieuit placito: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem: 29. cui pater seruam Balam tradiderat. 30. Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis aliis. 31. Videns autem Dominus quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius sorore sterili permanente. 32. Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. 33 Rursúmque concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. Vocauitque nomen eius Simeon. 34. Concepitque tertiò, & genuit alium filium, dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios: & idcirco appellauit nomen eius, Leui. 35. Quartò concepit, & peperit filium, & ait: Modò confitebor Domino, & ob hoc vocauit eum, Iudam: cessauitque parere.

COMMENTARII.

1. Iacob venit in Mesopotamiã, haeret puteo, cũ pastoribus colloquitur.

VERS. 1. PROFECTVS ERGO &c.] Solus è Bersabee Iacob proficiscitur in Harã, quia habitus aptior ad fugam, & vt aptiorem Christi referret imaginem. Terram tenuit Orientalem, nempe Mesopotamiam.

2. ET VIDIT PVTEVM, &c.] Ad puteum accessit, cuius vndas tres ouium greges expectabant ad sitis extinctionem. Expectabant inquam donec grandis lapis putei operculum tolleretur. Claudebatur enim fons vt purius, & copiosius greges possent potari. *Nihil tã purũ, quod sinè cautione nõsit infectionis periculo obnoxiũ.]

Paritas indiget cautionis operculo.

3. MORISQVE ERAT, &c.] Omnibus gregibus epotandis puteos communis patebat, non sigillatim ouibus singulis.* Bona enim commoda communitat suos impendenda, non vni aut alteri adscribenda potentiori.]

Bona cõmunia omnibus cõmunicet.

4. DIXIT AD PASTORES, &c.] Fratres pastores illi à Iacobo appellantur. *Vt enim alacriter rogati aperirent vndenã essẽt, comitas erat necessaria. Isaaci nobilissimi filius vti pastor mercenarius pastores alloquitur. * Prudens, qui sese fortunæ voluit accommodare norit.] Illi mox responderunt, ad Haran pertinere ditionem.

exponendi Necessaria vrbanitas vel agrcolis alloquendis.

Prudens, qui se fortunæ voluit accommodat.

5. QVOS INTERROGANS, &c.] Nostis, inquit, ô fratres, Labanum Haran habitatorem illum, inquam, filium Nachor? Cur non dixit, *Filium* Bathuelis? Quia celebrius nomen aui Nachor familiæ Principis. * Nobiles posteri semper processionis fontem reuerentur. Vilis est proauorum obliuisci.] Responderunt pastores, se Labanum agnoscere. *Mirum planè diuitem agnosci à pauperibus, quos diuitiarum assolet effugare tyrannis.]

Nobiles posteri processionis fõtem reuerẽtur.

Pauperes diuites non agnoscunt.

6. SANVS NE EST, INQVIT? &c.] Nihil prius cogitat humana infirmitas, quam ægritudinum irruptionem. Ideo primum cogitat Iacob de auunculi valetudine. Sanus ne *est*

Agnatæ curæ humanæ ægritudines.

re est.] Valere afferunt pastores Labanum, imo eius filiam Rachelem gregum aduentare ducem. Miraris puellam diuitem, speciosam, nubilem sine periculo, & suspicione inter pastores commorari? Tanta illius æui pudicitia & simplicitas. * Omnium puritas cunctos puros esse adiudicabat. Tot nostræ impuræ tempestatis temeraria iudicia inde habent ortum quod maliciosi, impudicique iudicatores cunctos sibi esse similes arbitrantur.

Nascens impudicus impuros esse, & nec fibi esse similes.

7. DIXITQVE IACOB, &c Cur mercenarij non curatis temporis cuitate tacturam adaquantes gregem, & rursum ad gramina ducentes, siquidem dies non tam illicò properabit ad vmbras. Quia mercenarij sunt. * Nunquam hi conductoris vtilitati studeo, sed hoc incommodo cursor specie tenus muneri satisfacere.] Ostendit se Iacob pastoriæ disciplinæ peritum, sed magis circà res proximi affectuosum; id enim velpicere erat gerendum. * Semper iustus res proximi veluti proprias intuetur.]

Nunquam mercenarius conductoris vtilitati studet, sed proprio commodo. Iustus res proximi vt proprias intuetur.

8. QVI RESPONDERVNT, &c.] Poterant tamen greges ad puteum non adducere, nisi vespera iam instante. * Friuolas hi vel à storibus spiritualium ouium excusationes edocere, quas Pastor æternus non admittit. Nonquam excusabiles hi, si vel instans gerunt otiosum, nec aoimatuio vtilitati impendunt.]

Quam friuolæ lo'cent excusationes spirituales Pastores.

2.

Venit Rachel, Iacob es aperit se esse propinquum.

Virgines domi recludendæ nisi officio exigente egrediantur.

9. ADHVC LOQVEBANTVR, &c.] Veniebat Rachel ad pastorum cœtum, quia pascebat gregem * Nec enim puella pulcherrima domo egrederetur nisi muneris obligatio ad agrum, & ad puteum impelleret, ne forsasse Dinæ filiæ dares magisterium.] Quæ ergo pascit oues secure inter pastores degit. * Nulli periculo obnoxius delinquendi, qui ad proximorum ministerium missus è cella procedit.]

Nulli obnoxius periculo, qui misus ad proximi ministerium è cella exit.

10. Videt Iacob Rachelem, quam consobrinam suam è pastoribus didicerat: illico lapide grandi amouendo solus brachia curauit exercere. Existimauit enim solius Rachelis aduentum expectari * Iam enim futuri præstagio coniugij nihil sibi forte expectabile præter vxorem innuebat.]

Probè coniugio tibi sibi expectabile præter vxorem.

11. ET ADAQVATO, &c.] Postquam gregem Rachelis vnda refecit; tecor rogatum à Rachele, seu à pastoribus quisnam esset, qui tanta comitate adaquando gregi operam dedisset: respondisse, se aunnculum sortiri Labanum; Tunc iuxta proniociæ morem propinquus propinquam osculo salutanit. * Nec deceret consanguinitatis illo potiri iure, nisi prius propinquitate expressa, se libidinis suspicione soluisset.] Fleuit interim Iacob, quod sufficeret, ad tollendam libidinis suspicionem. * Lacrymas aliquis omnis mali appellabit *antidotum*: ideo impudicitia accedere non auderet ad lacrymas.

Iustus curat causas suspicionis proximis non exhibere. Lacrymæ omnis vitiorum incidentis mistrant habitationibus.

12. ET INDICAVIT, &c.] Prius quam in oscula ruerct, indicaneras se marulem esse Labani nepotem, siue (aptius dixerim) esse cognatum. Hic enim particulam *Frater* cognationem significare icor. Porrò virgo festinaos patri Labano nuncium de Iacobi nepotis ex matre aduentu deferendum curauit. Osten-

tans, se dignam Iacobi sponsam futuram, quæ maiorum hospitalitatem referebat. * Nec aptè hospitali, ac munifico viro vxor dura in hospites iungeretur. Profectò oportet, coniugum mores assimilari.

Coniugum mores assimilari oportet.

13. 14. 15. QVI, &c. RESPONDIT, &c. DIXIT, &c.] Ad aduentum consanguinei sanguine efferuescente, Laban properauit ad hospitem quem amplexu, & osculo excepitum coide, domi curauit recepturi. Causam Iacob profectionis exprimit nuptias ex patria, & ex cognatione inire: non fratris inuidiam, benedictionisque præceptionem aperuit. * Nec enim viri probi erat, fratris crimina exponere.] Neque aptum se ad ministrandum Labano ostendebat, qui furandi (vel benedictiones) artem callebat. * Nihil enim à ministratuio amplius esse debet alienum, quam furandi peritia. Profectò Laban, auditis causis itineris, ait: si lubet parentibus tuis, te de cognatione vxorem accipere: os meum, & caro es: id est, meus es consanguineus, apud me requiesce. At post mensem elapsum profatur auunculus: Mensis integro mihi seruisti gratis: primis mei hospitij officiis hæc sufficit gratia. Neque enim est iustum te mihi sine mercede ministerium præstare, quia propinquus meus es. * Taxat eos, qui solùm propinquitatis, aut amicitiæ titulo sibi addictos assolent importunis iniunctis officiis pergrauare.] Assigna ergo, quam ex ministerio tuo accuratissimo plane (vt didici) mercedem accipias.

I abā procedit obuiā Iacobo.

Vile viro probo, patris crimina, exponere.

Nihil debet esse magis alienum à famulo quā furandi peritia.

Taxantur, qui titulo propinquitatis alios aggrauant iniunctis sine mercede officiis.

16. 17. HABEBAT, &c SED, &c] Hebr. *rapy racot debilis oculis*. Lia maior filia oculorum debilitate, mollitie aut teneritudine afficiebatur LXX. *Infirmis autem oculis*. Exponunt quidam *lacrymantibus*. Iam calleo vndenam Chald. dixerit: *Pulchris erat oculis* * Mirabilis etenim pulchritudo a lacrymis. Quænam Numinis pulchrior visio, quam lacrymans ex pœnitudine peccator!] Porrò Rachel filia minor erat egregia facie, & amplitudine corporis venusta.

Mirabilis pulchritudo a lacrymis.

18. QVAM, &c] Profectò Iacob Rachelem diligebat ad nuptias. * Dedeceret enim tantum virum alio affectu succendi: nec vere amaret puellam, si non eius decentiæ consuleret. * Fictos illos crede amatores qui cum decentia dilectæ fœminæ suæ non componunt dilectionis effectum.] Profugus, inquit, è patris domo excessi, non habeo, vnde dona dotationi propter nuptias valeam satisfacere Ideo mercedes septennij adscribenda seruienti mihi pro donatione sufficiet. * O æui illius fœlicitas! quando vxores à maritis coëmebantur: nunc maritos coëmunt vxores: nec sufficit fœminæ nobilitas, pulchritudo, prudentia, sanctitas, vt nubilis exponatur, si non rutilet dotis aurum, & argentum.

Magno viro indecens inordinatus amoris affectus.

Ficti amatores qui non consulūt decentiæ fœminæ, quam diligere aiunt.

Olim maritus vxorem coëmebat, iam vxor coëmit maritum.

19. RESPONDIT &c.] Placet, inquit Laban, conuentio, suscepta gregū meorū custodia, septennij seruitij pretium erit coniugij: Melius enim est, vt tibi Rachelem, quam viro alij aptera in vxorem. Non procurauit Laban, vt Iacob adderet annos seruitutis, & quia iam mente gerebat, vlteriorem ei mercedem adscribere, Liæ lippis coniugio; & quia iustum erat mercenarij fœdus. Miror mercenarium minutatim,

& gradatim non addidisse seruitium : seruiam bienniu, seruiam triennio, &c. * Mercenariorum enim est, de pretio addere, detrahere de labore.]

Mercenarius addit de pretio, detrahit de labore.

5\.
Seruit Iacob pro Rachel septem annis, celebrantur Nuptiæ. Lia introducitur, queritur sponsus.

20\. SERVIVIT ; &c.] Id est, dies omnes vni diei addicti videbantur. * Amanti quidem omnis mora longissima, vnde quolibet in die velut æternitas videbatur.] Attamen tam flagrans amor in Rachelem mercedem laboris, vt tam æterni annorum circuli (siquidem vni diei omnes dies inerant) pauci illi dies breuissimi quidem viderentur. * Quomodo igitur seruiés pro Rachelis veræ æterna fælicitate tam longos assoles adnumerare dies? Documentum exhibes te, fælicem non diligere æternitatem.]

Amanti quælibet mora longissima.
Dies numeramus lógos pro æterna gloria seruientes.

21\. DIXITQVE, &c.] *Meam*, pacto iam perfecto, liceat *vxorem* accipere. Suam vocat, quia iam verbis de præsenti, Patribus assentientibus, matrimonium erat contractu. Et tamen modestissimus adulescens tam incredibili flagrans amore vxorem suam, inscio parente, non acceperat. * Subtaxat planè illos, qui antè Ecclesiæ benedictiones vxores accipiunt. At eos acriter vulnerat, qui post verba de futuro prolata, putant licitè posse sponsæ colligari.]

Antè Ecclesiæ benedictiones non accipienda côniugis.
Lethale est ante verba de præsenti accipere sponsam.

22\. 23. 24. QVI VOCATIS, &c.] Virgines dum nubebant causa verecundiæ viri thalamum adibant in tenebris. Seu potius dixerim, virginibus thalamum primum ineuntibus, in tenebris viros expectabant. Introducitur vespere Lia ad thalamum sponsi, qui ingressus ad eã *de more*, nõ de voluptatis instãtia. * Ingressus est vir castissimus, vt gereret morem nuptiali obligationi, non vt expleret voluptatem.] Porro ancilla Zelpha Liæ data fuerat in aliqualem dotis speciem, nè diceretur Laban, indotatam dedisse *Ad quam*, ergo Liam, (non Zelpham) Iacob tenebris offusam ingreditur, & die exorto, comperit esse Liam. Scio deliquisse hanc, in stuprum consentiens, & adulterium : sed grauius peccauisse parentem inducentem ad facinus innocentem filiam. Quid mirum tam horribile piaculum ab idololatra patrari? Infidelis quidem hominis est, alios, præcipuè innocentes ad crimina grauia incitare.]

Vir iustus ad sponsã accedit non vt expleat libidinẽ, sed obligatione.

Infidelis est alios præcipue innocẽtes ad crimina incitare

25\. ET DIXIT, &c.] Iustè queritur, ô Laban, de seductione tua. Iniustè egisti, pacto non asseruato, post promissi ministerij septennium. O viri tanta affecti iniuria modestiam! * Seruata hac, licitum sancto viro de acceptis à proximo iniuriis conqueri.] * Nec semper laudabilior, qui patientiæ silentio curat acceptas iniurias obuelare. Aliquando oportet excitari querelas, in flagellum inferentis.

Seruata modestia licitũ vel sãctis de iniurijs côqueri.
Oportet, aliquandò querelas excitari.

26\. RESPONDIT LABAN, &c.] Ficta equidem excusatio. Quomodo enim publicè audet celebrare nuptias quasi daturus Rachelem, quam omnes sciebant esse natu minorem? Oporteret profectò eam semper vigere consuetudinem, vt filia maior ætate prius nuptui traderetur * Quot parentes sub speciale affectum minoris filiæ coniugio student, difficilem, imo impossibilẽ filiæ maioris ob annorum multiplicationem teddentes statuunt.

Taxantur parẽtes, qui minoris filiæ student nuptiis, maioris oblitis.

27\. IMPLE.] Septem dies ô gener, nuptiarum Rachelis tuæ celebratio differtur : dum nuptiæ Liæ per integram hebdomadam celebrantur. Attamen ea lege tibi tradendam esse Rachelem, vt post adeptam septem annis aliis seruias. Hinc certè incredibilis Iacobi dilectio probatur. Seruire enim alacriter post adeptæ Rachelis assecutionem, quod non debebat, ardentissimi est signum affectus. * Hinc pererogationis opera Dei in conspectu magni ponderis ostentantur, quia gerere alacriter quod non debes ex præcepti præscriptione, sed vltroneè litas : fidelis, deuotique animi est documentum.]

6\.
Offert etiã Rachelem, ducitur vxor, datur ei serua Bala, præfertur Rachelis dilectio, hæc sterilis, Lia fœcundatur.

Pererogatorie gerere, quod non debes, magna signum est diuinæ dilectionis.

28\. 29. ACQVIEVIT PLACITO, &c.] Non igitur expectauit alios septem annos, (vt nonnulli contendunt non rectè explicantes hebdomadæ vocabulum) sed perfecta nuptiali Liæ solemnitate, data est ei agenti annum octagesimum quartum Rachel dilectissima coniux, cui addicta ancilla Bala, ne omnino indotata traderetur. * Dotis vel vmbra assolet coniugij pacem obfirmare. Multæ enim lites obortæ ex sponsæ inopis adductione.] Scio plures excitatas tragœdias ex sponsa præditiue, quod plane in præsenti locum non habebat, si vna & altera ancillula & Liæ, & Racheli tota erat supellex.]

Dotis vel vmbra solet coniugium reddere pacificum.
Pacem coniugij disturbat prædiues sponsa.

30\. TANDEMQVE, &c. Iacob tandem post tam longa desiderij sæcula potitur optatis : Rachelem accipit, eiusque dilectionem etiam post possessionis ios prætulit Liæ amori, prætulit quidem amorem Rachelis, sed non abstulit Liæ dilectionem. * Iustos enim coniux quomodo iniuriam inferret matrimonij legibus, si mutuus amor agnatus coniugio? siue sit vxor pulchra, siue fœditate deformis amanda quidem ex lege coniugij.]

Mutuus amor agnatus coniugio.

31\. VIDENS AVTEM, &c.] Vidit Dominus, Iacobum minus Liam, quam Rachelem amare. Quod aptè despectionis vocabulo exprimitur. * Despicitur enim vxor, cum non intensè, siue ex corde amatur. Amasiæ hæresis flagranti amore, nec omnino extincta est in te erga vxorem flamma. Certè dum vxori amor ille detrahitur, procul dubio despicitur : licèt alia grauiore ex adulterio iniuria non afficeretur] Vt ergo Dominus vel leue illud contrà Liæ decentiam piaculum vindicaret cordi mariti curauit spectabiliorem reddi ex fœcunditatis pulchritudine. * Mater itaque efficitur deformitas, pulchritudine sterili, de more, remanente ; nigri enim agri assolent vberibus germinibus honorari. Deformitati datur fœcunditas ad defectus compensationem.]

Despicitur vxor, cum ex toto corde non amatur.

Deformes fœminæ plerumque fœcundiores ad compensationem defectus.

32\. QVÆ CONCEPTVM, &c.] Peperit Lia filium, quem vocauit Ruben, hoc est, *Videte filium*, qui vidistis formæ fœditatem. * En vera vxoris pulchritudo : facies spectabilitas fucus est, sterili vulua.] Vidit, vidit, ait, Deus humilitatem meam * Se vxor humilem exhibeat, dum despicitur à marito : à Deo honorabilis exponetur gloria fœcunditatis. Et quando humilitas sterilitate laborauit?] * Moneantur fœminæ steriles, ne fortè superbiæ sit sterilitas in supplicium. *Nunc* (addidit Lia) *amabit me vir*

7\.
Parit Lia Ruben, Simeonem, Leui, & Iudam, parereque cessauit.

Vera vxoris pulchritudo fœcunditas.
Humilitas nunquam non fœcũda.
Multæ laborant sterilitate ob superbiam.

Vir meus. * Et certè vilis mariti ingenium, non diligere coniugem, quæ cum prole nobilitat.

Vir mariti est, diligere coniugem fœcundam.

33. RVRSVMQVE, &c.] Porrò *Simeon* idem, quod, *auditio obedienti*. Parum (inquit) erat diuinæ munificentiæ, me contemptam, ac simul obedientem vnico honorare filio, altero donauit infante. Hunc mater appellauit *Simeon* suæ obedientiæ in despectione mariti documentum. * Digna enim præmio augustissimo obedientia despecta; hoc est, cum ei Præsuli obedio à quo me despectum, & contemptum aspicio.]

Præmio augusto dignus, qui obedit humiliter ei Præsuli, à quo despicitur.

34. CONCEPITQVE, &c.] Tertium concipit filium quem Leui appellauit. *Leui* idem quod, *cohæsio, adiunctio*. Mater (acsi diceret) effecta sum trium filiorum, quos Iacub peperi; ergo ipse gratitudinis ergò maiore mihi amore agglutinabitur. * Filij enim coniugum sunt stricta colligatio. Ideo probæ vxores non tam expetunt filios vt hæredes, quam vt coniugalis dilectionis successores.]

Filij coniugū colligatio stricta.

35. QVARTÒ, &c.] Filium quartum Lia enititur quem *Iudam*, seu *confessionem* appellauit, Dominum ipsa confessione collaudans. Laudauit Dominum post tot filiorum partus, quæ primo exorto filio laudibus deberet efferre largitorem. Certè sera fœminæ laus meruit sterilitate ad tempus puniri, ideo Lia cessauit à partubus. * Te Deus ob opprobrio liberauit vt Liam despectui habitam, & non incunctanter te gratum præstitisti? dignus es, qui rursum eodem afficiaris opprobrio.] Quod si nomen *Iuda*, seu *Confessio* Confessionis nostræ gerat simulachrum, appositè cessat illa parere nomine Confessionis expresso. * Innuens planè Confessionem esse omnium voluptatum ablegatricem. Gerenda Confessio? Cesserat à partu.]

Qui liberatus ab opprobrio Deo gratū se non exhibuit, dignus est qui eodem afficiatur opprobrio.

Confessio est omnis voluptatis expultrix.

CAPVT XXX.

Iacobo septem alij filij nascuntur, patriam cogitat repetere, sed nouo pacto detinetur à socero: quem dolosum expertus, virgarum decorticatione decipit, & ditatur.

1. Cernens autem Rachel quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. 2. Cui iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuaui te fructu ventris tui? 3. At illa: Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. 4. Deditque illi Balam in coniugium: quæ, 5. ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. 6. Dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium, & idcirco appellauit nomen eius, Dan 7. Rursúmque Bala concipiens peperit alterum, 8. pro quo ait Rachel: Comparauit me Deus cum sorore mea, & inualui, vocauitque eum, Nephthali 9. Sentiens Lia quòd parere desiisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit. 10. Qua post conceptum edente filium, 11. dixit: Feliciter, & idcircò vocauit nomen eius Gad. 12. Peperit quoque Zelpha alterum. 13. Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatam quippe me dicent mulieres. proptereà appellauit eum, Aser. 14. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: Da mihi partem de mandragoris filij tui. 15. Illa respondit: Parúmne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. 16. Redeuntique ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dorm[i]uitque cum ea nocte illa. 17. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque & peperit filium quintum, 18. & ait: Dedit Deus mercedem mihi: quia dedi ancillam meam viro meo: appellauitque nomen eius, Issachar, 19. Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium, 20. & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios, & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. 21 Post quem peperit filiam, nomine Dinam. 22. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. 23. Quæ concepit & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum, 24 Et vocauit nomen eius, Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum. 25. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me vt reuertar in patriam, & ad terram meam. 26. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu nosti seruitutem qua seruiui tibi. 27. Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te, 28. constitue mercedē tuam, quā dem tibi. 29. At ille respondit: Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio

tua. 30. Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Iustum est igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ. 31. Dixitque Laban. Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo: sed si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua. 32. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias, & sparso vellere: & quodcumque furuum, & maculosum, variúmque fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea: 33. Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te: & omnia quæ non fuerint varia & maculosa & furua, tam in ouibus, quam in capris, furti me arguent. 34. Dixitque Laban: Gratum habeo quod petis. 35. Et separauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios atque maculosos: cunctum autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum. 36. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascebat reliquos greges eius. 37. Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius. 38. Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. 39. Factúmque est vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. 40. Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cetera verò, Iacob, separatis inter se gregibus. 41. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent: 42. quando verò serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. 43. Ditatusque est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas, & seruos, camelos & asinos.

COMMENTARII.

1. Rachel sterilis tradit Balam marito, ex qua suscipit fœtum.

VERS. 1. CERNENS AVTEM RACHEL, &c] Se sterilitate laborare Rachel aspiciens, inuidia muliebri ad tot Liæ filiorum aspectum, zelo ardescens, imprudenti impatiētia liberos liberius petit à marito. Da mihi matrem esse, ait, alioquin vel dolens gladio transfigar, vel vita mihi morte erit acerbior. Si pia fœmina non vt idololatræ filia, sed vt sancti Iacobi vxor loquebatur: crediderim à marito filios petiisse; quia eum viderat orationis studio addictum esse.* Et quid veluti Deus quodammodò non præstaret precum exercitamento datos operam?]

Orationis studiosus, omnia, vti Deus quodammodo, potest largiri.

2. CVI, &c] Meritò Iacob in vxorem iratus exurgit, quia inciuiliter, & imprudenter postulabat à viro, quod Deo erat reseruatum. Id autem aptè peteret, si sciret suam sterilitatem ex marito Liam despiciente ortum habuisse.* Laudo acubum corripientem vxoris imprudentem sermonem. Adsit correptionis moderamen, manus non exerantur ad vulnus, sed verbis fœminea vxoris procacitas flagellatur. An loquit, ô imprudens, ego Deus? Adeo, non à marito proles est postulanda.* Taxanint, qui anxij prolis, ad medicamina, seu pharmaca accurrunt, nec altaris, nec

Iustè ira afficitur maritus in procacem vxorem, vt eam verbis corripiat. Filiorum munus Dei proprium acquirendū est sacrificijs, & eleemosynis.

inopum recordari. Hoc munus proprium Dei est, sacrificijs, precibus, & eleemosynis acquirendum.]

3. AT ILLA,] &c. Olim mos, vt qui alterius prolem adoptare vellet, puerperam gremio insidentem inter pariendum genibus fulciret, & recens natum infantem sua statueret super genua. Ex mea (inquit Rachel) famula Bala, quam diligo, experiertim adoptare prolem, ex te concipiat, precor: vt parituram genibus fulciam, infantulumque eius super genua statuens, videat mihi illum peperisse, ad solatium sterilitatis.* Vidi quidem aliquem nobilem virum sterili illigatum vxori pauperculum alienum infantulum aluisse diu: tandemque fœminam à Deo munerator eleemosynæ donatam esse fœcunditate.]

Donat Deus fœcunditate coniuges steriles, qui pauperculæ fœminæ infantulum suscipiunt alendum.

4 5.6. QVÆ INGRESSA, &c] Balam Iacob secundariam duxit vxorem, quæ quidem enititur super gremium Rachelis proclamantis: Cum sorore de fœcunditate contendi, Dominus causam adiudicauit. Ideo infantulum in huiusce memoriam iudicij, *Dan*, id est, *iudicium* vocitauit. Se iam Rachel fœcundā reputat quia alienum filiū fouet.* Si vires non habes ad filium spiritualem progignendum, acceptum à concionatore, qui peperit, consilijs salutaribus cura nutriri: tuus filius procul dubio est. Sic vel idiotę parentes existent. Ideo D. Ignatius meus Parens iubet vel Coadiutores Societatis pijs sermonibus proximos ad virtutem excitare.]

Qui vires non habet ad pariendū spiritualem filium, accipiat eum à concionatore parientē, & nutriat salutaribus documentis: filius eius efficitur.

7. 8 RVRSVSQVE, &c.] Secundum filium

Bala

Bala enititur, pro quo suscipiens Rachel, ait: *Luctationibus Dei callidè colluctata sum.* (Hebræi sic, ex verbo פתל luctari) *prævalui*; sororem meam nonamplius parientem vici, dum astutè pro me meam ancillã subrogaui. Hinc filium vocauit Nephthali, *colluctantem, Certantem.* * Si te ineptum ad proferendos spirituales filios compereris, ex sapientiæ defectu pia calliditate vtere, alterius suscipe alendas proles: poteris planè ô sterilis fœcundissimis matribus præualere.

Sterilis idiota potest fœcundis sapientibus præualere au. & alienã prolem.

9. 10. 11. Sentiens, &c. [*Gad* idem, quod *exercitus*, vel *Fortuna*, aut *felicitas* Videns Lia se à parturitionibus alienam æmulatrix sororis, suam Zelpham ancillam marito secundariam etiam tradidit in vxorem: qua pariente, proclamauit *Feliciter*; ideo puerulo nomen *Gad* imposuit, vel ab exercitu filiorum, vel à fortuna, ac fælicitate. Iam (ac si diceret) meam sororem addito filio, velut comparato exercitu debellaui. Alij asserunt, idem esse *Gad* ac *præcinctum*, *constrictum*. Filius domus Iacobeæ præcinctus, constrictus studiosos mortificationis exprimens nascitur? *Feliciter.* * Magna enim Communitatis Religiosæ fælicitas vel vnum filium sortiri: si Magistri cœlestis dogmata hunc in scopum sunt dirigenda: *Sint lumbi vestri præcincti* Luc. 12.]

2. *Lia dat Iacobo, Zelpham vxorẽ, quæ parit Gad, & Aser.*

Magna familiæ Religiosæ fælicitas, vel vnũ filiũ præcinctum habere.

12. Peperit quoque, &c.]Rursum Zelpha peperit, quem suscipiens Lia profatur: Iam cincta filiorum caterua, beata à fœminis prædicabor. Hinc puerulum vocauit *Aser*, id est, *beatitudinem.* * Certè matres non ex multitudine filiorum beatæ, sed ex eorum virtutibus. Ideo beatæ steriles quæ non pariunt iniquos: & ex vnico filio Maria à cunctis generationibus beata appellatur.

Matres ex filiorũ virtute, non ex eorũ multitudine appellandæ beatæ.

14. Egressus autem, &c]Lusitans autem cum puerulis Ruben quinquennis properauit ad agrum tempore messis sericinæ triticeæ scilicet serius hordeo metendæ, quando assolent florere mandragoræ. Herba hæc potius pomum potest appellari, magnitudine auellanæ flauum, pulchrum: radix autem eius formam gerit humanam. Fœcunditatem iuuat, si Medicis credendum. Ruben itaque mandragoras legit, quas matri lusus sui litanie spolium. At Rachel virtutis earum non inscia, petiit à sorore, vt sibi pars graminis adscriberetur. * O steriles, veris fulciri studete mandragoris, orationi impendite curam cum Anna vtraque i hę siquidem madragoræ quæ sponsę fœcundissimæ odorem fragrantissimum reddidere.

3. *Ruben in agro mandragoras inuenit, quas redimit Lia cum Rachelo partiri, emit Iacob thalamũ Lia, mãdragorarũ mercede data Sorori.*

Oratio est mãdragora fœcunditate donans steriles.

15. Illa respondit, &c.]Non satis tibi, ô Rachel tyrannide expressa totum tibi maritum addicere? studes sterilitatem tuę dietum agnoco depellere medicamine, experta meum virum colligari mihi cum proles edebam. Et hoc mihi solarium præripere curas? Non tyrannide (respondet Rachel mihi adscripsi maritum, sed specialis ipsius in me iure delectionis. Quod quidem ius si mandragoras tradideris mihi, tibi lubens cedo hac nocte sorori. Aliqui affirmant, Iacobum noctes vxorius partiri: cum autẽ illa Racheli cõpeteret, suum ius sorori cessisse. Nõ admitto quia si tertia quoq; nocte Lia sponsi societate potiretur, nõ asseretur à Rachele præreptum.* Aptius Iacobum dixerim, frequentius ea affectu Racheli colligari. * Hinc discant ne amasiæ furti se reas exponere, cum mariti alicuius præripiunt affectum, qui vxori debebatur.

Amasiæ furti arguendæ cum præripiunt affectum, quem mariti debent vxoribus.

16. Redeuntique, &c.] Iacob igitur ex diurno labore reuertenti Lia sedula occurrit, arreptaque viri manu ad suum tabernaculum fata pertaxit: O Iacob, pudeat te maritum filij mei mandragoris datis Racheli, veluti mercede esse redemptum, vt meo me iure non fraudes. * Magna infælicitas vix posse pretio adquirere quod nobis debetur. Hinc eorum iniustitia obuicitur, qui vt soluant ex Regijs redditibus, quod debetur, pretium à creditoribus non verentur exigere.] Acquieuit Iacob non ob ridiculam mandragorarum redemptionem, sed ob status debitum coniugalis. * Hæc vera mariti ab vxore conductio.]

Tarant ac Regiorum redditũum Præfecti, qui vt soluant, pretium exigunt à creditore.

Debitum coniugale est quasi conductio mariti ab vxore.

17. 18 Exorauit diu Lia, concepit, peperit, & vocitauit infantem Issachar. * Veras en mandragoras fœcundantes, Liæ preces Diu orauerat Lia, & tandem fructum orationis quartum filium accepit.] Porrò Issachar idem quod *Merces.* Hunc, ait, mihi Deus naeum exhibuit meæ charitatis præmium, seu mercedem, quia ancillulam meam nuptui tradidi. * Orphanitati enim succurrere, magnæ est origo fœcunditatis Nubere curet diues famulam, si capetit nobilitari prole.] Filium vocauit Issachar cœlestis illius muneris documentum.

4. *Parit Lia filiũ quintum, sextũ & Dinam.*

Oratio adstruit fœcunditatem.

Diues expetens nobilitari prole, famulam nuptui tradere studeat in orphanitatis remedium.

19. 20. Rursum, &c.] Sexto Lia enitur, profata: Ex viri mei speciali in Rachelem affectu iam quodammodo diremptum erat matrimonium. Noua à Deo dote donata, fœcunditate scilicet redeunte: rursum celebro nuptias.* Vt spiritualium fœtuum studiosi ediscant, nouum feruorem, primum Religionis statum olim susceptum renouare.]* Hinc è renouatione spiritus frequenti Societas Iesu efferenda præconiis.] Appellauit Lia sextum natum, *Zabulon*, id est, *Habitaculum*, seu *Cohabitans*, in renouatæ cohabitationis signum.

Nouus feruor primum statum adstruit, seu renouat.

Laudabilis renouatio votorum Societatis Iesu.

21. Post quem, &c.]Post Zabulonem Dina nascitur. Nec enim matris integra fœcũditas, si tot filiis abũdans, quibus erat ministratura, vnã saltem filiam non eniteretur, quæ sibi ministraret. Mater cura filiis: sibi filij: solæ filiæ domesticę rei curam gerentes, assolent esse matri. Vnde stultè queritur parens, quod sibi filia nata fuerit.]

Filia est matri, filius sibi vnde stultè queretis de nata filia, & non filio.

22. 23 Recordatus, &c.]Erni Rachel diuturnis precibus impetrauit sterilitatis depulsionem, concipit, & infantulum enititur, clamans: Deus sterilitatem, quæ fœminis iniurit opprobrium, dignatus est depellere. * Quanto dedecori, te sterilem inter sanctos opera egregia proferentes, ostentari.]

5. *Concipit, & parit Rachel Iosephum.*

Dedecus tibi, sterilitatẽ operũ laborare inter fœcundos.

24 Et vocavit, &c.]Idem quod *Addens, Accrescens* Experit Rachel secundum sibi addi filium, & ex huiusmodi desiderio vocat filium Ioseph, siuè additionem. Vnde iam tanto beneficio affecta, ad alterius beneficij desideriũ ascẽdit?* Certe quia vidit vno beneficio donatã ad alterius receptionem manus extendit. Deus enim adeò munificus, vt ea vno collato beneficio ad aliud cõsecutẽdũ præparetur Vnde titulus

Est titulus efficax ad pẽtendum secundo beneficio à Deo donati, primum accepisse.

6. *Petit Iacob veniam, vt ad Chanaã posset reuerti, vxoribus, ac filiis stipatus, renuit socer.*

cax ad secundum postulandum, est, primum accepisse.]

25. NATO,&c.] Iam impleuerat Iacob septem annos, quibus pro Rachele ministrarat: iam vtriusque filiæ viderat Laban fœcunditatem: Vnde socero dicit: Tua venia diues filiis & vxoribus, fateor: vacuus autem diuitiis reuertar in patriam.* Si tamen inops dicendus sit, qui cuncta reddidit creditori.] Duplicis septennij seruitutis vidi finem, iam vxores coëmi: quid morabor?

Diues est, qui non debet.

26. DA MIHI,&c.] Post seruitium perfectum meæ sunt duæ filiæ tuæ & vti vxores, & vti merces: si quidem obiicere non potes, diligentiam, ac fidem, quam debui, me tibi minimè præstitisse.* Quam diligens famulus, aduersus quem nullam potest Dominus excitare querelam.]

Diligentissimus famulus, aduersus quem nulla Domini querela.

27. AIT ILLI,&c.] Sine te (Laban ait) à me exorari, si tibi charus auunculus, vt socer, vt amicus sum. Te fortunatissimum expertus sum, me tui præsentia fortunatissimum, diuitiis cumulatum aspecto, cœlesti munere. Pete ergo quod voles ex noui pacti mercede, libens impendam.* Prudens herus, qui vel additione mercedis curat sibi cognitum antiquum fidem famulum retinere. Carius plane seruus nouus admittitur, quam antiquus vel mercedis augmento conseruatur.]

Prudens herus, qui vel additione mercedis curat antiquũ famulum retinere.

7. *Noua assignata mercede, iterum soceri adducitur ministerio.*

29. 30. AT ILLE, &c.] Ministerio, Iacob ait, meo diuitias ô Laban, comparasti: mediocris substantia, mea apud te commoratione, fortunæ attigit cumulum, Deo largitore. Qui domui tuæ prosperandæ studium impendi, iam debeo, mercenarium exuens, domum mihi præparare. Hebr. pro particula, *Ad introitum meum*, posuit: *Ad pedem meum*, id est, simul ac in domum tuam pedem intuli.* Vnde Hebræis prouerbium, *Bonus pes ad liberandum*. Iustorum pedibus tuæ domus limina teri procurata, prosperitate domus opplebitur.]

Si pes iusti tuæ domus terat limina, prosperitate domus opplebitur.

31. 32. 33. DIXITQVE LABAN, QVID TIBI DABO? AT ILLE AIT NIHIL VOLO; &c.] Tam affectus Laban circa generi (aptius dixero famuli) retentionem, vt se præstiturum assereret, quidquid ille mercedis postularet. Cui Iacob, Coge oues capraſque tuas in gyrum, vt possimus vnicolores à diuersicoloribus separare. Hoc autem pactum firmiter statuatur: Vnicolores fœtus, id est toti albi, aut nigri tibi cedant: sparsi vero, & varij mihi adscribantur. Profectò quam tibi iustè fideliterque seruierim, crastina, siue futura dies ostendet, quando placiti tempus aduentarit, scilicet in anni fine, quando portiones vtriusque diuiderent. At si vnicolores apud me reperiantur, quasi furti reus arguar. Certè *furuum* est fuscum, siue subnigrum, in quo albedo nigrori est mista, vt partim album, partim nigrum videatur. *Maculosum* est, quod magnas habet maculas albas, vel nigras. *Varium*, siue sparso vellere illud, quod paruulis maculis albis, vel nigris, quasi punctis distinctum, & punctatum est.

34. DIXITQVE LABAN, &c.] Annuens socer generis pacto, absterruit a gregibus cunctas pecudes varij, ac maculosi velleris, ne varij ac maculosi fœtus proderent: vnicolores autem omnes Iacobo credidit filio, cui & alij propinquiores hij addicti sunt inspectores eorum, quæ gererentur: an fideliter Iacob præstaret, quod promiserat.* Profecto vel fideles seruos ex inspectorum præsentia excitatur, vt ministerio accuratiorem operam expendat.]* Monialis procedens ad locutorium pacto, seu voto suo accuratius studebit implendo, si speculatrix soror addicatur.]

Velles inspectores, ad fidelius operandum. Monialis accuratius suo pacto studet implendo, speculatrice addicta auditorio.

36. ET POSVIT,] Porrò inter se & Iacobum posuit Laban tantum spatij quantum ambulando greges trium dierum tempore conficere assolent; ne ex vno ad alium gregem admissarij transirent, aut ne oues aut capræ maculosas inspiciendo similes parerent. Assolet progigni macula a partis quibusque ex solo maculatorum aspectu. Quam necessaria iustis ab improbis recessio, ne maculæ contrahantur.]

Progignitur macula ex maculatorũ aspectu.

8. *Decorticare Iacob virgas studet, collocat in canalibus, oues virgas intuentes prolem variam concipiũt.*

37. TOLLENS ERGO IACOB VIRGAS, &c.] Curat Iacob, in virgis effigiem pecudum diuersicolorum exprimere eas carptim decorticando. An astus licitus? Ita planè, quia ab Angelis fuit rationem in somnis edoctus; tituloque compensationis, à Laban enim homine auaro opprimebatur, & iustam laborum suorum mercedem à socero, cui seruientiam exhibebat, extorquere nequibat. Certè iustè Laban suo met piaculo flagellatur. Primus pactum violauit, cum separauit pecodes vnicolores à diuersicoloribus, ne vnicolores multicolorum aspectu multicolores generarent. Edocuit ille generum, virgis effingere multicolorem gregem.* O quoties peccator suo met iniquo dogmate flagellatus ingemuit.]

Peccator assolet crimine flagellari.

38. POSVITQVE, &c.] Collocat Iacob virgas multicolores in conchis, vel aquæductibus, quibus aqua infusa detinebatur, nè deflueret, donec pecora potarentur; vt cum greges properarent ad pocula in virgarum aspectu conciperent. Porrò Iacobi ars naturalis fuit, in coitu enim phantasiæ vis maxima assolet esse, mentisque repotatio fœtui similitudinem cogitatam, aut visam tunc maximè imprimit.

39. 40. 41. 42. 43. FACTVMQVE EST, &c.] Igitur ad exemplum virgarum fœtus primi cõponuntur, serotini autem, ablatis virgis vnicolores ostentantur. Hi quidem Labano, illi vero Iacobo adscribuntur.* Si virgarum, siue iustorum varias menti virtutes obiicias, varios ex virtutum multitudine fœtus expones.] Ditissimum astus Iacobum reddit.* Ergo iustus fuit, neque enim quis de indignitatis penu ditescere potest.]

Varias virgarum, seu iustorum virtutes contemplare, similes fœtus eniteris. Nullus ex delicto ditescit.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Ex Haran Iacob cum tota familia fugit in Chanaan, Laban insequitur iracundus; sed ne ei noceat imperatur à Deo, fœdus cum Iacob init, & rursum Haran remeauit.

1. POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: 2. animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se sicut heri & nudiustertius, 3. maxime dicente sibi Domino: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eróque tecum. 4. Misit: & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, 5. dixitque eis: Video faciem patris vestri quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum. 6. Et ipsæ nostis quod totis viribus meis seruierim patri vestro. 7. Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meum decem vicibus: & tamen non dimisit eum Deus vt noceret mihi. 8. Si quando dixit: Variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò è contrario ait: Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. 9. Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. 10. Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios & maculosos, & diuersorum colorum. 11. Dixitque Angelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et ego respondi. Adsum. 12. Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersus masculos ascendentes super feminas, varios, maculosos atque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. 13. Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. 14. Responderúntque Rachel & Lia: Nunquid habemus residui quidquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? 15. Nónne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrum? 16. Sed Deus tulit oues patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. 17. Surrexit itaque Iacob, & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abiit. 18. Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quidquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. 19. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est idola patris sui. 20. Noluitque Iacob confiteri socero suo quod fugeret. 21. Cúmque abiisset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra montem Galaad: 22. Nuntiatum est Laban die tertio quod fugeret Iacob. 23. Qui, assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad. 24. Viditque in somnis dicentem sibi Deum: Caue ne quidquam asperum loquaris contra Iacob. 25. Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cúmque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium. 26. Et dixit ad Iacob. Quare ita egisti, vt clàm me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? 27. Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? 28. Non es passus vt oscularer filios meos & filias: stultè operatus es: & nunc quidem 29. valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris vestri heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius. 30. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui, cur furatus es deos meos? 31. Respondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. 32. Quòd autem furti me arguis: apud quemcumque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris: scrutare quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola. 33. Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cúmque intrasset tentorium Rachelis, 34. illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: ne irascatur Dominus

minus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi; sic delusa solicitudo quærentis est. 36. Tuménsque Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, 37. & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? pone hîc coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. 38. Idcirco viginti annis fui tecum; oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: 39. nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat, à me exigebas: 40. die noctúque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque sõnus ab oculis meis. 41. Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. 42. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses, afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. 43. Respondit ei Laban: filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt: quid possum facere filiis & nepotibus meis? 44. Veni ergo, & ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te. 45. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: 46. dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederúntque super eum: 47. quem vocauit Laban Tumulum testis: & Iacob, Aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. 48. Dixitque Laban: tumulus iste erit testis inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est, Tumulus testis. 49. Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis. 50. si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. 51. Dixitque rursus ad Iacob: En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, 52. testis erit: tumulus, inquam, & lapis sint in testimonium: si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. 53. Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorũ. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: 54. immolatísque victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cùm comedissent, manserunt ibi. 55. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersúsque est in locum suum.

COMMENTARII.

1\. *Obmurmuratio filiorum Laban, huius mutatio, quam Dei post iussionem, Iacob vxoribus manifestat, iniurias à socero acceptas aperiens.*

VERS. 1. POSTQVAM AVTEM, &c.] Videntes filij Laban Iacobum diuitiis affluentem, submurmurant: De raptu diues effectus est. Falsò quidem furti insimulant eum, qui iustam altu compensationem mercedem acceperat.* Sed quando aliquis diues post inopiam apparuit, qui non assectatur ex rapina opes comparauisse?]

2\. ANIMADVERTIT, &c.] At & ex facie Labani Iacobus agnouit, eius præcordia non esse erga se sicut prius. * Assolet enim facies cordis haud subobscure prodere affectus.

Qui ex inopia factus est diues, ex rapina accepisse à vulgo asseritur.

Facies internos prodit affectus.

3\. MAXIME, &c.] Tres causæ discessionis Iacobi exponuntur, calumniæ filiorum Laban, ipsius odium vultu se prodens, & Dei iussio. Hæc quidem præcipua. Iacob ergo fugere meditatur & quia à filiis Laban calumniis agebatur, & quia faciem Labani viderat immutatam; *sed maximè* quia à Deo pergere iubebatur. * Hæc sit semper iusto cuiuslibet rei gerendæ præcipua ratio Dei voluntas.] * Profectò ad transmigrationem gerendam non leuis debet esse causa. Arguit leuitatem ipsa profectio; vnde tot discessionis causas habuisse Iacobum Moses expressit.] Vir Religiosus Iacob non leuiter ex Syria in Harao se se contulit.

Cuiuslibet rei gerendæ ratio sit præcipua: Deus vult.

Non leui ex causa transmigrationes gerendæ Religioso præcipuè vero.

4\. MISIT, &c.] Profectò Iacob, vt sine arbitris mentem suam vxoribus exprimere queiret, Rachelem, & Liam aduocauit ad agrũ, vbi gregum pascendorum ministerio incumbebat. Cur Rachel iunior Liæ seniori præfertur? Quia primò & sine fraude voluntariè accepta fuerat in vxorem. Iam certè Iacob præcinctus erat itineri, quidquid vxores subditæ reclamarent. Attamen prudens familiæ Præsul subditarum consilium requirere affectat vt eas facilius ad profectionem alliciat. * Sæpe enim subditus non quæsitus obmurmurat de Præsulis consilio, quod quidem rogatus approbat. Vnde Præsul nihil gerat, nisi ex consultatione subditorum.]

Præsul consilium à subditis exquirat circa res gerendas vel curans, proprium votum præualere.

5\. DIXITQVE EIS: VIDEO FACIEM, &c.] Triplici ex causa ô coniuges dilectissimæ (Iacob ait) adducor, vt executioni dem consilium, quod vobis exponere operæ pretium duxi. Patris vestri vultus annotat euidenter me non posse communem appellare patrem. Deus apparuit mihi, & præscripsit, quid gerendum esset. Pater vester me inuito, sed renitere non audente, multis vicibus (passim quidem) pacta mutauit. Non putetis me, quærere causas, vt recedam à socero.* Quã

perfectus

Multis generi sufficiens causa recessionis est, esse socerum.

perfectues Iacob, qui tot actus iniuriis apud socerum commoratur: si generis plerumque sufficientissima causa recessionis est socerum esse.]

8. 9. Si quando, &c.] Iam pasciscitur Laban: varias oues pro mercede laboris accipies: & pleræque oues multicolores fœtus enitebantur. Iam vt videret, si mutato foliorum pictorum fasciculo lucraretur: dixit: Albæ fœtus tua merces aderit; plerique greges prolem albedine pulchra peperere. Vnde Dominus ad meam possessionem soceri transtulit diuitias. * Et quando debita famulo merces abducitur & non disperduntur retinentis opes? Vnde si diuitias experis conseruari proprias, alieni sudoris mercedem ne illis immisceas, auri plane, & argenti æruginem.]

Cum merces famulorum retinetur ab hero, omnis illius substantia deperditur.

10. 11. 12. Postquam, &c.] Profectò à Deo, mihi adscriptas fuisse patris vestri diuitias inde probo euidenter, quia in somnis Deus per Angelum, obiecta gregum concipientum imagine, edocuit me, dolum meum esse à Numine approbatum. Certè si somnus ille ecstasis, aut excessio mentis sit appellandus, illud operum nostrorum plerumque à Deo assolet approbari, quod in excessione mentis aspicimus. * Oratio enim est rectè gerendarum actionum exemplar, gestarum autem simulacrum.] Vidi (inquit Deus) omnia quæ Laban aduersum te gessit. * Attentissimus enim Deus oculos admouet, vt iniurias iustorum aspectet, & muneret patientiam.]

Oratio gerendarum actionum exemplar, gestarum simulacrum.

Attentè Deus aspicit iustis illatas iniurias.

13. Ego inquit, &c] Angelus se Deum vocat, quia Dei nomine loquitur. * Ille enim ipse videris existere, cuius personam geris. Iusti causam geristi? iustum reputa operatorem. Das operam alterius nomine patrando delicto? præcipuum te reputo delinquentem.] Ego, ait, sum, cui scalæ hærenti votum olim litasti, cum lapidem inunxisti. Placuit votum, gratum fuit obsequium, Deum me ostendi pergentis in Haran. Deum me præstabo redeuntis ad patriam Dixisti enim, me tibi futurum in Deum, si & recessioni, & reuersioni me propitium ostentarem. Quam aptè Deus se manifestat ex obsequiorum nostrorum memoria. * Solus enim Deus cuiuslibet obsequij memor, id curat monerare. Homines autem, ne cogantur munus adijcere, cómittunt obliuioni.] Reuerti ergo stude in patriam domum plenus diuitiis, vt ex pane ad vescendum, ex vestimentis, ex ductione, & reductione me tuum Deum experiare.

Ille procul dubio es cuius vel ad bonum vel ad malum vices egeris.

Solus Deus obsequiorū memor, vt muneret: haud sic homines.

2.

14. 15. 16 Responderuntque, &c.] Iam (respondent vxores) non habemus, quid à parentis obitori legata acquiramus, cunctis eius præcipuis diuitiis ad te translatis. * Quam vilis filij est, à parente solùm ambire hereditatem!] Præterea (addunt) pater nos quasi exhæredes fecit, dum indotatas tibi dedit vxores. Nos vendidit plane tibi seruitutis quatuordecim annorum pretio exhibito, quod sibi tyrannicè vsurpauit: cogens quidem Deum vindicem, vt cunctas opes tolleret ex auaro, & proprio domino restitueret. * Rarò vidisti auari diuitias non dispergi. Quod annorum diuturnitate collegit, exiguo dierum ei deperit interstitio.] Te igitur ò marite, itineri ex Dei monito accinge.

Vxores respondent, annuentes voluntati mariti.

Vilis filij est solum à parente hereditatem ambire.

Auari diuitiæ facile disperguntur.

17. Surrexit, &c.] Se Iacob expedit ad profectionem camelorum humeros onerans vxoribus, & liberis, quorum maior natu Ruben nondum pueriles illius temporis annos impleuerat, minimus Ioseph vix sexennis ostendebatur.

3.

Accingit se Iacobus itiner, Rachel furatur idola parentis, hic fugientem sequitur generum, de fuga queritur à Deo ne vindictam gereret impeditus.

18. Tulitque, &c.] Nihil eorum, quæ in Haran fideli acquisierat ministerio, reliquit. * Eorum enim, quæ licitè comparantur, nihil deperditur.] Præfixit terminum suo itineri Isaacum parentem, licèt in via fere decennium esset immorandus, familia Iacobæa in Sichem, & Bethel habitante. Certe sic se gessit Iacob, vt decebat eum, qui pergebat ad patrem: cunctas enim actiones in eum dirigebat scopum, licet viæ instantia produceretur. * Tota fidelis animi fœlicitas viatoris præfigere terminum, Vado ad Patrem. Differatur exilium, terminus sub oculos exponatur, vt ei agnatas explicemus actiones, abstinendo scilicet ab eis, quæ ad terminum præfixum pertinere non videantur.

Non disperditur, quod licitè acquiritur.

Semper terminus æternæ sanctis oculos præsens maneat, ne aberremus vel modicum.

19. Eo tempore, &c.] Accincta iam fugæ Rachel sciens patrem absentem tondendarum ouium addictum ministerio, à quo non facilè amoueri faciet auaritia patris aurea & argentea furatur idola, vt fidelis ipsa (* Iacobi scilicet coniux quam ille idololatram fortasse prius pijs monitis ad fidem adduxisset) colendi idola occasionem subtraheret: & vt pretiosa materia dos sororia vtriusque compensaretur. Certè si affectu abstrahendi occasionem idololatriæ gessit, admodum exponitur commendabilis. * Nam sicut ingenti piaculo alium allicis ad flagitium egregio facinore alium abstrahis a piaculo] Crediderim tamen, sufficientem fuisse occasionem furandi Racheli aurea ac argentea existere idola, eamque patris parum dilecti filiā nuptā. * Quid non cogat fœmineam auaritiam aurum? quid non à parentibus filia nupta furetur?] Porrò *idola* Hebr. *therāphim*, hoc est, *imagines*. At verè hæc iam addicta est ijs simulachris, quæ opera dæmonum responsa gerebant.

Pijs maritus monitis suam coniugem ad fidem adducit.

Facinus egregium est, proximum à piaculo abstrahere.

Quid non cogat fœmineam auaritiam aurum? Quid non furetur à parentibus filia nupta?

20 Noluitque, &c.] Profectò Iacob noluit Labano aperire, quo profectionem meditaretur, nè rursùm eum conaretur contra Dei præscriptionem retinere. Hebr. *Furatus est cor Laban.* Quam appositè, & quia conscientiam Labani secum attulisset & quia eius abstulisset diuitias. * Nam cum cor thesaurum comitari soleat, vbi thesaurus Labani ferebatur, ibi & cor auari præceptum incedebat]

Cor auari apud thesaurum.

21. 22. Cumque, &c.] Iacob aufugiens, tota familia sequente, transmiserat Euphratem, & ad montis Galaad verticem properabat cum die tertia fuga generi fuit socero reuelata.

23. Qui assumptis, &c.] Validam comparans Laban manum cognatorum fugientem persequitur, quem die septima apud eum montem inuenit, qui postea dictus est Galaad. * Video Labanum, cum Rachelis nuptiæ celebrarentur, ad conuiuium amicos inuitasse: nunc ad periculosum iter fratres siue propinquos elegisse. Propinquis vtrcia cum incommoda præparantur: eorum autem obliuisceris cum mensa apponitur.] * Videtur mihi Labanum typum gessisse

Taxantur qui propinquis vtuntur ad labores non ad mensam seu prospera quæque.

Seculares sacerdotem quæritant ad aduersa, eius in prosperis obliti.

gessisse illorum, qui sacerdotem solummodo quæritant ad aduersa nunquam ad prospera inuitantes.]

14. VIDITQVE, &c.] Sensit Laban se se in somnis à Numine admonitum, non solum ab opere duro abstinere aduersum Iacob; verum & à sermonis asperitate. * Asperitas enim sermonis graui viro acrior vulnere reputatur.]

Sermo asper graui viro pro vulnere.

25. 26. IAMQVE IACOB EXTENDERAT, &c.] Fingit se amicum, cum animo esset infesto. Culpat Iacob, cum ipse esset in culpa: vt quæritur generi causam infirmaret. * Insolti enim est cum innocente litigantis, eum clamare iniustum ad propriæ malitiæ dissimulationem.] Laban itaque cinctus propinquis & famulis Iacobum apud Galaad comprehendit, & tentorio extento, profatur: Cur filias meas, inscio me, subripuisti ac si bello tyrannico captiuitati gladio acquisiisses. Hebr. *Vt abigeres*, sic effertur: *Furatus es cor meum*. Nomine filiarum, quas vendiderat nihili à se ductas de sublatis diuitiis conqueritur. * Diuitiæ enim cor sunt auari diuitis: non iam cor in diuitiis iuxta illud: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: Sed thesaurus ipse cor est auari.]

Iniustus innocentem clamat iniustum, in propriæ iniquitatis dissimulationé.

Thesaurus cor est auari.

27. CVR, IGNORANTE ME, &c.] An eo tempore ita mos prosequendi amicos discedentes? Sic quidam Interpretes. * Nec mirum recedentem generum à socero tot lætitiæ dimitti documentis. *Prosequerer*, inquit, te. Si monuisses, si vacuus tu, opibus relictis, discederes, ite cum gaudio prosequerer abeuntem.

Quam inuisus gener socero.

28. 29. NON ES PASSVS, &c.] Quis pater filias, & nepotes è domo procedentes vale eis non dicit, & osculo exprimit interni affectus teneritudinem? stultum te ostentasti, non agnoscens me insalutatum surrecturum, vt fugientem comprehenderem, & pro merito vulnerarem. Id quod valida contracta manu nunc præliare poteram, si Deus Isaac patris tui comminatoriis imperiis me non heri infrenasset. Quomodo ausim tibi vulnera infligere, si nec verbis asperis corripere permittor? * Quam studiosa Dei erga iustos prouidentia. Quam inuisus Deo, qui verborum audet iustos asperitate appetere.]

Quam inuisus Deo, qui iustos audet verborum asperitate appetere.

30. ESTO AD TVOS IRE, &c.] Fateor, nihil magis adnatum absenti diu filio, quam ad parentes, ac propinquos remeare. Pergeres quidem licet, sed dedecet meos abripuisse diuos. De ablata queritur diues Laban idolorum seu imaginum materia, non de imaginibus. * Aurum enim & argentum diuitis est idolum, iuxa illud: *Diues effectus sum inueni idolum mihi*.]

4. *Expostulat Laban de idolorũ rapina, respondet Iacobus, idola quærantur, quæ astu Rachel abscondit.*

Aurum est diuitis idolum.

31. 32. RESPONDIT IACOB, &c.] Non stulte, vt dicis, ô Laban (Iacob ait) sed prudenter gessi dum te inscio discessi: timui etenim, ne violentia tua tuæ filiæ detinerentur, & me simul cogeres remorari. * Quomodo enim pars cordis sine comparte progredi valeret?] Ex eo plane, quod me furti arguis, vehementer afficior. Non fides verbis adhibeatur, diligens meam innocentiam approbet inquisitio. Ille publicæ occisioni addicatur, apud quem idola fuerint inuenta. Ignorabat hæc profatus, quod furti rea dilectissima coniux existeret. O Præsul eximius. An non tuam subiit mentem aliquem famulum, aut ancillam potuisse idola deportare? * Certè innocens cunctos iudicat innocentes: & probus Rector nihil graue de subditis nunquam [furti reis suspicatur.

Vxor bono marito pars cordis est.

Innocens cũctos reputat innocentes.

Præsul probus nunquã de subditis.

33. 34. 35. INGRESSVS ITAQVE LABAN, &c.] In tabernaculo itaque Iacobi, Liæ & vnius ac alterius famulæ fit periculũ, nec apparent idola. At Laban Rachelis tabernaculum inire festinante, Rachel suspicata est, ad quid pater veniret. * Semper enim praua conscientia suspitionibus distorquetur: & se à cunctis reum aspectari præsumit.] Festinanter igitur sub cameli clitellis abscondit idola, & sedet desuper, ne pater ibi quæritaret. Vt autem videns sedentem filiam, aliquam non conciperet suspicionem: se Rachel astu fœmineo ab irreuerentiæ nota liberauit profata: Haud te, ô parens, filiæ irreuerentia ad iracundiam valeat excitare, solita enim fœminea ægritudine pressa, non possum assurgere. * Profecto ô Rachel, *iuxta consuetudinem fœminarum* parentem delusisti. Et quando apud fœminas non est deludendi consuetudo?] Certè Laban licet Rachel desuper non sedisset, Deos suos subter clitellas absconditos minime quæritaret. Nec enim crederet tanta irreuerentia idola tractanda. * Sic vel Gentilis de conficta iudicat Deitate; & audes Christum sub speciebus absconditum ex amore, sub stramentis vilibus bestialis conscientiæ detinere?] giror Laban filiam sedentem aspiciens, inibi suos deos haud abscondi cognouit. Quomodo enim, ait, auderet Rachel in conspectu sedere Deitatis? * Taxetur hinc Christicolarum apud delubra sedentium, & obdormientium, & mutmurantium irreuerentia.]

Praua conscientia ab omnibus se ream videri præsumit.

Fœminarũ consuetudo; deludere.

Indigne cõmunicans sub bestialis conscientiæ vili stramẽto Christum abscondit.

Christicolarum irreuerentia erga Templa taxatur à Gentili.

36. TVMENSQVE IACOB, &c.] Porrò Iacob falsam defendens causam, sed ignarus, læsa patientia, licet esset mitissimus, elata voce conqueritur. * Iniuria circa famam mitissimum quemque excitauit ad iram.] Cuius, inquit, culpæ me reum dignouisti, vt ad meam captionem vti iudex accurreres? Hebr. דלק *dalak persequi*. Cur *sic me persecutus es*. * Horribilis persecutio est, aliquam insontem calumniam texere.

5. *Labanus à Iacobo correptus.*

Vel mitissimus ex iniuria circa famam irascitur.

Persecutio est, in sontem calumnia afficere.

37. ET SCRVTATVS ES OMNEM, &c.] Nihil te inuenisse tuum scio, cum meam supellectilem scrutareris. * Sed illud ipsum te scrutatum fuisse meam deturpauit. Iniuriosa enim probo viro qualibet de vili actione suspicio, aut dubitatio.] Si autem aliquid inuenisti tuum coram fratribus, id est, coram his, quos tecum adduxisti mihi affines tibi consanguineos, expone. Vt adiudicare vel in propinquioris causa de mea innocentia, tuaque malitia possint. * Illa enim augustissima innocentia, quam vel in propria causa Iudex absoluit.

Iniuria est probi viri, qualibet de vili actione dubitatio.

Illa Innocẽtia perspicua, quam Iudex in propria causa absoluit.

38. 39. IDCIRCO VIGINTI ANNIS, &c.] Hæccine est ista merces tot annorum obsequij, me profiteri furem? An oues & capræ sterilitate incuria, aut crimine pastoris laborarunt? (Quot oues ex delicto pastoris spiritualis sine fructu aberrant: quæ si pastor non

Multæ oues ex Pastoris delicto, & incuria inutiles.

pastor non delinqueret, gemellis fœtibus discursarent. Comedine arietes gregis de mercenarij ingenio, * qui quidem non gregi, sed sibi pascendo studium impendit?] Quando ad te depastæ à bestia pecudis detuli pellem? An non lex, pastoritia permittit, vt vt si à feris pecus necaretur, ostensa Domino parte aliqua residua, noxæ pastor eximatur? Vsus ne sum hoc pastoritio iure? satis ego pro damno. Quidquid furto peribat à me velut rapinæ reo iniustè exigebas. * Quam aptè illud: *Quidquid furto peribat*. Quod enim furto accipitur nunquam non perit. Nullam fur vtilitatem excipit ex rapina.]

Mercenarius se ipsum, nō gregē pascit.

Quod furto accipitur, nunquam nō perit raptori.

40. DIE NOCTVQVE, &c.] A sole per diem vrebar, à Luna per noctem (frigus quidem exiccando adurit) somnusque à solicito admodum pastore fugiebat. * Certè Pastoris, seu patris familias est, cum subditi obdormiont, ad eorum commoda vigilare. Mercenario somnolentia, non agnata pastori.

Cum subditi obdormiūt, ad eorum cōmoda bonus Pastor euigilat.

41.42. SICQVE, &c.] Quod si vno, aut altero anno sic fideliter tibi solummodò ministrassem, posses fortasse de meis addubitare obsequiis. Tempus viginti annorum, æternitas quidem ministranti, me fidelem viderunt ministrum, te solummodo cœcutiente. * Mihi crede, non mediocris famuli commendatio nullam ex diuturno seruitio excitare querelam: si ipsum illud diuturnè seruire velut querela esse assolet heris.] Profectò nisi Abrahami Deus, *& timor* id est, Deus Isaac patris mei pro me militasset, meam tibi incolumitatem indicens: nudus fortasse ad propria pergerem. Iudæi quidem inter alia Dei nomina Timorem annumerant, quod sit timor noster. Ideo timor Isaac idem est, ac Deus Isaac * Quam appositè Deus noster Timor noster est: Deum colit, qui Deum timet, Deum videtur abnegare, atheismi reus.] Deus plane humiliationem meam, *& laborem manuum mearum* respiciens me è tuis eripuit insidiis [a] Mercenariorum enim labores specialissimæ sunt Numini curæ, vt liberet, vt vindicet, vt satisfaciat.

Magna famuli laus diu seruire sine querela heris.

Qui Deum non timet, quasi Deum atheismo negat.

Mercenariorum labores curæ sunt speciali Deo.

6.

Laban respondet, fœdus initur.

43. RESPONDIT EI, &c.] Nunquam dat auarus, nunquam soluit: sed ab eo omnia quasi furto abstrahuntur.] Ideo postquam Iacob vxores ministerio coëmit, filios ex fructu coniugij recepit, greges ex seruitij mercede comparauit: asserit auarus Laban sua esse omnia, quia scilicet innitus soluerat, quod debuerat. Mea, inquit, sunt omnia, quæ desers, quæ ablata à te recuperare possem: sed tibi parco, ne filiabus, ac nepotibus noceam. Fingit se charitate suorum parcere, & tamen Dei timore continebatur. * Nisi enim Numinis terrore contineretur vel natura repugnante, suis inferret nocumentum. Auaritia enim nec sanguini parcit.]

Ab auaro omnia velut furta occipiantur, quia nunquā dat, nec soluit.

Auaritia nec sanguini parcere nouit.

44.45.46. VENI ERGO, &c.] Te ergo ô Iacob, ad ineunda fœdera accinge, æternum inter me & te monumentum. Porrò lapidem in signum fœderis erigit, affines suos monens lapides adiacentes congregare, è quibus illi aggerem largum, latumque, ac planum perfecere, qui prandentibus veluti mensa non incommodè pararetur. Porrò agger à Labano *Tumulus testis*, à Iacobo autem *Testimonij Aceruus* vocitatur: vtroque linguæ consulente proprietati. Fælicia tempora cum vna lingua non ex altera loquendi modulos abripiebat. Quid tibi Hispanicum idioma cum Latio. Taxentur hinc qui Hispanicæ linguæ puritatem cum peregrini idiomatis laciniibus admiscent.

Taxantur qui Hispanam linguam vulgarem, cum peregrinis phrasibus miscent.

48. DIXITQVE, &c.] Sit, addit Laban, iste aceruus lapidum nostri fœderis monumentum Ideo agger *Galaad* vocitatur, id est, *Tumulus testis*, vnde toti monti nomen addicitur. Ex paruo aggere fideli teste tanto vertici cognomen imponitur.* Certè augustissime magnæ prosapiæ ex Montano paruo aggere assolet ostentari processio.

Ex Montano paruo aggere solet augustissimè magna prosapia nasci.

49.50. INTVEATVR, &c.] Tumulus hic à nobis erectus Dei testis exerat vices: si filiabus meis iniuriam intuleris vexationibus domesticis aut plurium vxorum ductione, nolo ab hominibus te iudicari, Deus solus sit testis, & Iudex, cui non potest iniquitas non patere. Preme illa: *Si afflixeris filias, si introduxeris alias vxores.* * Coniugis vera afflictio est, a marito thalamum nuptiale violari, si non poligamia, (quod non licet) illicita etiam scortorum colligatione.

Vera afflictio vxoris, thalamum à marito violari.

51.52.53. DIXITQVE RVRSVS, &c] Profectò Laban contra Mesopotamiam hinc, inde autem Iacob contra Chanaan supra tumulum testem singuli lapidem erectuos reliquere. Vnde Laban addidit: Lapis hic à me erectus, & à te erectus lapis sic terminos diuidant, vt mihi non liceat ad inferendum tibi nocumentum pergere: nec tibi ad nocendum mihi, transmeare. Sin autem lex ista violetur, Deus Abraham, & Dij Nachoris supplicio horribili violatorem afficiant. Porrò licet Laban vero Deo falsa numina admiscuit idololatria, Iacob fidelis per solum Deum Abrahæ & Isaaci iurauit. Lapides eriguntur in testes aduersus hominum trāsgressiones Deo iudici? * Hominis ingrati quam certa damnatio, si cunctæ aduersus eum creaturæ adducentur in testes.]

7.

Iurat Iacobus se pactum impleturum, immolatur victima, Laban recedit.

Creaturæ omnes adducendæ in testes contra homines ingratos.

54. IMMOLATISQVE &c.] Hostias Iacob Deo pro pace, ac fœdere cum socero immolat *Cunctæ enim hominis fidelis dispositiones duraturæ obsequio oblato Numini firmantur. Quam æternum primogenitum illud, quod Missarum offerendarum præscribit stipendia. At fratres, seu Labani propinquos, suos affines epulo excepit.* Filius enim Abrahæ hospitalitatis studiosus vel in monte inuenit, quonammodo hospitibus pabula præpararet. Nunquam subleuatori pauperum defuit hospitalitatis opportunitas.]

Æterna primogenia, quæ Missarū stipendia præfert.

Cui agnata pietas in hospites, semper inuenit, quomodo exerceat hospitalitatem.

55. LABAN, &c.] Summo denique mane Laban surgens filiabus ac nepotibus osculo, ac benedictione vale dicit, & in Haran se confert generi iam amicus * Solus Deus potuit soceri irati impetum aduersus generum retardare.]

Quam crudelis socer, in generum impetus.

CAPVT XXXII.

Vnam, & alteram Angelorum aciem sibi in tutelam à Deo Iacob aspicit præparatam, obuiam munera mittit fratri suo Esau reconciliando. Cum Angelo luctatur, & præualens nomen accipit Israel.

1. IACOB quoque abiit itinere quo cœperat: fuerúntque ei obuiam Angeli Dei. 2. Quos cùm vidisset ait: Castra Dei sunt hæc: & appellauit nomen loci illius Mahanahim, id est, Castra. 3. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom: 4. præcepitque eis, dicens: Sic loquimini Domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. 5. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas, mittóque nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. 6. Reuersique sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris. 7. Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populum, qui secum erat: greges quoque & oues & boues, & camelos in duas turmas, 8. dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est saluabitur. 9. Dixitque Iacob Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: 10. Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. 11. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis. 12. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. 13. Cúmque dormisset ibi nocte illa, separauit de his, quæ habebat, munera Esau fratri suo, 14. capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, 15. camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem. 16. Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis: Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem. 17. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Esau: & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris? 18. respondebis: Serui tui Iacob, munera misit Domino meo Esau: ipse quoque post nos venit. 19. Similiter dedit mandata secundo, & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau: cùm inueneritis eum 20. Et addetis: Ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur: dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. 21. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit nocte illa in castris. 22. Cumque mature surrexisset, tulit duas vxores suas; & totidem famulas cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iaboc. 23. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, 24. mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque manè. 25. Qui cùm videret quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. 26. Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. 27. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respondit: Iacob. 28. At ille Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? 29. Interrogauit eum Iacob. Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. 30. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. 31. Ortúsque est ei statim sol postquam transgressus est Phanuel: ipse verò claudicabat pede. 32. Quam ob causam non comedunt neruum filij Israël, qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem: eo quòd tetigit neruum femoris eius, & obstupuerit.

COMMEN

COMMENTARII.

VERS. 1. IACOB QVOQVE, &c.] Iacobo pergenti sistitur vna & altera Cœlicolarũ turma. Angelus Mesopotamiæ custos cum suis vsque ad confinia eum fuerat comitatus: iam in limine Chanaam huius Præses cum suis inferiorum Angelorum cohortibus ei obuiam procedit. * En firmius erectis lapidibus testimonij præsidium Angelorum custodia.] * Est qui asserat, Michaëlem Chanaam Angelum extitisse, nempe populi Dei, vt iam à fidelis populi cunabulis velut vires exereret in typo, vt Christicolæ populo Princeps adiiceretur.]

> 1. *Iacobus castra videt, nũcios mittit ad fratrẽ, monẽt, quonãmodo eos loquerẽtur, nunci reuertuntur.*
>
> Custodia Angelorum firmissimum hominũ præsidium.
>
> Michael Christiani populi Custos.

2. QVOS CVM, &c] Iacob visibili aliqua specie expositas Angelorum manus aspectat, profatus: Cœli en ordinatæ legiones, quarum Deus Imperator. Profectò ex duplici exercitu loco illi, qui vltrà Iordanem non procul à monte Galaad aderat, nomen imposuit *Mahanaim* duali in numero, id est, *gemina castra*, nempe Angeli Mesopotamiæ, & Angeli Chananææ. * Quam sine causa times hostium incursu superari, si non solum Angelo Custode protegeris. Sed ille ad tuam immunitatem Cœlicolarum adducit exercitus!]

> Angelus Custos ad alũni sui defensionem ducit cœlicolarum exercitus.

3. MISIT AVTEM ET NVNCIOS, &c.] Post recessum Iacobi in Mesopotamiam, Esau, qui didicerat venationis studio à parentibus sæpe abduci, tandem ab iis omninò abstrahitur, & montana habitationi delegit. Potteras lic Iacobi Dei prouidentia liberam præparabat habitationem Chanaam. Esau indignatus parentum voluntatem in Iacob propensiorem, Chanaam reliquit, vt vacuam posteritate iniqua probis Iacobi filiis præpararetur. * Vt ex piaculis impij inimici Deus iusto illius acto persecutione commoda exponeret.]

> Ex odio impij Deus iusti commoda exponit.

PRÆCEPITQVE, &c] Vt Iacob exploraretur, quo animo erga se Esau esset, nuncios ad terram Seir, in regionem Edon (nota prolepsis) immittit, fatus: Hunc ad Dominum meum Esau sermonem dirigite. Cur Dominum absente Esau, eum vocitauit? Quia si minùs vrbanè in absentia compellasset, timuit iræ scintillas volaturas è cinere. Quomodo autem scire posset Esau fratrem absentem inurbane locutum? Quod audientibus famulis dicitur, quomodo posset absente Esau occultari * Agnatum enim famulis fratrum discordias susurrationibus fouere. Vnde affectatè coram famulis de propinquis auersis debes honorificè proloqui.] Hæc Iacob tibi aperienda tradidit: *Frater tuus*, Hebr. *seruus tuus*, vt serui vocabulum Domini ditioni conueniat. Duram tot annis seruitutem obiui apud auarum socerum exul, & mercenarius: fratri igitur seruo trifserere. * Nam si antius vindictæ mihi dura imprecatus es: quid durius, quam tamdiu auaro socero ministrare?]

> Famulis agnatum fratrum discordias fouere susurrationibus.
>
> Nil durius, quam socero auaro seruire.

De Escob. & Mendoz. in Pentateuc. Tom. I.

5. HABEO, &c.] Haud putes, tibi me grauem futurum, aut dedecori propter egestatem: boum, asinorum, & ouium gregibus abundo, seruorum, ancillarumque comitatu cingor. Nihil aliud à te consequi efflagito nisi tuæ gratiæ testitui. * Profectò nihil grauius propinquo, quam inopis propinqui adhæsio.]

> Nihil propinquo molestius, quam inopis adhæsio propinqui.

6. REVERSIQVE SVNT, &c.] Alacres nuncij ad Iacob reuertuntur boni nuncij præcones Venimus aiunt ad Esau, tuo nomine iussimus saluere, lætus exilijt, vultu placato, vt amoris proculdubio causa tibi obuiam procedere viros eligens quadringentos. Cur tanto ventitet comitatu? * Profectò vt vbique securè commoretur, varij sunt itineris euentus. & is, quem multi timent, multos assolet timere; quia tot homines hostes aduersum te præparas. Quot te ostenderis formidabilem.]

> Tot homines hostes præparas, quibus te ostenderis formidabilẽ.

7. 8. TIMVIT IACOB VALDE, &c.] Audiens Iacob procedentis fratris apparatum timore corripitur vehementi. Sciebat enim Esau existimare se ab Iacob offensum. * Prudentis est, de illata iniuria nunquam non cogitare. Quis scit, si proximus ignouerit.] Deum criminis patratione ad iracundiam prouocasti? Semper debes timore corripi, si non scis an sis venia donatus.] Totam ergo supellectilem in duas turmas intersecat, ita vt in singulis pretiosiora quæque vltimo loco velut recluderentur. Vnde existimarim secundum turmæ agmen extremum Rachelem Iosephumque interclusisse.* Quod enim magis pretiosum est, maiori diligentia assolet custodiri.] * Hinc risabiles admodum ostentantur, qui de auro custodiendo solliciti, suam pretiosissimam animam non custodiunt, putantes (effectu) nihil supellectile sua vilius contineri.] Si turma vna, ait, ab Esau fuerit exitialiter vulnerata, altera à vulnere liberabitur. * An possis ita animam diuidere? Si pereat vna, saluabitur altera! O dementiam! Si tua vnica perit, quomodo vnica liberabitur?]

> 2. *Timet Iacob, & diuidit populum.*
>
> Prudẽtia est, post illatam iniuriam, semper timere.
>
> Peccator semper timeat, nesciens, an sit à Deo venia donatus.
>
> Pretiosa custodiẽda diligenter.
>
> Nihil pretiosius anima, & nihil negligentius assolet custodiri.
>
> Anima non potest diuidi, vt saluatur pars parte pereunte: vnica, aut saluatur, aut perit.

9. 10. 11. DIXITQVE IACOB, &c] Promisisti, ô Domine, (precatur Iacob) me incolumen ad patriam redîturum, Reuertere, ais, ad patriam domum, *& benefaciam tibi.* Assoles tuis beneficere vulnerando. * Labores enim inter egregia tua munera scio adnumerandos.] Vnde licet timeo me à fratre percutiendum, non dubito quin mihi benefacias. Minor ad sum tuis miserationibus, tua minima miseratio totum me poterit obumbrare; & protegere nulla tamen misericordia digni. Indignus planè sum, cui tua veritas in promissis faueat: sed fauebit, quia promisisti Solus scipioni innixus istum Iordanem, quem ex edito loco à longe conspicio, fauente, te traieci: & nunc duabus cinctus turmis transmittere cogito securiùs. * Assoles enim pronior communitati, quam singularitati fauere.] * Nec ab spe cado, quod iam me iterum Iordanis ad ripam duxeris vlteriorem; à te enim vnum beneficium accipere, velut obsequium est, quo obiecto, homo possit augustiora munera efflagitare.] Me igitur eripe à manibus Esau aduentantis. Vereor enim, ne

> 3. *Petit Iacob à Domino, se ab Esau irato liberari.*
>
> Labores Dei sunt beneficia.
>
> Deus pronior communitati, quã singularitati.
>
> Vnum beneficium à Deo accepisse, est quasi obsequium est, quo obiecto, possis augustius flagitare.

matrem cum filiis percutiat. Adagialis hæc vox, id est, nulli parcat. Nostri adxgio respondet: *No de je piarte, ni mamante*

ta. TVLOCVTVS XS, QVOD XANXFACXRES, &c.] Si mxtrea ac filij pereunt, si pater exitialites vuluetxsut; quonammodo promissis stabis, fututum me innumeiabilis prolis parnetem? Ergo ineptè Iacob timuit, & otiosè precxtur. * Certè iustua in ipsa securitate timet, ne tumeat imniunitate.*] Precatur xutem, quia vel promissa munera Deus vult postulari. Imò fit sæpe promissio, quia præuisa est deptecatio

Iusti sest, in ipsas ecuri tate timere. Vel promissa munera Deus vult postulari.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. CVMQVX, &c.] Apud Mahauxim Iacob cum pernoctasset, ex gregibus, & armentis munus fratri placando præparauis. Cxprarum, hircorum, ouium, arietum, camellarum fœtarum, quæ recens scilicet pepercrans, & pullos lactabant: vaccarum, tautotum, asinarum cum pullis insignem numerum selegis, stradidisque miuistris, fatus: Præcedite cuncti, intet giegem spxrio mediante. Obuiam si procedit Esau primo pastori, & rogitat, cuius sit, quo vadit, aut cuius sint illa? quæstioni satisfaciet: Ixcob seruus tuus meus dominus est, qui boc mnnus suo domino Exu curat exponi: ipseq; mox tnis pedibns prouolnendua accedet. Reliqui pastores præcessuri muneutus eadem rogitanti Esau respondere. Iacobique nomine adiicere.* Fratrem meum aliquandò ad iracundiam traxi, non audeo eius inire faciem, nisi piius placaro muneribus Forsitan, seu vtique suscipiet faciem meam (sic Hebr.) aut leuabit Delinqueutis moa est, vt faciem demittat. Ecqnomodo audebir qui inproximum deliquis, eius in conspectu leuare faciem nisi manu illius, qui iniuriam accepit.* Vtaxabilis admodum obiiciatur, qui post pixcula innumera Confessioni dana uperam, faciem leuare non veretur. Pulchrè planè Iacob, dum confitetur, se fratrem læsisse, faciei demissionem affectat: vt doceat verecundiam, reuerentiam, humilitatemque debere confessionem piaculi comitari.]

5. *Tradit greges pastoribus delaturis ad Esau, eosque instruit.*

Muneribus placatur iratus.

Taxandus, qui faciem non demitit, dum confessioni dat operam.

21. 22. PRÆCXSSXRVNT ITAQVE MVNERA, &c.] Nocte equidem illa, cuiua præcedente die munera miseras, in castria quieuit. Postiidiè autem summo mane vxores, liberos, familiam gregesqueter vxdum Iaboc transmitti curaui. Primũ transmittendis vxoribus studes, mox filios suscipis tansmittendos.* Primaetenim patris familias euta sis circà vxorem, mox circa filios. Agricolx enim prudens non tàm cutas de fructuum, quam de xrboria incolumitate.]

Prima eura matris sit circa vxorẽ, mox circa filios,

23. 24. TRADVCTIAQVE OMNIBVA &c] Per vadum Ixboc sorrentis scilicet, seu fluuioli duobus fere miliaribus ante Iordanem profluentis transmitti omnia curauit, quæ ad se pertinere videreutur. Porrò ipse xpud alreram ripam solus mansis oratutua. Eu Angelus aptana sibi viticorpus cum Iacobo non imaginarium, sed cosporeum certamen vsque manè instituit. * Deus autem vocitatus, quia Dei Filium figurabat, qui ludicris certaminibus se ad vera compararet. *] Quod si orationis illud bellum: iuibi præparantur, quæ postmodum sint exereudæ actiones. Equidem pugnxm huiusmodi instisutam fuisse reor, Angelo Custode Iacobi cum suo alumno dimicante, vs spem Iacob conciperet se facillimè Esau victurum qui *contra Deum* fortia ostentabatur.* Angeli Custodis officium suos xlumnos consolatione afficere, eosque à formidine liberare.]

6. *Vado Iaboc transmisso Iacob cum Angelo luctã init, eumque superat.*

Dei Filius ludicro se certamine ad verũ cõparat.

Angeli tutelaris officiũ alumnos suos consolari.

25. QVS CVM VIDERET QVOD, &c.] Angelus quidem Dei dispositione resistendi vires consinuit, vt à Iacobo vinceretur Dens ipse, cuius personam Angelus exetebat. * Et quando Deus certamini orasionis non se superabilem præsentat? Ille solus nou superat, qui segnites militas, nesciens Deum velle superari.] Porrò Angelus videns, quod Iacubum vincerenon valeret, læsit caput illud ossis fœmoris. quod in acetabulum iuseritur, & cum illa neruo ligatur. Vt scilicet eum lucta prosterneret more illorum, qui crura aduersarij cruribua innectunt, vs eum subuertant. At neruus ille statim uimia laxatione, & extensione factus est inutilis. Hebr. pro *neruo* scribitur כף *caph*, quæ vox *palmam* significat. Quid palmæ cum neruo lassitudine affecto. * indè tibi palma victoriæ vndè vuluus procedit.]

Deus superabilem se præsentat in orationis certamine.

Inde palma, vnde vulnus

26. DIXIT QVX AD EVM DIMITTX ME, IAM XNIM ASCENDIT, &c.] Soluatur (inquit Angelua) certamen diuturnum, iam euim orta xurorx ascendit Solis exorsu sermsnanda.* Iam ô Iacob, patrem familias non decet, à suis xblegari. Innisibilibus studium dedisti, sempus iam, vt xd visibilix disponendæ domui negotia procedas.] * Non commendatim eum Præsulem, qui, vt orationi litet obsequium, temporxrijs communitatia curis nuncium remittit.] Iacob respondet, Benedictionem à te lacrymis obortis consequi procuraui. instabo, donec xdipiscar. * Differs Deus sæpe beneficium largiri, vt orxtioni instemus proclamantes: *Non dimittamte, donec benedixeris.*]

Tempus orandi, & tẽpus negotia visibilia gerendi.

Taxatur Præsul, qui vt diù oret suis no prouidet subditis.

Deus assolet beneficiũ differre, vt orationi instes.

27. 28. AIT XRGO QVOD NOMEN XST, &c.] De nomine interrogat Cœlicola, nun quia ignoraret, sed vt respondentt, Iacobum appellari, indiceret, augustiori nomine debere insigniri, qui opera augustiora excitaret. * Nomen enim & crescis, & decrescit, apud Dei catalogum, operum perfectione.] Haud, inquis, Iacob nomineris, sed *Israel*; quia si præualere potuisti conera Angelum, qui Dei personam te ferebat augustina contra Esau reliquosque tibi insensoa validua ostentabens. Hebr. ישראל *Israel* id est, *dominatus es Deo*, Quod Angelum Dei vicarium superaslet.

Nomen & crescit, & decrescit nostris operibus.

29. INTXRROGAVIT XVM IACOBI, &c.] Quo vir luctator nomine appellaretur Iacob rogitauit vs æternum menti figeret benefactoris memoriam ex nomine. * At Angelua noluit indicare, mouens homines, vt ex operibus cireus, non ex cognominibua agnosci Cur nomeu requiris eius, cuius opera eum probant augustum? * O Quam apiè nomen siles, qui benedictionem exponit! Qui perenni succurrit, qui dat egeno curet non nominari, vs videat Pater, qui in superna ad est] Addnns aliqui nomen

Curent homines, ea operibus, non ex cognominibus agnosci.

Qui gerit pia opera curet non nominari, vt Deo tota gloria cedat.

ipsum non aperuisse, ne posteri Iacob, qui huius certaminis reuerentia à neruo abstinuerunt, Angelum vt Deum adorarent in superstitionem proclives.* Cœlestium planè mentium est, nullam piaculi ansam aliis exhibere.] Benedixit ergo Angelus Iacobo verbo, qui facto benedixerat nomen eius mutando. Abrahæ, & semini eius promissas, ait, asseruate benedictiones.

Cœlestium mentium, nullam ... aliis præbere.

30. VOCAVITQVE, &c.] Iacob igitur locum illum *Phanuel*, id est, *Dei facies* vocitauit, nominis addens rationem, vidi Deum, seu Angelum Dei vices gerentem in facie corporea, & confortatus sum (sic Ose. 12.) à fratris metu liberatus.* Mala enim non vident eum, qui Deum videt, siue in Dei præsentia commoratur.]

Mala non vident eum, qui Dei gerit mente præsentiam.

31. ORTVSQVE, &c.] Procedit Iacob è loco certaminis cum Sol ex Oriente procedebat.* Qui enim ex orationis exercitamento exoritur solem imitatur pergentem vsque ad perfectum diem.] At ex vulnere neruo inflicto miles claudicabat in victoriæ gloriam. Victori enim vulnera coronam exornant gemmarum instar.* Nec enim IESV triumphum vulnerum memoria obnubilat, si resurgens triumphator ostentat.] aptè autem ex orationis exercitio progrediens vir sanctissimus pede claudicat.* Nec enim spiritualis vir firmo pede terram contingit, volitans ad cœlestia.]

Orationis studiosi procedunt vt sol vsque ad perfectum diem.

Vulnera acceptæ victoriæ tristem exornant.

Christus vulnera ostentat ad victoriæ gloriam.

Vir spiritualis terram firmo pede non contingit.

32. QVAM, &c.] Posteri Iacob ob hoc tantum neruo abstinere curarunt ex Angeli reuerentia, qui eum læserat, & fecerat obstupescere. Contendunt aliqui Iacob illicò à Phanuel discedentem & claudicantem ad Angelo fuisse sanatum, antequam ad Esau perueniret. Ne rogatus ab illo, vndenam claudicatio? cogeretur reuelationem aperire.* Vult Deus spirituales illustrationes silentio obuelari.] Sinu edocuit, Deum percutere quidem iustum, sed illicò sanare. Iustorum enim labores velut fictos existima.]

Spirituales illustrationes, seu reuelationes silentio obuelentur.

Ficti labores iustorum.

CAPVT XXXIII.

Fratrem Esau Iacobus & submissione, & munere placat. Habitat in Socoth, & in Salem, vbi Deo liberatori altare exædificat.

1. Leuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esaü, & cum eo quadringentos viros: diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum: 2. & posuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in secundo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos. 3. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. 4. Currens itaque Esaü obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringénsque collum eius, & osculans fleuit. 5. Leuatisque oculis, vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. 6. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt. 7. Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cùm similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. 8. Dixitque Esaü: Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. 9. At ille ait: Habeo plurima frater mi, sint tua tibi. 10. Dixitque Iacob: Noli ita, obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei: esto mihi propitius, 11. & suscipe benedictionem quam attuli tibi & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens, 12. ait: Gradiamur simul, eróque socius itineris tui. 13. Dixitque Iacob: Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. 14 Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius: sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir. 15. Respondit Esaü: Oro te, vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo domine mi. 16. Reuersus est itaque illo die Esaü itinere quo venerat in Seir. 17. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula. 18. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ & habitauit iuxta oppidum. 19. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis. 20. Et erecto ibi altari inuocauit super illud fortissimum Deum Israël.

COMMENTARII.

Vers. 1. 2. IGitur prudentissimus Iacob aspiciens Esau cinctum exercitu aduentantem, exercitus in morem vxores, liberosque composuit, vti sola præsentia humili, ac submissa dimicarent.* Nihil enim sic frangit iram, ac aduersarij submissio.] Si Iacob fretus diuinis promissis alacer procedebat; cur timet impugnari? * Certè licet Dei auxilium adsit in promptu, homo debet proprias vires exercere, nè otio torpens Deo omnia relinquat. Deus enim creaturæ ambit cooperationem.] * Dum autem quos maximè diligit Iacob sic collocauit, vt longius à periculo remoueret, nos edocet, ex custodiæ cura ostendere quanti æstimemus ea, quæ custodimus.* Nihili videris animum æstimare, quem nulli non periculo exponis: multi autem ducis diuitias, quas vel animi appositione custodire satagis.*

Frangit iram hostis submissio aduersarij.

Deus operaturus nostram liberationem vult cooperationem nostram.

Quod plus amamus, securius custodiendum.

Nihili ducis animam quam negligentius, quam corpus, custodis.

3. ET IPSE PROGREDIENS &c.] Cunctas præcedit Iacob turmas, vt primum se periculo pro filijs & vxoribus dederet.* Debet enim Præsul primis se vulneribus exponere.] Accedens itaque septies aut, sæpius genu in terram, capiteque submisso, fratri natu maiori exhibuit honorem.* Taxans eos, quibus propinquitas est stimulatio contemptus, cum esse deberet maioris reuerentiæ excitatio.] Equidem Iacob genuflexionum non absoluit officium, donec ad fratrem appropinquaret.

Præsul pro subditis se periculo exponat.

Propinquitas non sit contemptus stimulatio, sed maioris reuerentiæ.

4. CVRRENS ITAQVE ESAV, &c.] Fletu, & osculo accurrens Esau pacificum animum aduentumque ostentauit.* solius enim Iudæ, seu animi vilissimi est, externis amicitiæ velamentis gladium iam neci strictum abscondere.]

Animi vilissimi est osculis vel amicitiæ vulnus abscondere.

5. LEVATISQVE OCVLIS, Cum autem matres ac filios aspectaret, profatur, Qui isti, vt sint tecum? (Hebr. sic.) Quænam causa, vt talis ordine me recipiant? Tui ne? En (inquit Iacob) filius, quos ex Rachel, Lia, Bala, ac Zelpha mihi Deus seruo tuo dedit in exilio. Affectat prudenter Iacob sæpius se seruum, fratrem dominum appellare; nè menti subiret illius verbi memoria: *Esto Dominus fratrum tuorum*; vndè iracundiæ flamma efferuesceret.* Cum gerendæ aut conciliandæ amicitiæ das operam, nullum prælapsæ iniuriæ signum exponas: memoria enim iniuriæ assolet vulnera renouare.]

Cum amicitia conciliatur, non fiat mentio vlla prælapsæ iniuriæ.

6. 7. 8. ET APPROPINQVANTES, &c.] Appropinquant cum filijs Bala & Zelpha; accedit Lia & filij eius; Rachel sequitur Iosepho ornata, ac successiue adorant. Acceptoque vxorum, ac filiorum reuerentiali obsequio, rogitat Esau: quidnam primæ turmæ gregum millorum dono portenderent? Audierat Sanè à pastoribus, sed rursum requirit, vt ansam arripiat ex responsione fratris munus non acceptandi.* Profectò munus nullum repellere, inurbanum quid est; oblatum in præsentia non admittere animi augusti est.] Vt meam in te (Iacob ait) obseruantiam obtestari valerem munusculum præmisi, seruitutis expono tributum, vectigal domino litare contendo seruus tuus, non dominus exponor, præteritæ quæso, abreptæ benedictionis tenorem obliuiscere.* Tam potens munus ad placandum animum, vt vel sola ex voluntate dandi, Esau animus omnino placetur.]

Munus missum repellere, quid subolet inurbanum.

Vel sola voluntate dandi iratum placabis. Tam potens munus.

9. AT ILLE, &c.] His, frater, non egeo, nec opus tibi ad condonationem consequendam munera exhibere: ex fraternitate enim iam placatus aduentu. Preme illud: *Habeo plurima, frater mi.** Esau primus, quem habere plurima causa sit non amplius accipiendi. * Diuitiæ enim (potabile aurum) sitim hydropicæ auaritiæ non extinguunt, sed acuunt.]

2. *Renuit Esau munera accipere, instante Iacobo.*

Habere plurima causa est hominibus, amplius accipiendi. Auaritiæ sitis potabili auro acuitur.

10. 11. 12. DIXITQVE &c.] Obsecro, ait Iacob, noli abnuere, quæ offerre paraui: si bona fide mihi recõciliatus es, de manibus meis munusculum accipe, afferentis submissionẽ, accipientis excellentiam facile exprimens. Hebræa vox מנחה *mincha* significat munus, quod vel Deo, vel homini ad modum superioris litatur, accipe ergò munus hoc augustæ in dominationis documentum. Visus enim est mihi vultus tuus non solum domini mei sed hominis, cœlestis Domini imaginem referentis. Censebo itaque te mihi propitium, si Dei fiez æmulator conditionis, à me oblata non repudies.* Assulet enim Deus multorum diuitias oblatas (non quidẽ deuotos affectu) repellere; aliquorum enim holocaustis non delectatur.] Gratis ergò manibus suscipe de cœlesti benedictione munus. Ideo enim ab Isaaco parente accepi benedictionem, vt tuis pedibus consecrarem. Dixisti, te non indigere munere meo, quia plurima haberes. Nec ego indigeo, vt ad me reuertatur, quia omnia, quibus egeo, largitus est mihi Deus. Plurima dedit tibi Deus, mihi tribuit omnia. Accipe igitur ab eo, qui omnibus abundat, munusculum plurimorum possessor. Inuitus ergò licet munera Esau accepit, & ad Seir terram, suamque domum Iacobum inuitauit.

3. *Conatur Esau ducere ad domũ fratrẽ, Iacob excusatur, instat Esau socius fratris adducere ad hospitium, Iacobo minime annuente.*

Deus plurium munera despicit, quia non ex animi deuotione offeruntur.

13. DIXITQVE IACOB, &c.] * Licet præsumere posset Iacob, fratrem ex animo non afferre hospitium quod propinquis renuentibus assolet præparari: tamẽ causam reddit veram, & idoneam, nè simul gradetentur. Paruulorum ait, infirmitas, gregum lactentium teneritudo non patitur nimiam tuam accelerationem imitari, quin cogam plures pecudes deperire.* Hinc ediscant Præsules subditorum consulere infirmitati. Non omnibus datum celeri gressu procedere: aliquibus morulæ permittendæ.]

Propinqui hospites ægrius assolent excipi.

Præsules videant, non omnes subditos posse celeri gressu procedere.

14. PRÆCEDAT DOMINVS MEVS ANTE &c.]. Præcede ô domine, persequar in Seir. Proponebat intendens adimplere Iacob, sed postea prudenter mutauit mentem, veritus Esau ingenium.* Sapientis est, huiusmodi mutare consilia, cum nouit agnatam fratri mutationem.] * Multi officijs excitati obliuiscuntur iniuriæ, cuius prælapsis officijs recordantur. Vndè sapientis est fugere præsentiam, quæ excitare assolet iniuriæ memoriam.]

Sapiens mutat cõsiliũ.

Fuge præsentiã eius, cui iniuriã intulisti oẽ recorderetur illius.

15. RESPONDIT ESAV: &c.] De militibus aut socijs meis (ait Esau) aliqui te cingant ad Seir venientem, vt vitæ arma

reddant

reddant securitatem, aut consortio solatium adiiciant. Solum indigeo, respondit, tuæ benignitatis, & amicitiæ fulciri solatio, cingi præsidio. Te propitio nullius vereor insidias.

4 *Iacob pergit, recedente Esau, Salem vsque, agrum emit, erigit altare.*

16. 17. 18. 19. 20. Reversvs est, &c. Esau remeat in Seir, Iacob autem init locum, qui postea dictus fuit Socoth ex Iacob tabernaculis. Inibi ædificato tugurio, & fixis tentorijs locum nomine decorauit. Profectus inde Vrbem Salem ingreditur, quæ etiam Sichem, & Sichar vocitatur. Iuxta Salem autem tentoria defixit, & castrorum vallo circumdedit habitaculum. Vt autem posset, iuxta Sichimitarum leges in Sichem finibus habitare partem agri coëmit, vt proprium aliquid possideret. Filij Hemor Principis Sichimorum, id est, subditi illam agri portionem Iacobo vendiderunt centum agnorum commutatione. *Tempora fælicia, quando pecunia doli mater nondum erat exorta.] * Apte quidem subditi Hemor* filij vocitantur: quia Princeps patriæ parens, non dominus exurgit.] Denique Iacob extructo altari *fortissimum Deum Israel* inuocat.* Vt enim quis iuxta iracundum fratrem possit securus degere fortissimi Dei Domini exercituum videtur indigere præsidio.] Attamé aptius fortissimi Numinis opem implorauit, vt diues aduena apud ciues Sichem commoraretur impunè.* Exterum enim diuitijs affluere, inuidis ciuibus est delictum multis eorum illatis iniurijs vindicandum.]

Pecunia mater doli.
Princeps patriæ pater.
Vt quis valeat securus iuxta iracundũ fratrem degere, indiget Dei fortissimi præsidio.
Diuitijs affluere exterũ ciuibus inuidis est delictum.

CAPVT XXXIV.

Dina rapitur à Sichem, fratres persuadent Sichem vt ipse, omnesque eius subditi circumcidantur, quos ex vulnere decumbentes armis inuadunt, magnoque Iacobi mœrore trucidant.

1. EGressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. 2. Quam cùm vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. 3. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristémque delinuit blanditijs. 4. Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. 5. Quod cum audisset Iacob, absentibus filijs, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. 6 Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob. 7. ecce filij eius veniebant de agro, auditóque quod acciderat, irati sunt valde, eo quòd fœdam rem operatus esset in Israël, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. 8. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorem: 9. & iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. 10. Et habitate nobiscum: terra* in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam. 11. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis: & quæcumque statueritis, dabo: 12. augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. 13 Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis. 14. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso: quod illicitum & nefarium est apud nos. 15. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus. 16 tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimúsque vnus populus: 17. si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. 18. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: 19. nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. 20. ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum: 21. Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum, negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. 22. Vnum est, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes. 23: Et substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantùm in hoc acquiescamus & habitantes simul, vnum efficiemus populum. 24. Assensique sunt omnes; circumcisis cunctis maribus. 25. Et ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est: arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingressi sunt vrbem con-

sidenter : interfectisque omnibus masculis, 26. Hemor & Sichem pariter necauerunt : tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. 27. Quibus egressis, irruerunt super occisos ceteri filij Iacob : & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri. 28. Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes quæ in domibus & in agris erant : 29. paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. 30. Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui : Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius, nos pauci sumus : illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. 31. Responderunt : Numquid vt scorto abuti debuere sorore nostra.

COMMENTARII.

Dina rapitur à Sichem, qui petit sibi in coniugem addici. Processus fœminarum ad solemnia est opportunitas ad impudicitiam.

VERS. 1. EGRESSA EST DINA, &c.] Dina Iacobi filia ex Lia quindecim tunc annorum è domo processit ad Vrbem, vt virgines æquales suas ad festum solemne conuenientes de more, videret.* Ab ouo enim ad solemnia fœminæ conuenerunt, vt impudicitiæ opportunitas exhiberetur. Ad sacrificia impune, ad ludos, seu spectacula periculosè fœminæ conueniunt.]

Nec vt videant fœminas fœminæ egrediantur; cum possunt & ipsæ à viris videri. Animi puritas solo piaculo maculatur.

2. QVAM, &c.] Hemor erat de stirpe Hethæi filij Chanaam, nepotis Cham. Sichem ergo Emor filius regionis illius Princeps videt puellulam Dinam, & vehementi erga illam amore succenditur. Vt videret virgines Dina egreditur : impunè planè, nisi posset & & ipsa videri. Nec ad videndum fœminas fœminæ egrediantur, quæ à viris videri vix possunt impunè. Sichem ergo virginem abripuit, & externam fecit marcescere puritatem, internam minimè, quia vi puellam oppressit.* Certè animi puritas solo piaculo maculatur.

Mirum post expletam libidinem amauisse amplius Sichemum, contra vitiosum morem. Facilitas in fœminis odij est fomes, non dilectionis. Excordis est fœmina, quæ mœrore non afficitur post puritatis amissionem.

3. ET CONGLVTINATA, &c.] Princeps Dinam impotenter amauit.* Mirum post vim illatam post voluptatem expletam amplius puellam dilexisse. Assolent enim viri in odiū post delicias amorem conuertere.] Certè crediderim ideo non repulisse puellam post stuprum, quia eam expertus est constantem, & vi illata, possedit.* Facilitas in fœminis fomes est odij, non amoris.] Tristem ex naufragio puellam Princeps curauit verbis gratis, ac consolatorijs hilarem reddere Hebr. *Et locutus est ad cor puellæ*, vt saucium leuamine afficeret.* Excordem se fœmina ostendit, quæ post puritatem amissam non diriter conficitur mœrore.]

Errat filius qui, insciis parentibus, contrahit coniugium inire. Rarus, qui post stuprū, coniugium ambiat.

4. ET PERGANS, &c.] Patrem adit adolescens, appositè, ad quem pertinet filiorum coniugia colligare.* Plerumque filij errare assolent, cum insciis parentibus, vxores ducere præsumunt] Procura, ait, ô pater, si me superstitem esse curas, vt Dina filia Iacobi mihi aptetur in coniugem * Rarus est vir, qui post stuprum ambiat matrimonium. Multi coacti amasiæ coniugio illigantur, sed sæpe non videris, qui enixè petat inisi coniugium,

2. *Silet Iacob conscius raptus, Hemor postulat filio dari Dinam.* Mulier sola nō procedat. Dissimula, quod non potes corrigere. Prudens vir silet, ne defectus familiæ euulgentur. Fatua fœmina vociferatur, vt vicinis innotescat.

5. QVOD, &c.] Comites Dinæ, qui fugerant, cum puella à famulis Principis raperetur, ad Iacob rediere, eique tragediam enarrarunt.* Miratur virginem sine comitibus ad spectacula properasse.] Audiens autem Iacob, dissimulat, quod corrigere non poterat.] Non cucurrit ad Hemor, turbans clamoribus vrbem, non festinauit ad agrum, vt filios suos de raptu efficeret certiores : eorum expectauit à gregibus, quos curabant, aduentum : eosque monuit vim, non vt vindictæ studium impenderent, sed vt scirent, qua de causa Dina desideraretur.* Prudens vir silere debet, ne domestici defectus euulgentur. Muliercula enim stultæ ingenium, adeò vociferari, vt vicinis sit noxa familiæ manifesta. Silet prudens, fatua vociferatur.] Non est Lia huic numero addicenda, cuius vociferationes non exprimuntur.

Non probus est pater, cuius conspectum filius delinquens non fugit.

6.7. EGRESSO AVTEM, &c.] Debuerat Hemor filium corripere impudentissimum. At facilè eius indulget desiderio. Cum vidi iuuenem ad patrem accurrisse, vt ei stuprum, manifestaret : cognoui Hemor prauum esse parentem.* Vere enim & probo patri non auderet filius post tantum filij facinus, eumque amoris sui facere mediatorem.] Egressus itaque Hemor, vt Iacob de futuris nuptiis loqueretur : Venerant è gregibus filij, audiunt Dinæ calamitatem, vehementi succenduntur iracundia,* eo quod Sichem contra Israël patrem puellæ, corrupta sorore, tam vile facinus expressisset. Hebr. pro particula, *Rem illicitam perpetrasset*, sic effert · *Sic non fiet.* Id est, ideo non perficietur Principis desiderium.* Nam quod illicitè geritur, ad fælicem exitum non perducitur.]

Quod illicitè geritur, ad exitum fælicem non perducitur.

8.9.10. LOQVVTVS EST, &c.] Princeps (ait Hemor) filius meus ex corde diligit Dinam dignam quidem Imperio : Principi ergo regionis huiusce aptetur coniugio. Connubia misceantur primi huius matrimonij exēplo : filiæ vestræ filiis nostris nubant, filiæ nostræ vestris filiis illigentur. Habitationem vestram apud nos collocate, terra vobis subijcitur arbitratu vestro colenda. Pactum quidem expetibile, munifica oblatio ante stuprū esset Hemoris.* At post iniuriam quodlibet pactum, quælibet oblatio est pretium honoris, quem progeniei augustæ non vendunt.

Oblationes aut munera post illatam iniuriam est pretium honoris.

11.12. SED ET, &c.] Patri Hemor petituri Dinam Sichem comes addicitur,* ratus nullum alienæ causæ totas vires adhibere : velle propriæ causæ propriam diligentiam impendere. Precibus meis, inquit, annuite. Vos io-

Nullus alienæ causæ totas adhibet vires.

iuria

luna affeci, profiteor, sed nuptiis iniuria est obruenda. Quidquid statoeritis in iniuriæ compensationem, & donationem nuptialem lubens exhibebo. Vxorem; coëmam de more, vos pretium statuite. Affolent sponsi coniugis fratribus munera exhibere non munera cupio esse, sed solutio, quidquid, velitis assignate. Imprudens Princeps filiorum Iacob amplius animum acerbabat. * Nihil enim vito nobili vilius quam honoris notam pretio compensari.]

Vile nobili, compensare honoris iacturam pretio.

13. RESPONDERVNT FILIJ IACOB, &c.]] Scientes filij Iacob ob vim illatam virgini dolo vsi sunt. * Qui iniuriam famæ inferunt, non querantur nobiles vti fraudulentia. Dolor enim ex honoris tactura nobiliorum animos amplius assolet excæcare.] At, Iacob fraudulentiæ conscius non erat, & ideo filiorum dictis annuit.*Dolus enim,qui cum nobilitate,circa facturam famæ assolet componi, nullatenus cum perfectionis studioso est componendus. Nil enim sic dedecet virum perfectum ac lingua dolosa.]

3. Dolo respondent filij Iacobi. Qui iniuriam famæ inferunt non querantur nobiles vti fraudulentia. Dedecet lingua dolosa virum perfectionis studiosum.

14. 15. 16. 17. NON POSSVMVS,&c.] Non intendunt ergò filij Iacob Sichimitas ad Dei cultum allicere, sed vulneris sacri dolore ægros facilè opprimere. Habita itaque à patre copia, sic respondentur, post quam inter se dolum contulerant: Apud nos nefarium incircumcisio filiam illigari. Vnde si viros vestros sacrum Circumcisionis vulnus nobis reddat æquales:lubentissimè nostras filias filiis vestris aptabimus,& vestras filias nobis accipiemus. At si renueritis, discedentes dehonestatam referemus. * In conspectu enim irritantis increscit iniuriæ vulnus continua sanguinis emissione.]

Exacerbatur vulnus iniuriæ,in conspectu inferentis.

18. PLACVIT ORATIO EORVM, &c.] Placet Hemor filiorum Iacob propositio, quia sperabat ex eorum consortio opes augere. * Vel vulnus lubens sustinet auaritia, si spectat lucri satientatem. Placet Sichem Dinæ amatorem. Nec dura vulnera diligenti difficilia. * Qui pati tenuit, se nimè diligere manifestat. Adolescens ergo non distulit explere conditionem: amabat enim vehementer puellam, & ipse erat totius familiæ honoratissimus.* In clyri enim, seu Principes facilius rationi submittuntur, præcipuè cum pro illatis à se iniuriis satisfacere curant.

4. Annuit Hemor,populusque hortatur ad circumcisionem. Volens sustinet auaritia si lucrum spectat. Qui pati renuit, se non amare, probat. Nobiliores facilius rationi subiiciuntur.

20. 21. 22. 23. INGRESSIQVE PORTAM, &c]Adeunt Hemor,& Sichem portam vbi forum venalitium, & vbi iudicia solita geri,sanctumque sic multitudini: Quadruplici ratione intendimus vos ô ciues Salem,allicere vt salutare vulnus, Circumcisionis scilicet recipiant.Ad nos aduentant illustrissima familia Iacobi, gressu quidem pacifico, è cuius societate hæc nobis commoda præsentantur: Terra hæc spatiosa & lata cultoribus & inhabitatoribus opplebitur. Ducemus ex Mesopotamia mulieres proculdubio pulchriores Chananitidis. ¡ Futuri etiam participes opum Iacob. Cuncta enim bona sua si non proprietate, saltem commercio, & communicatione ciuili nostra erunt. Fruemurque

modestissimi viri præsentia, & nobilissimæ familiæ consortio. Solum obstat Religio, quia nullatenus nobis colligari patientur, nisi circumcisionis signum cunctos vnum efficiat. * Nunquam credidi, diuersæ Religionis ciues posse populum vnum efformare. Vndè hæretici à Catholico sunt aspectandi quasi diuersi populi habitatores: sicque cum illis societatem inire,ac se ex animo,& corpore ad alium populum pertinerêt.]

Diuersæ Religionis ciues in vnum non possunt coire. Hæretici sicgè habitant à Catholico.

24. ASSENSIQVE SVNT,&c.]Quã facile totus populus ad Principis placitum est compositus:præcipue cum præite non grauatur exemplo.Durum vulnus suaue ei,qui Præsulem sancium vulnere imitatur.]

Ad placitum Principis subditi facile componuntur,si præit exemplo.

25. 26. ET ECCE DIE TERTIO, &c.] Quando, grauissimo vulnerum dolore die tertia Hemor, Sichem, & ciues consternebantur, nacti opportunitatem Simeõ & Leui fratres Dinæ pugnaces irruunt, & cunctos viros trucidantes,Hemor, & Sichem demùm comminuerunt. Sichem quidem authorem stupri, * Parentem autem, quia indulgens à pueritia filio permiserat impudentem;] ciues autem, & quia eorum ope virginem abripuerat Sichem, * & quia pereuntis Principe, cuncti subditi agnati iugulo reputantur. •] * Dinam verò Liæ matri restituunt, vt moneret caut,iam proprio periculo sapere virginem non reclusam posse videre,videri,& deperire:reclusioni autem addictam ab huiusce modi periculis liberari.]

5. Simeon, & Leui masculos interficiunt. Pater indulgens filio, quasi particeps eius delictorum. Pereunte Principe, omnes subditi agnati iugulo reputantur. Virgo non reclusa videre,videri,& deperire potest.

27. 28. QVIBVS EGRESSIS, IRRVERVNT, &c.]Reliqui filij Iacob vno Ioseph puero excepto, postquam Simeon & Leui a cæde fuerant egressi, opes Salémitarum pro libito diripuere, perdidere; vindictæ enim studebant, non leuiebant auaritiæ militari, greges, & armenta, & asinos, cunctaque & agri, & domorum bona deuastarunt. At Iacob sanctissimus, cum cædes & deprædatio fuerint iniustæ vbi rescuit, & potuit, captiuos omnes liberos dimisit, & quæ supererant bona restituit. * Subtacet scriptura notantes, quæ necessariò gesta esse cognoscimus.Iustitiæ enim Iacobi agnatum erat læso proximo satisfacere.] Multiplex in hoc facinore delictum. * In primis sacrilegio se se contaminaurrunt filij Iacob Circumcisionis sacra ceremonia ad iniustum cædem abusi. Sacrilegium verò de more cuncta crimina comitantur: Videlicet contra parentem inobedientia, quem satis cognoscebant, ista non probaturum: iniustitia belli, cùm penes illos summa potestas non esset, sed penes parentem Iacob: crudelitas,quod supra modum sæuierint: temeritas, quod Iacob, & totam illam familiam in magnum discrimen adduxerint pupulis Chananæorum irritatis.] * Edificat Leui sacrilegus quot crimina soleant cum sacrilegio colligari, vt edoceat posteros altari ministraturos, quanta puritate debeant accedere:ne sacrilegio operam dantes innumeris criminibus ostium aperiant, & criminum ne pelago absorbeantur.]

Iustitiæ, seu sanctitati agnatum,læso prox.mo satisfacere. Sacrilegium omnia crimina assolet comitari. Edoceat sacrilegus Leui Leuitas potestos,digna altari ministrare ne criminum pelago absorbeantur.

30. QVIBVS PATRATIS,&c]* Audacter Iacob filios auctores stragis corripuit, parentes subtraxans,qui non audent filiorum crimina vulnerare.] * Vsus autem Moses

6. Reprehendit Iacob Simeonem, & Leuin.

aduerbio

aduerbio *Audacter*, vt innuat, tam agnatum esse parentibus filiis indulgere, vt audax appareat is, qui filiorum piacula reprehendit. Me ait turbastis, ô filij, metu, & angore, & me odiosum Chananæis, & Pherezæis, qui vicini Heuæis adsunt, reddidistis. An non amicorum, propinquorum, & vicinorum vicem dolentes pugnaces exurgent haud Circumcisione vulnerati, & exigua manus nostra ab innumeris hostibus trucidabitur? Porro nullus gladium arripuit, & quia Deus protector, & quia violatio Dinæ Sichemum eis fecit causum. * Nulli infamia piacula placent.] Preme particulam. *Nos pauci sumus.* Hebr. מתי *methei*, quæ vna à moriendo deducta, mortales significat: * Nos mortales sumus, seu mortui: mortui quidem ob culpam estis, & in peccati pœnam morituri.

Nulli infamia piacula placent. Peccatum mors.

31. RESPONDERVNT, &c.] Iratorum friuola semper excusatio. Nam cum iracundia succensi grauissimum inferant nocumentum, causa considerata minor effectu apparet. Ea ne erat Dina (inquit) filia Iacobi, & Liæ, vt cum meretricibus annumeranda fuisset?

Friuola semper iracundi excusatio.

CAPVT XXXV.

Iacob Aram Deo erigit in Bethel, familia sua ab idolis expurgata. Beniamin, matre occumbente, exoritur. Debora etiam Rebeccæ nutrix & Isaac moritur.

1. INterea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esaü fratrem tuum 2. Iacob verò conuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. 3. Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. 4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea subter terebintbum, quæ est post vrbem Sichem. 5. Cúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. 6. Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum eo. 7. Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum. 8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatúmque est nomen loci illius, Quercus fletus. 9. Apparuit autem iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei. 10. Dicens: Non vocaberis vltà Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Et appellauit eum Israël, 11. dixitque ei: Ego Deus omnipotens, cresce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. 12. Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. 13. Et recessit ab eo. 14. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum: 15. vocansque nomen loci illius, Bethel. 16. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel, 17. ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. 18. Egrediente autem anima, præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Benjamin, id est, filius dextræ. 19. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. 20. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem. 21. Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis. 22. Cúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. 23 Filij Liæ primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, & Zabulon. 24. Filij Rachel: Ioseph & Beniamin. 25. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dam & Nephthali. 26. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser: hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. 27. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, Ciuitatem Arbeæ, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. 28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. 29. Consumptúsque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex, & plenus dierum & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

COMMENTARII

COMMENTARII.

1. *Iubetur Iacob ascēdere Bethel, cōminuit idola abscondit reliquias.*

Præsagium diuini aduētus est, iustū vexari laboribus.

Quam diligenter reddenda Deo vota!

Quasi à Deo alienum est, petere.

VERS. 1. INTEREA LOCVTVS, &c.] Cum Iacob Hethæorum pauebat irruptionem in depopulatæ Salem, ciuiumque occisorum vindictam, Deus illius metum discutiens apparet. * Iustum enim vexari laboribus, diuini est præsagium aduentus.] Ad Bethel imperat, vt ascendat, altareque ædificet, quem promiserat, cum lapidem erigeret inungendum. * Reddenda enim tam prompte vota altissimo, vt quam primum tempus impletionis aduentaret iam Deus exigeret executionem.] Altare inquit, extrue Deo, qui apparuit tibi, cum anxius Esaü minacis iracundiæ fugiebas. Quasi de alio in tertia persona loquitur, cum petit sibi reddi promissionem. * Vt ostendat, quasi alienum à Deo, petere, cui agnatum, dare omnia. Vnde velut robore sustinendus si directe diceret: *Fac altare mihi*, quasi alij postulat exhibendum.]

Qui ministrat altari, debet idolorum seruitute; Qui ad Bethel Religionis ascendit, reliquias sæculi deserat.

Externa mūdities indicitur Téplū ingressuris.

2. IACOB VERO, &c.] Iacob verò erecturus altare, aduocat familiam totam, & affatur: O Rachel, quam iam scio furatam Labani parentis idola; ô filij, ô famuli, qui aurea, aut argentea idola è Sichimitarum præda retinetis: exitiales proiicite imagines. Deū verum apud altare adoraturi. * Nec enim in vna sede morantur ministratio altaris & idolorum seruitus.] * Qui ad Bethel Religionis ascendit, reliquias sæculi, deserat affectiones. De vestimentis, addit, ornatu soliciti sitis, sordida exuite, munda induite, vt cultu externo animi munditiam profiteri videamini. * Templum ingressuris indicitur externa mundities in internæ animi puritatis documentum.]

De beneficiis acceptis à familiæ domino tota familia gratias Deo reddat.

3. SVRGITE, &c.] Actiones gratiarum meæ pro accepto a Domino beneficio diuini ducatus dum irem in Mesopotamiam, dum in patriam redirem, vos comites esse quæsierim. * De beneficiis enim acceptis a familiæ domino tota familia debet gratitudinem Numini exhibere. Beneficium est subditorum, quidquid cœlitus capiti impenditur.]

Dedecet Christianos, veri prophanis deorum fictorū iconibus.

Aures custodiendæ à lasciuo sermone, à comœdiis impudicis.

4. DEDERVNT, &c.] Rachel ergo & cuncti deorum alienorum raptores idola exposuerunt à Iacobo comminuenda. * A fidelibus enim alienus est imaginum prophanarum vsus. Quid Christicolæ domus cum Veneris ac Cupidinis, Iunonis, ac Martis iconibus.] Porrò simul exhibuere inaures, in quibus idololatræ deorum suorum exculpebant imagines. * Nè scilicet idololatriæ reliquias auribus fidelium aliquando immitteret aliquā prophanitatis antiquæ memoriam. Hostis enim inuisibilis auribus assolet ad præcordia irrumpere. Quidnam, precor, impudicæ comœdiæ, turpis modulatio, verba lasciua, nisi inanium simulachra?] Confregit ergo Iacob idola, & subter terebinthum (seu quercum) post Vrbem Sichem germinantem fidelis sepeliuit. An pretiosam idolorum materiam non potuit Iacob in vsum conuertere sacrum? Potuit plane; sed noluit ne vestigium prophani cultus superesset. * Vestes quidem, ac vasa prophana vendantur, vt ex eorum pretio sacra indumenta aut vasa efformentur. At indecenter seruit Deiparæ imagini induendæ vestimentum, quod fortasse pretium libidinis impudicam fœminam exornauit.]

Indecenter vestim ēta impudicæ fœm inæ induendis Virginis imaginibus parātur.

5. CVMQVE, &c.] Conscij ciues vicinarum Vrbium, & Oppidulorum stragis Salem ad vindicationem Principum parabantur, cum Iacob profectionem in Bethel curabat inire. Nè autem nocumentum sanctæ familiæ inferrent, ingens à Deo immissus terror sic omnium ciuium præcordia occupauit, vt proiectis armis discedentes insequi non auderent. Sic Deo curæ est familia, à qua idololatriæ reliquiæ abolentur. Hinc edisce, quanto Christicolarum commodo, Iacob Ignatius Pater meus Bachanalium reliquias infodere altare Eucharisticum erecturus.]

Cōmēdatur Ignatius ex Iubilei Quadraginta horarū institutione.

2. *Ascendit Bethel, altare ędificat, Debora obit.*

6. 7. VENIT, &c. ÆDIFICAVITQVE, &c.] Ad Luzam illam, quæ est in terra Chanaam (Iudic. 1. alterius Luzæ fit mentio) Iacob cum familia aduentauit: inibique altare extruxit, appellationem autem prius indicam confirmauit: *Bethel*, seu, *Dei domus*. Si prius nomen loco imposuerat, cur asseritur nomen loci *Domum Dei* appellauisse, quasi primum nominasset. * Quia confirmatio ac renouatio rei alicuius ipsius natalitium est. Vt innuatur renouationem votorum Societatis IESV, & cuiuslibet voti confirmatio primum vouendi spiritum recolere.] Profectò *domus Dei* locus ille appellatur, quia fugienti Esaü insidias Deus solaturus apparuit. * Quoties aliquod à Deo accipis beneficium, inibi procura Deū venerari: tibique Domus Dei sit locus, vbi diuinum es auxilium expertus; vt præsenti Deo lites gratiarum actiones.]

Renouatio votorū Societatis Iesv cōmēdatur.

Domus Dei extruēda in loco, vbi aliquod Dei beneficiū, accepisti.

8. EODEM, &c.] Debora Rebeccæ nutrix, quæ cum ea venerat ex Haran ad Chananæam, remissa fuerat à Rebecca in Haran, vt Iacobum inuiseret, eumque matris nomine ad reditum alliceret. Redibat illa cum Iacobo, & in itinere vitalem cursum absoluens hoc tempore ad radices ascensus Bethel fuit in querceto sepulta. At loci illius inde nomen æternum i *Quercus fletus* propter planctum, quem ibi gessit Iacobi familia * Nihil enim sic prosequendum lacrymis quam nutricis bonæ obitus. Irremediabilibus lacrymis optimi Magistri deflenda mors.

Ploranda mors spiritualis nutricis, id est, boni Magistri.

3. *Deus Iacobo apparet, nomen cōfirmat Israel, factasque promissiones:*

Vir modestus renuit, cognomine illustri compellari.

9. 10. APPARVIT, &c. DICENS, &c.] Qui apparuerat Iacobo iussurus in Bethel ascendere, rursus postquam eo peruenerat ei Deus ostentatur, vt repleat benedictionibus, hoc est, vt gratiæ donis animum adaugeat cum nominis noui *Israel* confirmatione. Non amplius solo nomine Iacob, sed etiam nouo Israël appellaberis. * Vt enim religiosus ac modestus vir eo vellet nomine compellari, quod certaminis præteriti gloriam referebat, necessaria fuit Domini instantia. *Appellaberis Israel.* Ipséque Deus cœpit eum hoc nomine exornare: *Et appellauit eum Israel.* Taxentur hinc, qui, nulla victoria præmissa, gaudent illustribus cognominibus (raptu plerumque) compellari.] * Porrò Patriarcha non simul *Iacob Israel* appellandus erat, sed iam Iacob, iam Israël, carpens eos, qui post nomen proprium duplicia ex vanitate cognomina attexunt

Taxātur qui ex vanitate post propriū nomē duplicia cognomina attexunt.

xunt. Ex vanitate, dixi: hac enim exclusa, aptè quis maiorum cognominibus exornatur.]

Crescente iustitia, hominis tēpo-ratia cōmoda, crescunt.

11. 12. DIXITQVE, &c. TERRAMQVE, &c.] Ego, inquit Deus, omnipotens, cui facile facinus, promissa dare executioni. Cresces, multiplicaberis. * Cum iustitiæ enim augmento, & temporaria commoda incrementum accipiunt.] Tribus Israël populos, & nationes efformaturi ex tuis filiis duodecim educent exordium. Terram quidem, quam dedi, id est, promisi Abrahamo & Isaaco tibi dabo, quia posteris impendam. * Profectò Dei promittere, dare est propter certitudinem.] * Quod autem filiis impenditur, quasi parentibus tribuitur; quia semper parens quasi viuit in filiis.] E tuis lumbis Reges profluent; quia Iudas filius suus Regum parens exsurget.

Dei promittere, dare est. Parens quasi viuit in filiis.

13. ET RECESSIT AB EO, &c.] Aliquis addidit Interpres antiquus, *Vt laboribus tentaretur.* Non probarim; potius enim scribendum fuisset, *& remansit cum eo.* * Nunquam enim Deus recedit ab iis, qui laboribus agitantur eum patientibus compassurus.]

Deus nō recedit à laborātibus cō-passurus cū patientibus.

4. *Erigit titulu lapideū, ac Bethel locum nominat.*

14. ILLE, &c. VOCANSQVE, &c.] Porrò Iacob lapideum erexit altare in loco, vbi Deus apparuerat, & in honorem Dei libamina vinum scilicet, & oleum effundit. At altare illud simul titulus, seu monumentū huius apparitionis, & promissionis diuinæ erat. * Vt moneamur quicumque pro accepto egregio aliquo Dei beneficio actioni gratiarum studemus: aut altare erigere, aut renouare, aut augere, aut ornare in titulum, seu beneficij accepti documentum.] Erecto altari Iacob nomen inditum confirmauit, *Bethel, domus Dei.* Cum sacrificio dat operam præsentibus familiaribus nomen altaris memorat, Domus Dei. * O si commorantes in Ecclesiis à propria conscientia quotidie exaudirent *Bethel!* Non auderent apud Dei domum tam indecenter commorari.]

Qui curat gratum Deo præstare obsequium pro accepto munere, altare aut erigat, aut renouet, aut exornet.

Recordare, qui in Téplo moraris, Dei domus illius habitatorē, vt reuerētiæ studeas.

5. *Periclitatur, & à nutrice cō-solatur Rachel partu-riēs, filium vocitat Benoni, moritur, sepelitur, epitaphio apponitur. Rubeni cū Bala incestus.*

16. 17. EGRESSVS, &c. OB, &c.] Hebr. *verno tempore* à radice ברה *bara* idem quod *cibare.* Egreditur Iacob de Bethel iuxta tempus, quo terra cibom, & segetem effert ad terram quæ milliario interposito in Ephratam ducit. Nondum autem spatium illud perfecerat Iacobi familia, cum Rachel cœpit partus doloribus agitari: & difficultate eiteodi addici periculo. Consolatrix accedit obstetrix asserens non solum Iosepho, sed & altero filio potituram. * Periclitanti ægroto verba consolatoria proferenda ab inuisentibus affectu charitatis, quæ non mediocritet confertue ad salutem, sed accuratius sermo spiritualis proferendus qui spirituali pœnitudinis partui vires addit.

Verba cōsolatoria ægroto proferēda ad animi, ac corporis salutē. Cūctis mœribus nati filij sunt doloris.

18. EGREDIENTE, &c.] Cum autem Rachelis anima, & infantolus simul egrederentur: vltimo spiraculo mater *Benoni* vocitauit infantulum, *doloris* nempe *filium.* Et quando cuilibet vel superstiti matri natus nō est filius doloris?] At pater auspicatius indidit nomen, *Dextera filium* appellando. * Affirmans grauissimo labore actus ex dilectissimæ vxoris desiderio, nihil iusto laboranti sinistrum accidere.] simul ostendit, se forti animo hunc obitum ferre, filium dexteræ appellat, quia robur in dextra præcipuum.

Nihil sinistri accidit iusto laboranti.

19. MORTVA EST.] * Ergo pulcherrima illa Iacobi coniux cum ageret trigesimum sextum annum ætatis moritur, monens fœminas mortem ætati, aut pulchritudini non exhibere reuerentiam. Iacob autem nonagesimum septimum annum expleuerat, cum vxoris cadauer in via inter Ierosolymam, ac Bethelemum sepulturæ commisit. * Quam aptè in Ierosolymæ via pulchritudo emortua occiditur. | Viatorem monet obiectis cineribus, non amandum fulgorem, qui tam cito volat in cineres. Quam fæliciter Ierosolymæ patebit ingressus viatori, qui deliciarum falsitatem contemplatur in via!]

Mors nō reueretur ætatē, aut pulchritudinē.

Deliciarum falsitatē cōtéplemur in via.

20. EREXITQVE, &c.] Pyramidem perelegantem erexit Iacob æternum Rachelis sponsæ clarissimæ monumentum viatori. * En in via ô viator, vitalis itineris terminum: en florem non à senectute languidum, sed à morte putridum. Quid horribilius pulchræ fœminæ potest esse morte, si hæc ei exitiabilior est senectute? Edoceantur mariti fucatas vxores honorare.

Quā horribilis mors pulchræ fœminæ, sicut exitiabilior ei senectute.

21. EGRESSVS, &c.] Mirum planè, egredi potuisse Iacobum è via, vbi emortuam dilectissimam coniugem, pro qua quatuordecim seruierat annos, aspectabat. * Attamen sunt dolores qui gehennæ ex eo assimilantur, quod sine morte exorquent, morte equidem diriores.] Egreditur ergo inde, trans Turrim Eder seu gregis mille tantum passibus à Bethleem distantem, tabernaculum collocauit.

Dolores torquentes sine morte, hac diriores.

22. CVMQVE, &c.] Profectò ancilla vitro coniuncta vxor absque contractu & sponsalibus, in Sacris iam vxor, iam concubina vocitatur. Cethura vxor appellatur Gen. 25. & concubina 1. Paral. 1. Habitante ergo Iacob cum filiis in illa regione, vbi aderat non longe recens emortuæ sepulchrum, tam intemperans Rubeo, vt cum Bala Iacobi patris sui vxore perpetraret incæstum. O digne iuuenis, cui menioris genitor malediceret, & quem progenitura spoliaret. * Indignissimus enim honore, & prosperitate qui *cum habitaret in illa regione*, vbi Rachel mortua erat heri, hodie impudicus pergit ad Balam patris vxorem. Quis crederet hominem tam inuerecundè delictorum in cadaueris fœminæ pulchræ conspectu.] * Porrò incæstus non latuit Iacobum. Nè fœminæ adulterio se maculent profantes: Maritus ignorauit. Delictum est? Adeò publicabitur, vt mirabile sit si marriti fugiat cognitionem. Si nō omnino agnoscit, non ignorat omninò, & saltem suspicionibus agitato, pax coniugij dissoluitur.]

Quā iniquus, qui ad aspectū spulchri prorperat ad libidinem.

Rarò latet marito vxoris adulteriū omninò.

23. 24. 25. 26. QVI RESPONDENS AIT, &c. IAM TEMPVS, &c. QVI PRIOR, &c. SEXAGENARIVS, &c.] Filij Iacob duodecim annumerantur, Liæ quidem primogenitus Ruben: postmodum nati Simeon, Leui, Iudas, Issachar, & Zabulon. Filij Rachel Ioseph, & Beniamin. Balæ autem ancillæ Rachelis Dan, & Nephthali. Porrò filij Zelphæ ancillæ Liæ Gad, & Aser. Qui quidem omnes (vnum si excipias

6. Filij Liæ, Rachelis, Bala ac Zelpha.

cipias Beiaminum iuxtaBethlehemum natum) in Mesopotamia Syriç fuerunt exorti. Cur & Dinę, tota progenie adnumerata nō meminit? An quia solos masculos duodecim Tribuum Israël parentes exprimere Moses intendit? * Certè & quia fœmina post corruptionem licèt inuoluntariam indigna nominati. * Iam actum de Dina, quia obnubilari fœminæ nobilis famam idem est quod obire, imò in nihilum redigi.

Fœmina post corruptionē indigna nominari.

Famam fœminæ obnubilari, idem est, quod obire.

7. 27. VENIT ETIAM, &c.] Tandem Iacob ad parentis brachia post tot casus, post tot rerum discrimina redit in Cariath-Arbe, vbi sinè fixo domicilio Abraham, & Isaac fuére commorati.

Iacob parentem Isaacum inuisit eius obitui, ac funeri adest.

28. 29. ET COMPLETI SVNT DIES ISAAC CANTVM, &c.] Post tot annos Isaacus, deficiente natiuo calore, & exarescente humido radicali, quod natiuum calorem conseruat, morti cedit, & ad sinum patris Abrahæ aduolat satur vitæ. * Quæ quidem tam plena amaritudinis vt particula exsaturare posset insignem viuendi auiditatem.] At Esau & Iacob iusta patri soluentes eius cadaver apud Rebeccam, quæ prius obierat, sepelierunt. Qui non colligati fuerant ad mensam, ad habitaculum, ad hospitium, ad sepeliendum parentem colligantur. * Filiorum munus est, parentum iusta curare: ad quod munus agnato motu videntur properare]

Tam plena amaritudine vita, vt exatiare possit particula magnam viuendi auiditatem.

Agnatam filiis, parentū iusta curare.

CAPVT XXXVI.

Duces, & Reges ex Esau prognati recensentur, vt paternam benedictionem constet impletam fuisse.

1. HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edon. 2. Esau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Ethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi: 3. Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaioth. 4. Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel: 5. Oolibama genuit Iehus & Ihelon & Core hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan. 6. Tulit autem Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animā domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan & abiit in alteram regionem, recessitque à fratre suo Iacob. 7. Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum, 8. Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom 9. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir, 10. & hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath vxoris eius. 11. Fuerúntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez 12. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Esau: quæ peperit ei Amalech: hi sunt filij Ada vxoris Esau. 13. Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filij Basemath vxoris Esau, 14. Isti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei Iehus & Ihelon & Core. 15. Hi duces filiorum Esau: filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, 16. dux Core, dux Gatham, dux Amalech: hi filij Eliphaz in Terra Edon, & hi filij Ada. 17. Hi quoque filij Rahuel filij Esau, dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza, hi autem duces Rahuel in terra Edom: isti filij Basemath vxoris Esau. 18. Hi autem filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau. 19. Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom. 20. Isti sunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotan, & Sobal & Sebeon, & Ana, 21 & Dison, & Eser, & Disam. hi duces Horræi, filij Seir, in terrā Edom. 22. Facti sunt autem filij Lotan: Hori & Heman. Erat autem soror Lotan, Thamna. 23. Et isti filij Sobal: Aluan, & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam. 24. Et hi filij Sebeon: Aia & Ana: Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cū pasceret asinos Sebeon patris sui: 25. habuitque filiū Disō, & filiā Oolibama. 26. Et isti filij Dison: Hamdam, & Esseban, & Iethram, & Charam. 27. Hi quoque filij Eser: Balaam, & Zauan, & Acan. 28. Habuit autem filios Disan: Hus & Aran. 29. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, 30. dux Dison, dux Eser, dux Disan: isti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir, 31. Reges autem qui regnauerunt in Terra, Edom antequā haberent regem filij Israël, fuerunt hi. 32. Bela filius Beor noménque vr-

bis eius Denaba. 33. Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. 34. Cúmque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. 35. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad, filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab: & nomen vrbis eius Auith. 36. Cúmque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maresca. 37. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. 38. Cúmque & hic obiisset, successit in regnum Balanan filius Achobor. 39. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo Adar, noménque vrbis eius Phau? & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. 40. Hæc ergo nomina ducum Esau, in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, 41. Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, 42. dux Magdiel: dux Hiran: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

COMMENTARII.

1\. *Esau progenies ex variis vxoribus.*

Vel filiis improbis expetibilis paterna benedictio, quæ saltem circa temporaria sortitur effectum.

VERS. 1. HÆ SVNT AVTEM,] Esau, qui alio nomine Edom appellatur, en generationes Quæ quidem ideo enumerantur, vt ostendatur non irrita fuisse patris benedictio.* Filiis vel improbis magni momenti paterna benedictione donari, quæ suũ semper sortitur saltem circa temporaria commoda effectum.

2 ESAV, &c.] Binomias Esau sibi colligauit vxores. Ada enim supra Cap. 26. vocatur Basemath filia Elon; Oolibama dicitur Iudith filia Beeri. Certè olim tam viri, quam mulieres non vno tantum nomine vocabatur Sara Iesca *Et quidem quæ passim varietate mentis & actionum se plures esse fœminas ostendunt aptè diuersis nominibus assignantur]

Fœminei ingenij varietas.

Tertia Esau vxor, Ada, & Basemath filij. Oolibama filij.

3\. BASSMATH, &c.] Et hæc binomia. Basemath enim Cap. 28. dicitur Maheleth Eliphaz. Ada etiam Basemath appellata.

4.5. PAPERIT, &c.] Eliphaz Adæ filius inter Iobi numeratur amicos, nec tempora discrepant.*Mirum, quod inimicus fratris potuerit verum amicum Iobi generare; proles enim parentum mores assolent imitari]

Mirum, quod fratris inimicus generarit verũ amicũ Iob.

2\. *Recedit rursum Esau in Idumæam, habitabat in Seir, vbi prolẽ multiplicat.*

Moris diuersi fratres vna in sede non morantur.

Difficile vincitur cõsuetudo.

Peccator nõ pellitur à promissa cœli terra,

6\. TVLIT, &c.] Propter offensam parentũ iam in Idumæam Esau recesserat cum Iacob ad Mesopotamiam profectus fuisset. Mortuis autem parentibus in Chanaan remeauit, vt simul cum Iacobo moraretur At mutato consilio, acceptisque vxoribus, filiis, pecoribus, gregibus, & cũcta, quæ in Chananitide regione acquisierat, repetiit Idumæam, à fratre recedens. * Neque enim in vna sede morari possunt iustitia & iniquitas. Aut mutandi mores, aut domicilium.]*Exprimit Esau illos, qui à prauis actionibus ad meliora pergentes, rursum ad prauitatem properant eandẽ. Difficilè enim vincitur consuetudo.] Porrò separatio hæc Esau à Iacob nutu diuino effecta est, vt terra Chanaan Iacobo cederet, cui erat promissa. A qua quidem Esau non ablegatur, sed ipse vltrò recedit. * Non pellimur à cœlesti patria promissa, sed ipsi ad vitia properantes, ei vale dicere non veremur.]

7\. DIVITAE ENIM, &c.] Cum ergo pascua tam multis gregibus non sufficerent. Esau ad vberrima Idumææ pascua iam cognita rediit. Hac de causa olim Abraham proauus à Lotho suo nepote fuerat separatus. * Et quando diuitiæ non fuerunt in propinquis causa diuisionis? Quam facilè fraternitatis vinculum comminuitur, si vel terrenij commodum intercedat.] Diuites erant valdè simul habitantes: cur ergo diuites iam valde simul habitare non poterant? * Quia in Esau augendi diuitias vigebat affectus: vnda acquirendarum opum, seu gregum augendorum affectui pascua iam visebantur stricta O auaritia, quæ nunquam dicit: sufficit.]

Sed ipse vltroneus ei vale dicit.

Opes in propinquis diuisionis causa.

Auaritia nũquam dicit sufficit.

8 HABITAVITQVE,] Ipse Esau est Edom, non mons Seir. Alij ad montem referunt particulam *ipse*. Mons ipse & Edom, id est, mons Idumæorum. * Et quonammodo poterat tam diu Esau apud montem Seir cõmorari, & eum ad suam non efformare similitudinem, vt Edom etiam appellaretur?

Scelestus impij vel mores ad suam similitudinẽ efformat.

9.10. HÆ AVTAM, &c.] En generationes Esau patris Idumæorum commorantis iam in monte Seir: & en nomina filiorum, ac nepotum eius. Nepotes enim filij appellantur in sacris.* Quasi enim generat nepotem, qui progignit filium; filius enim parenti assimilatus, simul aui patrem suum generantis refert imaginem.] Profectò Ada vxor Esau peperit Eliphaz, Basemath peperit Rahuel.

Filij parenti, auoque assimilantur.

11.12. FVERVNTQVE, &c.] Eliphaz filius Esau ex Ada è primaria vxore accepit Theman, Omar, Sepho, Gatham, & Cenez: ex secundaria autem nomine Thamna accepit Amalech. En Adæ vxoris Esau filij, & nepotes.* Porrò nepotes filij meritò Adæ vocitantur; quia auia nunquam non nepotum plusquam mater ostenditur.

Auia plusquã mater nepotum.

3\. *Duces filiorũ Esau recẽsentur.*

13.14 15.16. FILII AVTEM, &c.] Basemath Esau vxor peperit Rahuel, è quo Nabath, Zara Samma, & Meza fuere progeniti. En Basemath nepotes. Porrò vxor Esau Oolibama Iehus, Ihelon, & Core est enixa Iam Duces è filiis Esau recensentur in Idumæa imperitantes Deinde annumerantur Reges. Demum Duces alij annotantur. Nam Idumæam primo Duces ex optimatum sententia Rempublicam gubernarunt. Post quos monarchiæ herentes, Reges instituerunt. Tandem Regnum repellentes rursum Duces creatunt. Profectò tam Duces, quam Reges electione, non successione Principatu potiebantur. * Vnde fœliciter meritum

Iudicum ritum non natura duces, ac Reges olim creabat. Reges.

ritum, non natura duces, ac Reges emitebatur. * Nunc ergo pariat natura Reges, non inficior, sed Præsules, Magistratus, ac Duces non pariat natura, sed meritum. Præsides student pro arbitratu suo alios Præsides assignari, creari Episcopos, Magistratus exponi. Studium hosce assignantis, non meritum est enixum.] Duces ergo electi ex filiis seu nepotibus Esau: Theman, Omar, Sepho, Cenez, Chore, Gathan, & Amalech.

Duces, Præsules, & Magistratus plerumque iam parit natura, consuetudo, non meritum.

17. Hi qvoqve, &c.] Profecto ex filiis Rahuel, seu ex nepotibus Basemath quatuor Duces annumerantur: Nahath, Zara, Samma, & Meza.

18. Hi avtem, &c.] Cuncti filij Oolibama Iehus, Ihelon, & Core Ducatus munus obierunt, *Non mediocris parentis laus nullum filium non vtilem Reipublicæ peperisse.

Laus parentis, cunctos filios vtiles Reipublicæ peperisse.

19. Isti svnt, &c.] Itaque è tribus Esau seu Edom vxoribus præfati filij ac nepotes electi Duces populum gubernarunt.

4. Filij filiorū Esau.

20.21. Isti svnt, &c.] Annumerantur iam qui apud Edom ante Esau Principes erant Porrò ex filiis Seir septem Principes seu Duces recensentur Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, & Disan.

22. Facti svnt, &c.] Primi Ducis ante Esau aduentum ad Edom, Lotam duo filij assignantur Hori, & Heman, & soror Thamna.

23. Et isti, &c.] Secundi expositi Principis, seu Ducis Sobal quinque filij exprimuntur: Aluan, Manahat, Ebal, Sepho, & Onam.

24. Et filii, &c.] Tertij Ducis Idumæorum Sebeon duo filij annotantur Aia, & Ana. Hic aquas calidas ad ablegandos humores hominum noxios adinuenit, cum pascendis iumentis patris daret operam. Pro *aquas calidas* in Hebræo est ימם *iemmim* seu *mulos*. quasi Ana ex mixtione equi & asinæ primus mulos inuenerit, custos scilicet asinorum. Porro cum eisdem literis, diuersis punctis, *Maria* significentur, & aquæ calidæ seu feruentes: reor Anam aquæ medicæ venam inuenisse. Scio legisse aliquem doctum *equas calidas inuenisse*. Quod nec reiiciunt, nec probant alij Interpretes. Laudabiliorem reputarim Anam, quod corporibus sanandis inuenerit aquas, quā quod equas ex asinis fœcundas reddiderit, vt equitaturis succurreret. *O quam commendabilis efficitur, qui aliquod fragili hominum naturæ fulcimentum inuenit.]

Commendabilis, qui fragili humanæ naturæ inuenit fulcimentū.

25.26 Habvitqve, &c] Porrò Ana inuentor aquarum fuit pater Dison, & Oolibama. Dison autem quatuor filios progenuit Anæ nepotes Hamdan, Eseban, Iethram, ac Charan.

27.28 Hi qvoqve, &c.] Principis autem Idumæorum Eser tres filij scribuntur. Balaan, Zauan, & Acan. Principis verò Disan duo adiiciuntur nati Hus, & Aran.

29. Hi dvces, &c.] Septem igitur Duces regioni Seir imperitarunt ante Esau posterorum Ducatum: Lotan scilicet, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, & Disan,

5. Duces Idumæorū ante Esau.

31. Reges, &c.] Hæc Moses, vt & multa alia prophetico scripsit spiritu, quia tempore Mosis nulli adhuc Reges in Israël. Nisi dixeris, addita post Mosem ab eo, qui diaria Mosis digessit. Hi igitur Reges Edom extitere.

6. Reges Idumæorum.

32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. Bela filivs, &c.] Duces Edom octo Reges sequuntur: Bela, Iobab, Husan, Adad, Semla, Saul, Balan, & Adar, Horum illustrissimus Iobab, siue Iob, qui hominibus laborum sufferendorum exhibuit magisterium. *Replicatur autem toties verbum, *Mortuus*, *Quo mortuo*, vt innuatur Reges eidem, cui subditi, fragilitati subiacere.] * Et vix sceptrum persuadet sibi mortis subire potestatem, Reges non putant posse cum hominibus flagellari.

Reges eidē, cui subditi fragilitati subiacent. Vix Reges credunt, se morituros.

40.41.42. Hæc ergo. &c] Iam Duces filij, seu nepotes Esau, absoluta Regia appellatione, rursum in Idumæa Imperitarunt. Vndecim recensentur, quorum singuli de suo nomine partem, quam possidebat, & regionē vocauit, En nomina: Thamna, Alua, Iethetb, Oolibama, Ela, Phinon, Cenez, Theman, Mabsar, Magdiel, & Hiram. Quæsieris de Esau tot aucti Ducibus, & Regibus æterna salute. Reor ea fuisse donatum. Ne autem me temerè asseruisse obiicias: hisce rationibus adducor. Delicta iuuentutis (præcipuè quæ ad iracundiam spectat) maturior ætas expiauit *Beneficio augustissimo Dei afficitur, qui ad maturiorem peruenit ætatem, à qua si vitia non debellantur, saltem deseruntur. Amicus ille occursus, quem fratri è Mesopotamia redeunti, exhibuit, quid aliud asseruit.] * Signum prædestinationis est, tandem diligere inimicum, à quo existimas te iniuria affectum.] Communem sepulturam Iacob, & Esau patris cadaueri exhibuere. *Iustitiam redolet defunctos humo tradere, vt Tobiæ senioris testatur affectus. Forsan cū Iacobo senioris patris conuictum gessit communem. * Quid sanctitatis à patre ac fratre sanctissimo non edisceret? An non societas corporum morum assolet exprimere similitudinem.] Crediderim, amicos Iobi, & ipsum Iobum à parente, & ab nepote Esau suam hausisse pietatem. * Num non filij plerumque referunt parentum actiones? Malachiam obiicies Cap. 1. Dei nomine proclamantem: *Esau odio habui*. Certè non ad personam, sed ad posteros Esau maxime spectat: estque sermo de reiectione non à salute æterna, sed a temporaria benedictione paterna, & iure primogenij.

7. Aliorum Ducum filiorum Esau nomina.

Dei beneficium magnum, ad maturiorem ætatem peruenire, à qua vitia deseruntur, si non debellantur. Signum prædestinationis inimicum diligere. Iustitiam redolet, defunctos tradere sepulturæ. Proborum societas probos facit. Assolent filij parentum referre actiones.

CAPVT XXXVII.

Sua Ioseph aperit somnia, quæ fratrum inuidiam, ad machinandam ei necem, excitarunt. Attamen à Ruben primò, deinde liberatur à Iuda: quo suadente; Madianitis venditur, à quibus in Ægyptum pretio Putiphari tradendus, adducitur.

1\. Habitauit autem Iacob in terra Chanaan,in qua pater suus peregrinatus est.2. Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cùm sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer:& erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris sui:accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. 3. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum, fecitque ei tunicam polymitam. 4. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum,nec poterant ei quicquam pacificè loqui. 5. Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminarium fuit. 6. Dixitque ad eos: Audite somnium meum quod vidi. 7. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrósque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. 8. Responderunt fratres eius: Numquid rex noster eris? aut subeiiciemur ditioni tuæ?Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit.9. Aliud, quoque vidit somnium,quòd narrans fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem,& lunam, & stellas vndecim, adorare me. 10. Quod cùm patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? 11. Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat 12. Cúmque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem,13. dixit ad eũ Israel:Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos Quo respondente, 14. Præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Missus de Valle Hebron, venit in Sichem: 15. Inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. 16. At ille respondit: Fratres meos quæro,indica mihi vbi pascant greges. 17. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain 18. Qui cùm vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: 19. & mutuò loquebantur:Ecce somniator venit:20. venite,occidamus eum,& mittamus in cisternam veterem: dicemusque, Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua:21. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum,& dicebat:22. Non interficiatis animã eius,nec effundatis sanguinem: sed proiicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manúsque vestras seruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. 23. Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita: 24 miserúntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. 25. Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata,& resinam, & stactem in Ægyptum. 26. Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? 27. Melius est, vt venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim,& caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius: 28. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Ismaëlitis, viginti argenteis qui duxerunt eum in Ægyptum. 29. Reuersúsque Ruben ad cisternam, non inuenit puerum: 30. & scissis vestibus pergens ad fratres suos,ait. Puer non comparet, & ego quò ibo? 31. Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt: 32. mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrùm tunica filij tui sit, an non. 33. Quam cum agnouisset pater, ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. 34. Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. 35. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu, 36. Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.

COMMENTARII.

COMMENTARII.

1. *Iacob habitatio apud Hebron, specialisque amor erga Iosepho dilectio.*

VERS. 1. HABITAVIT AVTEM, &c.] In Hebrō habitationem collocauit Iacob, vbi peregrini in morem Isaac fuerat commoratus, nihil de terra sibi vendicans, omnia quæ occurrerent, instar peregrini contemnens. *En iusti perfecti imaginem. Sic visibilibus potitur, ac si non possideret.]

Perfectus sic potitur visibilibus, ac si non possideret.

In cunctis bonis, aut prauis actionibus filij generatio recolitur, quia parenti tribuuntur.

2. ET HÆ SVNT, &c. En generationes, siue res gestæ filiorum Iacob *Opera enim filiorum aptè generationes vocitantur quia toties memoratur generatio, seu paternitas, quotiens filius operatur aut improbe, aut iuste. Quis videat filium aliquod opus iniquum gerens, qui non illico proclamet: Filius patris. Vulgare idioma nostrum disertius exponit: *Es hi o de padre.* Igitur queiscumque in actionibus filij generatio recolitur.] Erat Ioseph ex Rachele filius Iacob, decimum sextum expleuerat annum, & decimum septimū inchoauerat: adhuc quidem puer moribus, & innocentia quemadmodum ætate. *Carpit nostræ tempestatis pueros ætate tam malitia viros.] Pascuæ addicebat Ioseph gregem socius fratrum suorum Balæ filiorum, ac Zelphæ. Iacob enim gregis curam diuiserat, ita vt partem vnā curarent sex filij Liæ, alteram quatuor filij ancillarum. *Ne scilicet liberæ filij à filiis ancillarum seruiles mores prauos addiscerent. Nobiles pueri à vulgaribus, ab ignobilibus separentur, ne seruilia dogmata edoceantur.] Porrò Iacob Iosephum innocentia ætatis, & ingenij decoratum cum ancillarum filiis colligauit, vt eis esset exemplum, & accusator Vode à prauis illi actionibus abstinerent, timentes Iosephi ad patrem delationem. Prudentissimè Prætules subdito immodesto socium modestum addicunt, vt sit illi infrænatio, dum à Rectore ad ministeria immittitur.] Accusauit itaque Ioseph fratres suos Balæ & Zelphæ filios crimine pessimo contra naturam aut Sodomitico, aut bestialitatis *Seruilem originem quid nō saperent mores.] Mala sunt quidem omnia crimina, sed contra naturam piacula horribilia, vt vix superlatiuo. *Pessimo crimine* exprimantur Hebr. *Detulit ad patrem infamiam eorum malam* Mirum, quod ex crimine tam secreto, qui sine arbitris assolet perpetrari, iam fama percrebuisset, vnde infamia fratres notarentur. *Sed hæc est delicti cuiusuis ingenium, illicò manifestari.] *Porrò puer senex non aliis pueris fratrum crimina delatauit, sed parenti detulit, penes quem medicaminis adhibendi aderat obligatio. Eis solummodo aperienda fratris, seu proximi delicta, ad quos pertinet corripiendi potestas.

Pueri nostri ætate, malitia viri.

Filios nobiles à vulgaribus separa socius, ne seruiles mores edoceantur.

Rectores prudentes prauo subdito modestū socium addicunt, vt infrenare possint absente.

Mores sapiunt seruilē originem.

Vitia contra naturam via superlatiuo exprimūtur.

Ingenium peccati, manifestari.

Eis, ad quos pertinet corripiendi officium, deferenda crimina proximi: non aliis vulganda.

3. ISRAEL AVTEM; &c.] Porrò Iacob Iosephum plusquam reliquos filios amabat, quia senilir in ætate genuerat. Assolent enim parentes senectutis natos amplius diligere, & quia post hos alios se suscipere non sperant, vel quia sunt indices boni, firmæ ac viridis senectæ parentum, Hebr. *Eo quod esset filius sapiens ei.* Digna iusto parenti specialis dilectionis causa: Genitus erat Ioseph in senectute, id est, senex moribus, & grauitate actionum quodammodo ex vtero prodierat. Solatio hæc iusta fratribus specialis amoris parentum non exponit inuidiæ. *Amas amplius hunc, quam alios filios, quia pulchrior, quia ex vxore priori magis dilecta, quia sapientior, &c. Fratres inuidia, non iniustè, afficientur. Diligis amplius, quia moribus rectioribus imbuitur? Iniustè inuidiā querelas suscitabunt.] At in specialis dilectionis documentum, vestem ei ex segmentis alterius materiæ vermiculato opere variegatam fecit. sic Hebr. est, פסים *passim*, id est, *ex segmentis*. LXX. ποικίλον *Variegatam*. Hispanicè dixeris *Atarraceada de colores*. Aliqui subtaxant Iacobum, quod externo documento illo specialem dilectionem expresserit. Ego autem commendabilem reor senis actionem. *Cur enim virtus non afficienda præmio etiam cum (salutari quidem) peccatorum æmolatione, ac inuidia. Salutarem vocitaui; quia ex dolore concepto ad similes actiones exerendas excitantur.]

Qui amat filium amplius, quia pulchrior, non iniustam dat fratribus inuidiæ causam.

Qui amat sanctiorem, non vllam dat causam, excitandi querelas.

Virtus afficienda præmio etiam cum peccatorum inuidia.

4. 5. VIDENTES AVTEM, &c.] Ab omnibus in Iosephum odium conflabatur, & quia speciali dilectione à patre colererur, & quia crimina eorum detulerat, & quia tunica polymita ornaretur, & quia somnia fratribus exprimebat inuisa. Tot causæ accetuantur à Moyse, vt credibile fiat fratrem bonum potuisse odio à fratribus haberi. *Nihil enim magis naturæ absonum, quam fratrem fratri exosum existere.]

2. Odium fratrum in Ioseph, qui refert somnia.

Absonum naturæ, fratrem fratri existere exosum.

6. 7. 8. DIXITQVE, &c.] Putabam (primum somnium Ioseph refert) nos segetum manipulos apud agrum illigare, meoque stanti manipulo vestros impendere submissionem. Ita ne (loquuntur fratres) te nostrum somnias Imperatorem? Profectò hoc symbolo fratrum portendebatur in Ægyptum aduentus ad requirendas escas tempore famis, & Præfectura Iosephi à fratribus quidem adorandi. Cur autem Prælatio Iosephi non aptius aut virga in ferrea, aut in aureo sceptro figuratur? sed in manipulo à manipulis adorato? *Certè vt innuatur, Præsules esse eiusdem ac subditi naturæ: Palei subditi, paleus Imperator. Ne aut Præsul superbiat ex præstantia naturæ, aut onera subditis adiiciat, quæ ipse non valeat eleuare.] Profectò Patres passim ad Christum panem vitalem transferunt somnij typum. Manipulus stans Christus Ioseph verior, triticeus quidem, à fratribus subditis adoratus. *Quam dignus reuerentia Rex Christus, qui famescentibus subditis panis viuus exponitur.] Equidem inuidiæ, ac dissidij fraterni igni sermo hic, somnijque præsagia addidit oleum.

Præsules meminerint, se eadem, ac subditi, fragilitate constare.

Christus ex Eucharistiæ cibo dignus à subditis adorari.

9. ALIVD, &c.] Alterum somnium à Deo immittitur Iosepho, vt geminatione sua somni præcedentis certitudinem adstrueret; eodem enim tendere videbatur, Iacobo interprete. Vidi, inquit, solem, Lunam, & stellas vndecim pedibus meis prouolui, rapido cursu è superis sese demittentes.

10. QVOD, &c.] Refert somnium Iosephus

patri, in fratrum conspectu; pater autem videns fratrum inuidiam acui narratione, increpat filium verè parens. * Tuoc enim te verum patrem ostendes, cum filij defectus subtraxueris. Fictum crede parentem, qui aduersus errantem filium inuectiuas non surgit.] Nimium ne ait, fili, somniis credere licet? An tibi persuades, fore, vt ego, mater tua, & fratres tui tibi adorationis litemus obsequium? Quomodo mater iam mortua super terram adorarit? * Lia hîc mater appellatur, cùm quia matertera nepotes diligit vti filios. * tùm quia nouerca nobilis sic diligit mariti filios, tàm munificam se se eis exerit, vt genitrix esse videatur.] Patres quidem existimantes, Rachele mortua, somnium hoc non potuisse in Iosepho verificari: affirmant, in Christo impletum, quem Dei parens, Iosephus Apostolique adorarunt. * Id quidem lubenter admitto, vt Iosepho meo meæ Dominæ, sponso Solis symbolum adaptari possit. Qualis Iosephus sponsus Mariæ, qui to Iesu, ac Dei patræ conspectu tàm fulgidus apparet, vt sol meritò vocitari possit?

Verè parens qui filium errantem corripit.

Matertera nepotes diligit vti filios.

Nouerca nobilis diligit mariti filios vti genitrix.

Qualis Ioseph Mariæ sponsus, qui in Iesu, Dei paræque cõspectu aptè sol valeat appellari?

11. Invidebant, ei igitur, &c.] Fratres Iosepho inuidentes, & consequenter in eum probra cumulant, afficiunt vulneribus. * Nunquam enim non crudelis inuidia.] At Iacob suspicans à Deo somnia immissa tacitus expectabat euentum. * Nec facilè credendum somniis, aut reuelationibus: nec omnino incredibiles esse, iudicandum: Tacitè expectandi euentus, à quibus de veritate, aut fictione videntis, aut somniantis assumes documentum]

Crudelis inuidia.

Nec facile credas reuelationibus aliorum, nec omnino incredibiles iudices: tacitus expecta.

12. 13. 14. Cumque fratres illius, &c.] Iosephum domi pater prudentissimus retinuerat, vt absentia, & tempus inuidiæ fraternæ ægritudini mederentur. * Absentia enim & tempus assolent irremediabilibus animi vulneribus vinum & oleum immittere.] Ratus verò, post aliquod temporis intersticium iam odia fratrum euanuisse: cum greges apud Sichem curarent, vocatum Iosephum, Fratres, ait, in Sichimis pascendis pecoribus dant operam: pergead agrum vt de prosperitate gregum & pastorum me efficias certiorem.

Absentia, & tempus animi vulneribus salutare medicamen.

15. 16. 17. Invenitque, &c.]Pergit obediens puer, & ignarus, vbi fratres essent à viro inoenitur, & rogatur, quidnã errans requireret Respondenti autem puero, fratres quęsitare, & ignorare locum, vbi pascerent, & custodirent greges vir notus eis respondit: Audiui mussitantes: Ad Dothain gramina pergere, operę pretium est Porrò Ioseph in Dothain secessit. Aliqui existimarunt virum illum Angelũ tutelarẽ extitisse * Munus enim custodis cœlicolę errantes dirigere alumnos.]Reor quidẽ, si non Angelus erat sub specie viri, virum tamen erranti prouidisse, à quo edisceret, vbi fratres morabantur.

4.
Inueniuntur in Dothain fratres, qui excitant se inuicem ad fratricidiũ.

Munus Angeli Custodia errantes alumnos dirigere.

18. 19. Qui cum, &c.]Igitur Iosephũ fratres accedentem à longe aspiciunt sed antequã sese eorum præsentiæ dederet mẽte machinati sunt, eum interimere. Hebr. *hithnachelu*, quæ quidem vox aliquid amplius quã cogitationẽ significat, nẽpe, *quæ in opus prodit est cogitatio*. si cogitatio est, quonammodo iam in opus prodiisse dicitur? Quia vehemẽs facinoris alicuius desiderium, aut cogitatio tam infallibiliter assolet in opus erumpere: vt res cogitata velut iam data executioni videatur.] Cogitatione itaque extitiali concepta iniicem sese hortantur ad facinus. * Vt ex omni capite egregia ostẽderetur iniquitas, addito delinquendi magisterio.]En, inclamitant, somniatorem. (Hebr. *Dominum somniorum*) somnia vtiq, fingere petitum, Dominum, Principem, sed in somnio.

Vehemens rei desiderium aut cogitatio, quasi executio est.

Delinquendi magisterium exhibere quã iniquum!

20. Venite, occidamus eum, &c.] Hebr. *cisterna* בור *bor*. quæ vox cisternam significat, in qua aquæ non scaturiunt, vt in puteo, aut fonte: sed aliunde scaturiunt. Opportuna, aiunt, sese nobis occasio exhibet tollendiæ inuidiæ fomitem. Occidamus somniatorem, eiusque cadauer siccam mittamus in cisternam. Proprij experimento incommodi sctù addictus agoni cognoscet, quid somnia assequendo regimini proficere. Quam facilis peccatori iniquitatis se se simul processus exponit? Occidamus, mittamus in cisternam; dicemus parenti: A fera pessima viuus assumptus. * Astus hic dæmonis, facilia crimina exponere, virtutes difficiles admodum ostentare.]

Diabolus facillima ostendit delicta, difficillima virtutes.

21. 22. Audiens autem, &c.] Audit Ruben, & studebat fratrem à nece liberare. * Miror, in impudico adolescente, qui lectum patris ascenderat el ucere pietatem. Luxuries enim bestia plena crudelitate,] Intendens igitur liberare puerum à nece, & patri restituere, proclamabat. Nefarium, fratrem interficere manu fraterna, dum potest cisternæ huius veteris horroribus trucidari. Curat iniquus amissam iocestu gratiam patris, hac erga patris delicias pietate recuperare. * Parentem cœlestem qui placare studes post grauis delicti perpetrationem, pietatis aliquod opus exere.]

6.
Nititur Ruben liberare fratrem.

Luxuries crudelis.

Deum, quem irritasti graui piaculo, stude placare pio opere pietatis expressio.

23. 24. Confestim igitur, &c.]Accedit puer ad fratres, eos salutare iubet: at crudeles arripiunt innocentem dupliciqne eum veste spoliare aggrediuntur, talari interiore, & exteriore polymita. Vt quæ vestis inuidiæ causam dederat, fieret vindictæ instrumentum. * Et quando inuidia non oritur vel fratres denudare?] Veterem nudus puer mittitur in cisternam aqua pluuiali tunc carentem, sed pueri mox lacrymis exundantem. Ab aliquo asseritur, puerum fuisse à Rubeno fune demissum, ne saltu vulneraretur, qui postmodum erat extrahendus. Crediderim, impios pietati Rubeni irridentes, non permisisse excusari à vulnere, quem suffocandum tenebris coororquebant.

7.
Mittitur in cisternã nudatus Ioseph.

Inuidia vel fratres denudat.

25. Et sedentes, vt comederent, &c.]Sedent pransuri hilaritate pleni post vindictam, & aspectui eorum Ismaëlitæ obuiciuntur Arabiæ filij descendentes è monte Galaad, qua veniebant ex Arabia per Dothain in Ægyptum erat transeundum. Cameli eorum appatẽt aromatũ sarcina onerati, siuè opobalsamum, siue ceram, siue res desiderabiles velis interpretari, vox Hebr. annuẽs exponi, tur, נכאת *necot*. Resinã simul Ismaëlitæ deferebãt, id est, humorẽ tenaceẽ ex arbore defluẽtẽ eique

8.
Videns mercatores venientes Iuda consilio puer eis venundatur, Ruben reuertitur ad vacuam cisternam, tunica sanguine intincta refertur ad patrem.

eique ad hærentem. Hebr. צרי *fieri balsamum* vel *theriacam*. Portebant statem, hoc est, myrthæ lacrymam, quæ ac arbore illa stillat, & defluit.

26. 27. Dixit, &c.] Accedentibus ergo Ismaelitis Iudas ait: Quæ vtilitas in occisione fratris? Nulla prorsus esto quod possimus operire delictum, & adeo eius sanguinem ab scindere putei tenebris, vt instar Abelis cruoris non clamet. * Certè difficilè mors innocentis operitur, si necessario sanguis clamabit de cisterna, qui de terra clamauit.] Operiatur, esto, facinus celetur parenti, non innotescat ciuibus: an non vtilius vendere, quam occidere? Dedit Iudas Patriarcha Iudæ Apostolo magisterium. Venumdetur Iesus verax Ioseph, sed neci minimè tradatur. * Acquiescunt monito fratres; horribilis enim vel improbis, ac profligatis peccatoribus innocentiæ vox vindictam inclamans]

Mors innocentis non potest operiri, quia sanguis clamauit.

Horribilis vel impijs innocentiæ vox vindictā clamitans.

18. Et prætereuntibus, &c.] Aberat Ruben, qui simulans causam recessionis, studebat puerum liberare. Octo ergo, qui aderant fratres tempore venditionis curant fratrem de puteo extrahere immisso fune, & Madianitis, qui simul cum Ismaelitis in eodem comitatu pergebant, puer venditur argenteis viginti. Madianitæ ergo & Ismaelitæ simul emunt, & postea simul vendunt, Ideo Moses modo Madianitas, modo Ismaelitas vocitat. * Societas enim efficit, sic homines colligari vt veluti eadem constituantur essentia.] Porrò argentei, idem ac sicli.

Socij veluti eadē essētia constituūtur.

29. 30. Reversusque, &c.] Abierat aut quæsiturus pascua, aut alius occupationis prætextu, vt fratres recederent, & sine arbitris posset puerum puteo extrahere. Accessit vtique rursum ad cisternam, & cum non inuenisset Iosephum, in doloris documentum vestes scindit (Hebræorum more) & ad fratres, quos putauit fratrem occidisse, eiusque abscondisse alibi corpus properans, clamauit: Non comparet puer, quo ibo, vt eum inuenire possim. Libero igitur à venditione Rubeno fratres narrant viuum venditum, sic placatus in patris deceptionem consensit: sciens vtique minus afficiendum dolore, si crederet non piaculo fratrum, sed ferarum crudelitate periisse. * Diui enim acrius ex suorum crimine; quam ex quibuslibet calamitatibus compunguntur.

Diui acrius ex suorū crimine quā ex quibuslibet calamitatib. cōpunguntur.

31. 32. Tulerunt, &c.] Non audent ipsi fratres tunicam ad patrem referre, sed ex hædino sanguine intinctam pastoris alicuius ministerio remittunt. * Iniquorum conscientia semper existimat piaculum esse manifestum.] Minister itaque tunicam Iacobo præsentans ait nomine filiorum: Hanc casu reperimus cruore fœdatam plus iam variegatam coloribus. Vide, num sit tunica illa polymita, qua filium induisti. Sic inuidi, qui ex tunica odij arripuerant excitamentum; tunicæ obiectu à patre traxere vindictam. Quis crederet, vel Iacobum iustæ singularitatis daturum pœnas? Rarò singulare Præsulis studium in subditum non recidit ipsius Præsulis in incommodum subditorum enim querulorum conspiratio inuenit, vnde possit Præsuli molestiam inferre]

Conscientia impij sēper putat apertū esse crimen

Speciale studiū Præsulis in subditum rarò nō affert ipsi Præsulis incommodum.

33. Quam cum, &c.] Cum Palæstina leonibus, vrsis, aliisque carniuoris feris abundaret, credidit Iacob filium à bestia voratum. Certe etsi pacificæ Palestinæ essent solitudines, sanctus vir non sibi persuaderet, tam immane scelus potuisse à fraterna inuidia perpetrari. * Hoc Diuorum iudicium nihil mali suspicari de proximo.] Agnoscens ergo Iacob ex colorum varietate tunicam. Vestis, ait, Iosephi est, à crudelissima fiut bestia voratus.

9.
Agnoscit Iacob, tunicā esse filius, luget, cū filius cōsolari conantibus.

Propriū est Iustorū, nihil mali de proximo suspicari.

34. Scissisque, &c.] Vestes scindit in doloris signum, & sacco induitur, vt luctui habitus responderet. Non credam luctu affici illius præcordia, qui vestibus curiosis exornatur. * Edisce Confessionis die vulgari indumento operiri, vt anima luctus exponatur.] Primum reor esse Iacobum, qui in luctu saccum, seu cilicium induit, quem posteà Israelitæ fuerunt imitati. * Viri enim illustres nunquam non alijs operantur, nam eorum actiones inferioribus cedunt in exemplum]* Edisçant, qui ob animum à fera criminis pessima trucidatum, lamentantur, addere cilicium seu asperitatem luctui nè pœnitentia ex verborum solummodo finibus, aut folijs: sed ex fructibus etiam ostendatur.

Pœnitens Confessionis die vulgari indumento vtatur ad luctus expressionem.

Viri illustris actiones alijs prosunt ad exemplū.

Qui pœnitentiā agit, addat luctui asperitatem.

35 Congregatis, &c.] Accedunt omnes filij, vt consolatorijs sermonibus patris vulnus inungerent. Inutile quidem ægrotanti pharmacum. * inefficacia enim sunt ad persuadendum, verba, quæ ex cordis affectu non profluunt. Fictos vti Iacobi filios habe concionatores, quibus non adest interior spiritus ad verborum efficaciam.] Descendam (ait Iacob) ad locum, vbi animus filij mei recluditur: profundens lacrymas Non ad infernum sepulchri properare contendam, qui ventrem ferarum video filij factum esse sepulchrum; sed ad Abrahæ patris mei sinum proficiscar, vt dilecti filij animæ colligari valeam Profectò Iacob *multo tempore*, id est, viginti tribus annis luctum duxit, donec ei nunciatum Iosephum viuere, & Ægypto imperitare. Perseuerante ergò Iacob in fletu:

Inefficax ad persuadēdū, prædicatio, quæ ex cordis cō prodit affectu.

36. Madianitæ, &c.] In Ægyptum adductus Ioseph ab Ismaelitis, & Madianitis, venditur ab eis Principi illustrissimo Pharaonis nomine Putiphari, munere Eunucho, id est, obsequio Pharaonis addicto. Erat enim Magister militum. Lxx. *Princeps* coquorum. Hebr. טבחים *thabbachim*, id est, *Princeps mactantium* Coquus & mactans idem prorsus; mactabant enim coqui eas pecudes, aut volucres, quas coquere intendebant. Inde vox ad milites translata, quia vt illi pecudes, ita isti homines mactant. Porrò qui video apud nostrates vnum Principem plura officia gerere, crediderim, & in Pharaonis Regia Putipharem & Magistri militum seu Imperatoris generalis: & Magistri coquorum simul obijsse munera. * Ne coquis milites cogar assimilare, plerumque non habent, quid coquant.]

10.
Venditur à mercatorib. Ioseph Putiphari

O 4 CAPVT

CAPVT XXXVIII.

Iudas generat Her, & Onam, quos Deus iniquos morte plectit. Thamar dolosè grauidatur ex Iuda facta Phares, & Zaram genitrix.

1. EODEM tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram. 2. Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingressus est ad eam. 3. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. 4. Rursúmque concepto fœtu, natum filium vocauit, Onan. 5. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela, quo nato, parere vltra cessauit. 6. Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. 7. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est. 8. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingredere ad vxorem fratris tui: & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. 9. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. 10. Et idcirco percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret. 11. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne, & ipse moreretur, sicut fratres eius: Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui. 12. Euolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue vxor Iudæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. 13. Nuntiarúmque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. 14. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. 15. Quam cùm vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem, operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. 16. Ingrediensque ad eam, ait: Dimitte me vt coëam tecum: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo? 17. Dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursúmque illa dicens: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. 18. Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit: 19. & surgens abiit: depositóque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. 20. Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cùm non inuenisset eam, 21. interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix? 22. reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. 23. Ait Iudas: Habeat sibi, certè mendacij arguere nos non potest: ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam. 24. Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar, nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam vt comburatur. 25. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De viro cuius hæc sunt, concepi, cognosce cuius sit annulus, & armilla & baculus. 26. Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam. 27. Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipsa effusione infantium, vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: 28. Iste egredietur prior. 29. Illo verò retrahente manum, egressus est alter: dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. 30. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

COMMENT.

COMMENTARII.

1. *Iudas pergit ad virũ nomine Hirã, Chananaã vxorẽ accipit, prole suscipit Her, Onã, Selã.*

VERS. 1. EODEM TEMPORE, &c.] Profectò Moses studet potius Iudæ, quã aliorum fratrũ posteritatem recensere, quia ex Iuda de Thamar Christus erat nascituros. Eodem ergo tempore, id est, anno Iosephi decimoseato, cum Iudas annum decimum nonum ageret: à fratribus recedens, venia à patre accepta ad Hiram virum Odollamitem venit, vt eius (probabiliter) pecora curaret, & de exemplo Iacobi patris serviendo cresceret. * Ad ditandos enim homines plus quam natura astolet industria proficere.]

Ad ditãdos homines plus quam natura, valet industria.

2. VIDIT QVE, &c.] Cum apud Hiram Iudas moraretur concupivit filiam viri Chananæi, qui appellabatur Sue; coniugem sibi aptari petit. At Sue noscens Iudæ nobilitatem, & patris diuitias eam ei lubens tradidit sponsam. Nec imprudentiæ accusandus Sue, qui non præcedente dotis contractu, filiam tradidit Iudæ. Dum enim filium viri nobilis generum fecit, putauit se diuitiis esse cumulatum. * Coniugium enim diuitiis affluens illud, quod ea nobilitate vel vnius sponsi illustre redditur.] Chananæus ergo seu mercator Sue diuitiis abundantem filiam tradidit nobili nondum patris hæredi.

Diuitiæ coniugij, nobilitas sponsi, aut sponsæ.

3. 4. 5. QVÆ, &c. RVRSVMQVE, TERTIVM, &c.] Concipit, paritque Iudæ vxor qui quidem (in Hebr. vox masculina est) nomen Her imposuit infanti. Porrò rursum concepto fœtu, filium vxor ipsa (in Hebræo vox fœminina) Onam appellauit. Ne sibi omnino patemam potestatem abrogare maritus videretur: nuncupandi nominis partium officium * Prudens maritus, qui vxorem non omnino eximit à gubernatione. Iuxta ingenium fœminæ committenda ei in familiam à viro potestas; ne queratur soli ministerio esse addictam.] Na citur autem Iudæ tertius filius Sela à patre vocatus. At vxor alium filium non peperit, cui vicissim etiam tunc nomen imponeret.

Prudẽs maritus vxorẽ non omnino à gubernatione.

2. *Her accipit vxorem Thamar, à Deoque nequissimus occiditur, Qui contra parentũ voluntatẽ ducunt vxorẽ, plerũque suã odio prosequuntur, quã non suã diligebant.*

6 DEDIT AVTEM, &c.] Iudas ergo virginem Thamar nomine pulcherrimam quæsiuit primogenito Her matrimonio colligandam. Quam quidem Her deperire cœpit. * Hic effectus (inter alios) coniugij à parentibus dispositi motus amor. Plerumque, qui contra parentis voluntatem vxorem accipiunt, illico coniugem odio prosequuntur, quam non suam diligere videbantur.]

7. FVIT QVOQVE, &c.] Iudæ primogenitus Her nequissimus Domino ostendebatur, quia (asserentibus Doctoribus) in actu matrimonij se retrahebat, vt semine profuso extra vas, generationem impediret, nè puerperia, & lactatio filiorum de pulchritudine vxoris quidquam abstraheret. Vulnere hic horribili, quod Moses reticet, ab irato Numine est repente percussus. * Plerumque enim crimina immunditiæ repentino flagellantur interitu: natura quasi fugiente eos, qui ipsi naturæ horribiles ostentantur.]

Peccata immunditiæ plerumque repentino interitu flagellantur.

8. DIXIT ERGO, &c.] In more iam positum, quod postcà lege sanctum fuit, vt frater in coniugium acciperet vxorem fratris, qui sine liberis decesserat. Accipe, inquit Iudas, fratris tui vxorem, vt pulis semen fratris suscitare, eique generare filios.

3. *Onã fratrũ ducit vxorẽ nequissimeque fratrem æmulatur percutitur à Domino.*

9. ILLE SCIENS, &c] Scio solum primogenitum mortuo censeri, reliquos vero gignenti nasci. Vnde reor filios in plurali numero Enallage dici pro filio in singulari: sciens ergò Onã primogenitum filium fratris emortui nomine nasciturum, in actu etiam matrimonij se retrahebat, vt semine profuso inutiliter Thamar non posset fœcundari. * Pestis est contra naturam vitium, facile à fratre in fratrem serpit. * Forte à narrante fratre didicerat, quod inique imitaretur.] * Quam agnatum Her delicto supplicium! Procurat filium ea nimia dilectione non generari? Ex inuidia Ona procurat fratri filium nõ non nasci. O infelix Her & Ona mollitiei magistri quot (extrialiter quidem) fornimini alumnos!]

Peccatũ cõtra naturam pestis facilè serpens. Diliciũ à fratre mollitiem. Supplicium delicti adæquum.

10. ET IDCIRCO, &c.] Occisus est Onas sicut Her insolita plaga insolito piaculo respondente: sed tali quidem, quali manifestum esset hominibus, propter atroa scelus aliquod interemptos. Reor, Angeli mali ministerio visum Duminum, ad exigendam illã vltionem * Multos legi huiusmodi mollitiei piaculo reos repentino vulnere inuisibilis percussoris concidisse.]

Mollitiei ad dicti repentè à Diabolo vulnerantur sæpe.

11. QVAMOBREM, &c.] Quæ ea familia aliqua sortiebatur sponsum, ounquam ab ea recedebat quandiù aliquis superesset cõsanguineus, qui defuncto semen vellet suscitare. At licebat viduæ veniam petere à socero, vt aliam familiam ad nubendum iniret. Iudas itaque Thamari profatur. Superest Sela filius, qui te possit ducere, sed infirmæ adhuc ætatis. Quare precor ad paternam domum redeas, ibique vidua moreris, donec robori addictus Sela te vxorem, nostram reducat in domum. Profectò Iudas timebat, nè Selæ simile quid ac fratribus accideret, vndè fictis promissionibus curat nectere moras, vt vidua moræ pertæsa, & nubendi impatiens, ab eo licentiam nubendi alteri postularet. At prudens Thamar nolens ea alia stirpe quam Abrahami pro e, vidua recessit à soceri domo, & domo paterna recluditur. * Iodeceus nobili fœminæ ob viduitatis incommoda vulgari illigari marito. Aut illustri nubat, aut viduitatis patiatur iniurias.]

4. *Remittitur Thamar ad parẽtis domũ, meritur vxor Iudæ, & Thamar simulat scortum.*

Vidua nobilis indecenter vulgaresi adiungitur nuptias.

12. EVOLVTIS, &c.] Multi euoluti dies sed viduæ capetenti nuptias multa euoluta sæcula * Impatiens enim moratum est in spe nubendi viduitas.] Post longum ergo temporis interstitium vxor Iudæ filia Sue diem suum obiit. At maritus post luctus dies consolationem suscipit. Mirum quod in ipsis locus diebus non affectus esset consolatione. Quam faciliter, vel mortua dilectissima sponsa mariti assolent consolationem capere!] Viduus ergò postquam vxori laudabiliter iusta soluit, socium itineris adduceos Hiram pastorem gregis sui, ad locum vbi pecodes tonde

Impatiens mortũ in spe nubendi viduitas.

Mirũ nõ cõsolationẽ accipere viduũ in ipsis luctus diebus.

tondebantur, ascendit. Chaldæus pro *Opilio gregis* legit, *Amicus eius.* Hebr. רע punctis detractis, & pastorem, & amicum significat O tempora, quando pastor, & amicus idem! Quam fideliter pastoritium munus gereretur. * Et quomodo in famulis vis fidelitatem inuenire, si eos non curas amicos tibi colligare? Famulus amicus diligens, accuratum, fidele tibi impendet obsequium. Non est amicus? Deseruientis ingenio se tibi exponet mercenarium, non pastorem ostendet.]

Infidelis, & famulus, qui simul nō est Domini amicus.

13. 14. NVNCIATVM, &c. Thamar, quæ quidem gressus soceri iam insidiabatur, eo quod Sela nubilia iam sibi coniux non traderetur: audit socerum in Thamnam ad greges tondendum proficisci; vestimentis viduitatis exuta lineum capitis accepit ornatum peplum scilicet, quo mulieres æstiuo tempore vtebantur: sic faciem obtegentes, vt vnus tantum oculus appareret, vnde dignosci non facile poterant. Ornato capite, vestem eligit, quæ theristrum, siue peplum deceret: & simulans scortum semitarium, itineris, ducentis in Thamnas resedit in biuio. Hebr. עינים *benaim*, seu *porta oculorum* vel *duo fontes.* Vnde aliqui Interpretantur, sedisse in porta duorum fontium. Alij in porta oculorum, sic dicta, quod inde viatores oculis speculentur, quam viam eligere deberent. Iuxta portam ergo oculorum Thamar vnum ostentat oculum, quo vir non possit iam oculos aperire vt viam eligat insistendam. * Nam qui pulchritudinis lumen aspectat, cæcus cogitur aberrare. Igitur, vt se Thamar simularet scortum peplo cooperta sola sedet in agro. * O quot fœminæ habitum imitantur hodie, & queruntur haberi meretrices. Aut meretricium deponant habitum, aut agnata non renuant appellatione signari.]

Qui pulchritudinis lumen aspectat, cæcus cogitur aberrare.

Multæ nunc fœminæ æmulatrices habitus Thamaris, queruntur iniustè meretrices haberi.

15. QVAM, &c.] Quia Thamar vultum operuerat, ne posset agnosci, facet sibi persuasit esse scortum.* Quia habitus scortandi est fœmineæ faciei obuelatio.]

Habitus scortandi, obuelatio faciei.

16. 17. INGREDIENSQVE, &c. DIXIT, &c.] Quam facile Iudas de funere vxoris consolatus vilem ambire voluptatem non veretur! * Quid non fragilia pectora cogis, occasionis instantia! Quid mirum, si fortissima quæque assolet debellare. Nesciens igitur, quod sua nurus existeret, postulat voluptate potiri. * Miror eum, qui existimat esse meretricem non abstinuisse à solicitationis sermone pretium libidinis ostentantem.] Thamar pretium petit, dum se simulare meretricem studet. * Nihil enim sic fœminam vel nobilem efficit cum scortis annumerari, quam à viris petere.] Offert Iudas dines hædicolum immittendum. * Quam exigua voluptatis merces An non vilitas pretij mercis exponit vilitatem? Nec dat hædum, sed promittit Iudas de lasciuorum ingenio promittentium multa, implentium nulla.] Ideo fœmina pignus exquisiuit: * Scio, ait, post expletam voluptatem, nil facilius homines obliuisci quam mercedis solutionem.] Quare non potieris voluptate, nisi prius arrhabonem seu *pignus* (sic Chald.) tradideris. * Tantam viris alias nobilibus & diuitibus hoc vitium ingerit vilitatem tenacitatis vt vel ad mercedem exiguam necessarium sit pignoris vadimonium.]

Cogit pectora fragilia instantia occasionis, imò vt fortissima debellat.

Sollicitat meretrices plus pretium quam sermo.

Nil sic fœminam, vel nobilem facit apparere scortum, quā petere.

Merces voluptatis exigua mercis exponit vilitatem.

Promittunt multa lasciui, nulla impleat.

Facilè post voluptatem expletam viri mercedis obliuiscuntur reddēdæ.

Vitium impudicitiæ, vel nobiles, ac diuites, viles reddit tenacitate.

18. AIT IVDAS, &c.] Pro hædulo *capræ filio* (sic Hebr.) qui adhuc matrem sequeretur, non sufficit fœminæ annulus; pro pignore & armillam, & baculum cum annulo petit. * An caperta eorum, qui aliquid mutuum accipiunt, conditionem pignora relinquentium creditori, ne soluant.] Petit igitur annulum, seu sigillum, armillam, siue torquem: baculumque, seu scipionem viatorium. * Iudas pignora tradit, vel baculum non reseruat, qui iam properat sineuia.] Concipit ergo Thamar, Iuda quidem simplici fornicatione delinquente, nec enim nurum agnouit, & solutus erat ipse coniugio; fœmina autem peccauit incestu, & quodammodo adulterio, quia vxor Selæ debebatur.

Postulat illa pro pignore annulum, armillam, & baculū, cōcipit, resumit viduitatis vestes, ab afferente hædum non inuenitur,

Multi pignora relinquunt creditori, ne soluant.

Latetur sine via properās.

19. ET SVRGENS, &c.] Peplo assumpto meretrix apparet Thamar; abiecto peplo nobilis vidua ostenditur. * Ex vestimentorum qualitate fœminarū qualitas exponitur. Quomodo vidua illustris vis haberi, si à meretriculis ornatum vsurpas]

Qualitas fœminæ ostenditur ex vestium qualitate.

20. 21. 22. 23. MISIT AVTEM, &c.] Supra Moses pastoris illius Odollamitis fecit ideo mentionem, vt nunc assereret eius ministerio vsum Iudam, vt hædum mitteret ad scortum. Ipsum, qui iam erat conscius delicti, aduocat ad hædum immittendum.* Nec deceret Iudam parentem Regum, nescienti famulo reuelare libidinem, vt eius ministerio vteretur. Laudabilem reputo hoc ex capite Iudæ, æmulatoresque intemperantiæ, quod famulorum ministerio non facile vtantur ad libidinem] Portat pastor hædiculum, non inuenit scortum, quæritat vbinam commoretur, loci ignorant habitatores, redit ad Dominum, cuncta renunciat. Miror vel fœminam nobilem libidinis non expectasse mercedem. Iudas profatur: Pignoribus illa fruatur. Mihi hoc sufficiat, quod non possit me iactitare mendacem. Hebr. *Ne fortè simus in confusionem.* Vereor, ne res publicetur, & iactet illa se mecum congressam, neque me pactis stetisse. * Certè nobili confusio est; non stare promissis, præcipuè si fiat fœminæ illusione.] Proh Iudæ prudentiam! De rei dubitas publicatione, & non potius certò scis iactaturam de more muliérculam, se tecum congressam? * Quid sic iactitat vilis mulier, quam illustris viri libidinem? Peccatorum assolet esse solatium delinquendi, si ostendant viros, aut fœminas nobilitate conspicuas eiusdem criminis esse reas.] Porrò Lxx. verterunt, *Ne simus derisui.* * Assolent enim homines derisui habere eos, qui ex auaritia videntur non implesse promissa]

Non decet viro nobili, reuelare famulis libidinem, vt eorū vtatur ministerio.

Mulier mendax rius ex libidine.

Nobili viro confusio, nō stare promissioni.

Nil sic iactat muliercula, quā illustris viri libidinē.

Solatiū peccatorū, ostendere, viros nobiles esse eiusdem reos piaculi.

Ridiculus, qui ex auaritia promissa non implet.

24. ECCE AVTEM, &c.] Tumescens vterus Thamaris flagitium indicauit tertio mense expleto. * Fœlix tempus, cum fœminæ, ne tumor vteri sit facinoris testis, à libidine abducebātur. Iam prius partus instar, quam venter tumens ostendatur pompaticæ beneficio vestis exitialis equidem puritati, matris stuprorum.] Annunciatur autem Iudæ Thamaris libido, & illico decernit tradendam combustioni.* Quam seueri Iudices alieni flagitij, qui proprium non appendunt reatum.] * An impudicitia fragili amplius vindicanda in fœmina, quam in viro fortiori? Cur ergo fœmina agnata fragilitati supplicio addicitur capitali, vir autem fortior, & iniquior impune delin

Dissimulatur impudicitia pompaneæ vestis beneficio exitialis puritati.

Al eni delicti sumus seueri Iudices, nostris nō appendentes.

Vir fortior magis agnatæ supplicio, quam fragilis fœmina.

delinquit?] Producite ergo eam de domo in carcerē donec pepererit, vt postea rogo committatur. Sic aliqui expositores. Non probo propter proximam clausulam, sicque teor esse explicandum: Illicò tradite viduam Selæ filij mei præparatam vxorem flammæ legali. Iudas vt paterfamilias iodicis authoritate sententiam delinqoentem tulit in nurum. At tūc adulterij pœna igois fuit.* Vt scilicet corpus libidinis, quod carpitur igne, leuiori flamma absumeretur.]

Ignis luxuriei grauior elementali igne.

15. 26. QVÆ CVM DVCERETVR, &c.] Coostans fœmina secretum custodierit, donec instans rogus turturæ gereret officium.* Muliercularum est, authores delicti exponere] Mittit pignora ad socerum, qui non iam pignora, sed munera agnoscens (donaoerat enim cum dixit, *Habeat sibi*) se authorem conceptus esse comperit, clamans: Non castior Thamar, aut sanctior, sed me iustior Promissa enim & pacta non seruaui: & iniustè (profiteor) impediui, ne ex Sela filio meo prolem de more susciperet. Liberatur à rogo Thamar, sed simul thalamo orbatur ab vtroque. Iudas enim ei amplius non illigatur, quia nurus erat, & concubitus fuisset incestus. Sela ab ea abstinuit, quia à Iuda cognita parente. Mulier autem non ambiens delicias, sed partus honorem, exultans filium expectabat. Premè particulam, *Iustior me est*, id est, leuius deliquit.* Nam qui augustiori est Præsulatus addictus dignitati, grauius quidem delinquit, quam subditus ex scandali excitatione.

Muliercularum est exponere delicti pactorem.

Grauius delinquit Præsul, quā subditus ex scandali excitatione.

27 INSTANTE, &c.] Proxima quidem partui Thamar cognouit duos in vtero commotari infantulos quasi luctantes, quis prior egrederetur. Vnus protulit manum, renitente Thamare, velut fratri præualens, & vt constaret, hunc esse primogenitum, obstetrix coccineo filo consignat, fata: Hic primogenio egressurus est.* Nam qui sanguine Christi (ex mente Patrum) rubricatur, non potest non cœlestis hæres exurgere.

7. In vtero gemini luctantur, retrahēte manum Zarā primùm Phares egreditur.

Qui sanguine Christi rubricatur nō potest nō cœlestis hæres exsurgere.

29. ILLO VERÒ, &c.] Retrahit manum puerulos nasciturus fratri cedens cum potiri victoria videbatur Nihili enim terrena primogenia docit, qui cælesti spe signatur.] Nec potest pacis esse turbator, qui Christi patientis ornatur insigni.] Comes & vrbanus subdito cedit iam ille, qui Regni augustissimi purpura induitur. Agnata enim Regio sanguini vrbanitas.] Porro obstetrix ægrè ferens, se deceptam, metuens etiam, ne violenta hæc eruptio matri, aut filiis noceret, profatur. Quare fratre tuus, manum primò inmittens, & primus egredi volens, secundinas quibus eratis ambo inuoluti disrupit, si suo iuri cessurus erat, locum tibi primò egrediendi dedens? *Propter te ergo rupta maceria.* Frustra sibi rumpendæ maceriæ laborauit, si recessit vltroneus. Quare, inqois? Quia qui sanguinis salutaris signaculo donatur, simul humilitatis dono afficitur: omnibusque sese iodicat submittendum.] Ergo ob maceriæ in pueri illius vtilitatem ruptionem nomen obstetrix, approbante matre, ei imponit *Phares*, seu *separatio*, *diuisio*.

Nihili ducit terrena, qui Christi signo ornatur.

Pacis turbator non est qui Iesu patientis insigni ornatur.

Agnata Regio sanguine vrbanitas.

Omnibus se submittit, qui sanguinis Iesu donatur typo.

30 POSTEA, &c.] Qui prius ob manus immissionem oriri debuerat, post fratrem exoritur. Ideo obstetrix, quæ ex euento nomen imposuerat primo, & secundo imposuit *Zara*, id est, *Oriens*, siue qui prius oriri debuerat. Cur ergo *Oriens*, & non potius *Oriturus* appellatur? Quia quasi orientis possessione potitur, qui potuit oriri. Totum illud te possidere puta, quod reliquisti vltroneus propter Deum.]

Id possides, quod voluntarie propter Deum reliquisti.

CAPVT XXXIX.

Apud Ægyptum Iosephi castitas ab hera tentatur, fugit iuuenis clamyde in manibus heræ relicta, ideoque per calumniam ab illa accusatus, carceri addicitur.

1. IGitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaëlitarum, à quibus perductus erat. 2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitauitque in domo domini sui, 3. qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. 4. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant: 5. benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius substantiam: 6. nec quidquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. 7. Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. 8. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: 9. nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi: præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum: 10. Huiuscemodi verbis per singulos dies & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. 11. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: 12. &

illa,

illa, apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. 13. Cúmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, 14. vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum: cúmque ego succlamassem, 15. & audisset vocem meam reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. 16. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, 17. & ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus quẽ adduxisti vt illuderet mihi Cúmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam: & fugit foras. 19. His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde: 20. tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus 21. Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. 22. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quidquid fiebat, sub ipso erat. 23. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

COMMENTARII.

1. Ioseph in Ægypto venditus Putiphari, gratiã inuenit, præpositus domus constituitur, cuncta hero prospere accidunt.

VERS. 1 IGITUR IOSEPH &c.], Iam vero Madianitæ, & Ismaelitę mercatores qui à fratribus Iosephum emerunt, perduxere in Ægyptum, ad quam aromata deportabant: & Putiphari Præsidi militum, & coquorum diuendidere. Venditum esse dicitur Cap. 37. à Madianitis, nunc ab Ismaelitis venditum asseritur. Dixi, & Madianitas, & Ismaelitas simul pretio acquisijsse, & vendidisse, vnde Moses iam vtitur Madianitarum, iam Ismaelitarum vocabulo. * Certè cum aliqui societate colligantur, singulis actio quælibet assolet tribui Socius tuus crimina patrat? Tibi actio iniqua tribuenda. Virtuti studet? Virtutis tibi adscribentur actiones: vt scias ab iniquis socijs remoueri, probisque colligari.]

Tibi tribuitur aut iniqua, aut proba actio socij tui.

2. FVITQVE, &c]Diuina gratia comitatur Iosephum, vnde adolescentiæ annos instituens prudentia vir ostendebatur, cunctis prosperè gestis.* Fælicitas enim, prosperitasque actionum à virtute, seu sanctitate profluit. Vnde heri prudenter, curant à iustis famulis ministrari. Quomodo à peccatore seruo potest actio prospera excitari?] Habitauit prius in domo domini sui inter mancipia, & agnoscente Putiphare, ex virtutis actionibus, modestia, puritate, sobrietate, obedientia ad Domini pertinere ditionem, & inferiora ministeria à Deo prosperari, ac fortunari: ad angustiora eum munia transtulit obeunda. * Nec enim famulo committenda grauiora, nisi inferioribus diù probato.

Ministri, seu famuli iusti prospere gerũt ministerij actiones.

Diu famulus inferioribus proberur prius quam ei superiora munia committantur.

4 INVENIT, &c.] Ab infimo ministerio abstractus Ioseph fuit, quia gratiosus hero apparuit, qui quidem prius eum sibi ministrando addixit à cubiculis; postea autem ex immediato ministerio peritiam adolescentis agnoscens, eum totius domus constituit Oeconomum; gubernationi eius famulos cunctos submitteos,* Oportet quidem ex immediato ministerio dignosci à Regibus peritia eorum, quos totius domus, aut Regni Præsides sunt exposituri.]Præpositus ergo Ioseph omnibus, domum dissertissimè gubernabat. * O quam egregia gubernatio mancipij, de quo reliqui famuli non conquerebantur, ei improperantes seruitutem.]

A Regibus immediato ex ministerio dignoscãtur, qui totius domus aut Regni Præsides sunt constituendi

Egregia gubernatio Iosephi mancipij, de quo famuli non querebantur.

5. BENEDIXITQVE, &c.]Profectò Deus plusquam herus Iosephum diligens Ægyptij domum gratia famuli bonorum omnium affluentia repleuit: domestica redditum incrementis auxit, agrestia bona messium, gregum, armentorumque mirum in modum fecit augeri. * O quotiens otiante domino ob boni famuli sanctitudinem res domesticæ fortunantur? Non id fortunæ benignitate, sed virtuti famuli tribuendum.]

Sæpè ob famuli virtutẽ res heri prosperantur.

6. NEC QVICQVAM, &c.]Ita herus omnia (prouerbialis forma dicendi) sua Iosepho commisit, vt ab eo nullam rationem dati, vel accepti, reposceret: sed contentus frui partis labore Iosephi, nihil aliud curabat, nisi edere, & bibere paratę ab Oeconomo mẽsę accũbẽdo, se fœlicẽ reputabat Puriphar dũ posset in vtramq; aurem obdormire, nulla victus cura distractus. * Hinc Religiosorum temporaria commoda contemplere, qui fruentes ijs, quæ Præsulum arbitrio mensæ apponuntur solummodo spiritualibus possunt litare studium.]Profectò Ioseph vt gratiores exprimeret actiones, speciosus forma, pulcher erat aspectu.* Quidquid enim à pulchro geritur, gratius exponitur aspectanti.]

Religiosorũ cõmoda, qui mẽsę appositę accũbunt.

Gratius exponitur quod à pulchro geritur.

7. POST MVLTOS, &c] Iam seruierat Ioseph octo vel decem annis, cum ex pulchritudinis assidua aspectatione tandem domina non pudicis oculis aspectauit adolescentem. Amor enim non assolet repentè succendi, ex assiduo gignitur consortio.* Vndè periculosè fœminæ diù cum appositis viris commorantur. Non illicò ad ingressum amatur pulcher Ioseph, sed *post multos dies.*] Nimium enim dedeceret nobilem fœminam aspicere iuuenem ante quam ad sublimiorem fortunam ascendisset. Qua fronte fœmina nobilis vilem famulum oculis aspicit impudicis.]Oculos ergo lasciuos mentem aperientes exitialem prius domina inicit, vt sæpe ei dicerent, quod tandem lingua protulit: Me pro libito potiri licet.* Oculi infrænandi,

a. Inicit domina oculos in Ioseph. huius pudicitia, illius molestia, inuenit apprehẽdit palliũ, illo fugiente.

frenandi, qui possunt cordis arcana reuelare.] Mitor Mosem dixisse, *Iniecit domina sua oculos in Ioseph, & ait Dormi mecum.* Vix sic fetuile prostaretur scortum. * Nobilis fœmina poterit flamma dira succendi, sed si domina núcupanda sit quomodo andebit dicere id, ex quo desierit esse domina?]

8. 9. QVI NEQVAQVAM, &c.] Dominus (respondit Ioseph) meus omnia mihi tradidit, meæ potestati commisit, solam te vxorem sibi reseruauit charam vtique. * Sunt enim multi sic coniugum despectores, vt ipso contéptu aliis tradere videantur. Nihil, hercle, sic fœminam communem efficit ac mariti despectus.] quî ergo fieri potest, vt erga tam benignum dominum tam existam ingratus, maxime cum id sine Dei mei grauissima fieri non possit offensa? * Qui beneficiis affecti sunt non solum erga benefactores non delinquunt, sed nec possunt. Grato enim animo beneficia adimunt delinquendi potestatem.] Mirabar aliquando, sanctú Iosephum particulam illam: *Et peccare in Deum meum,* illi postposuisse: *Quomodo possum hoc malum facere.* An non aptius præposuisset irrefragabilem non peccandi rationem? *Quomodo possum* (dicat) *peccare in Deum meum, & hoc malum contra meum herum facere.* * Profectò grato animo tam validum est gratitudinis argumentum, vt ad conuincédum animum, necessaria non sit offensæ Dei memoria. Licet peccatum non esset in Deum, benefactorem hominem non offendere te.]

10 HVIVSCA, &c.] Mulier ergo, quæ cæco igni carpebatur, nullam occasionem colloquij exitialis sibi elabi patiebatur. At tãta verbi pellacis iteratio mole ... adolescenti & ipsi mulieri molestam aspectabat. Patriciala & premenda: & mulier ipsa erat molesta huiusce modi verbis: *Dormi mecum.* * Nihil enim viro in gratius in fœmina, quam illam audire impudica verba proferentem] Porrò virginitate conspicuus Ioseph crimine se nolebat inficere. Nisi velis catachresi stuprum pro adulterio positum. * Quam aptè dixit: *Recusabas stuprum,* cum adulteriú recusabat; quia quamlibet numquam vir timoratus vti virginem debet reuereri: né faciliorè ea cóingio nequitiâ repures]

11. ACCIDIT, &c.] soli Ioseph domi domini negotia procuranti fœmina alias importuna, tunc tratui opportuna superuenit. * Solitudo enim dat ad flagitiú impiorum opportunitatem.] Sed tamen si solitudo opportunitatem exhibebat, occupatio sedula otiositaté ablegans, eam abnegabat. * Nam sicut otiositas est agnata flagitio, operatio honesta impudicitiæ inimica ostenditur.]

12. ET ILLA &c.] Licet Ioseph tanta pudicitia non effulgeret, rogantis fœminæ amoré despiceret. * Vilescit enim oblata voluptas, quæ ex difficultate assoler æstimari.] Mulier igitur impudica lasciua verba ciutat actione affectuosa colligari: vt manu efformata ex verbis & actionibus fortissimus debellaretur adolescés. Vnde extrema fimbria pallij apprehésa, farur, *Dormi mecũ.* Profectò iuuenis terga dans periculo, profugit. * Huiusmodi enim victoria non cedit fortitudini dimicanti sed humanæ infirmitati fugienti.] ... robustus potuisset pallium de mulierculæ manibus violenter extorquere maluit nudus, relicto pallio, aufugere. * Non enim sine exitio periculi gestaretur, quod manus contigerant amantis.] Quã periculosè gestat fœmina viri amanti vestes! * Credite Iosepho amantes, pignora inuicem à diligentibus accepta pestiferam fouent quadam, vt tabescentibus iiciebit vestes, ornamenta capitis ablegare, nè cogamini deperire contagio]

13. 14. 15. CVMQVE, &c.] Vidit mulier se esse contemptam, timuit, ne deprehenderetur eius impudicitia; vndè in odium conuertit amorem. * Facilis mulieri in odium ex amore migratio, si se contemptam videt, & vaetur deprehendendam.] Vociferans domus cógregat homines, & inquit: Introduxit Putiphar mancipium Hebræum in domum, & conuertit in herum beneficiis, vt auderet heræ suæ sollicitare amorem, heri sui thoro insidias collocare. Succlamaui vini patiens, ille autem me non tenente pallium eius, aufugit. O stultam fœminam! * Quam facilè deprehenditur, qui mentitur.] Si pallium te affectu manu tenuiste, signum exhibes te vim inferre crudelè. * Tu rogabas ad adulteriú virum, quem, nè recederet apprehédere curabas. Liceat vulgari idiomate exprimere. *Tu le hacias fuerza, pues le tiras te de la capa.*] * Quæ ergo fœmina pallium viri tenet, rogare videtur, ac fugientem retinere; non repugnare.

16. 17. 18. IN, &c.] Maritus qui è domo abscesserat, ad domum, cui mulier pallium, quod ad probationem confictionis suæ retinuerat, ostentauit. * Et quando in manu fœminæ pignora tua tibi non castitas existialia? Quotiens ex amatorio codicillo nec scripto plus otioso, quá lasciuo infertur.] Ioseph, inquit illa, seruus Hebræus, quem pretio comparasti de mancipij ingenio, sui domini con cupiuit, & violare contendit vaorem.] Aduersus insidiatorem meus clamor armorum æmulatur strepitum, fugaui latronem, qui pallium reliquit in impudentiæ documentum. Tu adduxisti mácipiú, tu beneficus nimiùm las inditutioporter te actius iæuire in delinquentem.

19. 20 HIS, &c.] Audit Putifar vxoris clamorem, & nimium se credulum ostentat ex cæcante quidem zelotypia Vestis enim (vt dixi) in manu mulieris indicium potius erat, à fœmina profectam esse violentiam. * Cæca equidem zelotypia est, nihil videt, ex quo castitalia non inferat argumenta, semper iudicat contrà vxorem.] Iracundia magna herus succenditur, & Iosephum vnici infimi testis depositione detrudit in carcerem, vbi Regales vincti custodiebantur; & diù Hebræus inibi reclusus extitit. * Nunquam ex iracundia aptiores exponuntur effectus]

21. 22. 23. FVIT AVTEM, &c.] Nunquam Dominus derelinquit suos, eos sequitur præcipue cum detruduntur in carcerem. Misertus est Iosepho non miserabili ex ærumna: sed digno ex patientia, in quem misericordia Dei prædiues profunderetur:] Vnde fecit eum adeo præfecto, seu custodi carceris acceptabilem, vt ei traderit vinctorum curam, & eius gereretur directione, quidquid fieri debebat. Nec vllis rebus immiscebat custos, nihil curabat, quia omnia prudentiæ, ac fidelitati Iosephi commiserat. Imperat

Fœmina nobilis desinit esse domina, dum se proprio ore offendit impudicam.

Qui coniuges despiciút videtur eas cómunes facere.

Grato animo beneficia adimere debent delinquendi potestatem.

Gratus animus, vt benefactoré nó lædat, non curat, an sit peccatum, nec nè.

Malefissimú est viris audire fœminas impudica loquentes.

Qualibet mulier putã tibi sit velut virgo ad difficultaté in quendi.

Solitudo dat opportunitatem ad flagitiú lasciuiæ. Otiositas agnata flagitio, ficut operatio.

Vilescit oblata voluptas, quæ ex difficultate æstimari solet.

Vera lasciuiæ victoria ... infirmitati fugientis.

gléri, ad fortitudini ... amanti. Sine periculo non gestatur vestis, quæ tetigere manus amantis. Cuncta amãtiú pignora contagium fouent.

3. *Se cótẽptã videns fœmina adulter clamat, imponens adolescenti delictum, credit maritus pallio teste.* Facilis mulieri in odiú ex amore migratio, si contemnatur, facile deprehendenda, qui mentitur. Qua palliú tenet rogare videtur, non repugnare.

Pignora tua in manu fœminæ tibi sẽper exitialia existunt. Mancipio aptatum, heris collocare insidias.

4. *Carceri tradit Iosephũ iratus Putiphar, gratiosque adolescene custodi existit.* Zelotypia cæca ... iudicat cótra vxorem. Ex iracũdia imprudens effectus. Nunquam Deus suos derelinquit laborantes.

Itaque Iosephus in carcere, quia ex persecutionis, ac calumniæ vinculis Rex cœlestis efficitur iuxta illud: *Beati, qui persecutionem patiuntur, quoniā ip sorum est Regnum cælorum.*]

CAPVT XL.

Pincernæ, ac pistori Pharaonis somnia Ioseph exponit, propheticum spiritum euentus aperit.

1. HIs ita gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, & pistor, domino suo. 2. Iratúsque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) 3. misit eos in carcerē principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. 4. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulū temporis fluxerat & illi in custodia tenebantur. 5. Viderúntque ambo somnium nocte vna iuxta interpretationē congruam sibi: 6. ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, 7. sciscitatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? 8. Qui responderunt: Somnium vidimus & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph Numquid non Dei est interpretatio? referte mihi quid videritis. 9. Narrauit prior, præpositus pincernarum, somnium suum: Videbam coram me vitem, 10 in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere: 11. calicémque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. 12. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc dies sunt: 13. post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabísque ei calicem iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras. 14. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere: 15. quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. 16. Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum: 17. & in vno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo. 18. Respondit Ioseph: Hęc est interpretatio somnij. Tria canistra, tres adhuc dies sunt: 19. post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas 20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. 21. Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum: 22. alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. 23. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

COMMENTARII.

1. Duo Eunuchi delinquerunt Pincerna, & Pistor, in carcerēque detrudi subētur.

VERS. 1. HIS ITA, &c.] Post hęc Princeps pincernarum, eorum scilicet, qui Pharaonis vinū miscebant, & Princeps eorum, qui panes faciebant, in Pharaonē deliquere, forte aliqua oborta suspicione, ne Regi venena pararent. Aliqui affirmant, Pincernam, culice regio in poculo obtuto, calicem ministrasse: Pistorem autem scrupo in pane casu abscondito mensæ apposuisse regiæ. Tantane ira paruuli vindicandi excessus? Certè quidquid contra cibi, aut potus regij puritatem delinquitur, licèt paruulum sit piaculum, iustè videtur exitiali vulnere vindicari. Hinc edisce, quanta puritas necessaria ijs, qui poculum Eucharistię preparant, qui panem conficiunt, seu consecrant; Quid si grauia perpetrarentur dum temporali pœna leuia flagellantur?]

Vel leuia crimina contra Eucharistiæ debitam reuerē. tiam grauiter in sacerdotibus vindicanda.

2. IRATVS CONTRA. &c.] Quam difficilè Regis, Principumque secularium famuli, ac ministri gratum eis exhibent obsequium, si tam facile succenduntur ad iram, & ob paruulam negligentiam diuturna obliuioni obsequia committunt.] Attamen Moses iracundiæ regiæ causam exaggerat, dum asserit iratum Regem contra eos, *nam alter pincernis præerat, alter pistoribus.* Illorum enim qui præsunt, leuiores culpę nimium ex Præsulatus munere aggrauantur. Suppono culicis ac scrupi historiam veritate nititi: pincernæ inferiores vinum immiscentes deliquere, non Pincernarum Princeps. Pistoribus tribuendum piaculū, qui panes conficiebāt, nō Principi pistorum. Cur ergo Rex contra Principem pincernarum, ac pistorum irascitur?* Quia culpę inferiorum merito tribuūtur Pręsuli, cuius incuria subditus delinquere assoleat. Peccat subditus? Rector supplicio vulneretur. Quis enim dubitet de Pręsulis incuria, si reus subditus exponatur.]

Difficile seruies gratos Principi, qui ob leuem negligentiam irascitur.

Præsulum culpæ leuiores aggrauātur ex munere.

Culpæ inferiorum tribuuntur Prælatis.

5. Misit

3. MISERVNT, &c.] Mittuntur ergo Regis imperio duo Principes in carcerem Putiphatis, Princeps enim militum simul erat custodum carceris Præpositus vulgariter, *Alcaide maior.* In carcerem itaque Pincerna & Pistor detruduntur, vbi Ioseph, demptis vinculis captiuus tenebatur. Si Putiphar erat Præfectus maior carceris, cui custos subiiciebatur: quomodo hic ausus fuit vinculis eximere Iosephum Putiphari inuisum. * Certè quia Principes sæculares titulis honorificis gloriantur, non autem illius tituli rem implere satagunt. Præfectus maior carceris erat, sed nunquam, de ingenio Principum, descendebat ad carcerem, vt videret, an inferioris custodis munus rectè administraretur]

Principes gloriantur honore officij, sed eius rem non implent.

2.

Traditi sunt duo vincti Iosepho, somnia vident, & pincernarũ Magister suum narrat.

4. AT CVSTOS, &c.] Clauicularius carceris Putiphatis vicarius curæ Iosephi hosce insignes tradidit vinctos, non solum quos custodiret, sed & quibus ministraret. Reliquis vinctis Ioseph erat præpositus, his duobus datus est socius, & minister. * Nec enim communis, carceris ærumna nobiliores vberioris comitatis reddit indignos.] Anno integro (iuxta Hebr. sententiam] Principes in carcere iam aderant, nec Regis iracundia deferbuerat. * Mirum, tam difficilè ab ira recedere, qui tam facile prorupit in iram. Ira enim facile succensa facilius assolet extingui.]

Vel in communi ærũna nobilioribus maior comitas exhibenda.

Facile succensa ira, facilius assolet extingui.

5. VIDERVNTQVE, &c. [Pincerna, & Pistor nocte eadem somnium viderunt functioni suæ consonum; quia indicabat, quid singulis esset euenturum. Itaque somnia vana & fortuita non fuerunt, eorum similia, quæ nullam habent interpretationem veram, sed significabant futurum eorum euentum. * Non credendum muliercularum somniis, quæ nullam veram interpretationem habent, quia phantasiæ deliria: licet ab eis reuelationum nomine exponantur.

Non credẽdũ somniis, seu deliriis muliercularum, quæ illæ reuelationes falso appellant.

6.7.8. AD QVOS CVM INTROISSET, &c.] Ingreditur Ioseph mane ad suos vinctos, vt fælices eis dies imprecaretur: & cum ex facie cordis mœrorem agnouisset, * nec enim magnus cordis mœror, qui non prodit ad faciem)] Cur inquit, hodierna dies vos aspicit tristiores? At illi, Aliquid in quiete per visum phantasiæ accepimus, & carcere conclusi, copiam interpretis non habemus. Queis, Ioseph, Nemo potest vere somnia interpretari, nisi à Deo interpretationem accipiat. Aperite, obsecro, mihi somnia. Ergo Deus es, qui præsumis somnia interpretari. Profectò si carcere conclusi non habere diciris somniorum interpretem, ad me pariter conclusum accedite; apud me enim Deum inuenietis, qui possit somnia interpretari. * Semper enim Deus cum iustis patientibus commoratur. Spero igitur à Deo mihi concessum iri, vt suo nomine somniorum significationem exponam]

Cordis mœror prodit in faciem.

Deus cum iustis patiẽtibus commoratur.

9. 10. 11. NARRAVIT PRIOR, &c.] En (inquit Pincerna) vitem aspectaui trium palmitum in terram sese demittentium, parentem, botros ex palmitibus progigni, maturescere. At in calicem, quem manu gestabam, botros expressi, & poculum obtuli Pharaoni.

5.

12. 13. RESPONDIT, &c.] Profatur interpres: O Princeps pincernarum, tribus flagellis vitium non tibi flagella signantur, sed cœlestia munera. Post tres enim dies Rex recordatus tui, pristino te, ministerio restituet. Ergo recludi diu pincernam in carcere, non fuit iustitiæ defectus, sed memoriæ Regis. * O quot miseri conficiuntur ærumnis non quia in piacula, sed quia in obliuionem Principis inciderunt.

Ioseph somnium interpretatur, libertatem promittens pincernæ, eius petens auxilium.

14.15. TANTVM, &c.] Tam fausti nuncij pretium non reposco, tantum exoro, vt mihi apud Pharaonem faueas. Mei recordare, cum bene tibi fuerit. * Non parum me scio postulasse, difficile enim homo in prosperis constitutus miseriæ præteritæ recordabitur, vnde mei æquè tunc miseri recidet in memoriam.] * Imò licet recordaretur, me non adduceret ad conspectum, ne obiectione socij miseri, status infælicis cogeretur recordari] Misericordiam postulo mihi exhiberi, non exigo debitum ex iustitia. * Quia si ad Principatum rursum eleuaris, de ingenio Principum nunquam debita solues. Igitur debitum gratitudinis iure mihi exoro non vt debitum, sed vt miserationis munus impendatur. Principes enim assolent abundare ad munera, inopes exponuntur ad debita]: *Facias* itaque *mecum misericordiam. Furto sublatus sum*; * quia quod vili emititur pretio, quasi furto subfertur.] Non fratres accusat, non adulteræ queritur falsitatem, suam tantum innocentiam profitetur. * Illa enim innocentia non est, quæ vt ostentari possit, indigeat testes infirmare. In medio nebulæ falsorum testium fulgur rutilat innocentiæ.] Sublatus igitur fui de terra Chanaan, in qua Hebræi parentes commorantur: & Ægyptio recludor in carcere. Hebraica vox בור *bor* cisternam, lacum, antrum significat. *Et*, id est, etiam *hic* in lacum seu cisternam sum missus, qui apud patriam iam missus fueram in cisternam.

Multi puniuntur non ex defectu memoriæ Principum.

Difficil. homo in prosperis constitutus, præteritæ miseriæ recordatur.

Nolunt qui ad meliorem fortunam aducuntur, in conspectu habere aduersæ fortunæ socios.

Principes dant munera sed non soluunt debita.

Quod vili emitur, rapitur.

Innocentia non indiget, infirmare testes vt rutilet.

4.

16.17. VIDENS, &c.] Pistorum Præpositus spe bona oppletur ex præcedẽtis somnij interpretatione, quam Ioseph magna verisimilitudine expresserat. Vnde somnium sic protulit: Visus mihi, tria canistra inuicem superposita capite sustinere, in quorum imo & medio soli panes aderant: in supremo autem omne pistorij cibi genus: ad quod carniuoræ aduolabant volucres. Pastæ atrocræ, reliquæque delicatæ deliciisque serutentes dapes à carniuoris auibus diripiuntur: non panes. Mediocritaris eligenda conditio, quæ non patet inuidiæ subtipientis incursibus.

Audit pistoris somnium Ioseph, & aperit mysterium.

Mediocritatis conditio eligenda, quæ non patet inuidiæ dipientis incursibus.

18.19 RESPONDIT, &c.] Egregius veritatis præco Ioseph sine adulationis inuolucris, nude Pistori protulit veritatem. * Mox enim moriturus monendus disertè de periculo, vt pœnitudini illicò possit studere; ne sero spiritualis medicina paretur] Tres. inquit, cophini tres portendunt dies post quos inchoatos (tertio die durante id accidit) Pharao te à viuis abducet crucis illigatione. Volucres autem, corpore tuo de cruce pendente, in id auolabunt, seque eius carnibus pascent.

Clarè de periculo mortis monẽdus est æger.

5.

Rex duorum vinctorum recordatur, pincerna restituitur; pistor suspenditur.

20,21.22. EXINDE DIES, &c.] Dies ille tertius Pincernæ faustus, Pistori exitialis natalitij Pharaonis referebat instantiam. Rex coràs lætitia celebrare primi exortus lacrymas famulis suis cõuiuiũ extruxit. * Quã ineptè in lacrymas

lacrymabilis horæ memoriam lætificantia vina propinantur. Inter epulas Pharao pincernarum ac pistorum Principis recordatur: pincernarum Magistrum pristinæ dignitati restituit, pistorum Præsulem cruci imperat addici. Miraret, si prophanæ epulæ crudelitate non cruentarentur. Occisioni Pistor datur, liberato Pincerna. * Hæc est iustitia vini præualentis in epulo suis fauere propinatoribus. * Et quando non aula auctoribus, aut ministris fauit deliciarum?] Igitur Pincerna muneri suo è carcere eductus incumbit, & Pistor cruci suffixus auibus Pistorium côuiuiû suis carnibus apponit; vt appareret coniectoré Iosephum verè somnium fuisse interpretatum.

Vinum fauet suis propinatoribus. Aula fauet deliciarum auctoribus.

23. ET TAMEN, &c.] Cum tam euidenter Ioseph sônia fuisset interpretatus, & Præpositus pincernarû in coniectoré è carcere prodiret affectus cupiensque eû liberare: postquã se prosperum vidit oblitus est benefactoris. * Ingerit prosperitas obliuionem, fouet ingratitudinem aula.]

Prosperitas ingerit obliuionem, aula fouet ingratitudinem.

CAPVT XLI.

Septem vaccarum, totidemque spicarum somnium Iosephus explicat Pharaoni fertilitatis, & sterilitatis documentum. Uniuerso Ægypti Regno præficitur, fames eius prouidentia depellitur.

1. POst duos annos vidi Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, 2. de quo ascendebant septem boues, pulchræ & crassæ nimis: & pascebantur in locis palustribus. 3. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. 4. deuorauerúntque eas, quarum mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, 5. rursum dormiuit, & vidit alterum somnium: septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosæ: 6. aliæ quoque totidem spicæ tenues & percussæ vredine oriebantur, 7. deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, 8. & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctósque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. 9. Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait: Confiteor peccatum meũ. 10. Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: 11. vbi vna nocte vterque vidimus somnium præsagum futurorum. 12. Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, 13. audiuimus quidquid postea rei probauit euentus, ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. 14. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerunt ei. 15. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat: quæ audiui te sapientissimè coniicere. 16. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. 17. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, 18. & septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, obesis carnibus: quæ in pastu paludis virecta carpebant. 19. & ecce, has sequebantur aliæ septem boues in tantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra ægypti viderim, 20. quæ deuoratis & consumptis prioribus, 21. & nullum saturitatis dedere vestigium sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans, rursus sopore depressus, 22. vidi somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. 23. Aliæ quoque septem tenues & percussæ vredine oriebantur è stipula: 24. quæ priorum pulchritudinem deuorarunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui edisserat. 25. Respondit Ioseph: Somnium regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. 26. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt: eamdémque vim somnij comprehendunt. 27. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussæ: septem anni venturæ sunt famis. 28. Qui hoc ordine complebuntur.

29. Ecce

29. Ecce septem anni venient fertilitaris magnæ in vniuersa terra Ægypti: 30. quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram, 31. & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. 32. Quod autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei, & velocius impleatur. 33. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Ægypti. 34. Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, 35. qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetúrque in vrbibus. 36. Et præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, & non consummetur terra inopia. 37. Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius. 38. Locutúsque est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui Spiritu Dei plenus sit? 39. Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? 40. Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni solio te præcedam. 41. Dixitque rursus Pharao ad Ioseph: 42. Ecce, constitui te super vniuersam terram Ægypti. 42. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. 43. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. 44. Dixit quoque Rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quispiam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. 45. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti (46. triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu Regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti. 47. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. 48. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. 49. Tantáque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. 50. Nati sunt autem Ioseph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Putiphare Sacerdotis Heliopoleos. 51. Vocauitque nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. 52. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. 53. Igitur transactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto 54. Cœperunt venire septem anni inopiæ: quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat. 55. Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph: & quidquid ipse vobis dixerit, facite. 56. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Ægyptiis: nam & illos oppresserat fames. 57. Omnésque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

COMMENTARII.

Pharaonis somnium. *Præsules non solum vigilantes sed dormientes circa salutem rerum vitam curant.* [marginal notes partly illegible]

1. Vers. 1. Post duos annos, &c.] Post liberationem Principis pincernarum, biennium compleuit & Pharao somnio mirabili futuros Regno aspectaturos euentus. Regum enim est, circa subditorum vtilitatem non solum vigilare sed & obdormire. Visus sibi fluuij Nili ripam placidum quiescenti lectum offerre de ammisque vetero septem vaccas pulchritudine, crassitudine neque nimia conspicuas inter aquarum pascentium gramina edi, quæ quidem paulo remotius à Nilo pastis humentibus germine plenis pascebantur. Quod si vaccæ quid fœlicitatem terrenæ portendunt, apte ex fluenti vndi emersuntur Nili! enim temporaria fœlicitate fugacis.]

2 Aliæ, &c.] Septem alias boues vidit de flumine emergere eodem fœdas, maciéque exesas, licet eiusdem ripæ graminibus vescerentur. Eodem enim alimento alter pulcher, alter fœdus exponitur. Hic crassitudine diffluit, ille macie confectus ostenditur, iuxta internorum qualitatem hominum. O Eucharistici epuli imaginem! Ager est plenus, sed è quo pulchræ animæ vescentes saginantur fœdæ autem marcescunt.

Ex eodē Eucharistiæ agro pleno fœdæ animæ marcescunt, dum pulchræ saginantur.

4 Devoraverunt que, &c.] Mirabile visu, septem boues fœdæ, ac confectæ macie famescentes, vel inter gramina dilataуце fauces & septem pulchras, crassásque boues vorauere: quo prodigio Pharao actus, excitatur à somno.

Nihil magis absonum quam infirmos contra potentes præualere, diuites à pauperibus deuorari.

* Nihil enim magis absonum, quam videre infirmos contra potentes præualere.] Nihil sic præter vsum, quam diuites à pauperibus deuorari.

5.6.7.8. RVRSVM DORMIVIT, &c.] Rex iterum sopori indulget, & somnium vidit alterum, prorsus à tertium tempore, & ratione significandi, prophetica autem significatione vnum. En spicæ septem vnico in culmo pullulantes pulcherrimæ plenitudine: totidem autem spicæ sterilitati pallidæ simulacrum, aristis equidem strictiores, percussæ vento vrente, seu Euro desiccante Ægypto noxio. Porrò spicæ tenuissimæ in pulcherrimas irruentes, priorem pulchritudinem deuorarunt, nec tamen vllum satietatis exposuere signaculum. * Quod enim raptu acquiritur nunquã raptoris perficit satietatem. * Quod si vaccæ marcidæ, spicæque tenues (ex alicuius mente) luxuriei præsentant imaginem, post plurium diuitiũ absumptionem, marcidæ, ac tenues adhuc existunt, quia quod ex turpitudine comparatur soli epulo cedit. *Comido*, (dixerim vulgariter, *por fernido*.] Cum somniorum imaginibus quies Regis auolauit & vix desiderata albescit aurora, cum Rex è lecto surgens terrore concepto, omnes Ægypti somniorum interpretes, cunctos ariolos, qui pacto cum Dæmone inito, assolent diuinare, ad aulam aduocat. * Adenant quidem Regia in vrbe. Somniorum enim Regalium interpretes, id est, adulatores, qui deliria Regum iuxta placitum interpretantur, Theologia quidem tenitente, nunquam longius à Curia commorantur.] Porro narrato eis somnio vtroque, nullus adeò accommodatè, ac sapienter, vt Regi satisfaceret, est interpretatus. * Vtinam Regibus ineptæ sapientum secularium aliorumque interpretum sententiæ displiceant. O tempora, quando solùm coniectatium delitia placent: & tunc libenter sententiæ exaudiuntur, cùm veritatis non attingunt scopum.

9.10.11.12. TVNC DEMVM, &c.] Tandem, qui versans quotidie circa vini ministrationem nunquam somniaræ illius vitis botrotum maturis, è quibus tam salutare ei mustum fuerat expressum, nunquam fuerat recordatus: quasi vere ex arctiori euigilans somno, ait: Ingratitudinem meam profiteor. * Mirot, aulicum se ingratum profiteri, qui semper putat ei deberi seruitium. Cumula in eum beneficia, debita sibi officia reputabit.] * Quam imprudens! Annon etiam soluenti debita gratitudo debebitur? Quid difficilius debiti solutione.] Regia (pergit Pincerna) iracundia nos detrusit in carcerem. (* An exigente culpa? Sæpe totum peccatum subditi est Præsulem in iram exardescere.)] Pistorum, ac pincernarum Magistros. Vna nocte vidimus per somnium euentuum futurorum imaginem. Aderat puer Hebræus Principis militum ac primarij Custodis carceris Regiæ famulus. Rogans somnia nostra adolescens audiuit, & tam prudenter est interpretatus, quam verè confirmauit euentus. Ego enim benignitatis tuæ expertus munera Regalis sum rursus poculi ministratoe. Pistor autem expertus tuæ iustitiæ effectus depetiit in patibulo.

Quod raptu acquiritur nullius voluntatis est. Perit, quod acquiritur ex luxurie.

2. Aduocat coniectores, sed frustra, pincerna interpretis recordatur, suggerit Pharaoni Iosephi peritiam.

Coniectores somniorum Regis, id est, qui delitia iuxta placitũ interpretantur adulatores, semper iuxta aulam cõmorantur.

Placent Regibus ineptæ & mendaces sapientum opiniones.

Aulicus beneficiis acceptis ingratus, se ingratum non agnoscit, quia putat sibi officia deberi.

Gratitudo debetur ob debiti solutionem.

Totum sæpe piaculum subditi est, Præsulem ira exardescere.

14. PROTINVS, &c.] Imperante Rege, protinus Iosephum è carcere educunt, tondent, & induunt digno Regiæ præsentiæ vestimento. Moris olim, vt in luctu, captiuitate, ac seruiture capillum intonsum viri relinquerent in mœroris documentum. * Semper quidem longam nutrire comam seruitutis animi argumentum est.]

15.16. CVI ILLE AIT, &c.] Somnia visa coniectoribus Ægyptus narrani, nec illum inueni, qui apte redderet solutionem. Fama autem tua te egregium profert somniorum interpretem. Cui Ioseph: *Non ex sapientia mea*, sic Chald. sed ex Dei monitu, ac inspiratione *pax Pharaoni respondebitur*. * *Deus respondebit prospera*, quia *pax respondebitur*. Sine pace enim nulla prosperitas, pax verò omnium prosperitatum est colligatio.] * *Deus ... prospera.* ... est iustorum ... cuncta tribuere.

17. 18. 19. 20. 21. NARRAVIT ERGO, &c.] Eadem aperit Iosepho verbis eisdem somnia, quæ coniectoribus aperuerat, addens quidem & vaccas marcidas, & tenues spicas post pinguium vaccarum, & pulchrarum spicarum voratione eadem macie, ac tenuitate se laborantes exposuisse. * Ex voracitate enim animi vitrus infirmarut, nec corporis vires augentur. Modica reficit vires annona quas opprimit saturitas.

25.26.27.28.29.30.31. RESPONDIT IOSEPH, &c.] Respondit Ioseph, Duplex somnium ô Rex, vnicum est significatione, quia eiusdem rei symbolum existit. Deus Pharaoni benignus ostendit, quæ facienda decreuit circa Regni supplicium, vt prudens malis possit occurrere. * Quam benigniter Deus futuras Iudicij (v. g.) calamitates præcantat hominibus, vt tantæ flagellati aręscentium hominum, conseruatione rectorum operum prouideant. Septem boues pulchras, septem plenas spicas aspectasti? Totidem tibi sint fertilitatis anni; ad eandem enim vim somnij tam vaccæ quam spicæ pertinent. Septem boues macie confectas, septem vrente vento exsiccatas spicas vidisti? Totidem tibi famis annos exponant. Qui quidem hoc ordine volitabunt. * Quid enim temporarium non volitat?] Præcedent fælicitatis minæ in vniuersa Ægypto anni septem. Quos certè sequentur totidem tantæ inopiæ anni, vt prælapsæ abundãtiæ minimè recorderis. Sic enim præsens assolet afficere malum, vt prælapsi boni aut memoria obliteretur aut percutiat acerbius. * Nihil enim infælici dirius, quam se aliquando fœlicem fuisse recordari. Fame omnis Ægypti terra consumetur, & magnitudo inopiæ absumet annorum fælicium superabundantiam. Quod enim communis asseruabit prouidentia ad famem prius anni delendam vix sufficiet. * Nam qui fælicitate potiuntur, sibi persuadent æternum futuros esse fælices.]

32. QVOD AVTEM VIDISTI, &c.] Porrò post vaccarum pinguium à marcidis absumptionem ... eius tibi obiecit pulchras spicas à percussis vredine spicis deuoratas, vt priorem confirmaret prædictionem. * Veritas enim, quæ profertur, pluribus similibus amplius illustratur, & roboratur.

3. Educitur Iosephus è carcere, somnia Rex exponit.

Nutrire comam, ... seruitutis animi.

Pax colligatio est omnium prosperitatum.

Deus ... iustis ... tribuuntur.

Ex voracitate vires non augentur, sed opprimuntur.

4. Somnij interpretatio.

Benigniter Deus futura iudicij famæ præcantat hominibus, vt famis occurrant meritorum acceptatione.

Omnia temporalia bona volitant.

Nihil infælici fælicitatis prælapsæ memoria.

Qui fælicitate potiuntur, sibi persuadent æternum fore esse fælices.

phorantur, in confessionem illorum, qui contendunt imperitè, dicentem ex suggestu vnico visuinui scripturæ testimonio ad cuiusuis veritatis, aut propositionis robur. Vt ergo *fiat sermo Dei*, id est, vt impleatur velucius sermo cœlestis sine somniorum prædicta veritas: vno, & altero somnio [illegible]. Velocius enim exequetur, quod vberius ex aceruatione testimoniorum celles.]

35. 36. 37. 38. NVNC ERGO &c. [Sapiens, & industrius vir, id est, egregia sapientia præditus quærendus à Rege præfectus Ægypto. * Totius enim Regni [illegible] sufficit vulgaris sapientia, specialissima peritia requiritur.] At ad tinnendum tam sapientem tam industrium virum Regia prouidentia est necessaria Profecto vocabulum *Prouideat* ex Hebr.) diuinum aliquid insonat. * Quasi necessum sit Regem diuina decorari prouidentia, vt Præsidem eligat cunctis Regionibus præfendum.] Vt ergo ille sapientissimus assignatus à Rege inferiores assignet Præpositos cunctis Regionibus, qui partem quintam fructuum septem annis proximis vbertati præparandam mittat ad horrea, vt Regis seruetur ex nomine, eiusque authoritate sublevandæ famis reponatur inopiæ. Cur quintam partem, & non potius mediam, cum sint totidem anni fertilitatis, & sterilitatis? An quia de fertilitate annis vltorum horrea adhuc essent plena? An quia semper iuxta Nilum aliquid seri poterat, quod quia valde paucum propter exiguas eius tunc exundationes pro nihilo ferè reputabatur adeo, vt idcirco dicatur inferius, *nec arari nec seri* potuisse ? sic Interpretes.* Crediderim quintam reponi iussisse sufficientè quidem, quia famis communisque calamitatis tempore parcius victu homines debent esse contenti. Quid deliciis cum communi flagello?]*Porro per singulas vrbes horrea debet esse diuisa, ad egentiũ cõmoditatẽ ne pauperes cogãtur, ad emtiã accurrere]Omne eo frumentum ex quinta illa parte collectum constituitis hisce asseruetur in horreis.

37. PLACVIT PHARAONI, &c.]Mirũ planè, quod aulicis ministris circa bonum commune prouidentia placuerit, quorum studium ad propria commoda detorquetur.] Consilium ergo Ios. sapientissimum, siquidem non solum Pharaoni, sed & eius ministris approbandum exponitur.

38. LOCVTVSQVE AD EOS: NVM, &c.] Sapiens ille vir, & industrius à Iosepho requirebatur ad frumenti custodiam, non spiritu Dei plenus: cur ergo Pharao huiusmodi virum vult plenum Dei esse spiritu? * Certe quia nisi vir spiritu Dei sit plenus, sublevandæ communitati nunquam dabit operam. Quid enim cõmunitati ingratius? Ei ergo solus ille seruiet qui spiritu Dei plenus, Deo in communitate præstat obsequium]An (inquit Pharao) inuenire, magna adhibita cura, poterimus virum æque sapientẽ, & indust. Dei spiritu plenum?

39. 40. 41. 42. 43. DIXIT ERGO AD IOSEPH: QVIA, &c] Quia Deus tibi (fatur Pharao ad Ioseph futuram populi renesuit inopiam, colligo te Numini esse charũ. At Dei amicus à Deo prolu[illegible] necessario diliget creaturas. Quam aptus ad sublevandos famescentes, qui ex dilectione didicit misereri. Tu domum meam suscipies gubernandam, cunctus populus tibi imperanti submittetur. * Vt enim possis moderamina totius Regni impendere subditis, necessum est à domo Regia incipere.] sumptus aulæ moderentur, vt de exigentia famis subditorũ domus didicerint moderari delicias * Ineptè & inutiliter subditis imperant, qui prius à Rege non exercitur.] Vnicè ô Ioseph, te Regni solio præcedere iubet. *Magna certè fidelitas subditi, qui omni Regno præpositus fuerat Regium reuereri thronum.] Vniuersæ addit Ægypti terræ te præposui, *ad tui oris imperium cunctus populus obediet*. Hebr. *Omnis populus ad os tuum osculabitur*, id est, oris tui præcepta exosculabitur, venerabitur, libenterque parebit.* Quid mirum reuereatur os, è quo salutaria subditis præcepta prodibunt?]Iosepho ergo suo annulum signatorium, ad decreta sancienda tradidit, *stola byssina ex lino tenuissimo contexta eum fecit ornari, vestimento scilicet tunc Satraparum, ac Principum in Ægypto proprio.* Catena aurea collum eius cinxit Vt edificat Præ[illegible] vinculi genus esse Præfectuamè vinc[illegible] isque ad structura vincula prodire Iosephum. * Carceris enim vincula pedes, Præfulatus aut vincula colla constringunt.]Præterea Rex ad vberiorem Præsidis sui authoritatem, fecit eum currum secundum ascendere, quo qui à Rege secundus velut sol [illegible] erat. Præco iubetur clamitare, Genuflectite, & scitote Iosephum super omnem terram Ægypti constitui Præpositum. Hebr. Clamauerunt ante eum. *Abrech*, id est, *'Flecte genu*, *Pater tener, Pater Regis*: Thargum, ita vertit, *Clamabant, viuat pater Regis, qui est Princeps in sapientia, & tener in annis*.* Quã aptè Pater Regis vocitatur, qui Regi consilium dat ad sublevationem inopiæ ! enatorem planè Regis ore pleno patrem vocitarum, cuius consilio Reges subditorum succurrunt incommodis At *Pater tener* populi dicitur, qui cibum præparat ad inopiæ subsidia. Ille pater qui genuit: sed qui pascit pater tener appellandus est * Vt edificas, quam tenero affectu [illegible] istum post creationem panem Eucharisticum promidente, debeas *A vrech*, id est, *patrem tenerum vocitare*. Nam qui Eucharistico pane nutrimur, *accepimus spiritum filiorum in quo clamamus Abba pater*, id est, *Abrech, pater tener.*

44. DIXITQVOQVE REX AD IOSEPH &c.] Iuro tibi per me ipsum, qui sum Rex supremus, quod nullus in Ægypto ausus est, me imperaturo, vllum opus moliri, gressum vllum ducere sine Iosephi directione,* Quam egregius ille Præsul, qui cunctas subditi actiones, cunctos gressus agnoscit: qui manum, ac pedem piaculi correcturus obseruat.] *Non mouebit manum, aut pedem*, adagium est. Nihil (ac si diceret) momenti alicuius fiet sine consensu tuo. Vt ostenderet, Præfecturam tuam sine te titulum ostexi stere. *Haud Præses ille, qui præcipuas circa bonum publicum subditorum Præsulum non regit actiones.]

45. 46. VERTITQVE, &c.]Curauit Rex, vt officio Iosephi nomen conueniret. vndè eum, qui Ægyptum à famis periculo erat liberaturus Ægyptiaco vocabulo saluatorem mundi

Iosephum filium [illegible] Rex Princeps constituitur.

Magna sapientia necessaria ad totius Regni gubernationem.

Vt eligantur præfecti ad totius Regni gubernationem, necessaria est veluti diuina prouidentia.

Tempore communis famis, seu calamitatis, homines parcius debent esse contenti.

De communi dicitur au[illegible] frumentum.

Non placet aulicis ministris bonum commune [illegible] deuotio.

Communitati semper ingrata [illegible].

Apparatus [illegible] præconis [illegible].

Moderamina circa subditos Regni ab aula incipiant.

Inutiliter subditis imperant, qui prius à Rege non exercitur.

Magna fidelitas subditi, qui præpositus omnibus, tamen Regium thronum reueretur.

Venerabilis subditis Præsul, qui salutaria iubet

Præsulatus vinculi genus

Carceris vinculis constrictis, vincula Præsulatus.

Pater Regis est, qui dat Regi consilium ad sublevandos subditos.

Qui Eucharistia nutrimur, accepimus spiritum filiorum, quo clamamus, Abrech, id est pater tener.

Probus Præsul, qui manum ac pedes subditorum obseruat.

Præses non est, qui subditi Præsulum non dirigit actiones.

mundi vocauit, quod sapientia, ac prudentia sua ab Ægypto exitium auerterit, quod à fame imminebat. Liberate enim à periculo populum, redimere est.* Vt verum Ioseph Christum verè dicetis Mariæ Redemptorem, eo quod Virginem ab imminenti periculo piaculi communis, famem, ex pomi esu, vniuerso inferentis liberarit. Illicò Rex commoditati Iosephi studet, dum ille ciuium commodis dat operam. * Commendabilis princeps, qui commoda fidelis ministri promouere curat.] Eligit Pharao virginem pulcherrimam nobilitate cõspicuam Aseneth filiam Putifare non Principis illius militum, qui Memphi degebat in aula: sed Sacerdotis Heliopoleos, quæ vox *Solis Ciuitatem* significat. Mox Protex ad inuisendas Vrbes Ægyptias egreditur. * Nec enim laudandus Præsul, qui vicarios immittit, cum ipse possit oues agnoscere.] Equidem Ioseph, cum seruire, aut ministrare Pharaoni cœpit, (Hebræis hoc est *stare in alicuius conspectu*) annum trigesimum agebat ætatis.

Christus verus Mariæ Redemptor, liberans eam ab imminenti cõmunis piaculi periculo.

Dum seruit minister, Rex eius studeat commodis.

Præsul oues inuisere debet

47. 48. 49. VENITQVE, &c.] En igitur decantata fertilitas. Tanta fuit, vt cuncta horrea manipulorum complerentur aceruis. Sic ditius conseruatur triticum. Tota pleni agri seges transfertur ad horrea vt varia grana variis animantibus pararentur in cibum, & cunctis in Vrbibus asseruarentur ad ciuium manuale subleuamentum. * Gratum beneficium, quod laboris pensio non pergrauat.] Tanta tritici vis vt æquoris arenis posset (hyperbolica locutio) numerum exæquare: & copia aut cumulus mensurabilis frumenti ipsam excederet mensuram. Tempore enim abundantiæ mensura quælibet sine mensura traditur; quia culmus mensuram excedit.

Gratum beneficiũ quod laboris pensio non pergrauat.

8\. *Nati Iosepho duo filij.*

50\. 51. 52. NATI SVNT, &c. Priusquam fame premeretur Ægyptus, expertus est Ioseph annorum fælicium abundantiam. Vnum enim, & alterum filium ei peperit Aseneth Putiphare Sacerdotis Solis filia. Vnus vocatur à patre *Manasses*, id est, *faciẽs obliuisci*, Iosepho interprete, Me Deus fecit obliuioni tradere transactos labores. * Certè proles & virtutum, & laborum datur in præmium. Si coniuges expetentes matrimonij fructus, laboribus agitantur, sperent accipere à Domino id, quo possint obliuisci laborum] Nascitur alter, & Ephraim appellatur à Iosepho, id est, *fructificationes*, In terra, inquit, vbi paupertate premebar mancipium, me Deus miris cumulat incrementis.* Premi enim inopia patienter tolerata, præsagium solet esse incrementi.]

Præmiũ patientiæ ac virtutum liberi.

Præsagium incrementi, tolerare patienter inopiam.

53\. 54. IGITVR, &c.] Anni septem vbertatis auolauere. * Fælicitas plumbea: illa volat, hæc recipit.] Inopiæ septem anni venire cœperunt. * Cur anni fælices cœpisse non dicuntur? Certè quia fælicitas tota quasi simul in instanti apparet, infælicitas autem molestissimis motis effertur.] In orbe vniuerso Ægypto circumiacente, nempe Chananæa, Syria fames roborantur, in Ægypto adhuc erat infirma, imo nondum horribilem ostentarat faciem; quia ex abundantia prælapsa adhuc panis superterat. An non in Chananæa, & Syria anni fertilitate etiam pleni præcesserant? Vnde nam igitur panis Ægyptiis aderat, non autem Syris, ac Chananæis? * Quia ipsa vbertas homines efficit a futura penuria mentem auertere. Præsentibus homo addictus ægrè futura meditatur.] Imo & Ægyptij, clamante Iosepho, vix ad famis occurendum principiis, triticum reseruarunt.

9\. *Transeuntis vbertatis annis, aduenit inopia.*

Fælicitas pennata, plũbea infælicitas.

Incipit infælicitas motis molestissimis exponẽda, fælicitas auolat in instanti tota simul.

Homo præsentibus addictus futura non curat.

55\. 56 57. QVA ESVRIENTE, &c] Ægyptus itaque quæ parum frumenti condiderat credens æternùm duraturam abundantiam: absumptis illis ex ipsa abundantia expositis reliquiis cœpit egere. Ad Regem accurit cibos postulatura. * Regis enim est onus, subditis succurrere egentibus.] At Pharao: Ad Iosephum, inquit, properate, & quidquid iusserit exequimini. * Vt qui panem quotidiè spiritualem petimus *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* edoceamur, prius cœlestis largitoris voluntati esse submittendos, *Fiat voluntas tua* Ergo si experitia satiari panibus, quidquid vobis Ioseph dixerit, operamini. In omni terra fames increscit, sed Ægyptus fælicissima ex Ioseph præsulatu fame non perit. Ille enim cunctis in Vrbibus plena aperit horrea, & triticum diuendit Ægyptiis. Certè Prouinciæ proximæ emendi frumenti causa petebant Ægyptum, vicinitatisque commodis potiebantur. * Vicini m illud Syriam & Chananæã fecit simul esse fælices; vt bonæ commoda societatis edocerе.]

10\. *Ioseph vẽdit triticũ.*

Regis est, subditis egẽtibus succurrere.

Qui cœlesti vult pane satiari, Dei prius voluntati submittatur.

Vicinia fælicis socij fælices efficit.

CAPVT XLII.

Immissos à Iacob frumenti causa in Ægyptum Ioseph fratres agnoscit, ac dure compellat. Retento in vinculis Simeone, ea lege dimittit, vt Beniamin ad se adducant vincti fratris liberatorem.

1\. AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis: Quare negligitis? 2. Audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. 3. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, 4. Beniamin domi retento

retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius : Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali : 5. Ingressi sunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. 6. Et Ioseph erat princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cúmque adorassent eum fratres sui, 7. & agnouisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? Qui responderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. 8. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. 9. Recordatusque somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ venistis: 10. Qui dixerunt. Non est ita domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos. 11. Omnes filij vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. 12. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis. 13 At illi, Duodecim, inquiunt, serui tui, fratres sumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. 14. Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis. 15. Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. 16. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis vtrùm vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. 17. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. 18. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. 19. Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite: & ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras. 20. & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, 21. & locuti sunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. 22. E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: & non audistis me: en sanguis eius exquiritur. 23. Nesciebant autem quòd intelligeret Ioseph: eò quòd per interpretem loqueretur ad eos. 24. Auertitque se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos. 25. Tollénsque Simeon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis suprà cibariis in viam: qui fecerunt ita. 26. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. 27. Apertóque vnus sacco, vt daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, 28. dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti turbatique mutuo dixerunt: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus? 29. Veneruntque ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes: 30. Locutus est nobis Dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse Prouinciæ. 31. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. 32. Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. 33. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis. Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite, 34. fratrémque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores: & istum, qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. 35. His dictis, cùm frumenta effunderent, singuli, repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus, 36. dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis, Ioseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. 37. Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam 38. At ille: Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit: si quid ei aduersi acciderit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

COMMENTARII.

COMMENTARII.

1. Audit Iacob triticũ vendi in Ægypto, filios hortatur, vt emere pergant.

Vers. 1. **A**Volens avtem Iacob, &c.] Ad aures Iacobi peruenit Ægyptum tam abundantem frumento, reliquisque seminibus, vt non solum ciuibus, alimenta præstaret, sed & vicinis venderet. Pressus autem communi esurie ex panis defectu filiis suis profatur: Cur negligitis ad Ægyptum pergere empturi alimoniam Hebr. *Audiens quod esset fractio in Ægypto, dixit: Vt quid vos ipsi aspicitis?* Verbum frangendi Eucharistico pani accommodatur: *Et panis quem frangimus, nonne communicatio Christi est?* Vt quid ergò aspicitis? Habitus otiosorum est, & desidum expectantium vtique, dum alter rem expediat. * Aspicitis fideles ad hortenm Ecclesiæ accurrentes vbi Eucharisticus panis frangitur, & diuiditur: & vos desidia pressi conficiemini esurie?]

Desidia Christianorũ ad panẽ Eucharisticum recipiendũ.

2. Avdivi, &c] Qui sibi apud Ægyptum escas emerunt, certiorem me de superabundantia quotidie faciunt. Pergite obsecro, nè ex defectu panis licet aliis omnibus abundemus, cogamur inopia deperire. * Qui te existimas virtutibus diuitem, inops proculdubio es, si Eucharistico cares alimento, vi cuius virtutes conseruantur, & augentur.]

Necessaria Eucharistia ad virtutum cõseruationem, & augmentum.

2. Descendũt decem fratres, Beniamin retinetur.

3. 4. 5. Descendentes, &c] Chanaan fame premebatur, nec tamen filij Iacob ad requirendum triticum properarunt, nisi hortante, ac mittente Iacobo. Licet videaris te fame spiritualis cibi laborare, non audeas ad Eucharisticam mensam accedere, nisi ex parentis spiritualis immissione; qui quidem iuxta exigentiam tuam non semel hortabitur, & immittet. Descenderunt ergò decem fratres Ioseph cum pluribus Chananæis, qui emendi frumenti causa proficiscebantur, retento quidem apud fratrem fratre Beniamin, ne thesaurum viæ periculo exponeret. * Quod enim pretiosius animo, accuratius est custodiendum.] Vnicum erat iuuenis Rachelis deliciarum Iacobi pignus: & vnicum suum senex custodire curabat. * Vtinam sic tuam vnicam à canis manu custodires!] * Iacob Beniaminum tam studiosè custodit filiis abũdans, qui eum velut vnicum diligebat: & tu vnicam tuam tam remisse custodis? herclè quia non diligis. Quid stultius quam vnicam tantam toto cordis affectu non diligere?] Ingressi ergo sunt decem fratres Iacob reliquique Chananæi comites Ægypti terram, vt ad Chanaan fame pressam alimenta deportarent.

Quod pretiosius est, accuratius custodiendũ. Quã studiosè anima, vnica nostra, custodiẽda. Qui vnicam nõ custodit, planè eã non diligit.

3. Adorant fratres Iosephũ Proregẽ Ægypti, qui dure eos alloquitur.

6. 7. Et Ioseph, &c.] Erat Ioseph Ægypti Prorex, & cibaria, quæ eius industria collecta fuerant, eius imperio, & dispositione, & assignatione pretij vendebantur. Nolens quidem pro industria pretium augere, nec iuxta exigentiam ementium, sed iuxta Ægypti abundantiam. * Ediscant, qui asseruarunt frumentum tempore famis grauissimo pauperum incommodo, summo pretio tradunt.] Adorauere fratres Iosephum vultu submisse ad terram inclinato, aut genu submisso, vt somnij inciperet adimpleri præsagium manipulis cadentibus. Porrò Ioseph, qui illicò fratres agnouit, velut offensi sumens personam duriter compellauit interrogans: Vndenam egressi estis, vt Ægyptum veniretis. De terra inquiunt, Chananitide fame exacta communi petreximus, vt à vicina Ægypto subsidia, pretio exhibito, deferremus.

Tẽpore famis pretio cõmuni erogãda alimonia.

8. Et tamen, &c.] Iam ætas adultior barbam Iosepho induxerat, & aliquam delineamentorum mutationem: sed Deus speciebus peregrinam dederat imaginem, nè eos agnoscẽs Ioseph ab eis agnosceretur. Cur autem tam diù Deus Iosephi voluit celari euentus. * Crediderim, vt Iacobi virtus, ac patientia exercerentur. Leuia enim incommoda cuncta, si cum dilecti filij morte existimata comparentur.] * Hinc edisce quanto Deipara dolore in vnigeniti obitu afficeretur.]

Supremũ incõmodum, dilecto priuari filio. Hinc Mariæ dolor expenditur.

9. Recordatvsqve, &c.] Porrò Ioseph recordatus non venditionis; * (iustus enim proprias iniurias obliuioni citò committit;)] Sed somniorum, quæ viderat; iocosa simulatione fatur: Exploratorum munus geritis, accedentes quidem, vt aspiciatis, an infirmum inueniatis quidquam, quod exercitui Chananæorum possit dare vestibulum. Hoc crimen impingit, vt per ludum eos adigat sibi de statu, in quo pater versaretur, & quod de vterino fratre Beniamino actum, vera narrare Num iniustus sic insimulando fuerit? Minime, quia personam publicam gerenti licebat, à reis, quos sciebat affines parricidij, & plagij fraterni, pœnam exigere. Addo id præcipue egisse, quia videns desiderari Beniaminum filium matris Rachelis, subiit in mentem, ne à fratribus ob inuidiam fuisset occisus. * Præsuli licitum suspicari prudenter (ad cautelam scilicet, non ad delicti impositionem) subditum semel reum, eodem posse infici piaculo.] * Credat posse delinquere rursum, vt prohibeat, vt autem nõ contemnat, eum iam præsumat impeccabilem.]

Iustus iniurias citò obliuioni tradit.

Prudẽs suspicio Præsulis circa delicta subditorum licita. Sit Præsuli subditus velut impeccabilis.

10. 11. Qvi dixervnt, &c.] Suspicio tua (aiunt) ò Prorex, nullo stabili fundamine nititur famis enim tempus non aptum ad bella gerenda, non quæruntur, hostes vincendi, sed famis superandæ armamenta requiruntur. * Filij vnius viri omnes sumus: & quando tot filij vnico studio addicti ostentantur?] Varia appetit munia ingenij varietas. Mirum esset, si vnius viri filij decem eidem militari studio pareremus. Pacifici venimus comparare cibos: deficit enim nobis abundantia pacis, nec licet per famem quidquam domino machinari. * Et quomodo in calamitate communi potest studium vllum impendi flagitio perpetrando.] Miror tempore famis, aut pestis homines audere se se attaminare flagitio.

4. Negant, se exploratores esse, duodecimque fratres profitentur extitisse. Quot filij vnius, tot assolent esse inclinationes. Quomodo quis in calamitate cõmuni famis, aut pestis delinquere potest.

12. Qvibvs ille respondit, &c.] Pacifici non estis. * Vox enim hæc (Heb.) rectos, synceros, veraces significat. Et quidem qui pacificus est, non potest non rectitudini, synceritati, ac veritati studere. * Malitiosi enim

enim, inimici, ac mendaces sunt pacis commonis perturbatores.] Aliter se res habet *nuditatem terræ*, sic (Hebr.) id est, loca minus attente munita venistis contemplari.

13. ATTILLE, DVODECIM, &c.] Fecit torturatotam historiam proficeri. Vnius viri in terra Chanaan degentis duodecim filij sumus, decem tuos aspicis seruos, duodecimus patris deliciæ[apud] patrem remansit, vndecimus autem fuit à viuis arreptus. * Quam apta laborum tortura, vt homines aperiant in confessione veritatem.

Tortura laborū facit non cōfiteri.

14 Hoc EST, &c.] Callido ait, iam vos existere exploratores, quia fingitis, fratrem alium habere, qui non adest: video vos cætera quoque finxisse. * Pœna hominis mendacis est, vt si quandò cœperit verum dicere fide apud homines careat. Qui semel est mentitus, semper præsumendus lædere veritatem.]

Pœna mentientis semel est, nunquā credi.

15. IAM NVNC, &c.] An mentiti sitis, sumam experimentum. Intro per Pharaonis vitam me vos tanquam exploratores habiturum, & tractaturum: nisi Beniamin fratrem, quem dicitis, adducatis. Non hinc egredietmini omnes, donec frater adueniat.

5. *Iubet fratrē minimū adducere Beniaminū gradantur custodia, iubet religari vnum relinqui abeūntibus, vt fratrem addu. ant.*

16.17. MITTITE, &c.] Vos pergat in patriā, nouem in custudia remanentibus. Beniamin autem adnentos, aut è moratio vos abducet, à vinculis, aut capiti addicet. Igitur trium dierum carceris eos pressit angustijs [illegible] iacoli eos facerct recordari. * Angustiæ enim prælapsi nos efficiunt memorare delictum, cuius causa temporarijs agitamur ærumnis; vt scilicet pœnitudine afficiamur vberius.]

Angustiæ faciūt nos delictorum recordari, ad pœnitudinē.

18. DIE AVTEM, &c.] Implete (ait Ioseph fratribus è carcere eductis) quæ moneo, vt incolumes redeatis; nihil enim inhumane efficere, aut iniustè, qui scio Præsuli augustio angustiorem alium existere, cui de gestis ratio strictè reddenda. O quomodò Principum deprimat supercilia illa mentis obiectio: Deus Iudex est.]

Principū supercilia deprimit illa mentis obiectio: Deus Iudex est.

19. 20. 21. SI PAC FICI ESTIS, &c.] Hoc plane erit vestri pacifici aduētus documentū si remanente vno, reliqui vestras triticum emptum adducatis ad domos, & minimum fratrem meam teferatis ad aulam: vt à morte imminent liberemini. Particula illa: *Ferte frumenta in domos vestras*, indicat cunctos, aut aliquos saltem è fratribus non iam sub parentis degere potestate, sed proprijs in domibus commorari; quod quidem in Iuda manifestum. *Hinc edifcite filiorum ergà parentem pietatem; sibi etenim & parenti adducturi venerant alimoniam; ne senex parens proficisci cogeretur.] Porrò illi *fecerunt, vt dixerat*. id est, decreuere, vt Proregis iussio impleretur. At inuicem profantur: Iustè culpa hoc verbere affecta: fratrem non audiuimus proclamantem, precantem despeximus: en tribulationis originem. Qui aliis criminibus fuerant infecti, cur non eis tribuunt calamitates, verber, sed piaculo in fratrem?* Certè quia contra fraternam charitatem delicta plecuntque & in hoc seculo flagellantur. Vidisti ne aliquem, qui fratrem dederit occisioni, & non gladio ciciderit? Tribulatio illigata proximo e tribulatione est vindicanda.]

6. *Agnoscunt fratres illā esse criminis in fratrē digna pœna, eos Rubenus corripit.*

Fraternū pietatem in parentem erga eos rāmetrislo nem.

Delicta in charitatem fraternam à in hoc seculo flagellantur.

22. E QVIBVS &c.] Vnus Ruben fratres corripuit, assurgit; qui vnus Rub è flagitio occisionis non acquieuerat.* Qui à delicto est immunis, solus potest delicta carpere.] Iam clamaui, Nolite lædere innocenti. Non acquieuistis & ideò sanguis eius à profusoribus iam exquiritur.

Solus delictū corripiat, qui immunis à delicto est.

23. NESCIEBANT, &c.] Vt se simularet Ægyptiū Ioseph, vtebatur explanatore fratribus locuturus: ideò putabant fratres, posse libere proclamare, idiomate proprio.* Cum loquens quæ oportet recludi silentio, vel ipsos vereare patientes. Percipit, te locūtio, ille, ad cuius aures experis tuum non venire sermonem.]

Vide, quid loquare, audit enim ille, ad quē vis, sermonem nō venire.

24 AVERTITQVE, &c.] Vincit naturalis affectus simulatiuos artificium, & obortæ lacrymæ asseruerunt esse fratres, quos exploratores proferebat. Ne autem eis fletu noscetetur, se subduxit parumper à fratribus. *Olacrymæ fideles, quæ in vna sede cum fictione non moramini.] Frenato ergò cordis virtute lacrymarum profluuio illico rediit ad fratres.

7. *Flet Iosephus, illigatur Simeon, reliqui abeūt tritico, & pecunia onerati; qua in sacco reperiunt.*

Lacrymæ & fictio in vna sede non morantur.

25. TOLLENSQVE, &c.] Eligitur Simeon ad vincula? Quare precor? Quia cum proximus esset natu Rubeno, si se illi adiunxisset & Iudæ propendeont in Iosephum, cæteros sua coercuisset autoritate. Ideò aliqui Auctores præcipuam culpam Simeoni ascripsere. * Dignus plane speciali supplicio, qui potens corripere delinquentes, tacendo, & consentiendo annuit piaculo.] Ioseph Simeonem præsentibus fratribus illigauit, & carceri addixit, vt ipsos Beniaminum adducere cogeret efficacius. * Quid enim non gerat pius frater, vt fratrem liberet à cruciatu?] At ve se munificum & benignum ostenderet imperat ministris sacculos Hebræorum implere frumento, pretio in ore sacci reposito: & additis cibarijs ad viam, eis, eorumque iumentis, necessarijs, vt quod emerant integrum, ac sinc immunitione deferrent.* Illud donum gratius obuenit, quod nulla accipientis pensione defertur.] Imperium itaque Proregis ministri executioni mandarunt, nihil interrogantes.* Odiens enim se impetfectum ostentat, si causam imperij rimari procurat.]

Dignus speciali supplicio, qui potens corripere delinquentes, negligit.

Quid nō gerit pius frater eruciatu eripiat?

Gratius donū sine accipientis pensione.

Verus obediens non rimatur præcepti causam.

26. 27. 28 AT ILLE, &c.] Onerant nouem fratres iumenta cibarijs, & sese committunt itineri. Eorum autem vnus aperit sacculum, vt hordeum vel auenam iumento impéderet: & argentum integrum seminum pretium in ore sacci reperit, fatus fratribus suis: Mihi reddita frumenti pecunia. At mutuo dixere obstupefacti, & et, veriti, ne sibi struerentur insidiæ. Quidnam precor, id *quod fecit nobis Deus?** Profectò frumentum gratis homini officite, & pretium oblatum reddere empiori, non est hominis, sed Dei munificentissimi facinus. Tantam munificentiam humana haud nouerit auaritia exponere.]

Dare gratis proprium Dei est, nō humanæ auaritiæ.

29. 30. 31. 32. 33. 34 VENERVNTQVE, &c.] Ergo, ne pater animi penderet, vbi Simeon mansisset, illicò eius parentes conspectu, vltro ei narrauerunt cuncta, quæ acciderat exploratores nos Prorex Ægypti deputauit, vt pacificos nos aduētare probaremus, aperuimus nō esse milites colligatos hinc indè sed filios vnius viri duodecim natu tum genitoris, quorū vnus obierat, alter apud patētē seng commorabatur,

batur. Se non crediturum asseruit, nisi Beniaminum adduceremus. Obses Simeon carcere reclusus, Beniaminus adductus eum à vinculis, nos à famis iniuriis, & à morte turpissima liberabit. Nec enim licebit causa emendi cibaria ad Ægyptum redire, nisi Benjamin comes itineris nobis adiiciatur.

9. Conflictis in saccis pecunia reperitur, quaeritur Iacob de filio adducendo, Ruben promittit se reducturum haud annuit precibus Israel.

35.36. His dictis, &c.] Aperuerant iam omnes filij saccos in via, cum viderent in vnius sacculo pecunias esse repertas, & compererunt pecuniam omnibus sacculis inesse. At nunc coram patre simulant, se id nescire, ne a patre increparentur, quod mox inuentam pecuniam redeuntes non restituerint. * Sciunt etenim Diui, aliena bona mox esse restituenda. Dilata enim restitutio difficultatem perdifficili addit actioni.] Externos se simulant filios nostrum exponentes metum; pater autem verum concipit. * Nec enim sine mysterio magno videbat gratis dari, quod venale erat expositum.] Orbum (inquit Iacob) me filiis fecistis, mortuo Iosepho, Simeone illigato, Beniamino adducendo. * Quilibet filius patri tota est filiorum caterua, vno pereunte, se filiis orbatum esse existimat.] Solus

Restitutio si differatur, difficilius agitur.

Quam difficile datur, quod venale exponitur.

est, omnia sunt, qui in liberis ita flagellor.

Quilibet filius parenti est tota filiorum caterua.

37. Cvi respondit, &c.] Hyperbolica Ruben locutione vsus, profatur: si traditum fidei meæ Benjaminum non reduxero, non restituero tibi: pro vno duos filios meos interficiendos tradam. Certissimè reductio Beniamini signatur.

38. At ille, &c.] Non permittam, ait Iacob, Beniaminum vestrum socium itineris addici; quia mortuo Iosepho, solus hoc ex Rachele dilectissima pignus mansit. Aut si de cunctis filiis sermo procedat, existimo, inquit, solum hunc me habere filium, Iosepho pereunte. * Apte quidem, quia solus ille debet filius appellari, qui patri hærescens eius consolationi studet.] Vnde Iosephum & Beniaminum sibi hærentes filios Israël vocitat: *Frater eius mortuus est, & ipse solus remansit.* Si permitterem Beniaminum adduci, & aliquid scirem, ei aduersarium accidisse: efficeretis quidem vt senex mœrore confectus deperiret: & vita, quæ decrepitudine non cessit, dolori huic acerbissimo submitteretur. * Vulnus enim in filio nunquam non exitiale parenti

Ille solus appellandus est filius, qui patri hæret, & eius consolationi studet.

Vulnus in filio exitiale parenti.

CAPVT XLIII.

Ioseph benigne excipit fratres cum Beniamino in Ægyptum redeuntes, & lautum eis conuiuium exponit.

1. Interim fames omnem terram vehementer premebat. 2. Consumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. 3. Respondit Iudas. Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. 4. Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: 5. sin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt sæpè diximus, denuntiauit nobis, dicens: non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. 6. Dixit eis Israël: In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem 7. At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viueret: si haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus quod dicturus esset: Adducite fratrem vestrum vobiscum? 8. Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos & paruuli nostri. 9. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum. nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. 10. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. 11. Igitur Israël pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebinthi, & amygdalarum. 12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam, quam inuenistis in sacculis, reportate, ne fortè errore factum sit: 13. sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. 14. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrẽ vestrum quem tenet, & hunc Benjamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero. 15. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin: descenderuntque in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph. 16. Quos cùm ille vidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium: quoniam mecum sunt comesturi meridie. 17. Fecit ille quod fuerat imperatum, & introduxit

duxit viros domum. 18. Ibique exterriti, dixerunt mutuò: Propter pecuniam, quam retulimus priùs in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. 19. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus, 20. locuti sunt: Oramus domine vt audias nos. Iam antè descendimus vt emeremus escas 21. quibus emptis, cùm venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros & inuenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus. 22. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt: non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris. 23. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris: nam pecuniam, quam dedisti, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon. 24. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. 25. Illi verò parabant munera donec ingrederetur Ioseph meridie: audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. 26. Igitur ingressus Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram. 27. At ille, clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Saluus-ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? 28. Qui responderunt: Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. 29. Attollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. 30. Festinauitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculum, fleuit. 31. Rursúmque lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite panes. 32. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putauit huiuscemodi conuiuium) 33. sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, 34. sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberúntque & inebriati sunt cum eo.

COMMENTARII.

1. *Chananæa fame premebatur, rursù Iacob filios hortatur, qui nolunt sine Beniamino proficisci.*

VERS. 1. INTERIM FAMES, &c.] Secondo famis anno, dum Iacob differt Benjaminum ad Ægyptum emittere, Chananæorum terra tota vehementer penuria afficiebatur. * Si laboribus actus homo animi delicias Deo litare differat, multiplicabuntur ærumnæ, vt tandem altaria fument.]

Multiplicantur labores vt Deo litemus difficile obsequium. Cum grauibus laboribus premeris, puta grauiores instare, vt præuisi minus feriant.

2. CONSVMPTISQVE, &c.] Iam ferè omnes escæ, quæ ex Ægypto fuerant adductæ, absumptæ erant: & Iacob & sibi & filiis prouisurus filiis profatur. Rursum proficiscimini, vt escarum id afferatis, quod huius anni famis vincendæ sufficiat. Nesciebat Iacob quinquennium adhuc in ediæ superesse. * Cum laboribus ageris diris, puta adhuc grauiores superesse; ne cum venerint, tam diriter vulnerent. Sagittæ enim præuisæ minus videntur sauciare.

3. 4. 5. RESPONDIT IVDAS DENVM, &c.] Ait Iudas, Non simpliciter admonuit Prorex, sed adhibita in testem Pharaonis vita, fatus: Nullos vobis ad me tutos patebit accessus, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vestræ innocentiæ testem, vestræ veritatis confirmationem. Si permittis Benjaminum nobiscum pergere vitæ ememus subsidia: si renuis adhuc, non pergere audebimus, malentes vtique famis gladio perire, quam explorationis impositæ perimi infamia. Vir enim ille, vt sæpe diximus nobis indixit: Exitialis erit vobis ad me accessus, puniendi vtique, si adductio fratris minimi vos à suspicione explorationis non liberauerit. Preme particulam, *Vt sæpe diximus.* * Quod effectum non sortitur verbum vti non dictum existima. Sæpe monita eadem sunt proferenda auditoribus, donec opere compleantur.

Sæpe monitū idem est proferendum in concionibus, donec opere compleatur.

6. DIXIT EIS ISRAEL, IN MEAM, &c.] Scio (ait Iacob) vos non intendisse me vestris sermonibus sauciare. * Quis enim credat, filium intendere afficere parentem mœrore, si vere est filius?] At præter intentionem vestram vestris sermonibus occasionem miseriæ meæ dedistis, dum filio priuari cogor. Apponenda labiis circunstantiæ porta Præter intentionem enim assolent verba prodire quæ proximo insonent exitialia.] Quis cogebat vos profiteri, alium habere fratrem?

Filius non intēdit mœrore parentē afficere, si filius vere est. Circumstantiarū ostium labiis apponendum.

7. AT ILLI, &c.] Prorex, aiunt, Ægypti de parente, de fratribus cunctis rogauit. Nos autē coacti sumus ipsa sciscitatione *consequēter* de cunctis respōdere. Nec enim cōsequenter respōdere potest quæsitis, qui aliquod curat

Cõſequẽter nõ reſpõdet, qui aliquid veritatis operit Iudici.

veritatis clauſulam operire. Difficilè Iudici interroganti ſatisfaciet, qui veritatem haud integrè profitetur. Aſſolet enim inconſequentia narrationis confictæ ſeries perturbari.

2.

Iudas efficaciter loquitur.

8. 9. IVDAS QVOQVE, &c.] Eſto (ait Iudas) quod Beniamin petens Ægyptum pereat, & incerto vitæ periculo filium vnum exponas, An non ſatius vnum perire, quam ſimul illum tecum & nobiſcum à fame interimi? Deus meliora. Beniaminum à te accipio tibi incolumem reddendum; quem ſi tibi non reddidero, quandiu viuam, hoc mihi peccatum impropera, & quacumque voles pœnam inflige. Cur non dixit, ſicut Ruben, *Interfice filios meos?* * Quia nulla pœna quantumuis horribilis, poteſt criminis æquari reatui.] Porro Beniaminum vigeſimumquartum ætatis annum agentem, qui filios iam genuerat, vt infra patebit, puerum Iudas appellauit, quia fratrum minimus erat, & quia a parente tenera dilectione inſtar pueri amabatur

Nulla pœna poteſt æquari criminis reatui.

10. SI NON, &c.] Debueramus illicò poſt aduentum ex Ægypto, Ægyptum repetere, & adductione fratris minimi fratrem vinctum ſeniorem redimere. Diſtuliſti tradere nobis filium, alioquin *iam* (Hebr. ſic.) *duabus vicibus reuertiſſemus.*

3.

Permittit Iacob Beniaminũ adduci, & munera iubet praeparari, pecuniamque duplicem deferri.

11. IGITVR, &c.] Qui Rubeni maioris natu fidei non tradiderat Beniaminum, fidei Iudæ commiſit; quia non ſtuderet deliciarum patris cuſtodiæ, qui thorum non eſt veritus violare. * Vilis ingenij viro, qui non dubitat vile facinus perpetrare, minimè fidas. Nam qui circa rem ſummam extitit infidelis, ſe in inferioribus fidum non oſtentabit.] Beniamin (Iacob ait) vobiſcum proficiſcatur, ſi neceſſaria eſt eius receſſio ad commune familiæ bonum: ſed ad fæliciorem omnium expeditionem Proregi munera referte. * Nullus enim tam auerſus, quem oblata munera non conuertant: nullus tam dirus, quem donaria exorabilem, non efficiant.] Sumite ergo de optimis fructibus ſelectiora: reſinam, ſeu balſamum, aut theriacam, ſtoracis lacrymam odoriferam, aromaticam guttam, & ſuccum, qui terebintho diſtillat ex arbore. De nucibus eligite amygdalas, de operibus apum mel niue candidius Hebr. *Sumite de cantatione terræ*, id eſt, de præſtantibus rebus, nobilibus, laudabilibus. Hæ enim ſolummodò decantandæ: non vulgares. * Ridiculus exponitur, qui vt hominem heri vulgarem commendet, hodie concinit panegyrides. Vel ipſe rubore ſuffunditur peregrina audiens præconia.]

Nõ fidas amico, qui vile aliquod facinus geſſerit.

Munera vel auerſũ reddunt exorabilem.

Ridiculè decãtat homines heri vulgares.

12. 13. PECVNIAM; &c. SED ET FRATREM VESTRVM, &c.] Ferte pecuniam duplicem, & tritici afferendi pretium; & pecuniam illam, quam in ſacculis inueniſtis, domino reſtituenda; forte enim famulorum incuria, & non domini voluntate fuit repoſita in ſacculis. * Quam aptè Iacobus, vt victui familiari prouideatur, imperat alienam reſtitui pecuniam; qui enim non reſtituit aliena, nulli quidem vſui vtili propria accommodat.] Tollite fratrem veſtrum meum dilectiſſimum filium adducite, ad Proregem Ægypti pergite, vt agnoſcat vos vera protuliſſe

Vt propriis ad tuum potiaris cõmodis, aliena reſtitue.

14. DEVS AVTEM, &c.] Omnipotens autem Deus meus Principem illum, qui præter modum ſe vobis oſtentat aduerſum, efficiat amicum. * Vt enim prauus mutetur Principis affectus quodammodò diuina omnipotentia requiritur.] Sic placabilis & Simeonem ſoluet à vinculis vobiſcum reuerſurum, & Beniaminum reddet parenti. Ego quidem interea videbor mihi prorſus ſine filiis eſſe. LXX. *Filiis orbatus ſum, filiis orbatus ſum.* Replicatione, doloris exprimit grauitatem: oſtendens abſentiam morte ipſa diriorem. * Moritur filius, dolet parens ſemel ablatum. Diſcedit filius, toties dolet parens, quoties expetit ad ſe reduci. Deſiderium eum paſſim mortes effingit abſentis. Ergo dirius quodammodò patri proficiſcitur filius, quam moritur.]

Vt prauus mutetur affectus, diuina quodammodo omnipotentia requiritur.

Dirius quodãmodo parẽti proficiſcitur filius, quàm moritur.

4.

In Ægyptũ decem fratres ſe cõferũt, excipiuntur cõuiuio diſpenſatoris, aperiũt eiuſmodi calũnia vulnerari, pecunia in ſacculis reperiũtque.

15. TVLERVNT, &c.] Verſu proximo illa clauſula ambigua eſt: pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum, & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate. Videtur Moſes aſſeruiſſe deportatam triplicem pecuniam duplicem ad emendas eſcas, aliam autem ad reſtituendum ſi errore fuiſſet in ſacculis repoſita. Si triplex fuit, quare duplex aſſeritur ad triticum? (eſt quia probabile erat, quod creſcẽte fame, & tritici penuria, creſceret & tritici pretium,) attamẽ hic innuitur apertè pecuniã fuiſſe duplicã tãtùm, ad cibos emẽdos alterã, alterã autẽ ad reſtituendũ. Ergo fratres Ioſeph pecuniam duplicem, & Beniaminum deferentes in Ægyptum proficiſcuntur, & Ioſephi ſiſtunt in conſpectu.

16. QVOS CVM, &c.] Videt Ioſeph fratres nouem, aſpicit ſimul Beniaminum deſideratum, & geſtiens gaudio Oeconomo profatur: Hebræos inuita, domo excipe, animalia conuiuio apta mactanda cura, quæ ex altari ſuperfluunt (antiquorum hic mos) menſæ deſeruiant epulantium * Innuitur Ioſephum vero Deo victimas conſecraſſe, vt illuſtrior eius ſanctitas appareret, quæ vel inter impios fulgurabat.]

Inter impios ſanctus illuſtrius emicat.

17. 18. FECIT ILLE, &c.] Impleturus Oeconomus domini imperium domo viros excepit; qui quidem honorem putantes iniuriam, inter ſe muſſabant exterriti: En reponendi in ſacculis pecuniæ cauſam: recluſimur domo, non excipimur, vt latrocinij accuſatos; nos ſeruituti addicat, iumenta ſuo adſcribat commodo. * Si pecunia bona fide acquiſita terroris exiſtit occaſio, quid quæ mala fide poſſidetur? Semper aliena bona poſſidentis animum inquietudine afficiunt.]

Aliena pecunia ſæpe inquietat poſſeſſorem.

19. 20. 21. 22. QVAMOBREM, &c.] Vt ergo ſe à calumnia expedirent, prius quam eis imponeretur, domum introducti ad fores rurſum accurrunt, & aduncato diſpenſatori, qui eos introduxerat, profantur: Quæſumus, ô Domine, exaudias afflictos. Iam ſemel ex Ægypti horreis frumentum emere deſcenderamus, emimus, deportamus non venditum quidem, ſed gratis acceptum; quia apud diuerſorium in ore ſacculorum argentum, quod tradideramus tibi, reperimus, quod nunc

ad

ad restitutionem gerendam eodem pondere rependemus. (Nondum signabatur pecunia, sed appendebatur metallum, qui primus vsus monetæ fuit (Addidimus distincti vim argenti, vt possimus necessariam acquirere annonam. Haud mentem subit, vndenam argenti illa in sacculis repositio ortum habuerit. Porrò licet non eisdem verbis factum retulerint, (quod vulgo sæpe) tamen rei expressere veritatem ad totius calumniæ depulsionem. * Veritas enim aduersus calumniarum vulnera armamenta porrigit.] Vides, non planè iisdem verbis repeti factum, quibus superius erat expositum. Id quod & in somnus pincernæ, & pistoris, in Pharaonisque somnio adnotaui. Cur ita? Cum Moses inducit homines referentes, quod acciderat eorum exprimit narrationem immutatam. * Agnatum enim hominibus est, in rei narratione aliquid immutare: hîc immutantur verba, non sententia: apud nos quotidie & verba & sententiæ assolent immutari.] Ne nimium credas hominibus *, quum proximorum piacula narrant, de humano enim ingenio seriem immutant veritatis.

Veritatis prolatio protegit à calumniis.

Agnatum hominibus, Immutare seriem veritatis. Ideo nō credendi, cum proximi piacula referūt.

5\. *Dispēsator eos curat à timore liberare, aqua pedibus, pabulū iumentis exhibetur, munera præparat.* Princeps Catholicus non tradat infideli domus gubernationem. Quod datur impi retinetur.

23\. AT ILLE RESPONDIT, &c.] Vos (inquit Oeconomus, * quem reor veri Dei adoratorem, nec enim infideli sanctissimus Ioseph suæ domus dispensationem committeret) securos esse iubeo, à Deo vestro & patris vestri ob huius merita thesauros in sacculis appositos accepistis. Pecuniam enim, quam frumento mihi tunc tradidistis, acceptam fero, fateor me recepisse. *Pecuniam ego habeo.* Quomodo habet si reposuit in sacculis. * Quia quod esurienti, seu peregrino impenditur, apud dantis manum retinetur.] Certè vt omnino eos à formidine liberaret, vinculis solutum ad eos Simeonem fratrem immisit.

24 25. ET INTRODVCTIS, &c] Oeconomus dat aquam Hebræorum pedibus diluendis, hordeum autem iumentis cibandis. Lauant illi pedes, munera præparant Iosepho meridie ingressuro ad epulum, audierant enim cum ipso epulaturos esse. * Qui cum Principe epulaturus est consequenter & pedes lauat, & munera præparat? Ergo strictiori iure tenetur ad ablutionem, & gratitudinem, qui Principem ipsum cœlestem panem factum manducaturus mensæ assidet Eucharisticæ.

Caret de puritate, & gratitudine, qui Principem cœlestem in Eucharistia comedit.

6\. *Offerunt munera, & adorant, Prorex de patris quaritat valetudine.* Principū est, nō despicere parua inopū obsequia. Multiplicatio affectus eosdem Deū reddit placabiliorem.

26\. 27. 28. IGITVR INGRESSVS, &c.] Iosepho domum ingresso munera exhibent manuum in disco: & flexo poplite eum adorant. Clementer Prorex resalutat, munera comes accipit * Principis enim est, exigua pauperum non despicere obsequia.] Superstes ne (inquit) pater vester, de cuius venerabili senectute vos iam olim audiui? superstes, inquiunt, est senex ille tuus seruus, & valet. Rursumque Proregem adorauere. * Multiplicatio enim affectus eiosdem homines magis reddit placabiles: quid Deum? Multiplicatis precibus, eleemosynis, genuflexionibus Deus redditur placabilior.

7\. 29. ATTOLLENS AVTEM IOSEPH &c.] Quem obiter & dissimulanter Beniaminum Ioseph viderat, dum ei se fratres præsentarunt: nunc ex professo intuetur, & alloquitur: an hic inquit, paruulus ille frater, de quo narratis mihi? Deus, ô adolescens, tibi fauere dignetur. Premo verbum illud: *Vidit Beniamin.* Prius viderat, *Quos cum ille vidisset, & Beniamin simul.* Cur non dixit Moses, *Vidit rursus Beniamin?* Certè quia cum non alloquitur, cum nō excipit speciali affectu fratrem, quasi eum nō vidisse apparet. * Communis enim aspectatio circa fratrem dilectum non est reputanda nisi cordis addatur affectionis expressio. Vnde cum alloquitur, cum fælicia imprecatur, tum primum aspectasse Beniaminum videtur.

Ioseph fratri loquitur vterino; ad cubile ploraturus festinat, abluta facie redit.

Fratres & amicos speciali excipe affectu, communis quasi nullus est.

30\. FESTINAVITQVE, &c.] Specialis hic aspectus lacrymas amoris excussit. Ideo properans ad cubile, curauit dissimulari affectum. * An vero Præsuli indecens fletus indicans specialem vel in fratres pietatem?] An pudet sanctum, lacrymas profundere, quæ ad ablutionem criminum non dirigātur.

Indecēs Præsuli specialis in propinquos pietas. Pudeat flere nisi ad peccati ablutionem.

31\. RVRSVMQVE, &c] Qui quasi ad aliud negotium vocatus festinauerat ad cubiculum, ne fletus appareret: rursum abluta facie ad reliquas lacrymarum abolendas, vim sibi inferens, vt recluderet animo affectum, profatur: Afferte cibaria, appositam epulas ad mensam deportate.

32\. 33. 34. QVIBVS APPOSITIS, &c.] Tres appositæ mensæ, in prima solus Ioseph Regni Præses comedit, vndecim fratres secundæ hærescunt, Ægypti Proceres ad conuiuiū aduocati epulantur in tertia. *Simul* quidem tempore & loco, non mensa. Illicitum plane Ægyptiis cum Hebræis eidem accumbere mensæ, cùm quia fastu quodam pastores immundos reputabant: tum quia oues, hirci, tauri, quibus vescebantur Hebræi, erant dij eorū. * Vt ineffabilem Christi Dei tui charitatem contemplere, qui quod falsis Numinibus reputaroi indignum, scilicet manducari, hoc verus Deus sibi reputat gloriosum.] An oues, hirci, tauri tunc fuerint Hebræis appositi? Minimè, etsi sciebant, his vesci solitos. Vt fugias delinquendi occasionem, non est opus, vt se semper exitialem ostendat occasio: sufficit, quod soleat afferre nocumentum.] * Comœdias non semper fugio, quia non semper se aspectandas offerunt exitialiter. Semper fugiendi causa sufficiens erit Christicolæ, quia solitæ sunt graue animo afferre nocumentū.] Sederunt ergo, quia antiquior mos assidendi ad mensam, quam in lectis accubandi. Porro Iosephus iuxta ætatem fratrum sedilia disposuit, nimis admirantes, vndenam Iosepho ætatum tam exacta notitia. E quidem cibi primū Iosepho apponuntur, ille vero distribuebat conuiuis. Æquales reliquis fratribus portiones immisit, Beniamin autem largius, ac multiplicius fecit epulas ministrari. Certè non quinque fercula Beniamino apponebantur pro vno reliquis fratribus apposito: sed portio quintuplo maior honoris, & beneuolentiæ gratia * Nulli in communitate (nisi ægritudine exigente) delicatiora cibaria apponenda, ex communi autem cibo addenda portio honoris causa ei, qui plus reliquis

8\. *Seorsum Ioseph, & fratres, & Ægyptij triplici tenent mensas. Beniamino portio maior adscribitur.*

Quod falsis diis reputatur indignū, nempe manducari id verus Deus sibi reputat gloriosum.

Fuge occasionem, quæ assolet exitialis esse, licet tunc credas pacificam.

Nunquam comœdiæ interfis, quas scis solitam animū vulnerare: licet tunc diuina sit materia.

Nulli in cōmunitate apponatur, sine ægritudine, cibus delicatior: sed ex communi addatur portio honoris gratia ei, qui plus laborat

laborauit, aut vtilior existit. Nimia enim æqualitas taxabilis proculdubio est.] Comedunt, bibunt, exhilarantur mero incalentes, sed citra temulentiam. * Sic verbum *Inebriati sunt* exponendum, cum de viris nobilibus vsurpatur: crapula enim teneri homuncionum vilium est facinus. Licet ergo audias affirmari: *Inebriati sunt*, non credas temulentos; quia ebrietas in viro nobili est incredibilis.]

Crapula indigna viro nobili, & incredibilis

CAPVT XLIV.

In sacco Beniamini Ioseph iubet suum scyphum occultari, ob furtum istud sibi poscit in seruum, Iuda pro viribus fratrem defendente.

1 PRÆCEPIT autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. 2. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Factúmque est ita. 3. Et orto manè, dimissi sunt cum asinis suis. 4. Iámque vrbem exierant, & processerant paululum: tunc Ioseph accersito dispensatore domus, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? 5. Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis. 6. Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis per ordinem locutus est. 7. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint? 8. Pecuniam, quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan: & quo modo consequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? 9. Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri. 10. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam, apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. 11. Itaque festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli. 12. Quos scrutatus, incipiens à maiori vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin. 13. At illi scissis vestibus, oneratísque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum. 14. Primúsque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnésque ante eum pariter in terram corruerunt. 15. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis: an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia? 16. Cui Iudas: Quid respondebimus, inquit, domino meo, vel quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus. 17. Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus: vos autem abite liberi ad patrem vestrum. 18. Accedens autem propiùs Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem, 19. dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem? 20. & nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum. 21. Dixistique seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. 22. Suggessimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. 23. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis ampliùs faciem meam. 24. Cùm ergò ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. 25. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. 26. Cui diximus: Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. 27. Ad quæ ille respondit: Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea. 28. Egressus est vnus, & dixistis: Bestia deuorauit eum: & hucusque non comparet. 29. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. 30. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cùm anima illius

lius ex huius anima pendeat) 31. videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. 32. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi, dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. 33. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. 34. Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

COMMENTARII.

1. *Iubet Ioseph impleri saccos tritico, & pecuniã reponi cũctorũ in sacculis, scyphũ autem abscondi in sacco iunioris, mittitur dispẽsator eosque carpit de scyphi rapina.*

VERS. 1. PRÆCIPIT AVTEM IOSEPH, &c.] Saccos (inquit Ioseph Oeconomo) decem Hebræorum opple frumento, & singulorum argentum os sacci custodiat. At sacci Beniamini os præter argentum scyphum meum custodiat argenteum, quod secretum illicò sacculus reuelabit, quia in ore recepit. * Et quandò os non reuelat arcana, quæ quidem à prudentibus non ori, sed cordi committuntur.] Id Oeconomus præstitit. Porrò scyphus ille ex Hebrææ vocis vi significat poculum in colliculi modum eleuatum. Cur autem scyphum Iosephus iussit in sacculo Beniamini reponi? Certè vt experiretur, quo animo fratres in Beniaminum forent, an aliqua adhuc in Rachelis prolem pulsarentur inuidia. *Quo enim animo sit frater in fratrem, propinquus in propinquum, manifestat ærumna, aperit ægritudo. Succurris fratri affecto tribulatione? Fraterna succenderis charitate. Non succurris egenti? Fraternæ dilectionis est ignis extinctus.] At quare dilectissimum scyphi immissione in saccum potius agit ærumna? * Quia Saluatoris mundi personam exercens, eis speciatim sui calicis præstat effectus, quos præcipua fouent dilectione.]

Arcana in ore reposita mox operiũtur, ob labiorum facilitatem.

Quo animo sis in fratrẽ illius tribulatio manifestat. Succurris egẽti? diligis, non succurris? dilectionis fraternæ flãma extincta est.

Dat Christus dilectis suis scyphi, seu calicis participium.

3. 4. 5. ET ORTO, &c.] Inopinato læti discessu, ac doli ignari, albicante aurora, decem fratres dimittuntur, qui timuerunt detineri. Cum autem paululum ab vrbe recessissent Ioseph aduocat Oeconomum, & profatur: Cum equitum turma persequere celeriter Hebræos, & apprehensis dicito: Ignobilium homuncionum est, ingratissimorum vtique malum pro bono reddere. Scyphus ille, quem abripuistis duplex in Saluatoris domo exercit ministerium: iam seruit potioni, iam auguriis. Pessimo vos piaculo contaminastis. * Grauiter enim delinquere circà calicem, quo Saluator bibit, horribile flagitium est.] Scio licuisse Iosepho reliquos fratres affligere dolore, metu distorquere, quia innocentem vendiderant: at innocentem vexandi ius nullum habebat. Cur ergo Beniaminus affligitur? Porrò quæ modici temporis iniuria fuit, mox maiori lætitia, & honore statuerat compensare. * Hæc mens Domini iustos permittentis agitari calumniis: illicò leuem iniuriam munere compensare augustissimo.] An Ioseph se magum, aut ariolum profitetur? Absit, & quia ioco id dixit, & quia ex opinione vulgi loquitur, quod ob somniorum interpretationem Iosepho auguriorum scientiam tribuebant. * Vulgare ingenium, virorum illustrium facinora obscurare calumniis.]

Horribile flagitiũ est, delinquere circa calicẽ, quo Saluator bibit,

Permittit Deus affligi calũniis iustos, vt mox maiori cõpẽset honore

Vulgus obscurat calũniis virorum illustrium gesta.

6. 7. 8. FACIT ILLE, &c.] Iosephi iussa implens Oeconomus, apprehensis fratribus vndecim, suo ordine loquutus est, quæ à Domino proferenda acceperat. At Hebræi irrefragabili se muniunt argumento, vt à se depellant tanti flagitij suspicionem. Si pecuniæ alienæ cupidi fuissemus, non sponte retulissemus argentum inuentum in sacculis, quod clam retinere licebat. Si ergo quod visum nobis sine periculo infamiæ posse retinere, retulimus: inconsequenter argenteum scyphum abripe remus. * Quam infallibilis consequentia: Soluit, quod debet vltroneè? ergo non abripiet, vt soluat.] * Stultissimus planè est, qui quod necessario est soluturus, delinquit grauiter vt abripiat.]

2. *Nõ est cõsequens (aiunt) vt furaretur, qui pecuniã repositã in ore saccorũ non retinuit, necis denouẽt reum, annuit œconomus,*

Soluit quod debet vltroneè ergo nesciet abripere, vt soluat.

Stultè abripis flagitiosus, quod necessario es soluturus pœnitens.

9. 10. APVD QVEMCVMQVE, &c.] Morti infami quidem addicatur ille, apud quem fuerit calix inuentus, reliqui autem domini tui perpetuæ meritò subdemur seruituti. At Oeconomus nè nimium Beniaminum sauciaret, de quo ex portionis multiplicatione quid magnum præsumpserat, pœnam mortis mutat in seruitutem. Nolo inquit, noxios cum innoxiis confundi: innoxij liberi progrediantur, noxius autem meus seruus erit. Cur non dixit, seruus erit Domini mei? Quia Oeconomo cuncti serui, ac famuli subiiciuntur, eique immediatè ministrant, ad domini obsequium. Quare autem dixit, fiat iuxtà vestram sententiam, si illi denouerant neci reum, reliquos seruituti? * Quia nullus se veraciter deuouet neci. Vt commendabilior Martyrum exponatur affectus. Sola enim causa fidei ad necem homines emittit vltroneas.]

Scyphus in Bẽiamini sacculo inuenitur.

Quare cõmendabilis affectus eorũ, qui propter fidem se neci deuouent.

11. 12. ITAQVE, &c.] Profectò Hebræi, quorum conscientia minimè pungebatur, festinata innocentiæ actione sacculos aperuere à iumentis extractos. At Oeconomus, qui à conuiuio vndecim virorum ætatem didicerat, à maiore vsque ad minimum peragrare scrutinium, vt insidiæ structæ Beniamino aptius operirentur. Denique scyphus inuentus est iunioris in sacculo, vbi fuerat absconditus. Et quando Beniaminus Saluatoris sine calice vixit?

Christi Beniamin nũquã sinè calice.

13. AT ILLI, &c.] Confecti dolore, inopinato ex euentu, reliqui fratres scissis vestibus mœroris habitum induerunt. Nihil Beniamin improperant. * Nec enim afflictis addenda laboranti. Si innoxius erat ille, cur improperarent innocenti? Si autem noxius, quodnam improperium

3. *Reuertũtur in Oppidũ Iosepho sistuntur à quo taxãtur, Iudas se seruũ offert, Iosepho instãtes solũ Beniaminũ seruituti adiicendum*

pretium grauius,quam delicti ipsa manifestatio?] Rursum asinos sarcinis onerant, & in oppidum reuertuntur vt vel fratrem à seruitute liberent, vel simul cum seruiente seruire valeant Nulla enim eis dirior seruitus,quã sine Benjamino ad patrem liberi remeare.

Angustiant facit disertos esse agricolas, & pastores.

14. PRIMVSQVE, &c.] Non immemor Iudas promissi sui, quo se patri obstrinxerat linguæ acquisiuit promptitudinem. * Animi angustiæ quem non reddidere disertum? Agricolæ ac pastores possunt in Principum conspectu si angustiis animus agitetur, diserte admodum dicere.] Porrò Iosephus ex oppido illo non recesserat de munere solicitus, vt se fratribus ostentaret afflictis, nec diu eorum angustiæ produceret. * Taxabiles Præsules, qui afflictos subditos non curant alleuare, differentes sine causa negotiorum resolutionem.] In conspectu igitur Iosephi adoratores cuncti exponuntur, quia omnes petere accesserant. * Qui enim petere studet,prius adorator accedat.

Taxabiles Præsules qui differunt afflicti subditi causam resoluere

Qui petere studet,adorator accedat.

15. QVIBVS ILLE, &c.] Stultè (ait Protea) egisti, nesciebatis virum augurandi scientia egregium omnem diligentiam adhibiturum ad scyphum sublatum inueniendum? Quid cum a:uspice latroni? * Quam stultus, qui coram Domino furari audet, necessario ab omnia sciente deprehendendus!

Stulti,qui coram Deo omnia sciente delinquunt.

16. CVI IVDAS, &c.] Licet conscientia criminis minimè redarguamur,tamen noxij deprehensi sumus; vnde haud excusari possumus, vt iusti videamur. * Ergo si non solum malum, sed species mali deturpat honorem, non solum à malo, sed à specie mali iustis fugiendum.] Iusto id gestum iudicio (addit) propter aliquod crimen occultum, quod nondum satisfactione diluimus. * Ad peccatum in Ioseph commissum respicit; quia semper contra nos peccatum, clamante Dauide: *Et peccatum meum contra me est semper.* Ideo curandum est, quamprimum satisfactione pœnalium operum, eleemosynæque diluere,] Grauius etenim, affligente Domino, diluetur crimen nostrum, quam si à nobis pœnalia opera ad placandum Deum adiiciantur.]Omnea ait, en seimus. Plus offert quam debebat, vt cor innoxiorum oblatione, vni reo specie visibili veniam obtineat. * Et quando mediatorum humilitas nun placauit iratum?

Non solum à malo,sed à specie mali fuge.

Semper peccatum cõtra nos.

Grauius,Deo affligente diluitur nostrum crimẽ, quam adiectis à nobis operibus pœnalibus.

Mediatorum humilitas placat iratũ

17. RESPONDIT IOSEPH, &c.] Tyrannicum (respondet Protex) proculdubio esset, innoxios à me pœna affici. * Quis vitutis litaret obsequium? si flagellum innocentiæ tabernaculo ex Iudicia sententia appropinquaret.] Ideo vos innoxij liberi recedite,qui autem noxius obiicitur,seruituti addicatur.

Pœnam infligere innocentiæ, tyrãnicum est.

4. *Iudas petit veniam ad loquendũ, & pro fratris reditu exorat.*

18. *Vsque ad 29.* &c.] Iudas ergo conscientiæ patrocinio propius accedit ad Protegem & confidenter fatur. * Linguam exerit innocentia, voci addit vires, libertas à rubore. Liceat mihi prophari ô Domine, secundus enim à Pharaone subditorum vocibus debes præbere aures. * Probus enim Iudex non est, qui reum damnat non exauditum. Rogitasti num patrem, aut fratrem haberemus? Respondimus, patrem colere senem, apud quem frater minimus commorabatur, senis delicias, quia in senectute natus, cuius vterius frater iam obierat. Solus ex matre superest emortua, ideo pater, qui vxorem dilexerat, vnico eam adhuc amat in filio. Imperasti ad te adduci vt faueres, & iuuares illum dum dignareris aspectare. * Principes enim benigniter aspiciendo,fauent& iuuant.] Monuimus, patre superstite non posse Benjaminum à patre recedere. Vnde qui decederet, patricidij posset incusari. Instasti non visuros te pacatum, & munificum, nisi adolescens comes adueniret. Patri retulimus præcisum imperium saluatoris Ægypti, pastoris communis voluntatem. Iubet ad ægyptum empturos pabula remeare. Respondimus non posse sine Benjamino proficisci.Nec enim audebimus Protegis subire faciem horribilem quidem imperij contemptoribus. Scitis, (ait pater) vxorem meam Rachelem, quam meam vocitare licet, quia hanc solam propria duxi electione. (* Vereor, aliquem nec appellare, nec æstimare suam, sæminam illam, cui coactus adhæsit)] duos filios fuisse enixam Iosephum, & Beniaminum. Vnus quidem egressus est, vt vos inuiseret, cum pascendis gregibus capediretus curam: & asseruistis, à bestia voratum. Ex eo autem,quod non comparet, assertum vestrum non mediocriter obfirmatur. Si ergo & alterum adducitis, & via ei crudelis extiterit, meam senectutem exitiali actam amaritudine ad sepulchrum deportabitis.* Nec enim ad patrem communeundum potest vulnus crudelius inferri, quàm dilectorum ærumna natorum.

Innocentia addit voci vires.

Reus inauditus nõ est damnandus.

Principes benigniter aspiciendo fauent,& iuuant.

Qui coactus habet vxori nec suam vocitat, nec æstimat.

Vulnus crudele parenti filij dilecti ærumna.

30.31. IGITVR SI, &c.] Vita patris ea dilecti filij vita pendet. Si ergo eius conspectui sine comite Benjamino me præstitero, non videre mecum dilectum suum idem erit ac existialiter vulnerari. Crudele facinus filiorum dilectioni paternæ tantum vulnus infligere. Ab æratis iniuriis senex sanctissimus peteretur, vt pereat, non ab infælicitate filiorum.

32 33.34. EGO PROPRIE,&c] An non vides me propriæ seruituti agnatum robore & rerum vsu aptiorem? Adolescens enim fratribus suis ascendat ad patrem, me tuo addicto ministerio. Vbi me regnaturum, non ministraturum esse cognosco. * Nec enim potest seruire filius,qui vitam patris tueatur vitam, sibit seruitutem. Illa enim nobilissima actio eũ reddit augustum] In meam Beniaminum fidem recipi me reducturum spondens, imprecatione horribili:Remeare sine fratre nõ possum,ne & in patentem reus peccati efficiar,& testis oculatus esse sustineam, præproperæ patris mortis, quem mea inanis promissio configet.

Nõn potest seruire filius, qui seruitutẽ se dat,vt patris vitam tuetur.

CAPVT

CAPVT XLV.

Ioseph se tandem fratribus manifestat, cum muneribus remittit ad patrem, iubétque ad Ægyptum adduci, exultante, & ad iuuentam recurrente Iacobo.

1. NON se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. 2. Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis. 3. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. 4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cùm accessissent propè: Ego sum, ait, Ioseph, frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. 5. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. 6. Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. 7. Præmisitque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. 8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum vniuersæ domus eius, ac Principem in omni terra Ægypti. 9. Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me Dominum vniuersæ terræ Ægypti: descende ad me, ne moreris, 10. & habitabis in terra Gessen: erisque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides. 11. Ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides. 12. En oculi vestri, & oculi fratris mei Benjamin: vident quòd os meum loquatur ad vos. 13. Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eum ad me. 14. Cúmque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius. 15. Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. 16. Auditúmque est, & celebri sermone vulgatum in aula regis. Venerunt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. 17. Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan: 18. & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. 19. Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Ægypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito: Tollite patrem vestrum, & properate quantocyus venientes. 20. Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra: quia omnes opes Ægypti vestræ erunt. 21. Feceruntque filij Israël, vt eius mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere 22. Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis; 23. tantundem pecuniæ, & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti: & totidem asinas, triticum in itinere panésque portantes. 24. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. 25. Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. 26. Et nuntiauerunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. 27. Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cúmq; vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, 28. & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

COMMENTARII.

Ioseph iubet Ægyptios egredi cubiculum, manifestatur fratribus stupentibus quos curat à formidine eripere.

1. Vers. 1. NON SE POTERAT, &c] Vel inuito Ioseph lacrymæ coram moltis erumpebant vndè impotens à lacrymis continere, iubet Ægyptios abstrahi, vt nullus alienus cognitioni, ac manifestationi mutuæ arbiter interesset. * Nam cum lacrymæ gaudij necessario debebant prolluere, præcauet Præsul, ac Iudex nè specialiter affectus io propinquos esse videatur.]

Illustris Præsul erga propinquos specialiter non afficitur.
Post longum silentium quam horribilis Saluatoris vox Discedite maledicti.
Crepitosum Præsulum, ac iudicum affectus erga propinquos.

2 ELEVAVITQVE, &c.]Sibi vim fecerat, vt frenaret affectum prodeuntem, ideo vox altior erumpit, cum post silentium loquitur. *O quam horribilis illa veri Saluatoris mundi vox, cum post tam diuturnum silentium eleuata voce profabitur: *Discedite maledicti.* Siluit & parturiens loquetur.]Potiù qui in proximo erant conclam audierunt, famaque totam Pharaonis aulam illa eleuata Iosephi voce efficit personare. * Quam crepituli sunt Præsulum, Iudicum, ac Ministrorum affectus, præcipue cum erga propinquos exercitur.]

Pœna mendacis, fide carere, etiam cum verum dicit.
Primum filij studium, patrem colere.

3. ET DIXIT, &c.]Ego, inquit, sum Ioseph dicitote mihi veraciter, an adhuc pater meus superstes? Quos mentitos videtar circa Iosephi mortem, circa vitam patris mentiri etiam suspicabatur.* Pœna enim mendacis est, vt si quando cœperit verum dicere, fide careat.]* Quam commendabilis filius Ioseph, cuius primum studium fuit patrem colere, de eius incolumitate rogitando]Porro fratres acti terrore minimè poterant respondere. Non certe acti lætitia, sed terrore, quia venditi fratris subiit merore memoria * Et quomodo possent nobiles viri lætari, cum se viles admodum fuisse conspiciunt. Exultant peccatores, quia criminis non recogitant vilitatem.]

Non potest lætari nobilis, cum se vilem extitisse recordatur.

4. AD QVOS, &c.]Clementer alloquitur vt eos liberet à terrore. *Accedite*, ait, *ad me* Quã prudenter, quam iustè iubet accedere, summissa voce locututus, ne delictum fratrum alienus aliquis exaudiret.*Carpuntur hinc, qui circulatores præconis voce propinquorum, aut proximorum exponunt piacula]Ego, inquit, sum ille Ioseph quem vendidistis mercatoribus ad Ægyptum tendentibus quem non requisistis in Ægypto, mortuum me reputantes. * Rari quidem nobili adolescenti idem fuisse seruire, ac mori]

Carpuntur, qui præconis voce proximorum exponunt piacula per circulos.
Nobili viro idem est seruire, ac mori.

5. NOLITE, &c.] Hebt. *pauere* תעצבו *thehaZebu, contristari.* Nolite contristari, memores venditionis meæ, nec *sit indignatio* (sic Hebr)*in oculis vestris*, id est, ne vobis ipsis propter factum hoc irascamini, pro vita enim vestra sen vt victu à me vobis Inppeditato viuere posseris ad hasce à Deo regiones fui præmissus. Non me vestra iniquitas in Ægyptum deduxit sed diuioa ex vestra malitia prouidentia Vestri fuit quod acti inuidia vendidistis, Dei fuit quod me ad vestram salutem præpararet.* Non est aspere peccator excipiendus, nec exaggeranda crimina. Excusabilem exponat Confessarius, vt facilior reddatur confessio, & pœnitudo.* Ex benignitate spiritualis Iudicis actus solet proprium subtraxare delictum.

Confessarius benigne peccatorem excipiat.
Peccator ex benignitate Confessarij actius solet subtraxare delictum.

6. BIENNIVM,]Vnus, alteriusque anni inopia terram, iam pressit: satis esset afflictæ. Attamen, exigentibus orbis piaculis, quinque adhuc effluent, imò testudineo pede gradientur anni, quibus præter loca paucissima ad Nili ripam, in cunctis regionibus propter defectum pluuiæ non poterit tellus aratio subigi. Si non poterit terra fœcundari semente, quomodo messoribus manipulos offeret? Ab Hebræorum Domino ad hasce som regiones immissus, vt reciperatis asseruatas meo ministerio escas, & viuere valeatis. Vestro fui piaculo venditus, Dei autem consilio missus, vt rector, instructor, & consiliarius Pharaonis me ei patrem ostenderem.*Qui enim conseruandæ Reipublicæ dat consilia Regibus, ipsorum Regum veracem se patrem ostendit.] Dominum me Deus domus Regiæ fecit, quia sic rebus domesticis prouidi, ac si ad meum dominium pertinerent. * Ille Princeps Regiæ domus Rector erit egregius, qui nihil reputabit alienum. Proprijs enim rebus accuratiùs assolent homines prouidere.] Simul me Deus Principem in omni terra Ægypti exposuit, id est, frumenti largitorem assignauit.* Nam qui verax est Princeps de subditorum prouidentia inauguratur.]

2.
Ad annorũ reliquorũ famis instatiã promittit annonã, iubet ad patrem properare, iuraque ei suo nomine dicere.
Qui Regib. dat cõsilium Reipublicæ viue, Regis velut pater est.
Ille Regiæ domus administrator probus qui aliena ra...ó parat.
Princeps verax de subditorũ prouidẽtia inauguratur.

9. 10. 11. 12. 13. FESTINATE, &c] Festinanter pergite ad patrem dilectissimum *meum* speciali iure, quia me speciali dilectione prosequabatur: eique profamini: Tuus filius Ioseph Dominus vniuersæ terræ Ægypti constitutus sum cum Regi vnicus Minister adhæsi. * Et quando vnicus Regis Minister (vulgariter *valido*) non est dominus Regni?] Ne moreris igitur ad filium descendere, qui te efficiet terræ Gessen habitatorem apud inferiorem Ægyptum multis fossis irriguæ regionis vtique pascendis pecoribus idoneæ. Aderis inibi *iuxta me*, quia non procul ab Vrbe, vbi meum domicilium: & quià sæpe tui inuisendi causa ad Gessem proficiscar. Cuncti filij, ac nepotes tui, omniaque quæ possides iuxtà saluatorem Ægypti vberiori salute donabuntur. * O verum saluatorem ad quem qui propiùs accedit salutem attrahit vberiorem! Hinc patet, quam vberrim salute donentur, qui frequenter mensæ accumbunt Eucharisticæ. Ibi tibi pasceodo operam dabo, vt possis contra quinque annos adhuc famis residuos militare, & præualere.] Videtis, me ipsum illum esse patrium sermonem nostis, vultum & vocem videtis aliquid de pueritia recolere. Ore ad os vobiscum, & iam non per interpretem ago. Patri gloriam meam cuius oculati testes, annunciate, vt dignetur ad me futurus particeps, aduentare. Cur ipse adductus patrem profectus non est?* Certè quia publici muneris administrator non apte vicarij ministerio impleret officium, præcipue cum agentibus distribuenda esset annona.]Ideo Iosephus noluit ab Ægypto recedere.* Vel priuato parentum cultui desis, vt communibus subditorum commodis

Vnicus Regis Minister (valido) vel Regni dominus.
Qui propius saluatori accedit, vberiori salute in Eucharistia donatur.
Non aptè per vicariũ geritur ministeriũ præcipue si egẽtibus sit ministranda annona.

commodis prouideas.]

> Vel parenti desit Præsul, vt subditorũ commodis prouideat.

14. 15. 16. CVMQVE, &c.]Ioseph ergo in Beniamini collum inuadit, cumque irrigat lacrymis, interim Beniamino lacrymas super Iosephi colla profundente. In omnium mox fratrum Prorex irruit amplexus singulis ostentans affectũ ex lacrymis, quo audeient illigata ex tremore labia soluere. Regia in aula vulgatum, Iosephi fratres aduentasse, quo nuncio Rex gaudio perfunditur * Neque enim maior minori inuidet, & quomodo inuideret ei, quem ipse fœlicem effecerat? * Mirum aulicos lætitia perfusos, qui assolent alienæ inuidere fœlicitati] Ac sic Ioseph cunctis se vrbanum, ac munificum exhibebat, vt vere illius gauderent honore.* Amabilem quidem efficiunt Principem, ab inuidiaque immunem vrbanitas ac munificentia.]Alij suspicantur, Pharaonem ex animo exultasse, aulicos verò (de aulæ ingenio) externa tantum lætitiæ documenta exhibuisse.* Nihil non commentitium in aula.]

> 3. *Vulgatur fama aduẽtus Hebræorũ, Rege plaudẽte, & aulicis, Pharao iubet adduci patrẽ cum omni familia, plaustra preparẽtur.*
>
> Rex non inuidet subditis.
>
> Aulicorũ ingeniũ, aliorũ fœlicitati inuidere.

17. 18. 19. 20. DIXITQVE, &c.]Profecto Pharao vt internum gaudium exprimeret munificentia, monet Ioseph, vt hæc fratribus imperia exiberet: Terræ fructibus onerate iumenta, & ad Chanaan properate. Alij *stimulate iumenta*, pro *onerate* transtulerunt.* Et quidem idem est onerare muneribus, ac stimulare ad officia. Si iuuentum non æmulere, onerati te munere erit stimulari, vt exhibeas obsequium.]Patrem vestrum in Ægyptum adducite omni cinctum posteritate, & ego vos optima, & vberrima Ægypti regione donabo, *& comedetis medullam terræ.* Hebr. חלב *heleb*, lac seu lactis adipem terræ. Sic Hebræi vocitant id, quod quaque in re est optimum. *La nata de la tierra.* Plaustra tunc ducant ad paruulorum, ac coniugum adductionem * Porro plaustra seu curriculi agnati mulieribus, & infantulis. Quid viris cum plaustris? Quid cum bigis, aut quadrigis valenti? Aut te profiteare muliebre ingenium induisse, aut curru inuo ascendas] Eia insuper impera. Quantocyus properare, vt patrem vestrum adducatis, nec dimittatis supellectilis quidquam, quia omnibus Ægypti opibus potiemini. Profecto si potituri erant diuitijs Ægypti, quid opus fuit cuncta bona ad Ægyptum afferre? An non quia habenti dabitur, & abundabit?* Opes pauperis domum inire non sciunt, ad diuitis domum properantes. Vnde facilius diues ditior redditur, quam pauper diues efficitur.?]

> Vrbanitas & munificentia reddit Principẽ amabilẽ.
>
> Qui [illegible] muneribus idem tibi fitac stimulati ad obsequium.
>
> Plaustra, seu currus infantibus aut fœminis fabricantur, non viris
>
> Facilius diues ditior redditur, quã pauper diues efficitur.

21. FECERVNTQVE, &c.]Filij ergò Iacob iumenta tritico onerarunt, sicut eis iussum fuerat. At Ioseph eis tradidit plaustra, vt Pharaonis subiaceret imperio.* Quam egregius Præsul, qui ex bonis communibus, aut ex agricolarum penu nihil propinquis audet adijcere, nisi à Rege imperatus.]

> Egregius Minister, qui propinquis nihil ex cõmunibus bonis dat nisi à Rege imperatus.

22. 23. SINGVLIS, &c.]Singulis fratribus præparatas iã proprijs sumptibus proferri iussit stolas, id est, *mutationes* (sic Hebr) *vestium*, vnam viliorem, quam domi ferrent, & pretiosiorem alteram, qua amicti prodirent in publicum * Nec enim illustris Prorex ex denudatione aliorum curauit suos fratres induere. Porrò Beniaminus dilectior, & innocentia carior trecentos argenteos, id est mille, & ducenta argentea recepit Hispanica & quinque mutatorias ex pretiosiori materia vestes.* Iniustus enim ob. deretur Præsul si præcelsiora merita non præstantiori munere cumularet] Totidem vestes ac nummos parenti remisit. Cur non plures? * Quia probus filius parentis boni gerit personam, vnde quod imagini præstiterat postmodum confirmat veritate.]Addidit autem decem asinos ex rebus quibusque preciosioribus, & lectioribus Ægypti oneratos; & asinas totidem ad vectigalium pro itinere patris vectationem

> 4. *Munera adscripta Iacob, ac vndecim fratribus.*
>
> Illustris Præsul non induit propinquos ex aliorum denudatione.
>
> Iniustus Præsul, qui præcelsiora merita præstantiori munere non cumulat. Probus filius imago parẽtis, imo alter ipse.

24. DIMISIT, &c]Iudæi quidam supplent, *super mea venatione.* Fratres ergo dimisit in Chanaan profatus, Ne rixemini, crimen in me commissum inuicem improperantes.* Præcipuum Præsulis studium subditos à rixa fonte quidem criminum amouere.]* Si Ioseph veniã donarat reos, si Deus laboribus & ærumnis vulnerauerat delinquentes: quonam iure memorarentur crimina, & criminosi olim iam diluti inuicem carperentur?]

> Præsulis studium, amouere subditos à rixa fonte criminum.
>
> Peccata iam venia, & supplicio affecta non apte, nec iustè memorantur.

25. 26. QVI ASCENDENTES, &c.] Ad patrem Iacobum vndecim remeauere fratres, & alacriter clamauere: Ioseph repertus à nobis est viuus & Ægyptiæ regionis Gubernator. Audiuit senex, attonitusque, ad intelligendum ineptus, & ad respondendum hebes eis minimè fidem exhibuit. * Magnis enim rebus rara fides solet adesse. Testor miseros, qui sibi persuadent impossibile, à malis vnquam liberari]

> Miser nõ credit, posse liberari ab ærumnis.

27. 28. ILLI VERO E CONTRA REFEREBANT OMNEM ORDINEM REI, &c.] Vndecim fratres oculati testes rei ordinem exprimebant, nec credebantur. * Prudens enim non facile prosperitati credit.] At plaustorum, ac muneorum videns apparatum, credidit, & reuixit. * Rerum etenim efficacius testimonium, quam verborum ostenditur.] Sibi ergò velut redditus proclamauit: Asseritis Iosephum viuere, & imperare: imperet ille sibi, mihi viuat. *Multum est* (sic Hebr.) *mihi*, si viuat soluummodò, superat vota, ott amplius est, quod valeam optare. * Profecto verus amor spolijs non indiget. Tunc dilectio commendabilis exponitur, cum nihil ex vtilitate meritur, nihil vertit ad commodum. Vulgariter liceat exponere: *Quiere por solo querer.*]

> Prudens nõ facile prosperitati credit.
>
> Efficacius rerum, quam verborum testimonium.
>
> Vera dilectio, quæ nihil vertit ad commodum.

CAPVT XLVI.

Cum omni sua prosapia Iacob in Aegyptum descendit, obuiam ei Ioseph procedit, patrem cum lacrymis excepturus.

1\. PRofectúsque Israël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, 2. audiuit eum per visionem

sionem noctis vocantem se, & dicentem sibi, Iacob, Iacob, cui respondit: Ecce adsum. 3. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. 4. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. 5. Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: tulerúntque eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, 6. & omnia quæ possederat in terra Chanaan: venitque in Ægyptum cum omni semine suo: 7. filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. 8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis: Primogenitus Ruben. 9. Filij Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi. 10. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis. 11. Filij Leui: Gerson & Caath & Merari, 12. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares, & Zara: mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul. 13. Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Semron 14. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. 15. Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. 16. Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli. 17 Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. 18. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. 19. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin. 20. Natique sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim. 21. Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. 22. hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim. 23. Filij Dan: Husim. 24. Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Ieser & Sallem. 25. Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ septem. 26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius sexaginta sex. 27. Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. 28. Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nuntiaret ei, & occurreret in Gessen. 29. Quò cùm peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eumdem locum, vidénsque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. 30. Dixitque pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. 31. At ille locutus est ad fratres suos, & omnem domum patris sui: Ascendam & nuntiabo Pharaoni, dicámque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: 32. & sunt viri pastores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. 33. Cúmque vocauerit vos & dixerit: Quod est opus vestrum? 34. Respondebitis: Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos, & patres nostri. Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen: quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

COMMENTARII.

1. Iacob iubetur à Deo Ægyptum inire.

VERS. 1. **P**ROFECTVSQVE ISRAEL, &c.] Pientissimus Iacob ne quid aduersi pateretur, si Deo inconsulto hoc iter susciperet: profectus Ioseph cum omni posteritate, gregibus ac famulis, primum puteum iuramenti curat inire, vt victimas Deo Isaaci immolaret. * Nihil enim non prosperè cedit, quod ab orationis, ac sacrificij religione auspicatur.] Audit Deum

Prospere cedit, quod ab oratione, ac sacrificio auspicatur.

clamantem, *Iacob*, *Iacob*; cui ille respondit, *Adsum.* Porrò Dominus, Fortissimo protectus à Nomine, quid times? In Ægyptum descende, vt ingentis familiæ magnus inibi parens efficiaris, nepotum tuorum propagatione. Quid timeret Patriarcha? An nè liberi idolorum cultu, & aliis Ægyptiorum vitiis imbuerentur. * Certè ingens vis prauæ societatis ad animos euertendos. An nè posteri illecti fertilitate, & amœnitate Ægypti in Chanaan redire nollent Dei promissa negligendo? * Profectò temporariorum abundantia nos efficit Dei promissa negligere.] An ne in via prius quam filium cerneret, moreretur? Omnia hæc timebat Iacob, & ab omni

Prauæ societatis vis ad euertendos animos.

Temporaliũ abundantia nos efficit Dei promissa negligere.

omni cum Deus formidine liberat, adiiciens.

2. *Promittit protectionem, adducitur Iacob in plaustro, omnia geruntur, quæ possidebat.* Prudentis est, timere.

4. Ego descendam, &c.] Tibi fauebo eunti, & inde adducā te tuo in semine reuertentem, cuius obsequio ossa tua asportabuntur, vt paterno condaris monumento. Porrò Ioseph, si Hebræorum more charissimus morienti charissimo oculos premit, tibi morienti oculos claudet. Ergo nihil est, quod tibi possit timorem incutere.* Profectò prudentis viri est timere. Qui non timet, citum nun perpendit instantias.]

5. 6. 7. Svrrexit avtem Iacob, &c.] Filij vndecim parentem, vxores parentis, propriasque vxores cum patuulis in plaustris, quæ Pharao miserat ad id muneris, collocarunt. Omnis supellex & plaustris, & asinis addicitur: & ex puteo iuramenti profecti, ad Ægyptū descenderunt filij, nepotes, filiæ, & cuncta progenies. Filiæ, inquam, id est, Dina, quam singularem genuerat Iacob. Cur ergo eam numero multitudinis expressit? An enallage numeri? An nurus filias appellauit?* Socer sanctus sibi visos filiam addi familiæ, cum filios adducit vxorem.] * An quia vnica Dina ob raptum tam molesta parenti, vt plures habuisse filias videatur? Certè eo ex capite quælibet filia potest nomine multitudinis efferri, cuius fragilitas curas patris multiplicare assolet.

Socero sancto nurus est velut filia. Vna filia quasi multæ ob curæ paternæ multiplicationē.

3. *Nomina filiorum Israel, qui ingressi sūt in Ægyptum, omnes septuaginta.*

8. Hæc svnt, &c.] Describit eos, qui ingressi sunt, vt in exitu appareat mira ex Dei beneficio multiplicatio. Hi ergo erant superstites, quando Iacob fuit Ægyptum ingressus. Ruben primogenitus.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Filij Rvben: Henoch, et Phallv, et Hesron, &c.] Sex filij Liæ describuntur ingressi in Ægyptum cum tota posteritate. Ruben quatuor duxit filios, Simeon sex, Leui tres, Iudas totidem: Her enim & Onan iam percussi à Domino obierant. Porrò ex Phares Iudas duos adduxit nepotes. Isachar quatuor natos induxit, Zabulon tres; quibus omnibus Liæ filiis si Dinam addas, & Liam ipsam, aut Iacobum parentem omnium complectaris, demptis Her & Onam, triginta tres animæ seu personæ computantur ingressæ. Porrò duo illi filij Phares, Hesron & Amul postea fuerunt in Ægypto nati: cur ergo dicuntur cum Iacob in Ægyptum descendisse? An quia in lumbis Phares pergebant? Etiam in aliorum parentum lumbis latitantes alij multi potuissent numerari. Crediderim ex multorum sententia descensum hunc & ingressum Iacobi in Ægyptum complecti etiam decem, & septem annos vitæ eius in Ægypto: imo & annos 71. reliquæ vitæ Iosephi.

16. 17. 18. Filij Gad: Sephion, &c.] Duo filij Zelphæ ancillæ Liæ hosce natos duxere ad Ægyptum: Gad septē, Aser quatuor masculos, fœminam vnam: quorum Beria duos dedit parenti nepotes.

19. 20. 21. 22. Filij Rachel, &c.] Duorū Rachelis filiorum en posteritas. Iosepho apud Ægyptum duo filij progeniti ex Aseneth filia Putiphare sacerdotis. Beniamin autem decē filij adnumerātur, ex quibus aliquos ipse in Ægypto genuit: nam cum iuit Ægyptum viginti & quatuor erat annorum. Omnem ergò Rachelis posteritatem quatuordecim animæ efformabant.

23. 24. 25. 26. 27. Filii Dan &c.] Proponit Moses filios Dan recensere, & vnicum describit Husim. Quasi vnica proles parentis Antichristi innuatur nequissimus fœcundanda natis.* Et quando non fœcunda est iniquitas.] Porrò Nephthali quatuor filios Ægypto dedit; vt ex Bala ancillā Rachelis septem posteri ingrederentur. Certè si filiorum Iacob non numeres vxores, & Iacobum, Ioseph, & duos eius filios demas, sexaginta sex filij, ac nepotes Iacob ad prouinciam Ægypti descenderunt. At si Iacobum ipsum, Iosephum, duosque filios eius complectaris, constabit numerus septuagesimus. LXX aiunt septuaginta quinque extitisse, quod confirmat Lucas Act. 7. 14 quià adnumerant Iosepho Manassis filium Machir, & nepotem Galaad: rursus Ephraim filios Sutalaam, & Iaam, ac nepotem Eden, qui fuit filius Sutalaam, adiecerunt. Porrò hi adducuntur, quia nati sunt Iosepho, auo superstite.

Iniquitas fœcundissima.

28. 29. Misit avtem, &c.] A Iacobo Iudas immittitur, vt Iosephum de patris facetet aduentu certiorem, vt pullet in Gessem proficisci, vt inibi ei obuiam procederet. Cum ergo iam Iacob cuncta cinctus familia ad Gessem peruenirer, Ioseph curruum scandentis ad eundem se contulit locum: aspiciensque parentem, arctissimis eum brachiorum vinculis tenuit, lætitiæ lacrymis obortis. Hebr. *Irruit super collum eius & fleuit super collum eius adhuc.* Non semel, sed sæpè amplexus collum patris fleuit diu.* Vt persistentia actionis affectus exprimeret magnitudinem. Non sic magnum ostentat affectus pœnitudinis cum illico lacrymarum fontes exiccantur.]

4. *Procedit Ioseph obuiā parēti quid hic filio dixerit, quid Ioseph fratres monuerit, quid se dicturū Regi promiserit.* Diuturnæ lacrymæ exprimūt pœnitētiæ vim.

30. Dixitqve, &c.] Fatur Iacob: Te vidi, te relinquam superstitem: iam exultans sepulchro recondar, spiritum semper ducturus in filio. Vt qui naturam iam expleui satietate viuendi, in Iosepho renascar.* Nunquam probus pater probi in filio non viuit.

Probo in filio semper viuit probus pater.

31. 32. 33. 34. Ille, &c.] Patri ergo, & omni familiæ Iosephus profatur: Properò nunciaturus Regi Hebræorum aduentum. Iam tibi ô Rex, ad te deuenere pastores, pedisequis gregibus. Vos vocabit, & dicet: Quod sequimini vitæ genus? Respondebitis Pastoritium agimus munus. O Iosephi modestiam! In aula Pharaonis nō dedignatur fratres seni pastorum, subtrahens eos, qui, nè vulgares haberentur, cuperent Melchisedech in morem sine parentibus processisse videri.] Nullus propinquus aulicorum pauperatæ dat, aut taceat se propinquum; quia quod fortasse assequeretur vt pauper, procul dubio vt propinquus amitteret.] O prudentiam! Fratres non induxit in aulam, nè prauis plerumque aulicorum moribus corrumperentur.* Difficile virtus reperitur in aula.] O charitatem, & dilectionem!* Fratres ad sublimiorem non euehit statum, sed artes patriæ, ac pastoritiæ finit hærere.] Se certè eorum inimicum exponeret, si in illos addiceret statui, aut muneri, quod non potest geri sine gemitu. Procul dubio ctot

Aulici, ne vulgares habeantur, suos abnegāt parentes. Aulicorum propinquus pauper taceat se propinquum. Virtus difficilè reperitur in aula. Quondā odendus est tib qui te muneri addicit, quod geri non potest sine gemitu. Præfulatus collegatio, gemituum.

batur. Se non crediturum aſſeruit, niſi Beniaminum adduceremus. Obſes Simeon carcere recluditur, Beniaminus adductus cum à vinculis, nos à famis iniuriis, & à morte turpiſſima liberabit. Nec enim licebit cauſa emendi cibaria ad Ægyptum redire, niſi Beniamin comes itineris nobis adiiciatur.

9.
Cunctis in ſaccis pecunia reperitur, quaritur Iacob de filio adducendo, Ruben promittit ſe reducturum haud annuit precibus Iſrael.
Reſtitutio ſi differatur, difficilius agitur.
Quum difficilè datur, quod venale expoſitur.

35.36. His dictis, &c.] Aperuerant iam omnes filij ſaccos in via, cum viderent in vnius ſacculo pecunias eſſe repertas,& comperetunt pecuniam omnibus ſacculis ineſſe. At nunc coram patre ſimulant, ſe id neſcire, ne a patre increparentur, quod mox inuentam pecuniam redeuntes non reſtituerint.* Sciunt etenim Diui, aliena bona mox eſſe reſtituenda. Dilata enim reſtitutio difficultatem perdifficili addit actioni.] Exterritos ſe ſimulant filios nouum exponentes metum ; pater autem verum concipit. * Nec enim ſine mysterio magno videbat gratis dari, quod venale erat expoſitum.] Orbum (inquit Iacob) me filiis feciſtis, mortuo Ioſepho, Simeone illigato, Beniamino adducendo. * Quilibet filius patri tota eſt filiorum caterua, vno pereunte, ſe filiis orbatum eſſe exiſtimat.] Solus ait, omnia ſuo, qui in liberis ita flagellor.

Quilibet filius parenti eſt tota filiorum caterua.

37. Cui respondit,&c.]Hyperbolica Ruben locutione vſus, profatur : ſi traditum fidei meæ Benjaminum non reduxero, non reſtituero tibi : pro vno duos filios meos interficiendos tradam. Certiſſimè reductio Beniamini ſignatur.

38. At ille,&c.] Non permittam, ait Iacob, Beniaminum veſtrum ſocium itineris addici ; quia mortuo Ioſepho, ſolus hoc ex Rachele dilectiſſima pignus manſit.] Aut ſi de cunctis filiis ſermo procedat, exiſtimo, inquit, ſolum hunc me habere filium, Ioſepho pereunte. * Apte quidem, quia ſolus ille debet filius appellari, qui patri hæreſcens eius conſolationi ſtudet.] Vnde Ioſephum & Beniaminum ſibi hærentes filios Iſraël vocitat : *Frater eius mortuus eſt,& ipſe ſolus remanſit.* Si permitterem Beniaminum adduci, & aliquid ſcirem, ei aduerſarium accidiſſe : efficeretis quidem vt ſenex mœrore confectus deperiret: & vita, quæ decrepitudine non ceſſit, dolori huic acerbiſſimo ſubmitteretur. * Vulnus enim in filio nunquam non exitiale parenti.

Ille ſolus appellandus eſt filius, qui patri hæret, & eius conſolationi ſtudet.

Vulnus in filio exitiale parenti.

CAPVT XLIII.

Ioſeph benigne excipit fratres cum Beniamino in Ægyptum redeuntes, & lautum eis conuiuium exponit.

1. Interim fames omnem terram vehementer premebat. 2. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. 3. Reſpondit Iudas. Denuntiauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicens : Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. 4. Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria: 5. ſin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt ſæpè diximus, denuntiauit nobis, dicens : non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo. 6. Dixit eis Iſraël : In meam hoc feciſtis miſeriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem 7. At illi reſponderunt interrogauit nos homo per ordinem noſtram progeniem : ſi pater viueret : ſi haberemus fratrem : & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus : nunquid ſcire poteramus quod dicturus eſſet : Adducite fratrem veſtrum vobiſcum ? 8. Iudas quoque dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere : ne moriamur nos & paruuli noſtri. 9. Ego ſuſcipio puerum : de manu mea requite illum. niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. 10. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus. 11. Igitur Iſraël pater eorum dixit ad eos : Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis : ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. 12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum : & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore factum ſit : 13. ſed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. 14. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem:& remittat vobiſcum fratrẽ veſtrum quem tenet, & hunc Benjamin : ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. 15. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin: deſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. 16. Quos cùm ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens : Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium : quoniam mecum ſunt comeſturi meridie. 17. Fecit ille quod fuerat imperatum, & introduxit

duxit viros domum. 18. Ibique exterriti, dixerunt mutuò: Propter pecuniam, quam retulimus priùs in saccis nostris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. 19. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus, 20. locuti sunt: Oramus domine vt audias nos. Iam antè descendimus vt emeremus escas 21. quibus emptis, cùm venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros & inuenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus. 22. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt: non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris. 23. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris: nam pecuniam, quam dedisti, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon. 24. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. 25. Illi verò parabant munera donec ingrederetur Ioseph meridie: audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. 26. Igitur ingressus Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram. 27. At ille, clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Saluus ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? 28. Qui responderunt: Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. 29. Attollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. 30. Festinauitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ & introiens cubiculum, fleuit. 31. Rursúmque lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite panes. 32. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putauit huiuscemodi conuiuium) 33. sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, 34. sumptis partibus quas ab eo acceperant maiorque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberúntque & inebriati sunt cum eo.

COMMENTARII.

1. *Chananæa fame premebatur, rursũ Iacob filios hortatur, qui nolunt sine Beniamino proficisci.*

VERS. 1. INTERIM FAMES, &c.] Secundo famis anno, dum Iacob differt Benjaminum ad Ægyptum emittere, Chananæorum terra tota vehementer penuria afficiebatur. * Si laboribus actus homo animi delicias Deo litare differat, multiplicabuntur ærumnæ, vt tandem altaria fument.]

Multiplicantur labores vt Deo litemus difficile obsequium. Cum grauibus laboribus premeris, puta grauiores instare, vt præuisi minus feriant.

2. CONSVMPTISQVE, &c.] Iam ferè omnes escæ, quæ ex Ægypto fuerant adductæ, absumptæ erant: & Iacob & sibi & filiis promissurus filiis profatur. Rursum proficiscimini, vt escarum id afferatis, quod huius anni famis vincendæ sufficiat. Nesciebat Iacob quinquennium adhuc inediæ superesse. * Cum laboribus ageris diris, puta adhuc grauiores superesse; ne cum venerint, tam diriter vulnerent. Sagittæ enim præuisæ minus videntur sauciare.

3. 4. 5. RESPONDIT IVDAS DICENS, &c. Ait Iudas, Non simpliciter admonuit Prorex, sed adhibita in testem Pharaonis vita, fatus: Nullus vobis ad me *tutus patebit accessus, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vestræ innocentiæ testem, vestræ veritatis confirmationem. Si permittis Benjaminum nobiscum pergere vitæ ememus subsidia: si renuis adhuc, non pergere audebimus, malentes vtique famis gladio perire, quam explorationis impositæ perimi infamia. Vir etenim ille, vt sæpe diximus nobis indixit: Exitialis erit vobis ad me accessus, puniendi vtique, si adductio fratris minimi vos à suspicione explorationis non liberauerit. Preme particulam, *Vt sæpe diximus.* * Quod effectum non sortitur verbum vti non dictum existima. Sæpe monita eadem sunt proferenda auditoribus, donec opere compleantur.

Sæpe monitũ idem est proferendum in concionibus, donec opere compleatur.

6. DIXIT EIS ISRAEL, IN MEAM, &c.] Scio (ait Iacob) vos non intendisse me vestris sermonibus sauciare. * Quis enim credat, filium intendere afficere parentem mœrore, si vere est filius?] At præter intentionem vestram vestris sermonibus occasionem miseriæ meæ dedistis, dum filio priuari cogor. Apponenda labiis circumstantiæ porta Præter intentionem enim assolent verba prodire quæ proximo insonent exitialia.] Quis cogebat vos profiteri, alium habere fratrem?

Filius non intẽdit mœrore parentẽ afficere, si filius vere est. Circumstantiæ ostium labiis apponendam.

7. AT ILLI, &c.] Prorex, aiunt, Ægypti de parente, de fratribus cunctis rogauit. Nos autẽ coacti sumus ipsa sciscitatione *consequenter* de cunctis respõdere. Nec enim cõsequenter respõdere potest quæsitis, qui aliquos curat

Cōsequētet nō respōdet, qui aliquid veritatis operit Iudæi.

veritatis clausulam operire. Difficilè Iudici interroganti satisfaciet, qui veritatem haud integrè profitetur. Assolet enim inconsequentia narrationis confictæ series perturbari.

2.

Iudas efficaciter loquitur.

8. 9. IVDAS QVOQVE, &c.] Esto (ait Iudas) quod Beniamin petens Ægyptum pereat, & incerto vitæ periculo filium vnum exponas, An non satius vnum perire, quam simul illum tecum & nobiscum à fame interimi? Deus meliora. Beniaminum à te accipio tibi incolumen reddendum; quem si tibi non reddidero, quandiu viuam, hoc mihi peccatum impropera, & quancumque voles pœnam inflige. Cur non dixit, sicut Ruben, *Interfice filios meos?* * Quia nulla pœna quantumuis horribilis, potest criminis æquari reatui.] Porro Beniaminum vigesimumquartum ætatis annum agentem, qui filios iam genuerat, vt infra patebit, puerum Iudas appellauit, quia fratrum minimus erat, & quia à parente tenera dilectione instar pueri amabatur.

Nulla pœna potest æquari criminis reatui.

10. SI NON, &c.] Debueramus illicò post aduectum ex Ægypto, Ægyptum repetere, & adductione fratris minimi fratrem vinctum seniorem redimere. Distulisti tradere nobis filium, alioquin *iam* (Hebr. sic.) *duabus vicibus reuertissemus.*

3.

Permittit Iacob Beniaminū adduci, & munera iubet praeparari, pecuniamque duplicem deferri.

11. IGITVR, &c.] Qui Rubeni maioris natu fidei non tradiderat Beniaminum, fidei Iudæ commisit; quia non studeret deliciarum patris custodiæ, qui thorum non est veritus violare. * Vilis ingenij viro, qui non dubitat vile facinus perpetrare, minimè fidas. Nam qui circa rem summam extitit infidelis, se in inferioribus fidum non ostentabit.] Beniamin (Iacob ait) vobiscum proficiscatur, si necessaria est eius recessio ad commune familiæ bonum: sed ad fæliciorem omnium expeditionem Proregi munera referre. * Nullus enim tam auersus, quem oblata munera non conuertant: nullus tam dirus, quem donatia exorabilem, non efficiant.] Sumite ergo de optimus fructibus selectiora: resinam, seu balsamum, aut theriacam, storacis lacrymam odoriferam, aromaticam guttam, & succum, qui terebintho distillat ex arbore. De nucibus eligite amygdalas, de operibus apum mel niue candidius Hebr. *Sumite de cantatione terræ*, id est, de præstantibus rebus, nobilibus, laudabilibus. Hæ enim solummodò decantandæ: non vulgares. * Ridiculus exponitur, qui vt hominem heri vulgarem commendet, hodie conciont panegyrides. Vel ipse rubore suffunditur peregrina audiens præconia.]

Nō fidas amico, qui vile aliquod facinus gesserit.

Munera vel auersū reddunt exorabilem.

Ridiculè decātas homines heri vulgares.

12. 13. PECVNIAM; &c. SED ET FRATREM VESTRVM, &c.] Ferre pecuniam duplicem, & tritici afferendi pretium; & pecuniam illam, quam in sacculis inuenistis, domino restituenda; forte enim famulorum incuria, & non domini voluntate fuit reposita in sacculis. * Quam aptè Iacobus, vt victui familiari prouideatur, imperat alienam restitui pecuniam; qui enim non restituit aliena, nulli quidem vsui vtili propria accommodat.] Tollite fratrem vestrum meum dilectissimum filium adducite, ad Proregem Ægypti pergite, vt agnoscat vos vera protulisse.

Vt propriis ad tuum potiaris cōmodis, aliena restitue.

14. DEVS AVTEM, &c.] Omnipotens autem Deus meus Principem illum, qui præter modum se vobis ostentat aduersum, efficiat amicum. * Vt enim prauus mutetur Principis affectus quodammodò diuina omnipotentia requiritur.] Sic placabilis & Simeonem soluet à vinculis vobiscom reuersurum, & Beniaminum reddet parenti. Ego quidem interea videbor mihi prorsus sine filiis esse. LXX. *Filiis orbatus sum, filiis orbatus sum.* Replicatione, doloris exprimit grauitatem: ostendens absentiam morte ipsa diriorem. * Moritur filius, dolet parens semel ablatum. Discedit filius, totiens dolet parens, quotiens expetit ad se reduci. Desiderium enim passim mortes effingit absentis. Ergo dirius quodammodò patri proficiscitur filius, quam moritur.]

Vt prauus mutetur affectus, diuina quodammodo omnipotentia requiritur.

Dirius quodammodo parēti proficiscitur filius, quàm moritur.

15. TVLERVNT, &c.] Versu proximo illa clausula ambigua est: pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum, & illam, quam inuenistis in sacculis, reportate. Videtur Moses asseruisse deportatam triplicem pecuniam duplicem ad emendas escas, aliam autem ad restituendum si errore fuisset in sacculis reposita. Si triplex fuit, quare duplex asseritur ad triticum? Certe quia probabile erat, quod crescēte fame, & tritici penuria, cresceret & tritici pretium; attamē hic innuitur apertè pecuniā fuisse duplicā tātùm, ad cibos emēdos alterā, alterā autē ad restituendū. Ergo fratres Ioseph pecuniam duplicem, & Beniaminum deferentes in Ægyptum proficiscuntur, & Iosephi sistunt in conspectu.

4.

In Ægyptū denuo fratres se cōferūt, excipiuntur cōuiuio dispensatoris apersiū timentes calūnia vulnerari, præcuniæ in sacculis repertionem.

16. QVOS CVM, &c.] Videt Ioseph fratres neouem, aspicit simul Beniaminum desideratum, & gestiens gaudio Oeconomo profatur: Hebræos inuita, domo excipe, animalia conuiuio apta mactanda cura, quæ ex altari superfluunt (antiquorum hic mos) mensæ deseruiant epulantium * Innuitur Iosephum vero Deo victimas consecrasse, vt illustrior eius sanctitas appareret, quæ vel inter impios fulgurabat.]

Inter impios sanctus illustrius emicat.

17. 18. FECIT ILLE, &c.] Impleturus Oeconomus domini imperium domo viros excepit; qui quidem honorem putantes in iniuriam, inter se mussitabant exterriti: En reponendi in sacculis pecuniæ causam: recludimur domo, non excipimur, vt latrocinij accusatos, nos seruituti addicat, iumenta suo adscribat commodo. * Si pecunia bona fide acquisita terroris existit occasio, quid quæ mala fide possidetur? Semper aliena bona possidentis animum inquietudine afficiunt.]

Aliena pecunia sēper inquietat possessorem.

19. 20. 21. 21. QVAMOBREM, &c.] Vt ergo se à calumnia expedirent, prius quam eis imponeretur, domum introducti ad fores rursum accurrunt, & aduocato dispensatori, qui eos introduxerat, profantur: Quæsumus, ô Domine, exaudias afflictos. Iam semel ex Ægypti horreis frumentum emere descenderamus, emimus, deportamus non venditum quidem, sed gratis acceptum; quia apud diuersorium in ore sacculorum argentum, quod tradideramus tibi, reperimus, quod nunc ad

ad restitutionem gerendam eodem pondere repeudemus. (Nondum signabatur pecunia, sed appendebatur metallum, qui primus vsus monetæ fuit (Addidimus distinctis vim argenti, vt possimus necessariam acquirere annonam. Haud mentem subit, vndenam argenti illa in sacculis repositio ortum habuerit. Porrò licet non eisdem verbis factum retulerint, (quod vulgo sæpe) tamen rei expressere veritatem ad totius calumniæ depulsionem. * Veritas enim aduersus calumniarum vulnera armamenta porrigit.] Vides, non planè iisdem verbis reperi factum, quibus superius erat expositum Id quod & in somniis pincernæ, & pistoris, in Pharaonisque somnio adnotaui. Cur ita? Cum Moses inducit homines referentes, quod acciderat eorum exprimit narrationem immutatam. * Agnatum enim hominibus est, in rei narratione aliquid immutare: hîc immutantur verba, non sententia: apud nos quotidie & verba & sententiæ assolent immutari.] Ne nimium credas hominibus *, quum proximorum piacula narrant, de humano enim ingenio seriem immutant veritatis.

Veritatis prolatio protegit à calumniis.

Agnatum hominibus, immutare seriem veritatis.

Ideo nō credendi, cum proximi piacula referūt.

5\.

Dispēsator eos curat à timore liberare, aqua pedibus, pabulū iumentis exhibetur, munera præparat.

23\. AT ILLE RESPONDIT, &c.] Vos (inquit Oeconomus, * quem reor veri Dei adoratorem, nec enim infideli sanctissimus Ioseph suæ domus dispensationem committeret) securos esse iubeo, à Deo vestro & patris vestri ob huius merita thesauros in sacculis appositos accepistis. Pecuniam enim, quam frumento mihi tunc tradidistis, acceptam fero, fateor me recepisse. *Pecuniam ego habeo.* Quomodo habet si reposuit in sacculis. * Quia quod esurienti, seu peregrino impenditur, apud dantis manum retinetur.] Certè vt omnino eos à formidine liberaret, vinculis solutum ad eos Simeonem fratrem immisit.

Princeps Catholicus non tradat infideli domus gubernationem.

24\. 25. ET INTRODVCTIS, &c] Oeconomus dat aquam Hebræorum pedibus diluendis, hordeum autem iumentis cibandis Lauant illi pedes, munera præparant Iosepho meridie ingressuro ad epulum, audierant enim cum ipso epulaturos esse. * Qui cum Principe epulaturus est consequenter & pedes lauat, & munera præparat? Ergo strictiori iure tenetur ad ablutionem, & gratitudinem, qui Principem ipsum cœlestem panem factum manducaturus mensæ assidet Eucharisticæ.

Quod datur inopi retinetur.

Curet de puritate, & gratitudine, qui Principem cœlestem in Eucharistia comedit.

6\.

Offerunt munera, & adorant.

Prorex de patris quaritat valetudine.

26\. 27. 28. IGITVR INGRESSVS, &c.] Iosepho domum ingresso munera exhibent manibus in disco: & flexo poplite eum adorant. Clementer Prorex resalutat, munera comes accipit * Principis enim est, exigua pauperum non despicere obsequia.] Superstes ne (inquit) pater vester, de cuius venerabili senectute vos iam olim audiui? superstes, inquiunt, est senex ille tuus seruus, & valet. Rursumque Proregem adorauere. * Multiplicatio enim affectus eiusdem homines magis reddit placabiles: quid Deum? Multiplicatis precibus, eleemosynis, genuflexionibus Deus redditur placabilior.

Principū est, nō despicere parua inopū obsequia.

Multiplicatio affectus eiusdem Deū reddit placabiliorem.

7\.

29\. ATTOLLENS AVTEM IOSEPH &c.] Quem obiter & dissimulanter Beniaminum Ioseph viderat, dum ei se fratres præsentarunt: nunc ex professo intuetur, & alloquitur: an hic inquit, paruulus ille frater, de quo narratis mihi? Deus, ô adolescens, tibi fauere dignetur. Premo verbum illud: *Vidit Beniamin.* Prius viderat, *Quos cum ille vidisset, & Beniamin simul.* Cur non dixit Moses, *Vidit rursus Beniamin?* Certè quia cum non alloquitur, cum nō excipit speciali affectu fratrem, quasi eum nō vidisse apparet. * Communis enim aspectatio circa fratrem dilectum non est reputanda nisi cordis addatur affectionis expressio. Vnde cum alloquitur, cum fœlicia imprecatur, tum primum aspectasse Beniaminum videtur.

Ioseph fraters loquitur vterino.

Fratres & amicos speciali excipe affectu, communis quasi nullus est.

30\. FESTINAVITQVE, &c] Specialis hic aspectus lacrymas amoris excussit. Ideo properans ad cubile, curauit dissimulari affectum. * An vero Præsuli indecens fletus indicans specialem vel in fratres pietatem?] An pudet sanctum, lacrymas profundere, quæ ad ablutionem criminum non dirigātur.

Ad cubile ploraturus festinat, abluta facie redit.

Indecēs Præsuli specialis in propinquos pietas. Pudeat flere nisi ad peccati ablutionem.

31\. RVRSVMQVE, &c] Qui quasi ad aliud negotium vocatus festinauerat ad cubiculum, ne flens appareret, rursum abluta facie ad reliquas lacrymarum abolendas, vim sibi inferens, vt recluderet animo affectum, profatur: Afferte cibaria, appositam epulas ad mensam deportate.

32\. 33. 34. QVIBVS APPOSITIS, &c.] Tres appositæ mensæ, in prima solus Ioseph Regni Præses comedit, vndecim fratres secūdæ hærescunt, Ægypti Proceres ad conuiuiū aduocati epulantur in tertia. *Simul* quidem tempore & loco, non mensa. Illicitum plane Ægyptiis cum Hebræis eidem accumbere mensæ, cùm quia fastu quodam pastores immundos reputabant: tum quia oues, hirci, tauri, quibus vescebantur Hebræi, erant dij eorū. * Vt ineffabilem Christi Dei tui charitatem contemplere, qui quod falsis Numinibus reputatur indignum, scilicet manducari, hoc verus Deus sibi reputat gloriosum.] An oues, hirci, tauri tunc fuerint Hebræis appositi? Minimè, etsi sciebant, his vesci solitos. Vt fugias delinquendi occasionem, non est opus, vt se semper exitialem ostendat occasio: sufficit, quod soleat afferre nocumentum.] * Comœdias non semper fugio, quia non semper se aspectandas offerunt exitialiter. Semper fugiendi causa sufficiens erit Christicolæ, quia solitæ sunt graue animo afferre nocumentū.] Sederunt ergo, quia antiquior mos assidendi ad mensam, quam in lectis accubandi. Porro Iosephus iuxta ætatem fratrum sedilia disposuit, nimis admirantes, vndenam Iosepho ætatum tam exacta notitia. E quidem cibi primū Iosepho apponuntur, ille vero distribuebat conuiuis. Æquales reliquis fratribus portiones immisit, Beniamin autem largius, ac multiplicius fecit epulas ministrari. Certè non quinque fercula Beniamino apponebantur pro vno reliquis fratribus apposito: sed portio quintuplo maior honoris, & beneuolentiæ gratia * Nulli in communitate (nisi ægritudine exigente) delicatiora cibaria apponenda, ex communi autem cibo addenda portio honoris causa ei, qui plus reliquis laborauit

8\.

Seorsum Ioseph, & fratres, & Ægyptij triplic. mensas

Beniamino portio maior adscribitur.

Quod falsis dijs reputatur indignū, nempe manducari id verus Deus sibi reputat gloriosum.

Fuge occasionem, quæ assolet exitialis esse, licet tunc credas pacificam.

Nunquam comœdiæ intersis, quæ scis solitam animū vulnerare: licet tunc diuina sit materia.

Nulli in cōmunitate apponatur, sine ægritudine, cibus delicatior: sed ex communi addatur portio honoris gratia ei, qui plus laborat

laborauit, aut vtilior existit. Nimia enim æqualitas tazabilis proculdubio est.] Comedunt, bibunt, exhilarantur mero incalentes, sed citra temulentiam. * Sic verbum *Inebriati sunt* exponendum, cum de viris nobilibus vsurpatur: crapula enim teneri homuncionum vilium est facinus. Licet ergo audias affirmari: *Inebriati sunt*, non credas temulentos; quia ebrietas in viro nobili est incredibilis.]

Crapula indigna viro nobili, & incredibilis

CAPVT XLIV.

In sacco Beniamini Ioseph iubet suum scyphum occultari, ob furtum istud sibi poscit in seruum, Iuda pro viribus fratrem defendente.

1 PRÆCEPIT autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. 2. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci Iunioris. Factúmque est ita. 3. Et orto manè, dimissi sunt cum asinis suis. 4. Iámque vrbem exierant, & processerant paululum: & tunc Ioseph accersito dispensatore domus, Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? 5. Scyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis. 6. Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis per ordinem locutus est. 7. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint? 8. Pecuniam, quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan: & quo modo consequens est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? 9. Apud quemcumque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri. 10. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam, apud quemcumque fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxij. 11. Itaque festinatò deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli. 12. Quos scrutatus, incipiens à maiori vsque ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin. 13. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reuersi sunt in oppidum. 14. Primúsque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnésque ante eum pariter in terram corruerunt. 15. Quibus ille ait: Cur sic agere voluistis: an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientia? 16. Cui Iudas: Quid respondebimus, inquit, domino meo, vel quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus. 17. Respondit Ioseph: Absit à me vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus: vos autem abite liberi ad patrem vestrum. 18. Accedens autem propiùs Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem, 19. dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem? 20. & nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum. 21. Dixistique seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. 22. Suggessimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. 23. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis ampliùs faciem meam. 24. Cùm ergò ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. 25. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. 26. Cui diximus: Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. 27. Ad quæ ille respondit: Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea. 28. Egressus est vnus, & dixistis: Bestia deuorauit eum: & hucusque non comparet. 29. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. 30 Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cùm anima illius

lius ex huius anima pendeat) 31. videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. 32. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi, dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. 33. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. 34. Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

COMMENTARII.

1\.
Iubet Ioseph impleri saccos tritico, & pecuniā reponi cūctorū in sacculis, scyphū autem abscondi in sacco iunioris, mittitur dispēsator eosque carpit de scyphi rapina.
Arcana in ore reposita mox aperiūtur, ob labiorum facilitatem.

VERS. 1. PRÆCIPIT AVTEM IOSEPH, &c.] Saccos (inquit Ioseph Oeconomo) decem Hebræorum imple frumento, & singulorum argentum os sacci custodiat. At sacci Beniamini os præter argentum scyphum meum custodiat argenteum, quod secretum illicò sacculus reuelabit, quia in ore recepit. * Et quandò os non reuelat arcana, quæ quidem à prudentibus non ori, sed cordi committuntur.] Id Oeconomus præstitit. Porrò scyphus ille ex Hebrææ vocis vi significat poculum in colliculi modum eleuatum. Cur autem scyphum Iosephus iussit in sacculo Beniamini reponi? Certè vt experiretur, quo animo fratres in Beniaminum forent, an aliqua adhuc in Rachelis prolem pulsarentur inuidia.* Quo enim animo sit frater in fratrem, propinquus in propinquum, manifestat ærumna, aperit ægritudo. Succurris fratri affecto tribulatione? Fraterno succenderis charitate. Non succurris egenti? Fraternæ dilectionis est ignis extinctus.] At quare dilectissimum scyphi immissione in saccum potius agit ærumna? * Quia Saluatoris mundi personam exercens, eis speciatim sui calicis præstat effectus, quos præcipua fouent dilectione.]

Quo animo sis in fratrē illius tribulatio manifestat. Succurris egēti? diligis; non succurris? dilectionis fraternæ flāma extincta est.
Dat Christus dilectis suis scyphi, seu calicis participium.

3\. 4. 5. ET ORTO, &c.] Inopinato læti discessu, ac doli ignari, albicante aurora, decem fratres dimittuntur, qui timuerunt detineri. Cum autem paululum ab vrbe recessissent Ioseph aduocat Oeconomum, & profatur: Cum equitum turma persequere celeriter Hebræos, & apprehensis dicito: Ignobilium homunciorum est, ingratissimorum vtique malum pro bono reddere. Scyphus ille, quem abripuistis duplex in Saluatoris domu exerit ministerium: iam seruit potioni, iam auguriis. Pessimo vos piaculo contaminastis. * Grauiter enim delinquere circà calicem, quo Saluator bibit, horribile flagitium est.] Scio licuisse Iosepho reliquos fratres affligere dolore, meriti distorquere, quia innocentem vendiderant: at innocentem vexandi ius nullum habebat. Cur ergo Beniaminus affligitur? Porrò quæ modici temporis iniuria fuit, mox maiori lætitia, & honore statuerat compensare. * Hæc mens Domini iustos permittentis agitari calumniis: illicò leuem iniuriam munere compensare augustissimo.] An Ioseph se magum, aut ariolum profiteretur? Absit, & quia ioco id dixit, & quia ex opinione vulgi loquitur, quod ob somniorum interpretationem Iosepho auguriorum scientiam tribuebant. * Vulgare ingenium, virorum illustrium facinora obscurare calumniis.]

Horribile flagitiū est, delinquere circa calicē, quo Saluator bibit.
Permittit Deus affligi calūniis iustos, vt mox maiori cōpēset honore.
Vulgus obscurat calūniis virorum illustrium gesta.

6\. 7. 8. FECIT ILLE, &c.] Iosephi iussa implens Oeconomus, apprehensis fratribus vndecim, suo ordine loquutus est, quæ à Domino proferenda acceperat. At Hebræi irrefragabili se muniunt argumento, vt à se depellant tanti flagitij suspicionem. Si pecuniæ alienæ cupidi fuissemus, non sponte retulissemus argentum inuentum in sacculis, quod clam retinere licebat. Si ergo quod visum nobis sine periculo infamiæ posse retinere, retulimus: inconsequenter argenteum scyphum abriperemus. * Quam infallibilis consequentia: Soluit, quod debet, vltroneè? ergo non abripiet, vt soluat.] * Stultissimus planè est, qui quod necessario est soluturus, delinquit grauiter vt abripiat.]

2\.
Nō est cōsequens (aiunt) vt furaretur, qui pecuniā repositā in ore saccorū non retinuit, nec deuouēt reum, annuit œconomus, scyphus in Bēiamini sacculo inuenitur.
Soluit quod debet vltroneè ergo nesciet abripere, vt soluat.
Stultè abripis flagitiosus, quod necessario es soluturus pœnitens.

9\. 10. APVD QVEMCVMQVE, &c.] Morti infami quidem addicatur ille, apud quem fuerit calix inuentus, reliqui autem domini tui perpetuæ meritò subdemur seruituti. At Oeconomus nè nimium Beniaminum fauciaret, de quo ex portionis multiplicatione quid magnum præsumpserat, pœnam mortis mutat in seruitutem. Nolo inquit, noxios cum innoxiis confundi: innoxij liberi progrediantur, noxius autem meus seruus erit. Cur non dixit, seruus erit Domini mei? Quia Oeconomo cuncti serui, ac famuli subiiciuntur, eique immediatè ministrant, sed domini obsequium. Quare autem dixit, fiat iuxtà vestram sententiam, si illi deuouerant neci reum, reliquos seruituti? * Quia nullus se veraciter deuouet neci. Vt commendabilior Martyrum exponatur affectus. Sola enim causa fidei ad necem homines emittit vltroneas.]

Quare cōmendabilis affectus eius, qui propter fidem neci deuouetur.

11\. 12. ITAQVE, &c.] Profectò Hebræi, quorum conscientia minimè pungebatur, festinata innocentiæ actione sacculos aperuere à iumentis extractos. At Oeconomus, qui à cognitio vndecim virorum ætatem didicerat, à maiore vsque ad minimum peragit scrutinium, vt insidiæ structæ Beniamino aptius operirentur. Denique scyphus inuentus est Iunioris in sacculo, vbi fuerat absconditus. Et quando Beniaminus Saluatoris sine calice vixit?

Christi Beniamin nūquā sinè calice.

3\.
Reuertūtur in Oppidū, Iosepho sistuntur à quo taxātur, Iudas se seruū offert, Iosepho instātes solū Beniaminū seruiturus addicendum

13\. AT ILLI, &c.] Confecti dolore, inopinato ex euentu, reliqui fratres scissis vestibus mœroris habitum induerunt. Nihil Beniamin improperant. * Nec enim afflictio addenda laboranti. Si innoxius erat ille, cur improperarent innocenti? Si autem noxios, quodnam impro-

pertum grauius,quam delicti ipsa manifestatio ?] Rursum alinos sarcinis onerant, & in oppidum reuertuntur vt vel fratrem à seruitute liberent, vel simul cum seruiente seruire valeant Nulla enim eis dirior seruitus,quã sine Benjamino ad patrem liberi remeare.

14. PRIMVSQVE, &c.] Non immemor Iudas promissi sui, quo se patri obstrinxerat linguæ acquisiuit promptitudinem. * Animi angustiæ quem non reddidere disertum ? Agricolæ ac pastores possunt in Principum conspectu si angustiis animus agitetur, diserte admodum dicere.] Porrò Iosephus ex oppido illo non recesserat de munere sollicitus, vt se fratribus ostentaret afflictis, nec diu eorum angustiæ producerentur.* Taxabiles Præsules, qui afflictos subditos non curant alleuare, differentes sine causa negotiorum resolutionem.] In conspectu igitur Iosephi adoratores cuncti exponuntur, quia omnes petere accesserant. * Qui enim petere studet,prius adorator accedat.

Angustiam facit disertos esse agricolas, & pastores.

Taxabiles Præsules qui differunt afflicti subditi causam resoluere

Qui petere studet,adorator accedat.

15. QVIBVS ILLE, &c.] Stultè (ait Prorex) egisti, nesciebatis virum augurandi scientia egregium omnem diligentiam adhibiturum ad scyphum sublatum inueniendum? Quid cum auspice latroni ? * Quam stultus, qui coram Domino furari audet, necessario ab omnia sciente deprehendendus !

Stulti,qui coram Deo omnia sciente delinquũt.

16. CVI IVDAS, &c.] Licet conscientia criminis minime redarguamur,tamen noxij deprehensi sumus; vnde haud excusati possumus, vt iusti videamur. * Ergo si non solum malum, sed species mali detrupat honorem, non solum à malo, sed à specie mali iustis fugiendum.] Iusto id gestum iudicio (addit) propter aliquod crimen occultum, quod nondum satisfactione diluimus. * Ad peccatum in Ioseph commissum respicit; quia semper contra nos peccatum, clamante Dauide : *Et peccatum meum contra me est semper.* Ideo curandum est, quamprimum satisfactione pœnalium operum, eleemosynæque diluere,] Grauius etenim, affligente Domino, diluetur crimen nostrum, quam si à nobis pœnalia opera ad placandum Deum adiiciantur.]Omnes ait, en serui sumus. Plus offert quam debebat, vt tot innoxiorum oblatione, vni reo specie visibili veniam obtineat. * Et quando mediatorum humilitas non placauit iratum ?

Non solum à malo,sed à specie mali fuge.

Semper peccatum cõtra nos.

Grauius,Deo affligente diluitur nostrum crimẽ, quam adiectis à nobis operibus pœnalibus.

Mediatorum humilitas placat iratũ

17. RESPONDIT IOSEPH, &c.] Tyrannicum (respondet Prorex) proculdubio esset, innoxios à me pœna affici. * Quis virtutis litaret obsequium · si flagellum innocentiæ tabernaculo ex Iudicis sententia appropinquaret.] Ideo vos innoxij liberi recedite,qui autem noxius obiicitur,seruituti adnoscitur.

Pœnam infligere innocentiæ, tyrãnicum est.

4.
Iudas petit veniam ad loquendũ, & pro fratris reditu exorat.

18. *Vsque ad* 29. &c.] Iudas ergo conscientiæ patrocinio propius accedit ad Proregem & confidenter fatur. * Linguam exerit innocentia, voci addit vires, liberat à rubore. Liceat mihi prophari ô Domine, secundus enim à Pharaone subditorum vocibus debes præbere aures. * Probus enim Iudex non est, qui reum damnat non exauditum. Rogitasti num patrem, aut fratrem haberemus ? Respondimus, patrem colere senem, apud quem frater minimus commorabatur, senis delicias, quia in senectute natus, cuius vterinus frater iam obierat. Solus ex matre superest emortua, ideo pater, qui vxorem dilexerat, vnico eam adhuc amat in filio. Imperasti ad te adduci vt faueres, & iuuares illum dum dignareris aspectare. * Principes enim benigniter aspiciendo,fauent& iuuant.] Monuimus, patre superstite non posse Benjaminum à patre recedere. Vnde qui deduceret, parricidij posset incusari. Instasti non visuros te pacatum, & munificum, nisi adolescens comes aduentaret. Patri retulimus præcisum imperium saluatoris Ægypti, pastoris communis voluntatem. Iubet ad Ægyptum empturos pabula remeare. Respondimus non posse sine Benjamino proficisci.Nec enim audebimus Proregis subire faciem horribilem quidem imperij contemptoribus. Scitis, (ait parens) vxorem meam Rachelem, quam meam vocitare licet, quia hanc solam propria duxi electione. (* Vereor, aliquem nec appellare, nec æstimare suam, fœminam illam, cui coactus adhæsit)] duos filios fuisse enixam Iosephum, & Beniaminum. Vnus quidem egressus est, vt vos inuiseret, cum pascendis gregibus expediretis curam : & asseruistis, à bestia voratum. Ex eo autem,quod non comparet, assertum vestrum non mediocriter obfirmatur. Si ergo & alterum adducitis, & via ei crudelis extiterit, meam senectutem exitiali actam amaritudine ad sepulchrum deportabitis.* Nec enim ad patrem commouendum potest vulnus crudelius inferri, quàm dilectorum ærumna natorum.

Innocentia addit voci vires.

Reus inauditus nõ est damnandus.

Principes benigniter aspiciendo fauent,& iuuant.

Qui coactus hæret vxori nec suam vocitat, nec æstimat.

Vulnus crudele parenti filij dilecti ærumna.

30.31. IGITVR SI, &c.] Vita patris ex dilecti filij vita pendet. Si ergo eius conspectui sine comite Benjamino me præstitero, non videre mecum dilectum suum idem erit ac exitialiter vulnerari. Crudele facinus filiorum dilectioni paternæ tantum vulnus infligere. Ab ætatis iniuriis senex sanctissimus percutiatur, vt pereat, non ab infælicitate filiorum.

32 33.34. EGO PROPRIE,&c] An non vides me propriæ seruituti agnatum robore & rerum vsu aptiorem ? Adolescens cum fratribus suis ascendat ad patrem, me tuo addicto ministerio. Vbi me regnaturum, non ministraturum esse cognosco. * Nec enim potest seruire filius,qui vt patris tueatur vitam, subit seruitutem. Illa enim nobilissima actio eũ reddit augustum] In meam Beniaminum fidem recipi me reducturum spondens, imprecatione horribili:Remeare sine fratre nõ possum,ne & in parentem reus peccati efficiar,& testis oculatus esse sustineam,præproperæ patris mortis, quam mea inanis promissio configet.

Nõ potest seruire filius, qui seruituti se dat,vt patria vitam tueatur.

CAPVT

CAPVT XLV.

Ioseph se tandem fratribus manifestat, cum muneribus remittit ad patrem, iubétque ad Ægyptum adduci, exultante, & ad inuentam recurrente Iacobo.

1. NON se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. 2. Eleuauítque vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij, omnísque domus Pharaonis. 3. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. 4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cùm accessissent propè: Ego sum, ait, Ioseph, frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. 5. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. 6. Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. 7. Præmisítque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. 8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum vniuersæ domus eius, ac Principem in omni terra Ægypti. 9. Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me Dominum vniuersæ terræ Ægypti: descende ad me, ne moreris, 10. & habitabis in terra Gessen: erísque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides. 11. Ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ possides. 12. En oculi vestri, & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos. 13. Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eum ad me. 14. Cúmque amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius. 15. Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. 16. Auditúmque est, & celebri sermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. 17. Dixítque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan: 18. & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. 19. Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Ægypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito: Tollite patrem vestrum, & properate quantocyus venientes. 20. Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra: quia omnes opes Ægypti vestræ erunt. 21. Feceruntque filij Israël, vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. 22. Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis: 23. tantundem pecuniæ, & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Ægypti: & totidem asinas, triticum in itinere panésque portantes. 24. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. 25. Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. 26. Et nuntiauerunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. 27. Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, 28. & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

COMMENTARII.

Ioseph iubet Ægyptios egredi cubiculum, manifestatur fratribus stupentibus quos curat à formidine eripere.

1. VARA. 1 NON SE POTERAT, &c] Vel inuito Iosepho lacrymæ coram multis erumpebant: vndè impotans à lacrymis continere, iubet Ægyptios abstrahi, vt nullus alienus cognitioni, ac manifestationi mutuæ arbiter interesset. * Nam cum lacrymæ gaudij necessario debebant profluere, præcauet Præsul, ac Iudex nè specialiter affectus in propinquos esse videatur.]

Illustris Præsul erga propinquos specialiter non afficitur.
Post longum silentium quam horribilis Saluatoris vox Discedite maledicti.
Crepitosus Præsulum, ac iudicum affectus erga propinquos.

2 ELEVAVITQVE, &c.]Sibi vim fecerat, vt frenaret affectum prodeuntem, ideo vox altior erumpit, cum post silentium loquitur. *O quam horribilis illa veri Saluatoris mundi vox, cum post tam diuturnum silentium eleuata voce prosabitur: *Discedite maledicti.* Siluit & parturiens loquetur.]Porrò qui in proximo erant conclam audierunt, famaque totam Pharaonis aulam illa eleuata Iosephi voce efficit personare. * Quam crepitosi sunt Præsulom, Iudicum, ac Ministrorum affectus, præcipue cum erga propinquos exercitur.]

Pœna mendacis, fide carere, etiam cum verum dicit.
Primam filij studium, patrem colere.

3. ET DIXIT, &c.]Ego, inquit, sum Ioseph dicitote mihi veraciter, an adhuc pater meus superstes? Quos mentitos viderat circa Iosephi mortem, circa vitam patris mentiri etiam suspicabatur.* Pœna enim mendacis est, vt si quando cœperit verum dicere, fide careat.]* Quam commendabilis filius Ioseph, cuius primum studium fuit patrem colere, de eius incolumitate rogitando]Porrò fratres acti terrore minimè poterant respondere. Non certe acti lætitia, sed terrore, quia venditi fratris subiit menteio memoria * Et quomodo possent nobiles viri lætari, cum se viles admodum fuisse conspiciunt. Exultant peccatores, quia criminis non recogitant vilitatem.]

Non potest lætari nobilis, cum se vilem extitisse recordatur.

4. AD QVOS, &c.]Clementer alloquitur vt eos liberet a terrore. *Accedite*, ait, *ad me*. Quã prudenter, quam iustè iubet accedere, summissa voce locuturus, ne delictuos fratrum alienus aliquis exaudiret.*Carpuntur hinc, qui circulatores præconis voce propinquiorum, aut proximorum exponunt piacula]Ego, inquit, sum ille Ioseph quem vendidistis mercatoribus ad Ægyptum tendentibus quem non requisistis in Ægypto, mortuum me reputantes. * Rati quidem nobili adolescenti idem fuisse seruire, ac mori]

Carpuntur, qui præconis voce proximorum exponunt piacula per circulos.
Nobili viro idem est seruire, ac mori.

5. NOLITE, &c.] Hebr. ´*pauere* תעצבו *thebaZebu*, *contristari*. Nolite contristari, memores venditionis meæ, nec *sit indignatio* (sic Hebr)*in oculis vestris*, id est, ne vobisipsis propter factum hoc irascamini. pro vita enim vestra seu vt victu à me vobis suppeditato viuere possetis ad hasce à Deo regiones fui præmissus. Non me vestra iniquitas in Ægyptum deduxit sed diuina ex vestra malitia prouidentia Vestri fuit quod acti inuidia vendidistis, Dei fuit quod me ad vestram salutem præpararet.* Non est asperè peccator excipiendus, nec exaggeranda crimina. Excusabilem exponat Confessarius, vt facilior reddatur confessio, & pœnitudo.' Ex benignitate spiritualis Iudicis actius solet proprium subtraxare delictum.

Confessarius benignè peccatorem excipiat.
Peccator ex benignitate Confessarij actius solet subtraxare delictum.

6. BIENNIVM,]Vnus, alteriusque anni inopia terram, iam pressit: satis esset afflictæ. Attamen, exigentibus orbis piaculis, quinque adbuc effluent, imò testudineo pede gradientur anni, quibus præter loca paucissima ad Nili ripam, in cunctis regionibus propter defectum pluuiæ non poterit tellus aratro subigi. Si non poterit terra fœcundari semente, quomodo messoribus manipulos offeret? Ab Hebræorum Domino ad hasce sum regiones immissus, vt recipiatis asseruatas meo ministerio escas, & viuere valeatis. Vestro fui piaculo venditus, Dei autem consilio missus, vt rector, instructor, & consiliarius Pharaonis me ei patrem ostenderem.* Qui enim conseruandæ Reipublicæ dat consilia Regibus, ipsorum Regum veracem se patrem ostendit.] Dominum me Deus domus Regiæ fecit, quia sic rebus domesticis prouidi, ac si ad meum dominium pertinerent. * Ille Princeps Regiæ domus Rector erit egregius, qui nihil reputabit alienum. Proprijs enim rebus accuratiùs assolent homines prouidere.] Simul me Deus Principem in omni terra Ægypti exposuit, id est, frumenti largitorem assignauit.* Nam qui verax est Princeps de subditorum prouidentia inauguratur.]

2.
Ad annorũ reliquorũ famis instantiã promittit annonã, iubet ad patrem properare, iuraque ei suo nomine dicere.

Qui Regib. dat cõsilium Reipublicæ vtile, Regis velut pater est.
Ille Regiæ domus administrator probus qui aliena ra.cõ putat.
Princeps verax de subditorũ prouidẽtia inauguratur.

9. 10. 11. 12. 13. FESTINATE, &c] Festinanter pergite ad patrem dilectissimum *meum* speciali iure, quia me speciali dilectione prosequabatur: eique profamini: Tuus filius Ioseph Dominus vniuersæ terræ Ægypti constitutus sum cum Regi vnicus Minister adhæsi. * Et quando vnicus Regis Minister (vulgariter *valido*)non est dominus Regni?] Ne moreris igitur ad filium descendere, qui te efficiet terræ Gessen habitatorem apud inferiorem Ægyptum multis fossis irriguæ regionis vtique pascendis pecoribus idoneæ. Aderis inibi *iuxta me*, quia non procul ab Vrbe, vbi meum domicilium: & quia sæpe tui inuisendi causa ad Gessem proficiscar. Cuncti filij, ac nepotes tui, omniaque quæ possides iuxtà saluatorem Ægypti vberiori salute donabuntur. * O verum saluatorem ad quem qui propiùs accedit salutem attrahit vberiorem! Hinc patet, quam vbertim salute donentur, qui frequenter mensæ accumbunt Eucharisticæ. Ibi tibi pascendo operam dabo, vt possis contra quinque annos adhuc famis residuos militare, & præualere.] Videris, me ipsum illum esse patrium sermonem nostis, vultum & vocem videtis aliquid de pueritia recolere. Ore ad os vobiscom, & iam non per interpretem ago. Patri gloriam meam cuius oculati testes, annunciate, vt dignetur ad me futurus particeps, aduentare. Cur ipse adducturus patrem profectos non est?* Certè quia publici muneris administrator non aptè vicarij ministerio impleret officium, præcipue cum agentibus distribuenda esset annona.]Ideo Iosephus noluit ab Ægypto recedere.* Vel priuato parentum cultui desis, vt communibus subditorum commodis

Vnicus Regis Minister (valido) vel a Regni dominus.
Qui propius salutem accedit, vberiori salute in Eucharistia donatur.
Non aptè per vicariũ geritur ministeriũ præcipue si agentibus sit ministranda annona.

commodis prouideas.]

14. 15. 16. CVMQVE, &c.] Ioseph ergo in Beniamini collum inuadit, eumque rigat lacrymis, interim Beniamino lacrymas super Iosephi colla profundente. In omnium mox fratrum Protea ruit amplexus singulis ostentans affectū ex lacrymis, quo auderent illigata ex tremore labia soluere. Regia in aula vulgatum, Iosephi fratres aduenisse, quo nuncio Rex gaudio perfunditur * Neque enim maior minori inuidet, & quomodo inuideret ei, quem ipse fœlicem effecerat? * Mirum aulicos lætitia perfusos, qui assuerunt alienæ inuidere fœlicitati] At sic Ioseph cunctis se vrbanum, ac munificum exhibebat, vt vere illius gauderent honore.* Amabilem quidem efficiunt Principem, ab inuidiaque immunem vrbanitas ac munificentia.] Alij suspicantur, Pharaonem ex animo exultasse, aulicos verò (de aulæ ingenio) externa tantum lætitiæ documenta exhibuisse.* Nihil non commentitium in aula.]

Maior non inuidet minori, si commodis pauicat. 3. Vulgatur fama aduētum Hebræorū, Rege plaudēte, & aulicis, Pharao iubet adduci patrē cum omni familia, plaustra præparātur. Rex non inuidet subditis. Aulicorū ingeniū, aliorū fœlicitati inuidere.

17. 18. 19. 20. DIXITQVE, &c.] Profectò Pharao vt internum gaudium exprimeret munificentia, monet Ioseph, vt hæc fratribus imperia exiberet: Terræ fructibus onerate iumenta, & ad Chanaan properate. Alij *stimulate iumenta*, pro *onerate* transtulerunt.* Et quidem idem est onerare muneribus, ac stimulare ad officia. Si iumentum non æmulere, onerari te munere erit stimulari, vt exhibeas obsequium.] Patrem vestrum in Ægyptum adducite omni cinctum posteritate, & ego vos optima, & vberrima Ægypti regione donabo, *& comedetis medullam terræ.* Hebr. חלב. *heleb*. lac seu lactis adipem terræ. Sic Hebræi vocitant id, quod quaque in re est optimum. *La nata de la tierra.* Plaustra hinc docant, ad paruulorum, ac coniugum adductionem * Porro plaustra seu curriculi aguntur mulieribus, & infantulis. Quid viris cum plaustris? Quid cum bigis, aut quadrigis valenti? Aut te profiteare muliebre ingenium induisse, aut currum non ascendas] Eia insuper impera. Quantocyus properate, vt patrem vestrum adducatis, nec dimittatis supellectilis quidquam, quia omnibus Ægypti opibus potiemini. Profectò si potituri erant diuitijs Ægypti, quid opus fuit cuncta bona ad Ægyptum afferre? An non quia habenti dabitur, & abundabit? * Opes pauperis domum intre non sciunt, ad diuitis domum properantes. Vnde facilius diues dirior redditur, quam pauper diues efficitur.?]

Vrbanitas & munificentia reddit Principē amabilē. Qui iam muneribus idem tibi sitac stimulati ad obsequium. Plaustra, seu currus infantibus aut fœminis fabricantur, non viris. Facilius diues ditius redditur, quā pauper diues efficitur.

21. FECERVNTQVE, &c.] Filij ergò Iacob iumenta tritico onerarunt, sicut eis iussum fuerat. At Ioseph eis tradidit plaustra, vt Pharaonis subiaceret imperio. * Quam egregius Præsul, qui ex bonis communibus, aut ex agricolarum penu nihil propinquis audet adijcere, nisi à Rege imperatus.]

Egregius Minister, qui propinquis nihil ex cōmunibus bonis dat nisi à Rege imperatus.

22. 23. SINGVLIS, &c.] Singulis fratribus præparatas iā proprijs sumptibus proferri iussit stolas, id est, *mutationes* (sic Hebr.) *vestium*, vnam viliorem, quam domi ferrent, & pretiosiorem alteram, qua amicti prodirent in publicum * Nec enim illustris Protea ex denudatione aliorum curauit suos fratres induere. Porrò Beniaminus dilectior, & innocentia carior trecentos argenteos, id est mille, & ducenta argentea recepit Hispanica & quinque mutatorias ex pretiosiori materia vestes. * Iniustus enim ostenderetur Præsul si præcelsiora merita non præstantiori munere cumularet.] Totidem vestes ac nummos parenti remisit. Cur non plures? * Quia probus filius parentis boni gerit personam, vnde quod imagini præstiterat postmodum confirmat veritate.] Addidit autem decem asinos ex rebus quibusque pretiosioribus, & selectioribus Ægypti oneratos; & asinas totidem ad vectigalium pro itinere patris vectationem

4. *Munera adscripta Iacob, ac vndecim fratribus.* Illustris Præsul non induit propinquos ex aliorum denudatione. Iniustus Præsul, qui præcelsiora merita præstantiori munere non cumulat. Probus filius imago parētis, imo alter ipse.

24. DIMISIT, &c] Iudæi quidam supplent, *super mei venditione.* Fratres ergo dimisit in Chanaan profatus, Ne irascemini, crimen in me commissum inuicem improperantes. * Præcipuum Præsulis studium subditos à rixa fonte quidem criminum amouere.] * Si Ioseph veniā donarat reos, si Deus laboribus & ærumnis vulnerauerat delinquentes: quonam iure memorarentur crimina, & criminosi olim iam diluti inuicem carperentur?]

Præsulis studium, amouere subditos à rixa fonte criminum. Peccata iam venia, & supplicio affecta non apte, nec iustè memorantur.

25. 26. QVI ASCENDENTES, &c.] Ad patrem Iacobum vndecim remeauere fratres, & alacriter clamauere: Ioseph repertus à nobis est viuus & Ægyptiæ regionis Gubernator. Audiuit senex, attonitusque, ad intelligendum ineptus, & ad respondendum hebes eis minimè fidem exhibuit. * Magnis enim rebus rara fides solet adesse. Testor miseros, qui sibi persuadent impossibile, à malis vnquam liberari]

Miser nō credit, posse liberari ab ærumnis.

27. 28. ILLI VERO E CONTRA REFEREBANT OMNEM ORDINEM REI, &c.] Vndecim fratres oculati testes rei ordinem exprimebant, nec credebantur. * Prudens enim non facile pro speritati credit.] At plaustrorum, ac munerum videns apparatum, credidit, & reuixit. * Rerum etenim efficacius testimonium, quam verborum ostenditur.] Sibi ergò velut redditus proclamauit: Asseritis Iosephum viuere, & imperare: imperet ille sibi, mihi viuat. *Multum est* (sic Hebr.) *mihi*, si viuat soluummodò, superat vota, nil amplius est, quod valeam optare. * Profectò verus amor spolijs non indiget. Tunc dilectio commendabilis exponitur, cum nihil ex vtilitate metitur, nihil vertit ad commodum. Vulgariter liceat exponere: *Querer por solo querer.*]

Prudens non facile prosperitati credit. Efficacius rerum, quam verborum testimonium. Vera dilectio, quæ nihil vertit ad commodum.

CAPVT XLVI.

Cum omni sua prosapia Iacob in Aegyptum descendit, obuiam ei Ioseph procedit, patrem cum lacrymis excepturus.

1. PRofectúsque Israël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum Iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, 2. audiuit eum per visionem

sionem noctis vocantem se, & dicentem sibi, Iacob, Iacob, cui respondit: Ecce adsum. 3. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. 4. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. 5. Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, 6. & omnia quæ possederat in terra Chanaan: venitque in Ægyptum cum omni semine suo: 7. filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. 8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis: Primogenitus Ruben. 9. Filij Ruben: Henoch & Phallu & Hesron & Charmi. 10. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. 11. Filij Leui: Gerson & Caath & Merari, 12. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares, & Zara; mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique sunt filij Phares: Hesron & Hamul. 13. Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Semron 14. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. 15. Hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. 16. Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Esebon & Heri & Arodi & Areli. 17. Filij Aser: Iamne & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. 18. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. 19. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin. 20. Natique sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos: Manasses & Ephraim. 21. Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. 22. hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ, quatuordecim. 23. Filij Dan: Husim. 24. Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Ieser & Sallem. 25. Hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob. omnes animæ septem. 26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorum eius sexaginta sex. 27. Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. 28. Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nuntiaret ei, & occurreret in Gessen. 29. Quò cùm peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eumdem locum, vidénsque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. 30. Dixitque pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. 31. At ille locutus est ad fratres suos, & omnem domum patris sui: Ascendam & nuntiabo Pharaoni, dicámque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: 32. & sunt viri pastores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta & omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum. 33. Cúmque vocauerit vos & dixerit: Quod est opus vestrum? 34. Respondebitis: Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos, & patres nostri. Hæc autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen: quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium.

COMMENTARII.

3. *Iacob iubetur à Deo Ægyptum inire.*

VERS. 3. PROFECTVSQVE ISRAEL, &c.] Pijssimus Iacob ne quid aduersi pateretur, si Deo inconsulto hoc iter susciperet: profectus Ioseph cum omni posteritate, gregibus ac famulis, primum puteum iuramenti curat inire, vt victimas Deo Isaaci immolaret. * Nihil enim non prosperè cedit, quod ab orationis, ac sacrificij religione auspicatur.] Audit Deum clamantem, *Iacob*, *Iacob*; cui ille respondit, *Adsum*. Porrò Dominus, Fortissimo protectus à Numine, quid times? In Ægyptum descende, vt ingentis familiæ magnus inibi parens efficiaris, nepotum tuorum propagatione. Quid timeret Patriarcha? An nè liberi idolorum cultu, & aliis Ægyptiorum vitiis imbuerentur. * Certè ingens vis prauæ societatis ad animos auertendos. An nè posteri allecti fertilitate, & amœnitate Ægypti in Chanaan redire nollent Dei promissa negligendo? * Profectò temporariorum abundantia nos efficit Dei promissa negligere.] An ne in via prius quam filium cerneret, moreretur? Omnia hæc timebat Iacob, & ab omni

Prospere cedit, quod ab oratione, ac sacrificio auspicatur.

Prauæ societatis vis ad auertendos animos.

Temporalis abundantia nos efficit Dei promissa negligere.

omni cum Deus formidine liberat, adiiciens.

Promittit protectionem, adducitur Iacob in planstro, omnia geruntur, quæ possidebat.

4. EGO DESCENDAM, &c.] Tibi fidebo conti., & inde adducã te tuo in semine reuertentem, cuius obsequio ossa tua asportabuntur, vt paterno condaris monumento. Porrò Ioseph, si Hebræorum more charissimus morienti charissimo oculos premit, tibi morienti oculus claudet. Ergo nihil est, quod tibi possit timorem incutere.* Profecto prudentis viri est timere. Qui non timet ictum non perpendit instantias.]

Prudentis est timere.

§ 6. 7. SVRREXIT AVTEM IACOB, &c. Filij vndecim parentem, vxores parentis, propriasque vxores cum paruulis in plaustris, quæ Pharao miserat ad id muneris, collocarunt. Omnis supellex & plaustris, & asinis addicitur: & ex puteo iuramenti profecti, ad Ægyptũ descenderunt filij, nepotes, filiæ, & cuncta progenies. Filiæ, inquam, id est, Dina, quam singularem genuerat Iacob. Cur ergo eam numero multitudinis expressit? An enallage numeri? An nurus filias appellauit?* Socer sanctus sibi visus filiam addi familiæ, cum filius adducit vxorem.] * An quia vnica Dina ob raptum tam molesta parenti, vt plures habuisse filias videatur? Certè eo ex capite quælibet filia potest numero multitudinis efferri, cuius fragilitas curas patris multiplicate assolet.]

Socero sancto nurus est velut filia. Vna filia quasi multæ ob curæ paternæ multiplicationẽ.

3.

Nomina filiorum Israel, qui ingressi sũt in Ægyptum, omnes septuaginta.

8. HÆC SVNT, &c.] Describit eos, qui ingressi sunt, vt in exitu appareat mira ex Dei beneficio multiplicatio. Hi ergo erant superstites, quando Iacob fuit Ægyptum ingressus. Ruben primogenitus.

9. 10. 11. 12 13. 14. 15. FILIJ RVBEN: HENOCH, ET PHALLV, ET HESRON, &c.] Sex filij Liæ describuntur ingressi in Ægyptum cũ sua posteritate. Ruben quatuor duxit filios, Simeon sex, Leui tres, Iudas totidem: Her enim & Onan iam percussi a Domino obierant. Porrò ex Phares Iudas duos adduxit nepotes. Isachar quatuor natos induxit, Zabulon tres; quibus omnibus Liæ filiis si Dinam addas, & Liam ipsam, aut Iacobum parentem omnium complectaris, demptis Her & Onam, triginta tres animæ seu personæ computantur ingressæ. Porrò duo illi filij Phares, Hesron & Amul postea fuerunt in Ægypto nati: cur ergo dicuntur cum Iacob in Ægyptum descendisse? An quia in lumbis Phares pergebant? Etiam in aliorum parentum lumbis latitantes alij multi potuissent numerari. Crediderim ex multorum sententia descensum hunc & ingressum Iacobi in Ægyptum complecti etiam decem, & septem annos vitæ eius in Ægypto: imo & annos 71. reliquæ vitæ Iosephi.

16. 17. 18. FILIJ GAD: SEPHION, &c.] Duo filij Zelphæ ancillæ Liæ hosce natos duxere ad Ægyptum: Gad septẽ, Aser quatuor masculos, fœminam vnam: quorum Beria duos dedit parenti nepotes.

19. 20. 21. 22. FILIJ RACHEL, &c.] Duorũ Rachelis filiorum en posteritas. Iosepho apud Ægyptum duo filij progeniti ex Aseneth filia Putiphare sacerdotis. Beniamin autem decẽ filij ad numerãtur, ex quibus aliquos ipse in Ægypto genuit: nam cum iniit Ægyptum viginti & quatuor erat annorum. Omnem ergò Rachelis posteritatem quatuordecim animæ efformabant.

23. 24. 25. 26. 27. FILII DAN &c.] Proponit Moses filios Dan recensere, & vnicum describit Husim. Quasi vnica proles parentis Antichristi innuatur nequissimus fœcundanda datis.* Et quando non fœcunda est iniquitas.] Porrò Nephthali quatuor filios Ægypto dedit; vt ex Bala ancill. Rachelis septem posteri ingrederentur. Certe si filiorum Iacob non numeres vxores, & Iacobum, Ioseph, & duos eius filios demas, sexaginta sex filij, ac nepotes Iacob ad prouinciam Ægypti descenderunt. At si Iacobum ipsum, Iosephum, duosque filios eius complectaris, constabit numerus septuagesimus. LXX autem septuaginta quinque extitisse, quod confirmat Lucas Act. 7. 14 quia adnumerauit Iosepho Manassis filium Machir, & nepotem Galaad: rursus Ephraimi filios Sutalaam, & Iaam, ac nepotem Edem, qui fuit filius Sutalaam, adiiciunt. Porrò hi adnumerantur, quia orti sunt Iosepho, quo superstite.

Iniquitas, fœcũdissima.

4.

Procedit Ioseph obuiã parẽti quid his filio dixerit, quid Ioseph fratres monuerit, quid se dicturũ Regi protulerit.

28. 29. MISIT AVTEM, &c.] A Iacobo Iudas immittitur, vt Iosephum de patris facere aduentu certiorem, vt possit in Gessem proficisci, vt inibi ei obuiam procederet. Cum ergo iam Iacob cuncta cinctus familia ad Gessem peruenisset, Ioseph curruum scandentis ad eundem se contulit locum: aspiciensque parentem, arctissimis eum brachiorum vinculis tenuit, lætitiæ lacrymis obortis. Hebr. *Irruit super collum eius & fleuit super collum eius adhuc.* Non semel, sed sæpè amplexus collum patris fleuit diu.* Vt persistentia actionis affectus exprimeret magnitudinem. Non se magnum ostentat affectus pœnitudinis cum illico lacrymarum fontes exiccantur.]

Diuturnæ lacrymæ exprimit pœnitẽtiæ vim.

30. DIXITQVE, &c.] Fatur Iacob: Te vidi, te relinquam superstitem: iam exultans sepulchro recondar, spiritum semper ductursum filio. Vt qui naturam iam expleui facietate viuendi, in Iosephum tenatcar,* Nunquam probus pater probi in filio non vivit.

Probus in filio suo probus pater.

31. 32. 33. 34 ILLE,] Patri ergo, & omni familiæ Iosephus praefatur: Properu nuncia turus Regi Hebræorum aduentum. Iam tui & Rex, ad te deuenere pastores, prodire quis gregibus. Vos vocabit, & dicet: Quod sequimini vitæ genus? Respondebitis Pastoritium agimus munus! O Iosephi modestiam! In aula Pharaonis nõ dedignatur fratres in sui pastorum, sub taxans eos, quia in vulgares habeantur, cupierent Melchisedech in nomine sine parentibus processisse videri] Nullus propinquus aulicorum pauper accedat, aut taceat se propinquum; quia quod fortasse afferatur vt pauper, procul dubio & propinquus amittet.] O prudentiam! Fratres non induxit in aulam, nè prauis plerumque aulicorum moribus corrumperentur.* Difficile virtus reperitur in aula.] O charitatem, & dilectionem!* Fratres ad sublimiorem non euexit statum, sed arti patriæ, ac pastoratui finẽ habere.] Se certè eorum inimicum exponeret, si et illos addiceret statui, aut munem, quod non potest geri sine gemitu. Procul dubio to-

Aulicorum propinquus pauper taceat propinquitatem. Virtus difficilè reperitur in aula. Quãdãm odo ciuitatis est tibi qui te munere addicit, quod geri non potest sine gemitu. Prælatura collatio gẽtium.

ſub femore meo:& facies mihi miſericordiam & veritatem, vt non ſepelias me in Ægypto: 30. ſed dormiam cum patribus meis,& auferas me de terra hac,condaſque in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpondit Ioſeph: Ego faciam quod iuſſiſti. 31 Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſraël Deum conuerſus ad lectuli caput.

COMMENTARII.

1. *Ioſeph fratres Pharaoni ſiſtit.*

Miniſter prudẽs erga cunctos ciues munificus, erga propinquos parcũ ſe oſtẽtat.

VERS. 1. INGRESSVS ERGO IOSEPH, &c.] Qui à Rege acceperat plenariam ad cunctam adminiſtrationem, poteſtatem, noluit patrẽ, ac fratres excipere alendos, niſi ſemel, ac iterum (vel imperante Rege) de eius intentione periculum faceret. * Prudens enim Miniſter erga omnes ciues munificus, erga propinquos ſe parcum oſtentat, ne ſanguinis duci videatur affectu.] Nunciat ergo Ioſeph, patrem, fratres, oues, armenta, omnemque eorum poſſeſſionem è Chanaan profectam apud Geſſen conſtitiſſe, vt accedẽdi veniam expectaret. Non dubito, quin animum Ioſephi aliquis metus ſubierit, mutarũ eſſe Pharaonem.* Ingenium hominum Principum, facile promittere, difficile implere.

Principes facilè promittunt, difficilè implẽt.

2.3. EXTREMOS, &c.] Selegit ergo Ioſeph abiectiores quinque quoad ſpeciem fratres coram Rege ſtatuendos; ne aut in militiam allegere, aut in aulam inducere tentaret. * Nõ ſint milites, ne premantur incommodis; non ſint aulici, ne mores corrumpantur.] Alij interpretantur, *Elegit quinque præſtantiſſimos.* Hebr. verò *De extremitate fratrum.* Si extremi, quomodo præſtantiſſimi?* Imo ideo præſtantiſſimi, quia extremi. Nunquam non ex humilitate præſtantia.] Quonam (Rex ait) miniſterio viuitis? Gregibus (reſpondent illi) curandis ſtudium impendimus, quod officium à parentibus iam olim didicimus. Agnati ergo ſumus muneri paſtoritio, conſuetudine vires naturæ alterius exerente. * Vnde alij prorſus inepti miniſterio. Rarò videris homines duplici miniſterio egregios expones.]

Militia premit, aula corrumpit.

Ex humilitate præſtãtia.

Rarò homines duplici miniſterio egregij.

4. AD, &c.] Ad Ægyptum ô Rex accolæ non venimus, ſed peregrini, quæſituri gregibus herbam, quæ in terra Chanaan non inuenitur, ingraueſcente fame. Apud Geſſen autẽ reperimus apta gregibus paſcua, multis foſſis ex Nilo irrigua. Profectò citius Chananæam herba defecerat, quam Ægyptum; quia Chananæa altior, terra Geſſen pars humilior Ægypti. * Et quando humilitas non irrigatione vberior, non germine honoratior?

Humilitas vberrima ſemper.

5.6. DIXIT, &c.] Pater (inquit Pharao) & fratres, ô Ioſeph aduentarunt communẽ, quæritantes Redemptorem. Quid renuat ſuos redimere, qui redemit alienus? Coram te eſt Ægypti terra, in conſpectu habes, quam totiens probos Prorex percurriſti. * Nõ duxerim probum Præſulem, à cuius aſpectu vel angulus fugit occultus.] Elige quam voles partẽ gregibus aptiorem. Quod ſi terra Geſſen accommodatior viſa, te approbante, eis adſcribatur.* Multa ſubdito apta videntur, quæ prudens Rector non approbat. * Sæpe mihi viſa eſt apta ad hanc vel illam Vrbem, aut Collegium tranſmigratio, quæ prudenti Præſuli noxia mihi obijcitur.] At ſi (addit) noſti paterna in familia viros adeſſe induſtrios, pecorum Regalium conſtitue magiſtros. Quam probata Proregi fides cui commiſit Rex munus eligendi, ſeu veſtigãdi an fratres induſtrij.* Sciebat Pharao eum eſſe Ioſephum apud quem veritas, non cognatio valeret.

In cõſpectu probi Præſulis omnis detio aſt.

Subdito ſæpe apta apparet habitatio, quæ Rectori noxia obijcitur et futura.

Apud egregiũ Præſulẽ valet veritas, nõ cognatio.

2. *Iacob Regi ſiſtitur, interrogatur, & reſpõdet.*

7.8. POST, &c.] Viſum Ioſepho iam adeſſe opportunitatem patrem introducẽdi.* Apud aulam enim aſſolet opportunitas (*llegar a tiẽpo*) merita ſuperare non ſemel.] Iacob itaque Regi fauſta precatus: Rex in æternum viue. Cui Pharao, Quot annos expleſti? Reſpondet Iacob, Ad annos centum ſupra triginta peregrinatio mea deducta eſt: ſemper enim à Deo peregrinamur. Paruos profiteor ac malos extitiſſe: paucos quidem, quia multo breuiori tempore, quam maiores mei, vixi: malos, quia ærumnis plenos ſum expertus: vnde paucos annos æternitatem duxi. * O vitam hominis per breuem dierum numerũ laboribus longiſſimam ſubeundis!

Apud aulam ſæpe agit opportunitas ſecundo, quã merita.

Vita humana per breuis dierũ lõgiſſima laboribus ſubeundis.

10. ET, &c.] Poſtquam Regi valedixit, foras egreditur. Quàm prudenter * Cui ſtudium eſt Principum gratiam conſeruare, eos abſtineat à conſpectu. Affulet enim nimia conſuetudo aulam exhibere contemptui.

Qui Principum gratiam tueri ſtudet, abſtineat à nimia ſõſuetudine, mater contemptus.

11. IOSEPH, &c.] Tradidit ergo Ioſeph paternæ familiæ Ramaſſes aptiſſimæ pecoribus plagæ poſſeſſionem vt Pharaonis imperia exequeretur, non vt propinquorum commodis ex agnato prouideret affectu.* Acceptio enim perſonarum ſpeciatim propinquorum Præſulem tantum dedeceret.

Acceptio perſonarum, ſpeciatim propinquorũ dedecet Præſules probos.

3. *Aluntur à Prorege pater, & fratres, dũ fames roboratur.*

12. ET, &c.] Alebat Ioſeph parentem, fratres, omneſque eorum familias apud Geſſen Prouinciam, vbi poſtea Ramaſſe oppidum extructum fuit Iſraelitarum opera, Porrò ſingulis cibaria exhibebat, non ſine menſura communiter tribuebat annona.* Propinquis enim Præſules debent ſtricta menſura dona largiri communitati præparata.] Taxantur hinc Epiſcopi qui ex bonis Eccleſiæ pauperibus erogandis communiter Maioratus inſtituunt nunquam perduraturos.

Præſules ſtricta menſura debent propinquis largiri bona cõmunitati præparata.

Taxantur Epiſcopi Maioratus inſtituentes.

13. IN, &c.] In magna orbis parte homines panis penuria laborabant præcipue in Ægypto & Chanaan. Ideo Ioſeph portionem exiguã patri, ac fratribus exhibebat. Nec enim ex deceret in communi fame Proregis propinquos abundantia affluere.* O temporal Rege preſſo ærumnis, inopia laborante ex bellicis ſũptibus, aulicorũ propinquis munera ſine mẽſura ſine pondere exhibentur: & in cõmuni inopia ſoli diuites oſtẽtãtur? Vulgaris ne mutmuratio ſit; nec crediderim apud Chriſticolas Principes geri, quod barbarus Pharao nõ vidit.

Rege inope bellorum ſũptibus, aulicorum propinqui diuites oſtentantur.

4. *Omnẽ pecuniã congregat Ioſeph Regis pecora, cunes coemit, omnẽ Terrã Ægypti efficit ſeruitutis addici præter terram ſacerdotalẽ.*

14 EQVIBVS, &c.] Magna pecuniæ vis congregata ex illis prouincijs, quæ ſpecialiſſimè erant fame defatigatæ, quam Ioſeph fidelis miniſter ærarijs Regijs addicebat, non ſibi reſeruabat * O quot diuitiç ad Regium ærarium pertinentes collectorum domos efficiunt ærarium.

15 16.17 CVMQVE, &c.] Deficiẽte pecunia clamauit Ægyptus, Impende ô Ioſeph, nobis

triticum ad conficiendos panes. Queis Protex, si deficit pecunia, pecus suppetit, e uius commutatione cibaria recipietis. Porrò illi pecora adduxere, & equi, oues, boues, & asini loco pecuniæ iusto pondere, seu valore numerantur, quorum commutatio anno illo pretium extitit nutrimenti. * An non possent Ægyptij mactatis pecoribus vesci? Ita plane, sed omnes cibi sine pane vilescnnt.]

Sinè pane cuncti cibi vilescunt.

* Vt hinc ad contemplationem Eucharistici panis assurgas. Omnia trade, vt panis buccellam accipias. Tantum ô saluator pasce, & tua omnia mea.]

Omnia tradenda vt Euchaustici panis buccellam accipias.

18. 19. Venervnt, &c.] Abductis, & venditis pecoribus secundo anno, quiquidem quartus, vel quintus ab inchoata fame aderat: Ægyptij ad Ioseph accesserunt proclamantes: Abnegare non possumus pecuniam, ac pecus defecisse. * Non facilè allolent homines paupertem profiteri, qui potius (heu) se peccatores, quam inopes videri sinunt.] Ideò magnæ famis est documentum, nos omnino pauperes ostentare. Afflictus noster animus vnicè corpus possidet terræ infœcundæ domino potitum. En corpora, en infœcundam tellurem. Te aspectante, & valente succurrere, cunctos perire haud tuæ est benignitatis. Seruituri ergò Regiæ addicamur, & seruitus nostra sit tritici pretium, quo & nobis cibum, & terræ aliquale subsidium seminis offeramus; nè cultor pereat, & ne terra omninò inutilis reddatur aratro. * Parati sumus fieri mancipia, famis vitadi causa.] Dixi iam potuisse seri aliquid aliquibus iuxta Nilum in locis.

Potius peccatores quà inopes volût homines apparere.

Fames cogit esse mãcipia.

20. 21. 22. Emit ergo, &c.] Omnem terram Ægypti Ioseph acquisiuit non vi tyrannica, sed vltronè, cunctis suas tradentibus possessiones pro tritici pretio. Cunctos itaque populos integrè addixit Pharaoni, quia nec terræ particula iam ciuibus poterat adscribi. Hebræus aliter, *Et populum transire fecit ad Ciuitates de vna extremitate terminu Ægypti vsque ad extremitatem eius.* Id est, ablatis agris, agricolas in Vrbes transtulit, nè sua postea repeterent, & seditioni ansa exhiberetur. * Nihil prudentiu Principi sic consonum, quam seditionis vulgaris occasionem intercidere.]* O Iosephi actum! Agnoscebat ille, ansam populo dari seditionis, dum coguntur agricolæ confici paupertate, & à suis excidere possessionibus.] Profectò sacerdotum terra empta non fuit, quia & Regio munere eis fuerat tradita, & quia ipsi non sunt compulsi vendere; quod ex horreis publicis eis cibaria exhibebantur * Bonorum sacerdotalium immunitas vel Regibus venerabilis barbaris Nec enim bonorum sacrorum emolumentis Regiæ possunt Opes increscere.] Scio *Sacerdotis* vocem multa Hebræis significare, nempe Principes, Magistratus, Ministros. Vnde verisimile, horum possessiones non esse alienatas, quia ex penu Regis alebantur. * Et quando, precor, in communi egestate Principes, Magistratus, Ministri, aulici non abundant, an ex penu Regis, aut ex vena paupertum?]

Prudentis est Præsalis seditionis occasiones intercidere.

Ansa populo ad seditionẽ datur, dû agricolæ coguntur à suis excidere possessionib.

Sacerdotaliũ bonorum emolumẽtis non possunt Regiæ increscere opes.

In egestate cõmuni nõ quã nõ Principes, ac Ministri abundant.

23. 24. Dixit ergò, &c.] Anno denique famis septimo, & vltimo cum præcedentibus duobus annis tanquam Pharaonis mancipia illos refecisset, post fundorum traditionem, & cum iam spes futuræ fertilitatis affulgeret: Dixit ergo Ioseph: Pharao & vos, & terram vestram possidet: ergo & vobis, & terra pro libito vti valebit. Itaque nec seruos, nec terram vult otio torpere, semina accipite, vt sæ aratro offerte telluri fruges germinaturæ. Quinta pars messium Regi sacrab itur, quatuor partes & terræ in sementē & vobis, familiisque vestris addicentur in cibos. Aliqui asseruere speculatores positos, vt viderent, an sationi assignata pars impenderetur.* Id profectò non est, subditis non fidere, sed eos facere fideliores. Qui rectè agere decernit, non refugit aspectari: qui autem expetit, se præstare iniquum, mentem corrigit, ne videatur.

5\.

Dat ei semente ad fruges, quinta parte earũ Regi adscribẽda.

Oportet addici speculatores subditis, vt videant, an rectè agãt Id oportet, non si fideles esse fide eos.

25\. Qvi responderunt, &c.] Per te, inquiunt, mundi saluatorem salutarem donandi sumus: læti Regis seruituri submittemur æternùm, dum modo te laborantes aspicias, vt succurras egentibus. * Quomodo enim pius non succurret subditis Præsul, quos frangi laboribus aspeciet. Ideò non miserentur Præsules laborantibus, quia dedignantur aspicere.]* O si Reges viderent agricolas fractos laboribus, fame confectos! Misererentur plane.]

Præsul videns subditos laborãtes vt eis succurrat.

O si Reges viderẽt laborantes agricolas!

26\. Ex eo tempore, &c.] Hæc ergò lex fuit in perpetuum à Ioseph lata Ægyptiis, vt quinta pars fructuum Regi adscriberetur. * Nanque Regibus dantur semel, perpetuo manere assolent exhibenda. Semel Reges dedisse semper dandi instrumentum est.] Profectò sacerdotalis hæreditas libera ab hac fuit conditione.* Bonorum sacerdotalium quam commendabilis immunitas.] Crediderim tamen id potius voluntate Pharaonis, quam Iosephi studio, qui idolorum cultoribus non est existimandus fauere, & tributa remittere voluisse. * Licet enim Ministri studeant Ecclesiastica bona grauare, fidelis Rex non debet annuere, sed contra omnium opinionem Ecclesiasticæ consulere immunitati ad Regni tuitionem. Nam bonis Ecclesiæ ablatis, non defenditur Regnum, sed corruere cogitur.]

Quæ Regibus semel dãtur perpetuò manent exhibenda.

Licet Ministri studeant grauare bona Ecclesiastica tueantur Reges ad Regni tuitionẽ.

27\. 28 Habitavit ergo, &c.] Terræ Gessen Iacob accola fuit, cedenteque ei illius possessione, ex commoditate gramimum, & continua irrigatione multiplicati fuere greges: ex benedictione autem cœlesti ipse in posteris est vehementer multiplicatus. Decẽ & septem anni videre Iacobũ Gesse habitatorem, vnde centum triginta computatis prioribus, centum supra quadraginta septem ætatis expleuit.

6\.

Habitat Iacob in terra Gessen, morti proximus, petit Ioseph, vt patrio cũ sepulchro cõdat, iurat Ioseph, pater Deo gratias exhibet

29\. Cvmqve, &c]Satur dierum, videbat, diem mortis instare.* Nec senex diu potest viuere.]Filiom sui dilectissimum Ioseph aduocat lectulo addictus, & ei prosatur: si gratus tibi, si amabilis, si veneradus exriti: sub meo femore manũ colloca iuraturus filialem adhuc subiectionẽ hoc habitu indicans. Pollicearis, obsecro, ex gratia, quod implebis ex iustitia misericors promitte, verus exequere. Meum cadauer Ægyptiaco sepulchro non trades, sed in maiorum monumento, te præstante quiescam. Quænam voti caosæ optabat Diuus in terra sancta in qua sola futurus Dei cultus, cum piis parentibus sepeliri.

Senex non potest diu viuere

ſepeliri.* Commendans ſtudium eorum, qui curant celebris Delubri in capellis monumenta extruere: vt ex pietate confluentium fidelium, ex ſacrificiis, & orationibus communibus animo præſtentur ſuffragia vberiora.] Præter ea hac poſtulatione Iacobus ſecuros faciebat filios de ſuorum reditu in Chananæam, atque ita à deliciis Ægypti eorum animos auerteret. * Quid tibi cùm deliciis ſæculi migraturo?] Curabat etiam Patriarcha, vt reuerſi in Chanaan poſteri haberent præ oculis ſepulchrum ſuum, virtutis incitamentum. * Diuorum enim reliquiæ quid niſi monumentum ſanctitatis excitans aſpectantes ad æmulationem.] Demum non ignorabat Chriſtum in Chananæa verſaturum, moriturum, & reſurrecturum cũ multis, è quorum numero eſſe cupiebat, ratus quidẽ ex contactu cadaueris Dominici cadaueribus reſurgendi illicò fortè vim communicãdam. * O virtutem Euchariſtiæ! Quid abſumptum Chriſti Corpus efficiet, ſi reſuſcitat ex contactu? *Et ego* (ait Dominus, *reſuſcitabo eum.*] Conde igitur me in duplici maiorum meorum ſpelunca. Ad quæ Ioſeph, Præſtabo, quod imperaſti. *Quod iuſſiſti*, ait. Cur non, Quod rogaſti, ſi petebat ex miſericordia? Quia omnes parentum petitiones imperia ſunt filio. Cum rogat, iubet, cum ex miſericordia petit, ei ex iuſtitia debetur. Ideo *miſericordiam & veritatem* copulauit.

Commendatur ſtudium ſepulturæ in celebri Delubro, vbi fidelium concurſus.

Quid cum deliciis ſæculi migraturo?

Reliquiæ Diuorũ monumenta virtutũ excitans ad imitationem.

Euchariſtiæ vis ad reſurrectionem.

31. ET ILLE, IVRA ERGO, &c.] Iurare iubet, non quod dilecto filio diffideret, ſed vt cum Pharaone excuſationis exhiberet anſam. Non auſus fuerat Ioſeph obuiam venienti patri procedere ob reuerentiam Pharaonis: audebit autem petere veniam ad ſepeliendum patrem in Chananitide, quia iuſſerat ipſe moriturus. * Quis enim filio curanti vltimam voluntatem patris implere non applaudat? Nec vlla poteſt excuſatio ſufficiens excogitari ad differendam huiuſce vltimæ voluntatis executionem.] Iurauit ergo Ioſeph, & alacer Iacob, vt Deo gratias redderet conuerſus ad lectuli caput, quod Orientem, ſeu terram promiſſionis reſpiciebat, Dominum adorauit. * Si religioſius Deus adoratur, cum tam à longe terra ſancta reſpicitur: quam religioſè coletur in Templo.] Scio L X X. legiſſe, *Adorauit Iacob faſtigium virgæ eius*, id eſt, virgæ Ioſeph, vbi vocabulum illud exaratum: *Saluator mundi.* * Vt è nomine veri Saluatoris Ieſu ſalutem animi expectaret, cũ ex promiſſione Saluatoris Ægypti expectabat corporis tranſlationem. Exiſtimatim vtrumque Iacobum præſtitiſſe adorauit, ſeu reuerentiam exhibuit ſceptro Ioſephi Ieſu nomen figuranti: & Deum adorauit gratias agendo quod eam mentem dediſſet Ioſeph, vt in Chananitidem cadauer transferret, & fratribus ſuis apponendum curaret.

Commendabilis ſi ius, qui curat vltimam voluntatem parentum implere.

Oratio in Templis quã religioſa.

E nomine Ieſu Iacob ſalutem expectabat.

CAPVT XLVIII.

Iacob duos Ioſephi filios ſibi in filios adoptat, iuniorem ſeniori præponit, agro donat Ioſephum in communi bonorum partitione.

1. His ita tranſactis, nunciatum eſt Ioſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. 2. Dictúmque eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. 3. Et ingreſſus ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: Benedixitque mihi, 4. & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: dabóque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam. 5. Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. 6. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. 7. Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepelini eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. 8. Videns autem filios eius dixit ad eum: Qui ſunt iſti? 9. Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc (inquit) eos ad me, vt benedicam illis. 10. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus, & circumplexus eos, 11. dixit ad filium ſuũ: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. 12. Cúmque tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram. 13. Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt ad ſiniſtram Iſraël: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicauitq; ambos ad eum. 14. Qui extendens manum dexterã, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commu-

tans manus. 15. Benedixitque Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentem diem. 16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. 17. Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. 18. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit, pater quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. 19. Qui renuens, ait: Scio fili mi, ſcio; & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gentes. 20. Benedixitque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Iſraël, atque dicetur: Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe: Conſtituitque Ephraim ante Manaſſen. 21. Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducétque vos ad terram patrum veſtrorum. 22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

COMMENTARII.

1.
Nunciatur Ioſeph patris ægritudo, Ioſepho aduentanti aſſerit, ſibi Deum apparuiſſe, & quid dixerit narrat.
Nullis moris veitur probus filius circa parentum obſequium.

VERS. 1. HIS ITAQVE TRANSACTIS, &c.] Profectò nuncium poſthæc excepit Ioſeph, quo certior de patris non tam ægritudine, quam, ex ſenio, defectu fiebat. Porrò ſecum adducens Ephraim ac Manaſſem filios ſuos, ægrotanti, aut deficienti patri curat illicò præſentari. * Nullis quidem moris probus vtitur filius circa parentum obſequium.

Filij ſæpe ægrotantes parentes inuiſant.

2. DICTVMQVE, &c.] Deficienti ſeni nunciatur Ioſephum aduentare; ille autem roboratus ob chariſſimi aduentum, pectore tenus in lecto reſedit. * Ediſcant filij parentes ægrotantes ſæpe inuiſere; confortatur enim pater chariſſimi conſpectu.

Moriturus nullum proferat verbum niſi pertinens ad ſalutem.

3. ET INGRESSO AD SE AIT, &c.] Ingreſſo Ioſepho inſalutato mox aperit quæ Deus ſpiritu prophetico dictabat. * Morte enim inſtanti de nullo alio agendum obituro niſi de pertinentibus ad ſalutem.] Deus, inquit, apparens mihi apud Luzam Chananitidem, profatus eſt: Te auctum multorum populorum faciam eſſe parentem, & te, tuoſque poſteros huius terræ Dominum conſtituam. Vnde conſtet vobis ius mihi competere diuidendæ terræ Chanaan, & mei Ioſephi filios quos adoptare intendo, adſciſcendi hæreditatis portionem.

2.
Adoptat ſibi in filios duos nepotes, Rachelis mortem recenſet.
In ſuprema voluntate cumula muneribus eos, quos experti ſunt fideliores.

5. DVO ERGO FILII TVI, &c.] Itaque ex iure accepto à Deo terram diuidendi, duos filios tuos, quos in Ægypto ante meum aduentum genuiſti, à me adoptati, ſuam portionem ſortientur non minus quam Ruben, & Simeon, quos mihi vxor Lia apud Meſopotamiam peperit. * Commendabile obituris, ſuprema voluntate eos filios, aut propinquos hæreditate cumulare, quos experti ſunt fideliores.

6. RELIQVOS AVTEM, &c.] Si quos autem genueris poſt eos, (haud lego vllos poſtea genuiſſe) tui erunt, nec enim meos efficio velut capita Tribuum ſicut Manaſſe ac Ephraim. Itaque quando diuidetur terra Chanaan proprium funiculum tanquam capita Tribuum non accipient; ſed ſub Manaſſe & Ephraim comprehendentur.

a.

7. MIHI ENIM, QVANDO VENIEBAM,] Particulam *enim* a nullo premi video. Qui aptius difficilem contextum accommodat, aſſerit, hæc dixiſſe Iacobum, ne Ioſeph miraretur, eum tantopere ſolicitum, vt in Mambre, ſeu Hebron ſepeliatur: cum vxorem ſuam dilectiſſimam Ioſephi matrem ipſemet in Ephrata ſepelierit; quod quidem non ſponte, ſed neceſſitate fecit. Aptius tamen reor, particulam *enim* cauſam innuere, cur Iacobus duos Ioſephi filios in ſuos adoptarit, Tribuumque capita fecerit: nempe in honorem auiæ Rachelis vxoris dilectiſſimæ. Te ô Ioſeph, (inquit ſenex,) in duobus filiis tuis hoc honore afficio: mortua eſt enim dilectiſſima vxor mea Rachel, quando de Meſopotamia veniebam. Superſtes ſi mater tua eſſet, eam curarem in amoris documentum cumulare muneribus; mortua ergo mater honoretur in filiis. * Quam commendabile ſtudium eorum, qui mortuis ſe memores oſtentant coniugibus.] Profectò quia incidit in memoriam defunctæ Rachelis, addidit ſepulturam, ſe excuſans, cur in Ephrata peregrino ſepulchro condiderit. *In ipſo itinere* mortua eſt, tempore verno, quo facilè putreſcunt cadauera, ideo non potui cadauer Rachelis vſque in Ebron deferre, præcipue quia tot greges, tot paruulos ducens, iter accelerare non poteram. * Omnis neceſſaria excuſatio, & vix ſufficere, ne maritus videatur, aliquid iuſtorum defunctæ vxori denegaſſe.

Commendabilis qui memor eſt coniugis poſt eius obitum.

Quam iuſtè honorare cadauera vxorum.

3.
Duos filios Ioſeph ſiſtit Iacobo, qui ſuper illos manus commutauit.

8. 9. VIDENS, &c.] Videbat filios Ioſephi Iacob, ſed quia præ ſenio eius oculi caligauerant, non ſatis diſcernebat, quinam eſſent: vnde rogitat, Quinam hi? At Ioſephus reſpondet, ſunt filij mei, quos Aſeneth mihi peperit in Ægypto. Tunc ſenex, Fac, inquit, vt propius accedant, vt eis

fœlicia

fœlicia manuum eleuatione, & impositione valeam imprecari. * Modestia filiorum Ioseph adnotanda, qui in conspectu aut abstracti adestant, nec nisi vocati, & à patre adducti accedere audebant]

Modestia puerorum notanda.

10. 11. Ocvli enim Israel caligabant, &c.] Quia præ nimia senectute caligans Iacob perspicue aspicere non poterat, quod visus sensus intermittebat, sensus tactus supplere conabatur. Vnde arctè sibi nepotes iam filios adoptatos adstringit, & osculatus, Iosepho profatur. Nunquam credidi te videre, quem mortuum existimabam. At præstante numine, & te video, & filios tuos aspecto; * Deo itaque obsequium satage: quod tibi videbitur impossibile, facillimum diuina munificentia redditur.]

Iustis impossibilia facillima ostenduntur cœlesti munificentia.

12. Cvmqve tvlisset eos Ioseph, &c.] Ne auum grauarent, cuius in sinum caput demissum habebant, & vt illis commodius benedictionem impartiretur, Ioseph inde amotos vtrimque ad senis sedentis latus collocat. Postmodum genuflectit & adorat tum patrem se illi reuerenter incuruando pro beneuolentia erga nepotes specialissima: tum præcipue Deum agens gratias pro beneficio. * Nunquam enim munera accipit iustus sine gratitudinis expressione. Accipere enim idem est, ac ad gratias gerendas incuruari ea beneficij pondere, quod facit procidere adoraturum.]

Nunquam accipit iustus munus, cuius pondus eum ad gratiarum actionem procidere non faciat.

13. 14. Et posvit Ephraim ad sinistram svam, &c.] Ioseph ergo Ephraimum ad Iacobi sinistram, Manassem verò ad dexteram collocauit: amboque cœcutienti auo fecit hærescere. Porrò senex manus commutat decussatim in modum crucis, ita vt dexteram suam capiti Ephraimi stantis ad sinistram imponeret; sinistram autem super caput Manassis stantis ad dexteram. Sic prætulit minorem natu maiori. Longe enim maior, celebriorque Tribus Ephraim fuit Tribu Manassis. Præfertur plane, quia ex Ephraim nascitur. Reges Israel. Hæc Tribus & gloria & numero Tribum Manasse superauit. Ex Ephraimo Iosue dux Israelis erat nasciturus, qui typus Christi futurus nos non in Chanaam, sed in cœlum inducentis. Profectò prælatio illa manuum commutatione, ac Crucis efformatione offertur. * Et quando prælatio non formatur à Cruce? Qui dat aliis præcedere, dat Crucem grauiorem tolerare.] Hebræo, *Commutans manus* habetur: *Fecit intelligere manus suas*. id est, sciens, & prudens manus transposuit: seu manus transponuntur quasi scientes, ac prudentes. * Quando Præsul, seu pater familias manus transponit, vt te antiquiorem, & sapientiorem alij iuniori ac rudiori postponat: crede illius manus præditas intellectu, ne querelas audeas excitare]

Præfulatus necessario formatur à Cruce.

Cum sapientior, aut antiquior iuniori, ac rudiori postponeris, crede manus Rectoris intellectu præditas.

15. 16. Benedixitqve Iacob filiis Ioseph, et ait, &c.] Iacob ergo filiis Iosephi benedicens profatur: Deus, cui patres mei Abraham & Isaac placuerunt per omnia obsecuti: & Angelus meus custos adsint pueris istis benedicturi: * Deus quidem ex auorum meritis, Angelus quoque ex agnata inclinatione succurrendi omnibus his, quæ ad suum pertinent alumnum.] Pars autem benedictionis sit, sic viuere, vt mereantur serui tui, id est, mei filij, & filij Isaaci & Abrahæ vocari. * Quid fœlicius filio, quam probo assimilari parenti? quam maiorum illustrium nomina suscitare?]

Et auorum meritis Deus nepotibus benedicit. Angelus custos curat omnia, quæ ad alumnum pertinent.

Fælix filius, qui probo assimilatur parenti, & maiorum illustrium nomina suscitat.

17. 18. Videns avtem Ioseph, &c.] Audiuit Ioseph vtrumque filium benedictione donatum à Deo, & Angelo futuris largitoribus. Audiuit, in multitudinem multiplicandos, siue in morem piscium, (sic Hebr.) quorum est genus fœcundissimum. Attamen aspiciens, senis dexteram manum Ephraimi iunioris caput contigisse, ferens ægraniter, & procurans in caput Manasse maioris natu transferre, ait: Primogenito, ô pater, tuæ dexteræ protectio debetur. * Sciebat Ioseph tanti ponderis esse patris benedictionē vt & modus esset æstimabilis. Vtrique eadem fuerat senex imprecatus: & tamen, quia non eodem manus habitu, grauiter fert Iosephus]

4\.

Curat Ioseph manus patris mutare, renuente Iosepho.

Tanti ponderis est benedictio paterna, vt non solum æstimetur substantia, sed modus.

19. Qvi renvens, ait, &c.] Non ignorans id gessi, non præstitit casu (Senex ait) sciens, & aduertens minorem maiori præferendum signaui. Licèt enim Manasses multiplicandus est pater vtique populorum, frater tamen minor maiorem se illo præstabit, quia pater erit Regum. Ex Ephraim enim oriturus Iosue, & primi Israël Reges. * Profectò illustrior ille pater ostenditur, qui paucos filios generauit augustos, quam popularis genitor multitudinis. * Vnius (ex gr.) libri egregij Auctor illustrior ostenditur, quam qui vulgatium Voluminum conficit Bibliothecam.] Equidē Ephraim pater futurus Regū, in quo superat fratrē; alio ex capite ei assimilabitur, quia semen illius in gētes dilatandus est.

Illustrior pater ostenditur, qui vnum probum quā qui plures vulgares generauit. Vnius libelli egregij Auctor vincit plurimū vulgatium volumin. scriptores.

20. Benedixitqve eis, &c.] Confirmauit senex benedictionem addens: In te, ô Ioseph, siue ex te erit illa prouerbialis Israël benedictio, cum voluerint Hebræi bene alicui precari: sic Deus faciat tibi sicut multiplicauit Ephraim, & Manasse * Id ô fili, *erit in te*, quia commendatio filiorū recurrit ad patrem]Perstitit itaque Iacob inceptis, & fecit Ephraim Manasse præponi.

Commendatio filiorum recurrit ad patrem.

21. 22. Et ait ad Ioseph filivm &c.] Se Iacob ad Iosephum conuertens aduertit: licèt ego mortalitatis soluo debitum à viuis recedens: non recedam deprecatione. Deus enim me, patresque meos exaudiens, vobis aderit custos, adducetque ad patriam Chananæā. Hæc quidem cunctis fratribus, siue eorū filiis Tribubus Israël diuidenda est, quare vt specialem in te dilectionem ostendam futuræ eximo diuisioni. * Magnum paternæ dilectionis signum, sic disponere hæreditatem, vt litium aut contentionum quæ assolent à supputatoribus aut diuisoribus suscitari, non subiaceat.] Ergò iam tibi concedo extra fratres tuos, id est, citrà diuisorum operam, eximiam terræ portionem Sichimam quam de manu Emor (Amorrhæum latè sumpto vocabulo vocitat, cum fuerit Hethæus) iure belli acquisiui.

5\.

Prædicit Iacob reducendos Hebræos ad Chanaā, Ioseph Sichima agro donat.

Magnum signum dilectionis paternæ, sic filio disponere hæreditatem, vt lites nō excitētur nec indigeat supputatoribus.

Emerat Iacob agrum situm in Sichem pecunia ab Emor. At eum post stragem Sichimis à suis illatam metuens, ne Chananæi in se vicissim irruerent, inde abiisset: vicini Amorrhæi agrum hunc occuparunt; quos rediens Iacob vi, & armis expulit, suumque agrum in gladio, & arcu recepit.

Porrò Hebræus Scholiastes sic legit: *I. Sapientia mea, & oratione. mea.* * Quasi indigeret Iacob sapientia, seu astu, & orationis auxilio, vt emptum pecunia agrum conseruaret.]* Certè orationis vis aptè gladij & arcus robori assimilatur. Sed hæc mystica.

Vt confessores, quæ acquisiui, indiges prudentia, & oratione. Oratio, arcus, & gladius.

CAPVT XLIX.

Moriturus Iacob filiis singulis benedicit, euentura posteris bona, ac mala prædicens. Iubet se in terra Chananitide sepeliri, ac moritur.

1. VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini, vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis, 2. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israël patrem vestrum. 3 Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. 4. Effusus es sicut aqua: non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. 5. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia. 6. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. 7. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israël. 8. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui 9. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? 10. NON AVFERETVR sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. 11. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. 12. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. 13. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. 14. Issachar asinus fortis accubans inter terminos. 15 Vidit requiem quòd esset bona: & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. 16. Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israël. 17. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. 18. SALVTARE tuum expectabo Domine 19. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum. 20. Aser, pinguis panis eius & præbebit delicias regibus, 21. Nephthali, ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. 22. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. 23. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. 24. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israël. 25. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. 26. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. 27. Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia. 28. Omnes hi in tribubus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixítque singulis, benedictionibus propriis. 29. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi, 30. contra Mambre in Terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. 31. Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. 32. Finitísque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositúsque est ad populum suum.

COMMENTARII

COMMENTARII.

1. *Aduocat Jacob moriturus filios, & eis benedicit.*

VERS. 1. **V**OCAVIT AVTEM IACOB FILIOS, &c.] Verùm quia mos Hebræis morituris filios aduocare, aut alumnos, eisque salutaria eradere monita: Iacob morti proximus suos filios aduocat, bene eis precatur, documenta eis exhibet vtilia, & Propheta carmine eis simul futura prædicit. * Altius certè filiis inhæret, quod moriturus parens dogma præscribit.] Congregamini (inquit senex) vt vos ô filij, possim de futuris euentibus, vel de iis, quæ in posterum euenient, facere certiores. Replicat autem verba: *Congregamini, audite, audite* Iacobum, seu Israëlem patrem vestrum, vt eos reddat attentiores. * Quæ specialiter sunt auditori vtilia, debent speciali pondere à Concionatore proponi.]

Altius filijs hæret dogma, quod parens moriens eis præscribit.

Quæ specialiter vtilia sunt, debent speciali pondere à Concionatore proponi.

3. 4. RVBEN, &c.] O Ruben, tibi vt primogenito ius primogenij debebatur, à quo in patrem impio fuit meritò ademptum. * Inceptus enim ad paternam domum tuendam, & propagandam, qui impius in patrem, ex Dei more, vitæ breuitate puniendos.] Fuisti plane meæ fortitudinis expressio, genitus à robusto. Et initium extitisti dolorum, ac curarum mearũ. * Quando enim liberi parẽtibus & vinum lætitiæ & absinthium non simul propinant natalitio iostantia?] Prior in donis fuisti, exigente natura; quia primogenito duplea hæreditatis portio debetur. Maior natus es in imperio, quia fratres debẽt fraterna quadam subiectione primogenito submitti. * At tamen à culmine primogenij præceps in scelus corruisti, nec cresces.] Tribus tua erit exigua numero, incestatutus enim nouercam patris tui ascendisti cubile. Notanter dixi, *Non cresces*; particula enim, *Non cresces*, nescio, quid vindictæ sapiebat. Vndè ab aliquibus legitur, *Non cresces* prophetica indictione. * Dedeceret Diuum vel minima vindictæ scintilla in grauissima iniuria succendi. *Maculasti stratum eius*. Me nouercam, te, prosapiam dehonestasti. * Vnius certè insigne crimen totam obscurat illustrissimæ progeniei gloriam] Profectò Iacob non ignorans filij incæstum, silentio suppressit, sed moriturus explicauit.] * Quia si differtur aliquandò correptio, oẽ peccatoris vulnus acerbetur: tandem gerenda est, ne insolens omnino depereat.]

2. *Benedictio Ruben.*

Impius in patrẽ vitæ breuitate assolet puniri.

Filij è natalitio sollicitudines parentibus afferunt.

A culmine vel temporario culpa deturbat.

Diui affectu vindictæ nõ feruntur.

Delictum graue vnius totam dehonestat progeniem.

Differatur aliquandò correptio, [illegible] non tollatur.

5. 6. 7. SIMEON ET LEVI, &c.] Simeõ & Leui cum debuissent pacem tueri, quæ fraternitatis signatur in nomine: fratres se ostentauerunt simillimos & coniunctissimos dolo, ac crudelitate, & ex fratrum collegio solum ipsi ad vltionem exarserunt * O piaculum! In communitate frater fratri hæresci ad vltionem, ad perturbationem pacis, ipso fraternitatis nomine expressa.] Profectò illi vasa, seu instrumenta iniquitatis prompta ad vltionem extiterunt. * Quid iniquius quam cum cæteri socij continentur pacis amatores, exsugere perturbatorem pacis ostendentem aptitudinem ad flagitium, reliquosque ad inferenda bella intestina prouocantem?] Absit vt glorier hoc filiorum meorum consilio. * Debuissent enim à sanctis, à pacificis, à prudentibus antè facinus consilium exquirere.] At iniquum ab iniquo consilium petere: iniquum iniquo consilium dare, exitiale quidem est.] Illi plane eo facinore vindicatæ sororis quasi fortitudinis suæ documento gloriati sunt: absit à me ea piaculo gloriari. * Nihil enim iniquius, quam decus ex dedecore peccati requirere, vnde deberet nimis affici confusione.] Illi furore exardescentes Sichem Principem virum occiderunt, vnde tot viris vrbis illius tanta fuit strages excitata; & in voluntate sua, seu libidine sæuiendi suffoderunt murum, seu Ciuitatem corruere fecerunt, dum Hemor & Sichem Principes Ciuitatis robur comminuerunt. * Et quidem Principibus corruentibus tota Ciuitas obruatur necesse est.] LXX. pro *suffoderunt murum*, transtulerunt, *subneruauerunt taurum*. Princeps Sychem tauri instar, cœco impetu ruit in Dinam. Profectũ lasciuia Principum tauri exprimit irruptionem; audax enim, & præceps nec immunitatis virgineæ teneretur iura.] Maledictus sit Simeonis & Leui furor, dum pertinax: & indignatio eorum, dum dura, seu persisteos. * Quia pertinacia in crimine, & cordis durities est agnata maledictioni.] At si ablata pertinacia, ac duritie, ad mentem meliorem se receperint, à maledictione liberabuntur. Porrò maledictio hæc à Tribu Leui sublata est per zelum cùm Moysis & Aaron, aliorumque Leuitarum in cæde adorantium vitulum aureum: tum Phinees Leuitæ, qui Hebræum cum Madianitide concumbentem occidit, & Beelphegor euertit. Ideo Tribus Leui & sacerdotium, & benedictionem à Mose accepit. Porrò in Simeone mansit hæc maledictio propter fornicationem, & idololatriam Zambri, qui fuit Dux Tribus Simeonis, quem occidit Phinees. Vnde solus Simeon a Mose non fuit benedictus. * Vides memoriam piaculi magni magna virtutis actione abolendam.] * Vnius familiæ socius egregia virtutis ostensione potest ab infamia totam communitatem expiare.] Diuidam quidem eos in Iacob, & disperdam in Israël, ne coïre possint aduersus fratres. Leuitæ per omnes Tribus erant dispersi. Simeon non habuit propriam sortem, sed ea Tribu Iuda parum quid accepit, & Simeonitæ ob multitudinem in desertum eiecerunt. * Prudentissimè à Rectoribus praui consultores communitatem disturbantes disperguntur, seu disgregantur, ne rursus in aliorum perniciem colligentur.]

Piaculum magnum in communitate fratrũ fratrem fratri hæresce- re ad pacis perturbationem.

Iniquũ est, te aptum ostẽ- di ad perturbandã communitatis pacẽ, cum cæteri socij cõtinẽtur.

Impium impio consiliũ dare: impium ab impio cõsilium petere exitiale est.

Ex peccato gloriari, iniquissimũ est.

Principibus ruẽtibus tota Ciuitas corruit.

Pertinacia in crimine, cordisque durities agnata maledictioni.

Memoria Piaculi magni magna virtutis expressione abolenda.

Vnius familiæ socius egregia virtutis ostensione ab infamia expiat communitatem.

Disturbatores cõmunitatis disgregandi à Præsulibus in varias domos.

8. 9. 10. 11. 12. IVDA, TE LAVDABVNT FRATRES TVI, &c.] Iuda nomen tuum (quod *confessio*, & *laudatio*) præsignat, te laudandum à fratribus propter Regni sceptrum tuis posteris dandum. * Et quando non Regum dicta ac gesta licet turpia sint, laudantur à cunctis? Vulgaris sapientis dicta, militis communis facta despiciuntur? Loquantur Principes, operentur: nihil

4. *Benedictio Iudæ.*

Cuncta dicta ac gesta Regum assolẽt laudari.

adulatoribus aut prudentius dictum, aut fortius gestum potest excogitari.] Manus tua fortissima ô fili, in ceruicibus inimicorum, vt eos in fugam agat, insequatur, comminuat. A fratribus propter Regni gloriam adorabetis. Alij de Messia ex Tribu Iuda nascituro exponunt, qui quidem ab omnibus Tribubus adorandus. O fortissima Tribus Iuda! Inter alias eris instar catuli leonis, impauida, bellicosa, victrix. *A præda* (sic Hebr.) ad prædam ascendisti, nunquam non bellatrix exurges in Dauide speciatim Rege bellatore & victore pugnabis. Post victoriam accubuisti, paceque potitus es vt leo, qui capta præda securus accubat. *Non commendo viros agnatos bello, & nunquam victoria quiescentes. Tempus sit bella inferendi, ac gerendi: sed tempus adsit accubandi. Duces vidi, quibus vel pacis nomen molestè insonat, proprij hi lucri amatores, osores Reipublicæ.]Profectò non deses accubabis potiturus pace victoriæ, sed quasi leæna, quæ catulos lactans sæuior, & fortior est leone. Quis Iudam suscitare, & bello audebit lacessere? Nec enim cum à bello recedit, belli oblitus obdormit: sed quies illa est ad futura certamina præparatio. *Cum pace fruimini, non ideo à militari debetis exercitamento recedere. Instruimini pacis tempore, ne bellandi instantia vos imbelles inueniat: & ab ipso periculo crudeli magistro ediscere cogamini]Mihi crede nate, sceptrum Regni Iudaici erit in finibus Tribus Iuda seu Ierosolymis, & ex prosapia filiorum tuorum aderit Rex si non per lineam masculinam, verùm per fœmininam: donec veniat qui mittendus est à Patre Messias cunctis desideratus gentibus, æternorum collium desiderium. An non Alienigena Herodes Ierosolymis regnauit antè Messiæ aduentum? Minime, quia si Herodes tyrannus aliquando legitime regnauit: Regnû illi non contigit nisi secundo Christi anno, quo illum Iudæi volentes suum susceperunt in Regem.* Certè dum ciues non volunt, Princeps non regnat; quia sine subditis non coalescit imperium, & qui inuitè seruit, subditus non est appellandus.]* Ille Rex verax, qui subditos sortitur vltroneos, ex beneficiis acceptis et volentes deseruire.]O quanta sortis Iudæ Fertilitas! Abundabit magnis vitibus adeo, vt possint ad eas vti ad arbores asini alligari. Vini tanta erit copia, vt pro aqua Iudæ filij possint eo vti ad vestimentorum ablutionem. Certe vini abundantiam copia lactis comitabitur: vndè eorum oculi rubicundi ex vino, dentes candidi ex lacte ostentabuntur exponere. Porrò fortè conuenientius alij ad Christum expectationem gentium retulere, hoc sensu: *Erit Christus expectatio gentium, quia funicolo fidei, spei, & charitatis ad vineam, seu Ecclesiam primæuam ex Iudæis collectam ligabit pullum suum seu populum gentium, qui iugum legis non dum tulerat; & ad vitem id est, se ipsum ligabit Christus asinam suam, hoc est, populum Iudæorum legis iugo assuetum. Lauabit in vino sanguinis sui, stolam seu carnem suam moriturus: & sanguine suo abluit Ecclesiam, Oculi eius magis radiantes quam vinum, & dentes eius vincunt candore lactem, speciosus enim præ filiis hominum.

Taxantur viri agnati bello, qui pace non gaudẽt, nec quiescũt vnquã.

Pacis tẽpore ediscee militarẽ disciplinã ne à periculo magistro crudeli edoceri cogaris.

Princeps nõ regnat dum subditus vltroneus non seruit. Rex beneficiis facit subditos velle.

Christi descriptio.

13. ZABVLON, &c.] Iuxtà mare Mediterraneum, & mare Galilææ, seu Genezareth stagnum Zabulon habitabit, & in portibus, nauium quidem statione, commorabitur Latus eius (sic Hebr.) ad Sidonem, id est, versus Sidonem spectat. Ac si diceret. Tribui Zabulon ea pars terræ sanctæ continget maritima, portuosa, Sidonem spectans.

14. 15. ISSACHAR, &c.] Issachar erit, instar asini, robustus ad agriculturæ opera, accubans inter duas oneris partes, quæ asino imponi assolent. Ac si diceret ex agricolæ sorte libenter sibi imposita onera seu tributa sustinebit.* Quid tolerantius agricola vectigali?]Quotidie crescunt tributa, & tamen inter sarcinas se hilarem ostendit, ignarum laboris, si vel modicissima potione potiatur ad victum. Porrò licet agricola tot oneribus premitur tributis, videns vitæ rusticanæ optimum ad acquirendum victum ministerium ob conscientiæ securitatem: instar ossei asini, maluit onera rustica sustinere, & tributis seruire, quam militari in exercitio fame premi, & aliis ærumnis agitari.* Hinc colliges, qui tributorum pondere pergrauatis, dum alij à tributis liberi pergunt ad bella gerenda: Graue quidem, tributis seruire, sed grauius belle periculis, ac laboribus implicari. Ergo requiescite inter sarcinas tributorum, date hilares. quod militea amplius defatigate comedant.]

16. 17. 18. DAN IVDICABIT, &c] Si quæ Tribus Israeli Iudicem dabit, & Tribus Dan dabit. Samson enim de Tribu Dan iudicabit Israel. Porro ex hoc capite Tribui Ruben, Gad, Simeon, & Aser, è quibus nullus Iudex extitit, præferenda, obiicitur: imo aptius dixeris prosthabenda.* Populû enim iudicare, quid est nisi populo seruire, à vulgo morderi, innumeris incommodis fatigari.] Fiet certe Dan coluber, ac cerastes; astutus, ac fortis. Coluber astu pollet, Cerastis ingenium, calcaneum equi petere, quo percusso, & deiecto etiam equitem perdit. Conueniunt hæc Samsoni, aut Antichristo. Danita Samson dolo Philistæos comminuit, iàm vulpes colligans, iam columnas concutiens. Danita Antichristus dolis, ac violenta fortitudine serpens, & cerastes erit Ecclesiæ. Profectò cum breuem populi requiem præuiderit Iacob ob mortem Samsonis, & grauissima Ecclesiæ incommoda ob vitam Antichristi, illas prorupit in voces: Saluatorē tuum expectabo, ô Domine, vt nos diuturna pace donet. & demum Antichristum comminuat.* Profectò nihil boni perpetuum & stabile nisi à bonorum fonte potest expectari.

19. GAD, ACCINCTVS, &c.] Gad *accinctum* significat, sicut Dan *Iudex*. Ergo Gad Tribus iuxta suum nomen accincta erit, armata, & bellicosa, idque tunc maximè ostentabitur, cum ipsa armata antè Israelem ibit, id est, antè reliquas Tribus, quasi Dux, easque per Iordanem ducet in Chananæam. Ipsa etiam accingetur retrorsum, cum (probabiliter) reliquas Tribus hortabitur tenuentea, vt maris rubri fidem experiantur: & ingressis Turbia, ipsa retrorsum sequetur, nè aliquis Hebręus ripam reperat derelictam. Vulgariter dixerit: *llenara la retaguardia*. Alij facilius.

5. Benedictio Zabulon.

6. Benedictio Issachar.

Nihil tolerãtius agricola vectigali.

Leuius est, grauari tributis, quam bellorum periculis implicari.

7. Benedictio Dan.

Iudicare populi est populo seruire, & multis laboribus fatigari.

Nullũ bonũ stabile nisi à Deo.

8. Benedictio Gad.

lius totam sententiam explicant. Exercitus veniet contra accinctum Gad, & à facie superabit, coget autem hostem terga vertere & retrorsum persequeos vulnerabit. * Quam illustris Tribus reliquis dans consilium & exemplum. Te ductore, aut hortatore, fideles fugiunt hostium insidias, sanguinis salutaris pelagus transeunt, æternitatis ripa donantur? Ibi ascribenda palma triumphi.]

Qui exéplo, aut hortatione alios ducit ad salutē, illius adscribitur victoriæ.

20. Aser, pingvis, &c.] Solum Aser adeò erit fructibus cunctis plenum sapidis, delicatis, vt Reges Israel, & Iuda id habeant in deliciis: & inibi eueot viridaria vernare floribus, pomaria fructibus vt Regium visum ac gustum permulceant. * Profectò omnis agri pleni, horti vberis copia apte panis nomine pinguis designatur; quia aliquibus panis Eucharisticus commendatur, cœlestis mensæ Regales delicias præbens augustus.]

Qui augustus auget Rex est, fuoe dig e accedit, in pane Eucharistico cœlestibus deliciis satiatur.

21. Nephthali, cervus, &c.] Nepthalim erit velut ceruus emissus ex velocitate. Quid enim ceruo velocius, quando canibus persequentibus ex cubitu emittitur? superabit ergò gens tua alios velocitate cursus, & verborum facundia & elegantia. Alij accommodatius propheciam insigni Nepthalim filio Barach accommodant, qui quidem primùm vti ceruus pauidus, ad bellum emissus non nisi Debora comite in expeditionem ausus est ire At victoria reportata dedit eloquia pulchritudinis, pulcherrimum scilicet gratulatorium carmen concinens.* Et quando non pulchra oratio, quæ ad gerendas pro beneficiis gratias profertur?]

10. Benedictio Nephthali.

Sæpe gratulatoria oratio pulchra est.

22.23 14. 25. 26. 27. Filivs, &c.] O Ioseph fili, sæpe accrescens iuata oominis tui significationem (Ioseph enim *augmentum*) es appellandus, quia duarum Tribuum pater eris de oomine filiorum Ephraim, & Manasse, quarum illa iuxta suom nomen florentissima erit, quia Regia Tam decorus aspectu, vt oculos ad te raperes. Testor, Ægyptiam. (Hebr. *Decorus super oculum*.) Tua tibi pulchritudo tentamina excitauit, sed adiecit victorias. Quā commendabilis modesta pulchritudo virtutibus ornata.] Filiæ Ægyptiæ, & Hebrææ super murum non semel discursitarunt, vt te formosum cultu Regio amictum possent certatim intueri.* Modesta enim pulchritudo planè est spectaculum]O quam impium vulnus innocenti inflictum pulchritudioi! Fratres Iosephum pulcherrimum exacerbauerunt, inter iurgia profatores *Numquid Rex noster eris?* Quomodo oon vulnerarent habentes iacula irrisionum, maledictorum, calumniarum?] Profectò actus tribulatione stetit in forti arcus eius, quia per spē in Deo quasi in arce inexpugnabili coostitit. Et post Ægyptiæ calumniam, & incarcerationem, dissoluta sunt tandem vincula eius è carcere eductus non tam per Pharaoneio, quam per manus Dei potentis, quem Iacob coluit.* Regis hominis est illigare, Regis cœlestis solummodo, est soluere.] Quis crederet, è carcere egressurum esse Ægypti pastorem, & sui populi Israel firmamentum?* Certe è carceris ærumnis didicit miseris succurrere. Nunquam non Deus ô orate, suus auxiliator adstabit te donaturus cœli benedictionibus, opportunam pluuiam impertiendo, rorem, ortum, & soles iuxtà Sichimitani agri tui exigentiam; & benedictiones abyssi largiturus, terram tibi irriguam & fertilem ex aquis inferne ex abysso prodeuntibus confertendo; nec non præstiturus vberum, & vuluæ benedictiones, dum aspectabis tum animalium, tum filiorum tuorum proles. Crede mihi mater est mea benedictio tibi collata, quam ea, qui mihi parentes mei benedixere. Eris me fœlicior, magisque benedictionibus affectus. * Agnatum parentibus, experere, à filiis fœlicitate ac opibus superari Solos enim parentes respectū filiorum non tentat inuidia.] Profecto hæ benedictiones durabunt, donec veniat Christos, quem omnis creatura expetit seruatorem, quique toti mundo cœlestem benedictionem afferet. Porro colles æterni sunt Patriarchæ sapientia & sanctitudine eminentes, qui Messiæ aduentum mirum in modum exoptaruot. Fiant ergò præfatæ benedictiones in caput Iosephi, & in vertice Nazaræi illustris. Si enim Nazaræus idem ac *Separatus, & coronatus*: fuisti ô Ioseph à patre, à fratribus, à tuorum consuetudioe separatus, cum in Ægyptum venditus, & carcere conditus fuisti: postea còroonatus ipse in Ægypto, posteros in Israel stipabit corona. * Maximè commendandus ille, quem non habitus non oomen, sed opera Religiosum ostentant.

Benedictio Ioseph.

Cōmēdabilis pulchritudo virtutibus lita.

Modesta pulchritudo spectaculū est.

Irrisiones, & calūniæ sunt Iacula.

Regis homi nis illigare est, Dei Regis solius est soluere. Ex laborum ærūnis discess succurrere miseris.

Parentes cō pidi, à filiis fœlicitate superari. Eos solū nō tētat inuidia.

Cōmēdabilis, quē non habitus, sed opera Religiosū ostētant.

27. Beniamin, &c.] O Beniamini mei Tribus, instar lupi rapacis futura fortissim.] Quam bellicosa in Bello Gabaa! quam prædatria in Saule. Hic quidem, ceu primus obtinebit Regnum, sed vespere post mortem eius dimidetur.

28. Omnes.] Profectò ab his duodecim filiis Iacob duodecim Tribus Israel descenderunt, quibus benedictionibus præfatis & nominibus & gestis conuenientibus benedixit Iacob * Omnis enim benedictio opera supponit egregia. Inanis beoedictio paterna quæ solo in patroris fundatur affectu.]

Benedictio paterna supponit opera egregia in filio.

29. 30. 31. Et præcepit, &c.] Filiis demum Iacob profatur, Ego Abrahami solurus puluere auolo ad sinum, rogo, vt me meis cum maioribus sepeliaris. In illa inquā, me sepultura duplici recondite, quæ in agro Ephron coostra Mambre io terra subiacet Chananitide, quam Abrahā emit, in qua ipse & Sara recōditur, quę Isaacū & Rebeccā meos parētes claudit, qua vxor Lia requiescit. Annō sufficeret innuisse: Me ad speluncam duplicem humandum adducite? Cur tot aperit sepulchri circumstantias.* Certe vt homines sepulturæ recordentur, prudens Iacob tot signa expressit. Nihil magis agnatum homiolibus quam sepulchrum profundę tradere obliuioni.

12. Sepeliri iubet Iacob maiorū sepulchro, & colligit pedes, ac moritur.

Agnatū hominibus sepulchri, seu mortis obliuisci.

32. Finitisqve, &c.] Itaque post propheticum sermonem, post expressa singulis filiis documenta ad eorum instructionem: pedes, quos peodolos in spooda lectuli sedeos, ostentabat, collegit in lectulum, & sensim expirauit.* O quanto beneficio cœlesti, expiranti conceditur sensus, vt possit vel nouissimo mereri spiraculo.] Mortuus est Iacob, & quoad animam descendit ad patres Abrahæ sinu degentes.

Magnū Dei beneficiū, sēsim expirare

CAPVT

CAPVT L.

Plangit patrem defunctum Ioseph, eumque sepelit in Hebron, fratres timidos consolatur, moritur, in Chanaan iubet ossa deferri.

1. QVOD cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum. 2. Præcepitque seruis suis medicis vt aromatibus condirent patrem. 3. Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus. 4. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: 5. eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior in sepulchro meo: quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. 6. Dixitque ei Pharao: Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. 7. Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti: 8. domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis quæ dereliquerant in Terra Gessen. 9. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. 10. Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies. 11. Quod cum vidissent habitatores Terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti. 12. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis. 13. Et portantes eum in Terram Chanaam, sepelierunt eum in spelunca duplici: quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. 14. Reuersúsque est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. 15. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes: Ne fortè memor sit iniuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus, 16. mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, 17. vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. 18. Veneruntque ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui sumus. 19. Quibus ille respondit: Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? 20. Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. 21. Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros, consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus. 22. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. 23. Quibus transactis, locutus est fratribus: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos asportate ossa mea vobiscum de loco isto: 25. mortuus est, expletis centum decem vitæ, suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

COMMENTARII.

VERS. 1. QVOD CERNENS IOSEPH, &c.] Videns itaque Ioseph patrem suum cõmune soluisse debitum, affectuosa ruit in oscula, cum quia moris erat recens mortuos in præteriri amoris documentum osculari, *tum vt nos filialem affectum parentibus debitum edoceret.]

1. Ruit Ioseph super faciem patris, cadauer aromatibus preparatur, funetus lugetur.

2. PRAECEPITQVE, &c.] Iussit Ioseph seruis medicis, vt erga cadauer sanctum, Proregis parentis munus exercerent funeratorum, qui corpora mortuorum assolent inuoluere. Aliqui asseruere hic medicos idem esse ac pollinctores qui corpora condunt, & humant; sed

sed non aptè; quia huiusmodi hominibus non præciperet, quod ipsi ex locto ministerij satagunt exercere. Lubet ergo medicis, qui Regium Ministrum comitabantur, vt cadauer paternum sancti viri aromatibus condire non dedignarentur. Id quod ipsi libenter præstarent, quia Iacub non vi ægritudinis, in qua curanda potuissent errare: sed defectione senij cesserat e vita.* sanctorum cadaueribus specialis est deferendus honor: mors communia sit, honorabilis sepultura.]

Sanctorum cadauera speciali honore humanda.

3. QVIBVS IVSSA, &c.] Medici Ioseph iussa exequentes, vnguentis ex Balsamo, myrrha, cassia, & alia, quæ ad prohibendum putredinem, & bonum odorem conciliandum apta erant, cadauer condierunt quadraginta dierum spatio, qui conditurae soliti impendi vt crebra iteratione aromatum totus corporis humor ex quo corruptio, exhauriretur, exsiccato cadauere. Ad dies autem quadraginta conditurae alij triginta adiiciuntur ad luctum; septuaginta enim diebus Ægyptij Iacobi mortem expresso luctus habitu defleuere. * Cadaueris illa crebra, & diuturna conditio monet nostræ mortalitatis seu conscientiæ corruptæ putredinem non repentè auferendam: paulatim virtutú aromatibus malus habitus aboletur.]

Corruptæ conscientiæ habitus paulatim virtutum aromatibus abolendus.

2.
Loquitur Ioseph ad aulicos, vt à Rege impetrent veniam pergendi ad Chanaã.

Minister Regius pro aliis loquatur, à propriis commodis obmutescat.

4. 5. ET EXPLETO, &c.] Post septuaginta dies, quibus planctum suum Ægypti expresserant, vti solebant in Regum suorum funere: Ioseph Pharaonis familiam, hoc est, aulicos rogat, vt coram Pharaone pro se gerant intercessores. Sic prudens Prorex auliorum obmurmurationem circa eius absentiam intercidebat: nec enim carpere auderent, quod ipsi consequi a Rege procurarant.] * Modestia simul Iosephi innuitur, qui quod ipse facilius à Rege impetraret amicos, maluit rogantibus aulicis acquirere. Minister enim Regis, qui pro aliorum causis, & augmentis loquitur, propriis incommodia obmutescit.] Si ergo ô Proceres, inquit Ioseph, vobis exiti gratus, veniam mihi a Rege impetrari conamini ad patris mei cadauer humandum in patria. Pater enim indixit quod iuramentu expresso teneor implere. Viam ait, communem ineo, cadauer meum sepeli in spelunca duplici ab Abrahamo empta, à me noua defossione, aut dilatatione præparata. Ascendã igitur, (hæc meo Regi dicite nomine) sepeliã patrẽ, & sine cunctatione reuertar.* scio enim publico muneri exitialem esse Præsulis absentiam.]

Exitialis publico muneri Præsulis absentia.

3.
Dat veniã Pharao, funeris apparatus describitur.

Reges non prohibeant Ministros à propriæ obligationis impletione.

Vel barbari reuerentur iuramenti nomen.

6. DIXITQVE EI PHARAO, &c.] Aulicorum, qui petierant, ore Rex Iosepho profatur: Ascendens in Chanaan, tui patris cadauer speluncæ committe sicut tuo Numini iurasti. * Absit à Regibus, vt commoditati propriæ consulentes, Ministros prohibeant à propriæ obligationis impletione.] *Preme τὸ *sicut adiuratus es*. Vel barbarici iuramenti nomen reuerẽtur.] Vnde Pharao ausus nõ est post iuramẽtũ detinere Iosephum, ne mortuum deferret, qui non immisit, vt viuum duceret ad Ægyptum.

7. 8. 9. QVO ASCENDENTE, &c.] Se Ioseph accinxit itineri, eique comites adhærescunt Regis famuli seniores, vel quia gratus omni aulicorum cœtui Ioseph vel quia Regis amicus * Adulatio siquidem, viget in aula.] Sequuntur ascendentem cuncti Ægypti primigenij. * Probo enim Ministro omnes sunt debitores.] Porrò ex domo Ioseph, & fratrum suorum familiis cuncti ad Chanaan pertexere, paruulis ac gregibus remanentibus. Non dubium simul matres, & pecuarios remansisse. Nec enim matres recessissent à paruulis nec sine pastoribus greges ab Hebræis relinquerentur. Porrò curtus falcati militare præsidium luctui addicitur. * Vel ad planctum præsidio indigemus. Misera mortalis conditio quæ nec plorare potest sine hostis irruituri formidine.

Adulatio viget in aula.

Probo ministro cuncti sunt debitores.

Misera humana cõditio quæ nec plorare potest immuniter.

10. VENERVNTQVE, &c.] Hebræi ac Ægyptij vsque ad aream Atad, quæ tertio a Iericho, secundo à Iordane lapide distat, peruenerunt. Porrò area illa trans Iordanem sita est venientibus ex Chanaan: pergẽtibus enim ex Ægypto, cis Iordanẽ aderat. Igitur apud aream Atad maluerũt septẽ, de more, dierũ planctũ agere, ne si tam diu in intimis Chanaan hærerent, periculum immineret aliquod, aut occasio pugnę uteretur. * Apud notos enim & propinquus grauior timeri poterat quã apud ignotos & extraneos, cõtradictio.] Inibi septẽ diebus planctu magno, ac vehemẽti exequias celebratur. Ieiunauere vsq; ad vesperã diebus singulis, fletum publicum expoluere, virtutes defuncti egregia clara voce commemorarunt, lamentationes cãtu lugubri protulerũt, manuum denique complosione, pectoris ac femoris percussione, conscissione vestiu, cinerũ in caput iniectione, sacco cilicino animi affectum exposuere. * Licet cuncta tristitiæ signa colligarentur, non satis sancti viri in morte debitus ostentaretur luctus.]

4.
Exequiæ fiunt apud aream Atad, in sepulchro patrum cadauer reponitur, Ioseph rursum init Ægyptũ.

Plus contradictionis experietis in patria, quã apud ignotos

Cuncta tristitiæ colligata signa nõ satis ostẽtant luctum debitum viri sancti morti.

11. QVOD CVM, &c.] Terræ illius Chananitidæ habitatores ex clamoribus agnouerũt ingentem esse Ægyptijs causam, vt tam eleuatum planctum ederent. Vnde magnitudo clamoria aream Atad celebrem fecit deinceps appellandam Planctus Ægypti, Dignus celebritate locus vbi filij iusta soluũt parenti, vbi pro defunctis clamores eduntur. An non dignior celebri plausu filius, qui ad huiusce iutis se accingit solutionem?]

Dignus celebritate locus, vbi filij parenti defuncto iusta soluunt, sed dignior filius soluens.

12. 13. FECERVNT, &c.] Obsequẽtes filij vltimam patris voluntatem exequentes circa sepulturam venerabile cadauer in speluca duplici, quam Abraham emerat ad ius sepulchri, reposuerunt. Premenda particula, *In possessionem sepulchri.* * Sancti sepulchra possident, vt propria respiciunt, quia nunquam obliuiscuntur se morituros. Peccatores autem sepulchra non possident, quia & sepulturam & mortem reputant alienam.] * Commendabilis qui emit sepulchrum, & ad suam possessionem reputat pertinere quotidie moriturus. *Contra faciem*, id est, è regione.

Peccatores nõ possident sepulchrum, qui a mortẽ reputant alienam.

Commendabilis, qui emit sepulchrũ, & reputat proprium.

14. REVERSVSQVE, &c.] Patre tradito sepulturæ ad quod munus facultatem pergendi Ioseph à Rege acceperat, visum ei illico descendere cum fratribus, & comitibus in Ægyptum, nec libuit diu patriæ dulci aura potiri. * Nam qui ministerio publico addicitur, in ministerij labore recreatur: cunctaque aliena ducit, quæ in iuncto non accinnnt ministerio.]

Minister publicus omnia priuata cõmoda putet aliena.

15. 16. 17. QVO MORTVO, &c.] Semper credam Iacob de prælapso crimine pœnituisse quia

5.
Timẽt fratres post Iacobi mortem.

Peccatur delicti obliuiscitur, iusti conscientiam pungit delicti recordatio.

quia eos video sæpe illius recordari.* Peccatores enim facilè obliuiscuntur piaculi: iustorū autem conscientiā semper pungit iniquitatis recordatio.] Igitur timentes fratres, nè post obitum patris, cuius respectus Iosephum cōtineret, ipse curaret iniuriam pristinam vindicta resarcire: mentientes quidem, & nomine patris abutentes, (qui certus de Iosephi clementia nihil super hac re illi mandauerat) eum ipsi verecundarentur, insontem aliquem (Bēiaminum crediderim) immiserūt, qui Iosepho fatetur: Pater tuus hæc nobis tibi aperienda dictitauit. Non dixerūt, Noster pater sed *tuus*, ne *fratrū* vocabulo vditionis iniuria exaggerarentur.* A propinquis enim quem affici iniuris, intolerabilis malitia est.] Verba hæc (inquiunt ore internuncij) ipsius patris tui sunt labiis prolata morientis, vt apud te augustiorem obtineant venerationē, & quia patris verba, & quia nouissima.* Quæ enim à parente morituro sententia profertur, maioris à filio ponderis debet adiudicari.] Obliuiscere (ais Iacob) fratrum sceleris, ne illius recordatione ira succendatur ad vindictam.* Ingētes quippe memoria excitauit strages] Nostro autem nomine (nuncius addit) oramus, vt veluti iam Dei effectis ob pœnitudinem, qui æmulatores patris tui Iacob Deo iam in veritate obsequimur, veniam ex corde largiaris.* Pudor enim est iusto, homini, si postquam Deus delinquēti pepercit, ipse non parcat. Audiens hæc Iosephus, lacrymas profudit, dolens fratres suos, eius syncerae reconciliationi diffidere.* Hæc quodammodò noua actior iniuria, potens quidem ex viro lacrymas extorquere, æstimari proteruum ad ignoscendum inimicis. Habere enim te inimici osorem, idem est, ac filium diaboli reputari, si Dei filiorū est amare inimicos]* Appositè autem fratres Beniamini innocentis vtuntur interuentione ad preces; qui enim gratior Principi, facilius impetrat, quod precatur * Vt edifcas ad augustiores Diuos accurrere, ad Deiparam properare apud Filium potentissimam ex ineffabili in eam dilectione.]

Intolerabilis malitia, iniuria afficere propinquum.

Nouissima parētū verba maioris pōderis à filio putantur.

Memoria magnas excitat strages.

Pudeat hominem non parcere inimico, cui pœnitenti Deus iam pepercit.

Quā grauē tibi infert iniuriam qui te osorē reputat inimici: quia effetis te Dei nō esse filium.

Ad augustissimos Diuos, ad Deiparā accurre afflictus: cuius potentissima intercessio.

6.

Fratres ipsi veniunt, & adorāt Iosephum benignissimū.

Cū lacrymis viri ex pietate oboriis plerūque, nō possunt insidiæ copulari.

18.19.20.21. VENERVNTQVE, &c.] Audientes filij Iacob à Beniamino fratre Iosephum fleuisse, animæquiores perpendunt animo,* non posse cum lacrymis viri insidias copulari. Vir enim non plorat plerumque nisi ex pietate] Audent ergò ad Iosephum accedere, profundaque reuerentia præmissa, clamare: En mancipia. Vnum mancipium nostra fecit iniquitas, decem mancipia nostra efficit pœnitudo. Queis Ioseph, Num ego distrubare Dei consilium possum? An oportebit me dare vitio vestro, quod Deus occulta prouidentia permisit? Vos cogitastis mihi malum inferre, nec tamen perfecistis. Venditio enim illa mihi fons extitit fælicitatis, conuertente cœlestis manus efficacia in Regnum seruitutem.* Quam addictum iustorum ingenium ad imminuenda aliorum flagitia! Tot opera fratrum iniquissima malam appellas cogitationem.] Cogitastis itaque me mancipium efficere, Deus autem seruitutem in exaltationem conuertit, vt aspicitis, me donans Principatu, vt multis populis prouidentia sua ministerio meo salutaris existeret. A formidine ergo liberemini, me non timere Iudicem, sed amate vestrum filiorumque vestrorum pastorem. Porrò blandè sic, ac leniter locutus, fratres consolatione affecit, reddens vtique sibi obsequentiores.* Præsulis enim comitas, & mansuetudo trahit vltroneos subditos ad obsequium.]

Iusti mos excusandi, & imminuendi aliorū delicta.

Præsulis mansuetudo vltroneos trahit subditos ad obsequiū.

22. ET HABITAVIT, &c.] In Ægypto Iosephus habitauit cum tota parentis posteritate, & centum decem vitæ suæ annos expleuit, ex quibus octoginta annis rexit Ægyptum; triginta enim erat annorum, quando in conspectu Pharaonis stetit. Filios Ephraim tertiæ generationis vidit post primam, & secundam. Porrò Machir filius Manasse vnum filium progenuit, qui quidem natus est in aui Iosephi genibus, quia mox vt exortus fuit sibi adoptauit in filium; ideo in genibus suis eum statuis à matre Rachela edoctus. Si autem vnicus fuis Machir filius, cur Moses asserit Iosephum Machir filios vidisse? An nota enallage?* Certè quia vnus filius à sancto auo adoptatus, & speciali eius curæ addictus, tam fælix exsurget, vt vel vnus pro multis sufficiat, aut plurium fiat parens filiorum.]

7.

Ætas Iosephi tota, prophetia, iubet ossa asportari in Chananaā, ac moritur.

Fælicitas filij, quem sāctus parens speciali suæ curæ addixit.

23. QVIBVS, &c.] Anno ergò centesimo decimo ætatis suæ fratribus profatur: Me obeunte Deus vobis se se benignissimum ostendit.* Obeuntis quidem iusti intercessione assolet Deus magis propitius superstitibus ostendi.] Ex Ægypto educet manu in potenti, & ad terram parentibus promissam faciet ascendere.

Ob iusti morientis intercessionem Deus superstitibus magis propitiū exhibet.

24.25. Fratres adiurat, fatus: Deus inuiset vos, me opera vestra visitationis efficiat participem: mea ossa vnà asportate itineris periculosi ducem.* Et quando mortis memoria non dirigit viatores, ne errore distrahantur?] Carnem edat Ægyptus fragilitate pressam, osseam fortitudinem Chananæa recipiat. Centum ergo supra decem expletis annis, è viuis excessit ad viuentes spe veracius migraturus: & à seruis medicis aromatibus conditum in loculo Ægyptio deponitur cadauer, Chananitidi aliquandò restituendum.

Mortis memoria dux itineris nostri, ne errore distrahamur.

LIBER

LIBER SECVNDVS COMMENTARII LITTERALES, ET MORALES AD EXODVM.

PROLVSIO.

Huiusce Libri Græcum vocabulum retinuere Latini, ΕΞΟΔΟΣ, id est, *Exitus* filiorum Israël de Ægypto, vt in terram Chanaan proficiscerentur. Profectò si exitus ille profectionem fidelium è sæculo præsignauit in patriam: aptè quidem Maria Prophetissa ducit Hebræos Mariam Deiparentem exprimens, quæ dux Christicolarum cecinit: *Cantemus Domino*, &c. Exod. 15. Ad quæ Richardus Laurent. lib. 4. de Laud. Mar. *Signata est Deipara per Mariam Prophetissam, quæ sumpto tympano, cecinit carmen istud: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Ipsa enim dux est Christiani chori* castrorum, qui cœlestem è sæculo exit ad patriam

CAPVT PRIMVM.

Timens nouus Pharao Regno suo à nimia Hebræorum multiplicatione, illos opprimere conatur, impositione onerum, masculorum recens natorum suffocatione obstetricum ministerio, & infantium in Nilum demersione.

1. HÆc sunt nomina filiorum Israël qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: singuli cum domibus suis introierunt: 2. Ruben, Simeon, Leui, Iudas, 3. Issachar, Zabulon, & Benjamin, 4. Dan & Nephthali, Gad, & Aser. 5. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat. 6. Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione illa, 7. Filij Israël creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram. 8. Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph: 9. & ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est. 10. Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra 11. Præposuit itaque eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntque vrbes tabernaculorũ Pharaoni, Phithom & Ramesses. 12. Quantóque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: 13. oderántque filios Israël Ægyptij, & affligebant illudentes eis: 14. atque ad amaritudinẽ perducebant vitam eorũ operibus duris luti & lateris,

omnique famulatu,quo in terræ operibus premebantur 15. Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebræorum:quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, 16 præcipiens eis:Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit,interficite eum:si femina,reseruate. 17. Timuerunt autem obstetrices Deum,& non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares. 18 Quibus ad se accersitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis,vt pueros seruaretis? 19. Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres:ipsæ enim obstetricandi habent scientiam,& priusquam veniamus ad eas,pariunt. 20. Bene ergo fecit Deus obstetricibus:& creuit populus, confortatusque est nimis. 21. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. 22. Præcepit ergo Pharao omni populo suo,dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit,in flumen proiicite:quidquid feminini reseruate.

COMMENTARII.

1 *Nomina eorum, qui ingressi sũt in Ægyptum.*

Filij primi coniugij præponi debent.

VARS. 1. HÆC SVNT NOMINA, &c.]Cùm Iacobo parente, suis filiis, ac nepotibus cincti ingressi sunt sex primæ vxoris Liæ nati Ruben,Simeon, Leui, Iudas,Isachar,& Zabulon ; Secundæ autem Rachelis ingressus est solus Benjamin; tertiæ verò Balæ Dan,& Nephthali;quartæ denique Zelphæ Gad,& Aser. Ergo thori coniugalis est ordo,non natiuitatis:si enim natalitij ordo seruaretur,Benjamin deberet vltimus annumerari. * Edoceantur parentes primi coniugij filios honorare. Assolent enim in secundæ vxoris adulationem secundi thori filios natis primi præponere;vnde secunda vxor verè ostenditur esse nouerca.]Cum Ioseph ergo qui aderat iam in Ægypto homines septuaginta ingressi sunt Iacobea quidem proles Si autem Ioseph aderat in Ægypto,quonammodo ingressus est cum Iacobo ?* Quia probus filius nunquam à patris separatur affectu Putabat eum mortuum Iacob, sed suo semper viuentem in corde gestauit: pergente autem in Ægyptum,aspectus viuentis, quo cor potiebatur externum dilatatur ad visum.

Probus filius nunquam à patris separatur affectu semper pergit cũ patre.

6.7. QVO MORTVO, &c.] Porro obeunte Iosepho,& illis septuaginta, qui cum Iacob ingressi fuerant Ægyptum,mortuis: filij Israel aucti sunt adeo, vt non tam ex vtero delati ad cunam, sed ex area translati viderentur in hortea.*Mors enim sancti parentis semen est ad vberrimam messem filiorũ.) Hebr. *Quasi ebullientes*,in morem piscium, quorum mira est multiplicatio. Multitudine ergo nimis sunt roborati : populi enim robur est ciuium multitudo.* Regna infirmantur, cum ciues imminuuntur.] Necessariò,ais,remittuntur ad bellum. Herclè non roborat exercitus multitudo,vt Vrbes, sed fortitudo militum. Quotiens pauci milites validi infirmorum deleuere cateruas?*Si ad bellum rudiores & infirmiores eliguntur,& Regnum,detracta multitudine, infirmatur, & minime addita multitudine, roboratur exercitus.] Impleuerunt itaque multiplicati Hebræi terram Gessen adeo,vt ex septuaginta capitibus per cõtinuas generationes annis 215. immensus propemodum numerus ederetur.

2. *Filiorũ Israel multiplicatio, & à Rege nouo persecutio.*

Mors sancti parentis semen est ad messem filiorum.

Regna infirmantur, cum non adest multitudo ciuium.

Exercitus non roboratur ex multis,sed ex fortibus militibus.

8. SVRREXIT,&c.]Nouus tunc Rex exsurgit Amenophis nomine, qui beneficia à Ioseph in ægyptum collata non nouerat. * Plerumque enim noui Reges præcedentis Principis Ministros ita à se curant abiegare vt neque eorum nomina scire videantur.] Chaldæus,*Qui non seruabat decreta Ioseph*,sed nouas leges,& mores inducebat. * Hinc Regis exitium,hic communitatis ruina. Legum multiplicatio subditos assolet disturbare, euertere communitatem.] *Pristina institutio nouo renouetur feruore custodiæ , sed noua lex minime inducatur.] * Quod si illa Regis noui ignoratio sit ad ingratitudinem referenda:de more Principum nouus Pharao ingratus extitit. Omnia enim adeo indicant Principes sibi deberi, vt nullus gratitudinis locus adesse videatur. Vnde assolent ingratitudine laborare.

Noui Reges Ministros præcedentis obliuiscantur.

Legũ multiplicatio communitaté euertit.

Pristina lex renouetur feruore.

Principes iudicãt,omnia sibi deberi,ideo ingratitudine assolent laborare.

10. VENITE,&c.]En populus Hebræorum(Rex ait ad Principes,& Cõsiliarios suos) tanta creuit multiplicatione,vt fortior nobis esse videatur:si ex populo ad populum comparatio fiat:non ex exercitu ad exercitum.* Potentia populi constat ex pluribus,vis exercitus coalescit ex fortibus.]Venite ergo,*callide*(Lxx.sic)*agamus contra eos*,id est, astu prudenti Hebraici populi imminutioni studium impendamus. Permisit Deus acri admodum Hebræos persecutione agi , cum callidè inimicus oppugnare didicit.* Aperta enim persecutio non tam dirè vulnerat, quam occulta callida impugnatio.] Porrò Ægyptiorum in Hebræos persecutio nonaginta annos plus minus durauit. Cur autem affliguntur? Quia aliqui eorum in idololatriam lapsi, asserente Ezechiele Cap. 23.8.* Vnius, vel alterius delictum totius populi afflictione assolet vindicari.] Addo, vt Hebræi acti calamitatibus Ægyptum auersarentur, vt de terra promissa cogitarent. Miror te tot agitatum sæculi laboribus vix æternæ beatitudinis recordari.] Opprimamus itaque populum Hebræorum(ait) ne,ingruente bello,addatur hostibus multitudo tanta, & nobis debellatis ad patriam ipsi terram reuertantur. Fama apud Ægyptios proculdubio vulgata,Hebræos aliquando ad terram Chananitidem esse reuersuros. Vndenam autẽ Ægyptij in Hebræos odium ? Certè religionis diuersitate, agnata debet esse cordibus æmulatio.*Taxatim heros , qui immoderata dilectione mancipium barbarum prosequuntur.] * Eam autem Regnorum legem detestor,vbi conscientiæ libertas adstruitur. Quomodo agglutinabuntur corda ciuium, quos vna fides prius Deo non illigauit.

Fatur ad populum.

Potentia populi ex pluribus,vis exercitus ex fortibus constat.

Occulta impugnatio diritot aperta.

Vnius,aut alterius delictum totius populi afflictione vindicatur.

Tot acti hîc angustiis, quomodo æternæ beatitudinis vix recordamur.

Taxatur heros,qui mancipium barbarum amant immoderate.

Carpitur in Regnis cõscientiæ libertas.

12. Præpo

1\. *Submittit eos præpositis operum, quo magis oppressione multiplicantur.*

Si ciues tributorū exactoribus subiciuntur, Regnū comminuetur.

Regnū magis perdit exactio, quā tributum.

Regium tabernaculum thesauro coalescit: ideo velut vnica essentia.

Horrea thesauri Regni.

11\. PRÆPOSVIT, &c.] Iussit ergo Pharao Israëlitas operarios laterum ædificiorumque constitui, magistrisque operum submitti, vt ab eis tyrannica vexatione agerentur. Hebr. מסים *misim, tributa*, Præposuit eis *exactores tributorum* non pecuniæ, sed laterum. * Vt Regnum amplissimum comminuatur, nullus astus potentior. Quomodo ciuitas, aut Regnum non illicò corruat, si exactoribus tributorum subiiciuntur? * Non (mihi credite) Regnum tam tributa, quam exactiones tributorum perdunt.] Cogebantur ergo Israëlitæ lateres efformare, Vrbes & Pyramides extruere. Ædificauerunt ideo Phithom, & Ramesses in Regni limitibus, *Vrbes* nempe *Tabernaculorum*. Chald. *Thesaurorum* Pharaonis. * Tabernaculum enim Regium ita thesauris confirmatur: vt idem esse prorsus videantur. Vbi thesaurus non est, tabernaculum Regium non adest.] Porro Hebraica vox etiam significat granaria, apothecas, horrea. * En Regni thesaurum, ciues fructibus abundare. Ille Rex ditioris thesauri possessione fruetur, qui opplendis granariis studium vberius impenderit.

Magis oppressione multiplicantur.

Tributorum multiplicationi agnata est populi imminutio.

Laborū multiplicationi agnata sunt hominū incrementa.

12\. QVANTOQVE, &c.] Quo amplius Hebræi premebantur, eo multiplicatior populus exsurgebat. * Aliqui asseruere, id diuina accidisse virtute, siue miraculosè gestum, quia tributorum multiplicationi agnata erat populi diminutio. * At ego affirmarim, ad miraculum non esse accurrendum; quia laborum multiplicationi agnata sunt hominum incrementa.

Odiū vsque ad necem sæuit.

Nil sic nobilem premit, ac illusio.

13\. 14 ODERANTQVE, &c.] Timor potuit Ægyptios reddere crudeles, sed odium reddidit crudeliores. Ex timore, ne data occasione se hostibus adiungerent, eos curant dispergere. At ex odio eos comminuere, ac extinguere procurabant. * Ex odij enim pharetra nunquam non sagittæ exitiales educuntur.] Vt ergo intestino odio satisfacerent, illusionis afflictione premebant. * Nihil enim sic hominem nobilitate conspicuum premit, quam illusio. Eis igitur illudebant, vt grauissimam in eis persecutionem excitarent. Amarissimam reddiderunt vitam eorum *in seruitute dura* (sic Hebr.) subigendi luti, latera conficiendi, opera rustica patrandi. Hinc asseruere aliqui, sorori Mosis nomen factum, vt diceretur *Maria*, hoc est, *amaritudo*. Tantæ Hebræorum tribulationis, tam acris exactionis, tam profluæ amaritudinis hieroglyphicum *Maria* nomen est. * Certè cum contemplor verioris Israëlitæ Iesu probra, illusiones, verbera, crucem, mortem: cuncta me colligasse videor, cum Mariam ante patibulum aspecto. Tunc enim *Maria* totius asperitatis & amaritudinis epilogatio est, & nomen illius appositè omnia signat amara.

Nomen Mariæ iuxta crucem est omnis amaritudinis hieroglyphicum.

4\. *Loquitur Rex obstetricibus, iubetque mares necari infantes.*

Cōminuēda passio recens nata, ne exitialis orbi crescat.

15\. DIXIT AVTEM, &c.] Videns Rex, Hebræos exactionibus, ac illusionibus roborari, occultiore astu curat infantes suffocari, ne in milites Ægypti oppugnatores crescerent. * Prudenter paruulam recens natam passionem comminuis, ne processu temporis tuum roboretur in caput.] Erant duæ insignes obstetrices Ægyptiæ Sephora & Phua, quarum ministerio Pharao suam enixuit regere crudelitatem. Ægyptias esse illa affirmant verba: *Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres, prius quam veniamus ad eas, pariunt.* Vt mirere gentilium pietatem miram. * Pietate enim pollere aliquem apud impiorum multitudinem, mirabile adscribam.

Mirabile, piam apud impios reperiri.

Taxatur nostræ tempestatis fœminea impudicitia.

16\. PRÆCIPIENS, &c.] O tempora! Vt populus comminueretur, mares iubebantur tunc occidi, fœminæ reseruari; quia pudicæ illæ fœminæ non conciperent sine coniuge. At si nunc operæ pretium esset extingui populum, oporteret potius viros, quam vulgares fœminas reseruari, quia sine coniuge concipere non verentur. Præcipit itaque Rex: Cum effuderint fœtum Hebrææ, si masculum esse animaduerteritis, comprimendo, aut strangulando, occidite, prolem fœmineā reseruate. Vult occidi mares, quia ex his bellum poterat timeri. Vult reseruari fœminas, quia imbelles, & quia pulchræ admodum Hebrææ. * Et quando aula non se vrbanam, ac piam ostendit pulchritudini.

Aulici pij ergo pulchritudinem, & vrbani.

5\. *Timent Deum obstetrices, Rex queritur, & illa respondent, à Deoque munerātur.*

17\. TIMVERVNT, &c.] Porrò obstetricibus satius fuit cœlestis Regis, quam terreni revereri præcepta. Ideo fideliter suo muneri addixere manus, mares vti fœminas conseruando. Hebr. *Timuerunt Elohim* id est, *Iudicem*. * Quæ obstetricandi muneri incumbunt, semper Iudicem punitorem præ oculis gerant, ne vel ad infamiam fœminæ nobilis vitandam, audeant in prole parentum piacula vindicare.

Obstetrices Deum Iudicē contemplentur, ne audeant nocere infantibus, nec ad vitādam fœmineæ infamiam.

18\. 19. QVIBVS, &c.] Rex obstetricibus aduocatis querulus inquit: Infideliter gessistis masculis Hebræorum parientium parcentes. Cui illæ: Mulieres Hebrææ in hoc Ægyptias superant, quod viuaces & vegetæ sunt, & priusquam adsit obstetrix fœtum edunt viuidum, ac validum. Hæc nititur expositio voce illa Hebr. חיות *chaiot*, id est, *viuaces*, seu *viuificantes*. Porrò quia *chaiot* etiam *bestiam* significat, alij sic non inepte exposuere: ipsæ similes bestiis, quæ dum pariunt, non egent obstetricibus. Huiusmodi despectum obstetrices simularunt Hebræarum, vt possent beneficium, quod in eas conferebant, operire. * Nihil enim magis contrarium est beneficio, quam personæ despectio. Quomodo beneficiis cumulabis eum, quem dignum reputas despectione.

Despectus contrarius beneficio. Quem despicis quomodo dona cumulabis.

20\. 21. BENE ERGO, &c.] Obstetricum ope populus Hebræus multiplicatur & roboratur ipsa infantium multitudine. * Robur Vrbium ciuium (vt diximus) multiplicatio est, si vel infantum assertuatione dicitur populus confortari. At Deus in obstetrices se timentes bona contulit. Dedit enim eis prolem numerosam, egregiam, longæuam, prædiuitem. En domorum ædificatio; Hebræis enim *proles* idē ac *domus* est, vel ædificium. Nam בן *ben*, seu *filius* dicitur à בנה *bana*, id est *ædificare*. Ideo vulgariter dicimus *Toda mi casa*, id est, vxor, & filij. * Igitur filius domus est. Est ne prudens appellandus, qui ex luto domum illicò ruituram ædificat? Absit. Procura ergo filios tuos roborari virtutibus, vt ædificium nunquam ruiturum exponantur.] Profectò aptius exposuerim, Deum obstetricibus ędificasse domos, idem esse ac sortem inter filios Israël accepisse, vt veræ hærentes religioni æternæ

Robur Vrbis ciuium multiplicatio.

Filij sunt domus. Ergo curandum virtutibus roborari, ne corruat domus.

Dei munificentia quasi nihil dat, dum non impendit bona cœlestia.

domui à Deo exædificatæ adſcriberentur. * Parum enim eſſet Deo muneratori pietatis obſequia præmio rependere temporario. Nihil Deum dediſſe mihi exiſtimabo, dum cœleſtia bona non impenderit.

6. *Præcipit Rex obrui flumine infantes.*

22. PRÆCEPIT,&c.] Adhuc Pharao inſiſtens Hebræorum imminutioni procurandæ edictum tyrannicum euulgauit: Maſculi infantes obruendi emittantur in Nilum, fœminæ reſeruentur. Vel ipſi horruere Ægyptij, ac vix vſu recepit edictum.* Hoc habent tyrannicæ leges, rigidavé præſcripta: deſpiciuntur à ſubditis.] Prudentioris Principis eſt eas mites leges præſcribere, quæ à ciuibus cuſtodiantur ad meritum,& non contemnantur ad ſupplicium * Non aperit Principis potentiam lex rigida dum deſpicitur, ſed lex mitis, dum obſeruatur.

Leges nimiū rigidæ à ſubditis deſpiciuntur. Regis potentiā oſtētat non lex rigida deſpecta, ſed lex mitis obſeruata.

CAPVT II.

Moyſes flumine exponitur, Pharaonis adoptatur à filia: Ægyptio interfecto fugit in Madian, Sephoram ducit, vno, & altero filio donatur.

1. EGreſſus eſt poſt hæc vir de domo Leui: & accepit vxorem ſtirpis ſuæ. 2. quæ concepit,& peperit filium:& videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus. 3. Cúmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis, 4. ſtante procul ſorore eius,& conſiderante euentum rei. 5. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine:& puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è famulabus ſuis, & allatam, 6. aperiens, cernenſque in ea paruulum vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic. 7. Cui ſoror pueri: Vis, inquit, vt vadam,& vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire poſſit infantulum? 8. Reſpondit: Vade. Perrexit puella & vocauit matrem ſuam. 9. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum iſtum,& nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier,& nutriuit puerum: adultúmque tradidit filiæ Pharaonis. 10. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyſes, dicens: Quia de aqua tuli eum. 11. In diebus illis poſtquam creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fratres ſuos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis. 12. Cúmque circumſpexiſſet huc atque illuc,& nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. 13. Et egreſſus die altero cōſpexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? 14. Qui reſpondit: Quis te conſtituit principem & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptiū? Timuit Moyſes,& ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud? 15. Audiuitque Pharao ſermonem hunc,& quærebat occidere Moyſen: qui fugiens de conſpectu eius, moratus eſt in terra Madian,& ſedit iuxta puteum. 16. Erant autem ſacerdoti Madian ſeptem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui. 17. Superuenere paſtores,& eiecerunt eas: ſurrexitque Moyſes:& defenſis puellis, adaquauit oues earum. 18. Quæ cùm reuertiſſent ad Raguel patrem ſuum, dixit ad eas: Cur velocius veniſtis ſolito? 19 Reſponderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu paſtorum: inſuper & hauſit aquam nobiſcum, potúmque dedit ouibus. 20. At ille: Vbi eſt? inquit. Quare dimiſiſtis hominem? vocate eum vt comedat panem. 21. Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam eius vxorem, 22. quæ peperit ei filium quem vocauit Gerſam dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis. 23. Poſt multum verò temporis mortuus eſt rex Ægypti: & ingemiſcentes filij Iſraël, propter opera vociferati ſunt: aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. 24 Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham, Iſaac,& Iacob. 25. Et reſpexit Dominus filios Iſraël,& cognouit eos.

COMMEN-

COMMENTARII.

1\. VERS. 1. EGRESSVS EST POST HÆC, &c.] Vir Amram nomine filius Caat nepos Leui, pronepos Iacobi, Iochabed nepté Leui, & Amræ consobrinam sibi duxit vxorem.

Pater, ac mater Mosis, hac paris, & abscondit infantē, arcula reclu-dit, & flumini tradit.

2\. QVÆ, &c.] Iochabed concepit, & eniaa est infantulum valde pulchrum.* Et quisnam filius parentibus non obiicitur elegans?] Porrò speciosum paruulum tribus mensibus mater prohibuit à flumine. Fatur Paulus Hebr. c. 11. 23. *Moses occultatus est mensibus tribus, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt Regis edictum.* Porrò pro, *elegantem* legit, *gratum Deo*, quasi ex pulchritudine colligerēt parentes infantulum Deo esse gratum, qui elegantiæ munere à Deo fuerat donatus.* Et quidem pulchritudo est Dei donum, conferens ad salutem si virtuti litetur. Hominum vitio malitiæ deseruit.]

Parenti qui libet filius elegans apparet.

Pulchritudo corporis est donum.

3\. 4. CVMQVE, &c.] Feruet rursus inquisitio tyrannica, vnde vidit mater celare non posse eum, qui plorando se manifestabat. Vndè ad tuendam vitam infantuli dilectio adinuenit industriam. Contexit arculam ex iuncis, ferrumine obliniit: & collocato intus infantulo (an in cuna, vel in sepulchro?) posuit cymbam in loco, in quo carices (id est, herba alta in speciem gladij, & sub finem acuminata vulgo *Espadaña*) nascuntur. Vt scilicet in stagnātis Nili parte exposita arcula non posset facilè per alueum fluminis defluentium aquarum impetu abripi. Porrò Maria puella decem aut vndecim annorum soror thesauri custos, vt docta procul adstabat thesauri custos, vt de tei euentu matrem faceret certiorem.* Fallitur quidem, qui asseruit, dilectionem & intellectum vna in sede non commorari. Quo enim flagrantior dilectio, eo sapientior ad dilecti commoda procuranda.]

Amor & intellectus, seu sapientia in vna sede morantur.

2\. 5. 6. ECCE, &c.] Filia Pharaonis vnica hæres dudū iam nupta sine prole nomine Thermut, descēdebat ad ripam, vt vndis ablueretur. Puellæ eius per ripam fluminis cursitabant. At Thermot videns arculam in loco illo, caricis, bus, iuncis, ac papyro id est, foliis longis albis referto famulam immisit, vt afferret. Accipit Pharaonis filia, aperit, vagientem reperit infātulū, & miserta proclamat: En patris mei crudelitas edocens parētem puerulis pietatem. De infantibus hic Nilo est obruendis Vndenam agnoōit? Certè ex circumcisione.* At licet hęc ooo apertè indicaret Hebræū, pueruli id prædicaret iocommodum. Veræ enim Religionis sectatores à cunabulo laboribus agnōnt.]

Filia Pharaonis descendit ad flumen, fiscellā aperit, puello miseretur.

Fideles à cunabulo laboribus agūtur.

3\. 7. 8. 9. 10. CVI, &c.] Porrò puella soror infantuli simulans se coriofitatis causa puellarum more, accessisse, videns Regiam filiam compassione affectam ait: Vis nū vt à me adducetur recens puerpera Hebræa cuius natus profectus in flumen, vt Hebræum hunc infantulū nutrire valeat? Cui princeps, Perge, inquit. Propetauit puella, & diffluens gaudio matrem monuit. Pergit mater se simulans merè nutricem, accipit puerulum, vt Regiæ filiæ nomine nutriat, spe mercedis.* O quotiens merces datur eis, qui vt mūnus acciperent, mercedem exhibeient Tradit Iochabed filium adultum Regis filiæ, quæ in filij locum accepit, finxerat enim se grauidam, & Moysem genuisse. At, Pharaone earincto, Moses non fuit aduocatus ad Regnum, quia matris fraus, & Mosis adoptatio detecta est.* Quomodo enim diù taceretur delictum, quod famulæ sciebant. Porrò Regis filia puerum Moysem vocitauit, quia de vndis abstraxerat. *Moyses* enim deriuatur à radice משה *masa*, quæ *extrahere* significat. De aqua inquit, tuli eum, & ideo extractum de vndis appello vt nomen fortunæ conuertat infantis, & throno aliquando hærescens non superbiat, recordatus ea nomine, se ea aquis abstractum!* O si Principes, Magistratus, Consiliarij recordarentur se è puluere (si non ex aqua) assumptos, ne fortunæ risu superbirent!]

Filia Regis Mosi sadoptatur in natū, crescit ad fratres redit, occidit Ægyptiū fu-

gis in Madian.

Multis datur merces pro munere, quod vt acciperent, ipsi dederat mercedem.

Non potest diù taceri delictū here, quod tamulæ sciunt.

Recordentur Magistratus, Consiliarius se è puluere assumptum, ne distrahatur superbia.

11\. IN DIEBVS ILLIS, &c.] Moyses factus est adolescens robore eximius, & ea agnatorum circumcisione amore sanguinis & Religionis sæpe ad fratres, id est Hebræos inuisendos exiuit, à quibus fidei dogmata educeretur. Tunc vidit, seu agnouit eorum afflictionem. Nec enim subditi miseri afflictio peruenit ad aulam.]* Si reges cupiunt, Regni afflictionem agnoscere, egredi est necessarium, & subditi miserrimi ærumnas aspicere.] Vidit itaque Moyses vnum ex Ægyptiis Præfectis, qui onere iniusto Hebræos premebant, quendam Hebræum dirè vulnerantem:* Agnata est exactoribus tributorum inhumana crudelitas.]

Miseri sub diti afflictio ad aulam nō peruenit.

Si Rex eu pit scire subditorū affli ctioné, egre diatur, vt videat.

Agnata exactoribus tributorum inhumana crudelitas.

12\. CVMQVE CIRCVMSPEXISSET HVC, &c.] Circumspicit Moses, & comperit nullum adesse testem facinoris, & ex diuina inspiratione authoritate adepta, occidit Ægyptium, & in ripæ Nili abscondit arena Fauet Stephanos, dum ait: *Fecit vltionem percusso Ægyptio; existimabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis.* Act. 7. 25. Moyses de hoc diuina inspiratione, aut diuino oraculo Amram patri reddito, non dubitabat. Nec enim credam virum ad tanti populi salutem electum grauiter deliquisse.* Nihil quidem proximorum ministerio magis aduersatur, quam piaculum in Magistro.] Si ergo iure occidit, cur hoc, atque illuc aspectat, capetens non videri?* Quia non omnia, quæ licent, expedit aliis referari.]

Aduersatur ministerio proximorū piaculum in Magistro.

Non omnia quæ licent, expedit aliis aperire.

13\. 14. 15. ET EGRESSVS, &c.] Die altera egressus Moses duos rixantes aspectauit Hebræos, quorum alter alterum excruciatum opprimebat. Cui iniuriam quidem inferenti Moses affatur: Cur audes vulnerare proximum, quem velut te ipsum diligere tenētis? Percussor respondit: An Princeps, ac Iudex Hebræorum es constitutus filius Ægyptiæ Pharaonis natæ?* Non est aptus ad ferendum iudicium contrà rixantes qui se continere non potuit à rixa Ægypti percussione.] An curas tu me interficere, sicut heri ægyptium de medio tulisti? Porrò Moses affectus timore cogitauit intra se, vndenam potuisset tam occultū facinus eunlgari. Vndenam

Non tacat apte rixatos est rixator, peccator delinquentes.

nam? Non ne conſcios fuit ille ipſe Hebræus qnem ab Ægyptij vulnerantibus manibus eripuiſti? Ipſe ergo ſecretum aperuit amico alicui reſerando, à qno plures didicere. * Secretom tuum, quod cuſtodiri intendis, nec vni amiciſſimo eſt reſerandum. Quomodo ergo ille cuſtodiet, quod tu cuſtodire noo potuiſti?

Secretū tuū euulgabitur, ſi vel vni amico apemas.

16 AVDIVITQVE, &c.] Ad Pharaonis autes (qui iam ſciebat Moyſem Hebræum eſſe, & non filiæ hæredis natum) peruenit facinus adoleſcentis, & odio affectus erga Hebræorum protectorem acerrimum, eum iubet quæri, vt de medio auferatur. Ac ille fugiens apriori tempore rediturus ſe curat à Regis irati coſpectu ſubtrahere. * Placatur enim iracundus, com formidiocem fugiente ſuſpicatur in hoſte. Si quidem exiſtimat affectum vindicta, cum ignauum, ac timidum viderit aduerſarium.] Profecto Madian Abrahæ filius ex Cetura Vrbem eiuſdem nominis condidit, vnde tota regio Madian dicta. Apud terram ergo Madian fugiens cōſtitit Moſes, & iuxta puteum feſſus requieuit.

Placatur iracundus, com credit hoſtē es formidine fugere.

17. ERANT, &c.] Erat quidem Princeps Madianita Sacerdos, (vox enim Hebraica כהן *cohen* Principum ſignat & Sacerdotem) Viri primarij eo tempore ferè ſacerdotes, vt Melchiſedech, Noë, Abraham. * Pudeat ex multitudine filiorum deteriorem ſacerdotio à parentibus deputari Huiuſce ſacerdotis nomen duplex, aut triplex, Raguel, Iethro, & Cinæos. Cuius quidem ſeptem filiæ paſtoritio muneri incumbentes, acceſſerunt ad puteum cupientes plenis aqua caoalibus gregis paterni ſitim extinguere. Nobilis æuo illo ars paſtoritia.

4. *Septem filiæ ſacerdotis Madiā veniunt ad puteum, defendit eas Moſes, narrant illa parenti, à Raguele que aduocatur.*

Ad ſacerdotium non deputandus filius deterior.

18. SVPERVENERE, &c.] Dum Iethro filiæ hauriendæ aquæ operam exhiberent, paſtores ſuperuenerunt, & inurbani abſterruere puellas fruituri inertes alieno labore. Vim inferunt, vt aliena opera potiantur.* Quam ruſticus, quā tyrannus, qui ſe ſexui fœmineo inurbanum oſtendit.] Porro Moyſes educatus in aula didicerat erga fœminas comitatem; vnde vindicator exſurgens defendit puellas turbatis paſtoribus, & oues vnda latiauit. * Nec enim ſanctitati, ac modeſtiæ repugnat politica vrbanitas.

Solus ruſticus, aut tyrannus inurbanum ſe ſexui fœmineo oſtēdit.

Non repugnat modeſtiæ politica vrbanitas.

19. QVÆ, &c.] Referunt puellæ gregem velocius ſolito, pater autem Raguel miratus, rogitat: Vndenam ſolito citius ad domum reduſtis? * Nouum prorſus, fœminas è domo recedentes ſcite ad domum velociter remeate. Vnde doctus quidam eos coruo ex arca emiſſo hoc ex capite comparauit, qui quidem neſciuit gerere reuerſionem.

Nouū prorſus, fœminas è domo egreſſas redire velocius.

20 RESPONDERVNT, &c.] Vir, inquiunt, Ægyptius nos à paſtoribus defenſauit contendentibus prius ſuos adaquare greges; eos enim incomites vrbanus abegit; & dans nobiſcum operam vndæ exhauriendæ, oues exſatiauit. Rogitarim, vndenam Moyſem Hebræū Ægyptium eſſe aſſeruerint? Ex cultu corporis ita apparebat. O quot Hebræi Ægyptij reputantur ex cultu? Quot ſacerdotes, ſeu Religioſi ex indumento, aut victu ex ſæculari vulgo eſſe exiſtimantur.

Multi ſacerdotes, aut Religioſi exiſtimātur ſæculares eſſe ex cultu corporis.

21. AT, &c.] Beneficio (pater inquit) affectæ debueratis hominem retinere, & cogere ad hoſpitium. Vbi nam ille? Requirite ſedulò, & ad domum adducite, vt nobiſcum conuiuere poſſit. * Se Raguel vel hinc Principē oſtētat; agnata enim illuſtri ſanguini gratitudo.

Gratitudo agnata nobilibus.

22. IVRAVIT, &c.] Hebraica vox יאל *iool* ſignificat & *iurare*, & *velle*. Vnde alij explicant *iurauit Moſes*, alij *voluit Moſes*. Sic expono: Cupiens Moſes ſe gratum oſtendere hoſpitio innuit libentiſſimè miniſtraturum Ragueli. At cum ipſe de perſiſtentia in domo eius dubitaret: iurauit Moſes ſe in eius obſequium permanſurum. Profecto cum Raguel Moyſi agnouiſſet egregiam indolem, aptitudinem ad quælibet gerenda miniſteria, fidelitatem, virtutes, ei filiam ſuam Sephoram dedit in coniugem expetenti, & poſtulanti. * Prudens pater qui generum prædiuitem non quæritat, ſed induſtrium, modeſtum, virtutibus ornatum. Gener diues ſine virtute breui pauper efficitur: inops autem virtute conſpicuus breui acquirit diuitias, quæ gerenti iuſtitias à Domino promittuntur.

5. *Moſes ducit Sephorā in vxorem, duos accipit filios.*

Prudens, qui generū magis modeſtū & virtutibus ornatum, quam prædiuitem quæſitat.

23. QVÆ, &c.] Sephora itaque vnum peperit filium, quē Moyſes *Gerſam* nominauit, id eſt, peregrinum, in prælapſæ peregrinationis memoriam. Enixa eſt Sephora & alterum, quem appellauit Moſes *Eliezer*, id eſt, *Deus adiutor meus*, qui me (inquit) de Pharaonis manu quærentis me ad internecionē, eripuit. Beneficium erant filij, hi autem prælapſorum beneficiorum memoriam obiiciunt. * Ab vno enim beneficio monemur, vt de altero nos gratos exhibeamus. Quam dirus, qui poſt tot beneficia accepta adhuc manet ingratus.

Ex vno accepto beneficio monemur vt de altero nos gratos exhibeamus.

24. POST, &c.] Porrò decurrente tempore longo, non ſolum is Rex Ægypti, ſub quo Moſes natus, adoptatus, & ad cædem quæſitus: ſed & duo alij einſdem ingenij, & crudelitatis erga Hebræos mortem cum vita commutarant. Grauati admodum Iſraëlitæ propter operum exactionem ad cor redeuntes ad Dominum proclamarunt. * Labores enim cogunt homines, vt vltronei viam arripiant ſalutarē.] Certe ex morte tyranni aliquod malorum leuamen ſperabant, inepte quidem: ſi ſucceſſione Regum experimento cōpererant exactiones aggrauari. * Tyrannus enim ediſceos à tyranno ſtudet hæredem maioris tyrannidis magiſtrum exponere.] Clamor itaque eorum qui duris operibus vexabantur, aſcendit ad Dominum. * Et quando non exaudit Deus eos, qui fracti laboribus deprecantur?] Clamor itaque aſcendit *ab operibus*, quia illa ipſa opera laborioſa conclamabant.

6. *Mortuo Rege Ægypti, filij Iſrael clamant ad Dominum, exaudiuntur.*

Labores cogunt nos ad Deum properare.

Tyrannus tyrannum edocet crudelitatem maiorem.

25. 26. AT ILLE, &c.] Audiens Dominus miſerorum gemitus, eorum recordatur, (humano more loquitur ſcriptura) id eſt, ſe accingit ad auxilium ferendum, & populum à ſeruitute liberandum: recordatus quidem (humano more loquitur) fœderis initi olim cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo. Reſpexit Iſraëlitas clementiæ affectu & conformes ſuo Filio Chriſto laboraturo perſecutionibus agendo grauioribus eos gregis ſui oues eſſe cognouit, ad ditionemque ſuam pertinere. * Dū fælicitate ſæculari pacificè frueris, à Deo non agnoſceris; at laboribus actum Deus Filij ſui ſocium, fratremque eſſe comperiet.

Deus exaudit homines actos laboribus.

Deus agnoſcit filij ſui ſocium ac fratrem illū, qui laboribus agitur.

CAPVT

CAPVT III.

Cum Moses pasceret soceri sui gregem à Deo ex rubo flagrante vocatur, ad Pharaonem proficisci iubetur, ab eoque Hebræorum poscere dimissionem.

1. MOyses autem pascebat oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian: cúmque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. 2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. 3. Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. 4. Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. 5. At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est 6. Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. 7. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: 8. & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi. & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. 9. Clamor ergo filiorum Israël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. 10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israël de Ægypto. 11. Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israël de Ægypto? 12. Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te: cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. 13. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israël, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius: quid dicam eis: 14. Dixit Deus ad Moysen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filiis Israel: QVI EST, misit me ad vos. 15. Dixitque iterum Deus ad Mosen: Hæc dices filiis Israël: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abram, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem. 16. Vade, & congrega seniores Israël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: 17. Et dixi vt educam vos de afflictione Aegypti, in terrãm Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. 18. Et audient vocem tuam: ingredierisque tu; & seniores Israël, ad regem Aegypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro: 19. Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. 20 Extendam enim manũ meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos. 21. Dabóque gratiam populo huic coram Aegyptiis: & cùm egrediemini, non exibitis vacui. 22. sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

COMMENTARII.

1\. *Pascit Moses oues soceri, & venit ad Mōtē Horeb, eique Deus apparet ex rubo.*

Mirabiliter vel sācti vir sine macula in aula conseruatur.

VERS. 1. MOYSES AVTEM PASCEBAT, &c.] Postquā Moses quadraginta annis Pharaonis vixisset in aula, aliis quadraginta pastorem egit in Madian. Vt quadraginta solitudinis anni eum à totidem annis Regiæ Vrbis diluerent.* Apud aulam enim vel perfecti viri, miraculo quodammodo expresso sine macula conseruantur.]* Porrò annis quadraginta apud desertum regit oues, vt aliis quadraginta sui esset populi pastor, ac Dux. Quomodo enim deberet homines gubernare, ouium edoceretur in grege]* Præsul enim, qui pastor non est ducens, reficiens, defendens, haud munus implet Magistratus.] Asserunt aliqui Mosem apud Madian Librum Genesis scripsisse ac Iobi ad suorum solatium. * Quid enim aptius ad afflictorum lenamen quam maiorum, quam Diuorum exarata exempla?] Cum ergo soceri Iethro qui & Raguel appellabatur, Madianitici sacerdotis oues regeret, eas ad montem Dei Horeb, seu Sina direxit. Profectò Horeb mons ille prolepsi nunc appellatur, postea enim à gloria Dei inibi reuelata sic fuit nominatus.

Edocetur Præsul antè muneris susceptionem.

Præsul debet esse pastor ducēs, reficiens, custodiens.

Ad afflictorū leoamen Libri sacri.

Illustrationes ac reuelationes plerūq; assolent euenire perfectis, non acoetibis.

2\. APPARVITQVE, &c.] Octogenarius post tot apud solitudinem exercitamenta Moses cœlesti spectaculo fruitur. *Huiusmodi illustrationes perfectis assolent obuenire; vt taxetur illorum præsumptio, qui vix à piaculis repurgantur, cum putant se visionibus illustratos.]Domini itaque personam gerens Angelus Michael Synagogæ Præses, & Custos in flamma de medio rubi Mosi ostētatur. * Cum enim laboribus agitatur populus Michaeli commissus quasi addictus ipse flammis exponitur.]Videbat ille flammam per rubum, & circum rubum ferri, nec tamen absumere arborem Quod si vetus ignis, Dei quis dubitet geri miraculo. Porro illa sine læsione conflagratio afflictionem, qua Hebræi ab Ægyptiis agitabantur, significabat: è qua non consumpti, sed splendidiores exsurgebant.* afflictio iustos non quidem absumere, sed fortiores, illustrioresque reddere assolet.]

Custos Angelus quasi afflictus ostēditur, cū cōmissus ei homo cruciatur.

Afflictio Diuos illustrat, & roborat, nō absumit.

Mysteria credēda, non curiosū vocāda in examen.

2\. *Aduocatur à Domino, nè accedat calceatus prohibetur, faciemque abscondit, Deus profatur.*

3\. DIXIT ERGO,]Cogitauit Moses accedere ad dumum, vt de miraculo periculum faceret: quonammodo conflagans arbor minimè absumeretur?* Aptè ô Diue, ad rubum accederes visione cœlesti potiturus: sed ad vestigandum curiosè quomodo sine læsione exardescat arbor, aptè non properas Mysteria enim credenda, non ad examen aduocanda.]

Reuelationes magnā mētis requirūt aduertētiā, nè homines seducantur.

Qui reuelationibus, aut visionibus vult impunè frui, obediens exponatur.

4\. CERNENS, &c.[Properantem Dominus de rubo compellat: *Moyses, Moyses.* Nomen replicat, vt eum ad attentionem excitaret.*Nihil enim acuriorem mentis requirit aduertentiam, quam visiones, aut reuelationes, quibus assolent spirituales viri non semel seduci.] Moses respondit, Præsto sum, vt tuę, ô Domine, obsequar voluntati.*Qui promptus ad obediendum est, non fit errandi periculo obnoxius, cum de reuelationum aut visionum negotio agitur.]

5\. AT ILLE, &c.]Ne inquit Angelus, audeas ad rubum accedere, nisi prius in lnei, diuinæque Maiestatis reuerentiam te à calceamentis expedieris. Terra enim proxima arbori huic, vbi Deus commoratur, iam est venerabilis sanctitudine. Vt non solum Templum, sed atria, sed platea Templo proxima sancta tibi obiiciatur, nec irreuerenter audeas contingere.]

Non solùm Templum sed atrium aut platea contigua sancta obijcitur.

6\. ET AIT, EGO, &c.] Ego (Deus inquit) me patrum tuorum Deum esse profiteor. Cur horum trium potissimum Deum appellauit? An quia proximi Hebrææ gentis auctores, ac parentes, quibus peculiariter Chanaan terra promissa? Ac si diceret Dominus. Oblitus non sum promissionis Hebræorum factæ parentibus. An quia in illis præcipuè eximiæ virtutes eluxerunt?* Porrò tam addictus Deus eximiis virtutis cultoribus vt eorum solummodo Deus esse videatur, eis specialissime curandis intentus.] At cur ad singula nomina tria vox *Deus* repetitur? Trinitatis mysterium innuitur. *Nam cum de populi afflicti liberatione agitur, tota Trinitas succurrere gestit.]Porrò Deus asserit se vniuscuiusque iusti esse Deum, & vniuscuiusque esse totum.* Vt scilicet videns iustum ineffabilibus à Deo muneribus affectū, credas, promptum esse & tibi similia, & vberiora impertiri, si merita præmittantur.] Audiens Moses Deum in flamma commorari, faciem manibus, ac vestimento operit, clausis oculis; ex reuerentia enim diuinæ Maiestatis præsentis nō audebat oculos alleuare.*Aut non credis, Deum altaris Eucharistici habitatorem, aut impudentem te ostentas, qui apud templum audes non solum huc, illuc oculis diuagare, verum & verba immodesta proferre.]

Eximiæ virtutis viris eā addictus Deus, vt eorum solummodo Deus esse videatur.

Tota Trinitas gestit succurrere afflictis.

Deus tibi totus erit, si eadē merita præmittas vtille, cuius Deum totum esse aspectas.

Non credis Deum esse in Eucharistia qui in Tēplo tam irreuerenter se gerit.

7\. CVI AIT, &c.] Aspectaui, inquit Deus, Israëlitarum supremam afflictionem, quia Præsides eis se se duros, ac rigidos ostentarunt.*Quid subdito miserius quam Rectori duro submitti?]

Quam miser subditus qui rigido, ac duro paret Rectori.

8\. ET SCIENS, &c.] Sciens ergo dolorem, quo afficitur subditus Rectoris duri, ac rigidi, cuius tyrannica gubernatio, misertus descendi, (loquitur humano more) vt eum de Ægyptiorū liberem potestate, & de terra Gessen stricta educam ad terram spatiosam, vberem, lacte, melle, fructibus optimis, omni deliciarum genere redundantem. Si Iudæa tantum continet centum sexaginta milliaria in longitudine à Dan vsque Bersabee, in latitudine autem quadraginta sex à Ioppe ad Bethleem: cur dicitur terra spatiosa? Certè propter soli vbertatem, quod magnam populi multitudinē fructuum copia poterat alere.* Vt ediscas hominem nō constitui magnum ex corporis, aut nobilitatis pondere: sed ex virtutibus * Eam autem Religionem magnam esse appellandam quæ non longitudinem annorum exponit: sed operum filiorum fructus vberes manifestat.] Eos ergo, qui & terrę, & seruitutis coarctantur angustiis, faciam Chananæorum, Hethæorum, Amorrhæorū Pherezæorū, Hebræorū, ac Iebusæorū habitationibus dilatari. Haud afflictione arctetur spiritus, cui dilatando regio cœlestis præparatur?]

Homo magnus non ex mole corporis, sed ex virtute

Religio est magna non ex annorum numero, sed ex virtutum filiorum vbertate.

9\. Clamor

9. CLAMOR, &c.] Quasi excitatus clamore Hebræorum, eorum afflictionem vidi, eos ab Ægyptiis oppressione actos aspectaui. * Docet nos afflictio magna ad Deum affectu clamare. * Porrò Deus precibus excitatur, vt exaudiat, videat, & succurrat.]

Dat afflictio magna ad Deũ affectu clamare. Nostris Deus precibus excitatur, vt succurrat.

10. SED VENI, &c.] Veni ergo, ad Pharaonem, propera immissus dux futurus filiorum Israel a seruitute educendorum. Preme particulas, *Veni*, & *Mitta*. Si Deus mittit, cur dicit, *Veni*, & non aptius *Vade*.* Quia Deus mittens comes additur ei qui missus est. Non timeat missionibus proximorum duos operam à Deo deseri: qui mittit comitatur, *veni*, ait, non, *vade*; quia speciali auxilio donat eum, qui ex obedientia ad Oppida pergit, vt proximis salutaris existat.]

3. *Moyses mittitur ad Ægyptũ, repugnat, ei promittitur auxilium.* Qui à Deo ad Oppida mittuntur, vt proximis salutares existãt, socium Deũ habent; nec enim à Deo missi, ab eo separãtur.

11. DIXITQVE, Replicat Moses: Ad huiusmodi legationem sum prorsus ineptus. * Ad munus honorificum obeundum se viri sancti ex humilitatis affectu debent ineptos deputare. Quidquid enim honorificũ est humilitatis veræ affectui repugnat.] Vndè laudabiles diacrim omnes eos, qui ad munus Prælulatus aduocati se putarint ineptos. Licet enim humilitati veræ gloriosa munera submisse repellere.]

Quod honorificum est repugnãtiã dicit veræ humilitati affectui. Veræ humilitati licet, gloriosa officia submisse repellere. Missionibus incumbenti Deus specialissima prouidentia assistit.

12. QVI DIXIT, &c.] Vt aptus (Deus inquit omnino ad eductionem Israelitici populi reddaris, ego tibi specialissimo hæresca m auxilio. * Certè Deus missis Euangelij ministris specialissima prouidentia assistit.] Quod si expetis signum, vt scias, te a me fuisse immissum, & felicissime omnia præstiturum: promitto te aliquandò Ducem Israelitici populi montem hunc ascensurum, victimasque litaturum mihi immissionis recordationem, actionemque de eductione, ac victoria, gratiarum. Scio Interpretes doctos putasse, signum rubũ ipsum ardentem exhiberi; nam proxima clausula, *Cum eduxeritis populum &c.* non ad signum putant pertinere, sed præceptum immolandi explicare.

13. AIT MOYSES, &c.] En ô domine, (ait Moises) me promptum ad munus iniunctum: & quia scio te variis nominibus compellari: si dicenti mihi: Deus Abrahami, Isaac, & Iacob ad vestram me salutem immisit, quæsierint: Quodnam nomen eius? quid aptius eis potero respondere. Dicam ne *Elohim*, aut *Iehoua*. * Certè Dei cuncta sunt nomina salutaria, sed promptius Deus ad opem ferendam accurrit vno quam alio nomine compellatus. Mihi credite, ex Iesu dulcissimo aduocatum nomine in misericordiis diuitem experiemini.]

4. *Quæstio Moysis circa Dei nomen, & Dei solutio.* Cõpellatus Deus ex Iesu nomine velocius & in misericordiis ditior exurget.

14. DIXIT DEVS, &c.] Non me (inquit Deus) mittentem ex nomine, sed ea essentia annuncies coram iis, qui idololatrarum commorantur in terra. *Ego sum, qui sum*, verus sum Deus, idololatræ id colunt, quod non est: ego sum à me ipso, non aliunde originem habens, Filiis ergo Israel dices: Mittor ad vos ab illo, qui est suum esse, siue cum sua essentia est idem, & causa omnis alterius esse quod participat creatura. * Aptè quidem idololatrarum sociis, aut mancipiis vnius Dei prædicatur essentia.] * Quid enim possent multi illorum ex idololatris sociis ediscere nisi vnicæ oblationem essentiæ.

Ab impiis sociis edocentur impietatem.

15. DIXITQVE, &c.] Quod si (addit Deus) malis mittentem ex nomine exprimere, profaberis Hebræis: Deus Abrahæ, Isaaci, & Iacobi me vos allocuturum immisit. Hoc planè mihi nomen est in æternum, hoc memoriale meum, per quod ego hominum recordabor in sæculum (sic Hebr.) sæculi. An illo ex nomine Deus Christianorum recordatur? Certè per Christũ non deleta Abrahami, Isaaci, ac Iacobi memoria sed renouata.* Vt scias, Adamum, Euam, Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Dauidem, Eliam, Ioachimum, Annam, Iosephũ, cunctosq; legis antiquę naturalis, aut scriptę Diuos venerari, colere, eorumque piis precibus solicitare auxilium.]

Diuorũ antiquorum precibus sũt de .o.icitãda auxilium.

16. VADE, ET CONGREGA, &c.] Non vulgarem colliga multitudinem, *cui non debent Dei euulgari secreta: sed Primores Israel seli ge, eisque proclama: Apparuit mihi Deus, qui à patribus vestris plura accepit obsequia, & gratus vult rependere in filiis. * Ob virtutem enim parentum Deus assolet filios à periculis, ærumnisque eripere.] Respexi semel ac iterum calamitates vestras, cuncta, quę apud Ægyptum passi estis: attente perspexi.

5. *Iubet congregari seniores Israel, Regis intre præsentiam, vt Israel educatur.* Vulgo reuelanda nõ sũt Dei arcanna. Obsequia parentũ piorũ Deus in filiis gratus rependit.

17. ET DIXI, VT EDVCAM VOS, &c.] Mecum statui, vos de Ægyptiaca eripere afflictione, & adducere ad Chanaan lacte, & melle, omnibusque fertilitatis fructibus abundantem,

18. ET AVDIENT, &c.] Israëlitæ tibi de eorum liberatione læta nuncianti credent.* Mirum miseros sibi persuasisse futuram post tot ærumnarum diuturnitatem, à malis liberationem. Diuturna enim miseria id habet inferni quod æternum duratura videatur. * Attamen prudentes credent afflicti iucunda narranti, illorum subtaxantes ingenium, qui nunciis tragicis illico fidem adhibentes circa euentus bellorum (ex. gr.) eum, qui læta nunciat, asserunt delirare.] Ingrediens itaque senioribus populi Israëlitici cinctus ad Pharaonem, & hæc dictitabis: Deus Hebræorum *nobis* (sic Hebr.) *occurrit*, seu nobis apparuit nos aduocans ad sacrificium, quo se vult extra Ægyptum suo à populo coli in deserto. Quæsumus ergo, vt nobis liceat viam trium dierum perficere, vt in deserto aptum sacrificio inueniamus altare. An mendacium fuerit subtracere, se conari viam inire longiorem? Minimè, nõ enim dicturi erant se tantum itinere trium dierum ituros.* Licuit coram hoste teterrimo silentio prætetire integræ veritatis seriem.

Diuturna afflictio sapit æternitatem gehennæ. Carpuntur qui solis tragicis nunciis fidem adhibent.

Licet aliquã dod dissimulare veritatẽ.

19. SED EGO SCIO QVOD, &c.] Oportet ô Moses, animum preparari, ne repulsam passi corde concidatis. Repulsam patiemini non semel; nec enim copiam Rex discedendi dabit nisi postquam potentissima manus mea decem horribiles excitauerit plagas. * Qui negotio arduo studium impendit, sibi persuadeat cum difficultatibus esse pugnandum, ne primum obstaculum eum retrahat ab incœpto.]

6. *Monet Deus Pharaonem repugnaturam, prædicitque Ægyptios spoliandos.*

20. EXTENDAM, &c.] Manum extendam,

vt

vt diris vulneribus totam feriam ægyptum, post quorum mirabilem inflictionem Rex dimittet Hebræos. Piaculum Regis super cũctos subditos refundetur. Deus enim propter vnius principis delictum assolet omnes subditos diuexare. An non aptius Pharao ipse percoteretur? * Profectò si Rex probus esset horribilius puniretur in subditis, quia in singulis pateretur. Cum propria in persona percutitur, semel patitur; percussus autem in omnibus subditis, quos debet amare sicut se ipsum, sæpissime vulnerari necessum est.]

Rex probus horribilius punitur in subditis, quã propria in persona, quia sæpe in singulis patitur.

21.22. DABÓQVE, &c.] Odium, quo Ægyptij Hebræos prosequuntur, efficiam suspendi, vt grati Ægyptiis vacui non exeatis. Cum enim apud terram Gessen Ægypti permisti Hebræis adsint, mulieres Hebrææ petent à vicina & hospita, id est, ab Ægyptiis fœminis quæ iuxta domum habitant, & ab iis, quæ in eadem domo distincto habitaculo commorantur, vasa aurea & argentea siue ornatus, apparatus muliebres, monilia, & vestimenta, quibus filij, ac filiæ vestræ induantur, ornentur ad festiuum triumphum celebrandum. Vnde Hebræis plenis properantibus, Ægyptus vacuus opibus relinquetur. An id rapina? Minime, sed iusto titulo donationis Dei omnium Domini. Quare autem Deus hæc Hebræis donauit spolia? An vt Hebræis: qui gratis, sed inuiti, seruierant Ægyptiis, hæc spolia pretij loco adscriberentur? *Non retineas operarij mercedem, non auferas debitum, quod quadruplũ reddere cogaris.] An vt Hebræis Deus daret materiam, quam postea in Tabernaculi impenderent fabricam? * Maximo beneficio à Deo accipis, quod ei possis reddere in Templo, aut in paupere. Maiori enim fęlicitate dabis, quam accipies. Accipiens enim diuitias perituras comparasti; dans autem, id acquiris, quo æternum poteris esse diues.]

Qui aufert ab operario mercedem, quadruplam reddere cogitur.

Vtilius tibi dare quod à Deo accepisti quam retinere.

Ditior es cũ das, quã cũ accipis diuitias.

CAPVT IV.

Triplici miraculo comprobatur, Mosem à Deo missum, Moyses acquiescit tandem missioni, & cum vxore, ac filiis redit Aegyptum. Filio circumcisionis vulnere affecto, pater ab exitiali vulnere liberatur, Aaronque Dei monitu fratri obuiam procedit.

1. RESPONDENS Moyses, ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus. 2. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. 3. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. 4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versáque est in virgam. 5. vt credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. 6. Dixitque Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. 7. Retrahe, ait manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. 8. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. 9. Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam; sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. 10. Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius; & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. 11. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem, & cæcum? nónne ego. 12. Perge igitur, & ego ero in ore tuo: docebóque te quid loquaris. 13. At ille: Obsecro, inquit, Domine mitte quem missurus es. 14. Iratus Dominus in Moysem, ait, Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, videnſque te lætabitur corde. 15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. 16. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. 17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. 18. Abiit Moyses, & reuersus est ad

Iethro

Iethro socerum suum, dixitque ei : Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui air Iethro : vade in pace. 19. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian : Vade, & reuertere in Ægyptum : mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam. 20. Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersúsque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua. 21. Dixitque ei Dominus reuertenti in Aegyptum : Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone : ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. 22. Dicésque ad eum : Hæc dicit Dominus : Filius meus primogenitus Israël. 23. Dixi tibi : Dimitte filium meum vt seruiat mihi : & noluisti dimittere eum : ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. 24. Cúmque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. 25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui tetigitque pedes eius, & ait : Sponsus sanguinum tu mihi es. 26. Et dimisit eum postquam dixerat : Sponsus sanguinum ob circumcisionem. 27. Dixit autem Dominus ad Aaron : Vade in occursum Moysi in desertum Qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum: 28. Narrauitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. 29. Veneruntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israël. 30. Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen : & fecit signa coram populo, 31. & credidit populus. Audierúntque quód visitasset Dominus filios Israël, & quod respexisset afflictionem illorũ: & proni adorauerũt.

COMMENTARII.

1. Replicat Moses, manus in signũ lepra inficitur, & mundatur, virga in colubrũ vertitur.

Prudẽs Præsul curat vulgo satis facere, subditus mendaci Præsuli non libẽter obedit.

VERS. 1. RESPONDENS MOYSES, &c.] Iàm ô Domine scio (ait Moses) seniores mihi credituros iuxtà tuam infallibilem promissionem ; at vulgus duræ ceruicis mihi non credet proclamans: Deus non apparuit. * Quam prudens Præsul futurus Moses, qui vulgari studet opinioni.] * Nec enim vulgus obsequium præstabit ei Præfecto, quem crediderit esse mendacem.] Quomodo ergò (Moses ait) me ducem sequetur populus de cuius obdubitat veritate.

2.3.4. DIXIT ERGO AD EVM, &c] Iussu Domini Moses virgam proiicit, quæ in draconem vertitur adeo horribilem, vt Mosem cogeret fugitare. Iubetur manu caudã apprehẽdere: gessit ille, & coluber mutatur in virgã.

2. Aquã sumere iubetur in sanguinẽ conuertendam, si Moses aperit ineloquentem, Deus promittit sẽsum perfectionem.

5.6.7.8.9. VT CREDANT, INQVIT &c.] Virgæ inquit, miraculum excitaui, vt videas quam facilè possum te apud Ægyptum Hebræis credulum ostentare. Manum iussu Dei mittit in sinum, leprosam educit : mittit rursùm, & immunem ostentat à plaga Si renuerint, addit, signo priori adhibere fidem, secundo se credulos exponent. At si adhuc dubitent, & tertium miraculum excitabis Aqua Nili à te educta candidas ripæ cruentabit arenas. Profectò hæc tria portenta colubri, lepræ, & sanguinis primo & per se adhibebantur, ad probandum populo, & Pharaoni hanc Moysis missionem à Deo proficisci ipsumque iussu Dei postulare, quæ postulaturus veniebat. * Qui enim venit aliquid petere, nè repellatur illicò, debet se miraculorum gerere patratorem.] * Porrò miraculum vulgare non erit consequi postulata.] Simul tamen tria illa mysticè designabant statũ Hebræorum in Ægypto miseram eorum afflictionem, & tandem à seruiture liberationem. Sub Ioseph sceptrum seu Regiam virgam in manu tenẽt; sub Pharaone infesto vexantur ærumnis horrente dracone ; sub Mose liberati pristinæ libertati restituuntur, sceptro rursum in manu. Similiter per leprosam manum, & aquam sanguineam crudelia illa figurabantur tempora, quibus vires, succum, imo sanguinem Israëlitarum tyrannicè exhauriebant Ægyptij, etiam infantulos aquis suffocando. Porrò Moses manum secundo in sinum mittit plenam ac perfectam populi curam suscipiens, plagas in Pharaonem & Ægyptios immittens, manum eduxit sanam, quia populum ex Ægypto saluum eduxit ; proclamante aqua in sanguinem versa hostium exitium, qui maris rubri vndis hausti erant extinguendi.

Qui venit aliquid petere se gerat miraculorũ patratorem.

Nõ vulgare miraculum, consequi, quod petit.

10. AIT MOYSES : OBSECRO DOMINE, &c.] Obsecro, (Moses ait) parce mihi, noli me immittere ad aulicos.* *Non sum vir verborum*, (sic Hebr.) me despiciet Pharao, me aulici contemnent. * Qui multi sunt in loquendo æstimantur in aula, vbi nihil geritur, quod promittitur.] Nunquam eloquens fui, (hoc significat particula, *Ab heri & nudius tertius*) & postquam mecum loqui cœpisti, experior me etiam infacundiorem, vt difficilius, quæ volo, eloqui valeam. * Tardum certè ad loquendum reddit hominem cum Deo communicatio : Qui linguam non frænat, signum exhibet, se orationis exercitamento obsequium non litare.] Reor, ex reuerentia Numinis id Mosi accidisse * Vt doceat non esse multum in oratione loquendom ei, qui vt audiat docentem Dominum eius sistitur conspectui.] Moses igitur vt absoluatur à munere iniuncto quatuor impedimenta obiecit : Sum paucorum verborum, non sum eloquens in dicendo sed inconditos, & inelegans : tardiloquus sum in sermone : voce sum exili ac gracili : Porro Dominus Moysem naturalibus hisce linguæ vitiis impeditum ad suæ voluntatis prædicationem voluit adhibere. Ac si aptior ministerio prædicationis esset, qui linguæ

Qui multi sunt in loquendo, æstimãtur in aula, vbi nihil geritur, quod promittitur.

Oratio, aut cõtẽplatio influit homini linguæ tarditatem.

Parum orat, qui multum loquitur.

In oratione magis audias, quam loquaris.

tarditatem

tarditatem,& inelegantiam prætenderet. Nihil enim Concionatori procuranti homines à peccati tyrannide liberare ineptius, quam affectato vti sermone,& verborum condimento studere.]

11. 12. Dixit Dominvs, &c.] Ego (ait Dominus) sum, qui sensus, eorumque vsum tribuo: si opus fuerit, etiam eoam eapedicam potero reddere linguam, * Deus concionatoris adsit in ore, ipse pro rei instantia linguam spiritoale acuet ad vulnos. Totum ergo Prędicatoris studium sit, Deum inore solum gerere, Deum solum proferre sermone. Præstat Deū ore hæresc͏ere, quam Demosthenem. An non sermo Deificus omni Rhetorū artificio efficacior personabit?]

Si Deus inore concionatoris, ipse linguam acuet si oportuerit.

13. Av ille: Obsecro, &c.] Alium (inquit Moses) ô Domine mitte quemcumque voles me aptiorem. Aliqui de Messia exponunt, quia ipse aptissimus ei muneri, ab æterno que designatus populi liberator. Tam difficile Moses prudentissimus iudicauit prædicationis munus, vt solum Messiam aptum ei asseruerit. * O quam facile reputat ministerium, qui suggestum permittit ascendere iuuenem, indoctū, imperfectum, concionum alienarum inanem recitatorem, pueruli eloquentiæ studentem, non sententiarum efficaciæ] * Fateor, Mosem pusillanimitate, ac inobedientia, citra graue piaculum, deliquisse, munus à Deo delatum reiiciendo, & toties deprecanda. Deprecare semel iussus concionari, insufficientiam timens; sed instante Prælato, suggestum scande, aut præfulatum ini: Deus aderit auxiliator]

3.
Adhuc Moses renuit ire, & Aaron assignatur, eius interpres, veniam petit Moses à socero pergendi in Ægyptū.

Carpuntur Præsules, qui permittunt suggestum ascendere iuuenem, indoctum, &c.

14. Iratvs Dominvs, &c [Iratus Dominus merito ea nimia Moysis obsecratione. Nec enim importunè obiicienda est imperanti subditi insufficientia. * Taxantur, qui ad quodlibet ministerium graue obeundum non obsquūtur Præsuli nisi post diuturnam aut verborum, aut literarum replicationem.] Annuit tamen obsecrationibus instantibus Moysis, & eum liberat à verbi ministerio.* Sæpe Prælati morem gerunt subdito, & de conuenientia rei dissimulant, ne exasperent renuentem.] Eloquentem Aaronem fratrem tuum Leuitem agnoui non ex vulgaris eloquentiæ penu, sed ea cœlestis facūdiæ eruditione. * Dicendi elegantia, quæ non furilibus nititur verbis, sed sententiarum pondere, piè conditus grauis sermo à Christiano oratore non ablegatur.] Aaron ergo tibi obuiā procedet, cœlesti monito, & ea tua ad Ægyptum profectione intestino gaudio replebitur. Ad eum loquere, vt ipse loquatur. Ori adero tuo, tuorum sermonum moderator, vt dictes appositaori adero illius, vt rectè percipiat, quæ loquuturus es.* Adeo enim assolent audita deprauari à referente, vt ipse dictator non valeat agnoscere. Vndè tam egemus Deo opem ferente ori, vt dictemus; quam vt dictata fideliter referamus. Aaron ad populum loquetur interpres tuus, tu autem eris ei Dei internoncius. Hebr. Tu eris ei לאלהים *lelohim in Deum*, seu vice Dei. Ea te meam voluntatem intelligat, & te quasi me consulat, & audiat. * Homo à Deo tibi præpositus, in Deum sit tibi diuinæ voluntatis expressor.

Non nimium renitentem te exhibeas ad difficile munus obeū dum.

Taxabilis subditus qui non obedit Præsuli nisi post diuturnam verborum aut literarum replicationē.

Sæpe Prælati annuūt subdito renitēti, ne eum exaspereat.

Elegātia, quę sentētiarum pondere nititur, nō furilibus verbis decet concionatorem.

Sic solent audientes immutare quæ referunt ab aliis audita, vt ipse dictans nō agnoscat.

Præsul sit tibi in Deum

17. Virgam qvoqve hanc svme, &c.] sed quia cum duris corde agendum est vobis præter efficaciam verborum Aaronis virgam præpara percutientem plagas excitaturus. * Cum duris enim non tam verbis, quam virga pugnandum.]

Cū duris nō tam verbis quā virga pugnandum.

18. Abiit Moyses, et reversvs est, &c.] Non reuelauit Moyses socero visionem. * Mulierculatum enim est, quas visiones existimant, somnia omnibus euolgare, & indè argueret somnia fuisse. Nec enim tam imprudentibus fœminis cœlestia proferrentur arcana] Aliam verain, & iustam causam profectionis prætexit: Experierim meos afflictione actos fratres inuisere Hebræos, subdubitans an eos sim superstites inuenturus, quos scio exactionum tyrannide diuexari. * Nihil enim adeo exitiale, quam exactorum, tolerare molestias] Porrò Iethro iustā ratus discessionis causam, annuit optaris generi.* Quid enim magis iustum, ac pium, quam solatio afficere afflictos.

Mulierculatum est, somnia euulgare, quæ [illegible] lationes putant.

Qui exactorum patitur molestiā, mirū est si viuat.

Quā iustū, afflictos cōsolari.

19. Dixit ergo Dominvs, &c.] Profectò quod Moyses non petierat nè videretur proprio studere commodo: Deus Moysi promittit, nempè securitatem. Non verearis, ait, reuerti ad Ægyptum; iam enim mortui sunt, qui te quærebant interficere. * Cum minister Euangelii propriis commodis obliuiscitur, Deus efficacius eius studet incolumitati.]

5.
Aperit Dominus mortuos esse eos, qui quærebant Mosem interficere, hic cū familia in Ægyptum pergit.

20. Tvlit ergo Moyses vxorem, &c.] Ergo & sciens reuersurum ad Madian, inibique Domino litaturum, noluit profecturus ab vxore ac filiis separari. * Monens Præfectos exitialem esse à familia separationem. Quandoque periclitatur vnius, vel alterius coniugis puritas: & fere semper absente marito, vxor, ac filii premuntur egestate; quia plerumque vir sibi intentus, quasi extraneos ducit absentes.] Vxorem ergo ac filios asinorum humeris collocans ad Ægyptum reuertitur, manu pro baculo vtente ea virga, qua miracula in Ægypto patranda; quæ quidem virga Dei dicitur ea quo tempore fuit patrandis miraculis deputata.* Illud enim adiudicatur Deo possessori vbi Dei beneficium aliquod fuit expressum. Dei totus es, postquam in te Dei manus expertus es operationem.]

Cū propriis cōmodi obliuisceris, Deus tuę studet incolumitati.

Præfectus factus, ab vxore, ac liberis nō se moueatis, sed duc tecum; exitialis enim huiusmodi diuisio.

Toti Dei sumus specialissime post beneficium à Deo acceptum.

21. Dixitqve ei Dominvs, &c.] Cum Moses in Ægyptum reuertaretur, rursùm Dominū audiuit profantē: quę in potestate tua prodigia apposui gerenda, coram Pharaone exercitabis. Ego enim ad maiorem gloriæ meæ ostensionem cor Regis obdurari permittam, vnde necessum erit, prodigiorum, seu plagarum vi contundi duritiem.* Duro enim cordi agnata supplicia.]

4.
Monet dominus rursū, quid gerēdū & in Ægypto, quid dicere debeat.

22. Dicesqve ad evm: Hæc dicit,] Pharaoni dictitabis meo nomine: Israelitas meos in filios adoptaui. Israel primogenitus meus est filius, quia præ cæteris populis dilecti. Monui te pacificè, vt filium dimitteres, patris præscripta implere, & renuisti eum libertate donare. Crimen igitur in filij primogeniti retentione, tuo in primogenito à me occidendo, vindicabo.* Per quę enim quis peccat, & torquebitrū.] Grauissima plaga omnium plagarum superans horrorem mors est primogeniti, qua quidem durissimum cor Pharaonis fuit tandem emollitum. * O dolorem

Duro cordi agnata supplicia.

Per quę quis peccat & torquebit ur.

Inuisibilis dolor Mariæ videns, Primogenitū cruci suffigi.

rem Dei prævidentis Primogenitum cruci suffigi.

6. *Vult Dominus occidere Mosē, Debera circūcidit puerū, Mosesque à periculo liberatur.*

Legislator debet præire exēplo vel maiori incō modo.

24. CVMQVE, &c.] Moses in diuersorio quiesceret à labor itineris, Angelus vices Dei exerens eum voluit visibiliter stricto gladio interimere, quia omiserat circūcidere Eliezer recens natum, quia timuit ei ab itineris agitatione, si illum circumcidisset. Quam iustè Moysem in mortis discrimen adduxit omissio circumcisionis! *. Legislator enim iam à Domino deputatus exemplo præire debebat etiam filii nati recens incommodo. Subditi studeant legis obseruationem cum graui incomodo non colligari; at Legislatores, Præsules (si non adsit piaculum) grauissimis vt minimè, pareant legi retardentur incommodis.]

25. TVLIT ILLICÒ, &c] Sephora Angelo custode Mosis monente, intellexit maritum periclitari, quia omiserat circumcidere puerum. Vnde properanter quæritans instrumentum ad Vulnus, petram adhibuit, quæ prima, diuina ex dispositione occurrit apta: pucrulum circomcisionis vulnere sauciauit & tangens pedes Mosis, illos sanguine ex filij circumcisione aspergit: Angelus Mosem dimitteret, nec auderet vulnus domui infligere, quæ erat illius agniculi rubricata cruore.* Vidisti Angeli tutelaris prouidentiam monentis Sephoram, vt de periculo maritum eriperet?] L x x. legernut, *Occurrit ei Angelus Domini*, quoniam non est Dei, per se punire. Cum autem Sephora aspergeret sanguine Mosis pedes, ait: *sponsus sanguinum tu mibi es.* Mi marite, ego te morti districtum ab Angelo mei filij sanguine redemi: atque ita iam secundò te mihi spōsum coëmo. Porrò nuptiæ tam apud Hebræos, quam apud Romanos solebant olim coëmptione fieri. Cum ergò vxor dixisset, *sponsus sanguinum &c.* Moses à percussuro dimittitur Angelo.* O quotiens præsto aderat Deus percussurus ad delicta hominis, & eum à vulnere infligendo nostra pœnitudo retraxit!]

Angelus custos non liberat à periculi.

Vulnus nobis infligenda [illegible] pœnitudo auertit.

27. DIXIT AVTEM DOMINVS AD AARON VADE, &c.] Porro Aaron Leuites frater Moysis, & Mariæ monitus à Domino, vt occurreret Mosi descendenti per desertum; pergens Horeb, seu Sion ascendit in montem, & ruens in oscula salnere iussit.* Indicat Leuita, Dei monita illicò executioni esse mandanda.]

7. *Aaron iubetur obuiā ire fratri, qui ei omnia Dei verba enarrat, credit populus liberatori.*

Dei monita illicò tradēda executioni.

28. 29. 30. 31. NARRAVITQVE MOYSES AARON OMNIA, &c.] Quæcumque à Domino audierat Moses fratri aperuit, nec signa, quæ excitaturus erat, silentio obuoluit, Simul profecti simul ingrediuntur Ægyptum, primores Israelitarum Tribuum capita congregant, quibus Aaron iām Mosis agens interpretem, omnia verba protulit, quæ à Domino Moses audierat, qui quidem ad credulitatem adstruendam, duo saltem excitauit miracula è tribus, quæ Dominus assignarat. Porro aspectator populus credidit nunciis Altissimi: illo aures demulcente sermone: quod Dominus propitius Israelitico populo respexisset eum vt ab ærumnis liberaret.* Et quando Dominus liberator non aspiscit?] At illi acturi de tanto munere gratias se incuruantes, Deum adorauerunt.* Qui affectus Dei beneficio non incuruatur, ignorat beneficium graue esse onus humeris appositum.]

Sæpes Deus, vt liberet, aspicit.

CAPAT V.

Pharaonem adeunt Moyses, & Aaron, postulaturi, vt liceat Hebræis in desertum abire ad sacrificium offerendum Conditori.

Contemnens Rex petitionem grauius punit Hebræos.

1\. POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. 2. At ille respondit: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? nescio Dominum, & Israël non dimittam. 3. Dixerúntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius. 4. Ait ad eos rex Aegypti: Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. 5. Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: videtis quod turba succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? 6. Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens: 7. Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut priùs: sed ipsi vadant, & colligant stipulas. 8. Et mensuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & ideirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro. 9. Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus. 10. Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas. 11. Ite & colligite sicubi inuenire poteritis, nec minuetur

omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur 15. Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, 16 præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reseruate. 17. Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares. 18 Quibus ad se accersitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? 19. Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. 20. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusque est nimis. 21. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. 22. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proiicite: quidquid feminini reseruate.

COMMENTARII.

1 Nomina eorum, qui ingressi sūt in Ægyptum. Filij primi coniugij præponi debent.

VARS. 1. HÆC SVNT NOMINA, &c.] Cùm Iacobo parente, suis filiis, ac nepotibus cincti ingressi sunt sex primæ vxoris Liæ nati Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, & Zabulon; Secundæ autem Rachelis ingressus est solus Benjamin; tertiæ verò Balæ Dan, & Nephthali; quartæ denique Zelphæ, Gad, & Aser. Ergo thori coniugalis est ordo, non natiuitatis: si enim natalitij ordo seruaretur, Benjamin deberet vltimus annumerari. * Edoceantur parentes primi coniugij filios honorare. Assolent enim in secundæ vxoris adulationem secundi thori filios natis primi præponere; vnde secunda vaoe verè ostenditur esse nouerca.] Cum Ioseph ergo qui aderat iam in Ægypto homines septuaginta ingressi sunt Iacobea quidem proles Si autem Ioseph aderat in Ægypto, quonammodo ingressus est cum Iacobo? * Quia probus filius nunquam à patris separatur affectu Putabat eum mortuum Iacob, sed suo semper viuentem in corde gestauit: pergente autem in Ægyptum, aspectus viuentis, quo cor potiebatur externum dilatatur ad visum.

Probus filius nunquam à patris separatur affectu semper pergit cū patre.

6.7. QVO MORTVO, &c.] Porro obeunte Iosepho, & illis septuaginta, qui cum Iacob ingressi fuerant Ægyptum, mortuis: filij Israel aucti sunt adeo, vt non tam ex vtero delati ad cunam, sed ex area translati viderentur in horrea. *Mors enim sancti parentis semeo est ad vberrimam messem filiorū.) Hebr. *Quasi ebullientes*, in morem piscium, quorum mira est multiplicatio. Multitudine ergo nimis sunt roborati: populi enim robur est ciuium multitudo. * Regna infirmantur, cum ciues imminuuntur.] Necessariò, ais, temittuntur ad bellum. Herclè non roborat exercitus multitudo, vt Vrbes, sed fortitudo militum. Quotiens pauci milites validi infimorum deleuere cateruas? *Si ad bellum rudiores & infirmiores eliguntur, & Regnum, detracta multitudine, infirmatur, & minime addita multitudine, roboratur exercitus.] Impleuerunt itaque multiplicati Hebræi terram Gessen adeo, vt ex septuaginta capitibus per cōtinuas generationes annis 215. immensus propemodum numerus ederetur.

2. Filiorū Israel multiplicatio, & à Rege nouo persecutio. Mors sancti parentis semen est ad messem filiorum. Regna infirmantur, cum non adest multitudo ciuium. Exercitus non roboratur ex multitudine, sed ex fortibus militibus.

8. SVRREXIT, &c.] Nouus tunc Rex exsurgit Amenophis nomine, qui beneficia à Ioseph in Ægyptum collata non nouerat. * Plerumque enim noui Reges præcedentis Principis Ministros ita à se curant ablegare vt neque eorum nomina scire videantur.] Chaldæus, *Qui non seruabat decreta Ioseph*, sed nouas leges, & mores inducebat. * Hinc Regis exitium, hic communitatis ruina. Legum multiplicatio subditos assolet disturbare, euertere communitatem.] * Pristina institutio nouo renouetur feruore custodiæ, sed noua lex minime inducatur.] * Quod si illa Regis noui ignoratio sit ad ingratitudinem referenda: de more Principum nouus Pharao ingratus extitit. Omnia enim adeo iudicant Principes sibi deberi, vt nullus gratitudini locus adesse videatur. Vnde assolent ingratitudine laborare.

Noui Reges Ministrorū præcedentis obliuiscuntur. Legū multiplicatio communitaté euertit. Pristina lex renouetur feruore. Principes iudicāt, omnia sibi deberi, ideo ingratitudine assolent laborare.

10. VENITE, &c.] En populus Hebræorum (Rex ait ad Principes, & Cōsiliarios suos) tanta creuit multiplicatione, vt fortior nobis esse videatur: si ex populo ad populum comparatio fiat: non ex exercitu ad exercitum. * Potentia populi constat ex pluribus, vis exercitus coalescit ex fortibus.] Venite ergo, *callide* (LXX. sic) *agamus contra eos*, id est, astu prudenti Hebraici populi imminutioni studium impendamus. Permisit Deus acri admodum Hebræos persecutione agi, cum callidè inimicus oppugnare didicit. * Aperta enim persecutio non tam dirè vulnerat, quam occulta callida impugnatio.] Porrò Ægyptiorum in Hebræos persecutio nonaginta annos plus minos durauit. Cur autem affliguntur? Quia aliqui eorum in idololatriam lapsi, asserente Ezechiele Cap. 23. 8. * Vnius, vel alterius delictum totius populi afflictione assolet vindicari.] Addo, vt Hebræi acti calamitatibus Ægyptum auersarentur, vt de terra promissa cogitarent. Miror te tot agitatum sæculi laboribus via æternæ beatitudinis recordari.] Opprimatur itaque populus Hebræorum (ait) ne, ingruente bello, addatur hostibus multitudo tanta, & nobis deletis ad patriam ipsi terram reuertantur. Fama apud Ægyptios proculdubio vulgata, Hebræos aliquando ad terram Chananitidem esse reuersuros. Vndenam autē Ægyptij in Hebræos odium? Certè religionis diuersitate, agnata debet esse cordibus æmulatio. *Taxarim heros, qui immoderata dilectione mancipium barbarum prosequuntur] * Eam autem Regnorum legem detestor, vbi conscientiæ libertas adstruitur. Quomodo agglutinabuntur corda ciuium, quos vna fides prius Deo non illigauit.

Fatur ad populum. Potentia populi ex pluribus, vis exercitus ex fortibus constat. Occulta impugnatio dirior aperta. Vnius, aut alterius delictum totius populi afflictione vindicatur. Tot acti hic angustiis, quomodo æternæ beatitudinis vix recordamur. Taxatur herus, qui mancipium barbarum amat immoderate. Carpitur in Regnis cōscientiæ libertas.

11. Præpo

2.
Submittit eos præpositis operum, qui magis oppressione multiplicantur.
Si ciues tributorũ exactoribus subiiciuntur, Regnũ comminuitur.
Regnũ magis perdit exactio, quã tributum.
Regium tabernaculum thesauro coalescit: ideo velut vnica essentia.
Horrea thesauri Regni.

11. Præposvit, &c.] Iussit ergo Pharao Israëlitas operarios laterum ædificiorumque constitui, magistrisque operum submitti, vt ab eis tyrannica vexatione agerentur. Hebr. מסים *misim, tributa*, Præposuit eis *exactores tributorum* non pecuniæ, sed laterum. * Vt Regnum amplissimum comminuatur, nullus astus potentior. Quomodo ciuitas, aut Regnum non illicò corruat, si exactoribus tributorum subiiciuntur? * Non (mihi credite) Regnum iam tributa, quam exactiones tributorum perdunt.] Cogebantur ergo Israelitæ lateres efformare, Vrbes & Pyramides extruere. Ædificauerunt ideo Phithom, & Ramesses in Regni limitibus, *Vrbes* nempe *Tabernaculorum*. Chald. *Thesaurorum* Pharaonis.* Tabernaculum enim Regium ita thesauris confirmatur: vt idem esse prorsus videantur. Vbi thesaurus non est, tabernaculum Regium non adest.] Porro Hebraica vox etiam significat granaria, apothecas, horrea. * En Regni thesaurum, ciues fructibus abundare. Ille Rex ditioris thesauri possessione fruetur, qui opplendis granariis studium vberius impenderit.

Magis oppressione multiplicantur.
Tributorum multiplicationi agnata est populi imminutio.
Laborũ multiplicationi agnata sunt hominũ incrementa.

12. Qvantoqve, &c.] Quo amplius Hebræi premebantur, eo multiplicatior populus exsurgebat * Aliqui asseruere, id diuina accidisse virtute, siue miraculosè gestum, quia tributorum multiplicationi agnata erat populi diminutio. * At ego affirmarim, ad miraculum non esse accurrendum; quia laborum multiplicationi agnata sunt hominum incrementa.

Odiũ vsque ad necem sæuit.
Nil sic nobilem premit, ac illusio.

13. 14 Oderantqve, &c.] Timor poterit Ægyptios reddere crudeles, sed odium reddidit crudeliores. Ex timore, ne data occasione se hostibus adiungerent, eos curarunt dispergere. At ex odio eos comminuere, ac extinguere procurabant.* Ex odij enim pharetra nunquam non sagittæ exitiales educuntur.] Vt ergo intestino odio satisfacerent, illusionis afflictione premebant.* Nihil enim sic hominem nobilitate conspicuum premit, quam illusio.] Eis igitur illudebant, vt grauissimam in eis persecutionem excitarent. Amarissimam reddiderunt vitam eorum *in seruitute dura* (sic Hebr.) subigendi luti, latera conficiendi, opera rustica patrandi. Hinc asseruere aliqui, sorori Mosis nomen factum, vt diceretur *Maria*, hoc est, *amaritudo*. Tantæ Hebræorum tribulationis, tam acris exactionis, tam prolixæ amaritudinis hieroglyphicum *Maria* nomen est. * Certè cum contemplor verioris Israelitæ Iesu probra, illusiones, verbera, crucem, mortem: cuncta me colligasse videor, cum Mariam ante patibulum aspecto. Tunc enim *Maria* totius asperitatis & amaritudinis epilogario est, & nomen illius apposite omnia signat amara.

Nomen Mariæ iuxta crucem est omnis amaritudinis hieroglyphicum.

4.
Loquitur Rex obstetricibus, iubetque mares necari infantes.
Cõminuẽda passio recens nata, ne excidiis tibi crescat.

15. Dixit avtem, &c.] Videns Rex, Hebræos exactionibus, ac illusionibus roborari, occultiore astu curae infantes suffocari, ne in milites Ægypti oppugnatores crescerent. * Prudenter paruulam recens natam passionem comminuis, ne processu temporis eum roboretur in caput.] Erant duæ insignes obstetrices Ægyptiæ Sephora & Phua, quarum ministerio Pharao suam exaruit tegere crudelitatem. Ægyptias esse illa affirmant verba: *Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres, prius quam veniamus ad eas, pariunt.* Vt mirere gentilium pietatem miram. * Pietate enim pollere aliquem apud impiorum multitudinem, mirabile adscribam.

Mirabile, quem apud impios reperiri.

16. Præcipiens, &c.] O tempora! Vt populus comminueretur, mares iubebantur tunc occidi, fœminæ reseruari; quia pudicæ illæ fœminæ non conciperent sine coniuge. At si nunc operæ pretium esset extingui populum, oporteret potius viros, quam vulgares fœminas reseruari, quia sine coniuge concipere non verentur. Præcipit itaque Rex: Cum effuderint fœtum Hebrææ, si masculum esse animaduerteritis, comprimendo, aut strangulando, occidite, prolem fœmineã reseruate. Vult occidi mares, quia ex his bellum poterat timeri. Vult reseruari fœminas, quia imbelles, & quia pulchræ admodum Hebrææ. * Et quando aula non se vrbanam, ac piam ostendit pulchritudini.

Taxatur nostræ tempestatis fœminea impudicitia.

Aulici pij ergs pulchritudinem, & vrbani.

5.
Timent Deum obstetrices, Rex queritur, & illa respondent, à Deoque munerãtur.

17. Timvervnt, &c.] Porrò obstetricibus satius fuit cœlestis Regis, quam terreni reuereri præcepta. Ideo fideliter suo muneri addixere manus, mares vti fœminas conseruando. Hebr. *Timuerunt Elohim* id est, *Iudicem*. * Quæ obstetricandi muneri incumbunt, semper Iudicem puniturum præ oculis gerant, ne vel ad infamiam fœminæ nobilis vitandam, audeant in prole parentum piacula vindicare.

Obstetrices diuum Iudicẽ contemplentur, ne audeant nocere infantibus, nec ad vitãdam fœminę infamiam.

18. 19. Qvibvs, &c.] Rex obstetricibus aduocatis querulus inquit: Infideliter gessistis masculis Hebræorum parientium parcentes. Cui illæ: Mulieres Hebrææ in hoc Ægyptias superant, quod viuaces & vegetæ sunt, & priusquam adsit obstetrix fœtum edunt viuidum, ac validum. Hæc nititur expositio voce illa Hebr. חיות *chaiot*, id est, *viuaces*, seu *viuificantes*. Porrò quia *chaiot* etiam *bestiam* significat, alij sic non inepte exposuere: Ipsæ similes bestiis, quæ dum pariunt, non egent obstetricibus. Huiusmodi despectum obstetrices simularunt Hebræarum, vt possent beneficium, quod in eas conferebant, operire. * Nihil enim magis contrarium est beneficio, quam personæ despectui. Quomodo beneficiis cumulabis eum, quem dignum reputas despectione.

Despectus contrarius beneficio. Quem despicis quomodo dono cumulabis.

20 21. Bene ergo, &c.] Obstetricum ope populus Hebræus multiplicatur & roboratur ipsa infantum multitudine.* Robur Vrbium ciuium (vt diximus) multiplicatio est, si vel infantum asseruatione dicitur populus confortari. At Deus in obstetrices se timentes bona contulit, Dedit enim eis prolem numerosam, egregiam, longæuam, prædiuitem. En domorum ædificatio; Hebræis enim *proles* idẽ ac *domus* est, vel ædificium. Nam בן *ben*, seu *filius* dicitur à בנה *bana*, id est *ædificare*. Ideo vulgariter dicimus *Toda mi casa*, id est, vxor, & filij.* Igitur filius domus est. Est ne prudens appellandus, qui ex luto domum illicò ruituram ædificat? Absit. Procura ergo filios tuos roborari virtutibus, vt ædificium nunquam ruiturum exponantur.] Profectò aptius exposuerim, Deum obstetricibus ędificasse domos, idem esse ac fortem inter filios Israël accepisse, vt veræ hærentes religioni æternæ

Robur Vrbis ciuium multiplicatio.

Filij sunt domus. Ergo curandum virtutibus roborari, ne corruat domus.

Dei munificentia quasi nihil dat, dum non impendit bona cœlestia.

domui à Deo exædificatæ adscriberentur. * Parum enim esset Deo muneratori pietatis obsequia præmio rependere temporario. Nihil Deum dedisse mihi existimabo, dum cœlestia bona non impenderit.

6. Præcipit Rex obrui flumine infantes.

22. PRÆCEPIT,&c.] Adhuc Pharao insistens Hebræorum imminutioni procurandæ edictum tyrannicum euulgauit: Masculi infantes obruendi emittantur in Nilum, fœminæ reseruentur. Vel ipsi horruere Ægyptij, ac vix vsu recepit edictum.* Hoc habent tyrannicæ leges, rigidavè præscripta: despiciuntur à subditis]Prudentioris Principis est eas mites leges præscribere, quæ à ciuibus custodiantur ad meritum,& non contemnantur ad supplicium.* Non aperit Principis potentiam lex rigida dum despicitur, sed lex mitis, dum obseruatur.

Leges nimis rigidæ à subditis despiciuntur. Regis potentiã ostẽtat non lex rigida despecta, sed lex mitis obseruata.

CAPVT II.

Moyses flumine exponitur, Pharaonis adoptatur à filia: Ægyptio interfecto fugit in Madian, Sephoram ducit, vno, & altero filio donatur.

1. EGressus est post hæc vir de domo Leui: & accepit vxorem stirpis suæ. 2. quæ concepit,& peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. 3. Cúmque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, 4. stante procul sorore eius,& considerante euentum rei. 5. Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis, & allatam, 6. aperiens, cernensque in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait: De infantibus Hebræorum est hic. 7. Cui soror pueri: Vis, inquit, vt vadam,& vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? 8. Respondit: Vade. Perrexit puella & vocauit matrem suam. 9. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum,& nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier,& nutriuit puerum: adultúmque tradidit filiæ Pharaonis. 10. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. 11. In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. 12. Cúmque circunspexisset huc atque illuc,& nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo. 13. Et egressus die altero cõspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum? 14. Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem super nostrum? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptiũ? Timuit Moyses,& ait: Quomodo palam factum est verbum istud? 15. Audiuitque Pharao sermonem hunc,& quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian,& sedit iuxta puteum. 16. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. 17. Superuenere pastores,& eiecerunt eas: surrexitque Moyses:& defensis puellis, adaquauit oues earum. 18. Quæ cùm reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas. Cur velocius venistis solito? 19. Responderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potúmque dedit ouibus. 20. At ille: Vbi est? inquit. Quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem. 21. Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam eius vxorem, 22. quæ peperit ei filium quem vocauit Gersam dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis. 23. Post multum verò temporis mortuus est rex Ægypti: & ingemiscentes filij Israël, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. 24 Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac,& Iacob. 25. Et respexit Dominus filios Israël,& cognouit eos.

COMMENTARII.

1. *Pater, ac mater Moſis, hac parit, & abſcondit infantē, arcula recluſum, & fluuium tradit.*

VERS. 1. EGRESSVS EST POST HAC, &c.] Vir Amram nomine filius Caat nepos Leuij, pronepos Iacobi, Iochabed neptē Leui, & Amræ conſobrinam ſibi duxit vxorem.

Parenti qui liber filius elegans apparet.

2. QVÆ, &c.] Iochabed concepit, & enixa eſt infantulum valde pulchrum. * Et quiſnam filius parentibus non obiicitur elegans?] Porrò ſpecioſum paruulum tribus menſibus mater prohibuit a flumine. Fatur Paulus Hebr. 11. 23. *Moſes occultatus eſt menſibus tribus, eo quod vidiſſent elegantem infantem, & non timuerunt Regis edictum.* Porrò pro, *elegantem* legit, *gratum Deo,* quaſi ex pulchritudine colligerēt parentes infantulum Deo eſſe gratum, qui elegantiæ munere à Deo fuerat donatus. * Et quidem pulchritudo eſt Dei donum, conferens ad ſalutem ſi virtuti litetur. Hominum vitio malitiæ deſeruit.]

Pulchritudo corporis Dei donum.

3.4. CVMQVE, &c.] Feruet rurſus inquiſitio tyrannica, vnde vidit mater celare non poſſe eum, qui plorando ſe ſe manifeſtabat. Vndè ad tuendam vitam infantuli dilectio adinuenit induſtriam. Contexit arculam ex iuncis, ſetrumine obliuit: & collocato intus infantulo (an in cuna, vel in ſepulchro?) poſuit cymbam in loco, in quo carices (id eſt, herba alta in ſpeciem gladij, & ſub finem acuminata vulgo *Eſpadaña*) naſcuntur. Vt ſcilicet in ſtagnātis Nili parte expoſita arcula non poſſet facilè per alueum fluminis defluentium aquarum impetu abripi. Porrò Maria puella decem aut vndecim annorum ſoror infantuli a matre edocta procul adſtabat theſauri cuſtos, vt de rei euentu matrem faceret certiorem. * Fallitur quidem, qui aſſerit, dilectionem & intellectum vna in ſede non commorari. Quin enim flagrantiur dilectio, eo ſapientior ad dilecti commoda procuranda.]

Amor & intellectus, ſeu ſapiētia in vna ſede morantur.

2. *Filia Pharaonis deſcendit ad flumen, fiſcellā aperit, puello miſeretur.*

5. 6. ECCE, &c.] Filia Pharaonis vnica hæres dudū iam nupta ſine prole nomine Thermut, deſcēdebat ad ripam, vt vndis ablueretur. Puellæ eius per ripam fluminis curſitabant. At Thermut videns arculam in loco illo, caricibus, iuncis, ac papyro (id eſt, foliis longis albis refertā) famulam immiſit, vt afferret. Accipit Pharaonis filia, aperit, vagientem reperit infātulū, & miſerta proclamat: En patris mei crudelitas edocens parētem puerculi pietatem. De infantibus hic Nilo eſt obruendis Vndenam agnouit? Certè ex circumciſione. * At licet hęc non apertè indicaret Hebræū, puerculi id prædicaret incommodum. Veræ enim Religionis ſectatores à cunabulo laboribus aguntur.]

Fideles à cunabulo laboribus agūtur.

3. *Filia Regis Moſes adoptatur in natū, creſcēs ad fratres redit, occidit Ægyptiū fugit in Madian.*

7.8.9.10. CVI, &c.] Porrò puella ſoror infantuli ſimulans ſe curioſitatis cauſa puellari more, acceſſiſſe, videns Regiam filiam compaſſione affectam ait: Vis nè vt à me aduocetur recens puerpera Hebræa cuius natus proiectus in flumen, vt Hebræum hunc infantulū nutrire valeat? Cui princeps, Perge, inquit. Properauit puella, & diffluens gaudio matrem monuit. Pergit mater ſe ſimulans merè nutricem, accipit puerulum, vt Regiæ filiæ nomine nutriat, ſpe mercedis. * O quotiens merces datur eis, qui vt mūnus acciperent, mercedem exhiberent. Tradit Iochabed filium adultum Regis filiæ, quæ in filij locum accepit, finxerat enim ſe grauidam, & Moyſem genuiſſe. At, Pharaone extincto, Moſes non fuit aduocatus ad Regnum, quia matris fraus, & Moſis adoptatio detecta eſt. * Quomodo enim diù taceretur delictum, quod famulæ ſciebant. Porrò Regis filia puerum Moyſem vocitauit, quia de vndis abſtraxerat. *Moyſes* enim deriuatur à radice משה *maſa*, quæ *extrahere* ſignificat. De aqua inquit, tuli eum, & ideo extractum de vndis appello vt nomen fortunæ conueniat infantis, & throno aliquando hæreſcens non ſuperbiat, recordatus ex nomine, ſe ex aquis abſtractum * O ſi Principes, Magiſtratus, Conſiliarij recordarentur ſe è puluere (ſi non ex aqua) aſſumptos, ne fortunæ riſu ſuperbiant!]

Multis datur merces pro munere, quod vt acciperent, ipſi darent mercedem.

Non poteſt diù taceri delictū hero, quod famulæ ſciunt.

Recordetur Magiſtratus, Conſiliarius ſe è puluere aſſumptum, ne diſtrahatur ſuperbia.

11. IN DIEBVS ILLIS, &c.] Moyſes factus eſt adoleſcens robore eximius, & ex agnato ex circumciſione amore ſanguinis & Religionis ſæpe ad fratres, id eſt Hebræos inuiſendos exiuit, à quibus fidei dogmata edoceretur. Tunc vidit, ſeu agnouit eorum afflictionem. Nec enim ſubditi miſeri afflictio peruenit ad aulam.] * Si reges cupiunt, Regni afflictionem agnoſcere, egredi eſt neceſſarium, & ſubditi miſerrimi ærumnas aſpicere.] Vidit itaque Moyſes vnum ex Ægyptiis Præfectis, qui onere iniuſto Hebræos premebant, quendam Hebræum dirè vulnerantem: * Agnata eſt exactoribus tributorum inurbana crudelitas.]

Miſeri ſubditi afflictio ad aulam nō peruenit.

Si Rex cupit ſcire ſubditorū afflictionē, egrediatur, vt videat.

Agnata exactoribus tributorum inurbana crudelitas.

12. CVMQVE CIRCVMSPEXISSET HVC, &c.] Circumſpicit Moſes, & comperit nullum adeſſe teſtem facinoris, & ex diuina inſpiratione authoritate adepta, occidit Ægyptium, & in ripæ Nili abſcondit arena. Fauet Stephanus, dum ait: *Fecit vltionem percuſſo Ægyptio; exiſtimabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis.* Act. 7. 25. Moyſes de hoc diuina inſpiratione, aut diuino oraculo Amram patri reddito, non dubitabat Nec enim credam virum ad tanti populi ſalutem electum grauiter deliquiſſe. * Nihil quidem proximorum miniſterio magis aduerſatur, quam piaculum in Magiſtro.] Si ergo iure occidit, cur huc, atque illuc aſpectat, expetens non videri? * Quia non omnia, quæ licent, expedit aliis reſerari.]

Aduerſatur miniſterio proximorū piaculum in Magiſtro.

Non omnia quæ licent, expedit aliis aperire.

13.14.15. ET EGRESSVS, &c.] Die altera egreſſus Moſes duos rixantes aſpectauit Hebræos, quorum alter alterum exturbatum opprimebat. Cui iniuriam quidem inferenti Moſes affatur: Cur audes vulnerare proximum, quem velut te ipſum diligere tenēris? Percuſſor reſpondit: An Princeps, ac Iudex Hebræorum es conſtitutus filius Ægyptiæ Pharaonis natæ? * Non eſt aptus ad ferendum iudicium contrà rixantes qui ſe continere non potuit à rixa Ægyptij percuſſione.] An curas tu me interficere, ſicut heri ægyptium de medio tuliſti? Porrò Moſes affectus timore cogitauit intra ſe, vndenam potuiſſet tam occultū facinus euulgari. Vndenam

Non tacat apte rixatores rixatos, peccatos delinquentes.

nam? Non ne conscius fuit ille ipse Hebræus quem ab Ægyptij vulnerantibus manibus eripuisti? Ipse ergo secretum aperuit amico alicui referendo, à quo plures didicere. * Secretum tuum, quod custodiri intendis, nec vni amicissimo est referandum. Quomodo ergo ille custodiet, quod tu custodire non potuisti?

Secretũ tuũ euulgabitur, si vel vni amico aperias.

16 AVDIVITQVE, &c.] Ad Pharaonis aures (qui iam sciebat Moysem Hebræum esse, & non filiæ hæredis natum) peruenit facinus adolescentis, & odio affectus erga Hebræorum protectorem acerrimum, eum iubet quæri, vt de medio auferatur. At ille fugitans aptiori tempore rediturus se curat à Regis irati conspectu subtrahere. * Placatur enim iracundus, cum formidinem fugiente suspicatur in hoste. Si quidem existimat affectum vindicta, cum ignauum, ac timidum viderit aduersarium.] Profectò Madian Abrahæ filius ex Cetura Vrbem eiusdem nominis condidit, vnde tota regio Madian dicta. Apud terram ergo Madian fugiens cõstitit Moses, & iuxta puteum fessus requieuit.

Placatur iracundus, cum credit hostẽ ex formidine fugere.

4. *Septem filiæ sacerdotis Madiã veniunt ad puteum, defendit eas Moses, narrans illa parenti, à Raguele que aduocatur.*

17. ERANT, &c.] Erat quidem Princeps Madianita Sacerdos, (vox enim Hebraica כהן *cohen* Principum signat & Sacerdotem) Viri primarij eo tempore ferè sacerdotes, vt Melchisedech, Noë, Abraham. * Pudeat ex multitudine filiorum deteriorem sacerdotio à parentibus deputari. Huiusce sacerdotis nomen duplex, aut triplex, Raguel, Iethro, & Cinæus. Cuius quidem septem filiæ pastoritio muneri incumbentes, accesserunt ad puteum cupientes plenis aqua canalibus gregis paterni sitim extinguere. Nobilis æuo illo ars pastoritia.

Ad sacerdotium non deputandus filius deterior.

18. SVPERVENERE, &c.] Dum Iethro filiæ hauriendæ aquæ operam exhiberent, pastores superuenerunt, & inurbani absterruere puellas fruituri inertes alieno labore. Vim inferunt, vt aliena opera potiantur.* Quam rusticus, quã tyrannus, qui se sexui fœmineo inurbanum ostendit.] Porro Moyses educatus in aula didicerat erga fœminas comitatem; vnde vindicator exsurgens defendit puellas turbatis pastoribus, & oues vnda satiauit. * Nec enim sanctitati, ac modestiæ repugnat politica vrbanitas.

Solus rusticus, aut tyrannus inurbanum se sexui fœmineo ostẽdit.

Non repugnat modestiæ politica vrbanitas.

19. QVÆ, &c.] Referunt puellæ gregem velocius solito, pater autem Raguel miratus, rogitat: Vndenam solito citius ad domum rediistis? * Nouum prorsus, fœminas è domo recedentes scite ad domum velociter remeare. Vnde doctus quidam eos coruo ex arca emisso hoc ex capite comparauit, qui quidem nesciuit gerere reuersionem.

Nouũ prorsus, fœminas è domo egressas redire velocius.

20 RESPONDERVNT, &c.] Vir, inquiunt, Ægyptius nos à pastoribus defensauit contendentibus prius suos adaquare greges; eos enim incomites vrbanus abegit; & dans nobiscum operam vndæ exhauriendæ, oues exsatiauit. Rogitatim, vndenam Moysem Hebræũ Ægyptium esse asseruerint? Ex cultu corporis ita apparebat. O quot Hebræi Ægyptij reputantur ex cultu? Quot sacerdotes, seu Religiosi ex indumento, aut victu ex sæculari vulgo esse existimantur.

Multi sacerdotes, aut Religiosi existimãtur sæculares esse ex cultu corporis.

21. AT, &c.] Beneficio (pater inquit) affectæ debueratis hominem retinere, & cogere ad hospitium. Vbi nam ille? Requirite sedulò, & ad domum adducite, vt nobiscum conuiuere possit. * Se Raguel vel hinc Principẽ ostẽtat; agnata enim illustri sanguini gratitudo.

Gratitudo agnata nobilibus.

22. IVRAVIT, &c.] Hebraica vox יואל *ioel* significat & *iurare*, & *velle*. Vnde alij explicant *iurauit Moses*, alij *voluit Moses*. Sic expono: Cupiens Moses se gratum ostendere hospitio innuit libentissimè ministraturum Ragueli. At cum ipse de persistentia in domo eius dubitaret: iurauit Moses se in eius obsequium permansurum. Profectò cum Raguel Moysi agnouisset egregiam indolem, aptitudinem ad quælibet gerenda ministeria, fidelitatem, virtutes, ei filiam suam Sephoram dedit in coniugem experenti, & postulanti. * Prudens pater qui generum prædiuitem non quæritat, sed industrium, modestum, virtutibus ornatum. Gener diues sine virtute breui pauper efficitur: inops autem virtute conspicuus breui acquirit diuitias, quæ gerenti iustitias à Domino promittuntur.

5. *Moses ducit Sephorã in vxorem, duos accipit filios.*

Prudens, qui generũ magis modestũ & virtutibus ornatum, quam prædiuitem quæritat.

23. QVÆ, &c.] Sephora itaque vnum peperit filium, quẽ Moyses *Gersam* nominauit, id est, peregrinum, in prælapsæ peregrinationis memoriam. Enixa est Sephora & alterum, quem appellauit Moses *Eliezer*, id est, *Deus adiutor meus*, qui me (inquit) de Pharaonis manu quærentis me ad internecionẽ, eripuit. Beneficium erant filij, hi autem prælapsorum beneficiorum memoriam obiiciunt. * Ab vno enim beneficio monemur, vt de altero nos gratos exhibeamus. Quam durus, qui post tot beneficia accepta adhuc manet ingratus.

Ex vno accepto beneficio monemur vt de altero nos gratos exhibeamus.

24. POST, &c.] Porrò decutiente tempore longo, non solum is Rex Ægypti, sub quo Moses natus, adoptatus, & ad cædem quæsitus: sed & duo alij eiusdem ingenij, & crudelitatis erga Hebræos mortem cum vita commutarant. Grauati admodum Israëlitæ propter operum exactionem ad cor redeuntes ad Dominum proclamarunt. * Labores enim cogunt homines, vt vltronei viam arripiant salutatẽ.] Certe ex morte tyranni aliquod malorum lenamen sperabant, ineptè quidem: ß successione Regum experimento cõpererant exactiones aggrauari. * Tyrannus enim ediscens à tyranno studet hæredem maioris tyrannidis magistrum exponere.] Clamor itaque eorum qui duris operibus vexabantur, ascendit ad Dominum. * Et quando non exaudit Deus eos, qui fracti laboribus deprecantur?] Clamor itaque ascendit *ab operibus*, quia illa ipsa opera laboriosa conclamabant.

6. *Mortuo Rege Ægypti, filij Israel clamant ad Dominum, exaudiuntur.*

Labores cogunt nos ad Deum properare.

Tyrannus tyrannum edocet crudelitatem maiorem.

Deus exaudit homines fractos laboribus.

25.26. AT ILLE, &c.] Audiens Dominus miserorum gemitus, eorum recordatur, (humano more loquitur scriptura) id est, se accingit ad auxilium ferendum, & populum à seruitute liberandum: recordatus quidem (humano more loquitur) fœderis initi olim cum Abrahamo, Isaaco, & Iacobo. Respexit Israëlitas clementiæ affectu & conformes suo Filio Christo laboraturo persecutionibus agendo grauioribus eos gregis sui oues esse cognouit, ad ditionemque suam pertinere. * Dũ fælicitate sæculari pacificè frueris, à Deo non agnosceris; at laboribus actum Deus Filij sui socium, fratremque esse comperiet.

Deus agnoscit filij sui socium ac fratrem illũ, qui laboribus agitur.

CAPVT

CAPVT III.

Cum Moses pasceret soceri sui gregem à Deo ex rubo flagrante vocatur, ad Pharaonem proficisci iubetur, ab eoque Hebræorum poscere dimissionem.

1. Moyses autem pascebat oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian: cúmque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. 2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. 3. Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. 4. Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. 5. At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est 6. Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. 7. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: 8. & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi. & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. 9. Clamor ergo filiorum Israël venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. 10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Israël de Ægypto. 11. Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israël de Ægypto? 12. Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te: cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. 13. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israël, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius: quid dicam eis: 14. Dixit Deus ad Moysen: EGO SVM QVI SVM. Ait: Sic dices filiis Israel: QVI EST, misit me ad vos. 15. Dixitque iterum Deus ad Mosen: Hæc dices filiis Israël: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abram, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem. 16. Vade, & congrega seniores Israël, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: 17. Et dixi vt educam vos de afflictione Aegypti, in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. 18. Et audient vocem tuam: ingredierisque tu; & seniores Israël, ad regem Aegypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro: 19. Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Ægypti vt eatis, nisi per manum validam. 20 Extendam enim manũ meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos. 21. Daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis: & cùm egrediemini, non exibitis vacui. 22. sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

COMMENTARII.

s. Pascit Moses oues soceri,& venit ad Mōtē Horeb,eique Deus apparet ex rubo.

M tabiliter vel sāctus vir sine macula in aula conseruatur.

Edocentur Præsul antè muneris susceptionem.

Præsul debet esse pastor ducēs,reficiens,custodiens.

Ad afflictorū leuamen Libri sacri.

VERS. I. MOYSES AVTEM PASCEBAT,&c.] Postquā Moses quadraginta annis Pharaonis vixisset in aula, aliis quadraginta pastorem egit in Madian. Vt quadraginta solitudinis anni eum à totidem annis Regiæ Vrbis diluerent.* Apud aulam enim vel perfecti viri, miraculo quodammodo expresso sine macula conseruantur.]* Porrò annis quadraginta apud desertum regit oues, vt aliis quadraginta sui esset populi pastor, ac Dux. Quomodo enim deberet homines gubernare, ouium edoceretur in grege.]* Præsul enim, qui pastor non est ducens, reficiens, defendens, haud munus implet Magistratus.] Asserunt aliqui Musem apud Madian Librum Genesis scripsisse, ac Iobi ad suorum solatium. * Quid enim aptius ad afflictorum leuamen quam maiorum, quam Diuorum exarata exempla?] Cum ergo soceri Iethro qui & Raguel appellabatur, Madianitici sacerdotis oues regeret, eas ad montem Dei Horeb, seu Sina direxit. Profectò Horeb mons ille prolepsi nunc appellatur, postea enim à gloria Dei inibi reuelata sic fuit nominatus.

Illustrationes ac reuelationes plerūq;assolent euenire perfectis,non neotericis.

Custos Angelus quasi afflictus ostēditur,cū cōmissus ei homo cruciatur.

2. APPARVITQVE,&c.] Octogenarius post tot apud solitudinem exercitamenta Moses cœlesti spectaculo fruitur. *Huiusmodi illustrationes perfectis assolent obuenire; vt taxetur illorum præsumptio,qui vix à piaculis repurgantur, cum putant se visionibus illustratos.]Domini itaque personam gerens Angelus Michael Synagogæ Præses, & Custos in flamma de medio rubi Mosi ostētatur. * Cum enim laboribus agitatur populus Michaeli commissus quasi addictus ipse flammis exponitur.]Videbat ille flammam per rubum, & circum rubum ferri, nec tamen absumere arborem Quod si vetus ignis, Dei quis dubitet geri miraculo. Porro illa sine læsione conflagratio afflictionem, qua Hebræi ab Ægyptiis agitabantur, signabat: è qua non consumpti, sed splendidiores exsurgebant.* afflictio iustos non quidem absumere,sed fortiores,illustrioresque reddere assolet.]

Afflictio Diuos illustrat, & roborat,nō absumit.

Mysteria credēda,non curiosū vocāda in examen.

3. Aduocatur à Domino, nè accedat calceatus prohibetur, faciemque abscondit, Deus profatur,

3. DIXIT ERGO,]Cogitauit Moses accedere ad dumum, vt de miraculo periculum faceret: quonammodo conflagans arbor minimè absumeretur?* Aptè ô Diue,ad rubum accederes visione cœlesti potiturus: sed ad vestigandum curiosè quomodo sine læsione exardesceat arbor, aptè non properas Mysteria enim credenda,non ad examen aduocanda.]

Reuelationes magnā mētis requirūt ad uertēriā,nè homines seducantur.

Qui reuelationibus,aut visionibus vult impunè frui,obediens exponatur.

4. CERNENS, &c.[Properantem Dominus de rubo compellat : *Moyses, Moyses.* Nomen replicat,vt eum ad attentionem excitaret.*Nihil enim acutiorem mentis requirit aduertentiam ,quam visionea, aut reuelationes, quibus assolent spirituales viri non semel seduci.] Moses respondit, Præsto sum,vt tuę, ô Domine,obsequar voluntati.*Qui promptus ad obediendum est,non fit errandi periculo obnoxius,cum de reuelationum aut visionum negorio agitur.]

Non solùm Templum sed atrium aut platea contigua sancta obijcitur.

5. AT ILLA,&c.]Ne inquit Angelus, audeas ad rubum accedere,nisi prius in loci, diuinæque Maiestatis reuerentiam te à calceamentis expedieris. Terra enim proxima arbori huic,vbi Deus commoratur, iam est venerabilis sanctitudine. Vt non solum Templum, sed atria, sed platea Templo proxima sancta tibi obiiciatur, nec irreuerenter audeas contingere.]

Eximiæ virtutis viris tā addictus Deus,vt eorum solummodo Deus esse videatur.

Tota Trinitas gestit succurrere afflictis.

Deus tibi talis erit,si eadē merita præmittas vt ille, cuius Deum totum esse aspectas,

Non credis Deum esse in Eucharistia qui in Téplo tam irreuerenter se gerit.

6. ET AIT, EGO,&c.] Ego (Deus inquit) me patrum tuorum Deum esse profiteor. Cur horum trium potissimum Deum appellauit? An quia proximi Hebrææ gentis auctores, ac parentes ,quibus peculiariter Chanaan terra promissa? Ac si dixerit Dominus. Oblitus non sum promissionis Hebræorum factæ parentibus. An quia in illis præcipuè eximiæ virtutes eluxerint?* Porrò tam addictus Deus eximiis virtutis cultoribus vt eorum solummodo Deus esse videatur , eis specialissime curandis intentus.] At cur ad singula nomina tria vox *Deus* repetitur? Trinitatis mysterium innuitur. *Nam cum de populi afflicti liberatione ageretur,tota Trinitas succurrere gestit.]Porrò Deus asserit se vniuscuiusque iusti esse Deum, & vniuscuiusque esse totum.* Vt scilicet videns iustum ineffabilibus à Deo muneribus affectū, credas,promptum esse & tibi similia,& vberiora impertiri,si merita præmittantur.] Audiens Moses Deum in flamma commorari, faciem manibus, ac vestimento operit,clausis oculis; ex reuerentia enim diuinæ Maiestatis præsentis nō audebat oculos alleuare.* Aut non credis,Deum altaris Eucharistici habitatorem,aut impudentem te ostentas , qui apud templum audes non solum huc , illuc oculis diuagare , verum & verba immodesta proferre.]

Quam miser subditus qui rigido,ac duro paret Rectori.

7. CVI AIT, &c.] Aspectaui , inquit Deus , Israëlitarum supremam afflictionem , quia Præsides eis se se duros,ac rigidos ostentarunt.* Quid subdito miserius quam Rectori duro submitti?]

Homo magnus non ex mole corporis,sed ex virtute

Religio est magna non ex annorum numero , sed ex virtutum filiorum vbertate.

8. ET SCIENS, &c.] Sciens ergo dolorem,quo afficitur subditus Rectoris duri, ac rigidi,cuius tyrannica gubernatio,misertus descendi,(loquitur humano more) vt eum de Ægyptiorū liberem potestate,& de terra Gessen stricta educam ad terram spatiosam , vberem, lacte,melle,fructibus optimis, omni deliciarum genere redundantem. Si Iudæa tantum continet centum sexaginta milliaria in longitudine à Dan vsque Bersabee , in latitudine autem quadraginta sex à Ioppe ad Bethleem: cur dicitur terra spatiosa? Certè propter solis vbertatem,quod magnam populi multitudinē fructuum copia poterat alere.* Vt ediscas hominem nō constitui magnum ex corporis, aut nobilitatis pondere:sed ex virtutibus * Eam autem Religionem magnam esse appellandam quæ non longitúdinem annorum exponit:sed operum filiorum fructus vberes manifestat.] Eos ergo,qui & terrę,& seruitutis coarctantur angustiis,faciam Chananæorum,Hethæorum, Amorrhæorū Pherezæorū, Hebuæorū.ac Iebusæorū habitationibus dilatari.Haud afflictione arctetur spiritus, cui dilatando regio cœlestis præparatur?]

9. Clamor

9. Clamor, &c.] Quasi excitatus clamore Hebræorum, eorum afflictionem vidi, eos ab Ægyptiis oppressione actos aspectaui. * Docet nos afflictio magna ad Deum affectu clamare. * Porrò Deus precibus excitatur, vt exaudiat, videat, & succurrat.]

Dei afflictio magna ad Deu affectu clamare. Noster Deus precibus excitatur, vt succurrat.

10. Sed veni, &c.] Veni ergo, ad Pharaonem, propera immissus dux futurus filiorum Israel a seruitute educendorum. Preme particulas, *Veni*, & *Mitta*. Si Deus mittit, cur dixit, *Veni*, & non aptius *Vade*.* Quia Deus mittens comes addicitur ei qui missus est. Non timeat missionibus proximorum dans operam à Deo deseri: qui mittit comitatur, *veni*, ait, non, *vade*; quia speciali auxilio donat eum, qui ex obedientia ad Oppida pergit, vt proximis salutaris existat.]

3.
Moyses mittitur ad Ægyptū, repugnat, ei promittitur auxilium.
Qui à Deo ad Oppida mittuntur, vt proximis salutares existant, socium Deū habent; nec enim à Deo missi, ab eo separantur.

11. Dixitque, Replicat Moses: Ad huiusmodi legationem sum prorsus ineptus. * Ad munus honorificum obeundum se viri sancti ex humilitatis affectu debent ineptos deputare. Quidquid enim honorificū est humilitatis veræ affectui repugnat.] Vndè laudabiles dixerim omnes eos, qui ad munus Præsulatus aduocari se putant ineptos. Licet enim humilitati veræ gloriosa munera submisse repellere.]

Quod honorificum est repugnātiā dicit veræ humilitatis affectui. Veræ humilitatis, gloriosa munera submisse repellere.

12. Qui dixit, &c.] Vt aptus (Deus inquit) omnino ad eductionem Israelitici populi reddaris, ego tibi specialissimo hæresicam auxilio. * Certè Deus missis Euangelij ministris specialissima prouidentia assistit.] Quod si expetis signum, vt scias, te à me fuisse immissum, & felicissime omnia præstiturum: promitto te aliquandò Ducem Israelitici populi montem hunc ascensurum, victimasque litaturum mihi immissionis recordationem, actionemque de eductione, ac victoria, gratiarum. Scio Interpretes doctos putasse, signum rubū ipsum ardentem exhiberi; nam proxima clausula, *Cum eduxeritis populum &c.* non ad signum putant pertinere, sed præceptum immolandi explicare.

Missionibus incumbenti Deus specialissima prouidentia assistit.

13. Ait Moyses, &c.] En ô domine, (ait Moses) me promptum ad munus iniunctum: at quia scio te variis nominibus compellari: si dicenti mihi: Deus Abraham, Isaac, & Iacob ad vestram me salutem immisit, quæsitauerint: Quodnam nomen eius? quid aptius eis potero respondere. Dicam ne *Elohim*, an *Iehoua*. * Certè Dei cuncta sunt nomina salutaria, sed promptius Deus ad opem ferendam accurrit vno quam alio nomine compellatus. Mihi credite, ex Iesu dulcissimo aduocatum nomine in misericordiis diuitem experiemini.]

4.
Quæstio Moysis circa Dei nomen, & Dei solutio.
Cōpellatus Deus ex Iesu nomine velocius & in misericordiis ditior exurgit.

14. Dixit Deus, &c.] Non me (inquit Deus) mittentem ex nomine, sed ex essentia annuncies coram iis, qui idololatrarum commorantur in terra. *Ego sum, qui sum*, verus sum Deus, idololatræ id colunt, quod non est: ego sum à me ipso, non aliunde originem habens, Filiis ergo Israel dices: Misit me ad vos ab illo, qui est suum esse, siue cum sua essentia est idem, & causa omnis alterius esse quod participat creatura. * Aptè quidem idololatrarum socius, aut mancipiis vnius Dei prædicatur essentia.] * Quid enim possent multi illorum ex idololatris socius edíscere nisi vnicæ oblationem essentiæ.

Ab impiis socus edocemur impietatem.

15. Dixitque, &c] Quod si (addit Deus) malis mittentem ex nomine exprimere, profaberis Hebræis: Deus Abrahæ, Isaaci, & Iacobi me vos allocuturum immisit. Hoc planè mihi nomen est in æternum, hoc memoriale meum, per quod ego hominum recordabor in sæculum (sic Hebr.) sæculi. An illo ex nomine Deus Christianorum recordatur? Certè per Christū non deleta Abrahami, Isaaci, ac Iacobi memoria sed renouata.* Vt scias, Adamum, Euam, Abrahamum, Isaacum, Iacobum, Dauidem, Eliam, Ioachimum, Annam, Iosephū, cunctosq; legis antiquæ naturalis, aut scriptæ Diuos venerari, colere, eorumque piis precibus sollicitare auxilium.]

Diuorū antiquorum precibus iidē de o sicitādē auxilium.

16. Vade, et congrega, &c.] Non vulgarem collige multitudinem, *cui non debent Dei euulgari secreta: sed Primores Israel selige, eisque proclama: Apparuit mihi Deus, qui à patribus vestris plura accepit obsequia, & gratus vult rependere in filiis. * Ob virtutem enim parentum Deus assolet filios à periculis, ærumnisque eripere.] Respexi semel ac iterum calamitates vestras, cuncta, quæ apud Ægyptum passi estis: attente perspexi.

5.
Iubet congregari seniores Israel, Regis intre præsentiam, vt Israel educatur.
Vulgo reuelanda nō sūt Dei arcana.
Obsequia parentū piorū Deus in filiis gratus rependit.

17. Et dixi, vt educam vos, &c.] Mecum statui, vos de Ægyptiaca eripere afflictione, & adducere ad Chanaan lacte, & melle, omnibusque fertilitatis fructibus abundantem,

18. Et audient, &c.] Israëlitæ tibi de eorum liberatione læta nuncianti credent.* Mirum miseris sibi persuasibile futuram post tot ærumnarum diuturnitatem, à malis liberationem. Diuturna enim miseria id habet inferni quod æternùm duratura videatur. * Attamen prudenter credent afflicti iucunda narranti, illorum subtraxantes ingenium, qui nunciis tragicis illico fidem adhibentes circa euentus bellorum (ex. gr.) eum, qui læta nunciat, asserunt delirare.] Ingrediens itaque senioribus populi Israëlitici cinctus ad Pharaonem, & hæc dictitabis: Deus Hebræorum *nobis* (sic Hebr.) *occurrit*, seu nobis apparuit nos aduocans ad sacrificium, quo se vult extra Ægyptium suo à populo coli in deserto. Quæsumus ergo, vt nobis liceat viam trium dierum perficere, vt in deserto aptum sacrificio inueniamus altare. An mendacium fuerit subtacere, se conari viam inire longiorem? Minimè, nō enim dicturi erant se tantum itinere trium dierum ituros.* Licuit coram hoste teterrimo silentio prætertire integræ veritatis seriem.

Diuturna afflictio sapit æternitatem gehennæ.
Carpuntur qui solis tragicis nunciis fidem adhibent.
Licet aliquod dissimulare veritatē.

19. Sed ego scio quod, &c.] Oportet ô Moses, animum præparari, ne repulsam passi corde concidatis. Repulsam patiemini non semel; nec enim copiam Rex discedendi dabit nisi postquam potentissima manus mea decem horribiles excitauerit plagas. * Qui negotio arduo studium impendit, sibi persuadeat cum difficultatibus esse pugnandum, ne primum obstaculum eum retrahat ab incœpto.]

6.
Monet Deus Pharaonem repugnaturum, prædicitque Ægyptios spoliandos.

20. Extendam, &c.] Manum extendam,

vt

vt diris vulneribus totam feriam ægyptum, post quorum mirabilem inflictionem Rex dimitter Hebræos. Piaculum Regis super cũctos subditus refuoderur. Deus enim propter vnios principis delictum assolet omoes subditos diuexare. An non aptius Pharao ipse percuteretur? * Profectò si Rex probus esset horribilius pooiretur in subditis, quia in singulis pateretur. Cum propria in persona percutitur, semel patitur; percussus autem in omnibus subditis, quos debet amare sicut se ipsum, sæpissime volnerari oecessum est.]

Rex probus horribilius punitur in subditis, quã propria in persona, quia sæpe in singulis patitur.

21.22. DABÓQVE, &c.] Odium, quo Ægyptij Hebræos prosequuotur, efficiam suspeodi, vt grati Ægyptiis vacui noo exeatis. Cum enim apud terram Gesseo Ægypti permisti Hebræis adsior, mulieres Hebrææ petent à vicina & hospita, id est, ab Ægyptiis fœminis quæ iuxta domum habitant, & ab iis, quæ io eadem domo distincto habitaculo commorantur, vasa aurea & argentea siue ornatus, apparatos mulıebres, monilia, & vestimenta, quibus filij, ac filiæ vestræ induantur, orneotur ad festiuum triumphum celebrandum. Vode Hebræis plenis properantibus, Ægyptus vacuus opibus relinqnetur. An id rapioa? Mioime, sed iusto titulo dooationis Dei omnium Domioi. Quare autem Deus hæc Hebræis donauit spolia? An vt Hebræis: qui gratis, sed iouiti, seruierant ægyptiis, hæc spolia pretij loco adscriberentur? *Non retineas operarij mercedem, ooo auferas debitum, quod quadruplũ reddere cogaris.] An vt Hebræis Deus daret materiam, quam postea in Tabernaculi impendereor fabricam? * Maximo beneficio à Deo accipis, qood ei possis reddere in Templo, aut in paupere. Maiori enim fęlicitate dabis, quam accipies. Accipiens enim diuitias petitutas comparasti; dans autem, id acquiris, quo æternum poteris esse diues.]

Qui aufert ab operario mercedem, quadruplam reddere cogitur.

Vtilius tibi dare quod à Deo accepisti quam retinere.

Ditior es cũ das, quã cũ accipis diuitias.

CAPVT IV.

Triplici miraculo comprobatur, Mosem à Deo missum, Moyses acquiescit tandem missioni, & cum vxore, ac filiis redit Aegyptum. Filio circumcisionis vulnere affecto, pater ab exitiali vulnere liberatur, Aaronque Dei monita fratri obuiam procedit.

1. RESPONDENS Moyses, air: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus. 2. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. 3. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. 4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versáque est in virgam. 5. vt credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. 6. Dixitque Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. 7. Retrahe, ait manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. 8. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. 9. Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam; sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem. 10. Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius; & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. 11. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem, & cæcum? nónne ego. 12. Perge igitur, & ego ero in ore tuo: docebóque te quid loquaris. 13. At ille: Obsecro, inquit, Domine mitte quem missurus es. 14. Iratus Dominus in Moysem, ait, Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. 15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. 16. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. 17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. 18. Abiit Moyses, & reuersus est ad

lethro

Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: vade in pace. 19. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & reuertere in Ægyptum: mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam. 20. Tulit ergo Moyses vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersúsque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua. 21. Dixitque ei Dominus reuertenti in Aegyptum: Vide vt omnia ostenta quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. 22. Dicésque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israël. 23. Dixi tibi: Dimitte filium meum vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. 24. Cúmque esset in itinere, in diuersorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. 25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui tetigitque pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. 26. Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum ob circumcisionem. 27. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum. 28. Narrauitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. 29. Veneruntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israël. 30. Locutúsque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, 31. & credidit populus. Audierúntque quód visitasset Dominus filios Israël, & quod respexisset afflictionem illorũ: & proni adorauerũt.

COMMENTARII.

1. Replicat Moses, manus in signũ lepra inficitur, & mundatur, virga in colubrũ vertitur.

Prudẽs Præsul curat vulgo satis facere, subditus mendaci Præsuli non libẽter obedit.

VERS. 1. RESPONDENS MOYSES, &c.] Iàm ô Domine scio (ait Moses) seniores mihi credituros iuxtà tuam infallibilem promissionem; at vulgus duræ ceruicis mihi non credet proclamans: Deus non apparuit. * Quam prudens Præsul futurus Moses, qui vulgari studet opinioni.] * Nec enim vulgus obsequium præstabit ei Præfecto, quem crediderit esse mendacem.] Quomodo ergò (Moses ait) me ducem sequetur populus de cuius obdubitat veritate.

2.3.4. DIXIT ERGO AD EVM, &c.] Iussu Domini Moses virgam proiicit, quæ in draconem vertitur adeo horribilem, vt Mosem cogeret fugitare. Iubetur manu caudã apprehẽdere: gessit ille, & coluber mutatur in virgã.

2. Aquã sumere iubetur in sanguinẽ conuertendam, se Moses aperit ineloquentem, Deus promittit sẽsum perfectionem.

5.6.7.8.9. VT CREDANT, INQVIT &c.] Virgæ inquit, miraculum excitaui, vt videas quam facilè possum te apud Ægyptum Hebræis credulum ostentare. Manum iussu Dei mittit in sinum, leprosam educit: mittit rursùm, & immunem ostentat à plaga. Si renuerint, addit, signo priori adhibere fidem, secundo se credulos exponent. At si adhuc duri, & tertium miraculum excitabis. Aqua Nili à te educta candidas ripæ cruentabit arenas. Profectò hæc tria portenta colubri, lepræ, & sanguinis primo & per se adhibebantur, ad probandum populo, & Pharaoni hanc Moysis missionem à Deo proficisci ipsumque iussu Dei postulare, quæ postulaturus veniebat. * Qui enim venit aliquid petere, nè repellatur illicò, debet se miraculorum gerere patratorem.] * Porrò miraculum vulgare non erit consequi postulata.] Simul tamen tria illa mysticè designabant statũ Hebræorum in Ægypto miseram eorum afflictionem, & tandem à seruitute liberationem. Sub Ioseph sceptrum seu Regiam virgam in manu tenẽt; sub Pharaone infesto vexantur ærumnis horrente dracone; sub Mose liberati pristinæ libertati restituuntur, sceptro rursum in manu. Similiter per leprosam manum, & aquam sanguineam crudelia illa figurabantur tempora, quibus vires, succum, imo sanguinem Israëlitarum tyrannicè exhauriebant Ægyptij, etiam infantulos aquis suffocando. Porrò Moses manum secundo in sinum mittit plenam ac perfectam populi curam suscipiẽs, plagas in Pharaonem & Ægyptios immittẽs, manum eduxit sanam, quia populum ex Ægypto saluum eduxit; proclamante aqua in sanguinem versa hostium exitium, qui maris rubri vndis hausti erant extinguendi.

Qui venit aliquid petere se gerat miraculorũ patratorem.

Nõ vulgare miraculum, consequi, quod petis.

10. AIT MOYSES: OBSECRO DOMINE, &c.] Obsecro, (Moses ait) parce mihi, noli me immittere ad aulicos. *Non sum vir verborum*, (sic Hebr.) me despiciet Pharao, me aulici contemnent. * Qui multi sunt in loquendo æstimantur in aula, vbi nihil geritur, quod promittitur.] Nunquam eloquens fui, (hoc significat particula, *Ab heri & nudius tertius*) & postquam mecum loqui cœpisti, experior me etiam infacundiorem, vt difficilius, quæ volo, eloqui valeam. * Tardum certè ad loquendum reddit hominem cum Deo communicatio: Qui linguam non frænat, signum exhibet; se orationis exercitamento obsequium non litare.] Reor, ex reuerentia Numinis id Mosi accidisse * Vt doceat non esse multum in oratione loquendum ei, qui vt audiat docentem Dominum eius sistitur conspectui.] Moses igitur vt absoluatur à munere iniuncto quatuor impedimenta obiecit: Sum paucorum verborum, non sum eloquens in dicendo sed inconditus, & inelegans: tardiloquus sum in sermone: voce sum exili ac gracili: Porro Dominus Moysem naturalibus hisce linguæ vitiis impeditum ad suæ voluntatis prædicationem voluit adhibere. Ac si aptior ministerio prædicationis esset, qui linguæ

Qui multi sunt in loquendo, æstimãtur in aula, vbi nihil geritur, quod promittitur.

Oratio, aut cõtẽplatio influit homini linguæ tarditatem.

Parum orat, qui multum loquitur.

In oratione magis audias, quam loquaris.

tarditatem

Proh 'is donis Maiestatis videntis, Primogenitũ cruci fli.-gi.

rem Dei prævidentis Primogeoitum cruci lustigi!

24. CVMQVE, &c.] Moses in diuersorio quiescetee à laboteitineris, Angelus vices Dei exerens eum voluit visibiliter stricto gladio interimere, quia omiserat circũcidere Eliezet recens oatum, quia timuit ei àb irioeris agitatiooe, si illum circumcidisset. Quam iustè Moysem io mortis discrimen adduxit omissio circumcisionis ! *. Legislator enim iam à Domino deputatus exemplo preire debebat etiam filii oati recens incommodo. Subditi studeant legis obseruationem cum graui incomudo nun colligari; at Legislatores, Præsules (si non adsit piaculum) grauissimis vt minimè, pareant legi retardentur incommodis.]

6. Vult Dominus occidere Mosẽ, Debora circũcidit puerũ, Mosesque à periculo liberatur.

Legislator debet præire exẽplo vel maiori incõmodo.

25. TVLIT ILLICÒ, &c] Sephora Aogelo custode Mosis nionente, intellexit maritum periclitari, quia omiserat circumcidere puerum. Vnde properantet quæritant instrumentum ad Vulnus, petram adbibuit, quæ prima, diuina ex dispositione occurrit apta: puerulum circumcisioois yulnere sauciauit & tangens pedes Mosis, illos sanguine ex filij circumicisione aspergit: Angelus Mosem dimitteret, nec auderet vuloos dumui infligere, quæ erat illius agniculi rubricata cruore.* Vidisti Angeli turelaris prouidentiam monentis Sephoram, vt de periculo maritum eriperet?] LXX. legerunt, *Occurrit ei Angelus Domini*, quoniam non est Dei, per se punire. Cum autem Sephora aspergeret sanguine Mosis pedes, ait: *sponsus sanguinum tu mihi es.* Mi marite, ego te morti distinatum ab Aogelo mei filij sanguine redemi: atque ita iam secundò te mihi spõsum coëmo. Porrò nuptiæ tam apud Hebræos, quam apod Romanos solebant olim coëmptione fieri. Cum ergò vxor dixisset, *sponsus sanguinum &c.* Moses à percussuro dimittitur Angelo.,* O quotiens præsto aderat Deus percussurus ad delicta hominis, & cum à vulnere infligendo nostra pœnitudo retraxit]

Angelus custos non liberat à periculis.

Vulnus nobis infligendum ob crimina pœnitudo auertit.

27. DIXIT AVTEM DOMINVS AD AARON VADE, &c.] Porro Aaron Leuites frater Moysis, & Mariæ monitus à Domino, vt occurreret Mosi descendenti per desertum; pergens Horeb, seu Sina ascendit in montem, & tuens in oscula saluere iussit.* Indicat Leuita, Dei monita illicò executioni esse mandanda.]

7. Aaron iubetur occurrere fratri, qui ei omnia Dei verba enarrat, credit populus liberatori.

Dei monita illicò tradẽda executioni.

28. 29. 30. 31. NARRAVITQVE MOYSES AARON OMNIA, &c.] Quæcumque à Domino audierat Moses fratri aperuit, nec signa, quæ excitaturus erat, silentio obuoluit. Simul profecti simul ingrediuntur Ægyptum, primores Israelitarum Tribuum capita congregant, quibus Aaron iàm Mosis agens interpretem, omnia verba protulit, quæ à Domino Moses audierat. qui quidem ad credulitatem adstruendam, duo saltem excitauit miracula è tribus, quæ Domious assignarat. Porro aspectator populus credidit nuociis Altissimi: illo aures demulcente sermone: quod Domious propitius Israelitico populo respexisset eum vt ab ærumnois liberaret.* Et quando Domious liberator non aspiscit?] At illi acturi de tanto munere gratias se incuruantes, Deum adorauerunt.* Qui affectus Dei beneficio non incuruatur, ignorat beneficium graue esse onus humeris appositum.]

Sæpe Deus, vt liberet, aspicit.

CAPAT V.

Pharaonem adeunt Moyses, & Aaron, postulaturi, vt liceat Hebræis in desertum abire ad sacrificium offerendum Conditori. Contemnens Rex petitionem grauius punit Hebræos.

1. POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. 2. At ille respondit: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israël? nescio Dominum, & Israël non dimittam. 3. Dixerúntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius. 4. Ait ad eos rex Aegypti: Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. 5. Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: videtis quod turba succreuerit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? 6. Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens: 7. Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut priùs: sed ipsi vadant, & colligant stipulas. 8. Et mensuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & ideirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro. 9. Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus. 10. Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas. 11. Ite & colligite sicubi inuenire poteritis, nec minuetur

quidquam de opere vestro. 12. Dispersúsque est popnlus per omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. 13. Præfecti quoque operum instabant, diceutes : Complete opus vestrum quotidie, vt priùs facere solebatis quando dabantur vobis paleæ. 14. Flagellatique sunr qui præerant operibus filiorum Israël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut priùs, nec heri, nec hodie? 15. Venerúntque præpositi filiorum Israël, & vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? 16. Paleæ non dantur nobis & lateres similiter imperantur : en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agitur contra populum tuum. 17. Qui ait: Vacatis otio, & ideirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino. 18 Ite ergo, & operamini : paleæ non dabuntur vobis, & redditis consuetum numerum laterum. 19. Videbántque se præpositi filiorum Israël in malo, eo quòd diceretur eis: Non minuerur quidquam de lateribus per singulos dies. 20. Occurreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso egredientibus à Pharaone: 21. & dixerunt ad eos: Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & præbuistis ei gladium vt occideret nos. 22. Reuersúsque est Moyses ad Dominum, & ait: Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? 23. Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixi populum tuum : & non liberasti eos

COMMENTARII.

1. *Moses & Aaron ad Pharaonē ingrediuntur eos despicientem aperiunt se à Domino immissos.*

Vnus de statu Sacerdotali valet pro multis senioribus.

Coram vno Sacerdote Principes sæculares quasi nulli.

VERS. 1. POST HÆC INGRESSI SVNT, &c.] Soli ergo Moses & Aaron ad Pharaonem suot ingressi, licet enim Dominus iusserat, Mosem à senioribus Israël comitatom, Pharaonem adire : morem gerebat timiditati eus. At substituitur postea Aaron, qoi Mosis comes esset. * Vnus enim Leuita, de Sacerdotali genere quilibet pro pluribus senioribus valet, Vt edidcant sæculares seniores, quaota sit reuerentia exhibenda Sacerdotibus.] * Seu potius dixeris, ingressos esse seniores, solo Aarone ingrediente: quorum mentio noo fit, quia in conspectu vnius ex Leuitico, aut Sacerdotali ordine primores sæcularium veluti nulli reputandi.] Dixere Regi: Dominos iussit tibi nos hæc suo nomine dictitate : Dimitte populum meum vt sacrificetom properet io desertum : Hebr. גחג *Hagag, saltare*, vt saltet mihi, quod in festis agitur. *Deo sacrificium offerre, idem est, ac festum solemne celebrare. [Ad saltationem, ad iubilationem aduocaris, cum ad festorum celebrationem, seu Eucharistiæ receptionem alliceris.]

Ad saltationē, seu exultationem alliceris, cum ad Eucharistiam suscipiendam vocaris.

2. AT ILLE, &c.] Quisnam (inquit Pharao) io conspectu meo Dominos, vt eius imperiis Rex obediat Ægypti. Nullum Domioum, aut Deum agnosco, qui possit mihi imperitare, & cui obtemperare cogar; ideò Israëlem non permittā abire. Superbus Princeps voluptati sæculari addictus Numen non agnoscebat. * Et quādo sæcolaris voluptas, ac fælicitas in Principum cordibus non generat atheismi suspicionem.]

Voluptas & fælicitas in Principibus generat atheismi suspicionem.

3. DIXERVNTQVE &c.] Deus Hebræorum (inquiunt) nos iussit trium dierum itineri accingi, vt apud desertum ei studeamus sacrificium offerre, vt liberi esse possimus à pestis, aut gladij vulneribus. Certè ad pestis, aut belli incommoda propulsanda sacrificia piè admodum perficiuntor. Hebr. *Ne fortè incurrat in nos peste, aut gladio*, id est, ne Deus nos peste, aut gladio hostium dioerberet, si ei non pareamus. * Vereor, ne ob recessum à sacrificiis, ob frequentiam Communionis abiectam, tot bellis premamur, tam horribili pestis formidioe fatigemur.] Porrò particulam, *Deus Hebræorum vocauit nos*, sic vertat Chaldæus: *Deus Hebræorum inuocatus est super nos.* * Inuocare enim in oratione Deum idem est ac nos à Deo vocari ad sacrificia. Qui enim orationis exercitamento studet, ad Eucharistiam frequentandam vocabitur.] * Profectò si cupis vocari à Deo, vt ab Ægypto sæculari recedas, & solitudinis, aut Religionis viam ioeas, tibi est vacandum orationi.]

Ob sublatam communionis frequentiam, bellis premimur, pestis formidine agimur.

Addictus orationi, frequentiā Cōmunionis expetet.

Vt ad Religionē incedam voceris, orationi stude frequenti.

4. AIT AD EOS REX ÆGYPTI, &c.] Quare, ô Mose, & Aaron, Hebræos facitis ab operibus iniunctis cessare? Humeros eisdem subiicite oneribus, nec curetis festi, aut sacrificij prætexto à ipsi operibus liberari. An ô Rex existimas, Mosem, & Aaronem ex illorum esse ingenio, qui vt otio dissoluantur, reuelationes, aut visiones affectant?]

2. *Reprehēdit eos Pharao, nec annuit festo indicto, aggrauat potius Hebræos, expresso edicto.*

Assolēt mulierculæ, vt otio soluantur, affectare reuelationes.

5. DIXITQVE PHARAO, &c.] Tunc Pharao efficaciter se arguere putans, addidit populos hic multiplicatur plus satis, post infanticidij legem iampridem abrogatam: & vos nihilominus eos ab oneribus liberari vultis, quo procreationi aptiores reddantur. * An non videmus Regna depopulari ob ciuium penuriam? Quid mirum si tot oneribus subditi pergrauantur?

Depopulatio Regnorū ex subditorum oneribus.

6. 7. PRÆCEPIT ERGO, &c.] Præfectis operum, & exactoribus præfectorum, ac operariorom præcipit incunctanter : Paleas, quæ eis impendebatis ad argillam conficiendam, quæ quidem concisæ luto admiscentur, vt laterea sint solidiores, paleis lutum continentibus, & astringentibus: eis deinceps minimè impendite. Ipsi nouo labore pergant ad agros, & ex reliquiis messiū stipulas colligant luto admisceodas Non placet qui existimat, paleas,

&

& stipulas datas, & requisitas ad coquendum lateres; quia expresse, *Nequaquam* inquit, *dabitis paleas, ad conficiendos lateres*, non ad coquendos.* En Diaboli tyrannidem: cuiat sine materia grauia nos piacula perpetrare. Sine voluptate nos vult luxurie deperire, sine lucro auaritia teneri, sine honore vanitate distrahi.]

Diabolus vult, nos sine emolumento vllo damnari.

8. ET MENSVRAM, &c.] Nihil de penso laterum detrahetis, torpent enim otio, & ideo vacat eis vociferare: In desertum pergamus nostro Deo sacrificatum.* si ergo operibus opprimuntur, non aderit eis opportunitas, audiendi mendacia, quæ assolent ab otiosis effor mari.]

Otium fons mendaciorũ.

10. 11. IGITVR, &c.] Præfecti operum, & exactores, quos Pharao aduocauerat, vt eis indiceret palearum retentionem à præsentia Pharaonis egressi hæc eius nomine protulere: Paleas non dabo, colligere exibitis, si poteritis importuno tempore inuenire. Inueniatis, aut non, nihil de penso solito imminuendum. An non illa tyrannis: si non potestis inuenire reddetis integrum opus?* Certe tyrannidem sapit quotiens à subdito, qui non potest reddere tributi pensum, integrum exigitur vectigal. Currit miser ad Vrbem cunctam venditurus supellectilem, si forte inuenire possit paleas: seu potius vendit suas paleas, vt possit acquirere argentum ad tributorum solutionem.]* Non potest inuenire, & tamen ab exactoribus soluere cogitur. An non Pharaonis huiusmodi edictũ?]

Tyrannidẽ sapit, si a subdito, qui nõ potest, integrum exigitur vectigal.

Cogi agricolã [illegible], quod nõ potest, Pharaonis edictum.

12. DISPERSVSQVE, &c.] Hebr. *Pharao dispersit populum ad colligendã stipulã*. Quod enim edicto Principis agitur, id Regẽ dicimt perfecisse.* Vt studeãt Reges recognoscere accurate Ministrorũ edicta, quorũ pręscriptiones aut iustæ, aut iniustæ suot Principibus tribuẽdę.] Populus ergo dispergitur, pars miscet lutũ, & lateres efformat, pars excoquit, pars paleas, seu stipulas comportat. Tantus autem colligendæ stipulæ labor, vt cogerentur totã Ægyptum terere. * An condigna tanto labore palea? Post quot exanthlatos labores voluptatis vix paleam acquiris?*

3. *Hebræi disperguntur, ad paleas quærẽdum, instãt præpositi, imo & hi ab exactoribus flagellantur,*

Curent Reges præscriptionum suorũ recognoscere. Eis enim tribuenda illorum iustitia. Quot labores peccator subit, vt acquirat paleã voluptatis.

13. PRÆFECTI, &c.] Non minus quã palearũ penuria, Hebræos affligebat pręposîtorũ, exactorũque instãtia indicentium: Opus explete ex integra à vobis exhibenda materia, stipula, & luto. * Certè non tam subditi opprimuntur penuria, ac impossibilitate soluendi tributa quam exactorum iniuriis illatis.]

14. FLAGELLATI, &c.] Præpositi Hebræi qui à Rege fuerant cõstituti super alios Hebręos operarios, flagellis cæsi fuerunt ab Ægyptiis, exactoribus proclamantibus: Qua de causa pensum laterum non impletis sicut quotidie solebatis cum paleæ vobis exhibebantur. An præpositi conficiendis lateribus dabant operã? Ita planè, eis enim dicitur: *Quare non impletis mensuram.* :* Præpositus enim debet velut subditus laborare.] Alij asserunt, præpositos illos non confecisse lateres, sed operariis præfici, vt ad confectionem hortarẽtur, & viderent, an confecissent. Cur ergo flagellantur? * Quia vitio Præposito datur, quoties subditus suo nõ satisfacit muneri. Prælatura hortibilis, quæ ob subditorum est piacula, flagellanda.]

Plus grauant subditos exactorũ iniurię quam solutio tributorũ.

Præpositus laboret, vt subditus.

Præpositus flagellatur ob subditorũ delicta.

15. 16. VAPVLAVERVNTQVE, &c.] Percussi præpositi Hebræorum in conspectu Regis vociferantur: Quidnam hoc? Nihil de laterum penso remittis, & solitam exhiberi speiam abnegas: & quia fratres miseri explere non possunt præfecti operum verbere affecimur: iniustè in nos agitur. * Ne Regem ostendant iniuriæ inuidiam in exactores deriuant; ideo, impersonaliter dicitur: *Iniustè agitur.* Nec enim sunt Principes publicè nominatim reprehendendi.] Preme illud: *Iniustè agitur contra populum tuum.** Si solummodo præpositi iniustè flagellabantur, cur agi iniustè contra populum præpositi affirmant? Quia omnes flagellis cædimur, cum videmus aliquem nostri causa tyrannicè opprimi.]* Ergo cum Præpositus noster Iesus acriter vulneratur, iniustè contra populum Christicolam actum est, omnes cædimur ditè, omnium languit exitiali profluit ex vulnere.]

Principes nõ sũt nominatim reprehẽdendi.

Omnes cædimus cũ videmus aliquẽ nostri causa pati.

O si Christicolæ vulneremus, cum Christũ pro nobis vulneratũ aspiciamus.

17. 18. 19. QVI AIT, &c.] Pharao respondit: Otium vos excitat, vt proclametis: Domino victimas in deserto offeramus. Quã inepta Regis cogitatio! Otium homines ad ludos, ad voluptates assulet excitare: nũquã autẽ ad sacrificia.] Ergo nè vigeat otiositas, & paleas quærite, & consuetum pensum laterum exhibere. Profectò præpositi, à quibus pensa Hebræorum exigebantur, ad magnas angustias se redactos videbant ex edicti complicatione! Paleæ quærendæ, & numerus laterum explendus.* En Ingenium Principis imperare implicatoria. Grauentur agricolæ, & vigeat Regnum: Addantur tributa soluenda, & ditentur ciues: argenteis, & aureis nummis Regnũ exundet, & lamioæ aureæ & argenteæ integrę deferantur ad exteros. O cõplicata imperia!

4. *Asserit Pharao otium esse causam tumultus*

Otiũ ad ludos, ad voluptate excitat, non ad sacrificia.

Principes implicatoria imperant.

20. 21. OCCVRRERVNT, &c.] Occurrerunt præpositi linquentes aulam Moysi, & Aaroni stantibus in occursum eorum, cum ipsi à Pharaone egrederentur, vt quid actum esset, edis cerent. Deus, inquiunt, qui omnia videt, vos puniat ob iniuriam nobis irrogatam, dum missionem à Rege postulatis. Nos, qui antea grati eramus Pharaoni, iam odiosos, execrabilesque reddidistis, & vestra importuna sollicitatione Regi occasionem nos durius affligendi exhibuistis.* Pharaonis duritia præpositorum verbera, populi afflictio videbatur spem tollere futuri leuaminis. At scieris, cum molestissimæ ingruunt tentationes, tunc proximiorem esse liberationem.]

Moysi & Aaroni querũtur Hebræi, asserũtque causã esse Regiæ tyrãnidis Moysẽ, & Aaronem

Cũ molestissima ingruũt tentamina; tunc proximior est liberatio.

22. 23. REVERSVSQVE,] Odiosè in se iactata tacitus præterit Moses, quia Hebræorum pręfecti exasperatis animis salutaris monitis capaces non erant.* Nec enim corripiendus peccator, cum viget passionis ebrietas; sed cum omninò consopita exponitur. Itaque ad Deũ per orationẽ confugit. Quare, inquit populi Hebraici afflictioni occasionem dedisti mittendo me ad Pharaonem, nec tamen populum liberasti, sed potius permisisti, vt grauius premeretur? Quare immisisti me? An contumaciæ verba? Minimè, sed inquisitionis, & orationis.* Ad quam quidem accurrentes, ab omni dubio, ac afflictione facilè expedimur.]

Moses ad Deum accurrit, pias ei querelas obiicit.

Nõ corripias delinquẽtẽ, cũ viget passionis ebrietas.

Oratio nis ad leuãdos afflictos.

CAPVT VI.

Vt animus Moysis roboraretur Iehoua nomen Deus illi reuelat. Genealogia Ruben, Simeon, & Leui, vsque ad Moysem, & Aaronem memoratur.

1. DIxitque Dominus ad Moysen: Nunc videbis, quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua. 2. Locutúsque est Domious ad Moysen, dicens Ego Dominus. 3. qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis. 4. Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. 4. Ego audiui gemitum filiorum Israel, quo Ægyptij oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei. 6. Ideo dic filiis Israël: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de seruitute: ac redimam in brachio excelso, & iudiciis magnis. 7. Et assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & scietis quod ego sum Dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum: 8. & induxerim in terram, super quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: dabóque illam vobis possidendam; ego Dominus 9. Narrauit ergo Moyses omnia filiis Israël; qui non acquieuerunt ei: propter angustiam spiritus, & opus durissimum. 10. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 11 Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, vt dimittat filios Israël de terra sua. 11. Respondit Moyses coram Domiuo: Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præsertim cum incircumcisus sim labiis? 13. Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem Regem Ægypti, vt educerent filios Israel de terra Ægypti. 14. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israelis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. 15. Hæ cognationes Ruben Filij Simeon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon. 16. Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson & Caath & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem. 17. Filij Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas. 18. Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Anni vitæ Caath, centum triginta tres. 19. Filij Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Leui per familias suas. 20. Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam: quæ peperit ei Aaron & Moysen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta septem. 21. Filij quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri. 22. Filij quoque Oziel: Misael, & Elisaphan, & Sethri. 23. Accepit autem Aaron vxorem Elisabeth, filiam Aminadab, sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar, 24. Filij quoque Core: Aser, & Eleana, & Abiasaph, hæ sunt cognationes Coritarum. 25. At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees, hi sunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes suas. 26. Iste est Aaron & Moyses: quibus præcepit Dominus vt educerent filios Israel de terra ægypti per turmas suas. 27. Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem Regem ægypti, vt educant filios Israel de Aegypto: iste est Moyses & Aaron, 28. in die qua locutus est Dominus ad Moysen, in terra ægypti. 29. Et locutus est Domious ad Moysen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem Regem ægypti, omnia quæ ego loquor tibi. 30. Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

COMMENTARII.

1. *Deus Moysem excitat ad miracu-*

VERS. 1. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Per internam inspirationem Deus Mosi profatur: Aspectabis illicò quæ mala, quas plagas duro Regi sum illaturus. * Nec enim cum duro agendum suauiter, sed vi durities emollienda] Contundam ergo eum manu forti ac robusta, cui tandem ceder, & populum dimitter.

la, pacti meminit initi, Hebræos promissis educendos.

* Cum duro durè agendum.

2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Ego

Ego (inquit Dominus) qui me ostentans tribus amicissimis meis Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, dixi illis me esse Deum omnipotentem, & multa coram eis prodigia feci, quibus me omnia posse probaui. * Si Deus operibus probat, quod dicit; quomodo credent homines tibi asserenti te esse Christicolam, dum operibus non probasti rectis, potius gestis iniquis abnegasti?] Porro nomen meum *Iehoua* eis apertè non exposui. Nomen יהוה *Iehoua* Hebræi cum legunt, non pronunciant *Iehoua*, sed *Adonai*, quare Interpres Latinus hunc morem secutus *Adonai* pro *Iehoua* scripsit. Profectò *Iehoua* à radice היה *haia* deductum diuinam significat essentiam; idem enim ac *Est*, *Fuit*. Hoc itaque nomen Iehoua Moysi primo fuit reuelatum, & cum nomine clarior rei significatæ cognitio: idque hoc fine factum, vt Moyses & populus incommodis pressus in spem diuini auxilij mox adfuturi erigeretur. Videntes enim Deum tam familiarem, & nomine proprio compellandum, intellexerunt magis eos curæ, & cordi habere, quam antea.* Hinc Christicolarum timor fælicitatem, quibus tam familiaris Deus *Iehoua* seu *Iesu* nomine dulcissimo compellandus. Nostro ô quam auxilio præcinctus! Præcimur ex hoc capite nimium Hebræis, qui nomen *Iehoua* seu *Iesu* non vt ineffabile in aliud mutamus, sed apertè exprimimus.

Deus operibus probet quod verbis asserit, neque se Deum omnipotentem: proba operibus quod dicis, te Christicolam esse.

Christianorum fælicitas, quibus familiarissimus Deus appellandus nomine Iehoua, aut Iesu effabili quidem nobis, si Hebræis Diuis ineffabili.

4\. Pepigiqve foedvs, &c.] Promisi eis, me ipsis daturum terram Chanaan, in qua se peregrinos, & aduenas gesserant.* Illud enim possidebis vberius, à quo te propter Deum extraneum profitebetis.

Illud possidebis vberius, à quo te profiteberis extraneum propter Deum.

5.6. Ego avdivi, &c] Oppressorum ab Ægyptiis Israelitarum exaudiui gemitum: & pacti, aut promissi mei sum recordatus. * O quam appositè vt Christi promissionem Pater recordetur, id est, vt impleat efficaciter, curas eum clamoribus precum excitare!] Filiis Israël meo nomine dicito: Ego Dominus, qui vos abstraham *de Ægyptiorum oneribus* (sic Hebt.) Eruam quidem de ergastulo in quo, serui aut capti instar, laborare coguntur. Redimam de seruitute tyrannica in brachio extento ad feriendum scilicet in altum elato, & in plagis horribilibus infligendis. Si infligendæ plagæ, brachium iam ad vulnera descendit: cur ergo in brachio ad feriendum elato, aut eleuato asserit deducturum Hebræos? * Quia cunctis temporariis plagis inflictis, Dei brachium minax tantum ostenditur non percussor, sed ad percussionem paratus. Omnia enim temporaria supplicia quasi non sunt, si cum supplicio côponantur non æterno.] * Vnde cù à Domino hîc vulneratis sit tibi horribile supplicium inflictum, sed brachium adhuc sublatum ad grauissimum infligendum nouissimum, si temporario verbere non flectatis.] Profectò plagæ aptè *iudicia* vocitantur; quia temporaria supplicia iustè pro meritis infliguntur. * Vnde si, expetis non puniri, non delinquas, supplicia enim iudicia sunt infallibiliter à Deo iustissimo inferenda.

Excita Deum precum clamoribus, vt recordetur sui, Christique promissionis impleat.

Omnia temporaria supplicia quasi non sunt, si cum æterno côparentur. Nô horreas supplicia inflicta, sed brachiû sublatû ad nouissimû inferendum. Supplicia sunt Dei iudicia infallibiliter infligenda.

7.8. Et assvmam, &c.] Vos meum assumam in populum, cuius Deus (Hebt. *Elohim*, seu *Iudex*) exsurgam, qui pro eo sententiam feram, Ægypto damnato. Tunc agnoscetis me verum Dominum vestrum, qui vos è captiuitate liberaui.* Veracis enim Domini est, subditi commodis studere] Me simul ostendam Dominum vestrum inducens vos in terram Chanaan, quam iuraui, me Abrahami, Isaaci, ac Iacobi posteris præstiturum. Porro manus leuare idem est ac iurare, eleuatio enim manus habitus est iurantis, Hebraica phrase. At Deum iurare, idem est, ac promittere.* Deus enim promittens, adeò est impletioni adstrictus, ac si iureiurando obstrinxisset. Quam conditionem debet vir nobilis æmulari: promissi impleat, ac si expresso iuramento teneretur, nobilis viri, aut fœminæ promissio communis sit velut iuramentum.

Veri Domini est, subditi cômodis studere.

Viri nobilis promissio sit velut iuramentum.

9\. Narravit ergo, &c.] Moyses cuncta quæ à Deo audierat Hebræis expressit. At illi adeò malis premebantur, vt non audirent. * Assolent enim mala præsentia sic animum consternare, vt sperare æruminarum absolutionem non libeat afflictis.

2. Omnia filiis Israel Moyses narrat, Deus ei iubet, vt Regi loquatur, eo vtique repugnante.

Afflicta non libet malorû præsentium sperare finê.

10.11,12. Locvtvsqve est, &c.] Instat Dominus Mosi: Ingressus, mone Pharaonem, dimittere Hebræos. At Moses replicare piè, in conspectu Domini audet. Si à filiis Israel renuentibus audire repellor, quomodo Ægyptius Pharao exaudiet?* Non aptum, venia tanti viri, videtur argumentum: Non audit domesticus, ergo minus audiet extraneus. Assolet enim quis benignius apud extraneos, & alienos, quam apud domesticos & proprios audiri. Quia nemo prophetat in patria] Quid ô Domine, si incredulitati, ac duritiei Regis addatur me vitio labiorum laborare ob linguæ tarditatem?* Apud Reges enim non pios illi admittuntur, qui loquaces se exponunt: sicut apud pios Principes plus silentium assolet persuadere.

Benignius qui apud alienos, quâ apud proprios audiretur.

Apud Reges impios valet loquacitas: apud pios plus silentiû persuadet.

13\. Locvtvsqve est Dominvs, &c.] Rursum Dominus Mosi, & Aaroni præcepit, vt & filiis Israël indicerent egressionem, & Pharaoni missionem persuaderent. * Sæpe monentur Moyses, Aaron, Hebræi, & Pharao; quia humanæ tarditatis ingenium multis egere monitis.] * Ne Præsules contra subditos indignentur si semel aut iterum admoniti, non se ad meliorem mentem receperunt.

Humana tarditas multis monitis indiget.

Subditus assiduè monêdus, Rectore patiente.

14\. Isti svnt, &c.] Texitur hic genealogia Ruben, Simeonis, & Leui, ne fortè putaret quis, has tres Tribus esse reiectas, quod illis Iacob visus sit maledicere. Conatur ergo satisfacere Moses, si ex narratione maledictionum aliquid aduersus tres Tribus suspicionis ingeneratum. * Diuorum est, proximi famæ specialissimo studio consulere.] Isti ergo (ait) sunt Principes familiarum Israëlitarum cum reliquis honorificè annumerandi. Ruben Iacobi primogenitus genuit quatuor filios Henoch, Phallu, Esron, & Charmi.

3. Describuntur tres Tribus, earumque cognationes.

Diuorû est proximi famæ specialissimo studio côsulere.

15.16. Hæ cognationes, &c] Simeon genuit sex filios Samuel, Iamin, Ahod, Ioachin, Soar, & Saul ex vxore Chananitide acceptum. Porrò tres Leui filij per familias suas, id est, qui aliarum familiarum principes extitere, fuerût tres Gersô, Caath, & Merari. Specialius Moses Leui filios, eorûque familias

Prosapia augusta & gesta bona magis illustrat, & praua amplius demipat.

familias describit,quia ex Leui prognati sunt Moses ipse,& Aaron populi liberatores.* Nam qui gesta illustria gerit,non parum ea sanguinis nubilitate illustratur. Augustam progeniẽ & gesta bona magis illustrate , & praua amplius deturpare quis dubitet?]Porrò Leuitarum pater vixit centum triginta septem annis.

17. 18. 19. FILII GERSON: LOBNI ET, &c.] Primus Leui filius Gerson duos genuit Lobni,& Semei aliarum primores familiarum, secundus autem Caath quatuor filios sortitur Amram,Isaar,Hebron, & Oziel,ætatis autem centum triginta annos annumerauit. Tertius denique Merari duos filios exposuit,Mocholi , & Musi.En familias Leui.

Parentes Moysis & Aaron eorumque posteritas Monetur adhuc Moses,vt ad Pharaonẽ loquatur, sed laborũ vitium vlterius exponit.

20. ACCEPIT AVTEM,&c]Profectò Amram secundi filij Leui Caath primogenitus duxit vxorem Iocabeth non amitam,(vt quidam asseruere) sed patruelem suam,ex qua Aaronem , & Moysem accepit , & expletis centum triginta septem annis ætatis , obiit.

21. 22 FILII QVOQVE , &c.] Equidem Isaar secundus filius Caath aui Moysis genuit tres,Core Nepheg,& Zechri. Quartus autem filius Caath .Oziel totidem natis stipatur,Misaël,Elisaphan, & Sethri.

23. 24. 25. ACCEPIT.&c]Aaron Moysis frater matrimonio colligatur Elisabethæ Abinadab filiæ,sorori autem Nahason celebris illius viri , qui in egressu ex Ægypto fuit Tribus Iuda Princeps. * Ex Elisabetha Aaron quatuor filios accepit , Nadab , Abiu, Eleazar , & Ithamar. Præterea Core natus Isaar filij Caath Mosis aui tres filios produxit , Asir , Elcana , & Abiaph. Hi quidem Coritarum parentes. Profectò Eleazar Aaronis primogenitus coniugem duxit filiam Phutiel, è qua suscepit Phinees. Ecce familiarum Leuiticarum Principes. Hebr. *Principes patrum* , scilicet qui inter patres Principes,& capita familiarum extitère.

26. ISTE EST ,&c.] Hæc est Aaronis & Mosis, qui missi sunt ad Pharaonem educturi Israelitarum Tribus à captiuitate, genealogia,ac posteritas. Profectò aptius dixisset ,*Iste est Aaron*,non addens , *& Moyses*. quia Aaronis genealogiâ studiosè prætexens , suam tacitus duxit , & solum aperuit quatenus ad Dei vocationem & missionem agnoscendam erat necesse. * O modestiam scribentis ! De aliis egregia de te nihil illustre loquaris , aut scribas * Attamen ex eo capite verificatur particula, *Et Moses* quia illud ipsum nihil de se illustre scripsisse , fuit se egregium prædicasse.]

De aliis illustria,de te nil egregiũ verbo,aut scripto memores. Illud ipsũ, nil de te dicere est, ac de te egregia prædicare.

27. HI SVNT ,&c.]Hæc est Moysi , & Aaronis historia vsque ad diem , qua post priora cum Pharaone colloquia , eis Deus in Ægypto est hodie locutus. Ac si diceret : sic se habet processus genealogiæ , historiæque Moysis & Aaronis ab exordio vsque ad præsentem diem,reliqua autem quæ post modum acciderunt ,deinceps scribam.

29, ET LOCVTVS , Iam narrationẽ cœptam vers 14.& per genealogiæ suæ descriptionem interruptam resumit. Ego(inquit Deus Moysi (Dominus , cui te obedire necessũm ,non temporario Principi. Ergò non renuas vt cœlestis Domini subdaris imperio , terrenum dominum veritatis prolatione acerbare : cum ad loquendi munus te immiserim.

Qui missus ad loquendum est,vt pareat Regi cælesti,terrenũ non timeat.

30. ET AIT ,&c.]Moyses itaque Domino, qui erat coram,seu coram quo stabat,& agebat , locutus sic est : Laborantem linguæ tarditate quomodo audiet Pharao aulicorum cultico assuetus sermoni?Porrò Hebræi incircumcisum corde , mente , aut lingua eum vocitant,qui vitio aliquo cordis , mentis , aut linguæ afficitur.

CAPVT VII.

Moyse ad Pharaonem remisso , virga in colubrum , aquæ omnes Ægypti vertuntur in sanguinem , Aemulantur malefici , & Pharao dirus non dimittit Hebræos.

1. DIxitque Dominus ad Moysen:Ecce constitui te Deũ Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. 2. Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi:& ille loquetur ad Pharaonem,vt dimittat filios Israël de terra sua: 3. Sed ego indurabo cor eius , & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Aegypti,4. & non audiet vos:immitámque manum meam super Aegyptum,& educam exercitum & populum meũ filios Israël de terra Aegypti per iudicia maxima. 5. Et scient Aegyptij quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Ægyptum , & eduxerim filios Israël de medio eorum. 6. Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus : ita egerunt. 7. Erat autem Moyses octoginta annorum,& Aaron octoginta trium quando locuti sunt ad Pharaonem. 8. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron : 9. Cùm dixerit vobis Pharao , Ostendite signa: dices ad Aaron : Tolle virgam tuam , & proiice eam coram Pharaone , ac vertetur in colubrũ. 10. Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem fecerunt sicut præceperat Dominus tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. 11. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos:

eos : & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas , & arcana quædam similiter. 12. Proiecerúntque singuli virgas suas , quæ versæ sunt in dracones : sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. 13. Induratúmque est cor Pharaonis , & non audiuit eos , sicut præceperat Dominus. 14. Dixit autem Dominus ad Moysen : Ingrauatum est cor Pharaonis , non vult dimittere populum. 15. Vade ad eum mane , ecce egredietur ad aquas : & stabis in occursum eius super ripam fluminis : & virgam , quæ conuersa est in draconem , tolles in manu tua. 16. Dicésque ad eum : Dominus Deus Hebræorum misit me ad te , dicens : Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire noluisti. 17. Hæc igitur dicit Dominus. In hoc scies quòd sim Dominus : ecce percutiam virga , quæ in manu mea est , aquam fluminis , & vertetur in sanguinem : 18. Pisces quoque , qui sunt in fluuio , morientur , & computrescent aquæ , & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis , 19. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic Aaron , Tolle virgam tuam , & extende manum tuam super aquas Aegypti , & super fluuios eorum , & riuos ac paludes , & omnes lacus aquarum , vt vertantur in sanguinem : & sit cruor in omni terra Aegypti , tam in ligneis vasis , quàm in saxeis. 20. Feceruntque Moyses & Aaron sicut, præceperat Dominus : & eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius : quæ versa est in sanguinem. 21. Et pisces , qui erant in flumine , mortui sunt : computruitque fluuius , & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis , & fuit sanguis in tota terra Aegypti. 22. Feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis , & induratum est cor Pharaonis , nec audiuit eos , sicut præceperat Dominus. 23. Auertitque se , & ingressus est domum suam , nec apposuit cor etiam hac vice. 24 Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent : non enim poterant bibere de aqua fluminis. 25. Impleríque sunt septem dies postquam percussit Dominus fluuium

COMMENTARII.

Moses Deus Pharaonis fit, Moses Aaron, hic autem Pharaoni loquetur, bonus corde induratо, sed plagu cõferendo.

VERS. 1. 2. MOYSI DEVS PROFATVR. &c.] Ne labiorum vitiũ ad ministerium loquẽdi Pharaoni tibi sit in obstaculum , te eloqui iubeo , vti ego hominibus proloqui soleo. Te Deum Pharaonis iam constitui , quem timeat potentem , quem obsecret , vt plagas ablegat ; non quem fideliter adoret. Aaron ergo tuus erit Propheta , cui tu reueles , quæ ex me cognoueris , & ille , os tuum , Regi , ac seorsim tibus reuelabit. An non aptius Deus linguam Moysis acuisset , vt labiorum defectu non laboraret ? Absit. * Nam qui Pharaonis Deus cõstituebatur cum ipso familiariter loqui non debebat. Moneo Deos , seu Sacerdores , eorum munus dedecere nimium familiariter cum hominibus agere , vnde oportet existimare , se linguæ laborare defectu.]

Sacerdos Deus laboret linguæ defectu, ne nimis familiariter cũ hominibus agat.

3. 4. SED EGO INDVRABO COR EIVS, &c.] Permittam Pharaonem in sua persistere duritie , ac pertinacia per gratiæ meæ substractionem ; vt me cogat eum horribiliter flagellare plagis immissis. Manum extendam, vt percutiam, affligam, puniam. * Nihil enim sic Deũ ad vulnerandum prouocat, quam duri animi pertinacia. Tandem populum Hebræorum ex captiuitate educam per plagas maximas. Quæ quidem aptè *iudicia* vocitantur , quia omnibus iustissimum Dei iudicium in ægyptios ostendunt. * Cum videris Regnum , aut Vrbem peste , locustis, fame , bello , ægritudinibus exitialibus diuexari : crede , plagas illas Dei esse iudicia , seu iuste infligi ad peccatorum vltionem.]

Deum cogit ad puniẽdum duri animi pertinacia.

Omnes plagæ nobis inflictæ, iudicia sunt Dei nostra crimina iustè flagellantis.

5. ET SCIENT ÆGYPTII , &c.] Non solum intendo Israëlem à captiuitate eripere, sed Ægyptios aperte cognoscere , me Deum cuius manus percutiens , & affligens , suos eduxerit è Pharaonis potestate. * Vt mei simul non solum substantiæ liberationis , sed modo se gratos exhibeant.] * Parum esset quodammodò illos educere , nisi exerens manus meas circa eductionem quasi laborassem. * Quænam gratiæ debentur IESV liberatori , qui non solum à captiuitate eripuit, sed tanto nos labore redemit?]

Deo te gratũ exhibe, cũ nõ solũ te liberauit, sed laborauit in liberatione. Hinc IESV non æstimabilis Redẽptio, quia ineffabili eius labore perfecta.

6. FECIT ITAQVE MOYSES, &c.] Moyses & Aaron Dei iussa exequuntur , exequuntur iussa Dei. Cur pleonasmo vtitur Moses ? * Vt ostendat , Dei iussa diligentissime explesse. Vult enim Deus sua *mandata custodiri nimis*]

Dei iussa diligẽtissime explẽda, nimis custodiẽda mandata;

7. ERAT AVTEM MOYSES , &c.] Porrò octogenarius erat Moyses, Aaron octoginta & tres annos ætatis impleuerat , cum ad ministeriũ liberationis populi immissi Pharaonem alloquuti sunt. Cur ætatis illorum hic mentio fiat ? Vt ministerij decentiæ prouisum esse innuatur. Ad officium enim loquendi , ac conuertendi duros , apta non est iuuentus ætatis coronata floribus. Quid nisi flosculos verborum germinabit adolescentia ? Illi ergo

deputandi, prædicationis muneri, in quibus aut canities ætatis prudentis, aut sensuum senectus inoenta eapooa-tut.]

9. Dixitque Dominus ad Moysam, &c.] Deus itaque locutus est immediate Mosi, Moses autem Aaroni Dei iussa reuelauit; vnde aptè dicitur: *Dixit Dominus ad Aaron.* * Eatimaad te Deum immediatè loqui, quotiens ea ore Præsulis admoneris.] Cum Pharaon (Deus ait) incredulus dixerit vobis: signis sermonem probare contendite: ad Aaron dices: Tolle à manu mea hanc tuam virgam quæ in terram proiecta, in colubrum ascendet. Si virga erat Mosis, quam ex Madian attulerat, & quam semper in manu gestabat: cur Aaronis virga vocitatur? *Tolle virgam tuam.* Certè virga hæc nunc Moysis, nunc Aaronis, nunc Dei dicitur: quia horum omnium fuit ad miracula patranda, instrumentum * Illud, quo vteris ad liberationem populi peragendam, tuom proculdubio est. Alius (ea. gr.) volumen composuit, cuius tu ex cogitationibus vteris ad peccatorum conuersionem, Liber ille & auctoris est, & tuus est, si ad negotia Euangelica tibi arma suppeditauit.] * Quid si ad ostentationē solummodo conceptibus haud digestis vteris non prædicando, sed recitando? Liber proculdubio erit alienus.]

Existima ad te Deū loqui immediatè quotiens à Rectore moneris.

Liber quem alius cōposuit, tuus est, si tibi ad peccatorū conuersionē arma suppeditauit. Alienus est liber, si eo ad solā vteris ostentationē.

10. Ingressi itaque, &c.] Hebr. *Proiecit*, pro *tulit*. Ingressi ergo Moses, & Aaron ad Pharaonis conspectum: Dei aperuere præceptum, postulanteque Pharaone signum missionis, accepit Aaron è manu Moysis virgam, in terram proicit, & in colubrum mutata Regē, ac aulicos terrrauit. Preme particulam? *Fecerunt sicut præceperat Dominus.** Nam verus obediens non solum gerere debet quod ei præcipitur, sed *sicut*, eo ordine, quo Deus præscripsit, exequi imperia.]

2. *Moses, & Aaron implent iussa Domini, & virga in colubrū vertitur.*

Verus obediens nō solum agit quod ei præcipitur, sed sicut imperatur.

11. 12. Vocavit autem Pharao sapientes, &c.] Aduocatur præstigiatores, *malefici*, seu *sophistæ* (sic L X X.) à Pharaone, quorum Principes Iannes, & Mambres extitere. Hi quidem Mosis, ac Aronis æmulatores ficti dæmonum ministerio similiter gessere. Sensus enim aspicientium ludificarunt, vt videre se quod non videbant, arbitrarentur. Sic Interpretes communiter. Arbitror, per motum localem, aut actiua passiuis applicando gestum sic esse, vt res prodigio similis videretur: nempè veris allatis draconibus, virgis interim ab aspicientium oculis substractis. Porrò illico serpens ille, in quem virga Aaronis conuersa fuerat, virgas, seu serpentes, in quos virgæ eorum mutatæ fuerant, auidè absumpsit. * Quia semper veritas triumphatrix exponitur pereunte mendacio.]

13. Induratum Que est cor Pharaonis, &c.] Videns Pharao præstigiatores similia fecisse signa, se adhuc Dei imperio durum ostendit: non quidem aduertens Aaronis virgam Magorum virgas deuorasse. *Vera operis similitudo non ea inchoatione, sed ex perfectione pendenda. Haud Diui imitator, qui eadē int edit, sed qui eadem perficit. Sed cur Dominos tā diu cor Pharaonis pertina. cia obdurari permisit?* Ce è vt per tyranni-

3. *Aqua in sanguinem cōuertēda.*

Diui imitator nō est, qui incipit opera, sed qui perficit opus sanctum.

dem illios Dei amici magis exercerentur, & eorum corona ad Dei gloriā patientiæ gemmis exornaretur.]

Deus permittit, vt iniusti iustos vexent, ad coronæ, seu præmij augmētum.

14. 15. 16. 17. 18. Dixit autem, &c.] Cor Pharaonis (ait Mosi Deus) pertinax ostentatur, nec circa egressionem Hebræi populi meis iussis obtemperat. Eatoriente, die crastino, luce, Pharao fluminis abluendus percurret ad vndas: eius præueni aduentum, vt in te veniens incurrat ad Nili ripam expectantem. * Intelligat Rex grauia semper cœlestia negotia decere vigiliam, & solertiam.] Illam virgam, quæ conuersa fuit in colubrum, & manu gestabis, in altum educes habitu percussuri, profatus: A me missus à Domino non semel audiuisti: Hebræos dimitte, apud deserta sacrificaturo vero Numini: & renuisti. Ergo hæc Dei nomine exaudi: Hoc tibi aderit meæ supremæ dominationis documentum: ea virga, quam vidisti sub forma serpentis dracones deuorantis: rursum facta virga percutiens. Diuina ostentatur in manu miraculorum operatrice. Percussam fluminis vndas, & omnis liquor vertetur in cruorem. Morientur pisces aqua deficiente, & mutata in sanguinem crassum, calidum, complexioni piscium repugnantem. Porro aquæ seu sanguis ea aqua mortuis piscibus inficietur, & corrumpetur Ægyptijque rabida siti cruciabuntur Si verba illa: *Virga, quæ in manu mea est*, sunt Dei tunc Mosis ore loquentis, & tamen Moses virgam manu sua tenebat, colligitur Deum & Mosem quasi vnum censeri. Certe ad litteram, Deus & Moses hic velut vnus reputatur quemadmodum causa principalis & instrumentum vna efficiens causa vocitatur. * Ad spiritum autem cum videris ferientem virgam in manu Rectoris, existima Dei virgam esse, à manuque Dei eaerti in vulnera.]

Vigilia, ac solertia decent cœlestia negotia.

19. Dixit quoque, &c.] Addidit Deus Mosi: Aaroni iube virgam tollere, & extensa vtraque manu vndas Nili fortiter vulnerare: à longèque simul vulnera indicere *omni congregationi aquarum* (sic Hebr.) puteis, fontibus, riuis, paludibus. &c & mutentur in sanguinem in omni Ægypti terra; nec in vasis fictilibus, saxeis, aut ligneis liquor immutabilis asseruetur. si Moses Pharaoni ostentatur virgam manu tenens: cur ipse non aquas percussit, sed Aaroni commisit vulnerandas, et virgam exhibendo?* An non indecorum nobili viro, illum fluuium percutere, cuius vndæ eum viuum exceperant, tot suffocatis infantibus, & filiæ Pharaonis viuum sinui tradiderant? Intolerabilis ingratitudo est eum vulnerare, à quo accepisse beneficium profiteris.]

Cū percusse Rector, ocū pura percussorem.

4. *Aqua vertitur percutiente Nilū Aarone in cruorē, pisces moriuntur, Magi aquā in sāguinē vertūt, Pharao induratur.*

Indecorū si vi. ro nobili, vulnerare eū, à quo beneficiū accepit.

20. Feceruntque,] Executioni dedere Moses & Aaron Dei iussa; & eleuata virga Aaron aquas Nili volnerauit in conspectu Pharaonis & comitibus aulicis, ac ministris. At fluminis vndæ chrystallinę liquidam verterunt in purpuram. Verùm non solum fluuius, sed omnes Ægypti aquæ & gustui sanguinem exponebant. An terra Gessem immunis à plaga? Minimè; quia inibi etiam Ægyptij degebant, ii præsertim, qui Hebræos diuexabant, quibus non erat parcendum. Attamen expresso miraculo vnda Hebræis dulcis ac vitalis, Ægyptiis amarum exitialemque poculum ministrabat.* Vt Eucharistici possis Calicis venerari simulachrum.]

Calix Eucharisticus sicut Aegypti aquæ dulcis bonis, prauis amarus.

21. Et

21. ET PISCES, &c.] Pisces in mortuo flomine putridoque in sanguine moriuntur. Ægyptios sitis trahebat ad aquas, sed sanguis putridus ablegabat à morte. * Quam Deus in corruptis siue in cruorem versis aquis totÆgypto propinabat, vt & Pharaonem, & Ægyptios ad meliorem traheret meoré mortis horribili simulachro. Quis tam durus, qui mortis non frangatur aspectu?

Vt reduceret Deus Pharaonem, & Ægyptios eis obiecit mortis simulachrum.

22. 23. FECERVNTQVE, &c.] Porro arcanæ illius magiæ, quæ tenebris gaudet, sectatores, copia aquæ petita à mari (quia solæ aquæ potabiles in sanguinem essent conuersæ) suis incantationibus in Pharaonis conspectu claram vndam in crassum, calidumque mutauere liquorem. Ideo, terrore primo ablato, quia aulæ, ac mensis ditium propinabantur mera, Pharao plus obdurátur, non exaudit Hebræos, se in domum recepit fugiens subditorum contundi clamoribus, & neque vi huius signi animum adiecit, vt crederet. * O quot calamitatibus miseri pauperes diuexantur, quia Regibus, ac Proceribus non est communis ærumna!

Multis calamitatibus pauperes diuexantur, quia Regibus ac diuitibus non est communis ærumna.

24. 25. FODERVNT AVTEM OMNES ÆGYPTII PER CIRCVITVM, &c.] Afflicti Hebræi per Nili circuitum effodientes terram vulnerauere, si forte aqua efflueret; sed quid è vulnere nisi sanguis exiliret? Attamen percolatus, & quasi aqueus cruor ille aliquo modo sitim solabatur; & æstuantibus, nec fluminis vndas rubras epotare valentibus, liquor aderat expetibilis. Porro plaga sanguinis dies septem tenuit. Meritò autem Ægyptius fluuius est in cruorem versus, qui eundem fluuium in infantium Hebræorum perniciem conuerterant, eos vndis præfocando.* Quod enim instrumentum criminis inuenis in creatis, hoc tibi addicis vindicando piaculo instrumentum.

Quod criminis instrumentū è creaturis inueneris, id vindicando piaculo tibi addicis instrumentū.

CAPVT VIII.

Ranarum secunda plaga, tertia ciniphum, quarta muscarum omnis generis excitatur: nec tamen Pharaonis cor emollitur.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum: vt sacrificet mihi. 2. Sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. 3 Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domum tuam : & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: 4. & ad te & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos, intrabunt ranæ. 5. Dixitque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super terram Ægypti, 6. Et extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti. 7. Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter, eduxerúntque ranas super terram Ægypti. 8. Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis. Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populum vt sacrificet Domino. 9. Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo : vt abigantur ranæ à te & à domo tua & à seruis tuis & à populo tuo: & tantum in flumine remaneant. 10. Qui respondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt scias, quoniam non est sicut Dominus Deus noster. 11. Et recedent ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantùm in flumine remanebunt. 12. Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni. 13. Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. 14. Congregaueruntque eas in immensos aggeres, & computruit terra. 15. Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut præceperat Dominus. 16. Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ: & sint sciniphes in vniuersa terra Ægypti. 17. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percussitque puluerem terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis puluis terræ versus est in sciniphes per totam terram Ægypti. 18. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, vt educerent sciniphes, & non potuerunt, erántque sciniphes, tam in hominibus quàm in iumentis. 19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem : Digitus Dei est hic, induratúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat

Dominus

Dominus. 20. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. 21. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muscarum: & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. 22. Faciámque mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ. 23. Ponámque diuisionem inter populum meum & populum tuum: cras erit signum istud. 24. Fecitque Dominus ita. Et venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius: & in omnem terram Ægypti: corruptáque est terra ab huiuscemodi muscis. 25. Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac. 26. Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quòd si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. 27. Viam trium dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. 28. Dixitque Pharao: Ego dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: veruntamen longiùs ne abeatis, rogate pro me. 29. Et ait Moyses: Egressus à te, orabo Dominum: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras: veruntamen noli vltrà fallere: vt non dimittas populum sacrificare Domino. 30. Egressúsque Moyses à Pharone orauit Dominum. 31. Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit ne vna quidem, 32. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

COMMENTARII.

1. Molestia ranarum inducitur à Mose Pharaoni.

VERS. 1. 2. DIXIT QVOQVE DOMINVS, &c.] Rursus Dominus instat reductioni peccatoris Regis, & populi liberationi, Moysi locutus: Ingressus Pharaoni dices: Hæc Dominus: Populum meum a vinculis captiuitatis solue, vt libere properet ad desertum mihi litaturus. Si renueris, fines Regni tui plaga ranarum diuerberabo. * Misericors Deus prius minatur, quam percutiat, vt inexcusabilis omninò peccator, qui honore supplicij non reducitur.]

Inexcusabilis peccator, qui horrore futuri supplicij indi[illegible]

3. 4. ET EBVLLIET FLVVIVS RANAS, &c.] Fœda ranarum parens Nili fiet quælibet vndula, & instinctu diuinitus insito ranæ tuā domum putridam vertent in paludem. Omnia secretiora occupabunt cubicula, omnia inficient, aures coaxatione obtundent, viuæ ac morientes fœtore complebunt æthera: sedentibus, ambulantibus, cubantibus erunt infestæ. Vel cibis non parcent, *in panariis tuis* (sic Chald.) id est pistrino & locis, quibus panis conficitur, aderunt infecturæ massam: ad furnos ascendent, & culinas & quilibet cibus fœtidis ranis immistus feretur ad mensam. Porrò hæc plaga durior sanguinis supplicio. Nam flumine in sanguinem verso, aquaque adempta, reliqui relicti liquores. At ranæ omnibus molestæ exponebantur. * Illud supplicium horribile admodum, quod nulli parcit, omnibus affert nocumentum.] * Hinc edisces bellorum instantiam Regni plagam exitialem existere, quia nulli parcit: Si viri, si adolescentes trahuntur ad exercitum, matres, sponsæ plorant, filij vociferantur, omnes necessaria tributa soluunt, cuncti opinionibus belli sauciantur. O quanto Regum studio pax tuenda!]

Supplicium, quod nulli parcit, horribile admodum.

Belli plaga horribilis, quia omnibus infesta.

2. Indicitur Aaroni, vt manū extēdat ad eductionē ranarū.

5. 6. DIXITQVE DOMINVS AD MOYSEM: &c.] Mosem Deus monet, vt Aaroni indicat: Manum, qua tenes virgam miraculorum effectricem, extende versus omnes Ægypti aquas ex ipsa Pharaonis aula, qua commoraris. Extendit ille manum eleuans in morem flagellantis virgam, & illicò à Deo euocatæ sunt ranæ. * Peccatoris expende duritiem. Leui à longè percussionis signaculo cunctæ contremunt aquæ, & parturientibus vndis tot ranarum nascuntur examina: & homo ipsa plaga diriter vulneratus, si edit clamorem, non tamen pœnitudinis actum enititur.

Manū extēdit, & ranæ ascēderunt. idē gerūt Malefici.

Signaculo percussionis parturit creatura, homo percussione actus nō cōteritur.

7. FECERVNT AVTEM MALEFICI, &c.] Venefici dæmonum ministerio è partibus fluuij, ac riuorum iam primo fœtu ranarum euacuatis, nouas ranas educunt, non tam multas: sed quæ additæ prioribus plagam molestiorem efficerent. * Nec enim ministrante Diabolo, id fiet, quo imminuatur hominum molestia: sed quo acerbior reddatur. Vt stultitiam peccatoris aduertas, qui tam aucto pretio sibi comparat damnationem.]

Diabolus nō imminuit plagas, sed aggrauat.

Magno pretio peccator cōparat dānationem.

3. Petit Pharao, vt ranæ recedāt, orāte Mose, orat, & ranæ moriūtur, cōgregantur in aggeres.

8. VOCAVIT AVTEM PHARAO MOYSEM, Qui sanguinis plaga non vocanit Moysem, & Aaronem, vt preces profunderent, actus ranarum molestia Diuos Hebræorum aduocat, & precatur: Vestris ad Dominum orationibus profusis, impetrate, vt pulsis ranis à me, ac populo meo, pace fruamur. Cui quidem beneficio gratus populum dimittam, vt Deo suo possit litare munera. Preme illud:

Vt

Vt auferat ranas à me, & à populo meo. * Cum plaga sanguinis solus populus grauabatur, incolumi ob vinum Pharaone: non curat Numen placari. At cum ipse percutient simul, quærit vulneri medicamina. Solus Pharao tyrannus subditorum non sauciatur incommodis.] * Nunquam enim Rex probus non patitur, populo patiente.

Solus tyrannus Rex non sauciatur subditorum vulneribus. Probus Rex patitur patiente populo.

9. DENIQVE MOYSES, &c] Ne ô Rex (ait Moses) postea causam possis, causarum naturalium efficientia ranas sublatas, mihi tempus assigna, ad preces fundendas pro te, ac seruis tuis: vt ranæ Ægyptiacum deserant solum, & solummodò sint incolæ aquarum. * Simul curabat Moses, tempus à Rege constitui, vt sic voluntate implendi promissionem innouata, preces redderet efficaces. Quid refert Diuum pro peccatore orare, cum ille pertinax delictis hæreścit?

Cum Diuus pro peccatore orat, debet ille ab affectu peccandi recedere, vt sit oratio efficax.

10. 11. QVI RESPONDIT, &c.] Porrò Rex Mosi respondit, *Cras* Cur non *Hodie*? Vt interim experiretur an ex se ranæ deficerent? * Certe peccatoris illud proprium, & agnatum vocabulum, *Cras*. vt Deo persoluat debitum procrastinare semper studet] Quomodo autem *ex se* ranæ deficerent? Patrum placito murmuratores signantur in ranis. * Murmurationum vulgarium vulneribus non multum vitandis defatigeris, ipsæ ex se deficient] Ephimerica etenim est vita mendacij.] Moses respondit, Constituta à te temporis precabor instantia, vt agnoscas vnicè m... Numinis Deitatem Ranæ ab aula, ab aulicorum & subditorum domibus abstractæ, solum coaxabunt in flumine. An non tibi coaxatio molesta? * Certe non te tam molestum ostendis, cum tua in regione loquax audiris, quam cum in aliena regione coaxas, tuam progeniem laudans, tua gesta commendans.

Procrastinatio propria peccatoris.

Vulgares obmurmurationes ex se deficiunt. Vita mendacij ephimerica.

Molestior redderis, cum in aliena regione coaxas tuā progeniem aut gesta commendans.

12. 13. 14. EGRESSIQVE SVNT, &c.] Moses & Aaron egrediuntur ex aula, Moses autem qui promiserat ranarum ablationem, desiderio, & affectu impetrandi.* Nihil enim magis nobili indecorum, quam promissa non implere.] Profectò Dominus superabundè Mosi promissa soluit, ille enim promiserat, ranas ad flumen trahendas, Deus autem cunctas occidit, nè expeditionis alius horror adesset, si viuæ mergerentur in aquis. * Plus Deus oranti concedit, quam præsumit oratio.] Ad immensos aggeres exanimes ranæ adducuntur. Hebr. *In acernos, acernos*, multi aggeres efformantur, terra ex putrida cumuli obiiciuntur, fœtorem ciuibus exhalantes. * Profectò quia infantes merguntur in fluuium, è fluuio ranæ ebulliunt punituræ. Vt inde experiare supplicium vnde piaculum perpetrasti.

Indecorum nobili, promissa non implere.

Plus Deus oranti, quam præsumit oratio.

Inde supplicium, vnde peccatum.

15. VIDENS AVTEM, &c.] Post ablatam plagam requies grauioris causa fuit obdurationis: vnde nec audiebat Mosem, & Aaron instantes, vt promissis staret, vt iussui Domini cederet. * Cum plagis grauamur promittimus, cum auferuntur plagæ ad plagas grauiores multiplicatis criminibus præparamur Ergo misericorditer admodum peccatores à Domino ærumnis infrenantur.

4. *Obduratio Pharao, plaga ablata, iubetur Aarō percutere puluerem, qui in sciniphes vertitur, quod nō potuere Magi.*

Cum plagis grauamur, promittimus cum liberamur, ad grauiores plagas adhuc desinenquendo paramur.

16 17. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Hebr. vox כנים *chinnim* significat *pediculos, pulices, culices.* Vnde alij pediculorum, alij pullicum, alij culicum affectos vulnere ex multiplicatione aculeorum grauissima Ægypto exponunt affectos Ego aptius ex vocabuli vi culices interpretor eos, qui vix visu percepti adurunt aculeo. Mosi ergo Dominus, Iube, inquit, Aaroni: Manum eleua, virgaque terræ puluerem contunde, vt in culicum vertatur exercitus omnem Ægyptum debellaturos. Obsequuntur Diui. Aaron vulnerat superficiem terræ, & cunctæ pulueris particulæ versæ in culices volitarunt. * Porrò fragilis hostis cateruatim irruens exitialis ostenditur. Vt timeas minutissimorum venialium piaculorum vulnere affici. Multiplicata enim non quidem occidunt spiritum, sed molestant, ac pungunt conscientiam, & ad mortale vulnus citiùs disponunt] Irruêre culices in homines, & animàlia, sensuum ostia fatigant, facies vulnere crebro deformant.

Peccata venialia cateruatim irruētia time, disponunt enim citiùs ad vulnera lethalia.

18. FECERVNTQVE, &c.] Profectò Magi conati sūt culices è puluere excitare, nec potuere Deo impediēte. * Vt scilicet mēdacij incātatores arguerentur, qui cū maiora fecissēt, in minoribus defecerut. Non sic iusti; omnia enim possunt in eo, qui illos cōfortat. Interim culices & homines, & iumenta acriter affligebāt, nec enim poterāt à tot hosticulis liberari.

Iusti. in eo, qui eos confortat, omnia posse ostenduntur.

19. ET DIXERVNT, &c] Specialissima (inquiunt venefici) Dei hæc est virtus, & operatio, quam non possint homines æmulari. Nec mirum Diaboli operatione non fuisse sciniphes excitatos. Sciniphes enim buccinula monent, prius quam vulnera infligant. * Diabolus non vult nos ea plaga affligi, quæ moneat, & caueter, vt euadamus vulnus: sed quæ sine admonitione exitialiter percutiat] Profectò Pharao magis verbere durus, populum noluit dimittere apud deserta sacrificaturum; quia benignitate Domini, ne omninò homines & iumenta perirent, clamantibus omnibus, fuit plaga illicò sublata * Deus equidem non rogatus abstrahit à te supplicium, quod enecat, vult enim affligi ad conuersionem hominis, non deleri.

5. *Profitentur Magi Dei digitū: Sen specialem virtutē illā plagā esse. Mittitur Moses ad Nilū Regi locuturus.*

Diabolus nō vult nos plaga affici, quæ moneat ante vulneris inflictionem, sed quæ repente sauciet.

Deus quod enecat, aufert, non rogatus, vult enim peccatorem ad conuersionē affligi, non perire.

20. 21. DIXIT QVOQVE, &c.] Lat. *Muscam caninam.* Hebr. ערב *mixtionem*, Deus ergo Mosi profatur, Diluculo perges ad Nilum, vt Pharaoni egressuro ad aquas occurras, & proferas: Populum solue, vt Deo in deserto litet holocausta. Quod si non gesseris, tibi, populo que omni communis plaga exurget omnium muscarum varietate coalescens, qua vniuersa verberetur Ægyptus. Rectè Patres asserunt, *musca* illa *canina* seu *cœnomyia* murmuratores exprimi. Quid futilius musca volitante: sed quid cane mordente grauius?* Non excusseris eum volante verbulo offendi: cantnum enim vulnus est, quod proximum tanta assolet inquietudine afficere.]

6. *Mina indicenda prænunciatur, muscis enim vulnerandi Ægyptijs Hebrais in columitate potituris.*

22. FACIAMQVE, &c.] Porrò cum tota terra Ægypti muscis abundauerit, terram Gessem, vbi Hebræi habitant in miraculum cunctis separabo. Cum enim tot abundet pecoribus, nulla ibi vel paruula muscula volitans apparebit. Vnde scias ô Rex me protectorem in meditullio terræ Gessen consistere.* Et quando Deus à iustis separatur.] Preme particulam, *Faciam mirabilem terram Gessen.* Ea quonam mirabilia ostentatur? Iustorum cum sit habitaculum à laboribus est immunis. *Certè in-

Quodlibet murmurationis verbulum canina musca est.

solitum

ſolitum, imo mirabile eſt iuſtos, vel parui temporis interſtitio ſinè laboribus, & ærumnis degere.] * Quos enim Déus amat grauioribus probat ærumnis. Ne ergò afflictione conturberis, cum Regna Catholica videris tribulationibus agitari.]

Quos Deus amat, laboribus probat.

23. PONAMQVE DIVISIONEM INTER, &c.] Ponamque diuiſionem inter populum meum, ac populum tuum. Hebr. *Ponam redemptionem*. Eximam, liberabo Hebræos à communi plaga. Liberare enim populum electum à plaga omnibus Ægypti habitatoribus infligenda illuſtris plane eſt redemptio. * Hinc elucet quam perfecta ex IESV redemptio Mariæ, quæ cunctis hominibus plaga affectis, ipſa vnicè liberatur.]

Perfecta Mariæ redemptio à communi piaculo.

7.

Veris muſca grauiſſima, Pharao veniã dat populo vt in Ægypto litet, renuit Moſes, & quadã apposita cõditione permittit in deſertũ pergere.

24. FECITQVE DOMINVS ITA, &c.] Indixerat Moſes, die craſtina ſignum perficiendum. Vnde aduentante illa die, muſcarum plurimarum, & moleſtiſſimarum exercitus volitarunt ſine extenſione virgæ. Ne ſcilicet quis ſuſpicaretur aliquid aliquid Numinis virgæ ineſſe: aut non eſſe Deum, qui hoc patraret. Porrò muſcarum examina tantũ fœtorem ſpirauerunt, vt terra corrumperetur, & æther poſſet infectionem concipere, ad horribilẽ animaliũ peſtem. * Muſca canina murmuratores ſignat, qui adulatores volitant, & canes morſu ſauciant. Porrò ex detractorum fœtore terra corrupta eſt.]

Ex murmuratoribus peſtis Reipublicæ.

25. 26. 27. VOCAVITQVE PHARAO MOYSEM, &c.] Muſcarum aculei Pharaonem excitarunt vt illicò tot vulneribus quæreret medicamen: aduocat Moyſem, & Aaronem, & profatur: In terra Ægypti locum poteſtis aptum requirere, vt Numini veſtro litetis holocauſtum. Porrò Moſes: Haud factibile, ait quia abominationes Ægyptiorum, Deos ſcilicet Gentium ſumus oblaturi: nempè oues & boues mactaturi ſumus, quorum cædem Ægyptij execrabilem, & abominandam putant dum eos vt Deos colunt. Non ergo expedit, vt coram ipſis iſta ſacrificemus, ne vindices ſuæ læſæ maieſtatis conficti, nos lapidibus obruant. Trium dierum via eſt nobis ineunda, vt apud deſerta Iſraelitæ Deo præparent holocauſtum. * Edisce à Gentili, id tibi abominationem reputare, quod diuinæ Maieſtati lædere videatur.

Id ſit Chriſticolæ abominãdum, quod videatur lædere Maieſtati diuinæ.

28. DIXITQVE, &c.] Ego (ait Rex) permittam, vt, trium dierum perfecta à vobis via, Domino apud deſerta munus offeratis. Attamen longius vobis recedendum non eſt. Precamini ergo Dominum, vt moleſtiſſimas ableget à me muſcarum phalanges. * Hic diaboli aſtus, non permittere, vt peccator longius abeat videtur veniam exhibere, vt poſt viam trium dierum ſanctæ hebdomadæ Deo litet Confeſſionis, ac Euchariſtiæ ſacrificium; ſed mox ad ſe redire ſatagit. Profectò propoſitum redeundi poſt tres dies, Paſchate aduentante, ſacrilegum te ſacrificium efficiet. Vnde qui ſe præparat holocauſto, non trium, ſed omnium dierum receſſum ineat neceſſum eſt.]

Cupit diabolus peccatorem viã inire trium dierũ vt cito redeat ad captiuitatẽ. Pœnitentis propoſitum nũquam redeundi in Ægyptum.

8.

Orat Moſes muſcæ ablegãtur, Rex obduratus non vult populum dimittere.

29. ET AIT MOYSES, &c.] Aulam deſeram, (Moſes reſpondet) & preces Domino profundam. * Aulæ enim tumultus haud aptum orationi ſacellum. Difficilè mens poterit ad Dominum eleuari, vbi terrena maieſtas totam hominis alliolet attentionem abripere.] Craſtina dies videbit nocturnæ meæ orationis effectum volatilibus hoſtibus à te, ab aulicis, à cuncto populo ablegatis. * Cur non illa ipſa temporis inſtantia ad orandum egreſſus, promiſit muſcas receſſuras? Quia difficilia negotia longiori ſunt oratione ſuperanda.] Attende, ô Rex, (addit Diuus) noli vltra fallere, populum cuide obdurato retinendo. * Patientiſſimus enim Dominus replicatione criminum tandem horribiliorem prouocatur ad iram.]

Aulæ tumultus orationi ineptus. Difficilia negotia longiori ſunt oratione ſuperanda. Patientiſſimũ Deũ irritat admodum replicatio delicti.

30. EGRESSVSQVE MOYSES, &c.] Moſes itaque aulam egreditur: * Vt apud agrum, aut clauſum cubiculum Dominum exoraret; aptam precibus captans ſolitudinem.] Deus autem iuxtà verbum precantis expoſuit effectus, muſcas à Rege, ab aulicis à populo repellens. * Nec vna reliqua viſa volitare muſca, vt fructus orationis commendetur, quæ non ſolum plagæ muſcas, ſed eas, quæ prius ſoliti moleſtare ciues, absterruit.

Apta precibus ſolitudo. Vberrimus orationis fructus.

32. ET INGRAVATVM EST COR PHARAONIS ITA, &c.] Hebr. *Aggrauauit Pharao cor ſuum*, adeo lapideus oſtentatur, vt nec poſt tot promiſſiones populum dimitteret ſacrificaturum. * Profectò criminibus additis ita aggrauantur corda peccatorum, vt inſtar lapides, inſenſibilia omninò reddantur.] * Inſenſibilem planè ſe Rex oſtentat, cum promiſſa ſæpe, non implet.]

Criminibus additis, hominum corda lapidea redduntur.

CAPVT IX.

Peſtis, vlcerum, grandinis, fulminum tres aliæ plagæ Ægyptum vulnerant; quibus ceſſantibus iterum Pharao ſe durum oſtendit.

1. DIXIT autem Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. 2. Quòd ſi adhuc renuis, & retines eos: 3. ecce manus mea erit ſuper agros tuos: & ſuper equos, & aſinos, & camelos, & boues, & oues, peſtis valde grauis. 4. Et faciet Dominus mirabile, inter poſſeſſiones Iſraël, & poſſeſſiones Ægyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſraël. 5. Conſtituitque Dominus tempus dicens: Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra. 6. Fecit ergo Dominus

Dominus verbum hoc altera die : mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum : de animalibus verò filiorum Israël nihil omnino periit. 7. Et misit Pharaò ad videndum: nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israël. Ingrauatumque est cor Pharaonis , & non dimisit populum. 8. Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron : Tollite plenas manus cineris de camino , & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone. 9. Sitque puluis super omnem terram Ægypti : erunt enim in hominibus , & iumentis vlcera , & vesicæ turgentes in vniuersa terra Ægypti. 10. Tuleruntque cinerem de camino , & steterunt coram Pharaone , & sparsit illum Moyses in cælum : factàque sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus , & iumentis , 11. nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni terra Ægypti. 12. Indurauitque Dominus cor Pharaonis , & non audiuit eos , sicut locutus est Dominus ad Moysen. 13. Dixitque Dominus ad Moysen : Mane consurge , & sta coram Pharaone , & dices ad eum : Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum : Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. 14. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum , & super seruos tuos , & super populum tuum : vt scias quòd non sit similis mei in omni terra. 15. Nunc enim extendens manum percutiam te & populum tuum peste , peribisque de terra. 16. Idcirco autem posui te , vt ostendam in te fortitudinem meam , & narretur nomen meum in omni terra. 17. Adhuc retines populum meum : & non vis dimittere eum? 18. En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis , qualis non fuit in Ægypto , à die qua fundata est , vsque in præsens tempus. 19. Mitte ergo iam nunc , & congrega iumenta tua & omnia quæ habes in agro : homines enim , & iumenta , & vniuersa quæ inuenta fuerint foris nec congregata de agris , cecideritque super ea grando morientur. 20. Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis , fecit confugere seruos suos , & iumenta in domos : 21. qui autem neglexit sermonem Domini , dimisit seruos suos & iumenta in agris. 22. Et dixit Dominus ad Moysen : Extende manum tuam in cœlum vt fiat grando in vniuersa terra Ægypti : super homines , & super iumenta , & super omnem herbam agri , in terra Ægypti. 23. Extenditque Moyses virgam in cœlum , & Dominus dedit tonitrua , & grandinem , ac discurrentia fulgura super terram : pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti. 24. Et grando & ignis mista pariter ferebantur : tantæque fuit magnitudinis , quanta antè nunquam apparuit in vniuersa terra Ægypti ex quo gens illa condita est. 25. Et percussit grando in omni terra ægypti cuncta quæ fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum : cunctámque herbam agri percussit grando , & omne lignum regionis confregit. 26. Tantùm in terra Gessen , vbi erant filij Israel , grando non cecidit. 27. Misitque Pharao , & vocauit Moysen & Aaron , dicens ad eos : Peccaui etiam nunc : Dominus iustus : ego & populus meus , impij. 28. Orate Dominum vt desinant tonitrua , & grando : vt dimittam vos , & nequaquam , vt vltrà maneatis. 29. Ait Moyses : Cùm egressus fuero de vrbe , extendam palmas meas ad Dominum , & cessabunt tonitrua , & grando non erit : vt scias quia Domini est terra : 30. noui autem , quod & tu , & serui tui , nec dum timeatis Dominum Deum. 31. Linum ergo & hordeum læsum est , eo quòd hordeum esset virens : & linum iam folliculos germinaret : 32. triticum autem & far non sunt læsa, quia serotina erant. 33. Egressusque Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominũ: & cessauerunt tonitrua & grando, nec vltrà stillauit pluuia super terram. 34. Vidẽs autẽ Pharao quod cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum: 35. & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis : nec misit filios Israël, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

COMMENTARII.

Mittitur rursum ad Pharaonẽ

VERS. 1. 2. 3. DIXIT AVTEM DOMINVS , &c.] Deus iubet Mosem rursú monere Regem , vt populum dimittat ad sacrificium litandum. Verùm (inquit Dei nomine) si adhuc Hebræos à sacrificio absterres , horribile meæ manus flagellum agros tuos, tuaque pecora vulnerabit. An non ipsi Regi horribilius vulnus indiceretur ? Certè auarus Rex magis ex opum exitio , quam ex proprio vulnere sauciabitur. Mauult auarus dolore distorqueri, quam diuitias pereuntes aspicere.] Agros

Moses, pecorũ ei pestẽ indicit, Hebræorũ incolumitate.

tuos pestis succendet, & super equos, asinos, camelos, boues & oues qui sunt in agris delæuiet infectio. Cur oues ac boues quibus non vescebantur, nutriebat? Lac & caseum cedebat in cibum, laoa vestes conficiebantur, bobus vtebantur ad arandum. * En Diuos Ægyptiorum, quos cogebant sacrificuli defatigari aratro, quos stimulo vulnerare non timebant. Ao non indecenter sua tractare Numina videantur. * O Christianorum impudentia eorum, qui non verentur piaculis verum Dominum vulnerare, & eum Cruci rursum illigare affectu.

Peccatores Christicolæ gentilibus deteriores: illi Deû suû pungunt, hi occidunt affectu.

4. ET FACIET DEVS MIRABILE, &c.] Mirabilem se tunc Dominus ostentabit in pecoribus, quæ possident Hebræi, & Ægypti: Ægyptiorum eoim pereuntibus pecoribus nec vnum Hebræorum pecus deperibit. Profectò miraculum illustre pestem pecoribus hærentem Ægyptiorum non succendere pecora cohabitantia. Infectio sociis communicatur, incontabile pene vulnus, si ab infectis non studes separari.

Infectio cõmunicatur sociis, nisi periculi cõ velis.

5. CONSTITVITQVE DOMINVS TEMPVS, DICENS, &c.] Hebr. *moed, certum*, aut *definitum tempus*. Porrò definitum Deus tempus plagæ inferendæ assignauit, fatus: Crastina die pestis gladium stringam Horribile plane Ægyptiis diei expectare supplicium. * At horribilius peccatoribus, quibus haud definita dies, per singula instantia vltionem irruentem vereri.]

Quam horribile peccatori, vereri vltionem per singula instantia.

2. *Mortua animalia Ægypti*

6. FECIT ERGO DOMINVS, &c.] Potiò Dominus quod verbo minitatus fuerat, effectu implet: pestis succenditur, Ægyptiorum omnia pecora simul percutit, & occidit, nullo Hebræorum pecude pereunte. * Nulla eoim rei tuæ nocet aduersitas, quam tua vulneri non exponit iniquitas.

Nostra iniquitas res nostras exponit vulneri.

7. ET MISIT PHARAO, AO, &c.] Qui in plagis superioribus ad explorandum non miserat ao Hebræi à malis essent immunes: misit nunc exploratores. Quare precori Ao quia viæ ob ranas, ob sciniphes, ob muscas eraot impetuiæ? Non infitio. Attamen addiderim, quia noo subiit illum hæc cura, dû plaga homines, non opes vulnerabat. Cùm autem res opum agitur, maiori solicitudine Rex auarus afficitur: quam cum de personis subditorum res geritur.] * O Regem sceptro indignum qui pluris proprias opes, quam subditos æstimat!] Viderunt exploratores, & renunciarunt inuido Regi, nihil ad Hebræos pertioens mortem subiisse. Ast rabie ex tei desperatione affectus duritiei cordis addidit pertinaciam, nec Israëlem voluit vinculis expedire. Porrò non petiit vt plaga cessaret, quia iam animalia peste erant extincta. Quasi non esset necessaria oratio ad impediendum, ne pestis ex agro prosiliret ad vrbes. * Profectò dûm audimus, aliquam Ciuitatem peste succendi instantissimè exorare debemus, ne iisdem fatigemur incommodis; volitans enim malum ex distanti Vrbe facilè potest ad nostram vecortate ditioòem.

Auarus, cum res opû agitur, maiori solicitudine afficitur, quâ cû personarû res geritur.

Sceptro indignus, qui pluris æstimat opes, quâ subditos.

Dû peste aliqua accéditur ciuitas, cûctæ debét Ciuitates precando malû est voltiâs.

8. ET DIXIT DOMINVS, &c.] Deus Moysi dixit, ille autem indixit Aaroni: Tollite manibus de fornace album illam fauillam, quæ necdum plenè versa est in cinerem. Moses autem propriis ex manibus, & ex manibus Aaronis accipiet, & in Pharaonis conspectu in æthera sparget: illud autem pulueris, aut cineris quod manu comprehendere poterit sparsum in aërem, in morem densæ nubis ego multiplicabo, & cunctos deferam in Ægyptios. Inde iis hominibus ac iumentis, in quæ delatus erit vlcera, ac pustulæ exorientur. Aptè fauilla hac ardentes pustulæ demonstrantur; hæ enim instar cineris, è calore fiunt. Profectò qui Hebræos fornace torserant lateritia, appositè eadem acerbissimè torquentur. * Nihil enim sic peccatorem extorquet, quam sui met criminis recordatio supplicio hærescens.] Vlcera ergò ardore, & sanie turgida & tumeoria inerût hominibus cunctis, & iumentis plurimis, (quæ in Vrbibus ac oppidis aderant, cum in agro erant tantia perierant) noo quidem omnibus; nam reliqua sequenti grandinis plaga percussa periere.

3. *Iubet Dominus as- fumi cineres ad vlcerû inflictionem.*

Peccatorem extorquet recordatio delicti hærescens supplicio.

10. TVLERVNTQVE CINEREM DE CAMINO, ET STETERVNT, &c.] Dixi cineribus fornacis impleuere manus, & in Regis conspectu licet Aaron motarat aquas in sanguinem, ranas euocarat, & sciniphes: Mosi maiora signa reseruantur, vnde cinerem sparsit: in cœlum quidem, quia cœlitus immittebatur plaga. * Certè circa peccatorum reductionem augustiora munera sunt digniotibus committends.] Vlcera ergo tumeotia, vesicæ, homines, ac iumenta distorquent. Homines planè, vt habeant præ oculis fastos ac superbiæ supplicium. * Superbia quidem vlcus est tumens torquens peccatorem.] Et quando peccatum, quod dirum supplicium simul est, non distorquet iniquos?]

4. *Tollitur cinis de fornace, facta vlcera, vulneratur Maleficis, Regis cor obduratur.*

Munera augustiora circa peccatoris reductio. nê sût digniotibus cõmittéda ministris.

Superbia vlcus tumens. Peccatum supplicium simul, distorquens iniquos.

11. NEC POTERANT MALEFICI, &c.] * Semper victoriam inuidia sequitur; vndè licet malefici in tertio signo sciniphum victi consiterant, adhuc tamen Mosi mira operanti aderant, vt calumniis obniterentur acrius. * Post victum hostem dirior ab illo certamina instituenda time.] Porrò venefici coram Mose stare non poterant, quia vlceribus acti corruere cogebantur & ad lectulos confugiebant: id quod cunctis accidebat Ægyptiis.

Victoriam inuidia sequitur. Ab hoste victo diriora time certamina.

12. INDVRAVITQVE DOMINVS, &c.] Permisit Dominus adhuc cor Regis obdurari sicut Mosi dixerat: *Ego indurabo cor eius*: & nec audire Diuorum monita reperita volebat. * Nullum maius peccatoris obstinati documentum, quam verberibus actu non flecti.]

Obstinati peccatoris signû est nô flecti laboribus.

13. 14. 15. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Rursum Mosi Deus, Exurge diluculo, velut qui grauissimi sit portitor moniti, quod non sinit ouncium pigritare: & Pharaoni dices meo ex nomine: Nisi populum Hebræorum dimittas cunctas colligens plagas super cor tuum effundam, vt sucient. * Plus enim homo ex corde tristi, quam ex volnerato corpore extorquetur.] Porrò dum cor tuum mœrore affligitur, serui tui, omnisque populus exitiali corporis vulnere comminuentur. Omnium enim plagarum epilogum pestem immittam, quæ te iam ex corde vulnere saucium, & corpore torqueat, tuos perimat,

5. *Rursû accipit Mosis iussû mádatû ad Pharaonê, omnes plagas indixturus.*

Plus homo ex corde tristi, quâ ex vulnerato corpore sauciatur.

mat, & te demum abripiat. Profectò pestis hîc omne excidij genus, quod deinceps Deus in Pharaonem immisit, designat. Ac si diceret, Plagas plagis addam donec excidaris à terra. * O quam aptè pestis nomine omnium, suppliciorum colligatio exprimitur.

Pestis malorum, seu suppliciorum epilogatio.

56. IDCIRCO AVTEM POSVI TE, VT OSTENDAM, &c.] Te à me Regem factum ingratum sustinui, permisique vt in populum meum tyrannus insurgeres: vt ego vicissim in te exurgerem, vt tandem confractum rubro mergam in pelago: vt sic omnes meam militiam potentissima vereantur. *Quanto insolentior in nomen exiteris, tanto eû vice versa in te terribiliorem experiere. Quam horribilis Deus qui in morem pugnantis, & cupientis vincere vulnerabit?]

Deus velut pugnans cû delinquente infert supplicium.

6. *Plaga grâdinis inferenda.*

17. 18. ADHVC RETINES POPVLVM, &c.] Hebr. pro *Retines*, sic, Calcas. Adhuc ô Rex conculcas, ac despicis populum Hebræorum, & non vis eum à captiuitate liberum emittere? Idem prorsus est aliquem impedire à sacrificio offerendo, & eundem conculcare? * Sic Pharao tartareus vincit, sic conculcat Christianæ militiæ proceres, eos curans à sacrificio offerendo remouere.] Vt ergo tuam duritiem contundam, de cœlo talem grandinem iaculabor, qualem Ægyptus ex quo gens condita, non viderit.

Diabolos Christicolas victos conculcat, cum eos à sacrificio offerêdo remouet.

19. MITTE ERGO IAM NVNC ET CONGREGA, &c.] Iram clementia temperat, dum percussurus grandine agros homines monet periculi instantiam. Non volt vulnerare, qui fugiendi periculi documenta præscribit.] *Iam* ergo *nunc* proxima incommoda propulsare cura. Nec enim *cras*, instante calamitate, poteris aptè prouidere tibi. * Ante instantiam mortis conscientiæ prouidendum, *nunc* pœnitudo gerenda; *cras* enim in ipsa periculi nouissimi instantia fuga difficilis.] Mitte igitur nunc, ne differas tua pecora reducantur ad stabula, quidquid ad tuâ ditionê pertinet, domo recipiatur. Quidquid enim de hominibus, iumentis, ac gregibus fuerit à grandine percussum, afficietur exitio.

In ipsa periculi mortis instâtia difficile geres pœnitudinê.

20. 21. 22. 23. 24. 25. QVI TIMVIT VERBVM, &c.] Mose monente, ex famulis audientibus Regis aliqui terrore perculsi ex præcedentium plagarum experimento, suos seruos ac iumenta iussere ad domos fugitare; qui autem Domini sui duritiem æmulabantur, Mosis contempsere prædictionem. Tunc Dominus Mosi: Manum eleua ad cœlum virga æthera percussurus, vt grandu horribilis hominum, iumentorum, graminum, germinumque omnium facilè sit exitium. Mosis manus extenditur, & Deus nubium fundam contorquens super Ægyptum totam grâdinem, fulgura tonitruorum strepitu iaculatus est, Angelo scilicet ministrante. O mirabile! Ignis è cœlo fulminatus magis in aqua inualescebat, & quando nô liquescebat igne, mole enim, ac crassitie sua igni resistebat. Erant quidem quasi glaciei frusta, quibus & homines, & iumenta, quæ variis locis peste absumpta non fuerant, quin & arbores, & ædes hinc inde prosternebâtur. Profectò admirabiliora hæc visa Ægyptiis, quanto minus hæc illis videre consuetâ. Raro enim solent aut pluuiæ aut grandines in Ægypto decidere: tonitrua ferè nunquam illis in regionibus mugitare. *Rarò* dixi; aliquando enim grandinare probant apertè verba illa: *Quanta nunquam apparuit in terra Ægypti*. Nihil viuum grando reliquit in agris, si omne lignû confregit, quid graminum intactum relinqueret?

26. TANTVM IN, &c.] Eâ tantum pars terræ Gessen à grandine immunis extitit, quæ ad Hebræos pertinebat: nam Ægyptii in ea habitantes plagam communem non euaserunt. * At si, ex aliorû sententia, tota terra Gessê fuit præseruata: vtilem esse impiis iustorum aduoco societatem. Si vel impii iustorum socij communi liberantur à plaga: quid piè ad eorum patrocinia fugientes?]

8. *In terrâ Gessê non grâdinatur, Pharao postulat, Deû exorari, precatur, Moses, cœlû aperitur, Rex magis obduratur.*

Impiis vtilis est iustorum societas.

27. 28. 29. 30. MISITQVE, &c.] Lapideû Pharaonis cor se confractum tot lapidibus grandinis ostendit, vndè aduocato Moysi, ac Aaron profatur: Etiam cum à vobis indicta mihi fuit grandinis plaga, peccaui, populum non dimittens. Iustus Hebræorum Deus puniens me, ac populum meum impietate laborantem. * Quia Regis mores plerumque subditi imitantur. Dominum quæso, precamini, vt Dei ira deferuens conquiescat, vt possint sine grandinis vulnere pergentes Hebræos cum gaudio comitari. Æther serenitate fulgeat omnes progrediemini, nullus apud Ægyptum relinquetur. Respondit Moses; Egrediar ex Vrbe, & apud desertum Israelita à grâdine immunis, palmas precaturus extendam, & illico orationi respondebit effectus, tonitrua non mugient, & nullus è nubibus lapis immittetur; scietisque Deum Hebræorum cœli, ac terræ esse Dominatorem. Cur non dixit, Vt scias, quia Domini est cœlum, si è cœlo grando mittebatur in Ægyptum? * Quia tunc maximè Deus se Dominum ostendit, cum terram percutit, & sanat: cumque curat ad mentem sanctam peccatorem allicere.] Deus non ostentatur apud æthera rigidus, vbi nullus adest subditus ad correptionem vulnerandus. Certè ex cordis vestri duritie experimentum cepi, vos timore pietatis ex reuerentia, & religione in Deum minimè affici: imo nec timore seruili, qui vobis persuadeat, vt populum dimittatis. * Haud omnino contemnendus seruilis timor, è quo prodit pietatis affectus.]

Regis mores subditi imitâtur.

Tunc maximè Deus ostenditur, cum subditos percutit ad sanandum.

Nô côtênendus timor seruilis, è quo affectus pietatis.

31. 32. LINVM, &c.] Periit grandine linum, & hordeum; quia viridia iam exposuere cunabula, triticum autem, & far, quia virtus abscondita tota adhuc vigebat in grano non fuerunt affecta læsione. * Cum virtus ex abscondito prodit, & ostentationis abit in germina periculo percussionis adiicitur. Porrò in Iudæa mense Nisan, qui Martio, vel Aprili nostro respondet, inchoatur messis; quare mensis iste mensis nouarum frugum infra dicitur; grando autem contigit mense Februario. Vnde, si Ægyptiaca messis eodem ferè têpore fieri solita hic locum interpretor ex voce Hebr. אביב *abib* id est *spica*, vel *culmus*: Periit linum, & hordeum quia hoc habebat spicâ, illud autem calamum exponebat; triticum autem, far seu spelta non percutitur

Virtus ex abscondito ad ostêtationê prodiens periculo adducitur.

quia *serotina*. Hebr. אופל *ophel*, id est, obscura, aut cooperta erant, nempe sub terra. * Quid absconditum perit?]

Nibil perit absconditũ.

· 53. EGRASSVS MOYSES, &c.] En vrbe nequissima egreditor Moses, aptum orationi locum quæsiturus. * Quomodo enim posset purum aetrahere spiritum ad precandum, qui io corrupta protsus ciuitate degebat?] Ad agrum secedens manos puras leuauit ad supetos frænaturas grandioia, ac fulmioum ausus. Non solum conticuere oubes ad grandinem & fulmina iacolandum, verum nec imbrium profluair stilla.

Vi attrahas purũ spiritũ ad orandũ, malorum [illegible] catorum [illegible] fuge.

54. VIOANS AVTAM PHARAO, &c.] En peccatoris obdurati insciriam. * Videns cessasse plouiam, graodinem frænatam, compressa fulgura: peccaro addidie peccarum. O iosipieos, an difficile Nnmini, rursũm oobibos laxare habeoas?] Profecto noui peccati accessione nimis cor obduratur, & lapidcum protsns efficitur. * Multiplicatio enim peccarorum vsqne ad insensibilitateio cor impij perducie.] Serui Regis morem gessete, Principis vere Simiæ: moniisque noxiis adduaere Regem, vt decetnetee Israelitas retinete, oec capeditos vioculis dimittere sicut Deus per *manum Mosis*, seu per Mosem (Hebraismus est) præceperat. * Aulicorum monitis ioiustis Prioceps tenacius hærescit ooxio dictamini, à quo debetene illi prece assidua retrahete, si adulationi non studerent

Peccatoris insipientia.

Multiplicatio peccatorũ vsq; ad insensibilitatẽ perducit impium.

Aulicorũ adulatione Princeps noxio heretcit dictamini.

CAPVT X.

Locustarum, tenebrarumque plagæ Aegyptum diuerberant. Pharao territus populum abire permittit relictis pecoribus: Mosi autem replicanti mortem minitatur.

1. ET dixit Dominus ad Mosen: Ingredere ad Pharaonem: ego enim induraui cor eius, & seruorum illius vt faciam signa mea hæc in eo, 2. & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties enntriuerim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego Dominus. 3. Introierunt ergo Moses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: vsquequo non vis subiici mihi? dimitte populum meum, vt sacrificet mihi: 4. Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, 5. quæ operiat, superficiem terræ, ne quidquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini; corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris. 6. Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentẽ diem. Auertitque se & egressus est à Pharaone. 7. Dixerunt autẽ serui Pharaonis ad eum: vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines vt sacrificent Domino Deo suo. nónne vides quòd perietit Aegyptus? 8. Reuocaueruntque Moysen & Aaron ad Pharaonem: qoi dixit eis: Ite sacrificata Domino Deo vestro: quinam sunt qui ituri sunt? 9. Ait Moses, Cum paruulis nostris & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim solemnitas Domini Dei nostri. 10. Et respondit Pharao: Sie Dominus sit vobiscum quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros, cui dubium est qoòd pessimè cogitetis, 11. Non fiet ita, sed ite tantùm viri & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis, Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis. 12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ residna fuerit grandini. 13. Et extendit Moses virgam super terram Aegypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte: & manè facto ventus vrens leuauit locustas. 14. Quæ ascenderunt super vniuersam terram Aegypti: & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec posteà futuræ sunt 15 Operuerúntque vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat, nihilque omnino virens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Aegypto. 16. Quamobrem festinus Pharao vocauit Mosen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in Dominum Deum vestrũ, & in vos. 17. Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, vt auferat à me mortem istam. 18. Egressúsq; Moyses de conspectu Pharaonis, orauit Dominum. 19. Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementissimũ, & arreptam locustam proiecit in Mare rubrum: non remansit ne vna quidem in cũctis finibus Aegypti. 20. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit

dimisit filios Israël. 21. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum: & fint tenebræ super terram ægypti, tam densæ, vt palpari queant. 22. Extenditque Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra ægypti tribus diebus. 23. Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicumque autem habitabant filij Israël, lux erat. 24. Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite sacrificate Domino: oues tantum vestræ & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum, 25. Ait Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. 26. Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cùm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus 27. Indurauit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. 28. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meam: quocumque die apparueris mihi, morieris. 29. Respondit Moyses: Ita fiet vt locutus es, non videbo vltra faciem tuam.

COMMENTARII.

1. *Deus Mosē, & Aaronē immittit ad Regē indictnros locusta plagā.* Nō verè Dominus, qui laborantibus subditis non succurrit. Sæpè monēdus peccator, licet obdurescat monitis.

VERS. 1. 2 ET DIXIT DOMINVS AD MOYSEN, &c.] Ad Mosen Deus ait: Regis obdorari animum permisi, vt locus daretur plagarum instantiæ delicti proteruia. Signa multiplicabo, vt possitis narrare filiis, hi autem posteris meas in Ægypto victorias, & agnoscatis, me vnicum egisse Dominatorem, qui meis subditis oppressis sucurri. Nec enim verum se Dominum ostētat, qui non studet laborantes subditos alleuare. Rursum ergo ad Pharaonem ingredi non graueris.* Sæpe enim monendus peccator, quam bis monitis obdurescat.]

3 4 5. 6. INTROIERVNT ERGO, &c.] Verbum Hebr. ארבה *arbe* & locustam, & locustarum multitudinem significat. Moses itaque & Aaron Regi prufantur: Vsquequo Deus noster ait, te rebellem ostendes? Hebræos dimitte mihi sacrificium vt offerant. Quod si contempseris, crastina die suscitabo locustarum exercitus, quę ita operiant terram, vt faciem eius ostentari non sinant, ac si rursum prima aquarum mole obrueretur. Reliquias grandinis absumet, ligna corrodet, quæ assolent in agris germinare. Non sufficiente autem tanto absumptori exercitui annona, quæsiturus vi cibos tuam in aulam, tuorum irruet in ædes. Nunquam maiores tui tam ingentem locustarum videre multitudinem. Dixit, & mox fuit à Regis abstractus aspectu, Moses & Aaron aulam reliquere, simulantes quidem, se omnino relinquere obduratum.

Deus recedit, vt ardentius à peccatore auocetur.

* Assolet Deus simulare recessum, sed ideo, vt possit ardentius aduocari.

2. *Serui hortātur Regē, vt mittat eos.* Aulici plerūque non bona cōsilia non proferunt. Reges nō aspiciunt Regna perire.

7. DIXERVNT AVTEM, &c.] Se hac vice Pharaonis serui aulicos se abnegant, quia probos se consiliarios ostendunt. Plerumque enim monitum salutare non auditur in aula. Vsquequò, inquiunt, ô Rex hoc scandalo afficiemur? An non detinēdo Hebręos in durissimæ continuo incommoda impingimus? Dimitte ergo Ægypti turbatores, vt Deo suo offerant sacrificium. Nonnè aspicis Ægyptum periisse?* Si Rex aspiceret Regna perire, occurreret fortassè, si vel gemitibus suscitare posset. At sine medicamine perit Imperium, quia Rex nō aspicit.* Eventus fælices Regibus pomposè narrantur: ęrumnæ tacentur: proh Regni ruinam!

Eventus fælices Regi narrātur, ęrūnę tacentur.

8. 9. REVOCAVERVNTQVE, &c.] Aulici, annuente Rege, Mosem, & Aaronem properantes reuocant ad aulam, & Pharao profatur: Vestrum pergite ad sacrificium, iam non retinebo. Attamen scire velim quinam sint recessuri? Nec enim necesse, omnes pergere ad sacrificium Mulieres, paruuli, seniores domi poterunt profecturorum reditum virorū expectare. Cum senioribus (inquit Moses) cum paruulis, cum vxoribus, cum filiis, ac filiabus nobis pergendum, nec oues, ac armenta relinquemus, quia nescimus, quoties simus sacrificaturi, quot mactaturi victimas, id enim ex Dei iubentis pendet arbitrio. Præterea par est à tanta solemnitate nullum abesse. Hinc concludo omnes homines sacrificatum perrecturos, omnes greges ad sacrificium esse necessarios. Quæritas cur non expresse vxores memorantur exituræ: sed tantum seniores, viri, ac paruuli? * Certe quia coniugum velut vna est essentia. Quomodo posset exire maritus se ipsū in vxore remanente? * Dū autem additur: *Est enim solemnitas Domini Dei nostri*, aperte innuitur omnes fœminas exituras, quibus agnatus ad sacras expeditiones, & peregrinationes affectus.

3. *Ait Moses, cunctos Hebreos eorūq; greges exituros, abnegat Pharao permitēs tātū abire viros.*

Cōiugū velut vna essētia.

Agnatus fœminis affectus ad sacras expeditiones, & peregrinationes.

10. ET RESPONDIT, &c.] Formula hæc est imprecatoria, quadam cum irrisione. *Sic*, inquit Pharao *Dominus sit vobiscum*, id est, sic Deus vos adiuuet, sicut ego dimittam vos. Hispanicè explicatiùs, *Assi os ayude Dios, que yo os de tal licencia* Profectò simulatio hęc sacrificij haud dubiè ad seditionem, aut fugam spectat.

Reges possūt mentiri, vt hoc ex capite homines ostēdāntur.

10 NON FIET ITA, &c] Aliter fiet, quia solummodo viri pergētis ad perficiendum sacrificium, hoc enim vos ipsi postulastis.* Hic Pharao mentitur. An possunt mentiri Reges. Certè aliquandò mentiri permittuntur, vt hoc ex capite homines ostēdātur, *si omnis homo mēdax*. Porrò Pharao mētitus est regia licentia, cui nemo ausit contradicere. Attamen ne Dei egregij Ministri superba cum potestate mendacij arguerent, statim eiecti ab aulicis è Pharaonis fuere conspectu. * Euangelica libertas non timeat de quolibet crimine vel Reges arguere.

Euangelica libertas non timet, de quolibet crimine Reges arguere.

12. 13. 14 15. DIXIT, &c] Extende (inquit

Mosi Deus) manum simul & virgam super Ægyptum ad locustam producendam & excitandam volaturam planæ omnem herbam, vel quæ tempore grandinis superfuit, vel quę post grandinem nouo germine erit exorta. Virgam itaque Moses eleuat vel ipsa eleuatione percussuram: illico autem Dominus ventum induxit orientalem (sic Hebr.) deflectentem ad meridiē: (Euronotum appellamus) qui quidem tota die ac nocte insufflauit, vt calore suo, fotuque locustas produceret, & productas à cunabulisq; mox abstractas in Ægyptū inferret. Manè itaq; lucescente, quæ nocte torpuerant, solis excitatæ calore auolauerunt. Cuncti fines Ægyptij tantam locustarum aspexere vim, vt nec reduci posset ad numerū, nec patres viderunt, nec postea (propheta Diuus) conspicient. Vniuersam terræ cultæ & germine vestitæ locustæ superficiem operuere, hæc enim locustis depascenda tradebatur. Nihil viride relictum in agris, fructus omnes periere siue iam maturi penderent ex arbore, siue in floribus nouisque germinibus erupissent.

3. *Pœnitudinem exprimit Pharao petit crimē dimitti.*

Labores immittuntur, vt cogamur à peccato recedere.

Peccatū aduersus Deum est simul aduersus iustos Dei amicos, quē eius iniuria sauciantur.

Quā certa Dei venia homini pœnitenti.

Iustus etiam ei parit, qui impœnitens persequitur, & pro eo orat.

16. 17. QVAMOBREM, &c.] Coēgit plaga, Pharaonem ad pœnitudinem festinare. *Labores enim à Domino ideo immittuntur, vt cogamur à delicto recedere.] Festinus ergo Rex Moysem & Aarō aduocatum sic alloquitur: Profiteor, me in Deum, & in vos grauiter, ac pertinaciter deliquisse. *Nullum enim aduersum Deum crimē committitur, quod aduersum Dei amicos non extitat. Dei enim amici eius iniuria vulnerantur. At *parcite* (sic Hebr.) *mihi hac vice tantum*, siue tantum hac vice parcat Deus, amplius non offendam: Cur non dixit, *Dimittat Deus hoc peccatum mihi*, sed *Dimittite peccatum mihi*, si Deus erat qui deberet dimittere peccata? *Quia homines assolent vel post pœnitudinem expressā nō parcere: Deus autē illico pœnitenti veniā indulget.] *Porrò iustus, qui Dei filius est nō solum pœnitenti, sed adhuc inimico dimittit, & orat pro persecutore.] Vndè Pharao curat sibi Mosem & Aaronē parcere, vt pro ipso Dominū sic placandum deprecentur. Rogate, ait pro me Dominum, vt hanc pestem, hanc plagam à me, populoque remoueat.

6. *Orat Moses, ventus locustas ablegat, Rex obduratur.*

Peccator post innumera delicta, & recidentia totidē benignitèr recipiendus.

18. EGRESSVSQVE, &c.] Videns Moses Regē pœnitudine affectum vel specie visibili tenus, incūctanter sine excusatione siue duritiei præmissæ exprobratione de conspectu eius egressus exorauit in agro. *Peccator enim post innumera flagitia post recidētias totidem à Dei Ministris sine improperatione benignissime recipiendus.]

Diuinus medicus nullum morbi vestigium relinquit.

19. QVI FLARA, &c.] Qui miserat ab Oriēte ventū calidū, vt gigneret & excitaret locustas ab Occidente frigidū aduocauit, (Hebr. *ventū maris*) qui arrepta locustarum examina in rubrū pelagus extirbauit obruenda. Nec vna quidem relicta locusta, quæ se terræ moritura infigens semina daret posteritati. *Illum ad tuas ægritudines Medicum aduoca, qui nullum morbi vestigium relinquit.]

7. *Iubetur Moses manum extendere, vt tenebræ fierēt peruolant tenebræ.*

20. 21. ET INDVRAVIT, &c.] Post tot flagella Pharaonem suæ pœnitudinis pœnitebat, nec curabat Hebræi populi dimissionem. *Multi etenim peccatores tam assueti flagellis, vt viuere ex laboribus videantur.] Ideo Mosi Deus: Manū eleua ad superos, & tam cæcæ tenebræ volitēt, vt possint manibus apprehēdi, loquitur humano more, & sic caliginosi, crassique aëris, qui tenebras inducebat, exprimit horrorem. An nō aptè Ægyptus hoc immissum supplicium, qui ergastulorum tenebris vexarant Hebræos? *Agnata crimini pœna respodet.] Sapiens c. 7. tenebræ huiusce horribilem describit cæcitatem. De quo tom. 4.

Multi peccatores viuere videntur ex flagellis.

Agnata pœna peccato respondet.

Qui Deum sequitur, non potest in tenebris ambulare.

22. 23. EXTENDITQVE, &c.] Dei iussa exequens Moses manum leuat in cœlum & omnis Ægyptus horribilibus tenebris obruitur. Triū dierum spatio nullus alium videre poterat tenebra velamen addicēte. Nullus audebat à loco in locū procedere, visus sibi pergendum in tartara. Porrò vbi Hebræi cōmorabantur tota lux aderat colligata. Hebr. *Lux erat in sedibus suis.* Non tantum in vicis, & plateis, sed etiam in eadem domo, in cubiculis Israël luce fruebatur. *Nam qui Deum sequitur, haud potest in tenebris ambulare.]

8. *Permittit Rex pergere Hebræos, gregibus relictis, haud annuit Moses qui ablegatur ab aula mortis indicta pœna.*

Auaritia idolorum seruitus.

24. VOCAVITQVE, &c.] Triduo ergo tenebrarū expleto, diriora timēs, Pharao Duces Hebraici populi aduocauit. Pergite, ait, Domino mactare victimas; solummodo oues & armenta relinquite, quibus nos libare possimus. Omnes viri, seniores, fœminæ proficiscantur, nec paruulos obsides relinquatis. *Auarus Rex substātiam pauperum expetebat, quam vere adorabat idolum.]

Acceptus minime sistitur Deo, qui vacuus hæresscit altari.

Apud Ægyptum, occasionis nec particulam relinque, qua reuerti cogaris.

25. AIT MOYSES, &c.] Quid proderit (Moses respōdet) nos sacrificatū Domino mittere, si manibus vacuis procedamus? *Acceptus minimè Deo sistitur, qui vacuus hæresscit altari. Porrò nec vna quidē ouis minima, loco pignoris remanebit. quid vna ouis? nec *vngula* in Ægypto relinquetur. *Prouerbialis formula, qua innuitur ab Ægypto occasionis recedentē nec particulam debere relinquere, qua obside reuerti cogaris. Quodlibet tuum vel minimum vngula est, qua vinctus implicaris, cum te solutum incedere existimas. Quomodo oues, & armenta relinquemus ad holocaustum necessaria pręcipuè cum nondum nobis Deus aperuit quanto delectetur holocausto: quod quidem ad pedem altaris nobis est aperiendum. Si numero à Deo assignato vna pecus deficiat: ô pudor!

Desperata salus peccatoris, qui minax exurgit in sacros præcones.

Qui audire noniuult, sanari negligit.

Cum peccatores monitis à Deo nō vrgetur, actum de illo.

27. 28. 29. INDVRAVIT, &c.] Iam Pharao omnino lapideus effectus nullā immorationis aut correctionis spem exposuit. Noluit Israëlitas dimittere & à se omnino monitorem curauit ablegare. Caue inquit à me recedens, ne vlterius appareas. Dies, qua fueris aulā ingressus, te videbit occisum. * Desperata peccatoris causa, cum minax sacrum in præconem insurgit.] *Non vult saluti restitui, qui aures obturat, nè Dei verbum salubriter insonet:] Cui Moses, spontè ad te non accedam, nec vlterius vrgebo. Tu quidem me cupies aspicere, quando in plaga nouissima nos exire compelles. Actum de peccatore, cum Deus monitis eum desinit vrgere.]

CAPVT

CAPVT XI.

Omnium primogenitorum excitatur strages, iubenturque Hebræi Ægyptum spoliare.

1. ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. 2. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea & aurea. 3. Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Ægyptiis. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Ægypti coram seruis Pharaonis, & omni populo. 4. Et ait. Hæc dicit Dominus: Media nocte egrediar in Ægyptum: 5. & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum, ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. 6. Eritque clamor magnus in vniuersa terra Ægypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. 7. Apud omnes autem filios Israël non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Dominus Ægyptios & Israel. 8. Descendéntque omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. 9. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao, vt multa signa fiant in terra Ægypti: 10. Moyses autem, & Aaron fecerunt omnia ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël de terra sua.

COMMENTARII.

VERS. 1. ET DIXIT DOMINVS, &c.] Hæc inspirata sunt Mosi antequam sese à Pharaonis subduceret aspectu, nam vt patet ex præcedente cap n. 29. post hunc congressum non se amplius Regis conspectui dedidit. Adhuc (inquit Mosi Deus) vna plaga contundam Pharaonem; & Ægyptios: postquam vim vobis inferent, vt exeatis timentes incommodis horribilioribus affligi. * Et quidem labores nos assolent ad Deum adducere, eiusque voluntatem implere: sed ditiores ærumnæ potentissimè trahunt vltroneos.]

1. Vnam plagã reliquã, ait Dominus, iubet peti opes. primogenita cuncta, percutiẽda asseruntur, Hebræorũ securitate.

Diu ærũnæ nos trahunt ad Deum, si communes labores adducant.

2. DICAS ERGO, &c.] Omnibus Hebræis indices: Commodato postulent viri ab amicis, id est à proximis, aut sociis. Habitabant enim Ægyptij Hebræis permixti An Hebræus Ægyptium habebat amicum? Certè amicus vocatur, quia proximus, non quia specialis dilectionis vinculo illigarentur. * Dedeceret enim Dei seruos cum Gentilibus amoris inire societatem strictam. Amicitiæ enim consuetudo posset Hebræos ad Gentilicam allicere impietatem.] *Mulier* autem *postulet à vicina sua vasa aurea, & argentea* quasi ad sacrificium necessaria. Viri iubetur ab amico petere, mulier à vicina. Cur non dixit, *Et* mulier ab amica? * Certè quia fœminæ periculosè sibi amicas colligant. Nimia enim cum fœmina fœminæ consuetudo facit, vt amicitiæ prætextus non semel castitati exitialis existat.] * Addo viros iuberi ab amicis, à vicinis fœminas vasa postulare; quia virum decet requirere amicum longè à domo degentem: fœminam dedecet longè à domo separari, à continio recedere.]

Non decet iustos, strictã cum impiis amicitiam inire.

Taxantur amicitiæ fœminarum cũ fœminis exitiales quidem castitati.

Non decet fœminas, à confinio recedere.

3. DABIT AVTEM DOMINVS, &c.] Inclinauit Deus Ægyptiorum corda, seu afficiet erga vos, vt facilè vobis diuitias impendant. * Nam cum cor affectum est, facilè opes expenduntur. Da amantem, munificum experieris.] Vt autem dent liberales, prius eos Deus affectos exponit. * Nihil enim difficilius quam dare eum, qui non amat. Porrò Ægyptios excitabat vt facilius vasa aurea & argentea exhiberent Hebræis Mosis authoritas. Quemadmodum enim durissimus Pharao tam obseruantem se Mosi exhibuit, vt libere loquentem, & minantem non est ausus violare: sic Ægyptij faciliùs suas opes commodarunt Hebræis ob Mosi respectum. * Magni momenti est Euangelici ministri authoritas erga auditores, vt ad difficilia quæque efficacius excitentur. Profectò huiusmodi authoritas, & recessu à sæcularibus, & virtutum egregiarum expressione acquiritur.

Cum cor est affectum, facilè manus ad dandum exeruntur.

Difficile dat qui nõ amat.

Euangelij ministri authoritas necessaria, vt auditores efficacius adducantur ad virtutem.

4. 5. 6. ET AIT: HÆC DICIT DOMINVS, &c.] Reuelatione Moses hæc à Deo acceperat, antequam prodiret ex aula, cum se durissimum nunc Pharao præstitit mortémque ei fuit minitatus; quasi Deus pro nece vna, quam Mosi indicebat, si reuerteretur: omnium Regi primogenitorum mortes indiceret. Post reuelationem ergo huiusmodi, & post illa capitis præcedentis vltima verba prolata: *Non videbo vltra faciem tuam*, pergit Moses. Hæc à Domino nunc accepi, tibi indicenda: Proxima nocte, quæ sequetur decimam quartam diem hanc mensis primi Nisan in cuius vespera nos Pascha celebrabimus, in Ægyptum egrediar,

Huiusmodi comparatur authoritas vitæ sanctitate.

(non locum murat immutabilis, sed actionẽ) & omnia Ægyptiorũ primogenita à filio primogenito Pharaonis qui regnaturus postea eius sedet in solio, vsque ad ancillolæ, quæ trosatilem molem versans laborat in pistrino, primogenitum, exitialiter vulnerabo. Sequetur in tota Ægypto clamor iogens, funerea vociferasio, qualem nec patres audiere, nec posteri exaudient. * Nam si vnicui que parenti primogeniti mors omnium malorum epilogatio est: quansus ille funereus clamor, quĩ omnium primogenitorum mortem expressit?]

Primogeniti mors epilogatio omniũ laborũ.

7. Apud omnas autem, &c.] Profecto apud Hebræorum habitationem apud eorum gregum. stabula canis non oblatrabit, (prouerbialis dictio) summa erit tranquillitas. Canes enim domestici non latrabunt vociferantibus parentibus: nec gregarij canes latratum emittent balantibus ouibus, pecoribus mugientibus ob agnorum, aut vitulorum cladem. * Ploratus certè agnatus delicto, ibi adest lætitia, vbi iustitia exponitur.] Hinc ediscere vobis dabitur, quanta potentiæ expressione Deus Hebræos à calamitatibus Ægyptiorum se moueris.

Ploratio agnata delicto, lætitia iustitiæ.

8. 9. 10. Descendentque omnes servi tui isti ad me, &c.] Tanto vulnere saucij, ô Rex, omnes serui sui, Regni proceres ad me quæritandum properabunt, & supplices profabuntur: Omnis populus tibi subiectus comitantibus gregibus egrediatur. Vnde tandem vi illata precum egrediemur, qui toties rogantes, & vim ea præcepto Domini inferentes, exauditi non fuimus. Profecto Moses iratus vehementer tantæ tergiuersationi, peruicaciæ, ac duritiei Regis exiuit ex aula. * Dixi, iratum Mosem Pharaonis tergiuersationi, & duritiei, non Pharaoni ipsi. Quia Diui, ac iusti quique præscindere sciunt, non contra peccatores succenduntur ira; sed contra crimina ipsa, parcentes humanitati exardescunt.] Quid ni ita afficeretur Moses, si postquam ipse, & Aaron tot ostenta prædicta excitarunt, adhuc Pharao rebellis ostenditur, nec Hæbreos voluit à seruitute liberos Deo suo restituere? * Prouocas herclè ad ineffabilem iracundiã Deum peccator promittens & non implens: sæpè monitus, & nunquam audiendi auribos monita capiens.]

2. *Rogabunt Ægyptij vt Hebræi recedant. Moses à Pharaone iratus egreditur.*

Peccator nõ est odio proquẽdus a re sed peccatum.

Prouocat Deũ ad iram peccator promittens, & non implens sæpe inaniter monitus.

CAPVT XII.

Comedendi Paschalis agni ritus indicitur. Primogenitorum omnium cædes Hebræorum intactis filiis, exponitur. Compelluntur Hebræi ab Aegypto egredi, pleni opibus Aegyptiorum.

1. DIXIT quoque Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti: 2. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. 3: Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israël, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. 4. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. 5. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. 6. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. 7. Et sument de sanguine eius ac ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. 8. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. 9. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis. 10. Nec remanebit quidquam ex eo vsque manè. si quid residuum fuerit, igne comburetis. 11. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim phase (id est transitus) Domini. 12. Et transibo per Terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in Terra Ægypti ab homine vsque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. 13. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero Terram Ægypti. 14. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno: 15. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel,

à primo die vſque ad diem ſeptimum. 16. Dies prima erit ſancta atque ſolemnis, & dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis : nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. 17. Et obſeruabitis azyma : in eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de Terra Ægypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. 18. Primo menſe, quarta decima die menſis ad veſperam, comedetis azyma, vſque ad diem vigeſimam primam eiuſdem menſis ad veſperam. 19. Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus veſtris: qui comederit fermentũ, peribit anima eius de cœtu Iſraël, tam de aduenis, quam de indigenis terræ. 20. Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis veſtris edetis azyma. 21. Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias veſtras: & immolate Phaſe. 22. Faſciculúmque hyſſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumque poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ vſque mane. 23. Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios : cúmque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & lædere. 24. Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filiis tuis vſque in æternum. 25. Cúmque introieritis terram, quam Dominus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. 26. Et cùm dixerint vobis filij veſtri: Quæ eſt iſta religio? 27. dicetis eis : Victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domus filiorum Iſrael in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatúſque populus adorauit. 28. Et egreſſi filij Iſrael fecerunt ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. 29. Factum eſt autem in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. 30. Surrexitque Pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctaque Ægyptus : & ortus eſt clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. 31. Vocatíſque Pharao, Moyſe & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini à populo meo, vos & filij Iſrael ite, immolate Domino ſicut dicitis. 32. Oues veſtras & armenta aſſumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. 33. Vrgebántque Aegyptij populum de terra exire velociter : dicentes : Omnes moriemur. 34. Tulit igitur populus conſperſam farinam antequam fermentaretur : & & ligans in palliis poſuit ſuper humeros ſuos. 35. Feceruntque filij Iſrael, ſicut præceperat Moyſes : & petierunt ab Aegyptiis vaſa argentea & aurea , veſtémque plurimam. 36 Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptiis vt commodarent eis: & ſpoliauerunt Aegyptios. 37. Profectíque ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum, abſque paruulis. 38. Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armenta & animantia diuerſi generis multa nimis. 39. Coxerúntque farinam, quam dudum de Aegypto conſperſam tulerant: & fecerunt ſubcinericios panes azymos : neque enim poterant fermentari cogentibus exire Aegyptiis, & nullam facere ſinentibus moram : nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. 40. Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. 41. Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Aegypti. 42. Nox iſta eſt obſeruabilis Domino, quando eduxit eos de Terra Aegypti : hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. 43. Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron : Hæc eſt religio Phaſe : Omnis alienigena non comedet ex eo. 44. Omnis autem ſeruus emptitius circumcidetur, & ſic comedet. 45. Aduena & mercenarius non edent ex eo. 46. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras : nec os illius confringetis : 47. Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. 48. Quod ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur priùs omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit: eritque ſicut indigena terræ: ſi quis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo 49. Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. 50. Feceruntque omnes filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. 51. Et eadem die eduxit Dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

COMMENTARII.

COMMENTARII.

1. *Agni immolatio Hebræis indicitur, tollendus per familias, vicinus assumendus.*

VERS. 1. DIXIT QVOQVE DOMINVS, &c.] Quæ sequuntur dicta Mosi & ab hoc populo indicta fuere antequam primogenitorum cladem Moses ægyptiis minaretur. At comminatio hæc præponitur narrationi Agni Paschalis celebritatis, vt omnium plagarum simul memoria fieret, ac demum Agni comedendi ritus exprimeretur, qui egressionis ex ægypto fuit symbolum. Dixit itaque Dominus.

2. MENSIS ISTE, &c.] Mensis *Nisam*, qui plerumque Martio respondet, erit vobis principium anni (quantum ad festa: quantum ad alia à Septembri, aut Octobri) Porrò mensis secundus dicitur *Isar*, tertius *Siuan*, quartus *Tammuz*, quintus *Ab*, sextus *Elul*, septimus *Thisri*, octauus *Marchesuan*, nonus *Chasleu*, decimus *Tebeth*, vndecimus *Sebath*, duodecimus *Adar*. Hos intelligit Scriptura, cum dicit: *Mense primo, secundo, tertio, &c.* sunt autem illa nomina Chaldæa, quæ in captiuitate cœpta vsurpari. Nec incongruè eis vtuntur, vt procedentibus libertatis mensibus dierum, mensium, annorum captiuitatis recordarentur ex nomine. * Memoria enim captiuitatis efficit libertatem corrigi. Et quis non vtatur libertate ad Dei obsequium, qui recordatur captiuitatis incommodi, cui addictus est ob libertatis excessus?]

Memoria captiuitatis efficit corrigi libertatē.

3. LOQVIMINI AD VNIVERSVM, &c.] Cunctis dicite Hebræis vos Præsules, eosque ad agni immulationem excitate.* Ad Præsulem enim pertinet, subditos allicere ad Agni Eucharistici epulum.] Decima die mensis, id est, quatuor diebus ante agni immolationem, quæ decima quarta die fieri debebat: quilibet pater familias agnum accipiat per domos, & familias, quia in eadem domo possunt esse multæ familiæ, quarum quælibet, si magna suum tollebat, & exedebat agnum. * Quam aptè quatuor diebus ante agni immolationem ipse agnus ad domum tollitur, vt innuatur, Agnum Eucharisticum prius meditatione sub tectum nostrum intraturum, quam à nobis edatur.] Hebraica vox שה *seh* pecudem significat tam ouinam, quam caprinam, id est, tam agnum, quam hædum. Tam enim hædus, quam agnus poterat immolari. Ne agni defectu aliqua familia ieiuna, ac simul exarmata remaneret. Nihil enim sic protegit aduersus tentamina in Ægypti, seu occasionis egressione, quam sinaxis epulum]

Præsules excitent subditos ad Agni Eucharistici epulū.

Agnus Eucharisticus debet prius domum nostri pectoris intrare ex meditatione, quàm iniret esu.

Ad exeundū ex Ægypto occasionis, victis tentaminibus, maximū præsidiū Eucharistia.

4. SIN AVTEM MINOR EST NVMERVS, &c.] Decem viri debent adesse ad minus, etsi plures etiā vsque ad vicenos sobinde sint: adsint fœminæ & pueri. At si minor est numerus vt ad epulum iuxta huiusmodi proportionem sufficiat: vicinum proximum domui suæ inuitet, & ex familia eius accipiat personas, quæ absumendo agno sufficere videantur. An non vel vnus edax totum agnum edendum sufficeret? * Ita planè, sed mensa à Deo apposita temperantiæ debet esse magisterium.] * Inuitati autem vicini iubentur; quia sobriis epulis charitas acuitur.

Mēsa instituē tēperātiæ magisteriū. Epulis sobriis charitas acuitur.

5. ERIT AVTEM AGNVS ABSQVE, &c.] Hebr. *Erit agnus* תמים *tamim*, id est, *integer*. Agnus immolandus absque macula erit non coloris, sed deformitatis claudicationis, scabiei, alteriusve vitij, aut morbi. * Faciei exterior deformitas non efficit hominem Deo inuisum: sed vitæ claudicatio, scabies vitiorum.] Sit masculus femella præstantior. Deo enim litanda meliora. * Et illud Deo gratum non est munus, quod fœminea mutabilitate laborat.] Porrò agnus vnum ætatis annum non excedet, quantumuis autem minor poterit immolari, modo diem à natiuitate octauum attigerit. * Tenerior ætas magis piè Deo litatur, & placidius à Domino accipitur.] Porrò si agnus desit, eodem ritu obseruato, hædum pro agno tollite.

2. *Agnus absque macula, masculus, anniculus, aliisque cōditiones.*

Faciei deformitas nō efficit hominem Deo inuisū sed vitæ fœditas. Deo litanda præstātiora. Haud gratū non quod fœminea mutabilitate laborat. Tenerior ætas magis piè litatur, & placidius à Domino accipitur.

6. ET SERVABITIS EVM VSQVE, &c.] Seruatum itaque agnum vsque ad quatuordecimam mensis Nisan diem, ipsa decimaquarta die quilibet paterfamilias domi suæ totius familiæ nomine immulabit. Vt scilicet vere possit dici vniuersam Israëlis multitudinem immolauisse agnum. Id enim cunctis subditis tribuendum, quod gessere patres, quod Præsules operati sunt.] Immulabitur autem vespera diei decimæ quartæ desinente, & diei decimæquintæ inchoantis. Immolatio enim fiebat decimaquarta, comestio autem die decimaquinta. Vnde vespera hæc erat decimæquartæ, & decimæquintæ diei limes: & vna sui parte ad decimamquartam, altera ad decimamquintam spectabat.

Omnibus subditis tribuitur quod Præsules gerunt.

7. ET SVMENT DE SANGVINE, &c.] Domorum illarum, vbi agnus comederur, postes agni sunt sanguine inungendi, vt Angelus percutiens vulnere non inflicto transeat. Quicumque autem se domui alterius, vt comedat agnum iniunxerit, illa pernoctabit in domo. Nam si ad proprias domos agni sanguine non inunctas redeant in eis ab Angelo percutientur. An non posset propria domus agni intingi cruore? Profectò priuilegium hoc est non cuiusuis domus, sed eius, qua sacrum epulum fuit celebratum. * Vt Templi specialis nobis innuatur protectio ex Eucharistici epuli sanctitate, aduersus diaboli percutiens insidias [

3. *Sanguine liniēdi postes. carnes assa edēda, nec cruda, nec cocta comedūtur, nil remanet vsque manè, habitus comedēdi.*

Apud Tēplū nobis adoce sus diabolū præparatur asyllum.

8. ET EDENT CARNES NOCTE, &c] Agni, aut hædiculi carnes nocte illa comedent igni tostas, panes haud fermentati adiiciantur, & amaræ quælibet herbæ, nempè endiuia, aut chicoria. Hebr. *Cum amaritudinibus.* Monimentum id erat amaritudinis in Ægypto susceptæ. * Nec absonum à suscipiente Eucharistiam recordari tunc prælapsæ amaritudinis, cum apud Diaboli Pharaonis domum vix siliquas edebas: & apud IESV domum filiorum pane satiaris; vt agnoscens vtriusque status discrimen te gratum Patri optimo exhibeas.]

Qui suscipit Eucharisticū Agnū, recordetur præteritæ amaritudinis, cum siliquas via edebat.

9. NON COMEDETIS EX EO, &c.] Quod crudum fuerit, non edetis, id est non planè assum. Aqua non coquentur carnes; quia

quia festinantibus non vacat, pigritanti vti condimento. Citius assatur caro, quam coquitur. * Pudeat festinantium semper præcipuum diei tempus, ne dicam totum, præparādo cibo corporeo infumere: & vix reficiēdo animo colecrare particulam.]* Scio portissimam allandi agni rationem à ministerio pedendam: Agnus enim Christus amoris igne assatus erat immolandus.] Non solum autem assandæ carnes, sed & caput, intestina, & pedes (cibus nempe osseus, & cartilaginosus, qui assari non solet) igni torreantur, & vorentur.

Pudeat festinatuto prĕcī d.em totum præparando cibo corporeo insumere, ipsi ctiam refectionec otg. ecta. Christus Agnus igni amoris assatus

10. Nec remanebit quidquam, &c.] Absumite totum, agni cibum particulas igni absumas, ne si vsque mane aliqua superfit, recedentibus vobis festinis, profano alicui cedat in cibum.* Si prohibitur eius agni typicè indignis, quod Eucharisticus Agnus, qui non digne comeditur, cum à nescientē quid comedat, absumitur.] Ægyptij enim agni reliquias absumerent non discernentes à cibo communi: ideo meritò prohibentur Hebræi reliquias sacræ carnis relinquere.

Non digne recipitur Eucharistia, cū absumitur nō sciēs, cā à cōmuni cibo discernere.

11. Sic autem comedatis illum, &c.] Habitus vobis properantium indicitur vestræ festinationis simulacrum: Renes accingite, baculos capite, calceos accommodate pedibus properantis, cum sacro epulo reficiamini. Liceat vulgari idiomate exprimere. *Comed co las espuelas calçadas. Est enim Phase*, id est, *transitus Domini* in Angelo, qui domos Hebræorum transiliet, & relinquet intactas, dum Ægyptiorum primogenitos est percussurus. *Est ergo*, seu festinantium habitu comedetis, qui est agni eius celerem, ac properum Angeli ad feriendos Ægyptios transitum exprimet. * Profectò accipiens Eucharistiam Christi festinationem contempletur ad hominum gerendam salutem, sed festinante(non) est recipienda. Mensa hæc non pergētes sed cunbantes requirit.]

Qui comedit Agnum Eucharisticum cōsiderare festinationē eius dum non sit festinus.

12. Et transibo per terram, &c.] Dum vos transitum meum celebratis ego in Angelo percussore vere transibo per totam Ægyptum, & omne feriam exitialiter primogenitum tam hominum, quam pecorum: & non solum in hominibus, sed in omnibus bobus, que, Dijs vtrique Ægypti, faciam vltionem. Scio aliquos asseruisse idola, illa nocte, cūcta à Domino euersa Aprius autem contextui singulariter, fateor, omnium, bonimque primogenitis occidendis accommodo: nec ideo abnego factam in alijs dijs vltionem, vt particula: *In cunctis dijs* verificetur apertius. Ego Dominus, cuius dispositioni nullus potest obsistere.* Illum time, cuius vulnus incurabile.]

4. Deus transibis vt cōsumat primogenita: sanguis agni erit in signum incolumitatis Hebræorū, dies hæc perpetuo solemnis.

13. Erit autem sanguis, &c.] Porro agni immolandi cruor vobis aderit salutis in signum: quo viso, Angelus vobis parcat. Videbo sanguinem, transibo domos rubricatas, nec apud vllam Hebræorum domum plagā desæuiet. Vt tim hoc implicitè iam profiteamini, ab æterno exitio per Iesu Agni sanguinem esse liberandos. * Vult plane vulnerari, qui sciens plures Angelos percutientes volitare non securat Eucharistici Agni munire cruore.

Vult vulnerari, qui sciēs innumeros esse Angelos percutientes, non se munit Agni Eucharistici cruore.

14. Habebitis, &c.] Erit vobis hic dies tanti beneficii memorialis & solemniter celebrabitis annis singulis posterique vestri colene sempiterna (quandiu lex durauerit) consuetudine, & statuto. * Magni enim beneficij à Deo accepti memoria vnquā emorituria. Dies enim, qua abolebitur, nos exponet ingratos.]

Memoria magni accepti beneficij à Deo aeterna nō debet in nubis coli.

15. Septem, &c.] Panibus sine fermento septem vescemini diebus. Panis fermentatus quartadecimaniensis Nisan die septem horum dierum primo vestris non erit in domibus; nè ad manum sumtori panis, azimo præponatur. * Occasione enim delinquendi ad manum, vincitur difficilius tentamen appositum.] Quicumque legis violator fermentatum comederit, morietur, occidetur. Cur autem non dixit ad exprimendam corpoream mortem, *Peribit corpus illius* sed *Peribit anima?* Quia dum mortis animæ ex peccato inferende sit memoria, corporea mortis non agitur mentio; omnia enim mala corporis mortem animæ comitantur. Qui ergo à prima die vsque ad septimam fermentum exederit, à morte est addicendus.* An non leuior pœna sufficeret comedendi piaculo? An id primi pomi delictum, quod mitte illata debeat vindicari. Profectò in azimo pane, in Eucharistica alimonia delictum grauissimo est supplicio vindicandum.]* Te Adamum morte reputa moriturum, si contra Dei voluntatem Eucharistiam (scilicet indignè) comederis.]

5. Azima edenda, sub capitali pœna prima ac septima diei factiones hac Hebræi liberanas. Vitiatus dissicilius tētatio dū ad manum est occasio delinquēdi. Omnia corporis mala mortē animæ comitantur. Piaculo comedendi indigne panē Eucharisticū, leuis pœna nō sufficit. Velut Adamus morte mortitur qui indignè absumit Eucharistiam.

16. Dies, &c.] Sancta erit prima dies, dum vos sanctè gesseritis erit simul solemnis: Hebr. *Erit conuocatio*, populus ad celebrandum diem sanctam sanctè quidem, adnucetur. * Festiua enim solemnitas populi fit conuncatione, & pia apud Templum assistentia.* Congregationum Societatis Iesu sub nomine Dei. paræ hinc *conuocatio* commendabilis, obiectur, conuocantur enim ad opera pietatis gerenda.] Porrò dies septima eadem solemnitate colenda est: nihil in vno alteruque die seruile fiet, nisi quod ad ciborum condimentum pertinere videbitur * Profectò vt festa sine crimine lethali colantur, sufficit seruili à labore abstinere, quod duarum horarum metam non transilliat. At vt tibi *sancta* sit dies, ab omni est seruili opere tibi recedendum. Parum enim temporis labor qui non sufficit ad mortale delictum, sufficiens est diei festi lædere sanctitatem.]

Festa populi celebret conuocatio deuota. Cōgregatione à Societate Iesu cōmēdātur. Particula diei seruili labo ri addicta totius diei festi lædit sanctitatem.

17. Et obseruabitis, &c.] Azimorum panum obseruabitis quotannis morem, vt signum vobis adsit liberationis ab spiritus pristina amaritudine. * Cum Deus nos ab amaritudine infamiæ aut ægritudinis, aut longævæ incommoditatis liberauit; oportet, nos gratos exhibere, ieiunij, aut aspectatis huiusmodi singulis annis amaritudine cōcepta.] Panum vobis panis amaritudinem azimi deglutiat hoc die, si in eadem cœtum afflicti populi Israel eductiuus sum de captiuitatis amaritudine. Hanc ergò eductionem die isto singulis annis perpetuò recolat azimi panis esu.

Recole mea morià bene ficii accepti. Vigili re Deus ab infamiæ amaritudine liberauit, ieiunij gere amaritudine.

18. Primo, &c.] Septem ergò diebus à quadragesima die mensis primi Nisan, vsque ad vigesimam primam diem mensis eiusdem incipiente

incipientes à vespera & in vespera terminantes, sine fermento pane vescemini.* Magnum etenim beneficium non per transennam, sed replicato celebrandum obsequio.

Replicato obsequio celebra magnũ à Deo acceptũ beneficiũ.

19. SEPTEM, &c.] Septem dierum curriculo fermentum vestra in domo non inueniatur; quia qui de Israelitis, de peregrinis aut proselytis fermentatum panem absumpserit diebus præfatis, è cœtu Israelitico exturbabitur, eternali vulnere deperibit. Quid refert apud domum panem fermentatum non esse, si domestici non vescuntur eo? sit panis, sed abstineant Hebræi, peregrini, & proselyti. Non sit panis, quo vesci possint. Cùm enim tam grauis pœna indicitur, oportet tibi impossibile esse rerum.* Apud domum fœminam retineo, quæ aliquandò mihi existit occasio delinquendi. Sed nullo recidendi accendor affectu, Non inueniatur in domo tua mulier, quæ possit fortassè esse occasio delinquendi, quia delinquentis anima sacro perit de populo, damnatur æternum.

Nec cũ affectu delinquẽdi nõ sedest, apud domũ habeas fœminã, quæ potest esse occasio delinquendi.

20 OMNE, &c.] Si ergo tam grauis pœna indicitur, non mirum, Deum sæpe monuisse Hebræis: Non comedetis panem fermento conditum, azimo vescemini pane.* Illud enim, à quo salus animæ pendet nunquam satis dicitur, licet singulis horis proferatur. Hinc Concionatores quotidie deberent auditoribus tartareas obiicere flammas, de pœnarum æternitate loqui.

Doctrina, à qua pendet animę salus quotidie proferenda à Concionatoribus.

21.22.23. VOCAVIT, &c.] Cunctis ergò senioribus Israel ad se aduocatis indixit Moses: Agnum, aut hædum tollite familiis vestris immolandum, celebrate Phase in transitus typum. Vas, sanguinis victimæ receptaculum apponetur in domus limine, (sic. LXX.) & fasciculo hyssopi, aut origani aut rosmarij (sic ea Hebr. אזוב ezob Interpretes) sanguine intincto superliminare domus postemque vtrumque rubricate Nullus vsque ad auroræ primam lucem e Domo recedat; Dominus enim percussor Ægyptiorũ est transiturus.* Nec vult ab hominibus videri, cum vulnera infligit, quasi pudeat eum punire peccatores.] Ac aspectato sanguine, quo vestra erit domus protecta ostium transiliet, nec permittet Angelum percussorem domum inire, & Hebræorum primogenita vulnerare. Aliqui percussorem Angelum bonum, alij malum interpretantur. Non crediderim, Deum vsum Angelis mali ministerio ad Hebræorum liberationem. * Angeli cœlicolæ pro Ecclesia militant, nec dedignantur gladium stringere, excubias agere ad fidelium protectionem, acti iniuria populi ad vindictam.

7. *Aduocãtur seniores Israel & omnia hæc edocentur.*

Cũ deus punit nõ vult ab hominib. videri, cum quasi pudeat flagellare impios

Non dedignatur angelus cœlicol., gladiũ stringere ad amicorũ liberationem.

24 25 26. CVSTODI, &c.] En ritum vim legis habiturum vsque ad legis scribendæ abolitionem. Cum potiti fueritis terra à Deo vobis promissa hasce cermonias inuiolabiliter obseruabitis.* Nec enim Deo opus ipsum nudum acceptabile, si indictis ceremonijs non ornatur.] Filij vestri cogitabunt Quorsum epulum agni huiusmodi religione absumpti? Vos respondebitis: Agitur in Phase memoria illius superni beneficij, quando Deus in Ægypto domos nostras transiliens, Ægyptiorum iruit in domos, & comminuens illorum primogenita, nostris pepercit. Porrò annuens Mosis dictaminibus populus supplex Dominum adorauit. Et quis fidelis non facillime legi illi submittatur, quæ gratitudinem ob beneficia accepta videatur indicere?]

Ceremoniæ obseruentur, quæ opera exornant,

28. 29. ET EGRESSI FILII, &c.] Hebræi igitur die quarta decima mensis primi agnum, aut hædum mactant, postes ac superliminare sanguine inungunt, præstantque omnia à Ducibus indicta. Profectò media nocte Deus, Angelo ministrante, omnia Ægypti primogenita occidit. Primogeniti, dicuntur omnes, qui primo nati erant suis ex parentibus siue filios haberent, siue non. Paterfamilias primogenitus occisus est & cum illo etiã filius primogenitus si habebat; vnde multis in domibus multiplicata funera. Pharao, qui hanc cladem euasit, aut non erat primogenitus, aut à Deo reseruatus, vt huius cladis oculatus testis sui primogeniti excidio amplius vulneraretur. * Et quidem parentes plus in filiorum ruina, quam in proprijs ærumnis sauciantur.] Itaque cuncti primogeniti periere à filio primogenito Pharaonis, vsque ad primogenitum ancillulæ quæ erat in pistrino, seu loco seruili destinato labori: nec Angelus percutiens vili iumentorum, aut pecudum, aut pecorum primogenito filio pepercit.

Parentes magis sauciantur filiorum vulnere, quã propria calamitate.

30 SVRREXITQVE PHARAO, &c.] O quam horribilis Ægyptiorum luctus! Pharao è lecto surgit, aulici, famuli, cuncti Ægyptij simul proclamitarunt eiulantes, quia nulla sine cadauere domus, nullum sine morte tuguriũ,* O Ægyptia sæcularis habitatio, quomodo non luges, non clamas, cum vix domus reperiatur, vbi spiritus mortuus crimine non appareat? An spiritualis mors, quia non patet oculis, luctu minori proclamanda? Planè spiritus mors horribilior est.]

Quomodo nõ clamor horribilior excitatur, si vix sine spiritu mortuo domus reperitur?

31. 32. VOCATISQVE PHARAO, &c.] Ex Hebrea lectione reor Pharaonẽ noctu surgentem Mosem, & Aaronem adiisse. Adijt ergo vel per se, vel per nuncios, inuentisque stratis addictis, vt qui nullum domesticum funus deploraturi erant, profatur: Surgite, moxque à Regno meo in deserta procedite, nullus maneat Hebræus: Deo litate sacrificium quemadmodũ totiens dictitatis. Vos propẽtãtes greges sequantur, nec vnam pecudem volo retineri: annuo petitis: solumque id obsecro, vt pro me Dominum precari dignemini. Chald. *Orate pro me*,* Et quidem pro aliquo orare Diuos idem est, ac illi benedicere: *Benedicite mihi* quia Deus preces exaudiẽs Diuorum, omni nos opplet benedictione.

9. *Pharao cogit Hebræos abire, secũ cuncta portare: Ægyptiis vrgentibus.*

Idem est, Diuos pro nobis orare, ac nos omni oppleti benedictione.

33. VRGEBANTQVE ÆGYPTIJ POPVLVM, &c.] Porrò Ægyptij tanta primogenitorum strage perculsi precibus, & lacrymis vrgebant Hebræos properantes exire ex Ægypto, ne eorum funus cum primogenitorum funere iungeretur,* Porrò aliis illatum supplicium nobis debet fortasse iniustioribus timorem incutere. Ne ergo percuterentur, curant illico Hebræos liberari.]* Nihil enim Deum sic placat, quam pœnitentium festina satisfactio. *Vrgebant exire velociter.*] Et vulnerati non times, qui post tot annos (ne dicam sæcula) non restituis ablata?]

Supplicium aliorum nobis timorem incutiat.

Deum placat festina pœnitentiũ satisfactio.

34. TVLIT ICITVR POPVLVS &c.]

&c.] Tanta Ægyptiorum instantia ad profectionem non permisit, vt pasta, seu massa triticea fermentari, aut coqui posset; vnde in linteis, in sindonibus alligantes, illud onus humeris non quidem vacuis addidere.

35. 36. FECERVNTQVE FILII ISRAEL, &c.] Præceperat enim Moses Hebræis, vt vasa pretiosa, vestesque festiuas postularent plurimas ad sacrificij solemnis ornatum. Id quod Hebræi gessere, Dominus autem corda Ægyptiorum inflexit vt non timore aliquo inducti, sed sponte ac liberaliter vasa, ac vestes accommodarent.* Vt enim quis libenter commodet, necessaria est maxima in postulante gratia, & quod Deus cor inflectat commodantis abnegationi addictum.*]. Vndè Dauid beatum commodatorem vocitauit: *Beatus vir, qui miseretur, & commodat.* Quia huius peregrinationis nō est ex misericordia (sed ex instantia, importatioue que petentis) commodate.]

Vt quis cōmodet, necessaria est magna in petente gratia & quod Deus inflectat cor commodantis.

Beatorem est cōmodare ex miseratione. Qui hic commodat, ex petētis gerit importunitate.

II. 37. PROFECTISQVE SVNT, &c.] Onerati diuitiis, iuste spoliata Ægypto, quia Dei iussu factum, filij Israël ex toto Regno in Ramasse non venire, inde exitu to exercitu. Porro ex Ægypto profecti in Chanaan, quadraginta duabus stationibus adhęsere in deserto. Prima fuit in Ramasse Vrbe ab eis exædificata. Secunda mansio fuit in Socoth, quæ sita erat inter Rubrum pelagus, & Ægyptum. Dicta est *Socoth*, id est, *Tabernacula*, quia prima ibi Hebræi ex Ægypto exeuntes fixere tabernacula. Profecto virorum peditum sexcenta fere millia annumerantur. Non pertinent ad hunc numerum, qui vigesimum ætatis annum non expleuerant, nec mulieres, nec senes, nec Ægyptiorum volgus, qui Hebræis adhæserant. Aliqui affirmant Auctores Ægyptiós hærentes tricies centena hominum millia (vulgariter *tres millones*) attigisse. Tot Ægyptus salutaris fuit Hebræorum societas * Nihil peccatori vtilius, quam sanctis adhærescere, quorum exemplo ad virtutem alliciatur. Illam particulam: *Absque paruulis* LXX. transtulere, *Præter supellectilem*: non tantum motam, sed se mouentem paruulos, mulieres.

Proficiscūtur Hebræi de Ramasse in Socoth vulgus, & animātia sequuntur eos, tēpus captiuitatis exprimitur & egressionis dies obseruanda.

Vtile ad modū peccatori socium habere iustū, cuius exemplo ad virtutē alliciatur.

38. SED ET VVLGVS PROMISCVVM, &c.] Cum Hebræis comites ascenderunt Ægyptij tot, vt difficile numerari valeant. Adduxere greges ouium, & armentorum, & ex omni genere domesticorum animalium, canum, catorum &c. Nimiam multitudinem * Nimium quidem est peregrinaturo, quod non ducitur necessarium.]

Nimium est peregrinaturo, quod nō ducitur necessarium.

39. COXERVNTQVE FARINAM, QVAM DVDVM, &c.] Farinam ergo, aut massam, quæ plusquam vna die integra conspersa iam fuerat, nec fermentata, in panes diuiserunt, & igni tradentes, subcineticios coxere panes, azimos quidem quia instantibus Ægyptijs, nullamque moram gerere permittentibus, haud potuerant fermentari. Nec occurrit ad manū carnis, piscis oleris quid obsonij pręparari posset. Diuina actū prouidētia, vt panis insipidus, ex Ægypto exeūtibus solū apponeretur, vt ieiunio à captiuitate exitum celebrarent.* Iustè confessionis, ac Communionis die, aut pridiè ieiunando das operam, ægypriacus voluptatis cibos animi noxios salubri corporis ieiunio absumēdo.

Cras Cōfessioni, ac Cōmunioni daturus operā, hodie ieiuna noxios cibos, vt digeras.

40. 41. 42. HABITATIO, &c.] Quadringentis supra triginta annis Israelitæ apud Ægyptum fuerant iam vltroneè, iam vi illacti, ac seruiliter commorati. At hoc annorum numero expleto die Paschatis ex captiuitate processere.* Terminandę enim hic diuturnioris incommodi elucescit insania.]* Non pessimus terminabilis labor. Ille solummodo tibi incutiat horrorem, qui torquet æternus.] Nox ista liberatis gerula esse debet Hebræis obseruabilis, vt Domino gratias offerant, ex mirabili ex Ægypto liberatione, Hebr. *Nox custodiarum.* Omnes enim Paschatis noctem diem clarissimum reputare debent, custodire, obseruare, ac celebrare. Aptius expoluerim Nox ista Hebræis sit custodiarum excitatrix Hebræi enim acceptæ memores liberationis debent omnes custodias agere, siue cuncta Dei præcepta custodire.* Deus te ab infami carcere liberauit, innoxium testium asseruit confusione? Quid non te ad omnium præceptorum custodiam accingas?

Vel diuturnè hic calamitas terminabilis

Labor iste tibi solūmodo sit horrori, qui nō terminabitur.

Debes te accingere omniū pręceptorū custodiis, dū Deus te ab infamia liberauit.

43. 44. 45. 46. 47. 48. DIXITQVE, &c.] Porro aliquanto tēpore post egressionem ex Ægypto: Hic est ritus Phase: Qui Hebræus non est, agnum non manducabit, nisi per circumcisionem proselytus fiat, & vobis adiunctus, iam possit Hebræus vocitari.* Eum te existere reputatum, cui adhæseris, cuius mores æmulaberis. Sæcularis appelletur Religiosus, si hærescens illis religiosè degit: Religiosum vocita sæcularem, si hærens sęcularibus eorum exponit morum similitudinē.] Serui emptitij circūcidantur, nec sit eis liberum incircumcisis manere, vt aduenis; circumcisi autem comedant. At omnis aduena verbi gratia Gentilis mercator, qui inter vos commorabitur: & mercenarius famulus, aut operarius, qui operas suas vobis locat, circumcidi minime cogantur vt emptitij serui: sed sine accepto circumcisionis vulnere, ad agni epulum non admittantur; Vnus agnus, aut hædus vnica comedatur in domo, nec liceat partem aliquam ad eos, qui in alijs domibus versantur, immitti. Demum ossa Agni non confringetis, vt iam inde veri Agni ossa haud comminuenda præsignentur. Hanc Phase religionem aut ritum omnis Israëlitarum populus obseruabit.* Nec ad Eucharisticum Phase pertinere quis dubitet, à quo epulo sacerrimo omnis incircūcisus seu indignus remouetur, omnis dignus diues, pauper, hæretus, seruus admittitur?] Denique si aliquis peregrinetur à patria & voluerit vestræ addici ditioni, & Phase celebrare: prius debet se, ac omne masculinum domesticum circumcisionis vulnere afficere, & sic admitti poterit ad celebrationem Phase, velut indigena, id est, sicut qui natus fuerit Hebræus. Nullus autem incircumcisus vescatur ex agno.

Is eris, cui hærēs mores eius æmulaberis.

Religio Phase Eucharistiā exprimebat.

49. 50. 51. EADEM LEX ERIT INDIGENÆ, &c.] Peregrinus ergo & indigena Phase celebrare æquè poterunt, si peregrinus prius circumcidatur & addat suorum masculorum circumcisionem;

Taxātur qui ab infideli bus mācipiis mini strari nō renuunt. Illud enim mancipium, quod diluta sacra vnda velle dignoscetur.

tunc enim tota erit familia Domino consecrata. * Hinc subtaxantur Christicolæ, qui infidelibus mancipiis ad obsequium vtootur. Profectò non inuoluntarij ad fidē addocendi, sicut nec serui emptitij ab Hebræis cogebantur. Attamen illi seruos oon emebant nisi paratos Hebraicam suscipere Religionem. * Ea igitur mancipia tuam ad familiam adduci stude, quæ aut diluta sacra vnda, aut proximè diloeoda venitare videantur.] Profectò illa quartadecima die circa primam Phase celebrationem Hebræi omoia Mosis monita impleuerunt à posteris postmodum æternùm obseruanda: & die eadem trāsitus eorum (in Phase etiam expressus) ex Ægypto in patriam fuit inchoatus, turmatim Israëlitis procedentibus.

CAPVT XIII.

Deus sibi omnia primogenita hominum, ac pecorum iubet offerri, Iosephi ossa Hebrai efferunt ex Aegypto, & ignis ac nubis columna dux eis itineris exponitur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit valuam in filiis Israël, tam de hominibus, quam de iumentis: mea sunt enim omnia. 3. Et ait Moyses ad populum. Mementote diei huius in qua egressi estis de Ægypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt nō comedatis fermētatū panē 4. Hodie egredimini mēse nouarū frugū 5. Cūq; introduxerit te Dominus in terrā Chananęi & Hethęi, & Amorrhęi, & Heuęi, & Iebusæi, quā iurauit patrib. tuis, vt daret tibi, terrā fluentē lacte & melle, celebrabis hūc morē sacrorū mēse isto, 6. Septē dieb. vesceris azymis: & in die septimo erit solemnitas Domini. 7. Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. 8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto. 9. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos: & vt lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto. 10. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies. 11. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: 12. separabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. 13. Primogenitū asini mutabis oue: quòd si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. 14. Cúmque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo seruitutis. 15. Nam cùm induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. 16. Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem, inter oculos tuos: eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto. 17. Igitur cùm emisisset Pharao populum, non eos duxit Deus per viam Terræ Philistiim, quæ vicina est: reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Ægyptum. 18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta Mare rubrum: & armati ascenderunt filij Israël de Terra Ægypti. 19. Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quòd adiurasset filios Israël, dicens: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. 20. Profectique de Socoth castrametati sunt in Ethan in extremis finibus solitudinis. 21. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. 22. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

COMMENTARII.

1\. *Iubet sibi sacrari primogenita.*

VERS. 1. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Hebræorũ (inquit Deus Mosi) primogenita seruaui, cum Ægyptiorum primogenita occidi. Ergo mihi dicari cura omnem masculum filium, qui principiũ est maternæ generationis inter Israël filios. Mea enim sunt omnia primogenita non solum titulo creationis, sed etiam, quia primogenita Israëlis à communi Ægyptiorum liberarim strage.* Dei proculdubio iure speciali est illud, quod ipse speciali munere à clade ægritudinis, aut captiuitate peccati, aut seculari vita exemerit.

Speciali titulo Dei est, & est Deus speciali munere ab aliqua clade liberauit.

3\. ET AIT MOSES, &c.] Monet Moses populum: Huiusce diei lætissimi, in qua fuistis è seruitute liberati, nunquam non recordemini. Domini enim erga vos ineffabilem dilectionem experti estis. Nec enim tanta potentiæ ostentatione eduxisset, si non potenter amaret. * Amor enim Principis potentissimi ex augustis ostentatur effectibus.] * Si potens, opera non præstat egregia, non præclara facinora exerit, verè se non diligere ostendit. Ergo vt tantam diuini amoris ostensionem vel paruulo recolatis obsequio: Phase solemni panem fermento admistum non absumatis.* Placet enim Numini quælibet mortificationis actio pro beneficiorum obsequio.

2\. *Prohibētur Hebræi diebus illis vesci fermētato pane, rursum eis Phase rursus indicitur, iubentque eũ filios edocere.*

Amor Principis potentissimi ex augustis ostētatur effectibus.

Qui potens operari, negligit: vere non amat.

Ob beneficiorum gratitudinē Deo grata qualibet mortificationis actio.

4\. HODIE EGREDIMINI, &c.] Hebr. אביב *abib.* deducitur autem à voce, אב *pater*, quia vt pater prior est filio, sic Nisan quasi pater est, mensium primus. Certè voce *abib spica cum culmo* significatur. Mense ergo Nisan nouarum frugum patre ô Israelitæ, egrediminì ex Ægypto; cum videritis fruges ad culmum ascendere egressionis huius memores, vos cordis munditie ad Phase celebritatem præparate in spiritualium fructuum germinationem. * Veri etenim Agni celebratio, seu Eucharistiæ receptio animum efficit spirituali virtutum germine stipari.

Eucharistiæ receptio animum efficit nouos fructus virtutũ germinare.

5\. 6. 7. 8. 9. CVMQVE INTRODVXERIT, &c.] Dum apud deserta peregrinaberis, nolo te, Phase, & Primogenitorum lege obligari. * Itineris incommodis cedat oblatio, quæ quietum requirit spiritum.] At cum potitus fueris terra promissa patribus omnibus fructibus redundante Phase indictis tribus celebrabis. Septem dierum circulo azimis panibus vesceris, septima Die Domini solemnitas celebrabitur populari confluxu. At quia azima septem diebus edenda sunt, nihil apud te fermentatum reperietur. Quare enim domo est habendum id, quo vesci non licet. Fœminam apud me habitare permitto nullo quidem affectu delinquendi. * Fermentatum non licet comedere, nec vult tua in domo inueniri; ne alicui te legis violatorem comedisse videatur. Si ergo comedendo non delinquis, scandalum exhibendo peccas.] Ignorantem filium die illa & Phase celebritatis, & primogenitorum oblationis, curabis instruere proferens quonammodo Deus te ex Ægyptiaca seruitute liberauerit. * Parentes enim debent filios Dei mysteria edocere.

Sacrificium animum requirit quietum.

Non habeas apud domũ id quo licitè vesci non possis.

Si nō peccas comedendo: scandalũ inferendo, delinquis.

Parentes Dei mysteria filios edoceāt.

9\. ET ERIT, &c.] Signum ad manum legẽ geres, & oculis legem quoddam quasi monumentum obiicies, quod te faciat legis eiusdem obseruandæ recordari. * Hæc enim studiosa Numini placendi voluntas debetur ei, qui tot miraculis excitatis, te è captiuitate eripuit.] Profectò Iudæi vt huic præcepto satisfacerent crasse legem Decalogi membranulis scriptam brachio, fronti, fimbriis, aut ostiis domus affigebant. Cultum ergo huiusmodi ab anno in annum custodies, id est, certa, & continua annorum serie.

Debes studiosam voluntatē, curamque non peccādi Deo: quia Deus miro adhibito studio te à captiuitate eripuit.

11\. 12. CVMQVE INTRODVXERIT, &c.] Cum ergo terræ Chanaan cæterarumque gentium in ea habitantium possessor fueris, sicut patribus & tibi Deus iureiurando asseruit: omnes primogenitos hominum à reliquis fœtibus consecrandos Domino separabis: primosque tuorum pecorum, ouium, caprarum, boum, asinarum fœtus mihi litandos assumes. Attamen mihi offerenda primogenita sexus masculi futura sunt.* Nec enim infirmiori, ac viliori munere gaudeo.

3\. *Cum introducti fuerint Hebræi in Chanaā, debēt Deo litare primogenita, cuius oblationis ritus exprimitur, cuiusque causa filiis aperienda.*

13\. PRIMOGENITVM, &c.] Porrò asinæ (asinus tam est mas, quam fœmina, & asinæ vulua aperitur) primogenitum oue mutari curæ agnata altari; nec enim asini immolandi, qui hominum oneribus humeros adiiciunt. * Deus planè hominum fragilitati, ac commodis prouidet.] Ac si vilis sit primogenitus asinæ, quã vt illum oue redimere velis: tunc non immolabis, sed præcisa ceruice occides. Hominum primogenitum, pretio exhibito, est redimendum vt redemptionis primogenitorum fidelis populi gerat imaginem. * Vult quidem Deus accepti à nobis beneficij sæpe refricari memoriam.

Deo litanda potiora munera.

Deus hominum cōmodis prouidet.

Vult Deus beneficij accepti, à nobis refricari memoriam.

14\. CVMQVE, &c.] Cum autem futuris temporibus à te posteri tui, aut filij quæsierint: cur tot Deo primogenita offerantur? respondebis: Deus nos è captiuitate Ægyptiaca eripuit omnium primogenitorum interemptione. Vnde nostram tanta strage suscitata liberationem primogenitorum oblatione colimus. * Vt ex habitu beneficij gratitudinis virtus exornetur. Acceptabilis Domino gratiarum actio, quæ beneficij gerit speciem.

Gratitudo gerat habitũ beneficij.

15\. 16. NAM CVM INDVRATVS, &c.] Cum Pharao corde lapideo nos dimittere sacrificaturos tenuisset toties, Deus omnia primogenita hominum, ac iumentorum, ouium, boum, interemit. Ideo igitur gratitudinis ergo omne animans vuluam aperiens, masculum Deo offero: & filiorum primogenita pretio redimo. Hæc itaque præcepta erunt in manu tua vt compleantur, erunt ante oculos tuos, vt die ac nocte in eis mediteris. Illam particulam: *Quasi* appensum quid alij transferunt, *Quasi frontale.* * Iudæi crasse (vt supra) accepere de scheda in fronte pendula cui decalogus sit inscriptus. Certè opera ipsa pendent legis obseruationem proclamantia. Lex ergo non in scheda pendente, sed in operibus scribatur.

Operibus rectis legem exprime obseruandā, nō pendula scheda.

17\. 18. IGITVR CVM EMISISSET, &c.] Dimissi ergo Hebræi à Pharaone, non addicuntur à Deo viæ Philisthinorum, per

4\. *Via filiorũ Israël ossa Ioseph deferuntur, de Socoth in Etham tendunt, præcedente nubis columna.*

per quam ab Ægypto in Chanaan decem diebus fit communiter expeditio. Portò Deus id gessit, ac fortè (humano loquitur more) Hebræos aspectantes aduersum se certamina excitari, de egressu ex ægypto pœniteret, & in captiuitatem remearet. * Facilè quidem recens conuersus ad pristinas reuertitur voluptates, (aptius dixeris seruitutes) prauo habitu alliciente.] * Ideò Deus assolet peccatores conuersionis initio dulciter excipere, & concepta illa dulcedine aduersum futura certamina præparare.] Portò etiam alia via electa à Deo pugnandum fuit cum Amalech, sed hoc prœlium fuit vnicum, & quadragesimo die ab exitu de ægypto initum, diuinóque auxilio facilè superatum. At si Hebræi per Philisthinos transiissent, cum bellicosissimis hostibus eis fuisset assidue repugnandum. * Certè post quadraginta dies iam sæpe filiorum pane refecti facile iusti tentamina superant, nec prælapsæ fanus nisi ad horrorem recordantur.] Circumducitur ergo Israël à Deo per deserti viam Rubro pelago hærentem Portò non ideò Deus Hebræos à terra Philisthæorum abstraxit, quod essent inermes. Nobiliores enim arma domi suæ iam anteà habuerant, alij antè egressum præmoniti sibi comparatunt Id, quod patet aperte ex bello quod post quadraginta dies cum Amalecitis instituerunt. * Imprudens qui Dei viam inire statuit, & non simul arma præparat ad certamina. Nã qui mundiales linquit voluptates citò tentamina ad virtutis probationem experitur.

Facilè recẽs cõuersus ex habitu prauo ad pristinas remeat voluptates.

Dulciter, Deus excipit recens cõuersos ad se.

Post panẽ filiorũ sæpe absumptum, fortis redditus homo, nec à tentaminibus superatur.

Voluptates reliquisti? Arma præpara ad tentamina.

19. Tvlit qvoqve, &c] Profectò Moses ossa Patriarchæ Ioseph ducem exercitus mortis memoriam asportauit: vt impleret patrum (Iosephi fratrum) promissionem factam Protegi eos adiutanti: Cum egressi fueritis ex ægypto ad Chanaan, mea ossa vobiscum adducere dignemini. * Quam cõmendabilis nepos, qui promissiones, & officia parẽtum curat post eorum obitum tempore statuto adimplere!] Crediderim etiam hoc tempore aliorum Patriarcharum fratrum Iosephi ossa translata: legens in actis Apost 7. 16. Patriarchas illos in Palęstinam translatos, & apud Sichen sepultos. * Hinc commendabiliores filij, qui non iussi pios se se ergà parentum cadauera exhibuere.]

Memoria mortis dux in via ad patriam.

Cõmẽdabilis filius qui parẽtũ defũctorũ promissiones, & officia curat implere.

Cõmẽdabilior, qui non iussus, se piũ ergà parẽtũ cadauera exhibet.

20. Profectiqve, &c.] Ex Socoth Hebræi profecti apud Ethan castra fixere in vltima solitudine mari Rubro vicina, & prærupta montibus. Vnde situs ille ipso nomine signat suam asperitatem: Ethan enim Hebræis *Fortis* est, indéque asperum, & præruptum signat. * Iam Deus post *tabernacula* Socoth, suos ad *prærupta*, & aspera ducit alumnus. Prius in tabernaculo dulciter excipit, mox ad præruptorum amaritudinem aduocat. Ideo potitis dulcedine, vt fortius sufferas amaritudinem.] * Nec enim sine mortificationis exercitamentis via teritur salutaris.]

Ideo Deus te dulcedine cibat, & potatvt fortius vix ipsi situa suff. ras amaritudinem.

Necessaria mortificatio in salutari via.

21. Dominvs avtem, &c.] Porro benignissimus Dominus Dux exercitui Israëlitico addici dignatur: ad ostendẽdã enim viam columna nubis ostentabatur per diem. Nec tantum qua pergendum esset demonstrabat. Hebræorũ etiam castris aderat vmbraculum, vt ab æstu defenderet Profectò columna nubis, quę per diem regebat iter, idem noctu præstabat officium ignis specie, vt facilius posset aspectari & vię offendicula procedentibus aperire. Nubes igitur caliginosa illa simul erat lucidus vapor. * Cùm videris te tenebris offusum, non timeas à via separari. Deus enim lux in tenebris lucet, & tenebris obscuritatis mentis te potest ducere ad patriam, sicut ignis fulgore.] Profectò ducatus hic nubis, & ignis, veluti Sol, & Luna plena, indeficienter per diem ac noctem viatoribus Hebræis exoritur. Tertia in statione commorantur.

Deus tenebris ducit ad patriã sicut ignis fulgore.

CAPVT XIV.

Pharao Hebræos insequitur properantes, à nubis columna proteguntur, excipiuntur fugientes à pelago: pede sicco transeunt Israelitæ, Ægyptij recurrentibus vndis suffocantur.

1. Locvtvs est autem Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filiis Israël: Reuersi castrametentur è regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare. 3. Dictúrúsque est Pharao super filiis Israel: Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum: 4. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, sciéntque Ægyptij, quia ego sum Dominus. Feceruntque ita. 5. Et nuntiatum est Regi Ægytiorum quòd fugisset populus immutatúmque est cor Pharaonis & seruorum eius super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? 6. Iunxit ergo currum, & omnem populũ suum assumpsit secũ. 7. Tulitque sexcẽtos currus electos, & quidquid in Ægypto curruũ fuit: & duces totius exercitus. 8. Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis ægypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa. 9. Cúmq; persequerẽtur ægyptij vestigia præcedẽtiũ, repererũt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phihahiroth cõtra Beelsephon. 10. Cúmque appropinquasset Pharao, leuãtes filij Israel oculos, viderunt ægyptios post se & timuerunt valde: clamauerũtq; ad Dominũ, 11. & dixerũt ad Moysẽ: Forsitã non erãt sepulchra in ægypto, ideo tulisti

nos

nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? 12. Nónne iste est sermo, quem loquebamur ad te *in ægypto*, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus ægyptiis? multo enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine. 13. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum. 14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. 15. Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt proficiscantur. 16. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. 17. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. 18. Et scient Ægyptij quia ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus eius. 19. Tollénsque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum, 20. stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem: ita vt ad se inuicem tuto noctis tempore accedere non valerent. 21. Cúmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum: diuisáque est aqua. 22. Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. 23. Persequentésque Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites, per medium maris. 24. Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, 25. & subuertit rotas curruum: ferebantúrque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. 26. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. 27. Cúmque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibúsque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. 28. Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis: 29. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris: 30. liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum. 31. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

COMMENTARII.

Castra ponenda iuxta mare, vt Deus in Pharaone glorietur.

VERS. 1. 2. LOCVTVS EST AVTEM, &c.] Deus Mosi, iube, Hebręos reuersos castra apud Phihahiroth seu os foraminum (sic Hebr.) ingressuū scilicet inter mōtes, qui ab vtroque latere aderant, collocare. Statio hæc inter Magdalum, seu *Turrim* (Hebr.) arcē scilicet monti impositam fortasse, & mare Rubrum inuenienda contra Beelsephon, seu *Dominum specula* locum editum, & præruptū. Ergo in conspectu Beelsephon castra statuetis iuxta pelagus.

3. 4. DICTVRVSQVE, &c.] Filiis ergo Israël inter montium prærupta ac pelagus, collocatis, monitus Pharao de eis dicet: illæ loci angustiæ coarctant Hebræos, quidni & animi simul anxietate laborarint. Cum ergo angustiis à Deo suo aguntur, opportunè insecutor ascendam. * Tædia vix spiritus, cùm adest difficultas, sic assolet animum coarctare, vt aditum facilem tentamini exhibeat.] Permittam cor Regis amplius obdurari. Nec enim vos ex pietate, aut pœnitudine abire coegit sed ex timore supplicij. * O quot Pharaones impij coacti timore, animum gerentes proteruum videntur agere pœnitudinem, nec tamē veraciter à culpa recedunt.] Vos persecuturus currum ascendet multo milite cinctus: & in Pharaone, exercitoque eius extincto glorificabor. * Dei enim iucunditas gloriosa amplius exponitur, cum impij exitialiter puniūtur.] Tunc Ægyptij apertius me Dominum esse cognoscent: * Nunquam enim sic Dominatio obiicitur, quam cum delinquentes iustas pœnas exoluunt.] Quod Dominus iusserat, Hebręi illicò præstitere. Quam prudenter! * Nam qui se Dei ducatui submisit, debet in cunctis diuinam (per Præsules) sequi directionē, si aberrare non velit Si nunquam non monitus mouearis, semper per te Deus tuis in hostibus, superandis vtique gloriabitur.

Tædiū vix spiritus animum sic coarctat, vt tētatori facilē aditum aperiat.

Multi fictā gerūt pœnitudinem.

Dei gloria, impiorum supplicium dum geritur. Tunc Rex Dominus apparet apertius, cū impios punit.

Dei obediēs ducatui sēper videbis Deum per te tuis in hostibus gloriari.

6. *Nūciatur Regi, Hebraos fugisse, praparātur currus, colliguntur Duces, Pharao Hebraos persequitur, sistis iuxta mare exercitus Hebraorū correptorū formidine.*

5. ET NVNCIATVM, &c.] Nunciatur Regi Hebræos non profectos ad desertum, sacrificatum, sed patriam fugientes inire: sententiaque eius immutatur, aulicis annuentibus, & profatur: Quam imprudenter gessimus, cùm mancipia nostra à seruitute abstracta dimisimus.

6. 7. 8 IVNXIT, &c.] Currum Pharao scandit, & omni populo suo cingitur. Sexcentos currus falcatos eligit, in quibus pugnacibus quidem milites decertabant. Currus enim suis falcibus comminuebant homines & equos: milites vero de illis pugnantes in hostem ferebantur. Reliquam autem curruum (qui poterant è proximo congregari) turbam militari aptat apparatu; & totius exercitus Ducibus stipatur. Permittenteque Domino, cor Regis obdurari (vt addito pondere facilius ad profunda prolaberetur) Hebræos persequitur; qui quidem manus excelsæ potentia egressi, eiusdem protectione erant defendandi.* Te Deus e seruitute voluptatis manu potenti abstraxit? noli ex persequente diabolo conturbari, nam qui te potenter eripuit è crimine, potenter proteget, nè hosti succumbas.

Qui à Dei potentia à crimine abstractus es, à Dei potentia à persequente diabolo protegeris.

9. 10. CVMQVE, &c.] A vestigiis præcedentium Hebræorum edocti Ægyptij, eos in castris otiantes inuenere iuxta pelagus. At omnis equitatus, ac currus Pharaonis iam aderant apud Phihahiroth, Hebræi è tentoriis egressi curruum properantium, currentium equorum strepitu audito, tantoque milite aspectato, admodum timore fuere perculsi. Nec enim armis erant assueti, sed oneribus, & ingo.* Agricolas cogunt ad bella gerenda Reges: quam ineptè! Qui a cunabulis addicuntur aratro, qui oneribus deportandis agnascuntur: quonammodò poterunt gladium dexteri stringere vulneraturi hostem natum certamini?]* Et quomodò possunt agricolæ viso potentissimo hoste, non timere, si militaris habitus militem non constituit, sed disciplina militaris?

Ineptè agricolæ aratro, ac oneribus agnati, cogūtur ad bellū.

Militaris vestis militem nō cōstituit, sed disciplina militaris.

3. *Expostulāt Hebrai quos animaquiores redd Moses. Orāti humiliter prōpta liberatio.*

11. 12. CLAMAVERVNTQVE, &c.] Acti itaque formidine Israelitæ clamauere ad dominum, non quidem orantes.* Si enim orauissent non fuisset eis opus de Mose conqueri; quia oranti humiliter prompta exponitur liberatio.] Vnde existimo expostulantes ad Dominum clamitasse: & eodem ad Mosem recurrentes affectu, dictitant: Arcta Ægypti tellus tot miseris non poterat, sepulchra præstare, & ideo nos ad deserta tulisti, vt à Pharaone occisi ferarum, ac volucrum ventre sepeliremur. Qua mente nos è seruitute liberasti? An non sæpè monuimus; vt à nobis recedentes, sineresque Ægyptiis seruire? satius nobis seruire, quam mori. O infidi cordis verba!* Satius Christicolæ mori quā seruire. Leue mortis vulnus, nè Pharaoni diabolo seruire cogaris.

Satius tibi mori, quam diabolo seruire.

13. 14. ET AIT MOYSES AD POPVLVM: NOLITE, &c.] Vir mitissimus Moses molliter, ac blandè respondet. Nec enim ait, Proh modicos fidei, diritiei Pharaonis æmulatores! Peccatori, cum passio tristitiæ, formidinis, aut iracundiæ viget, non est corripiendus: sed postquam tranquè eidem peregrinos exturbat affectus.] Non timore afficiamini, nec ad arma capienda procedite, state inermes intentis oculis, vt aspiciatis hodierna die magnalium Dei ad vestram salutem multiplicationem. Hebr. pro *Magnalia* est, *salutem.* * Ea enim Deus magnalia, seu miracula excitat, quæ ad hominum salutem dirigantur, vnde idem est miraculum ac salus.] * Certè illud solum magnale, seu magnum est, quod ad salutem animi videtur pertinere.] Videtis Ægyptios multos, quos metus vos efficit innumerabiles æstimare? Post exiguum temporis interstitium non videbitis, nec vnquam vlterius aspectabitis.* Certè quod humanum est, nunc videtur, & nunc non videtur; quia velut apparenter ostentatur.] Non vult Deus hodie pugnatores, sed cœlestis victoriæ mutos spectatores requirit.

Miracula Dei ad salutem hominū excitantur. Illud magnū est, quod salutare videbitur.

Quod humanū est, videtur, & non videtur, quia velut apparens.

4. *Iubet Deus virga diuidi pelagus.*

15. 16. 17. 18. DIXIT DOMINVS AD MOYSEM, &c.] Vix Moses hæc Hebræis dictitarat, & Dominus Mosi profatur: Quid ad me clamas?* Non clamarat Dux, sed clamor in Dei auribus est vehemens Diui desiderium. Siue clamarat Moses, quia dum ad populum loquebatur, illud ipsum, Dei negotia gerere, erat mentalis orationis clamor.]* Vt edoceantur Ministri Euangelij contemplationis, & orationis exercitia dimittere, vt proximorum saluti studeant: illa enim exterior animorum acquisitionis studens actio, altissimæ contemplationis, & feruentissimæ orationis vices gerit.] Proinde Deus quasi exaudiens Mosis deprecationem, ait: Quid clamas ad me? Non quidem reprehendit, sed se ostendit adesse futura excitaturus ad eductionē populi dilecti miracula. Israëlitis ergo iube, vt proficiscantur illi progredi incipiant, tu autē ô Mose, virgâ pelagus percute, qui munificum tibi fluuium non vulnerasti, Rubrum seca mare, vt filij Israël, hinc inde cedentibus fluctibus sicco pede gradiantur. Crediderim plures fecisse Mosem diuisiones iuxta Tribuum numerum, vel vnam tam amplam viam aperuisse, vt cuncti simul possent ad vlteriorem ripam properare Ego (addit) Ægyptiorum indurabo præcordia, vt vos insequi minaces non vereantur, & obrutis cunctis hostibus, Angelis, & hominibus concinentibus, glorificabor Ægyptij superstites cognoscent me vere Dominum, cum viderint me de Pharaone, ac eius exercitu illustrissimum egisse triumphum.

Cum ab oratione, ac cōtēplatione abstrahetis, vt proximo acquirendo studeatis feruentissime oratis.

5. *Angelus, & columna situ mutāt, hac excacat Ægyptios, lucem Hebrais profert, alueum maris ventus exiccat.*

19. 20. TOLLENSQVA SE ANGELVS DEI, &c.] Angelus Dei in columna nubis delitescens, vt præcedens castra dirigeret, Hebræorum transit ad terga, secum simul ducentem columnam nubis adducens. Itaq; columna nubis dimittēs priora, post tergum Israëlitarum stetit inter Hebræorum, ac Ægyptiorum castra. Dictu mirabile! Columna nubis illuminabat Hebræos, Ægyptiis tenebras offundebat: vt Ægyptij noctis horribilis tenebris obruerentur, Hebræi autem diei placidi fulgore exultarent. Huiusce ergo beneficio lucis iter suum Hebræi per Rubrum pelagus transeuntes prosequebantur.* Via cœlestis dum lucem iusto ministrat, peccatori tenebrosa obijcitur Non datum impiis rari fœlicem iustitiæ statum agnoscere.

Cœlestis via lucida iustis, impio obiicitur tenebrosa.

21. Cúmque

22. Cvmqve extenoisset, &c.] Iam prima Mosis manus extensione seu percussione virgæ mare fuerat diuisum: secunda autem fecit excitari ventum vehementissimũ, qui quidem tantum immissus est, ad alucum maris lutolum exsiccandum: diuisio enim & suspensio aquarum, virga assignante, Angeli facta est ministerio. Ventus ille exufflans volitanit nocte tota, nimirum vsque ad Hebræorum ingressionem in pelagus. Addidere aliqui, non solum exiccatam viam appatuisse, sed & corallиis, gemmis, christallis, ac margaritarum conchis exornatam.* Vt videas, qui difficiles delictorum vias percurristi, tot laboribus exanthlatis, quam facile iter cœleste, quam placidum.]

Difficilis perditionis iter, facilis, ac placida via salutaris.

6. *Ingrediũtur filij Israel, & Ægyptij, hi autem aquis reuertẽtibus obruuntur.*

21. Et ingressi svnt, &c] Filij ergo Israël ingressi sunt per medium sicci pelagi, tantum spatium occupantes, quantum satis erat ad commode transeundum, vt in mari Rubro *via* esset *sine impedimento*. Portò aqua à dextera ac læoa eorum soliditate saxea, ne irrumperent vodæ, murum ædificat.* Scit Deus fluidam solidare naturam, fragilitate in virtutem mutata.]

Scit Deus fragilem solidare naturam.

23. 24. 25. Perssqventesqve, &c.] Persecutores Ægyptij post Hebræos ingressi sunt, currus, & equites, ipséque Pharao per alnei medium cœcus irrupit. Verum nox ab Hebræis in quatuor partes diuidi solita, quarum singulæ ternarom erant horarum: eæque ab excubiis militaribus, quæ nocte quater mutari erant solitæ, vigiliæ vocabantur. Vigilia ergo matutina quarta, & vltima noctis sub auroram iam aduenerat, & Angelus Deũ referens latitans in columna nubis respexit Ægyptios horribiliter, siue eis se horribilem ostentauit, columnam nobis conuertens in procellam. Tonat illa minaciter, grandinis rursum excitat plagam, fulmina contorquet Ægyptiis, & partem exercitus (sinedoche) comminuit, altera enim par cœlesti suorum strage territa, dum fugam parabit, à recurrẽtibus aquis mox absorbebitur. Subuertuntur rotæ curruum, currusque prius elati per tritas simul cum rotis deprimuotur in imum, & ægrè vix poterant graues sinè rotis currus moueri.* O ducens columna, quam apposité doctoris, ac Præsulis officium imples pro subditis decertans. Si Dux, si Præsul pericula subditorum non subit, inaniter munere, seu nomine gloriatur.]* Profecto nubes facta est gladius Angeli, qui ducebat, & protegebat Israëlem. Et quando ab hostibus opprimimur, & tutelari Angelo non cedit victoria?] Clamauerunt tunc Ægyptij, qui non fuerant à nube percussi: Fugam arripiamus, Deus enim pro Israële decertat.

Dux, & Præsul nõ certãtes pro subditis inaniter nomine gloriãtur.

Ab Angelo tutelari protegimur, cũ ab hostibus impugnamur.

26 27 28. Et ait Dominvs, &c.] Cum Ægyptij superstites vertere terga properarẽt, Deus Mosi: Manum tuam super mare expande, vt recurrentibus pelagi vndis totus Ægyptiorum obruatur exercitus. Manum extendit Moses, & prima mic are aurora mare diuisum integratur, rursum aquæ tumescũt, & fluctus agunt. Fugientes Ægyptios detinent vodæ circà ripam accurrentes, mox aquæ penitus reuertentes totum subiuũt exercitum, è quo ne vnus quidem enatans processit ad ripam, vt Ægyptiacos senes, paruulos, ac fœminas posset certiores facere de ruina Hebr. *Non superfuit in eis vsque ad vnum.* Vnde quidam putant, vnum ex Ægyptiis euasisse, nempe Pharaonem, quo maior esset eius afflictio, ac supplicium.* An Rex plus torquetur Regni olim potentissimi exitio, quam propria extinctione?]* An dirior tortura impœnitenti misero præparatur ex impiæ conscientiæ stimulis crudelissimis, ex duritie cordis, quam ex gehennæ flammis? Horribilius plane peccato traditus torquendus, quam gehennæ, si peccati malitiam digne perpenderes.] Sic illi particulam עד *had* pro *præter* sumunt: sed sine fundamine dictitatio. Pharao enim in profundum velut lapis descendit.

Regi grauius videre Regni exitiũ, quam mori.

Dirior peccatori cõscientiæ pravæ stimulus, quã gehẽnæ flammæ.

29. 30. Filii avtem Israel, &c.] Dum Ægyptij fugientes obruuntur, Hebræi incolumes procedũt ad littus quæ enim aquæ hostes comminuebant, Hebræis murum adamantinum hinc inde ostentabant, ne vndula vel ad irrotandum iter placidum auderet irrũpere. Porrò Dominus illa die de Ægyptiorum manu liberauit Hebræos.* An non liberauerat, cum ex Ægypto eduxerat? Certè liber omnino non es, dum superstitem inimicum habes. Illa die liberaris, qua inimicus è vita recessit.]

7. *Sicco pedẽ pergunt Hebræi, ac liberantur.*

Liber nõ es, dũ inimicũ superstitem habes.

31. Et viderunt Ægyptii, &c.] Ægyptij pedites, qui comitati fuerant currus, & equites territi suorum strage expectabant in littore, & cadauera militum, currus, rotas à pelago expunctas contemplari, ingentem cladem, quam potenti sua dextera Dominus patrarat, cum credidere Dominatorem, Mosémque eius Ministrum professi sunt.* Miraret si tanta mortis aspectata potentia vel durissimi non contererentur.]

Vel duri cõterentur mortis obiecto.

CAPVT XV.

Hinc cum Mose Hebræi, illinc fœminæ cum Maria Deo intonant hymnos. Veniunt Hebræi in Mara, vbi ligni immissione aquæ olim amaræ dulcedine diffluunt. Inde in Elim, duodecim irriguum fontibus, septuaginta ornatum palmis situm procedit exercitus.

1. Tunc cecinit Moyses & filij Israël carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.

 2. Fortitudo

2. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

3. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

4. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in mari rubro.

5. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

6. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos: misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam.

8. Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

9. Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

11. Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

13. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

14. Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

15. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

17. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine; sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

18. Dominus regnabit in æternum, & vltrà.

19. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israël ambulauerunt per siccum in medio eius.

20. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, 21. quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare. 22. Tulit autem Moyses Israël de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus, per solitudinem, & non inueniebant aquam. 23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amaræ: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem. 24. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? 25. At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quòd cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt, ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, 26. dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: Ego enim Dominus sanator tuus. 27. Venerunt autem in Elim filij Israël, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.

COMMENTARII.

11 Cecinere Moses, filij, ac filiæ Israel, Hymno victoriam proferẽtes.

VERS. 1. TVNC CECINIT, &c.] Tunc piissimus Moses ex vna parte cum viris, ex altera Maria cũ mulieribus hunc hymnum alternis hinc inde decantarunt, Moses præibat, viri sequebantur, Maria cum fœminis primum carmen tertio quoque aut quarto versu replicabat. Vulgariter expendam: *Repetia el verso primero en forma de estriuillo.* Hexametro carmine hymnum à Mose compositum Spiritu Sancto dictante, aliquis asseruit. * Metrorum non

non vulgaris decor , dulces Dei ſpiritum profuſum in numeros.] *Cantemus.* (inquit Moſes) Hebr. *Cantabo.* Nam Moſes hoc carmen ſuggerente ſpiritu ſanctô repente compoſuit nomine ſuo, ac ſuorum : quod reliqui ex Moſis ore accipientes Domino intonât. Ergo Dei beneficio grati, ei epinicion côcinamus. * Qui ſpiritu Dei aguntur poſt acceptum beneficium mox de actione gratiarum proferenda contendunt. Vnde ipſe ſuggeſſit ſpiritus ſanctus carmina gratitudinis.] Equum profectò, & equitem, ſiue equos, & currus cunctos milites, ac Regem Pharaonem fluctibus obruit.

Qui ſpiritu Dei aguntur, poſt acceptū beneficium, mox ſtudent referre gratias.

2. FORTITVDO MEA, ET LAVS MEA DOMINVS, &c.] Non nobis laus tribuenda, ſed Domino, quia non noſtræ fortitudini, ſed diuinæ tanta eſt adſcribêda victoria. * Inaniter victor gloriaris, ſi à Deo pugnandi viriliter accepiſti potentiam.] Dominus ergo laus mea, ſiue laudis meæ materia & argumentum. * Laudamur homines, ſed quia tota laudum materia Deus eſt, dum collaudamur, Deus efficitur encomiis.] Factus eſt Deus mihi ſaluator. Hic Deus, qui nos in Rubro pelago ſaluauit, Deus verus, & fortis eſt. Hebr. אל *el* quæ vox *Deū fortē* ſignificat. Eū ergo glorificabo gratitudinis opere. Chald *Ædificabo ei ſāctuariū.* Alij *Habitabo eum*, ſeu habitaculum ei extruam. * Cum illuſtrem Principes victoriam ex hoſtibus reportauerint, Deo opitulatori Templum ædificent, ſeu ſaltem munere exornēt auguſto] Ideo doctus tranſcripſit Interpres, *Decorabo eum.* * Quis ab ægritudinis impugnatione, ex alicuius Diui, quem auxiliatorem inuocauit, liberatur, non gratus illico curat donum aliquod Diuo litare?] Hic ille patrum meorum Deus oſtenditur filios libertās eum altiſſimum palam confitebor, & pro viribus æternum prædicabo.

A Deo accipimus, vt triōphemus. Dum laudā cur Diui, Deus præcipue laudetur laudis materiā exhibens

Principes victores curent Deo aut Templum extruere, aut extructū ornare.

Ab ægritudine liberatus, diuo, quē inuocaſti, litā munus.

3. DOMINVS QVASI VIR PVGNATOR, &c.] Hebr. *Dominus vir pugnæ.* Vt vir vxorem ſubditam habet, ſic belli euentus ex Deo pendent. * Vt Moſes belli euentus ſubditos admodum Deo eſſe exprimeret, ſubiectioni vxoris ad virum comparauit appoſitè, nihil enim vxore ſubmiſſius eſſe debet. Aptius expoſuerim, Dominus cum ſit, ſe militem ſe velut virum pugnatorem oſtendit ad ſuorum protectionem Omnipotens ſeu *Iehoua* nomen eius; * Ex nomine enim Ieſu ſe virum pugnacē exponit, non dedignatur à throno in tentoria procedere, & cum hoſtibus decertare. O Ieſu nominis benignitas!

Nihil ſubmiſſius vxore erga virum, debet eſſe.

Deus ex Ieſu nomine tam benignus oſtenditur, vt velut vir pugnator ipſe pro nobis decertet.

4. CVRRVS PHARAONIS, &c.] Hebr pro *proiecit*, ſcripſit, *iaculatus eſt*. Deus quidē Pharaonis currus, & exercitum equitum proiecit in pelagus ea facilitate, qua ſagittarius ſagittam emittit. Lectiores Duces Ægyptiorum fuere Rubro in æquore ſuffocati. Rubro quidem non ex aquæ colore, ſed ab arena rubra. A Græcis Erithræum, ab Erythro Rege, cuius ad latus ſepulchrum aderat, appellatur. * Non te fallat rerum ſpecies. Aqua rubra tibi videbitur aliquando, quę vincit chryſtallum. O quoties fama proximi clariſſima ex fœdata oppoſitione aſſolet aſpicientibus obſcurari!]

Fama proximi clariſſima aſſolet ex oppoſitione fœda aſpiciēti obſcurata obūi.

5. ABYSSI, &c.] Aquarum voragines eos deglutiêre, inſtar lapidis ad profundum ſuo met pondere properarunt. * O cordis duritiam quam properanter ad profundum agnatum tibi locum deſcendis!

Cordi duro agnatus ad tartarū deſceſſio.

6. DEXTERA, &c.] Tua dextera ô Domine, magna oſtenſa eſt ex fortitudinis operibus, ex decem plagis excitatis, ex Ægyptiorum comminutione : dextera tua ô Domine, tandem inimicum Pharaonem exitialiter vulnerauit. * Crediderim oſtenſam fuiſſe maiorem ex pietate Hebræos protegendi, quam ex fortitudine comminuendi Ægyptios. Vnde iuſtitiæ, ſeu fortitudinis oſtenſioni adſcripſit poſitiuum *Magna* vt comparatiuum *Maior*, & ſuperlatiuum *Maxima* miſericordiæ effectibus reſeruaretur.

Magna oſtēſa eſt Dei manus ex effectibus iuſtitiæ, ſed maior, & maxima ex miſericordiæ operibus.

7. ET IN MVLTITVDINE, &c.] In ſuperabundantia fortitudinis tuæ, qua gloriam conſecutus es, diſſipaſti aduerſarios: pœnas exposuiſti iuſtitiæ tuæ effectus, quæ quidem Ægyptios vti ſtipulam flammæ addictam abſumpſere. * Cur non timet peccator ſuccendi factus ſtipula agnata flammæ : ſi Dei gloria eſt, impium abſumere, & ſupplicio horribili vulnerare?

Gloria Dei eſt, impium ſupplicio afficere.

8. ET IN, &c.] In indignatione, & furore tuo hinc inde aquæ ſunt congregatæ vt Hebræis tranſitus pararetur; vnda fluida præter morem ſtetit, conſtitit ſicut aceruus chryſtalli coagulati; (ſic ex Hebr.) abyſſi montes compacti liquoris (ex LXX.) efformarunt. Si præparatur Hebræis tranſitus, cur dicuntur aquæ in Dei indignatione conſtitiſſe? * Quia tunc Deus effectus horribilis indignationis exponit impiis, cum munificus admodum iuſtis oſtentatur, aſpectantibus impiis]

Horribilior Deus impiis oſtenditur, dū iuſtis ſe munificū, eis videntibus, præſtat.

9. DIXIT, &c.] Pharao iactitabat: Fugientes perſequar Hebręos, & illos illico côprehendā, opes eorum abripiam militibus diuidendas, anima mea ex eorum nece voluptate replebitur: gladium demum ſtringam, & manu mea exitialiter vulnerabo. Impius Pharao cæcus colligauit ineptias. Perſequeris ex auaritia, & crudelitate : ſed vndenam ſcis te eos comprehenſurum? * Nemo prudens varios euentus belli ſuo audet affectui accommodare.] ſpolia te diuiſurum aſſeris? Quando Dux auarus ſi accepit opes, ſpolia militibus diuiſit? Vtinam eos propriis ſtipendiis non ſpoliet! * Manu tua vulnerandos affirmas Hebræos? Te carnificem futurum promittis. * Hoſtes pugnādo vulnerare, Regium eſt; at ſtringere gladium poſt victoria, vt ſupplices interimat, carnificinam ſubolet, non Regiam actionem.

Nemo prudēt belli varios euentus ſuo accōmodet affectui. Duces non diuidūt ſpolia militibus. Regiū nō eſt, ſed carnificinā ſubolet, ſupplices vulnerare.

10. FLAVIT, &c] Tuæ vltionis potentia ſufflauit, vt coagulatæ vndæ fluerent, & eos fugientes pelagus detineret, inſtar plumbi, Ægyptij immenſi abyſſi graues peruenerunt ad centrum. * Nunquam enim non iniquitas plumbea.]

Plumbea iniquitas.

11. QVIS, &c.] Hebr. אל *Deus fortis. Quis ſimilis tui in diis* (ſic LXX.) *Domine?* Dij qui falſo fortes habentur ſua conficta potentia infirmi, ac imbelles oſtentarent. Si cum potentia veraci tua decertare inſurgant, ex fabuloſa narratione. Quis vel fictione ſtudioſa tibi poteſt ô Domine comparari? Magnificus es in ſanctitudine *terribilis laudibus*, (Hebr. ſic.) quia

omni

omni præconio maior; non mortales modò, sed etiam cœlicolæ tuas formidant laudes exequi, scientes non posse pro merito collaudare. Opera enim tua mirabilia commendari non possunt dignè, nisi laudatorum mirabiliter acuantur ingenia: * Sic *terribilis, atque laudabilis* es, quia cum te iusto terribilem aliquando ostentas, eius mederis ægritudinibus, eius fidem acuis, eius merita probas, vnde laudabilis admodum ostentaris.]

Cum Deus iustis se terribilem ostēdit laudabilis admodū est, quia cruciat vt sanet.

12. EXTENDISTI, &c.] Tuam potentissimam manum in manu Mosis extendisti, & eos aluei vorauit arena: sic in infernum eorum animæ descenderunt. * Parum esset, à mari absumi corpora, si animi à tartaro non absoluerentur; quia si spiritus liberatur, cuncta corporis incommoda nihili reputanda.]

Si animus liberatur, omnia corporis incommoda nihil.

DVX FVISTI. &c.] Earitatis tot mirabilibus populum tuum redemisti ex Ægypti seruitute, & ducens eum (prophetice dictum) portasti, seu portabis, deuictis hostibus plurimis, ad terram Chanaam patribus promissam, tuum quidem sanctum habitaculum, quia inibi Abraham, Isaac, & Iacob viri sancti habitarunt, quia inibi Templum extruendum, quia in ea. Christus, Deipara, Apostoli in ea nascituri. Quam aptè Moses quod futurum erat, iam actum asseruit. *Portasti eum ad habitaculum sanctum tuum*; quia si Deus ab Ægypto deduxit Hebræos, incœpta perficiet. * Te Deus à sæculo duxit ad Religionis desertum? Si ducem sequeris, deportabit ad patriam.] * Imò iam deportatum te ad superos existima ea primo ducatu. Si sequare ductorem; quia Regulare inire institutum, prædestinationis est documentum.] * Porrò ad Dei habitaculum sanctum deportantur Hebræi, cum ad Diuorum Abrahæ, Isaaci ac Iacobi habitaculum ducuntur; quia inibi Dei cœlum est, vbi iusti cœlestes commorantur.]

Deus qui ducit te è sæculo ad Religionem, deportabit ad patriam.

Religionem inire, perspicuū est prædestinationis signum.

Vbi adsunt iusti, ibi Dei habitatio.

14. ASCENDERVNT, &c.] Egressi sunt Philisthæi (prophetat Moses) vt Hebræos succensi ira ab aditu Chanaan prohiberent, sed repugnantium vulneribus acti, dolores pro victoria obtinuerunt. * Sic qui ad Deum ex Ægypto properantes student impedire diris afficiuntur plerumque doloribus, vel in sæculo. Horribilibus vidi subiacere suppliciis eos, qui filium, fratrem, propinquum, aut amicum à sæculo studentem exire, & Regulare inire institutum, à proposito vi, aut monitis auocarunt.

Suppliciis horribilibus vel hic afficiuntur, qui auocare curant à Regulari instituto ineundo propinquos, aut amicos.

15. TVNC CONTVRBATI, &c.] Principes viri Edom, fortissimi Moabitæ, audito accessu Hebræorum, conturbabuntur, cuncti Chananææ habitatores præ timore stupentes æmulabuntur, rati ab habitaculis tanto se milite deturbandos. * Et quando non reputatur propria ruina ciuis socij potentia.]

Ruinam tuā reputas esse, socij ciuis potentiam.

16. IRRVAT SVPER EOS, &c.] Excitentur, ô Domine, tua rursum prodigia, si oportuerit: vt cuncti hostes curantes impedire Hebræos, formidine ac pauore concutiantur: immobilitatem lapidum imitentur. (Hebr. *Sileant, vt lapides*) donec populus tuus in terram promissam pertranseat: donec iste populus quem tot beneficiis emptum possedisti, possit ad patriam remeare. * Deus quidem, cuius iam à creatione populus, quasi speciali eum iure possedit post tot beneficiorum expressionem. O quotiens Dei sumus tot beneficiorum multiplicatione.

Multoties Dei sumus tot beneficiorum multiplicatione.

17. INTRODVCES EOS, &c.] Demum, ô Domine populum tuum in terram Chanaanitidem introduces non peregrinatorum, sed plantandum, vt stabilem, instar arborum, ac naturalem sedem obtineat: in monte scilicet Sion, in quo Templum ædificandum est; tua hæreditas erit Hebræus, & Templum tuum erit habitaculum firmissimum, quod tuæ potentissimæ ac ditissimæ manus sunt Regum studio suscitaturæ. * Certè vbi Dei Templum adest, inibi Dei hæreditas est populus, inibi, instar arboris, virtutum germina fideles exponunt.

Vbi est reuerentia erga Templū, ibi fideles germina virtutū exponunt.

18. DOMINVS REGNABIT, &c.] Locutio hyperbolica: (sic aliqui exponunt) Dominus regnabit in æternum, & vltra, si aliquis vlterior terminus statui possit, qui æternitate non comprehendatur. Aptius ad Regnum Dei apud Chanaan accommodabo ex Hebr. verbi עולם *olam* significatione. Æternum vocitatur sæculum longissimum; cuius finis, ac terminus non videtur, etiamsi ipsum verè ac propriè æternum non sit. Vnde quando absolutam æternitatem volunt Hebræi significare, adducunt particulam, *Et vltra*. Regnum Domini apud Hebræos longissimo sæculo duraturum, æternum demùm durabit in patria. * O quam exigua omnis sæcularis fœlicitas, licet videatur ob longæuitatem æterna, si non addatur *Vltrà*. Stude ergo fœlicitatem temporariam tuam æternæ copulari, vt verè fœlix appellari valeas.]

Temporaria fœlicitas exiguæ durationis, si non colligetur æternitati.

19. INGRESSVS EST ENIM, &c.] Hebr. *Ingressus est equus*. Sic legendum. *Equitatus Ægyptius properauit ad pelagi alueum*, Pharao scilicet cum curribus, & equitibus suis se misit in æquora ambulaturus, Hebræosque persecuturus. At Dominus coagulati maris rursum liquidauit vndas, vt exercitus totus obrueretur: dum filij Israel siccis pedibus per aluei medium incedens, littus obtinuit.* Non omnibus datum est, inire pelagus, & siccis pedibus ambulare. Hoc Israelitarum est priuilegium. Vndis sæculi absorberi timeat, qui ad contemplationis exercitamenta vocatus, properare non veretur ad proximos, ausus Pharaonis æmulator.]

Vndis sæculi absorberi timeat, qui vocatus ad cōtemplationē, non veretur pelagus inire, proximorum studens ministeriis.

20. 21 SVMPSIT ERGO MARIA, &c.] Adera Maria Prophetissa appellata, quia cum ea Deus aliquando locutus postea Num. 12. 2. * Qui enim cum Deo per orationis exercitamenta init sermonem velut præsagus futurorum ex cœlesti luce, animi curat incommoda præcauere.] Erat soror Aaron. Potius quam Mosis soror dicitur, quia Aaron Mose senior & proximè post Mariam natus. * Ætatis prioritas nunquam non honoranda.] * Virginem reor hanc illustrem fœminam, vt quæ Mariæ Deiparæ typum gereret, tam æstimabilem ei virtutem æmularetur.* Maria ergò prophetes soror Aaronis tympanum seu corium, aut pellem ligno ea vna parte extensum tulit, & eum manus, aut bacilli pulsu fecit resonare.* Quæ fœminæ egressionis instantia

Tympanum Maria sumit, & pulsat, concinūt fœminæ, de mari Rubro tollitur Israel.

Ætatis prioritas honoranda.

Deipara magni duxit virginitatis decus.

Tympana fœminarum deliciæ.

ſtantia tempus non obtinuere ad coquendos panes, nec turbatione, nec inſtantia Ægyptiorum impediuntur, quominus tympana deportarent.] Cunctæ fœminæ Hebrææ, & Ægyptiæ comites, aſſumptis tympanis, hæſere Mariæ vt choros canendo, & ſaltando efformarent. Ductria autem Aaronis, ac Moyſi ſoror præcioebat. Hebr. *reſpondebat illis*: Maria ſcilicet ac mulierum chorus Moſi, ac virorum choro reſpondebant, primum illum verſum: *Cantemus Domino, &c.* tanquam intercalarem, repetentes.

22. Tulit autem, &c.] Moyſes profectus de maris Rubri litoribus Hebræum populum fecit recedere: deſertum Sur, quod alio nomine Etham vocitatur, tenuére: & poſt trium dierum iter aquam potabilem non inuenerunt.

3. *Veniunt in Mara, vbi amaræ aquæ murmurat populus, ligno in aquas immiſſo dulcorātur, perguntque Hebræi in Elim.*

23. Et venerunt, &c. Ad ſtationem, ſeu manſionem quintam Hebraicus populus eſt deductus, (Mara iam vocitat ex prolepſi) vbi aquarum amaritudo pelagi ſapiens] vndas, eorum non poterat extinguere ſitim. Vnde Moſes aptum loco nomen impoſuit Mara, quod ſignificat amaritudinem: vt rei congrueret appellatio. *O quoties rebus nomina non conueniunt! Voluptatem nominas iniquam actionem, quam aptius *Mara* nominares. Quomodo enim iniquæ actioni poteſt voluptatis nomen conuenire, ſi quælibet actio iniqua eſt totius amaritudinis epilogatio?

Actioni iniquæ non poteſt cōuenire voluptatis nomen.

24.25.26. Et murmuravit, &c] Siti preſſus obmurmurat populus, proclamans vtique. *Quid bibemus?* * Illud enim ipſum rogitare ſubditum, quid comedet, aut bibet, obmurmurare eſt. Ad ſuperiorem attinet prouidere, *quid ſubditi abſumpturi ſunt; non ad ſubditos. Vnde Moſes non quidem murmuratione populi, ſed proprio è munere excitatus ad Dominum clamat preces profundens. *Præſul enim in communitatis inopia ad communem largitorem accurrere debet. Porro haud irrita deprecatio; Deus enim ei lignum oſtēdit, ſeu arboris ramum, (innominati quidem) qui non miraculo ſed naturali facultate dulces redderet aquas. *En Crucis ſimulacrum, cui agnatum ex I e s v, omnium laborum amaritudinem dulcorare.] Dum populus apud Mara quieſceret, aliquas ei leges ceremoniales, ac iudiciales indixit, quarum ſanctione curauit populi obedientiam experiri. Si obedieris (inquit) præceptis hiſce, ex vlceribus, ſiti, peſte, aliiſque plagis, quibus oppreſſi Ægyptios; nulla meum populum vulnerabo. * Ego enim Medicus Iſraël. Inferam aliquando ægritudinem ad populi profectum, ſed illico ſanitatem perficiam,] Vidiſtis ligni immiſſione aquas eſſe ſanatas? ſic iuſtos Iſraëlis ſanabo filios. *Et quando labores, ærumnæ, ac ægritudines iuſtum potuerunt comminuere.

Quæritare ſubditis circa cibum, ac potum, obmurmurare eſt.

In communitatis inopia exōrans Præſul ad communem largitorem accurrat.

Cruci agnatum, laborum amaritudinē dulcorare.

Deus iuſtorū Medicus.

Iuſtū laborēs non cōminuunt, ſed probant.

17. Venerunt autem, &c.] Ad ſextam manſionem nempe Elim Hebræi peruenere, apud quam poſt Mara primam penuriam, aquarum copiam inuenerunt, duodecim voraginibus profluentibus aquis, quas ſeptuaginta palmarum obumbratio fecerant dulciores. Caſtra inibi collocarunt, vt fontium vndis, & palmarum fructibus reficerentur. *Penuria quidem abundantiæ aſſolet offerre præſagium.

Penuria abūdātiæ aſſolet eſſe præſagium.

CAPVT XVI.

Farina deficit, & fame preſſus Iſrael obmurmurat, cuius ſaturationi volitant coturnices, cuius ſobriæ nutritioni Manna profluit.

1. PRofectique ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſraël in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti. 2. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine. 3. Dixerúntque filij Iſrael ad eos: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: cur eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame? 4. Dixit autem Dominus ad Moyſen: Ecce, ego pluam vobis panes de cælo, egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. 5. Die autem ſexto parent, quod inferant: & ſit duplum quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. 6. Dixerúntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael: Veſperè ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: 7. & manè videbitis gloriam Domini: audiuit enim murmur veſtrum contra Dominum: nos verò quid ſumus, quia muſſitaſtis contra nos? 8. Et ait Moyſes: Dabit vobis Dominus veſperè carnes edere, & manè panes in ſaturitate: eo quod audierit murmurationes veſtras quibus murmurati eſtis contra eum: nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. 9. Dixit quoque Moyſes ad Aaron: Dic vniuerſæ congregationi filiorum Iſrael: Accedite coram Domino: audiuit enim murmur veſtrum. 10. Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinem & ecce gloria Domini apparuit in nube. 11. Locutus eſt

autem

autem Dominus ad Moysen, dicens: 12. Audiui murmurationes filiorum Israël, loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: scietisque quòd ego sum Dominus Deus vester. 13. Factum est ergo vesperè, & ascendens coturnix, cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum. 14. Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ super terram. 15. Quod cum vidissent filij Israël, dixerunt ad inuicem: Manhu? quod significat: Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. 16. Hic est sermo, quem præcepit Dominus, colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum, quæ habitant in tabernaculo, sic tolletis. 17. Feceruntque ita filij Israel: & collegerunt, alius plus, alius minus. 18. Et mensi sunt ad mensuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. 19. Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in manè. 20. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque manè, & scatere cœpit vermibus, atque computruit, & iratus est contra eos Moyses. 21. Colligebant autem manè singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol liquefiebat. 22. In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. 23. Qui ait eis: Hoc est quod locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino cras. quodcumque operandum est, facite: & quæ coquenda sunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in manè. 24. Feceruntque ita vt præceperat Moyses, & non computruit: neque vermis inuentus est in eo. 25. Dixitque Moyses: Comedite illud hodie, quia sabbatum est Domini: non inuenietur hodie in agro, 26. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non inuenietur. 27. Venitque septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt. 28. Dixit autem Dominus ad Moysen: Vsquequò non vultis custodire mandata mea, & legem meam? 29. Videte quòd Dominus dederit vobis sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. 30. Et sabbatizauit populus die septimo. 31. Appellauitque domus Israël nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi similæ cum melle. 32. Dixit autem Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes: vt nouerint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti. 33. Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & repone coram Domino, ad seruandum in generationes vestras, 34. sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum. 35. Filij autem Israël comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequò tangerent fines Terræ Chanaam. 36. Gomor autem decima pars est Ephi.

COMMENTARII.

1. *Veniūt in desertum Sin, queritur populus de famis pressura, Deus promittit de cœlo panes.*

VERS. 1. PROFECTIQVE SVNT, &c.] Octauæ mansioni Hebræus populus addicitur hodie, (septima enim, quæ fuit ad mare Rubrum, cuius memoria fit Num. 33.10. hic omittitur, quia nihil in ea peculiare accidit.) De Elim ergò Israël processit, & desertum Sin obtinuit, quod inter mare Rubrum & Montem Sinaï adiacet: & est diuersum à deserto Sin, quod & Cades dicitur, de quo Num. 20 1. & diuerso modo describitur. Desertum autem Sin, (de quo in præsenti) populus iniit trigesimo die ab egressu de Pharaonis captiuitate.

2. ET MVRMVRAVIT, &c.] Hebr. וילנו *vaialonu*, *stetit*. Aduersum Mosem & Aaronem populus stat, seu exurgit, cum farina deficeret, quam ex Ægypto tulerant. Rem tineo verbum *Murmurauit* vocabulo conuenientius Hebræo, sed adnotans idem prorsus esse communitatem stare, & murmurare. Stat otio soluta communitas subditorum? Mirum

Mirum esset, si aduersus Præsulem non murmuraret.

3. Dixervntqve,&c.[Dixereque Israëlitæ: Vtinam morte à Domino irrogata per ægritudinis lethalis immissionem periissemus apud Ægyptum, quando super ollas carnium considebamus satietate fruentes. O miseri fame perimus à vobis educti in solitudinem. Si abriperemur ex humore lethali à noxia satietate excitato causa inerat lethorat fame deperire, est sine causa mori.* Et quid miserius, quam fortes viros, nullo ab hoste valido, vulnere inflicto comminus?] Particulam illam: *Super ollas*, alij transtulere, *Iuxta ollas*. At aptius dictio *super* voracitatem crassi populi ollis incubantis expressit. * Multis ex capitibus plebs illa crassitie laborare ostenderim, porro sufficientissimam crediderim crassitiei causam extitisse saturitatem.

Miserè sine vulnere perire.

Saturitas causa crassitiei meatus.

4. Dixit avtem,&c.] Dominus Mosi fatur: Ego manna ex æthere profluam ex cuius granulis contusis panis tortulas Hebræi conficiant. Populus quotidie egrediatur è castris, & colligat quæ ad illius diei sufficere videantur anyonam. Sic enim probo, an sit fidelis, nec ne. Si enim post manna collationem meis populus præceptis non præstat obsequium quasi immedicabilis malitiæ ostētabitur. * Certè per ineffabile Eucharistici mannæ beneficium se intolerabilis iniquitatis obiiciet, si gratitudinis ergo non se voluntati largitoris tanti præstiterit obsequentem.

Qui post Eucharisticum manna acceptum non se præceptis Dei obediētem exhibet, intolerabilis malitiæ est.

5. Die avtem. &c.] Porro die Veneris præparent, quod in sequentem diem inferant alimentum, id est, colligant, & inferant in tabernacula sua partem manna, qua die sequenti Sabbati vescantur: quo quidem die à labore colligendi, molendi, & coquendi manna debet cessari. Hinc feria sexta Parasceue est dicta a præparatione ciborum, quæ illa die fiebat pro Sabbato. * Profectò feria nostra cibis præparandis seu condiendis veniam ideo largitur, vt animus à piaculis labore recedat studiosius, dum corpus necessariis ad vitam ministeriis operam expendit.

Festa Christicolarum præcipuè animi à criminū labore quietē requirunt.

6.7 Dixervntqve Moyses, &c.] Vespere (profantur Moses, & Aaron) scietis ô Hebræi Dominum vos è captiuitate liberasse. An poterant ignorare Deum exitus de Ægypto auctorem extitisse? Minime plane. Cui ergo Proceres aiunt: *Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos, &c.* * Quia qui obmurmurat contra Prælatos, videtur beneficium Dei circa eductionem suam de sæculari captiuitate abnegare.] Additur beneficium coturnicum; & mannæ, quod eis esse possit in argumentum, quod ex Ægypto egredientes secuti essent Dominum. Scitis (ac si dixerit) Dominum vos de Ægypto eduxisse, an Moysem & Aaronem contra quos murmuratis? Profectò existimare videmini à nobis, non à Domino eductos. Vt ergo sciatis Deum vos eduxisse, ipse vespere coturnicibus, mane autem manna saturabit. * Qui enim Deum Ducem sequitur, consequenter omnibus abūdabit.] * Vestrum murmur audiuit: contra Deum murmur iactitastis, qui vos ex Ægypto deduxit.] Nos autem solummodò vicarias agimus, & interpretes: vnde vestro murmure non percutimur.

Qui murmurat contra Præsules, videtur abnegare Deū fuisse auctorē eius eductionis de sæculo.

Qui deū ducem sequitur, cōsequenter omnibus abūdabit.

Qui contra Præsulē murmurat, contra [illegible] murmur excitat.

8. Et ait,&c.] Largitur (ait Moses) vobis Dominus vespere volucres edendas, mane autem panibus vos satiabit, eo quòd vos obmurmurantes exaudierit aduersus eum. Cum enim contra nos minùs nudos murmurare volueritis, nihil sumus. At cum nos Deus Præsules constituerit, qui obmurmurat contra nos, ad Deum murmur direxisse, quis dubitet? Premo particulam, *Dabit vobis Dominus vespere carnes, & mane panes: eo quod audierit murmurationes vestras*, Imo quia murmurationes exaudiuit, debebat volucres, & manna denegare. Quam pulchrè! * Sæpe Præsul, obmurmurante communitate, debet votis annuere, ne obmurmuratio pacis communis turbatrix accrescat.

Murmurante communitate Præsul votis annuat, ne obmurmuratio accrescat.

9. Dixit qvoqve, &c.] Moses Aaronem monet, vt hæc populo indicat: Coram Domino accedite, properate, ad columnam nubis, in qua Dei præsentia se exhibet, nube viens pro tabernaculo, accurrite veniam postulatum. * Audiuit enim obmurmurationem vestram, & tamen decreuit vos muneribus cumulare. * Qui pro piaculo munus impendit loco supplicij, ad pœnitudinem trahit delinquentem.

Deus exhibēs munera pro piaculis, nos ad pœnitentiam trahit.

10 Cvmqve, &c.] Postquam Aaron verba ad omnem cœtum filiorum Israël fecit, ipsi extra castra se pexere versus solitudinem, & eu nubes Ductrix gloriam Domini proferebat: splendor enim, & radians iubar, quo se quasi per Angelum aspectandam diuina Maiestas exhibebat, apparuit.

2.
Gloria Domini apparet in nube, promittit Deus coturnices, & mānna, auolant coturnices.

11. Locvtvs est, &c.] Ad Muysem solum, qui accesserat orationis ad nubem, dum Aaron populum alloquebatur, Dominus verba fecit. Quid autem Moyses precaretur, si iam Deus promiserat auolaturas vespertina instantia volucres, matutina autem luce manna? Certè Præsul orabat, ne beneficia illa exhiberentur ingratis, quibus maioris causa damnationis existerent.] * Nam qui accipit beneficium, & non obsequentior ostenditur, dirioris supplicij vulnere sauciatur.] Exaudiui (inquit Deus) querelas populares, profare ad illos: Vespere quidem carnibus, mane autem panibus saturabimini: atque Dominum vestrum esse agnosceris. * Proprium est enim Domini subditorum commodis prouidere.]

Qui benefic[illegible] à Domino accipit ingratus, dirioris supplicij vulnere sauciatur.

Proprium est Domini, subditorum cōmodis prouidere.

12. Factvm est, &c.] Quid plura? Illius diei vespertina instantia coturnix vento acta auolauit, & castris insedit incredibili multitudine, vt excedere possent, & indies proximas alleruare. At aurora ascendente tota planities strata, ac cooperta fuit rore, seu manna; quod quidem rori conglaciato in morem pruinæ, & Chrystallinæ guttæ ad coriandri seminis formam conglobatæ, erat simile. Coturnix castra operuit, manna extra castra per circuitum apparet. Quare, precor? * Quia Eucharisticus panis, cuius manna typum gerebat, animum requirit pacificum, nullo rixarum perturbatum strepitu.

Eucharisticum manna animū requirit pacificū nullo rixarum strepitu perturbatum.

Cvmqve opervisset, &c] Terræ superficiem operuit manna minutum quidem, & album, instar tritici, cui pili

3.
Apparet manna in solitudine, iubentur colligere gomor singulis, colligūt Hebræi

tunsione cortex detractus est: totum autem proximum operiebat desertum, sicut pruina assolet tellus irrigare.* Quam aptè manna in solitudine fluit, quia Eucharisticus panis animum requirit solitarium.]

Eucharisticũ manna animũ solitariũ requirit.

15. QVOD CVM VIDISSENT, &c.] Aspectantes itaque Israelitæ roris granula inuicem mussitarunt: *Manhu*, id est, Quid hoc? vnde *manna* nomen exoritur. Eo (inquit Moses) panis quem Dominus vobis præparauit in cibum. * Si panis Eucharistici speciem intueatis, haud *Manhu* quid hoc? proclamare cogeris: Clamitent id, qui, quid sit ignorant: tu capiens ex fide, silens comede. Quod enim non capis, quod non vides, animosa fides obfirmat.

Christicola non debet quærere: Mãhu, quid hoc? sed fide intelligens, manducare Eucharistiã.

16. HIC EST SERMO, &c.] Gomor est mensura, quæ ad hominis victum per vnum diem est satis. Hoc (inquit) est præceptum, quod Dominus vobis indixit: Vnusquisque ex manna sufficientem colligat portionem iuxta personarum quolibet in tabernaculo degentium numerum. Certè gomor sufficit vni pascendo * Temperantiæ consulit. Tantum enim cibi, ac potus adhibendum corpori, quantum reficiendi viribus sufficit, non quantum deprimendis superfluit.]

Tãtũ cibi ac potus adhibẽ corpori, quãtũ sufficit viribus reficiendis: non quãtũ deprimendis superfluit.

17. FECERVNTQVE, &c.] Vnusquisque colligebat manna vase aliquo siue maiori siue minori prout granula veniebant ad manum, quod domum relatum mensuram vnius gomor implebat siue plus, siue minus fuisset collectum. Eadem mensura viro, & puero: valido, & infirmiori, qui minus cibi desiderabat, sufficiebat. *Omnia hæc cœlesti contigêre miraculo in egregium Eucharistici Mannæ documentum.

4. Qui plus collegerat nõ habet amplius, nec minus qui collegerat minorẽ portionẽ, nã reliquitur vsq; mane, asseruatum mãna scatet vermibus, sole liquescit.

19 DIXITQVE, &c] Vt Moses eorum incredulam prouidentiam, auarumque compertam affectum, dixit: Nullus audeat manna in diem sequentem reseruare. Porro cum freno non nouerit parere auaritia, quidam inobedientes in proximum diem parare sibi cibos voluerunt; at asseruatum manna vermibus scatere cœpit expresso miraculo, neque enim ea mannæ natura vt vltra diem vnum asseruari non posset; quod enim die veneris colligebant, sabbato eis præbebat alimentum. * Quod contrà legis præceptũ acquisieris nulli vsui poterit adaptari: imò vertetur in vermem, qui licite asseruata corrodat] Certè Moses iustâ iracundia in transgressores succenditur, qui gratis delinquere v[illegible]ebantur. Non eis auferebatur manna crastinum, recentius exponebatur in deserto, nullus fructus eis ex retentione accrescit: & tamen delinquunt. O supplicij rei ineffabilis, qui sine commodo ob solam impietatem delinquere non verentur!

Eucharistici Mãnæ simulacrum.

Quod contra legis præscripta retinetur nulli vsui paret: imo in vermẽ vertitur qui licitè asseruata corrodat.

21. COLLIGEBANT &c.] Mane singuli è manna colligere curabant, quantum diurnæ sufficeret annonæ; at sole incalescẽte, liquefieri aspiciebatur in deserto; ne cælestis ille cibus in terra putresceret, calcaretur, & vilipẽderetur.* Nulla enim irreuerentia permittenda erat in Eucharistiæ typo, quã tota decet animi reuerentia.

22. 23. 24. 25. 26. IN DIE AVTEM SEXTA, &c.] Hebræi ergo die veneris cibos duplices colligunt, siue duo gomor singulis. At primores familiarum narrarunt Mosi se eius præcepto paruisse, sed ignorare, quorsum id eis iussum fuisset. Certe Dominus non exposuerat se ob sabbati religionẽ id imperasse Moses autem profatur quæstioni satisfaciens Causa Dominicæ præscriptionis hæc est: sabbati requies ad Domini honorem cras primum sanctificabitur, seu dicabitur. Ergo hodie parasceue fiat, seu hodiernæ alimoniæ præparatio: coquite, ac coquite tortulas quæ quidem ad crastinam necessariæ sunt refectionem. Hodie comedite ex præparatis, quæ autem ex duplici gomor superfuerint consulto, ad crastinum edulium reseruate. Paruere Israëlitæ, & asseruatũ ritè manna non computruit nec vllus in eo repertus est vermis.* Licite enim asseruata durant, & proficiunt At ipsa diei sabbati prima aurora rursum Moses admonuit: Quod pridie reseruastis, hodie comedite; quia enim sabbatum Domini est, manna æthera non stillabunt. * Cœlum ipsum ostenditur præcepti obseruator, Cœlum imperat hominibus, quod ipse prius custodire dignatur. Nec enim Præsul aptè præcipit obseruandum, quod ipse prius despicit custodire. Sex ergo diebus colligite, die veneris duplicem præparare portionem: hodie non exeatis colligere, quia sabbatum est Domini, & ideo æthera non emittent.

5. Die sexta cibus duplex colligitur ob sabbati religionem.

Quod licite asseruatur, durat, & proficit.

Cœlum imperans sabbati religionem, prius eam obseruat.

27. 28. 29. 30. VENITQVE SEPTIMA DIES, &c] Illa ergo septima ipsa die post recessum Mosis quidam parum fideles recentioris alimoniæ cupidi egressi sunt vt manna quæritarent, sed minime inuenerunt. * O stulti, post laborem egressionis, piaculo vos contaminastis! Ea est violatorum festi stultitia: ex labore comparant damnationem.] Vnde Dominus inuectiuus Mosi Præsuli populi profatur: Legem meam cur transgredimini? Sabbatum Dominus colendum summa religione vobis instituit: & vt coleretis sine excusatione cibi præparandi, sexta feria vobis duplices cibos colligendos impendit. * O quotiens Deus, quia festum perfectè custodisti, nec ex auaritia acquirendi, laborasti, *propterea* tibi duplices cibos impendit, seu opum tribuit incrementa!] Festum violas, vt duplicem acquiras annonam? *Propterea* Deus tuam imminuit substantiam, nec quid edas potes acquirere.] Cuncti ergo sabbato quiescant, nullus ad inutilem profectionem se accingat. Ergò populus die septimo sabbatum Domini custodiuit. Cur autẽ Dominus sãctissimo Mosi tribuere videtur sabbati transgressionẽ: Dixit Dominus ad Moysẽ. *Vsquequo nõ vul is custodire mãdata mea?* *Profectò subditis delinquẽtibus Præsuli aptè piaculum quodammodo tribuitur cuius munus subditos continere.

6. Commendat sabbati religionem.

Violantes festa ex labore cõparãt dãnationem.

Quia festum custodit homo nec ex auaritia acquirendi, laborat: Deus ei duplicem cibũ impẽdit, siua facultatem auget.

Vi[illegible]torem festi, ne acquirat cibũ duplicem Deus vel vno illo cibo priuat.

Præsuli tribuitur piaculũ subditorũ.

31. APPELLAVITQVE DOMVS ISRAEL NOMEN, &c.] Hebræi itaque cibum illum *Man* seu *Manna* appellarunt, quia cum primum viderant, profudere: *Manhu quid est hoc?* Semper enim tam specialem in pane illo gustum inuenerunt, vt possent, quotiens ederent, rogitare: *Manhu quid est hoc?* Id plane aptius conuenit Eucharistico mannæ, quod

quidem

quidem quotidie absumptum nouam excitat admirationem ex mira dulcedine, *Manhu?* Certè manna album erat, & eius figura, ac quantitas coriandri semen æmulabatur. At gustus eius quasi farina melle admixta. Sapor hic ipsi mannæ erat quasi congenitus: ita sapiebat communiter, si comedens nullum alium desiderabat cibum: nam si ipse aliud quid cuperet, mox id manna sapiebat, vt sapiens expressit, Cap. 16. 20. An id tantum piis? Ita plane (licet & impiis accidisse multi probabiliter affirment.) * Nam tam egregius Eucharistiæ typus ex hoc capite debebat cœlesti pani accommodari, quod amarus iniustis, iustis exhibeat omnium spiritualium ciborum suauitatem.]

Eucharisticũ mana iustis exhibet spiritualiũ ciborũ suauitatem.

32. DIXIT AVTEM MOYSES, &c.] Moses autem populo profatus est: A Domino circa manna aliud accepi indicendum vobis imperium. Impleatur, inquit, vas gomor mensuram æquans mannæ granulis: & futuris generationibus addictum custodiæ ostentabile, quoniam vos ex Ægyptiaca seruitute eductos pane pauerim in deserto. Non enim mercenariorum atro, & rustico: sed filiorum vos dulci, candidoque pane satiaui.

33. 34. DIXITQVE MOYSES AD AARON, &c. Aaroni autem Moses: Vasi, inquit, mannæ reponatur quantum mensura gumor capit, & coram Tabernaculo collocabis, cum fuerit extructum. Vt sit posteris benignitatis ac munificentiæ Domini documentum in gratiarum actionem. * Proferre enim, & æternare beneficij memoriam, egregia quidem est actio gratiarum.] Hæc à Domino, addit, indicendum tibi accepi. Aaron ergo vas impleuit manna, & decenter arculæ tradidit, extruendo Tabernaculo custodiendum.

Actio egregia gratiarũ est, memoriã beneficij æternare.

38. FILII AVTEM ISRAEL, &c.] Porrò Israëlitæ panes ex dulcissimo manna confectos absumpsere annis quadraginta, donec ad habitabilem terram fuere deducti. Hic Hebræorum cibus, dum patriæ fines non attigere. Profectò gomor decima est trium Satorum pars, (sic Chald.) Ephi enim tria continet sata, seu tres modios. Gomor verò, quæ erat decima Ephi tertiam ferè modij, nempe nostri modij duas ferè tertias, quod vni homini in diem satis aderat alimenti. Quæris, cur Dominus mox fluente manna, iusserit in vase reponi, & asseruari, vt structo Tabernaculo traderetur? An non aptius post Tabernaculi extructionem simul fieret vasis impletio, & repositio? * Certè Deus curauit beneficium mannæ æternari, cum mox gratiarum imperat actionem. Hæc enim beneficium recenter acceptum efficit conseruari, & æternari.]

Gratitudo circa beneficiũ recẽter acceptũ illud efficit cõseruari & æternari.

CAPVT XVII.

Murmuranti iterum præ siti populo Moses percussa petra aquas impertit: Amalech inuadens Hebræos à Iosue expugnatur.

1. IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erant aquæ ad bibendum populo. 2. Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? 3. Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? 4. Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. 5. Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum: & sume tecum de senioribus Israël: & virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. 6. En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiésque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israël: 7. & vocauit nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Israël, & quia tentauerunt Dominum, dicentes: Est-ne Dominus in nobis, an non? 8. Venit autem Amalec & pugnabat contra Israël in Raphidim. 9. Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. 10. Fecit Iosuë vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. 11. Cúmque leuaret Moyses manus vincebat Israël: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. 12. Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. 13. Fugauitque Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij. 14. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentũ in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriã Amalec sub cœlo. 15. Ædificauitq;

Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea dicens: 16 Quia manus solij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione ngetionem.

COMMENTARII.

1. *Hebræi in Raphidim sũt castrametati, sitiẽs populus minaciter postulat aquã, Moses clamat ad Dominum, qui ei iubet petrã vulnerari.*

Qui contra Præsules ob murmurat, Deum tẽtat. In spiritus via dulcia amaris, amara dulcibus cõdiuntur.

VERS. I. IGITVR PROFACTA, &c.]Itaque proficiscitur Hebræorum familia è deserto Sin per stationes, quas Moses non enumerat:& qui è moüto Dei recesserãt à Sin, eadem munente Mosis ea ore, castra apud Raphidim vndecimam mansiooem collocarũe Porrò Raphidim inata montem Sinai collocatur, alterque locus ille *Massa* dicitur, siue *tentatio*, ex Hebræorum murmure, quo Dominum tentauere.*Nam qui contra Præsules obmurmurat, Deum tentare non dubites. Profectò in Raphidim tanta erat aquæ penuria, vt populus sitis premeretur. Ex Mara pergunt Israelitæ ad fontes, & palmas: ex fontibus proficiscuntur ad aquæ penuriam.* Sic se habet spiritus via: dulcia amaris, amara dulcibus condiuntur.]

Ingratitudo vilis, obmurmurare cõtra eum, qui te multis beneficiis affecit, quia defecit in vnico.

2. QVI IVRGATVS &c.]Moysi populus se ostentauit ingratum, clamãs concitata ac minaci voce: Aquam præbe, vt sitim extinguamus.* Certè ingratitudinis vilissimæ est, contra eum, qui multis te beneficiis affecit, ob vnius commodi defectum obmurmurare.] Moses respondit: Cur iurgis, aduersũ me excitaris, & Deũ tentare non veremini miraculo cupientes ediscere, an vobis Deus adsit opitulatnr.

3. SITIVIT ERGO IBI, &c.] Siti ergo pressus populus aduersum Mosem obmurmurauit, fatus ex Ægypto nos eduxisti, vt nos filios, ac greges nostros sitis gladio, interimeres? Moses igitur accurrit ad Præsulum refugium scilicet orationem.*Rectores enim subditis murmurantibus respondere non debent, sed quasi non audissent ad orationem tẽdere, vt pro eis Dominus respondeat. Quid, inquit, geram, vt populum concitatum valeam continere. Qui corã obmurmurare non verentur, me non dubitabũt lapidibus obruere. * Certè subditus qui audet Rectorem verbis immodestis percutere, non dubitabit manibus vim inferre.

Præsules subditis obmurmurãtibus nõ respõdeãt sed ad orationẽ accurrant, vt Deus pro illis respondeat.

Qui corã audet verba immodesta cõtra Præsulẽ proferre, nõ dubitabit manu vim addicere.

5. ET AIT DOMINVS, &c.] Mosi Dominus exoratus: Præcede, ait populum ab Hebræorum senioribus comitatus, manu ferẽs virgam, qua, ministrante Aarone, fluuium vulnerasti, vel qua Rubrum mare, percussisti. Mare fluuium vocitauit Homerus. Plane Rubrum mare ob eius angustias non inepta Moses fluuium appellauit.* Iubetur Moses à populo separatũ senioribus cingi. Debet enim Præsul consulere muneris auctoritati, cum è domo egredi acciderit.

Cingatur comitibus Præsul è domo egressus, vt muneris auctoritati cõsulatur.

6. 7. EN EGO STABO IBI CORAM, &c.] Supra petram Horeb seu montis Sinai nubis ago columnam, vbi adsum, defigam? meque præstante, te autem petram percutiente ictu virgæ, aqua sitienti populo profluet. Porro Moses petram in conspectu seniorum vulnerauit, sitim expleuit populus, Moses autem nomen loco *Massa* indidit, siue *Tentatio*, quia iurgium Israelitarũ contra Mosem, & tentamen in Deum (obloquentibus iisdem: Num Deus in Israel, qui succurrat æstuantibus?) rem homini ea posuerat.* si ob preces Præsulis tàm munificum sese Deus exhibuit ingratis, & impiis: quid fidelibus præstaret, ac gratis?

Quã munificus Deus fidelibus, & gratis subditis ob Præsulis preces si tã liberalẽ se exhibuit ingratis.

2. *Amalecitæ pugnãt cũ Hebræis viri eligũtur ad certamẽ.*

Quo aff. ctu parẽtes afficiũtur, eo filij ostẽtatur affecti.

8. VENIT AVTEM, &c.] Populus Amalec ex Esau progenitus odium parentis contra Israelitas Iacobi filios fouebant.* Parentum enim affectus assolent filiis esse congeniti. Si amarunt, amant: si odio prosecuti sunt, & odio prosequuntur.] vnde parentes nonsolum sibi, sed & filiis in se debent affectus reformare.]Amalecitæ ergo pugnaces exsurgunt, vt Israelitas à Chananææ prohiberent ingressu:& apud Raphidin valide decertarunt.

9. DIXITQVE, &c.]Vt autem Moses populum protegeret, Iosue Duci illustrissimo (de quo inferius multa proferemus) Ducem te constitue Hebræorum exercitus, quem à cunabulis commendabilem nemo est qui possit ignorare.* Egregia belli munera notissimis cõmittenda. Imprudenter imperium militare ignoto committitur.* Fortasse inter Ægyptios asseclas aliquis valentior poterat inueniri: sed eximius Princeps se imprudentię accusandum vidit, si alienigenam summum ordinum Ductorem efficeret.]Elige ô Iosue, viros aptos certamini.* Nec enim multitudine, sed fortitudine certante, comparanda victoria.]Multi imbelles hosti ridiculi: pauci fortes cuilibet hosti formidabiles.] Electum postquam exercitum colligaueris, egressus aduersum Amalecitas decerta. * O quot duces non egressi pugnant! Dùm apud teritoria, aut oppida otiantur manus exercent, delent hostes sed egredi ad campum renuunt; quia tota illorum fortitudo non egredientis erat. Coge ad egressionem ducem, aut militem non habebis.]Nec ego (addit) me à pugnandi officio expediam, qui crastina die in vertice collis stabo, virgam Dei in manu gladiis facilè fortiorem ostentans. * Pugnat enim fortius ille, cuius precibus victoria comparatur.] * Vnde cum Reges pugnaturi ad Religiosos accurrunt, vt preces profundant, dum milites decertant: existiment, etiam Religiosos orantes nomen exercitui dedisse, ad cãpũ processuros, & fortissime certaturos cũ hostibus.]

Militare imperiũ haud cõmittẽdum ignoto.

Imprudenter si alienigena summus ordinũ Ductor.

Pauci milites fortes, non multitudo imbellẽ, victoriã adipiscitur.

Multi milites fortes si ostẽdũt pugnatores, dũ non egrediũtur.

Fortius pugnat ille, cuius precibus victoria comparatur.

Cũ Regulares orãt pro pace, viriliter cõtra hostes certant.

10. FACIT, &c.]Elegit Iosue viros aptos certamini. * Dux enim ipse aptius eligit sibi milites, quam exactores. Dux enim fortes eligit ad belli pericula, exactor autem eligit agricolas infirmiores non ad robur, sed ad numerum manus.] Pugnauit contra Amalecitas: interim autem Moses, Aaron & Hur, (quem aliquis facit Mariæ maritum) hærent vertici montis, vt orarent. Eleuatio manuum Moysis victoria donabat Israelem: remissio manuum, Amalecitas eleuabat. * Vt videant Reges quam aptè precatores adsunt, cum bellum inferendum si intentio, aut remissio precum dat, aut tollit victorias.]*; Non dixit autem ex eleuatione virgæ, aut remissione Israelem

3. *Pugnat Iosue cũ Amalecitis leuante Mose manus Israel vincit.*

vincere

vincere, aut superari: sed ex manuum eleuatione, aut remissione; quia miraculis non indiget exercitus ad victoriam, cum orationis vis procedit ad campum] Cur autem si orationis virtute,& militum robore victoria erat perficienda, iubetur Moses virgam mirabilium effectricem gestare? * Vt sciant fideles Principes, Catholicum exercitum futurum victorem. Si preces non proficiunt aliquando, si virtus militum non sufficit: virga extendetur ad miraculi excitationem.

Exercitus Catholicus vincit, vel miraculo (si opus sit) excitato.

12. MANVS AVTEM, &c.] Profecto manus senis Mosis diuturna in altum extensione grauabantur: ideo Aaron, & Hur Mosem fecerunt super appositum ab eis lapidem sedere, & hinc inde eius manus sustinentes egerunt, vt vsque ad solis occasum sine lassitudine protenderentur. Hebr. *Factum est manus eius constantia*, id est, constantes fuerunt. * Monemur, ab oratione non recedere neque ex corporis lassitudine, sed constanter huic hærescere exercitamento, è quo animus triumphator exsurgit.

Aaron & Hur granes Mosis manus hinc inde sustinent, Amalech fugatur, Deus iubet scribi victoriam, M[...] edificat altare.

13. FVGAVITQVE IOSVE, &c.] Hebr. *Debilitauit, prostrauit.* Iosue ergo in acie gladij Amalecitas debilitauit, & prostrauit. * Hostem enim cogere ad fugam eum debilitare, ac prostrare est.] Se admodum debilem, ac prostratum ostendit, qui hosti terga vertere cogitur.

Ab oratione exercitio nec ex infirmitate corporis recedendum.

Hosté fugare idem est ac debilitare, ac prostrare.

14. DIXIT AVTEM DOMINVS, &c.] Dominus autem Mosi profatur: Hosce Amalecitarum ausus in chronicis scribe Israelis, indicaque Iosue, vt ipse sequentibus se populi Ducibus & Iudicibus, & illi aliis deinceps Dei decretum quasi per manus tradant de perficienda vindicta, & Amalec delendo. Deleturus sum enim eius memoriam ex hominum cordibus. Quonammodo deletur Amalec memoria, si quotidie Amalecitarum bella memorantur? * Certè cum hominis crimina memorantur nec aliquid iustitiæ incidit in sermonem, deleri eius memoriam, est. Ille incidit in memoriam, de quo illustria, ac pia opera prædicantur.] Cur autem Deus in Amalecitas tam seueram tulit sententiam? Quia tam inmani bello Hebræos vacillantes à Dei ductu in Chanaan quantum in ipsis erat, absterruere. * Exitiali sententia vulneratur, qui eum, quem Deus ad Chanaan Religionis ex Ægypto deducit, curat à proposito abstrahere, vt rursum sæcularis captiuitatis vinculis illigetur.

Deletur memoria illius, de quo cum loquimur, nihil illustre prædicamus.

Grauissimũ iudicium in eum, qui curat à proposito abstrahere eũ, quẽ ex sæculo Deus ad Religionem adducit.

15. 16. ÆDIFICAVITQVE MOYSES ALTARE, ET VOCAVIT NOMEN, &c.] Moses igitur, gratitudinis ergo extruxit altare, cui nomen hoc indidit: *Dominus Dux meus, & vexillum meum*, ipsum secutus, victoriam sum consecutus Et addidit Moses, *Quia manus super solium Domini est* (Hebr. sic) manus scilicet iurantis per solium suum, bellum fore perpetuũ contra Amalecitas. Preme verbum, Ipsum secutus victoriam sum consecutus, quia ipse Dux, & vexillum * Nunquam non Catholicus Princeps reportat victoriam, si Duce Deo, leuat vexilla. Cum autem duce auaritia, aut inimicitia, aut vindicta in propinquos [in Christianos exurgit, cedit hosti victoria.

Semper Catholicus Princeps vincit, cum, Duce Deo, aut fide, militat, victus autẽ cadit, cum contra Christianos, duce auaritia, aut inimicitia, decertat.

CAPVT XVIII.

Iethro socer Mosis ei obuiam procedit, vxoremque Sephoram, quam remiserat Moses, cunctam filiis marito restituit, eiusque monito Moses cum pluribus aliis regimen populi partitur.

1. CVmque audisset Iethro, sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Ægypto: 2. tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat: 3. & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre: Aduena fui in terra aliena. 4. Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adiutor meus: & eruit me de gladio Pharaonis. 5. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montem Dei. 6. Et mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea 7. Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuò verbis pacificis. Cum intrasset tabernaculum, 8. narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel, vniuersumque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. 9. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Ægyptiorum, 10. & ait, Benedictus Dominus, qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti, 11. Nunc cognoui, quia magnus Dominus super omnes deos: eò quòd superbè egerint cõtra illos. 12. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: Veneruntq; Aarõ

& omnes feniores Ifrael, vt comederent panem cum eo coram Deo. 13. Altera autem die fedit Moyfes vt iudicaret populum, qui affiftebat Moyfi à mane vfque ad vefperam. 14. Quod cùm vidiffet cognatus eius, omnia fcilicet quæ agebat in populo, ait: Quid eft hoc quod facis in plebe? cur folus fedes, & omnis populus præftolatur de manè vfque ad vefperam? 15. Cui refpondit Moyfes: Venit ad me populus quærens fententiam Dei. 16. Cúmque acciderit eis aliqua difceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & oftendam præcepta Dei; & leges eius. 17. At ille: Non bonam, inquit rem facis: 18. ftulto labore confumeris & tu, & populus ifte qui tecum eft: vltra vires tuas eft negotium, folus illud non poteris fuftinere. 19. Sed audi verba mea atque confilia, & erit Deus tecum. Efto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum: 20. oftendáfque populo ceremonias & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeant. 21. Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus fit veritas, & qui oderint auaritiam, & conftitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, 22. qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipfi minora tantummodò iudicent: leuiúfque fit tibi, partito in alios onere. 23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris fuftentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca fua cum pace. 24. Quibus auditis, Moyfes fecit omnia quæ ille fuggefferat. 25. Et electis viris ftrenuis de cuncto Ifrael, conftituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. 26. Qui iudicabant plebem omni tempore: quidquid autem grauius erat referebant ad eum, faciliora tantummodò iudicantes. 27. Dimifitque cognatum fuum: qui reuerfus abiit in terram fuam.

COMMENTARII.

2. Iethro focer Mofis occurfum parat.

VERS. 2.3.4.1. QVMQVE AVDISSET IETHRO, &c.] Audiuit Iethro Madianitarum Sacerdos focer Mofis mirabilia, quæ Deus generi manu gefferat Ifraëli, quem ex Ægyptiaca eduxerat feruitute. Cum autem Mofes cum Pharaone decertaturus tátam negotiorum molem fufcepiffet, vt vxori & liberis vacare non poffet: eam fibi à Pharaone timentem ac volentem in Madian cum filiis remiferat. * Nam qui Dei obfequiis ftudet circa proximorum præcipue falutem, debet quidem vel à licitis voluptatibus abftinere.] * Dei enim minifter mortificationem præferens proximos allicit, quos expreffis deliciis abfterret.] Ergo focer procefsurus obuiam Mofi Sephoram adducit filiis cinctam; quorum vnus *Gerfam* fuerat à patre appellatus, vt vel nomine exprimeret in terra aliena Mofem aduenam extitiffe; alter autem Eliezer, vt nomine exprimeret Deum Mofis fuiffe adiutorem, eumque à Pharaonis gladio liberaffe. * Vt fcilicet vnum acceptum à Deo beneficium gratiarum actio effet alterius. Nihil enim Deo poffumus pro gratiarum actione litare, quod ab ipfo non receperimus.]

Dei minifter vel à licitis voluptatibus abftineat. Allicit proximos mortificationis obiectu.

Vnũ beneficiũ à Deo acceptũ fit alterius actio gratiarum.

5. VENIT ERGO IETHRO, &c.] Iethro igitur cognatus Mofis, focer fcilicet, venit in defertum, apud quod caftra fixerat Ifraël iuxta Horeb, aut Sinai Dei montem: eique vxorem, ac filios reftituit, quos ex Ægypto remiferat. Cur focer *cognatus* appellatur? Certè cognatus eft propinquus fanguine, qui autem fanguine propinquus non eft, affinis vocitatur. * Ergo focer non eft habendus affinis, fed cognatus: fic debet amari, ac fi ex eodem fanguine proceffiffet. Vnde generi reuerentes fuos foceros parentes appellant.]

Socer fic eft amandus & habendus à genero ac fi ex eodẽ fanguine proceffiffet.

2. Nuncium mittit ad Mosẽ, obuiã procedit gener focero, ei cuncta Dei mira narrat.

6. 7. 8. ET NVNCIAVIT MOYSI, &c.] Nunciũ mifit Iethro ad generum qui eius hęc nomine proferretur: Socer tuus, vxor, & filij tui ad te accedimus, vt falutare iubeamus. Porrò Mofes illico in foceri occurfum progreffus, ei reuerentiam more gentis exhibuit, & ruit in ofcula. * At non dicitur eifdem vxorem, ac filios amoris documentis excepiffe: vt oftenderet Mofes, prudentem generum vberiora reuerentiæ ac dilectionis figna focero exhibenda exponere; in parente enim coniugis, in auo filiorum, & vxorem, & filios reuerentiæ & dilectionis fignis afficiebat. Pacificis poft ofcula, verbis fe fe falutarunt. Cur additur particula, *pacificis*? An nouum, focerum & generum non rixas excitare, non querelas exponere?] Hebr. *Rogarunt de pace*, id eft an falua ac profpera effent omnia rogitarunt. * Nihil enim homini fælicius quam pace frui. Vnde Hebræorum falutatio, *Pax tecum*. Quia fi pace potimur, omnibus bonis videmur exundare.] Iuit Mofis tabernaculum, feu tentorium Iethro, Sephora, ac filij, & Mofes focero Ægyptiorum ftragem, populi Hebræi eductionem, laborem, ac pericula itineris narrauit, è quibus fuerat à Deo liberatus.

Prudens generi vberiora reuerentiæ & dilectionis figna focero, quam vxori, ac filiis offendat.

In parente, & auo vxor & filij dilectione afficiuntur.

An nouum, focerum & generum pacificè conuenire?

Nihil fælicius homini quam pace frui, quam omnia bona comitantur.

3. Lætatur Iethro audiens, Dominum benedicit.

9.10. LÆTATVSQVE EST IETHRO, &c.] *Obftupuit* (fic LXX.) Iethro audiens Ifraëlis fælicitatem, tot prodigiorum excitatione. Lætatúrque eũ eruptum ab Ægyptiaca captiuitate, fatus: Benedictus Dominus, qui vos de Ægyptiorum feruitute eripuit. Antea ex tua confuetudine Dei tui magnalia exaudieram, & Numen vnicum iam cognoueram. At nunc clarius, quam antea

Commendatur sacri verbi vis ad corda conuertenda, præcipue cũ nõ fabulas sed supplicia ac præmia proferuntur.

reà Deum verum agnosco, ideoque Gentium diis neglectis, Deo Israeli omnium hæresco Conditori. * Commendatur sacri verbi vis ad corda emollienda cum supplicia peccatoribus, præmia iustis illata proferuntur.] Expresserat proculdubio Moses socero iam anteà fidei mysterium, sed non conuerterat auditorem. Et quidem plus proficit suppliciorum, ac præmiorum narratio, quam subtilitas mysteriorum. Porro hæc feruens fides, ac pietas Iethro diuagatur ad posteros. Ab eo enim orti sunt Rechabitæ, qui abstinentia, & obedientia commendabiles extitére. * Pietas enim specialis parentis assolet in filios, in nepotes propagari.

Pietas parẽtis in posteros propagatur.

11. NVNC &c.] Nunc igitur & agnosco perspicuè, & fideliter profiteor Hebræorum Deum dæmonum quos adorauerам esse Dominum, argenti, auri, ac ligni, quibus inauctam, esse Conditorem. Porro clausulæ præcedenti, *Qui eruit populum suum de Ægypto hac particula: Eo quod superbe egerint contra illos,* iunge, & adde, *ideo [illegible] sunt*, scilicet, quia (est oratio imperfecta) quod superbe tractassent, & iniuste diuexassent Hebræos.* Hic Iethro Deum verum ostendit agnouisse: superbos, ait, deiecit, puniuit delinquentes. *Profecto Regnum supremæ est participatio Deitatis. Tunc Deum Rex æmulabitur, cum non permiserit delinquentes impunes abire.

Deus agnoscitur dũ superbos deiicit, dũ delinquẽtes punit. Rex, qui punit delinquẽtes Deum æmulatur.

12. OBTVLIT, &c.] E Mosis tabernaculo Iethro generum, filiá ac nepotes ad suam domum adduxit, & holocausta vero offerenda Numini præparauit. Inuitauit Aaroné omnesque ad Mosis electionem Israelis seniores. * Nec enim tantum Præsulem deceret, sibi ac fratri Aaroni, vxori & filiis hospitij, ac conuiuij commoda adscribere, senioribus neglectis.] * Porrò si negligi seniores existimant, si ad cômoda quæque a Præsule non inuitantur. Inuitauit itaque Iethro Mosem, Aaronem, ac seniores cunctos Israël, vt post hostias Deo vero oblatas cum eo ederent victimas ipsas, quæ magna ex parte in solemne cedebant epulum. Profectò epulum Iethro ideò *coram Domino* fieri dicitur, quasi Deus hostiis sibi oblatis, illatumque epulo præsens adesset, maximè si epulum fieret iuxta altare, in quo Deo hostiæ fuerant immolatæ. * Porrò cuncti fideles *coram Deo* debent epulari, id est, Deum præsentem sibi obiicere, vt sobrietati studeant, & linguæ ausus valeant infrænare, quæ quidem assolet in mensa habenas comminuere.

Præsul ne multũ sibi soli cõmodũ adscribat, neglectis senioribus. Seniores se negligi existimant, si ad cõmoda quæque nõ inuitentur à Rectore.

Qui epulis adsunt, debẽt corã Domino edere, vt sobrietati studeãt, & linguam infrænent.

13. 14. ALTERA, &c.] Die proxima rediens cum socero ad tentoria sedit pro tribunali Moses, vt causas populi decerneret, vt iura præscriberet. Cum autem multi essent litigatores à mane vsque ad vesperam hæsit tribunali. Vidit socer, & de senis, patrisque licentia profatus: Quidnam geris in plebe? Quare solus populares audis querelas, & tot permittis necessario homines expectare, si locũ suæ causæ possint exiguum obtinere. Nonne vides, plures adortum te suscitari querelas, quam valeas eorum pacificare rixas? * Certè Iudex non debet differre causarum solutionem, quia expectare diù litigatorem idem, ac desperare.

Iudex nõ differat causarũ solutionem.

15. 16. CVI RESPONDIT MOYSES, &c.] Populus (ait Moses) ad me accedit *quærens* (sic Lxx.) *Dei iudicium*: postulans vtrique controuersias, aut lites, quæ quotidie exoriuntur, disceptari, & finiri iuxta voluntatem Dei, quam quidem mihi cum Deo familiariter versanti exploratam esse sibi persuadent. * Meritò quidem quia si Iudicem Dei familiarem esse existimo, eius iudicium Dei sententiam reputabo: nec de personarum acceptione, inuidia, aut ira excitabo querelas, spiritualis enim vir peregrinis non subditur impressionibus.] * Cum ergo disceptatio, aut cõtentio aliqua fuerit exorta, me iudicem cõstituunt, qui ius eis iuxta Dei præcepta, ac leges indicam. * Quam probus Iudex qui Dei præcepta ac leges præ oculis habet, vt eis iura ciuilia accõmodet. Nimia enim iniuria erit ius quod legi Dei contrarie videatur.]

A Iudice sãcto sine querela sentẽtiã accipimus.

Iudex legi Dei colligatè curet iura ciuilia. Iniuria est ius quod Dei legi cõtrariè videbitur.

17. 18. AT ILLE: NON BONAM, &c.] Gens (ait socer) ô fili, quod minus aptũ, & conueniens prudenti cuique videbitur. *Intolerabili* certe (sic Lxx.) labore consumeris, nec minori expectator populus absumetur. Quomodo enim hominis vnius vis tot quotidie causas percipiet, tot soluet cõtẽtiones, tot sedabit rixas, tot querelas pacificare poterit? Tu hercle solus minime tantum onus valebis sustinere. * Haud prudenter vni viro licèt vndequaque perfecto Reges omnis Imperij negotia committunt quæ impossibile prorsus expedire.]

Non apud Reges vni viro cuncta negotia Imperij cõmittunt.

19. 20. 21. 22. SED AVDI VERBA MEA, &c.] Si meo acquieueris consilio (licèt alias imprudentia laborem) bene tibi succedet, Deo auxilium præstante. * Prudens, qui aliorum consilia despicit, assolet aberrare, at vel indocti monitum audiens ex humilitatis affectu Deum propitium reddit, vt ei veritatis deducat ad metas.] Esto tu populi aduocatus, eiusque ad Deum internuncius, vt populi vota, postulata, ac necessitates ad Dominum referas. Vtiliorem te populo exhibebis si eius agas intercessorem, quam si Iudicem geras. Multi ad ius dicendum apti pauci ad exorandum, ac placandum Deum idonei. Tu ceremonias, ritumque colendi Deum edoceas Hebræos, viam salutarem ineundam aperias: quæ quæ Deus præscribit ad Religioné pertinentia, & morum reformationem à te populus ediscat. Alij, precor, iura dicturi designentur. Elige ergo viros virtutis (sic Hebr.) liceat sic vulgariter exprimere, *Hombres de valor*, qui iuxta veritatis dogmata rectè sentiant & iustè iudicent: quique osores auaritiæ, propriis non studeant lucris, sed aliorum commodis curam expediant. Certe veritas est necessaria Iudici, quia protector veritatis, & quomodo proteget veritatem, qui veritatis osor exponitur?] * Cæterum, ab omni auaritiæ suspicione ostendatur immunis, nè videatur sibi adscribere, quæ iure litigatori vincẽti debẽtur: vnde dicatur merito, sibi sententiam detulisse, nec egisse iudicem sed vincentem litigatorem.] Tribuni ergo Centuriones, ac Quinquagenarij, id est, qui mille, qui centum, qui quinquaginta præsint, Decani autem, quibus illi submittantur: à te omni ex populo electi designentur. Hi omni tempore populo ius dicent. Si autem aliquod

Prudens vel indocti audiat cõsiliũ, vt ex humilitatis affectu Deũ reddat propitiũ ad ostensioné veritatis.

Iudex veritatis protector debet necessario esse verus.

Auarus Iudex sibi adscribit, quæ debentur litigatori vincenti.

graue, ac difficile negotium exoriatur, ad te deferetur: illi vulgares, et difficiles contentiones ab sorbes. Leuius tibi admodum importabile Præfecturæ onus, si partitur sarcina, & multis collocatur in humeris. * Quam imprudentes Ministri qui omne gubernationis Regiæ onus sibi addici expetunt, vt succumbant.]

Imprudentes Ministri qui suis humeris expetiit omne gubernationis onus addici.

23. Si hoc feceris, &c.] Tria vt video, sunt hac in re præpostera. Populus tota die propè te responsum exspectans manet; tu labore consumeris: tempus vix superest ad Deũ consulendum. Hæc tria incommoda meo consilio facilè remouentur: Deus præcipiet, seu tuæ respondebit consultationi: tu poteris sustinere laborem; populus tempestiuè domum reuertetur. * Et quidem citiùs respondet Iudex circa litigantiũ quæstiones, dum ad Deum refert causam, & exercitamento orationis studet, Deum consultationi respondere: quam si tota die à Iuris ciuilis, seu Ecclesiastici voluminibus exquirat solutionem.]

Iudex citiet ex orationis exercitio Deum consultationibus respondere. Plus discit ex oratione, quam ex Iuris ciuilis, seu Ecclesiastici voluminibus.

4.
Paret Moses soceri consilio, eligit Iudices, Iethro dimittitur.

24. Quibus auditis Moyses, &c.] Audit Moses prudens soceri monitum, & executioni committit. Prudentior quidem & sapientior minus prudentis, ac sapientis consilium capit. * Minus enim prudentis, ac sapientis iudicium proficere aliena magis solet in causa & magis prudens, ac sapiens proprio in negotio non semel aberrat.

Aliena in causa minus sapiens proficit: magis prudens propria aberrat in causa.

25. Et electis viris, &c.] Porrò Moses de cuncto Israël viros aptos regimini elegit. * Ideo assolent errare Principes; quia plerumque à Regiis vrbibus assolent eligere Iudices, sæpè apud Villas viri occluduntur prudentiores.] Eos Principes populi instituit aut mille, aut centum, aut quinquaginta familiis præficiens iuxta eorum peritiam: Decanosque eis præponens, vt viderent, an rectè iudicandi munus obirent. * Non quidem aptè mille familiis Prætor eligitur, qui vix potest esse Quinquagenarius: iuxta vim electorũ vrbibus præponendi. Sapientior maiori Præturæ, imperitior autem minori eligendus.] Plebem hi omni tempore iudicabant: grauiora negotia Mosi referebant, soluebant faciliora. * Nec enim quis repente eductus exsurgit. Vnde imperitiori grauissimæ non sunt causæ committendæ.] Demùm à Mose dimissus cum honore socer ad habitaculum properauit, veram Religionem edoctus à genero. * Fælix, cui datum est cum sancto colloqui; pia enim cum iustis colloquia peccatorum animum assolent emollire.]

Eligendi Iudices è cuncto populo non solum de vrbibus Regiis.

Iuxtà peritiam virorũ præficiendi sunt. Sapientior maiori Præturæ eligatur: minus prudens minori.

Imperitiori non sunt cõmittẽdæ graues causæ.

Pia cum iustis colloquia peccatorum animos emolliunt.

CAPVT XIX.

Dei iussu Moses Sinai montem scandit, populus ad legem excipiendam præparatur. Mons fumo repletur, ignis auolat, coruscant fulgura, mugiunt tonitrua, terra tremit, ac buccina resonat.

1. Mense tertio egressionis Israël de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. 2. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castramerati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria è regione montis. 3. Moyses autem ascendit ad Deum, vocauitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Israel: 4. Vos ipsi vidistis: quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. 5. Si ergo audieritis vocem meam; & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. 6. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. 7. Venit Moyses: & conuocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. 8. Responditque omnis populus simul: Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, 9. ait ei Dominus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum. 10. Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras lauéntque vestimenta sua. 11. Et sint parati in diẽ tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. 12. Constituesque terminos per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. 13. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet: cùm cœperit clangere buccina, tunc ascendãt in montem. 14. Descenditque Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cúmque lauissent vestimenta sua, 15. ait ad eos: Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. 16. Iamque aduenerat tertius dies, & manè inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ

buccinæ vehementius perstrepebat : & timuit populus qui erat in castris. 17. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum steterunt ad radices montis. 18. Totus autem mons Sinaï fumabat : eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace : eratque omnis mons terribilis. 19. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixiùs tendebatur : Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei. 20. Descenditque Dominus super montem Sinai in ipsô montis vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cùm ascendisset, 21. dixit ad eum : Descende, & contestare populum : ne fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. 22. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. 23. Dixitque Moyses ad Dominum : Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai : tu enim testificatus es, & & iussisti, dicens : Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. 24. Cui ait Dominus : Vade, descende : ascendésque tu, & Aaron tecum. sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. 25. Descenditque Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

COMMENTARII.

1. Venit Israel ad solitudinem Sinai. Moses à Domino aduocatur, promittitque se Deũ Israelis futurum, si eius custodierit præcepta.

VERS. 1. MENSE TERTIO, &c.] Aderat mensis tertius egressionis Israël de Ægyptiaca seruitute, nempe dies quadragesimus septimus : hac ergo die ad solitudinem Sinaï, quæ parum distabat, populus aduentauit. Duodecima ergo mansio Hebræorum apud solitudinem Sinaï fuit.

2. 3. 4. 5. NAM PROFECTI DE RAPHIDIM, &c.] Profecti namque de Raphidim dim vsque in Sinaï peruenere deserta, vbi iuxta montem imminentem tentoria collocarunt. Poriò Moses ascendit in montem, vt orationi literet operam.* Nec enim sinè assidua mentis ad Deum eleuatione poterit Magistratus suum rectè munus obire.] Deus ergo Mosem è montis vertice vocitauit, profatus ! Hæc meo nomine Israëli indices : Oculati fuistis testes mirorum, quibus Ægyptum flagellaui. Aquilæ pullos suos quomodo transferunt ? Non ne eos super alas imponunt adeo volantes altè, vt extra omnis teli iactum constituant ? Super alas vos grandis aquila deportaui tam alte auolans vt nullo neque Pharaonis, nec pelagi, nec aquæ amaritudinis, nec Amalecitarum vulnere sauciaremini. Quid mirum si mihi vos assumpsi ?

Sinè oratione assidua non potest Magistratus rectè munus obire.

* Qui enim Deo totus addicitur, nullam reliquit hosti particulam, quæ possit vulnerari. Quod si aliquod ex iactu sagittæ vulnus acceperis, signum euidens est te non totum magnis aquilæ pennis tradidisse.] Si ergò verba mea exaudieritis, si custodieritis præcepta: eritis mihi peculiaris, & propria hæreditas. Hebraica vox סגלה *segulla* electam significat portionem, & dilectam, qualis est thesaurus.

Qui totus Deo addicitur, nullam hosti linquit seu particulã, quæ vulnerari possit.

Custodiens legem Dei, eius thesaurus vocitatur, electa Dei portio, ac dilecta est. O Prodigalitatem ob vilem voluptatem à tanta gloria excidere, tantas diuitias pro tanta inopia commutare !] Cum enim (addit) totus orbis, & omnes gentes meæ sint, volo vos meum in peculium asciscere.

Dei est thesaurus electus & dilectus, qui Dei præcepta custodit.

6. ET VOS ERITIS MIHI, &c.] Ex vobis erunt Sacerdotes, qui quidem Regibus sunt præcelsiores.* O quanta Sacerdotalis vel olim dignitas, si Deus in præmium legis obseruatoribus offert ex eorum progenie Sacerdotes creandos !] * Recognosce Christicola, tuam fælicitatem, cum filium tuum videris à Deo ad Sacerdotale Regnum, vel Regulare Sacerdotum institutum assumi.] Eritis insuper & *gens sancta* ab aliis profanis, & idololatris separata gentibus, & mihi specialiter consecrata.* Magno munere donatur à Deo, cui datur à prauis sociis separari. Nec plura ad filios Israel mec nunc nomine proferos.

Dignitas Sacerdotalis quanta.

Magna illius parẽtis fælicitas, cuius Deus filiũ ad Sacerdotalem dignitatem, aut Regulare institutũ eligit.

Separari à prauo socio, magnũ Dei beneficium.

2. Moses profert Hebrais Dei sermones Deus autẽ Mosi plura.

7. 8. 9. VENIT MOYSES, ET CONVOCATIS, &c.] Descendit è monte Moses, & populi natu maioribus, seu familiarum primoribus aduocatis Dei mandatum exposuit. At omnes illi primores omnium inferiorum nomine responderunt : Deo in cunctis indictis parebimus *Et quomodo non pareat Deo perfectè, qui Dei beneficia accepta audiat commemorari ? Præmisit Moses ex Dei iussu beneficiorum à Deo acceptorum catalogum, mox legis indixit obseruationem O quam facilè præcepta obseruabis, si beneficia à Deo accepta mente assiduè reuolueris !] Moses ad Deum submissi populi responsionem retulit. * Populi dixi submissi. Nam cum primores familiarum submittebantur, reliquos inferiores iam puta submissos. Subditi enim Præsulum assolent imitari mores.] At Dominus ait : *Iam* tibi in caligine apparebo, vt te Legislatorem Hebræorum constituam, vt eis des legem ore diuino dictitatam Particulam *Iam* preme. Si quidem populus se omnia asserit, quæ mandauero præstiturum, *iam* tempus legem ferendi indicendi præcepta. * Cum enim subditi duri, pertinaces, ac inobedientes ostentantur, ineptè præcepta indicuntur. Cum Præsul viderit subditum esse submissum, *iam* tempus instat leges ferendi procul dubio obseruandas.] Ad te itaque in caligine veniam, vt populus audiat

Facilè Dei præcepta custodies, si beneficia à Deo accepta assidua mẽte voluas

Subditi Præsulũ mores imitantur.

Leges, aut præcepta nõ indicãtur subdito nõ submisso.

diat me tecum colloquentem, & tibi Dei familiari fidem semper adhibeat. * Et quidem subditus se credit Rectori, quem viderit Deo ex orationis exercitamento familiarem.] Nunciauit ergo Moses Domino, quod ipse iam à populo exaudierat. Cur ergo Deo Moses nunciat, quod Deus omnia videns iam cognoscebat? * Vt Præsul suo muneri Dei interpretis ad populum, & populi ad Deum mediatoris satisfaceret. Vnde vt Præsul sciat debere ad Deum pro subditis recurrere, dissimulat iam scire, quod defertur.

Subditus se credit Præsuli, quẽ videt ex orationis studio Deo familiarem.

Vult Deus Præsules sæpe ad eum recurrere, vt causam subditorum apetiaat.

3.

Iubet sanctificari populum, quia die tertia descẽsurus Dominus coram plebe.

10. QVI DIXIT EI, &c.] Dominus autem audiens populi promissionem plenam pietate: Vade, inquit, & populum sanctifica, iubens ab vxoribus abstinere hodie, & cras: omnesque sua diluant indumenta. * An idem est, sanctificari populum, ac ab vxoribus abstinere? Ita plane. Ergo qui speciale sanctitudini gerendæ impendit studium, aptè omnino, ex vxoris consensu à licitis abstinet voluptatibus.] Per mundiciem itaque ad diem tertium præparentur, vt Dei legem recipiant; die enim tertio Dominus supra montem Sinai cunctis Hebræis, eiusque asseclis Ægyptiis claro præsentiæ suæ apparebit documento.

Qui speciale studium sanctitudini gerendæ impẽdit, aptè ex vxoris consensu à licitis abstinet voluptatibus.

12. CONSTITVESQVE, &c.] Populum termino à te apposito iube contineri, fatus: Ne montem quasi curiosi præsentiæ diuinæ scrutatores, scandatis: eam reuerentes, à longè contemplamini. * Circa diuina mysteria lethalis curiositas. Vnde vulnere lethali afficietur, qui montem fuerit ausus contingere.

Circa diuina mysteria lethalis curiositas.

4.

Lapidibus obruendus terminos transiliẽs, sanctificatur à Mose populus, in diẽ tertium præparandus.

13. MANVS NON, &c.] Qui autem occidendus est ob huius moniti violationem, hominis manu indignus necari, vt sacrilegus obruatur lapidibus, aut iaculo vulneretur. Siue homo, siue iumentum limites appositos transgressus fuerit, occidatur. Ergo vos castris, iumentaque vestra continete. Cum autem Angelus qui stabit in monte, sonum buccinæ imitabitur, eo clangore populus euocetur à castris è monte dissitis, vt ad radicem montis veniat, ibique Angelo meo præcone proclamante, legem exaudiet. Ergo tũc versus montem ascendet vsque ad terminos à Mose Dei iussu præfixos. * Si solum ad montis radicem ascensuri erant Hebræi, cur indictum: *Tunc ascendant in montem?* Quid vicinia montis, vbi Deus adest, quasi mons est. Hinc edisce, atria Templi, vbi Deus commoratur, Templum posse meritò vocitari: ne audeas te apud atria domus Domini irreuerenter gerere.

Atria Tẽpli, vbi Deus adest quasi Templum est: vt reuerentiæ studeas in atriis consistens.

14. DESCENDITQVE, &c.] Moses ergo de mõte ad populũ rediit, eũque sanctificauit iubẽdo abstrahi ab vxoribus, & abluere vestimẽta. Postquã autem vestimenta diluissent, ad eos profatur: In tertiam præparamini diem per munditiem vos dignos obiicientes quibus lex diuina tradatur. * Si voluptates licitæ mentem, innuente Domino, hebetarent, ne dignè lex susciperetur: quid illicitæ bestiales voluptates? Non miror iam ex luxurie homines reddi exleges: imo non semel vel atheismo laborare.

Ex luxurie homines exleges redduntur, Atheismus ex luxuria.

5.

16. IAMQVE, &c.] Tertij diei iam inclaruerat aurora, & subitò tonitrua mugire audiuntur, fulgura videntur emicare: obiiciturque aspectantibus è castrorum ostio horribilis nubes totum montem operiens. Clangor buccinæ tonitruorum sonitum superabat, tantoque æthera complebat horrore, vt populus qui in castris aderat, nimio tremore corriperetur. * Si è buccina aduentum domini ad ferendam legem tantus horror: quid ex aduentu Domini post buccinam alteram, vt legis præscriptæ puniat transgressores?

Tonitrua audiuntur, fulgura aspectantur, stat populus montis ad radicem, mõs fumat sonitus buccinæ producitur, Deus montis descendit ad verticem.

17.18. CVMQVE EDVXISSET, &c.] Timidos Moses Hebræos de castris in Dei occursum curauit educere: & ad radium montis Sinai consistere fecit. Mons fumans obiicitur fornacis in morem, eo quod Dominus appareret in igne. O quam terribilem se mons ostentabat, quanto terrore eius aspectus homines afficiebat. * Si tam terribilis Deus vt legem ferat, quam terribilis apparebit vt exigat de legis obseruantia rationem?

Diei iudicij horror ineffabilis.

Si tam terribilẽ se ostẽdit Deus, vt legem ferat: quam terribilem se obiiciet, cum veniet exigere de legis obseruantia rationem?

19. ET SONITVS, &c.] Buccinæ sonitus protendebatur, vt adderet horrorem, Moses autem loquebatur ad Dominum. & Dominus responsa exhibebat *per vocem* (sic Hebr.) ita vt Hebræi Deum cùm Mose loquentem exaudirent. An non sufficeret Mosem audire interrogantem, vt crederet populus cum Domino tenuisse sermonem? * Tam duri subditi ad magnalia Præsulis credenda, vt post auditionem vix crediderint.

Duri subditi ad credendũ Præsulis magnalia.

6.

Rursũ Deus monet, ne Populus transcedere montis terminos audeat sacerdotes sanctificari, Mosem & Aaronem ascendere, cuncta Mose populo indicente.

20.21. DESCENDITQVE, &c.] Iam Dominus ad montem Sinai descenderat, sed ad eius verticem vlterius descendens, siue in ipso specialiter se se manifestans, Mosem ad ipsum aduocat. Quod cum ad verticem Moses ascendisset, ei sic Dominus affatur: Descende ad populum, & rursum eum admone contineri; nè ausa trãscendere terminos à me statutos, vt Dominum curioso aspectu intuitu, ex eo plurima multitudo depereat, vt reliqui cautiores aufugiãt. * Ideo enim Deus peccatores hos punie, vt illi alieno periculo edoceantur.

Punit Deus peccatores, vt alij alieno periculo edoceantur.

22. SACERDOTES, &c.] Edoce etiam primogenitos, qui ex lege naturæ sunt sacerdotes, dum Aaroniticum sacerdotium non instituo: vestimenta accuratius diluere, ab vxoribus abstinere, cum ad Dominum accessuri sũt; ne ipse eos Dominus percutiat. * Si percutit Dominus primogenitos, sine sanctificatione, aut munditie accedentes ad mõtem, vbi Deus commoratur: quanto horribilius ab ipso Domino sacerdos verus figuratus in illis vulnerabitur, si Dominum accipere ausus fuerit sine interna puritate!

Si percutit Dominus primogenitos sacerdotes, qui audent ad montem accedere: quomodo nõ percutiet sacerdotes audẽtes eum sine puritate recipere.

23. DIXITQVE, &c.] Domine, (inquit Moses) vulgus non præsumet montem Sinai scandere; tu enim protestatus es, iubens: Apponе limites circa montem, & sanctam terram esse proclama, ne audeant Hebræi sanctam terram contingere. Preme particulam, *Non poterit vulgus ascendere*. Sanctus Moses illud populo fideli impossibile forè reputabat, quod contra Dei iussa gerendum fuisset.] * Præsul debet de subditis meliora præsumere.

Velut impossibile sit tibi, delinquere.

Præsul de subditis meliora præsumat.

24. 25. CVI AIT DOMINVS, &c.] Perge (Deus Mosi ait) è vertice descende, vt Aaronem ad me adducas, vt sacerdotes, ac populum cunctum moneat, ne præscriptas montis terminos audeant transilire, nec ad Dominum ascen-

Narrat Moses omnia populo.

ascendere: nè ab ipso percutiantur, Angelo vulnus infligente. Porrò Moses descendit ad planitiem, populumque de omnibus, quæ à Domino audierat, eum fecit certiorem Pusillanimis enim est est Præsul, qui nó audet subditos aliquando horribilibus minis terrere.]

CAPVT XX.

Toti Hebræorum populo Decalogi præcepta promulgantur. Expetit populus, internuncio Mose, sibi Decalogum indici. Ad densiorem Moses caliginem ascendit, cui Dominus iubet, ex terra, aut lapide infecto altare ædificari.

1\. LOCVTVSQVE est Dominus cunctos sermones hos: 2. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. 3. Non habebis deos alienos coram me. 4. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. 5. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: 6. & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. 7. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. 8. Memento vt diem sabbati sanctifices. 9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 10. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas. 11. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcircò benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. 12. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. 13. Non occides. 14. Non mœchaberis. 15. Non furtum facies. 16. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. 17 Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. 18. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, montémque fumantem: & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, 19 Dicentes Moysi: Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. 20. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. 21. Stetitque populus de longè. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus. 22. Dixit prætereà Dominus ad Moysem: Hæc dices filiis Israël: Vos vidistis quòd de cælo locutus sim vobis. 23. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. 24. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues, in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. 25. Quod si altare lapideū feceritis mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur. 26. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

COMMENTARII.

VERS. 1. LOCVTVSQVE EST,] Hactenus buccinæ sonus auditus, vt populi captaretur vel horribiliter attentio. Iam vocibus articulatis lex ab Angelo, Dei personam gerente, incipit proferri. * Aptè terror præcedit legis promulgationem, metus enim assolet vineam custodire.]

1\. *Dominum omnes hosce sermones locutus;*

2\. EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS,] Sum Dominus (ait) qui te de seruitute Ægyptiaca liberaui. Præmittit beneficiorum memoriam legem promulgaturus. Quia beneficia accepta nos vehementer ad legis excitant

Deos alienos prohibet adorari.

Metus vineā custodit.

citant obseruationem. Quam ingratus legem post beneficia accepta violabis.]

3. 4. 5. 6. NON HABEBIS DEOS ALIENOS, &c.] Alios Deos præter me non habeas. Deitas enim multiplex esse non potest: præter me Deum vnum confictæ reliquæ Deitates. Sculptile ad colendum pro Deo non efficies. Id enim ad præceptum de non colendo Deos alienos necessario pertinet: nec vllam aut cœlestium, terrestrium, ac maritimorum effinges, imaginem. Planetarum, omniumque syderum Cereris, Bacchi, Neptuni, &c. conficta diuinitas. * Profectò dum simulachra confictarum Deitatum effingis, si non te infidelem profiteris; quia non adoranda præparasti: saltem te parum pium ostentas, qui prohibitis à Deo imaginibus domum ornare non vereris. Cur oculis obijcienda sponis, simulachra, quæ prohibitus es adorare?] Non adorabis [huiuscemodi simulachra si me obiectas] menti tuæ Deum Dominum tuum fortem ad vindictam sumendam zelotem, qui ferre non possum, vt cultus vni mihi debitus alij immeritò tribuatur * Zelus hic charitas ardentissima, qua Deus iustos complectitur; amor consortis impatiens. Non patitur Deus amatorem suum creaturis obsequium litare adorationis, siue adeò eas diligere, vt Numini præponat affectus] Deus igitur sum fortis & zelator puniens patres in filiis: hos scilicet occidendo, aut ægritudinibus, & laboribus pergrauando, vsque ad tertiam, aut quartam generationem eorum, qui sacrilego ausu me contempsere. * Quot filij ob parentum crimina flagellantur! * An id iniustum? Minimè, quia vitæ Dominus, ac mortis, & alioqui quisque mortem ac ærumnas ob peccatum originale debet. At qui in tertiam & quartam generationem protendo supplicium: misericordiam in mille generationes produco his, qui me vnicè diligunt abiectis simulachris, & præceptis meis subijciuntur. * O quam strictis terminis iustitia circumcluditur: quam sine termino misericordia dilatatur.]

Taxatur, qui imaginibus deorum confictorum decoros, exornat.

Amor Dei consortis impatiens.

Filij interdum ob parentum crimina flagellantur. Ob peccatū originale omnes debemus ærumnas. Strictis terminis Dei iustitia circumcluditur, sine termino misericordia procedit.

2.

7. NON ASSVMES NOMEN DOMINI, DEI TVI, &c.] Haud nomen Dei ore frustra assumes peierando, non volens implere, quæ iniurando promittis, aut te gesturum iniqua promittendo. Nec enim Deus habebit innocentem eum, qui frustra iurauerit. potius sontem, siue peccatorem insignem habebit. * Assolet enim Deus peccatorem acuter admodum flagellare, eum permittens in peccata recidere. Vnde *multum iurans replebitur iniquitate*, quæ innocentiæ est omnino contraria. Hebr. particula, *in vanum* est שוא *sau idolum. Ne nomen Dei tui assumas in idolum*, seu in idololatriam. * Vir enim multum iurans, tam profligatæ conscientiæ redditur, vt velut idololatra esse videatur.]

Prohibet iuramentū in vanum adstruit Sabbathi sanctificationem, honorandos parentes suadet, ab homicidio, à furto, à fornicatione, falsaque testificatione abstrerret.

Vir iurans supplicij loco, iniquitate repleri permittitur. Vir multum iurans velut idololatra redditur.

8. MEMENTO, VT DIEM SABBATHI, &c.] Recordare, vt sanctè colas Sabbathi diem. Cur verbo [hic spectatim *Memento* vsus? Quia diei Sabbathi solemnitas indicta efficacius Hebræis ob egressionem ex Ægypto. Curat ergo Dominus Hebræos recordari causæ indictionis huius solemnitatis, vt memores beneficij illius maiori sanctitate Sabbatha colant. * Recordatio beneficiorum nos ad præceptorum obseruationem efficaciùs allicit.]

Recordatio beneficiorum nos ad præceptorum obseruationem.

9. 10. SEX DIEBVS OPERABERIS, &c.] Sex primis hebdomadæ diebus *operaberis*, omnemque opera tua geres. Non præcipit vt operentur, sed copiam dat operandi. * Profectò aliquibus otio torpentibus, quibus ad victum acquirendum necessaria est operatio, verbum illud: *Operaberis* sub præcepti habitu deberet indici; quia sic sex laborandi diebus assolent ab operibus feriati abstinere, ac si festini essent:] * & sic ex mentis (agnata peccatis) cæcitate diebus festiuis laborant, ac si licentia, imò præceptum eis indictum esset operandi.] Porrò die septima Dei Sabbathum elucescit: à corporalibus quiescendum operationibus, vt diuinis attendatur. Vnde nec tu, nec filius, nec filia, nec seruus, nec ancilla, nec iumentum tuum vllum opus efficiet. Imò nec aduena, aut externus, qui nondum circumcisionem acceperit, opus aliquod fetuale geret intro vrbis, seu oppidi tui portas. * Esto, non teneatur incircumcisus legi obedire: tuum coge ad operum abstinentiam, ne audienc aliquis operationis ereptum, scandalo afficiatur, iudicans Hebræum deliquisse: aut prauo hærens exemplo idem gerere andeat.]

Otiosis præceptum sub præcepti lex indicenda operandi.

Multi sant diebus festis, & dominicis operantes, ac si praeceptum eis...

Non permittendum, ne alienus in die festo laboret, sed ne scandalo sint illis aut ut exemplo noceant.

11. SEX ENIM DIEBVS FECIT DOMINVS, &c.] Humanitatis ineffabilis honor Deum suum posse æmulari. Deus cunctas creaturas sex primis diebus extruxit, & die septimo à creationis operibus requieuit; Ideò diem Sabbathi benedictione specialissima donauit, & sanctè celebrandum instituit. * Ergo qui festa sanctè colit, Deitatis in se exponit imaginem.]

Qui festa sanctè colit, imaginem exprimit Deitatis.

12. HONORA PATREM TVVM, &c.] Honorem impertí patri, ac matri, eis necessaria tribuendo. * Reuerentiæ honorem agnatum quisnam parenti barbarus denegaret?] Difficilè assolet esse filiis, parentibus necessaria impertire, ideò præcipit Dominus, vt egentia parentis prouideamus inopiæ.] Id gerens eris longæuus super terram Chanaan, ad quam demum Dominus te deducet. Hebt. *Vt prolongent dies tuos pater, & mater.* * Id est, vt honorati à te parentes accipientes subsidia, sæpe illa benedictione reperta: *Viuas felix*, tuam ad senium producant ætatem] Itaque, ô fili tua in munifica manu est ad senectam perduci, aut immaturè terminari.

Reuerentiam circa parentes, vel barbarus exhibet. Difficilius, parentibus impertire necessaria. Ipsi honorati parentes educunt vitā filiorum suis precibus.

13. 14. 15. 16. 17. NON OCCIDES, &c] Proximum non occidas, luxuriæ haud des operam voluptati, aliena non vsurpes, contra proximum falsam non feres testificationem. Cur singulis præceptis non adijcit, vti in præcedentibus, aliquis excitandi rationem? *Non occides vt sis immunis à vulnere*, &c. Profectò quia quatuor horum præceptorum violatio velut violationis est pœna Nam præterquam quod peccatum ipsum est pœna horribilis delinquendi: qui proximum occidit ipse est addictus occisioni. * Quis enim pro ximum lethaliter percussit, qui vulnere lethali non caderet?] * Qui mœchatur fœminæ fidit infidæ, à qua mille incommodis agitatur,

3. Non licere concupiscere vxorem, aut rē proximi, monet.

Occidens alium plerūque sæpe falsitatis occisio.

tacitè, fœda afficitur ægritudine; laborat infamia. An hæc voluptas? Porrò pœna iniquæ voluptatis. * Profectò qui furatur, id refert ad domum, quo propter conflæ opes fiot disperdendæ. Quasi omnium bonorum publica sententia expilationem incurris, cum aliquid alienum ad domum adducis] * Quid demum de ferète falsum testimonium contra proximum attexam? Ipse accusationis aut prolationis verba te mendacem arguunt, te vilem ostendunt, te exponunt calumniatorem.] Non denique concupiscas domum, vxorem, servum, ancillam, bovem, aliorum proximi tui. Hæc omnia, quæ ad illum pertinere videantur. An non sufficeret generatim dicere, Quæ proximi tui sunt, non concupisces: cur particula *non* toties addita? Tâ facilè desiderium aliena (vel iniuria) possidenda ex iouidiæ affectu, vt necessarium fuerit omnia particulatim prohiberi.] Certè tam speciatim expressit, vt litibus conscientiæ iam non exhibeer Si hoc non possum ex præcepto desiderare, illud potero concupiscere: hoc piaculum non erit. O quam acutus est conscientiæ discursus circa alienas opes.

Sæpe conticuo [illegible] *fal-* [illegible] *ftam contra proximum* [illegible] *diuur.*

Facile [illegible] *ctus concu-* [illegible] *ma,* [illegible] *pro hibetur* [illegible]

4.

Cunctus populus au- [illegible] *debat fulgura, montemque fumantem: ideo petiit, vt eis Moses loqueretur, non Dominus: curante interim Moses populum abstrahere à formidine. Rursum populus ab sculptis* [illegible] *ad* [illegible] *aufterre-* [illegible]

18. 19. Cunctus autem populus, &c.] Voces cuncta audiebat populus & sonum buccinæ: lampades autem, & fumantem montem videbat: terror autem eos fecit procul consistere, seu potius constetnari. Preme verbum: *Cunctus populus videbat voces.* Si audiebat voces & non videbat, quæ voces audiontur, cur populum voces vidisse Moses testatur? An quia Hebræi sæpe vnius sensus functionem alteri tribuunt? Non repogoo. Sed addiderim, quia Dei verba potius sunt facienda non tam auditui, quam visui pertinere videntur. Hominum si silenc verba semper inaniter pulsarent auditum. Mosis Hebræi proclamarunt: Tu nobis præcepta ac ce hominis exprime. Dei expressa voce territamor. Non vltra Dominus proloquatur, ne forte terror eneleat in necem. * Et quidem humanitatis vocem subditi agnoscunt, elato dominationis insueto sermone terrentur. Vnde Deus è voce pastoritia dignoscitur: *Cognosco oues meas. & cognoscunt me mee.*] Ergo *non loquatur nobis Dominus.*

20. Et ait Moyses, &c]Moses autem curans populum à terrore liberare, ioquit: Ne quæso, timore corripiamini. Vt enim Deus vestrum filialem timorem, reuerentiam, & obedientiam expetitetuc. Deus voce horribili se vobis exposuit, & vt perseuerante apud præcordia vestra buccinæ illius clangore, timor Dei in vobis foueretur, ne auderetis vnquam delinquere. * Profectò qui tubæ nouissimæ iudicium indicturæ clangorem meotis auribus excepit, nunquam peccare audebit.

21. Stetitque populus de longe, &c.]Non omnino animæquiores Hebræi effecti ex Mosis sermone, adhoc de longè stetere: Moses autem antem ad caliginem in qua Dominus latitabat, accessit: & à Domino rursum audiuit Filios Israël iterum adhortationem de ære proclamârem: Haud

De Escob. & Mendo in Pentateuc. Tom. I.

Deos argenteos vel aureos *me cum* (sic Hebr.) sine, quos mecum colatis efficietis. Memoriam primi præcepti Decalogi reficicat; quod sæpè inculcandum fuit genti ad idololatriam propensæ. * Operæ pretium est, enim coram auaris (ex. gr.) profundis sermonem e suggestu, sæpe contra auaritiam dogmata proferre Si auditores speciatim libidine (communi hominibus peste) corripiantur: sæpe contra libidinem manus exere certaturus.] Quare autem idololatriam prohibens, speciatim aurea, & argentea expressit simulachra? Curat potissimum ex materia pretiosa idola prohiberi: ipse amor ad pretiosam materiam faciliorem redderet iniquitatem: & duplici cor idololatriæ subiaceret; auaritiæ enim affectus idolorum est seruitus. * Difficilius planè recedis à crimine, quòd te auteis catenis illigaut; facilius quidem ferrea vincula comminueres.

Sæpe contionatot ea vitia reprehendat, quæ communiora esse videantur.

Difficile ab auaritiæ criminibus expedirir

24. Altare de terra, &c.]Ex lapide dolato, aut ex pretiosa materia nolo altare extruat s: sed ex terra ædificate. Copio enim sæpè vos beneficiis affectos ad extruendum altaria accingi: nolo autem vos ex materiæ difficultate negligere. *Haud dedignatur Deus supet inope altari munera pretiosa recipere. Aureum sit ex cordis affecta munus, inteum esse altare non officit.] Vereor ne super pretioso altari nunc lutea munera collocetis.] Offerte (ait) super hoc è terra extructum altare holocausta & pacifica, id est, quæ pro pace, & incolumitate offerenda sunt, scilicet oues, & boves. Facile iubeo altare effotmari è terra, vt passim altaria extructa relioquatis in mei memoriam, & in vestram vtilitatem. Quocumque enim in loco, apud quem fuerit nominis mei memoria, vel quem mihi delectim, vt ibi sacrificiis colat: inibi tibi me præsentissimom ex benedictionom collatione exhibebo, preces tuas exaudiam, bonis cumulabo. * Certè Deus apud Templum, apud altaria se magis munificum expoott.] * Vt edifices quàm vtilis hominibus sit, ooua quælibet aut Templi ædificatio, aut altaris erectio.

4.

Imperat fieri altare de terra, ædificari de lapidibus dolatis prohibet, inbetque, nè ad altare gradibus ascendatur.

Magis curādū de pretioso munere, quam de pretioso altari.

Apud Tem. plum Deus magis se ostendit munificum.

Quod si altare lapideum feceris, &c.]Si autem libuerit vobis altare è lapidibus extruere, rudes lapides addicite exædificationi, dolandis his minime operam impendatis. * Nec enim volo, vos gentiles imitari, qui altaribus poliendis totum studium exhibent, negligentes aras cordis ornatum.] Si cultum, seu ferreum instrumentum, ad poliendum lapides, leuaueris: contaminabitur altare, adeoque non mihi placebit, quod in eo offeres. Pollutum enim à Deo reputatur quidquid contra eius præscriptum geritur. * Si contra Præsulis voluntatem orationi studes: Deo non placebit oratio, qui vel altaris despicit ornatum ex inobedientia adhibitum.

Viri ssima nonis Tēpli aut altaris erectio.

Dum curas altare perpolire, non negligas aras cordis ornatum.

Deus despicit orationē, operaque & lustitia, quæ contra eius præscriptionem.

26. Non ascendes per gradus ad altare meum ne reveletur, &c.] Vt altare ædifices, elige locum in planitie, ne sit necessarium, per gradus ascendere, & intuentium oculis pedes patere inorotos; ipsaque subligacula linea, quæ gestaut sūt sacerdotes vsq; ad genoa proteosa appareat. [illegible] hoc de gradib. ad altare nū faciēdis tēporariū

fuit. In Templo enim Salomonis altare decem cubitorũ erat altitudinis, & ad illud per gradus ascendebatur. Ezech. 43. 17. Adeò Dominus modestiæ sacerdotum consulit, vt turpitudinem reuelari afferat cum subligacula linea aspicienda obueiuntur. * Quid si sericas ornatas auro, aut argento cruralex fascias Christicola Sacerdos affectare aspectandas exhibeteet? Certè profanus hic ornatus Sacerdotis verè est turpitudo, quia mores turpes arguit] Scio fere omnes Interpretes de verendorum reuelatione locum exposuisse.

Seriçę fasciç

cruralex in Sacerdote arguit morũ turpitudinẽ

CAPVT XXI.

Sancit Deus iudicialia præcepta circà seruos, ancillas, furta homicidia.

1 HÆc sunt Iudicia quæ propones eis. 2. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. 3. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat: si habens vxorem, & vxor egredietur simul. 4. Sin autem Dominus dederit illi vxorem & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo. 5. Quod si dixerit seruus: Diligo dominum meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber: 6. offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque autem eius subula: & erit ei seruus in sæculum. 7. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt. 8. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam. 9. Sin autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. 10. Quod si alteram acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. 11. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. 12. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. 13. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius: constituam tibi locum in quem fugere debeat. 14. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. 15. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. 16. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. 17. Qui maledixerit patri suo, vel matri morte moriatur. 18. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: 19. si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit, ita tamen vt operas eius & impensas in medicos restituat. 20. Qui percusserit seruum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. 21. Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. 22. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. 23. Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, 24. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, 25. adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. 26. Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. 27. Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. 28. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocens erit. 29. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. 30. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quidquid fuerit postulatus. 31. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. 32. Si seruum, ancillámque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. 33. Si quis aperuerit cisternam, & foderit & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam, 34. reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. 35. Si bos alienus bouem alterius

vulnera

vulnerauit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cad. ..ter autem mortui inter se dispertient. 36. Sin autem sciebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum Dominus suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

COMMENTARII.

VERS. 1. HÆC SVNT IVDICIALIA, &c.] Hæc sunt præcepta iudicialia, quæ ad populum iustè ac pacificè gubernandum, obseruanda præscribo. * Neque enim pace potitur populus, si iniustitia viget, aut si eidem præceptorum iugo omnes non submittuntur.]

Pax non cōseruatur, vbi iniustitia viget, & vbi omnes vni præcepti iugo nō submittuntur.

1

Seruus Hebræus dimittēdus cū veste similis uxor serua, quā dominus dedit ei, nō exit.

2. SI EMERIS SERVVM, &c.] Si Hebræum emeris mancipium sex annis tibi præstet seruile obsequium. At anno septimo aduentante gratis eum libera à seruitute. Asserunt Interpretes communé esse cunctis hunc septimum annum: vnde aliqui citius, aliqui tardiùs à seruitute liberabantur prout longius aut propius emptio ab illo anno septimo distabat: sed nullus vltra annos sex seruiebat. * Certè vel vnica seruitutis dies reputatur æternitas. Sex annis seruire, plusquam æternum est.]

Vel vna dies seruitutis reputatur æternitas.

3. CVM QVALI VESTE, &c.] Exeunti illi eam honesta vestis exhibeatur, quam habuit, cum seruire incœperat. Necessarium præceptum ne seruus nudus emittatur? * Seruire hominibus denudatio est.] Cur cum tali veste exire ... et cum quali intrauerit? Quia tantus admodum ... qui vel ex diuturna seruitute decentius pa[llium] ... acquisierit.] Vnde Hebræus, *Si cum corpore suo ingressus fuerit, cum corpore suo egredietur.* Hoc est, si nudus iniit famulatum, aut seruitutem: ondus dimittetur: quia n... ex seruitute, ac famulatu induitur. Quod si seruus ferret vxorem aut liberam, aut simul addictam seruituti, simul cum coniuge exeunte illa egrediatur. * Nec enim verè liberum mancipium prodiret, si vxor, quæ idem cum ipso, in seruitute remaneret.]

Seruire hominibus denudatio est. Raro ex seruitute diuturna pallium decentius acquisitum.

Cōiuges idē, seu eadē essentia.

4. SIN AVTEM DOMINVS, &c.] Si verò herus dederit seruo vxorem quæ addicta sit ipsios seruituti, seruo dimisso, fœmina adhuc manebit serua hero: ipsi etiam manebunt proles, quæ ventrem sequuntur. Vnde seruo libertate donato, videtur solutū cū huiusmodi fœmina matrimoniū. Fuisset enim nimis graue, si facta separatione, & viro reddito libertati, matrimonium constitisset. * O quam graue coniugi vni, alterum coniugem peccato tyranno domino deseruire! quot molestiis liber coniux agitur, comparem videns voluptatis addictum seruituti!] Porrò manente fœmina apud herum maritus cum indumento suo liber dimittatur.

Q... molestū ... cōiugi cōparē videre seruituti ... ad... .

5. QVOD SI DIXERIT SERVVS, &c.] Quid si seruus dixerit: Dominum meum amo, vxorem, ac filios diligo: nuncium remitto libertati? O quot voluptatis, seu peccati mancipia libertati veræ renunciant, seruituti æternæ gaudentes aptari! Seruum huiusmodi dominus iudicibus, qui iudiciariam Dei potestatem participant, offerat; quorum iussu ad domus heri ostium, ac postes applicabitur: ipséque dominus subula perforabit serui aures, & posti configet, eritque domino seruus vsque ad annum quinquagesimum Iubilæi. Itaque sæculum Hebræis non erat æternitas, sed quinquaginta annorum spatium, Iubilæi scilicet, quo quidem anno serui omnes Hebræi manumittebantur. Leu. 25. 40. Cur autem configebantur posti auriculæ? An statura cæremonia in pœnam, & ignominiam libertatis neglectæ? * Quam vile vel pro voluptate tota, libertatem diuendi!] An perpetua sub domino obedientia signabatur, vt nè extra limen quidem pedem se posse intelligeret inuito domino, proferre? * si tanta submissio temporariæ indicitur seruituti: quidnam spirituali seruo, qui diuinæ sese vltro obtulit amans Dominum seruituti.] Vltroneus postulas Deo excipi seruum, clamans quidem, *Diligo Dominum meum*: ergo tibi iam non licet inuito Domino pedem proferre.

Multa vitij mancipia non ... libertate donari, amāt seruitutē.

Quā vile est pro voluptate tota diuēdere libertatem.

Vltroneus ē dilectione Domini, me dei seruituti addixisti, mihi nō licet, inuito Domino pedem proferre.

7. 8. 9. SI QVIS VENDIDERIT FILIAM SVAM, &c.] Vendidit quis filiam suam in famulam cum desponsationis promissione, quia herus filiam illam Hebræam se docturum in secundariam saltem vxorem promisit cum emit in famulam; non autem oculis herę adeò placet, vt velit eam ducere in vxorem dimittat eam, sed non egrediatur sicut reliquæ vulgares ancillæ exire solent; aliquid enim dandum est iuri promissionis acceptæ: munera illi aliqua tribuenda, ne vacuis manibus egrediatur. At si spreuerit eam, scilicet violando, aut ad thorum admittendo, infidelibus non diuendet, manentem domi vt filiam habebit, & egredientem curabit, vt commodè nubat pretio, aut vestibus additis. Preme particulam, *Si spreuerit eam.* * Idem quidem est, fœminam violari, ac asperoari. Ideo post thorum rarus est, qui ambat violatæ, quia ipse eam spreuit violatione.] Quid si filio suo eam desponderit? Iuxtà morem filiarum eum dotabit.

2.

De ancilla data Domino in vxorē, aut desponsata filio.

Idē est violari fœminā, ac sperni, ideò rarus est, qui violatæ nubat, quia spreuit violando.

10. QVOD SI ALTERAM, &c.] Si filio suo alteram acceperit in sponsam secundā iussa abire: primam tractabit vt vxorem, prouidebitque puellæ sponsum alium, ei alimenta ac vestimenta impertiet, ac pro pudicitia pretium, seu dotem exhibebit. LXX. *Et concubitum non negabit*, debitū cōiugale soluet. Hinc alij exponūt locū de alia vxore admissa cum prioris retentione. Admittatur ergo secunda, sed ideo primæ debitum nuptiale non abnegetur. Acriter hinc taxandi, qui scortis hærentes, propriæ vxori pretium abnegāt pudicitiæ: si piaculū, ad thorū nō admittere vxorē vnā, vt alteri dilectę amplius vir hęreret vxori: malè quidē vir scortū admittit, sed peius vxorē dimittit à thoro.]

Taxantur qui vxorē nō admittit ad thorū, vt hęreat scorto.

11. SI TRIA ISTA NON, &c.] Si autem (primæ hæreo expositioni) non prouiderit puellæ nuptias, ac vestimenta, & pudicitiæ pretium non dederit: liberum erit

ancillæ recedere nullo dato pretio, quosc ipsa rediboat ab hero, qui emerat: pudicitia ablata pro pretio sufficiente. Aliquis legit: *Si tria ista non fecerit, saltem egredietur.** Quasi egeredi à domo tam infamis heri, qui suæ defuit obligationi, sufficiens commodum ancillæ fuerit.] Non existimes, ó misera, paruo te munere esse donatam, si vel inotnata à potestate infamis viri prodieris libertate saltem potitura.

Solū egredi à tyrānide ac seruitute infamis viri, miseræ fœmineo pretiosum munus est.

3. *Homicida occiditur, Ciuitas præscribēda refugij homicida non insidiatori, parentis percussor occidēdus.*

12. QVI PERCVSSERIT, &c.] Qui hominem ita percusserit, vt moriatur è vulnere: voluntariā quidem percussione lethali, violentæ addicatur morti. Pœna ergo mortis statuitur voluntario, consummata actione, homicidæ.* Quæ quidem pœna nunquam non assolet à Domino infligi, etiam si quis Iudicum effugiat tribunale. Qui enim gladio occidit, gladio frequenter trucidatur.

Ruñó nō occiditur, qui proximum occidit.

13. QVI AVTEM, &c.] Attamen si occisor non collocauit homini insidias (licet in culpa impudentiæ, vel negligentiæ, vel vindictæ fuerit: sed Domini vindicis prouidentia factum sit, vt illi occurrerit: locum assignabo refugij, quo aufugiens incolumitate potiatur cædes enim illa in pœnam fontis à Deo est ordinata.* Ex meditatione ac consilio piacula coram Deo grauissima; repentinus autem ex iracundiæ, aut luxuriei passione effectus, adeò in conspectu Domini imminuitur, vt refugij locum assignet delinquenti, nè ab hominibus puniatur, ac si quodammodo non deliquisset.

Grauissimum corā Deo ex consilio piaculum. Repētinus vel iræ, vel luxuriei effectus Deus quodā modo non reputat crimina.

14. SI QVIS PER, &c.] Insidiarum autem collocatori, siue voluntario homicidæ nullum erit asylum, licet ad saccerrimum aufugiat altare. Nec enim Dei Templum affectatæ nequitiæ vllam obijcit protectionem.* Certè Templa nostra etiam voluntariū homicidam admittunt, quia agno consecrantur, qui per insidias fuit interemptus.

Tēpla nostra etiā insidiarū collocatores protegūt, ex occiso per insidias Iesu.

15. QVI PERCVSSERIT, &c.] Si aliquis tantæ fuerit impietatis, vt audeat patrem suum, aut matrem percutere licet percussio lethalis non fuerit; ob atrocem irreuerentiam occidatur.* Porrò quodlibet vulnus parentibus inflictum lethale est. Pugno leuiter percussisti? existima ferro illum præcordia confixisse.

Quodlibet vel leue vulnus inflictū patēri lethale tibi sit.

4. *Qui furatur hominē, & vendit, parentique maledicit.*

16. QVI FVRATVR, &c.] Furatur quis hominem liberum, aut seruum & eum alij vendiderit, occidatur ac si occidisset hominem. *Acrior enim occisio est hominem seruituti, quam neci tradidisse.] Attamen prius tam vilis noxæ erit cōuincendus. Quis enim credat, illius animum tantæ addictum iniquitati. Aliqua enim, delicta ita ab humanitate recedunt, vt velut impossibilia videantur.

Acrior calamitas seruitus, quam occisio. Aliqua tam fœda delicta, vt incredibilia videantur.

17. QVI MALEDIXERIT, &c.] Vt autem filij difficilius procedant ad vulnera parentibus infligenda; operæ pretium est à verbis grauiter iniuriantibus abstinere. Vnde qui parenti vni, aut alteri maledicere grauiter audebit, morti addicatur. Si velis ad manuum vulnera non procedere in parentum supremam iniuriam, verba infrænare cura; non enim difficile ab iniurioso verbo reclamante patente, iracundia crescente iniquam prorumpes in actionem. Id quod obseruandum tibi, etiam si cum alijs rixari contigerit. Facilis est ex iniurioso verbo ad vulnera transitus.

18. 19. SI RIXATI FVERINT VIRI, ET PERCVSSERIT, &c.] Duo viri, aut plures rixam ineunt, alter verò proximum vulnerat lapide aut quocumque telo, aut modo: (dixit speciatim *lapide*, aut *pugno*, quia fere rixantes lapide, quem obuium habent, aut pugno feriunt) vulneratus quidem non moritur, sed cubat ægrotus: surgit è lecto adeo valens, vt baculo hærens possit incedere: accidit autem postea vt superueniente febri diem suum obeat: quidnam cum percussore agendum? Innocens circa mortem illam reputabitur: præsumi enim debet mortem illi non ex percussione, sed aliunde obuenisse: ideo immunis à pœna.* O quoties ex lex infimiori fundamento de proximis tuis peiora præsumis!] Porrò curationis expensæ, & operæ eius Hebr. *sedere eius*, id est cessatio ab opere restituatur hæredi.

5. *Percutient lapide, vel pugno, vel baculo, verberibusque occidēs mancipium.*

De proximis benigne præsumendum, & excusanda crimina.

20. QVI PERCVSSERIT SERVVM SVVM, &c.] Diuerberat herus seruum, aut ancillam adeo acriter, vt illico manus percutientis moriantur crudelitate: criminis homicidij reus erit, ac proinde pœnæ capitalis. Aliquis non apte asseruit solummodo herū illum criminis esse reū, nō pœnæ: ne ob mancipium lex tā rigida exsurgeret in dominum ac ob liberum exsurgeret: ideo dixit Dominus, *criminis reus erit.** Quod si vera esse posset expositio, & obiiceres impunitum relinqui delicti patratorem, occurro, horribile supplicium esse criminis, reum criminis fieri reum.

Horribile est supplicium criminis, reū criminis esse.

21. SI AVTEM VNO, &c.] Si autem non illico sub percutientis manu occumbat mancipium, sed vno aut altero die superuiuat: etiam si excedendo limites moderatæ castigationis deliquerit, non tamen pœna capitalis statuitur percussori; quia illius est mancipium eius pecunia emptum, & vilis conditio. An vnius diei interstitium minus crudelem asserit vulneratorem? *Porrò si superuiuat vel vno die, præsumitur non ex heri crudelitate obiisse, sed ex verberum meditatione. Nihil enim crudelius homini quam se flagellatum contemplari.] *Hinc edisce Iesu flagellati tortorum: Dei Filius à vilissimis hominibus tot verberibus vulneratus, sumsO crudelis meditatio.

Nihil crudelius homini quam se flagellatum contemplari. Verberū Iesu hinc crudelitas.

22. SI RIXATI, &c.] Duo viri rixantur mulier prægnans maritum suum adiuuare volens, aut inter certantes intercedere, ab vno aut altero percutitur fœmina aborto sequuto, sed superstite: quænam pœna in percussorem est infligenda? Quidquid maritus eius petierit arbitris approbantibus à percutiente est exigēdū. At si fœtus aut matris mors subsecuta fuerit, percussor morti subiaceat animā pro anima reddendo. Sic lex Inuoluntarios fœtus occisores iubet puniri. Vt edisceas, cuinam pœnæ, Deo indice, ille subiacebit, qui curauerit facere abortionem.

3. *Qui facit abortionem, inflicto vulnere, nō moriēte nec matre, nec fœtu: pecunia, fatemur: facit: finoritur fœtus aut mater, morti addicitur percussor*

24. 25. OCVLVM, &c.] Eruit quis alterius oculū, eius similiter oculus eruatur: dētē pro dēte reddat: secetur manus eius, qui manū secuerit:

pe

pede [illegible] qui pedem proximi mutilauerit, [illegible] domum, aut tentorium alienum, [illegible] domus aut tentorium detur conflagrationi: si vulnerauit vulneretur pro liuore inflicto liuore afficiatur. Hæc ex talionis pœna.* At vbi non, lege exigente, viget, a Domino exi[illegible] ex incommodo plectimque afficior, quo feci proximum pergra[illegible]

26. SI PERCVSSERIT, &c.] Qui oculum vulnerat mancipiorum, eosque cæcitet, eruto oculo [illegible] libertas eis sit pro vulnere satisfactio.

27. DENTEM QVOQVE, &c.] Non solum [illegible] men [illegible] dens excussus mancipium vulneratum libertati adstruat. Quam [illegible] Dominus mancipiis, quia communem [illegible] fortunæ diuersitatem non [illegible]

28. 29. SI BOS CORNV, &c.] Bos virum aut [illegible] cornu vulnerat lethali? ipse [illegible] vulneratus interimatur, nec esui hominum carnes bouis proficiant. At Domiuus animam [illegible] à noxa liber ostentabitur: Bos solummodo moritur. An ob bouis culpam? In [illegible] ille non potest, sed vt terrorem hominum [illegible] supplicium incutiat, eosque ab homicidio absterreat.* Cum videtis innoxios [illegible] disto [illegible] nequitia recede, quia si innoxius [illegible] pœna afficitur, quam durum supplicium noxio præparabitur? Attamen si bos a præcedenti tempore iam cornupeta [illegible] it, & Dominus eius monitus, non [illegible] cornu possit vulnerare: [illegible] us sexus percusserit hominem: bos [illegible] Dominus autem tollatur [illegible] imputandum vulnus ei, qui bouis custodiæ operam non dedit.* O quotiens per Pastor spiritualis, seu Præsul, quòd ob custodiæ incuriam subditus crimine defœdatur.

30. QVOD SI, &c.] Si verò à Iudice, qui, causa cognita ob leuem culpam, pecunia mulctare satis habuerit, ei imposita fuerit pœna pecuniaria: pro vita dabit quidquid Iudex expresserit.* Bene enim pro toto vita emitur auro.]

31. FILIVM, &c.] Cornu bos si lethaliter percusserit alicuius filium aut filiam paruulos: Dominus similis sententiæ subiaceat.* Paruo enim in corpusculo tota rationalis animi virtus delitescit.

32. SI SERVVM, &c.] Percutit exitialiter bos culpa Domini solutus seruum cuiusuis, aut ancillam: vt vilitas seruitutis pœnam delinquentis (si non culpam) imminuat: triginta siclos argenteos mancipiorum Domino soluet, bos autem cornupeta iactu lapidum comminuatur domino incolumi.

33. 34. SI QVIS APERVERIT, &c.] Aperit quis cisternam, aut puteum quam operire negligit. quare alterius bos aut asinus excidens suffocatur: cisternæ fossor, seu Dominus bouis, aut iumenti domino reddet pretium eorum. Si autem cadauer vtile relinquatur, scilicet bouis, illius erit qui soluit.

35. 36. SI BOS ALIENVS BOVEM, &c.] Vulnerauit bos alterius bouem tuum, & è vulnere perit? Bos viuus cornupetens diuendatur, & pretium eius cedat Domino vtrique: mortui autem bouis cadauer inter eos diuidatur, vt satis hac & mortuo & viuo vni & alteri iniuria affecto. Si autem Dominus agnoscebat bouem suum à præcedenti tempore esse cornupetam, nec tamen curauit custodire: pro boue alieno emortuo viuum bouem exhibebit: sed integro cadauere potietur. Quid si bos tuus ouem, aut vitulum o[illegible]idisset alterius? Haud æquum, bouem pro oue diuidi, aut pro vitulo, qui pretij minoris. Tunc Iudices mulctam pro rata damni decernebant illati. Porrò quod hic de vulnerante, ac vulnerato boue dicitur, idem à pari de equo, ariete, aut hirco intelligendum.

Marginalia: Lo[illegible] Deo [illegible] — Aspici [illegible] — 7. De [illegible] peta b[illegible] ne. — Si ion[illegible] labo[illegible] affectatur, [illegible] noxi[illegible] præparabitur. — Præsul ponitur, cum ob custodiæ incuriam subditus delicto fœdatur. — Vita bene pro toto auro emitur. — Paruo in corpusculo tota vis rationalis animi delitescit.

CAPVT XXII.

Leges iudiciales de furto, deposito, commodato, fornicatione, maleficiis: charitate in peregrinos, viduas pupillos: de vsura, pignore, decimis, ac primitiis statuuntur.

1. SI quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit: quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. 2. Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. 3. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venumdabitur. 4. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. 5. Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentũ suũ vt depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro dãni æstimatione restituet 6 Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit 7. Si quis cõmendauerit amico pecuniam aut vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet, 8. si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem

rem proximi sui, 9. ad perpetrandam fraudem, tam in boue, quàm in asino, & oue ac vestimento, & quidquid damnum inferre potest: ad Deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. 10. Si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullúsque hoc viderit: 11. iusiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum: ad rem proximi sui: suscipiétque Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. 12. Quòd si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. 13. Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. 14. Qui à proximo suo quidquam horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit domino non præsente, reddere compelletur. 15. Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet maximè si conductum venerat pro mercede operis sui. 16. Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. 17. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. 18. Maleficos non patieris viuere. 19. qui coierit cum iumento, morte moriatur. 20. Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli. 21. Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in Terra Ægypti. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. 23. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: 24. & indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. 25. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. 26. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum ante solis occasum reddes ei. 27. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. 28 Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. 29. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. 30. De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi. 31. Viri sancti eritis mihi, carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata, non comederit, sed proiicietis canibus.

COMMENTARII.

1.
Pro boue, & oue furata quintuplum, ac quadruplũ restituẽdũ. Quid domum effodiens?

VERS. 1. SI QVIS FVRATVS, &c] Furatur quis bouem, aut ouẽ: occidit, aut vendit: fur bouis quintuplum reddat, ouis quadruplum. Cur plus à fure bouis exigitur? Quia maius damnum illatum ab eo, qui boues furatur, quod arationi seruiant; non autem oues, & quia maior perturbatio animi (*iuste*) ex bouis rapina debuit domino compensari. * Quam vberem vult Deus fieri restitutionem rei iniustè acquisitæ: quam parcam, quam nullam raptores efficiunt!] Cur autem pro vno boue, aut vna oue rapta quinque boues, quatuor oues redduntur? An non sufficeret, bouem pro boue, ouem pro oue reddere? Voluit Deus ad furandum pronitatem difficili restitutione coërcere.] * Et quidem ille, cuius bos, aut ouis abripitur ita assolet sauciari, vt vix quintuplũ, aut quadruplum sufficiat incommodo resarciendu.] Profectò te pauperiorem reddit ablatum.

Quã parcã restitutionẽ homines furãtes efficiũt, seu quã nullam.

Ita sauciatur ille, cuius res abripitur: vt vix sufficiat quintuplum, aut quadruplũ resarciẽdo incómodo.

2.3. SI EFFRINGENS FVR, &c.] Si noctu fur deprehensus fuerit effractor, aut suffossor domus: sine reatu sanguinis à defendente domum poterit interfici. Porrò si diurno tẽpore fur irrumpat, non licebit occidere; quia domus Dominus, qui non poterat tam securè furem nocturnum apprehendere, ac repellere? de die poterat facilè à familiaribus & vicinis adiuuari. * Qui noctu occidit homicida quomodo non est, quia cautè ac sinè scandalo occidit: diurnus autem percussor est homicida, quia incautè deliquit. Qui delinquens curat ab hominum oculis remoueri, nè scandalum excitet, quasi non reus reputabitur.] Ergo diurnus occisor moriatur. At si fur non habeat, quod possit reddere pro re ablata, & occisa, aut vendita: ipse sub hasta pretio addicetur: vt pretium aptetur restitutioni. * Pius admodum iam Dominus nos restituere ablatũ iubet, si possimus: non autem imperat venditionem. At si pietas in Christicolæ animo vigeat, si non potest damnum resarcire, quasi totum se dedat creditori, orãs pro eo, & ei officiis specialibus litãs obsequia. En spiritualis venditionis forma.]

Qui occultè delinquit, ne scandalum excitet, quasi nõ reus reputatur.

Si rapuisti & nõ potes restituere, vende te ei, cui damnum intulisti.

4. SI INVENTVM, &c] Si apud furem bos, aut asinus aut ouis viuens inueniatur: minor ei decernitur pœna: duplum tantum restituet, quia facilius Dominus, quod suũ est, recipit; nam si difficilius recepisset, quod suum erat, maiori esset satisfactione dignus * Attendant debitores, quanta dignus sit satisfactione famulus mercator, artifex, commodator, qui post tot dies, menses annos tam difficilè vix debitum acquirit.]

2.
De restitutione facienda pro furto.

Quãta satisfactione dignus, qui debita tã difficilè acquirit.

5. SI LÆSERIT, &c] Lædit quis alterius agrũ, aut vineã dimittẽdo suũ iumẽtũ vt aliena gramina, messẽ aut vineã absumat: de eius agro, aut vinea optimi fructus carpantur, & iuxtà damni valorem compensatio fiat. * Nunquam non damnũ illatum rebus alienis

damnum

[illegible] caput [illegible] dic [illegible] fue[illegible] in proximo.

[illegible] damnum in tuis connotabit. Vinea proximi tua c[illegible]tur, destruetur & tua; c[illegible] [illegible] en[illegible] incommoda, quorum fuetis auc[illegible] in proximo, suprà tuum caput recident.

6. SI EGRESSVS IGNIS, &c.] He[illegible]. *spicas* pro spinis. Ignem quis succendit in a[illegible], qui quidem proserpit ex spinis, quas fo[illegible] accensor curauit inflammari, in fr[illegible] aut in aceruum iam actas siue in stantes nec dum falce succisas: damnum omnu[illegible] r[illegible]ddat fr[illegible]gum domino. Quænam hic culpa vindicatur. Certè res igneæ semper periculosa. Dignus supplicio, qui vel remotâ ignis pe[illegible] non [illegible]auit. * Circa ignem rei venere[illegible] non est materiæ paruitas: tantum fuge pe[illegible]ulum; ig[illegible]s tangit spinas, prosilit ad fru[illegible] g[illegible]atio succenditur, opera inflam[illegible]ntur [illegible] perit animus. *No ay burlas con el fuego.*

Circa ignē luxuriei non est materiæ paruitas.

7. 8. 9. SI QVIS, &c.] Amico quis pe[illegible]n, vas, vestes, bouem, asinum vel q[illegible]d [illegible] aliud in custodiam commendat, quod a deposit[illegible]rio ablatum est furto. Requirendus [illegible] raptor, qui inuentus duplum restituet. [illegible] latitat, dominus domus, in qua depositum fuit furto sublatum adduca[illegible] ad Iu[illegible]es, & iuramento purgabit se probabitque [illegible] manum minimè admo[illegible] ad pe[illegible] vas, ouem, ouem, vestimentum fur[illegible]dum, nec vllum inferendum damnum, [illegible] fraudulenter, nocendum. Causa depositarij, & eius qui gessit depositum deferen[illegible]d[illegible]d [illegible], qui adiudicabunt, an se om[illegible] niro d[illegible]ius purgarit iuramento, suamque p[illegible] nocentiam. Quod si adhuc fuerit [illegible] aut furti, an collusionis cum f[illegible]s, duplum ipse restituet. * [illegible] tecto [illegible] Deos adducitur iuratutus, & post iu[illegible]m expressum a diis co[illegible]dem[illegible] q[illegible]nes non debeient adiudicare [illegible] qui se iurauit innocentem. * Tantus [illegible]tior falsi iuramenti, vt credibile non [illegible] hominem fidelem voluisse se ob [illegible] vitæ defensionem tanto flagitio cont[illegible]are.

Haud [illegible] De [illegible] tuitione pro deposito.

Solus Deus vidēs [illegible] adiu[illegible] hominē pejerasse. Iuramēti falsi horrorem. Magna est iuramen[illegible] [illegible] probatio.

10. 11. SI QVIS, &c.] Quis suo proximo, seu vici[illegible], aut amico tradit iumentum, aut pecus aliquod [illegible]stodiendum: moritur, aut debilitatur aut capitur ab hostibus, vidente nullo qui possit asserere animal siuè depositarij culpa [illegible] perijsse, proferat depositarius iuramentum, asserens innocentiam; iuramento autem accepto à domino animantis pereuntis, depositarius ad reddendum cogi non poterit. * Suprema enim probatio est iurisiurandi emissio.

S[illegible] bario [illegible] [illegible]issio.

12. QVOD SI, &c.] Additur in Hebr[illegible]: עמו *mehimmo, de cum eo.* hoc est, ipso [illegible]nte, aut sciente, aut negligente custodire. Si ergo animal furto perierit, participe culpæ depositario, damnum domino animan[illegible] [illegible]ddat. * Vix infertur pœna vbi culpa non viget.

Vix [illegible] pœna [illegible] [illegible] culpa.

13. SI COMESTVM &c.] Comeditur à bestia pecus in custodiam traditum? Cadauer redde [illegible] reliquias domino, & à restituendi onere liberaberis.

4. D[illegible] [illegible] pro mutuo.

14. [illegible] VI A PROXIMO, &c.] Postulat quis aliquid horum sibi mutuo dari, quod inutile redditur, aut moritur, non vidente, qui commod[illegible]? Compelletur qui mutuum postulauit, reddere valorem.

15. QVOD SI IMPRÆSENTIARVM, &c.] Si autem rei commodatæ dominus præsens fuerit, siue assiduus comes commodatarij, potest ipse, præsente domino, de rei custodiendæ cura remittere, & non obligabitur redditioni: præsertim si non tam commodatum illud fuerit, quam locatio, dato pretio Domino animalis, pro ipsius animalis opere, aut seruitio.

16. 17. SI SEDVXERIT QVIS &c.] Seduxit quis virginem nondum desponsatam, & violauit, non solum pro libito dotabit, sed [illegible] sibi adscribet vxorem. At si pater virginis noluerit violatori matrimonio aptari, violator eam dotabit, quantum ipsa à patre iuxta suam conditionem accepisset. Quam prudenter pater renuit filiā talis viri coniugem fieri. * Coniugium enim eorum, qui iniqua voluptate potiuntur antea, assolet plurimis laboribus exundare. * Illa non vulgaris ærumna vxoris miseræ, maritum continuis suspicionibus agitari: Quæ mihi se facilem exhibuit non marito virgo, faciliorem se coniux aliis exponet.]

Coniugiū ex peccato ducēs originē, incōmodis multis pergrauatur. Coniux ante matrimoniū se sponso pudicā ostēdat:

18. MALEFICOS NON PATIERIS VIVERE, &c.] Cum maleficum seu præstigiarum effectorem esse deprehenderit, viuere non permittat Iudex, noxij enim admodum puritati. Ideo postquam de virginis stupro agit, meminit maleficorum. Hebraica fœminea vox, *Maleficas*; quia sexus fœmineus magis maleficiis obnoxius. Præcipuè hæ artes lænarum sunt quas videtur vocare maleficas; quoniam de iis agit, postquam de virginis agit stupro. * Quot virgines violatæ quia permittuntur viuere lenæ, maleficiis, seu verborū medicinis, promissorumque veneficiis fœminas allicientes.

6. *Maleficiū bestialitas, idololatria exitialiter vindicatur.*

Lænæ sūt veræ maleficæ, dū blādis lenocinijs fœminas alliciunt ad [illegible] puritatem.

19. QVI COIERIT CVM IVMENTO MORTE MORIATVR, &c.] Qui cum bruto quolibet deprehendatur coiisse, atrociter de medio tollatur * Indignus planè inter humanos degere, qui ad brutorum cœtus se recipit.]

Bestialitatis reus, indignus inter homines adnumerari.

20. QVI IMMOLAT DIIS OCCIDETVR, PRÆTERQVAM DOMINO SOLI, &c.] Qui victimam litarit idolis, occidendus; Domino enim soli victimæ offerendæ, munera consecranda, qui Deus deorum si aurum, argentum, lignum, lapidem ex quibus idola, creauit.

21. ADVENAM NON CONTRISTABIS NEQVE, &c.] Verbis mordacibus, operibusque iniustis non contristabis, opprimesque aduenam, memor te apud Ægyptum aduenā extitisse. * Quod autem tibi acerbum experiebaris alteri efficere recusa; eadem enim ac tu proximus tuus humanitate fragili est indutus.]

7. *Non cōtristandus aduena, viduæ ac pupillo non nocendum.*

Quod tibi non vis, ne gesseris proximo

22. VIDVÆ ET PVPILLO NON, &c.] Nocumentum à te vidua, ac pupillus non accipiat. Si vxorem, ac filios habes cōtemplare pupillos. * Sicut vis, alios se erga tuam viduam, tuosque pupillos habere: tu aliorum viduas, & pupillos tracta. Qua enim mensura vsus fueris erga alios, eadem tibi præparabis.]

Sicut tu te gesseris erga alios, alij se erga te gerēt

23. 24. SI LÆSERITIS, &c.] Si à vobis

vobis viduæ, ac pupilli acceperint nocumentum, ad me proclamabunt. Talia accidant tibi: *En tal te veas.* Vnde exaudiens eorum vocem contra te indignabor, faciam te ferro aut ægritudine Dei gladio percuti: vnde tua vxor vidua, & filij pupilli eisdem iniurijs ab alijs afficiantur, quæ tu aliorum viduis, & pupillis intulisti. * Edocuisti enim Deum quodammodo, quonam more tuam puniret crudelitatem.]

Deum docet peccator, quomodo eũ punire debeat.

8.

De mutuo dato pauperi Hebræo, de lecti operimento.

Crudelitatẽ vsurarij cõparat exactoris crudelitati Deus.

Vsurarius canis est mordẽs pauperes.

25. SI PECVNIAM MVTVAM, &c.] Si Hebræo alicui, seu populi mei familiæ alicui egenti pecuniam mutuaueris: haud eam vrgebis quemadmodum assolent tribut orum exactores. * Vt vsurarij crudelitatem exprimeret, aptè cum exactorem appellauit: nihil enim exactore crudelius. Nec vsuris diuexes. Hebr. *Non pones super eum morsum.* * Hebræi vsuram morsum vocitant, quia corrodit pauperes: vnde Reipublicæ canes propriè vsurarios appellarim.]

26. 27. SI PIGNVS A PROXIMO, &c.] Ad te pauper agricola, aut artifex operimentum afferet, vt tu, eo pignore accepto, mutuam exhibeas pecuniam: ante diei terminum redde pignus Domino; eo enim operimento vtitur, vt in lecto exculcans frigus possit propulsare. Si frigore rigens ad me clamitauis, exaudiam, te acriter puniturus, *quia misericors sum.* * Et quis non indignabitur (nisi immitis, & crudelis) videns agricolam, à quo exactur lecti operimentum abripit, (latrocinij reus) quia post tributi difficilem solutionem ei sumptus affectatos non solum quadruplicitet?

Quis nõ misereatur agricolæ, à quo exactor abripit, vel lecti operimenta.

9.

Non detrahẽdum Iudicibus, ac decimæ soluẽdæ, ac primitiæ.

28. DIIS NON DETRAHES, &c.] Iudicibus nefas detrahere. Magistratui maledicere ignobile. Vitium homuncionum est aduersum Proceres obmurmurare.

29. DECIMAS TVAS, &c.] Primogenitum filiorum mihi litabis. Hebr. *Plenitudinem tuam. & lachrymam tuam.* hoc est, spicas plenas, & liquoris mei primam lacrymam. * Nõ solum decimas, ac primitias illicò reddes, sed ad decimas, & primitias soluendas, ex frugibus elige pleniores spicas: ex mero autem primas botrorum lacrymas vltrò antè torcular effluentes. Meliora enim Deo consecranda. An [illegible] niter. Ipsæ decimæ ac primitiæ vocantur *plenitudo sua.* Quia tunc plena horrea do[illegible]que redundantia ostenduntur, cum Deo fructus meliores consecrasti.

Vilium est aduersus P[illegible] obmurmurare.

Deo de melioribus fructibus [illegible] mæ, ac [illegible] dæ.

Cum Deo decimas, primitias melior bus fructibus solu[illegible] diuitiis [illegible]

30. DE BOBVS QVOQVE, &c.] Vt autem agnoscas, quonam modo primogenitum [illegible], aut ouium tuorum mihi debeas offerre: (non solum enim filiorum tuorum primogenita [illegible]) septem diebus ouis aut bouis vbera sugat quia hisce diebus nimium tener, & immaturus. die autem octaua mihi offeres. * Imperfectis munerbus Numen non placatur. Curas à voluptatibus abstrahi, sed nondum in propositum perfectum exponitur. Ad [illegible] tribunal, ad Eucharisticum altare nõ deferas, donec satis plenè efformetur; ne sacrilegij reatus argu[illegible]aris.]

De primogenitis animantium reddendis, carnibus q; a bestia pragustatis.

31. VIRI SANCTI ERITIS, &c.] Eritis mihi grati admodum, si sanctitati studueritis, ab omni carnes inquinamentu. Si caro prius fuerit occisa, & superueniens *fera* sic Lxx aliquid ex ea comederit, aut si caro a fera occisa sit siue de ea comederit, siuè non: non comedetis, sed canum proijcite alimentum. Cur autem Dominus curat suos à carne prægustata à feris abstinere? Certe vt illos à cæde ac rapina longius arceat. Caro, quam rapsam fera occidit, non sit vobis in cibum ne ex fructu cædis, ac rapinæ imaginati vestro animo ingeratur amor cædendi, furandi affectus. * Alimenta enim assolent suas proprietates edentibus acuere. Et quomodo quotidie Christum, in Eucharistia comedens, cœlestes virtutes non exponis.

[illegible] prophetia [illegible] ex [illegible] ad feras [illegible] altare Eucharistiam acceptiurus.

Si alimenta edenti ingerunt suas proprietates, quomodo Christum comedens cœlestes virtutes non exponis?

CAPVT XXIII.

Leges Iudiciales circa charitatem in proximum, personarum acceptionem indicuntur. Adijciuntur quædam cæremoniales de quiete septimi anni, & tribus anni festis. Angelum tutelarem perpetuum, plura aliaque bona Deus eis promittit, si legis adsint obseruatores.

1\. NON suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. 2. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. 3. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. 4. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. 5. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. 6. Non declinabis in iudicium pauperis. 7. Mendacium fugies. Insontem & iustum non occides: quia auersor impium. 8. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. 9. Peregrino molestus non eris, scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi peregrini fuistis in Terra Ægypti. 10. Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. 11. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri: ita facies in vinea, & in oliueto tuo. 12. Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat

cat bos & asinus tuus : & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. 13 Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. 14. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. 15. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de Ægypto : non apparebis in conspectu meo vacuus. 16. Et solemnitatem messis primitiuorum operis tui, quæcumque seminaueris in agro. solemnitatem quoque in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. 17. Ter in annó apparebit omne masculinum tuum corā Domino Deo tuo. 18. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps solemnitatis meæ vsque manè. 19. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. 20. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paraui. 21. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes : quia non dimittet cùm peccaueris : & est nomen meum in illo. 22. Quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. 23. Præcedétque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæúmque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. 24. Non adorabis deos eorum, nec coles eos : non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. 25. Seruietísque Domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. 26. Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua : numerum dierum tuorum implebo. 27. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris : cunctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam : 28. emittens crabrones priùs, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introëas. 29. Non eiiciam eos à facie tua anno vno : ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. 30. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis ; & possideas Terram. 31. ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsque ad Mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium : tradam in manibus vestris habitatores Terræ, & eiciam eos de conspectu vestro. 32. Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. 33. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris diis eorum : quod tibi certè erit in scandalum.

COMMENTARII.

1. *Testimentū falsū prohibetur, nō sequēda turba ad gerēdū malum, nec pauperi sine cure benefaciendū, inimici bos errans reducendus, asinus sub onere iacēs leuandus.*

Colligatio malorum ad [illegible] Deo maximè in[illegible] [illegible] in [illegible] quidem mul[illegible] [illegible]

VARS. 1. NON SVSCIPIAS, &c.] Non aquiescas calúniatori, qui conatur te allicere, vt calúniam approbes : nec manum, aut vires cum eo iungas, vt adiunes, restē te falsum exhibendo, aut Iudicem iniquum. Prohibetur ergo tam pro calumniatore, quam contra alium, eo instigante falsum testem esse, præsertim conuentione cum illo facta. * Nihil enim exitialius hominibus, & nihil Deo odibilius, quam malorum colligatio ad facinos.]

2. NON SEQVERIS TVRBAM, &c] Si quando iniquus, aliquis, aut causa quædam iniusta multos suffragatores habeat : non proptereà abducaris à vero, & recto. Illi deuient à rectitudine, tu veritati tenaciter hære. * Cùm concilium initur, non acquiesceodum suffragiorum multitudini, sed solummodo veritati.. Tuum suffragium singulare non admittetur, nec proficiet ad intenti victoriam: sed magna victoria, à mendacium turba te victum non fuisse.]

3. PAVPERIS QVOQVE NON MISEREBERIS IN IVDICIO, &c.] Causa pauperis ad tribunal tuum mittitur, da pauperi affectum, sed causæ iustitiam. Bona misericordia erga pauperem, mala iudicij auersio.* Ita apud te iudicis vigeat erga inopem misericordia, vt iustitiæ subiaceat.]

bus, sed soli veritati sēper victor erit.

Ita vigeat apud Iudices ergà pauperem misericordia vt dicio subiaceat.

4. SI OCCVRRIT BOVI, &c] Casu reperis bouem, aut asinum, aut pecudem inimici tui : ad eum reducere satage ; vt inimicum à te recedentem reducas ad te. * Beneficiis enim inimici animus emollitur.]

Inimici animus beneficiis emollitur.

5. SI VIDERIS ASINVM, &c.] Asinum inimici tui forte vides oneri succubuisse. & eius Dominum, vt ferat opem frustra defatigati : inimico succurre, vt ambo possitis iumatum alleuare. Hebr. *Auxiliando auxiliaberis cum eo.* * Non solùm commune auxilium impendas, sed quia inimicus est specialissimum exhibe auxilium : *Auxiliando auxiliaberis*. Vt scilicet ille tuum affectuosum vidēs officium, à prauo suo excedat affectu.

Inimico affectum ostenta ardentiorem, vt à suo prauo excedat affectu.

6. NON DECLINABIS, &c] Hebr. *Non peruertes iudicium pauperis in lite sua.* Pauperem Iudex non condemnes, quia pauper est : nec iniuria illi faueas vt paupertatis misereare.

Neque pro paupere, nec contra pauperē iniuria pronunciandum est.

ſeteare. * Neque enim pro paupere, nec contra eum iniuria eſt pronunciandum.

7. MENDACIVM FVGIAS, &c.] Cum tribunali Iudex hæres mendax fuge iudicium Eum qui fuerit iuſtificatus, & in iudicio iuſtus fuerit deprehenſus, morti non damnabis. Ego enim iuſtiſſimus talem punio impietatem. LXX. *Non iuſtificabis impium cauſa munerum.* * Certè idem eſt, Iudicem munerum cauſa impium iuſtificare, ac Deum auerſari impium iudicem & punire.

Idē eſt impiū iuſtificare cauſa munerū, ac impiè eſſe Iudicē Deo inuiſum, ab eo puniendum.

8. NEC ACCIPIES,&c.] Iudex munera non accipias à litigatoribus, quæ *ſapientum* (Chald.) *aſſolent excæcare oculos mentis*: & iuſtorum, ſeu innoxiorum cauſas ſubuertunt adeò, vt ſapiens alias Iudex ſibi perſuadeat (culpabiliter quidem) innoxij cauſam malam eſſe. * Ea eſt vis munerum, vt negotia deſperata faciant probabilia admodum apparere.] Hebr. pro *Excæcant prudentes*, eſt, *Excæcant videntes*. Prudens ille, qui vidat, qui conſiderat res gerendas, qui non cœco impetu fertur in actiones.

3. *Iudex munera non accipiat peregrinus nō afficiendus moleſtia.*

Munerū vis facit negotia deſperata probabilia admodū apparere.

Prudens eſt, qui videt, nec cœco impetu fertur in actiones.

9. PEREGRINO MOLESTVS,&c.] Moleſtiam non addas peregrino, ſufficit ei ærumna ſua. Iam enim ſcitis, quid ſit eſſe aduenam, qui deſtitutus à ſuis deiecto eſt animo. Cum in terra Ægypti peregrini commoraſtis animo deiecto didiciſtis afflicto non eſſe addendam afflictionem. * Quod graue eſt tibi, futurum graue proximo debes exiſtimare: & illi non inferre afflictionem, quam tibi inferri querebaris] * Sæpe agitamur ærumnis, vt ſciamus, afflictis miſereri; ſi adhuc non didiciſti, fortaſsè nouis afficieris incommodis, donec ex his, quæ paſſus es, diſcas proximorum laborantium vicem dolere.

Quod graue eſt tibi, puta graue proximo futurum.

Sæpe agitamur ætūnis, donec diſcamus laborāti proximo miſereri.

10.11. SEX ANNIS, &c.] Seres, & metes ſex annis: anno autem ſeptimo à meſſe, ac ſemente requieſcere terram ſines: vt interpoſita quiete feracior reddatur. Sic Hebraici populi inopes comedent, ſic reliquias beſtiæ agri abſument. Idem gere circa culturam oliueti: ſuccide ramos annis ſex, ſeptimo autem anno ſine ſucciſione, aut putatione vltro oleæ fructus proferant egentibus. Si tellus non accipit ſeptimo anno ſementem requieſcens; vndenam pauperibus cibaria præparantur? * Portò ex fructibus ſponte naſcentibus. Quod enim pauperi conſecratur, nunquam non fructiferum eſt.

4. *Sex annis ſeminandū, ſeptimo anno ſabbatū ſit terra.*

Quod pauperibus conſecratur vltro eſt fructiferum.

12. SEX DIEBVS,&c.] Operibus, ſeu laboribus ſeruilibus queiſcumque ſex tibi dies adſcribuntur: ſeptimo autem die nullam operam agro impendes, vt bos quieſcat rurſum laboraturus; & ſeruus tuus, & aduena operarius ad laborem conductus leuamine aliquo donetur; vti interpoſitione refrigerij fortior incombat miniſterio. * Nec enim remiſſio illa laboris operam imminuit, quod enim è tempore adimis ex intenſione ſequenti addidiſti.

5. *Sex diebus operandū, ſabbato ceſſandum ab opere, per nomen idolorum non iurandum.*

Intermiſſio laboris non imminuit operam

13. OMNIA QVÆ,&c.] Hebr. pro *Non iurabitis*, eſt, *Non memorabitis*. Chald. *Non recordabimini*. Obſeruate omnia, quæ vobis indixi. Illud autem præſertim moneo, deos alienos nec in vobis nominari. Imo non ſolum non nominetis, verùm eorum non recordabimini. Vt ab opere idololatriæ remoueat omnino, non ſolum opera, aut verba prohibet: ſed & ab inculpabili curat eos recordatione auertere. * Cura, idolum tuum obliuioni committere, ne ex recordatione verbo impudico des operam, ex verbis autem ad opus nefarium prolabaris] Preme autem particulam, *Non iurabitis*. Hebr. *Non memorabitis*. Deos nominare, quaſi iurare per eos eſt? Iniquiſſimum plane eſt, per nomen externorum deorum iurare; ergo abſtinendum ab eorum nominatione. * Piacula enim parua circa idololatriæ, ac luxuriæ, materiam tam cito diſponunt ad grauia crimina, vt illud ipſum leuiter deliquiſſe, iam quodammodo ſit graue facinus perpetraſſe.

Ex memoria voluptatis accenditur homo ad verba, & opus iniquum.

Piacula parua circa idololatriam, & luxuriam cito diſponunt ad grauia crimina, vt leuiter deliquiſſe ſit quodāmodo, graue facinus perpetraſſe.

14.15. TRIBVS VICIBVS,&c.] Tria feſta annis ſingulis vobis celebranda Paſchatis, Pentecoſtes, ac Tabernaculorum, Prima ſolemnitas ſit Azimorum. Septem diebus azimis veſceris (vt tibi iam imperaui) in menſe Niſan, quo egreſſus es de Ægypto, menſe ſcilicet fructuum nouorum, quando in terra Chanaam, & Ægypto nouæ hordeaceæ fruges maureſcunt Accedens ergo ad Tabernaculum aut Templum in Azimorum, aut Paſchæ ſolemni ſine oblatione tùm ad cultum diuinum, tum ad Leuitarum ſuſtentationem non aderis. Id quod & in Pentecoſtes, & in Tabernaculorum feſtis etiam obſeruabis * Vacuum enim Deus negligit adoratorem. Facilè dictū, non tam facilis actio.] Cum ergo orare Templum inis, vt vacuus non appareas, pauperi ad oſtium ſedenti ſuccurre.* Si autem non habes, quid expendas, Deo firmum alicuius vtroris ſectandæ propoſitum ſtudelirare.] -

6. *Solemnitas Azimorum cuſtodiēda, feſtum Pentecoſtes, Tabernaculorum obſeruādum ter in anno Hebræis ad Templum adueniendum.*

Cum orare Templum inis, nō appareas vacuus, pauperi ſuccurre. Si ſumptus non habes, Deo propoſitū virtutis ſectandæ ſtate ſtuderi

16. ET SOLEMNITATEM,&c.] Celebrabis deinde feſtum Pentecoſtes, illoque panes ex prima meſſe triticea factos mihi offeres, ſicut in Paſchate ſpicas hordei matureſcentes obtuliſti. Exigit Deus in Pentecoſte primitias omnium frugum, id eſt, totius meſſis triticeæ. In exitu demum anni, ſcilicet Septembri (tunc definit & incipit annus vulgaris Hebiæis licet quoad feſta in Niſan, ſeu Martio incipiat) tertiam ſolemnitatem celebrabitis nempe Tabernacolorum quæ Græce dicitur *Scenopegia*; qua tabernacula figebant, in quibus dies ſeptem commorabantur. Poſt omnium ergo frugum tuarum collectionem, tertium hoc feſtū colite. * A prima frugum maturatione vſque ad perfectam meſſem cunctæ ſolemnitates indicuntur celebrandæ Hebræis, vt innuatur ex perfecto cultu feſtorum frugum pendere proſperitatem.] * An poterit expectare meſſem fœlicem, qui feſti violatione telluri colendæ operam dedit.

Ex perfecta feſtorū obſeruatione pendet meſſis fœlicitas. Nō expectet meſſem copioſam qui feſti violatione dedit operā agro colendo.

17. TER IN ANNO,&c.] Igitur ter in anno Hebræi maſculi, ſcilicet feſtis Paſchatis, Pentecoſtes, ac Tabernaculorum coram Domino, id eſt, coram Arca, ſeu Tabernaculo apparebūt. * Multi Templa ingrediuntur dies feſtos celebraturi, qui coram Domino non apparent. Corpore hærent Templo, animo diuagantur extra Delubrum. Ille perfectè ſolemnia celebrat, qui *coram Domino* ſimul commoratur.

Multi coram Domino nō verſantur cū morentur in Templo.

18. NON IMMOLABIS, &c] Cum te Paſchatis ſolemnitati celebrandæ accingas, aufer è domo tua fermentum, priuſquam agnum Paſchalem immoles; vt celebratio noni te azimorum

7. *Fermentatum prohibetur in Paſchate, primitia reddenda.*

azimorum, quibus vesci debes, te inueniat apparatorem. * O quam apta ad Eucharisticum Agnū absumēdū dispositio, firmū propositū leges custodiendæ? * Quod si fermētū posset esse occasio comedendi fermentatum panē. & ideo iubentur fermentum à domo excludere priusquam Agnus immoletur: edoceris, dispositionem necessariam ad Eucharisticum Agnum recipiendum esse, occasionem delinquendi omnino dimittere. Vereor multis indignis ministrari Eucharistiam, eo quod non penitus fermentata prius reiecerint, eo quod occasionem delinquendi haud omnino reliquerint.] Adeps (adiicit) meæ solemnitatis, id est, victimarum, quæ in meis solemnitatibus offeruntur, vsque in alteram diem minimè reseruetur.

Fi[rmum] propo[situm] ob ser[uandi] le[ges] & [illegible] est ad Eucharistiā dispositio. Occasio de[li]nquendi omnino abiiciatur, vt digne immoles Agnū Eucharisticum.

9. P R I M I T I A S F R V G V M, &c.] Non expectabis, vt soluas frugum tuarum primitias, donec à te requirantur, aut exigantur: sed vltro tu ipse ad domum Domini deferenda stude. * Deus enim gratis oculis aspicit præcox obsequium.] At cum contigerit edulio tuo hædum præparari, haud permittas cum lacte matris in olla decoqui, nè fiat interempti pecudis condimentum, quod est ipsius nutrimentum viuentis. Lacti primum exhibe reuerentiam.

Præcox obsequiū Deus diligit. Lacti, quo nutritus es, exhibe reuerentiam.

8\.
Angelus tutelaris promissus eius obseruātia commēdatur, præmio exposito.

10\. 2[0] E C C E E G O M I T T A M, &c.] Ad te ducendum Angelum meum Michaelem immittam, vt præcedens, & custodiens te viatorem, tandem ad Chanaan tibi a me paratum hic terminum adducat. Obedientiæ, ei vt tutela[m] exhibe [eu]m sequimini, nec *enim ad amaritudine prouoces* [—] Hebr) * Quia tā bonus, tā pius, tā amicus est, [v]t nec te peccantem est dimissurus. * Qui te non [dim]ittit, cum delinquis sed fo[u]et, [&] [ad]iicit, adhuc Deus dignus plane, qui à te amaritudine minime prouocetur.] Nec cunctetis Michaeli submitti, quia nomen meum, personam, auctoritatem, & voluntatem meam præfert. Licet Archangelus hominem minime natura superaret, reuerendus esset à nobis, & obsequendus, quia Dei præfert personam [.] * Haud [a]spicias in Præsule hominem, sed Dei vicarium, reuerere nomen Dei præferentem.

Angelus custos tā amicus hominis vt neque exacerbatus, ab eo recedat. Hinc Dei bonitas elucescit.
Angelus custos Dei gerit person[am].
Præ[lato] obedi[en]dum à præ[la]be, quia Dei nomē præfert

21\. 2[2]. Q V O D S I A V D I E R I S, &c.] Si circa reuerentiam, & obedientiam præstandam Angelo tutelari Michaeli te exhibueris meis nuntiis obsequentem: inimicorum tuo[rum] hostis exitialis exurgam, & te prementes [ho]g[ites] contundam: Michaelque te præcedet, & ad terram promissionis adducet. * Quia præmiū obseruantiæ circa Angelum tutelarem est, Angelum tutelarem accepisse. Quidquid ergo præstiteris erga tutelaris Angeli obseruantiā, & reuerentiam, augusto præmio afficient ipsius Angeli tutelaris custodia.] Itaque si Angelo obedieris, præmij loco Angelus te præcedet, & tutelaris aderit. Multi sunt à te superandi hostes Chananæi, Amorrhæi, Hethæi, Pherezæi, Heuæi, & Iebusæi, quos ego Angeli fortissimi exercitus superni Ducis validissimo brachiu conteram. Qui ergo à tot hostibus impugnatur, debet protectorem Angelum [r]euereri.

Præm[ium] [obseruantiæ] ci[rca] Angelū [tutelarem] [est] Ange[lum] [tutelarem] ha[bere]. [illegible]

9\.
Di[illegible] no[illegible] ad[illegible] sed De[illegible] [illegible]

24\. N O N A D O R A B I S, &c.] Simulachra à præfatis nationibus conficta non adores, non colas: nec earum opera æmulaberis Idola reuerendo.] At manu fideli comminues imagines idolorum, earumque perfringes statuas. * Fidelis etenim non solum debet fœda non agere, verum aliis excidendi offendicula abstrahere.

Fidelis debet nō modo [i]niqua non gerere, sed & offēdicula tollere, nè alij excidant.

25\. S E R V I E T I S Q V E, &c.] Omnes Domino Deo vestro obsequimini, vt tuo cibo, ac potui benedicam, & crescas, & valetudine potiaris, & de domo tua cunctas auferam ægritudines. Temporaria enim bona præmia sunt iustitiæ: sicut incommoda cuncta à piaculis habeat exortum. * Cur autem vsus Dominus plurali numero, dixit: *seruietis Domino*, & mox in singulari adiecit: vt *benedicam panibus tuis*? * Certè vt agnoscas, ex communitatis obsequiis cuilibet subdito, aut ciui commoda profluere. Orat communitas: singuli ciues proteguntur.

Ex cōmunitatis obsequiis singulis ciuibus commoda profluunt.

26\. N O N E R I T, &c.] In terra tua fœminæ fœcunditate donabuntur, vt fælici partu innumerabilis posteritas exponatur Syderibus æquanda & arenis. * Imminutio enim ciuium, Vrbium desolatio sequitur crimina, non iustitiam.] Vt autem populi mei magnalia videas non te succidam immaturum, sed longæuus super terram omnes tui seculi dies numerabis: * Profectò peccata è sæculo hominum annos succidunt.

Desolatio Vrbiū sequitur crimina.

Peccata è seculo hominū annos succidunt.

27\. 28. T E R R O R E M M E V M, &c.] Terrorem meum immittam vt præcursoris expleat officium, viam præparet, introitum disponat. Omnem populum ad quem ingressurus es, comminuam, si tibi exsultans obuiam non processerit. Omnium inimicorum tuorum exercitus territi fugæ se committent. Vidisti vesparum exercitus dire pugnantes contra agricolas, aut pastores earum fauos abripere procurantes? An non terga vertunt aculeis? Sic timoris mei crabrones, seu aculeos immittam, cui tui hostes cedant inuiti, & terga ostētare cogantur Heuæi, Chananæi, & Hethæi, antè quam eorum ineas habitacula. * Timendus ille, qui aculeis leuibus ex multiplicatione crudelibus potest fortes confringere: quid si gladium stringat, & omnes plagarum immittat exercitus?

Quā horribilis Dei ira.

29\. 30. N O N E I I C I A M, &c.] Potens facili negotio hostes hosce momento vnico à viuis exturbare anno vno non comminuam eos: quia fertilis & amplæ Chananææ fruges copiosissimas tres hominum milliones ita absumere non poteritis, quin magna adhuc restet solitudo feris implenda: ni Chananæi multis maneant in locis. Paulatim ergo eos expellere decreui, vt interim crescas, & solus possis totam terram ciuibus implere. * O quam citò pacifice terram promissam perfectionis possideres, si *paulatim* id est, annis singulis vnum vitium ex animo propulsares! Non cum omnibus passionibus tibi dimicandum simul, vt cunctas simul expellas: sed examinis particularis studio, vni vincendæ, & propulsandæ, passioni iræ scilicet, curam expendæ, qua ablegata, alteram absterrere procura.

10\.
Paulatim expellendi populi Israelitici è Chananæa hostes, ad populi dilatationē; cui cum hostibus fœdus non ineūdum.

P O N A M A V T E M, &c.] A mari Rubro vsque ad Palestinæ pelagus, & à deserto Arabiæ vsque ad fluuium Euphratem Hebræorum constituam Imperium. Cunctos horum finium degentes habitatores vestro procident in conspectu, & à facie vestra separabo.

Singulis annis vincere, & ablegare vnum spirituale hostē stude.

* Quia

* Quia difficilè pace frui poteritis, si cinimicis commoramini Hostis addicitur exilio, vt pace animus potiri valeat. Nisi delicti occasio propulsetur, cordis terra nō pacificabitur.]

32. 33. NON INIBIS CVM EIS, &c.] Fœdus inire cum hostibus, aut cum eorum diis exitiale prorsus. Nolo tua in terra habitare, nè te ex vi prauæ societatis actionum suarum efficiant æmulatorem: & in me delinquas eorum idolis libamina offerendo: quod quidem tibi erit in *laqueum* (sic Hebr.) ad exitium. * Peccatum enim, laquei in morem, hominis collo addicitur, vt comminuat. Impij socij omninò ablegentur à iustis, nè scandalum excitando, laqueum tuæ neci æternóque exitio ministrent.]

Peccatū, laquei in mortem suffocat. Scandalū laqueum ministrat.

CAPVT XXIV.

Moyse Dei leges deferente ad Hebræos, eas acceptant, & fœdus inter Deum & populum sancitur æternum. Accipit Moyses rursum montem scandens à Deo tabulas eius manu conscriptas, quadragintaque diebus commoratur in vertice.

1. MOYSI quoque dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israël, & adorabitis procul. 2. Solúsque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo. 3. Venit ergo Moyses & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: respondítque omnis populus vna voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. 4. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini: & mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël. 5. Misítque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Domino, vitulos. 6. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare 7. Assuménsque volumen fœderis legit audiente populo: qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. 8. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. 9. Ascenderúntque Moyses & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël: 10. & viderunt Deum Israël & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum, cùm serenum est. 11. Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israël, misit manum suam, vidéruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. 12. Dixit autem Dominus ad Moysem: Ascende ad me in montem, & esto ibi: dabóque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi: vt doceas eos. 13. Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius ascendénsque Moyses in montēm Dei, 14. senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. 15. Cúmque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, 16. & habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. 17. Erat autem species gloriæ Domini quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israël. 18. Ingressúsque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

COMMENTARII.

1. *Ascēsio mōtis indicitur Mosi, Aarō, Nadab, Abiu & septuaginta senibus.*

VERS. 1. MOYSI QVOQVE, &c.] Deus autem post præcepta prolata Mosi profatur: Ad Dominum accede tu & Aaron. ascendant Nadab & Abiu filij Aaronis seniores: & ex primoribus populi elige septuaginta comitatutos. * Primores senes vocitantur non tam ætate, quam grauitate morum. Nam si primores virtute non fulgeant, eum vulgaribus debent annumerari.] In monte ergò constituti Deum in caligine, in cacumine per Angelum se ostendentem adorabitis. O Christicolarum fælicitatem, quos Deus

Primores decet senio morum fulgere.

D. us allicit non procul adorare, sed prope.

1. SOLVS MOYSES, &c.] Postquam autem scandentes montem procul adoraueritis, Aaron, filij eius, ac septuaginta primores ad populum regrediantur, Moyses autem solus ad montis Sinai ascendet caliginem, vbi Dominus alloquendus obijcitur. Solus itaque Moses so ue nuministro suo comitatus móntem scandit, septuaginta autem primores cum Aarone, ac filijs eius inferne cum populo remanere iubentur, ad eum gubernandum. An non Aaron [illegible] et, aut ex senioribus vnos vel alter [illegible] Mose absente, vix multi sufficiunt ad regimen subditorum. Difficile ablato Præsulis proprij, qui nouit iam subditos, potest suppleri.

3. VENIT ERGO, &c.] Moses igitur postquam à Deo audiuit, quonam modo postmodù editurus esset ad montẽ, peruexit ad populum Dei que legem aperuit, vt illi præstarent assensum, & legem sic admissam firmius retinerẽt. Non firmiter retinentur leges, quæ inuoluntariis subditis promulgantur. Vnde Præsules prius debent subditos allicere ad voluntariam legum susceptionem, quam eas obseruandas indicant. Verba itaque cuncta, quæ à Domino audierat, ac leges iudiciales Moses populo aperuit.

4. RESPONDITQVE, &c.] Cunctus populus vna voce clamauit: Omnes leges à Domino [illegible] dicendas accipiemus, & obseruabimus. Quam faciles se se subditis ostentant ad obsequium, cum Præsulis comitatem experti [illegible] V[illegible] lut consultans cum eis Moses, aperit [illegible] libenter acceptant. Prudenti [illegible] bditis conferente, quid agẽdum sit sub [illegible] unt, quod Præsul intendit. Si autem omnia [illegible] ala huiusmodi consultatione, operati [illegible] bditi ab eius opinione recedun[illegible] Vel iu [illegible] miras valet immutare.] Scripsit ergo Moses post approbationem populi, omnia quæ à Domino audierat: & diluculo surgens, ad montis radices ædificat altare, vbi gratiæ redderentur ei, qui leges dictaverat. * Beneficium enim Dei maximum nobis leges præscribere, quibus à piaculis abstinere, & ad virtutes promoueri valeamus. * Haud quietaris, cum Rector addit ordinationes ad perfectionem legis obseruantiam: si leges via ad salutem necessaria.] Post extructionem altaris, Moses duodecim lapides sensim erexit, siue statuas dixeris imperfectas, quæ quidem duodecim Tribuum Israël personam exprimerent. Alij existimant, ex duodecim illis saxis vnum fuisse altare constructum, *Vt ostenderetur sacrificia, fidem, & reuerentiam erga altaria pacem Principum colligare. Dum vnũ omnes altare construunt, in vnum ipsi coalescunt.] *Si vnus Princeps ab altari dissentiat ex fidei tepiditate, idem est ac à cunctis Catholicis Regibus dissentire; vnde bella exuriuntur.

5. MISITQVE IVVENES, &c.] Mittit Moses ad altare constructum iuuenes, *primogenitos filiorum Israel*, (sic Chald.) qui in lege naturæ sacerdotes erant, nec enim sacerdotium Aaronticum fuerat institutum. Hi obtulerunt holocausta, duodecimque immolauerunt vitulos; hostiam Domino pacificam, siue pro pace Israel. * Viden pro pace orationes vbique Regnorum profundi, non video vitulos litari, hoc est, eleemosynas egentibus dispergi. Hostia pacifica sit orationis comes. Dum enim edit pauper, vincit exercitus. Immolentur tauri, idest, egentibus pabula prouideantur, en hostia pacifica.

6. TVLIT ITAQVE, &c.] Porrò quia fœdera olim victimis, ac sanguine sanciri solebant: dimidiam cruoris partem crateris infudit, parte autem residua altare conspersit.

7.8. ASSVMENSQVE VOLVMEN, &c.] Mox chartam, in qua leges erant scriptæ Moses assumit, & attento populo legit. At Hebræi rursum proclamarunt: Nos præstabimus obsequentes cunctis legis dictata à Domino iussionibus. At Moses e crateribus asseruatum sanguinem capiens populum cruore, vt i nos instrali aqua, respersit. Vt illa sanguinis effusio, ac respersio in fœdere illud fore stabile significaret, & etiam cum vitæ discrimine firmum. * Tunc lex perfectè obseruatur, cùm prius morti, quàm transgressioni deuoueri fueris paratus.) Hic (ait Moses) est sanguis fœderis siue signat fœdus esse firmum ad legis ferendæ custodiam. En figuram Dominici sanguinis, quo Testamentum nouum est confirmatum. *Nihil efficacius, ad legis obseruationem quam sanguine Christi respergi, seu potari.

9.10 ASCENDERVNTQVE, &c.] Ergo iuxta præmissum Domini imperium Moses, *apud* Aaron, Nadab, & Abiu, septuagintaque de primoribus Israel ascenderunt in Sinai montem & Israelitarum Deum aspectauere non per essentiam, sed quasi per vmbram in aliqua specie sensibili, scilicet humana. * Prudens enim legislator tunc reuerentius & deuotius excipitur, & auditur cùm se magis subditis ostentat humanum.] Porrò sub Dei pedibus quasi pauimentum ex saphiro constratum apparebat, referens vtique sereni cœli pulchritudinem.

11. NEC SVPER EOS, &c.] Aaron, Nadab Abiu, & septuaginta primores iuxta Dei preceptum procul adorabant, solus Moses ad locum, vbi Dominus aderat, proximius accesserat. Ideo Dominus suam non extendit manum, vt eos morte percuteret, nec quidquam incommodi passi sunt. * Nullo enim afficitur incommodo legis Dei obseruator: cuncta incommoda supra transgressorum capita colliguntur.] Vnde Chaldæus, *Principibus filiorum Israel nullũ fuit incommodum.* Post visum enim Dominum læte, & exultantes comederunt, & biberunt. Exultauerunt plane ex augusta, ac delectabili Dei visione, qua pacificè frui sũt, quia Dei imperium impleuerant * Nec scio an læti possint epulari, qui Dei præcepta transgrediuntur; tristitia enim peccatum comitatur.

12. DIXIT AVTEM, &c.] Dominus autem Mosi: Ad verticem vbi ostendor, ascende, & ibi commorare: tibique lapideas tabulas exhibebo, quibus digito meo leges, ac præcepta exarani: vt iuxta ea doceas Hebræos.

13. SVRREXERVNT MOYSES, &c.] E monte Moses iam ad populum post visionem illam paululum declinauerat cum Aarone, filiis ac senioribus. Vnde surgens post

Difficile sit per multos vicarios suppleri absentia proprij Rectoris, qui nouit iã subditos.

Non firmiter retinentur leges, quæ inuoluntariis subditis promulgantur.

2. *Populus legi submittitur. Altare ædificatur, primogeniti offerunt sacrificium, approbat legẽ populus & sanguine respergitur.*

Rector qui consultat, seu confert cũ subditis quid agendũ, cos s[illegible] al[illegible] [illegible] ...

Beneficium Dei maximũ [illegible] præscribere.

Non [illegible] Præsulẽ ad[illegible] ...

Ex vnione altaris erga alta[illegible] pendet Principũ pacifica colligatio.

cũ fieret eleemosyna orationis comes, sic pax fir[illegible] ... mabitur.

Prius morti, quam delinquere.

Ad legis obseruationẽ Eucharistiã accipe.

3. *Vident Deum Israel, qui ab ipso fuerãt designati, & hilares comedunt.*

Tunc legislator libentius excipitur à subditis cum se magis humanum subditis ostẽtat.

Nullum incommodum sobeunt, qui legẽ obseruant.

Tristitia criminis comitatur, lætitia iustitiam.

4. *Iubetur Moses in montẽ ascendere, vt tabulas legis acciperet, suo Iosue ascendit, Aaron & Hur vicariis relictis, species gloria Domini apparet; Moses ibi commoratur.*

post Dei inspirationem Iosuë eius ministrum secum adducens altiora montis Sina scandit. Cum autem se ascensui vellet accingere, primoribus septuaginta ait: Hic expectate cum populo vt regere eum, & in officio cootinere valeatis: donec ad vos, vita comite, regrediamur. si autem interea aliqua fuerit quæstio, aut lis exorta, Aaron, & Hur viri prudentes vobiscum commorantur: ad ipsos deferte, vt iudicare possint. * Nunquam Præsul recedat à subditis, nisi prudentes sufficiat regimini vicarios multos. Septuaginta Iudices assignati relinquuntur, hisce duo viri sapientissimi præponendi deputantur, vt vnius Præsulis suppleant absentiam.

A subditis Præsul non recedat, nisi additis prudentibus vicariis multis. & vix pro vno Præsule sufficiunt absente.

15.16. CVMQVE ASCENDISSET, &c.] Moses ascendit, nubes autem montem operuit, & Domini maiestas patefaciens se per spectra admirabilia, scilicet fulgorem augustissimum, ostendit se Sinai habitatorem, sex diebus eum obtegens splendenti nube. Porrò die septima Mosem, qui procul dubio sex diebus orauerat, de media caligine vocitauit. * Debent Præsules continuis precibus à Domino lucem postulare, vt subditorum ad vtilitatem leges, ac præcepta, & non ad exitium dirigantur.] * Aliqui enim ferunt subditis leges, aut præcepta non vt impleant, & proficiant: sed vt implere nequentes, onere succumbere cogantur.

Præsules orent, vt leges ad subditorũ salutem ferantur. Mali Præsules subditis leges ferunt in laqueum.

17. ERAT AVTEM, &c.] Particula *Quasi* non similitudinem, sed rei significat veritaté. Erat ergo species maiestatis Dei *quasi* id est, ignis ardens montis verticem compleos Hebræis procul aspectantibus: siue Hebræi Deum sub specie ignis coronantis montis verticem aspectabant.

18. INGRESSVSQVE, &c.] Moses ergo relicto Iosue in montem vlterius scãdit, tenuit verticem nebula obductum: & sex diebus annumerantis, quibus orauerat, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunus inibi commoratur. De Iosuë asserendum etiam non comedisse, nec bibisse. * Vt præmisso ieiunio lex scriberetur obseruanda, quæ illico frangenda olim ostentatur è gula.

Ieiunium confert ad legis conseruationem.

CAPVT XXV.

Arcam fœderis cum Propitiatorio Deus iubet, mensam propositionis, & candelabrum construi. Leges ceremoniales indicuntur.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen: dicens, 2. Loquere filiis Israël, vt tollant mihi primitias, ab omni homine qui offeret vltroneus, accipietis eas. 3. Hæc sunt autem quæ accipere debetis: Aurum, & argentum, & æs, 4. & hyacinthum & purpuram coccúmque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, 5. pelles arietum rubricatas, pellésque ianthinas, & ligna setim: 6. oleum ad luminaria concinnanda: aromata in vnguentum, & thymiamata boni odoris: 7. lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. 8. Faciéntque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: 9. iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque facietis illud: 10. Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos: & latitudo, cubitum & dimidium: altitudo, cubitum similiter ac semissem. 11. Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: faciésque suprà, coronam auream per circuitum: 12. & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. 13. Facies quoque vectes de lignis setim, & operies eos auro. 14. Inducésque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: 15. qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. 16 Ponésque in arca testificationem quam dabo tibi. 17. Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. 18. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. 19. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero 20. Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas & operientes oraculum, respiciántque se mutuò versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arca, 21. in qua pones testimonium quod dabo tibi: 22. Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. 23. Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis: & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. 24. Et inaurabis eam auro purissimo: faciésque illi labium aureum per circuitum, 25. & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam. 26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. 27. Subter

coronam

coronam erunt circuli aurei , vt mittantur vectes per eos , & possit mensa portari. 28. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim , & circumdabis auro ad subuehendam mensam. 29. Parabis & acetabula, ac phialas , thuribula , & cyathos , in quibus offerenda sunt libamina , ex auro purissimo. 30. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. 31. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo , hastile eius , & calamos, scyphos, & sphærulas ac lilia ex ipso procedentia. 32 Sex calami egredientur de lateribus , tres ex vno latere , & tres ex altero. 33. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos , sphærulasque simul & lilium: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero. sphærulasq; simul & lilium. hoc erit opus sex calamorum , qui producendi sunt de hastili. 34. in ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum , sphærulæque per singulos, & lilia. 35. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca , qui simul sex fiunt, procedentes de hastili vno. 36. Et sphærulæ igitur & calami ex ipso erunt vniuersa ductilia de auro purissimo. 37. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum , vt luceant ex aduerso. 38. Emunctoria quoque & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. 39. Omne pondus candelabri cũ vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. 40. Inspice , & fac secundum exemplar quod tibi in Monte monstratum est.

COMMENTARII.

1. Omnia prima sibi Deus offerri iubet, aurum, argẽtum, &c.

VERS. 1. 2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Deus Mosi profatur montis Sinai in vertice constituto. Hebræis meo nomine iube , vt primitias mihi halce litare studeant : præstantissima mihi offerri cupio. [illegible] munerum oblationem *Primitias* [illegible] vel quia hæc fuit prima communis Hebræorum oblatio. * Profecto Deo offerendum [illegible] apud te præstantissimum inueniatur.] [Pri]mitias , ait huiusmodi accipietis ab iis , qui offerent spontaneè. * Nec enim inuita mihi esse grata potest oblatio. Primitias , aut decimas Deo coactus censura exhibes : Licet accipitur à ministris , à Deo munus inuitum non acceptatur]

Deo offerendũ quod præstantissimũ est.

Oblatio inuita Deo non acceptatur.

3. 4. 5. 6. 7. HÆC SVNT AVTEM, Quæ autem ab eo, *quem spontaneum* , sic Hebr. *& liberalem fecerit cor suum* , non exactio, accipere debetis recenseo. Aurum & argẽtum metallorum facile principes accipite , æs , lanam hyacinthini seu cerulei , aut violacei coloris lanam purpureo colore infectam, lanamque bis tinctam ac rubricatam , vt augustiori rubore præfulgeat: Coccus (græca vox) est granum illud, in quo latet vermiculus, & cuius sanguine lanæ inficiuntur. Accipietis byssum ex tenuissimo ac candidissimo lino, pilos caprarum ad cilicinas telas contexendos, quibus tegenda Arca , quam iubebo ædificari: pelles ianthinas violacei coloris , pelles rubricatas arietinas , & ligna setim, arborem illam, quę spinę habet similitudinem, filiã terram , imputribilem, leuissimam , omnia tamen ligna nitore , soliditate , fortitudine, ac pulchritudine superantem. Accipietis oleum luminarium pabulum , aromata ad vnguentorum confectionem, & optimi odoris thymiamata Accipietis demum lapides onychinas , & gemmas pretiosas ad Ephod, ac Rationalis perficiendi ornatum.* Primitias en Domino litandas: quidquid primũ est in metallib. telis, pellibus, lapillis Deo cõsecrandum: quod pretiosius nõ est diuino est indignũ aspectui.

[Quo]d pretiosius est Deo litandũ.

2. Tabernaculũ extruendũ, & Arca vnà. iuxta huius forma exponitur, tabulæ autẽ legis in Arca collocandæ.

8. 9. FACIENTQVE MIHI ; &c.] Tabernaculum mihi à vobis construendum est, in quo cultum accipiam, iuxtà ideam, quam in hoc monte Sinai tibi exponam : ad huius ec. Tabernaculi cultum vasorum simul formam ostendam. Hæc autem sic Tabernaculi exædificatio:

10. ARCAM DE LIGNIS, &c.] De cubito vulgari , sermo , cuius ea est longitudo, quæ à flexu brachij porrigitur vsque ad extremum digiti , qui index dicitur : continetque viginti & quatuor digitos , siue duos palmos. Arcam (Deus loquitur) construe ex setim imputribili ligno , forti , nitido , pulchro.* Habitaculum Dei perpetuum nulla debet imperfectionis notula maculari , quæ possit continuum offendere aspectatorem, Ornatissima debet esse domus , è qua nunquam non vltroneus degit habitator.] Arcæ longitudo quinque spithamas seu palmos (seu vulgariter *gemes* spacium vtique, quod distenta manu inter pollicem & indicem interiacet , continetque duodecim transuersos digitos) habeat , latitudo tres , altitudo autem totidem contineat spithamas.

Ornatissima sit animi domus, in qua Deus vltroneus habitator perpetuò degit.

11. ET DEAVRABIS EAM ; &c.] Arcam laminis conteges ex auro mundissimo intus ac foris *Nec enim Deus fulgoribus delectatur externis, si præcordiorum puritas non respondeat.] Aurum autem sit admodum defæcatum, ac purum.* Amat Deus , sibi litari iustitiam illam , quæ nullis imperfectionibus maculetur , aurum vtique sine purgamento.] Corona aurea per Arcæ circuitum siue limbus prominens quadratus apponatur. Arcæ quadratæ corona quadrata aptanda est.* Vt iustitiæ præmium respondens obiiciatur] Ad quatuor Arcæ angulos quatuor circuli pendeant , quibus vectes inserendi , vt Arca possit à sacerdotibus gestari.

Nõ delectatus Deus externis fulgoribus, si interna puritas nõ respõdeat.

Eã Deus sibi litari iustitiã amat, quæ aurũ sit sine scoria.

Respondet iustitiæ præmium.

14. FACIES QVOQVE VECTES DE LIGNIS SETIM, ET OPERIES, &c.] Vectes itaque de lignis setim Arcæ materię respondentes facies , & auro similiter mundissimo operies. Per circulos, qui in vtroque Arcę latere prominent vectes in

ducantur, vt deportari valeat At vectes nunquam sunt à circulis extrahendi. Vt Arcæ promptitudo vti hinc illinc deferatur, ostentetur.* O Mariam Arcam fœderis veram, quanta promptitudine peccatorum properas in auxilium.] Vectes circulis innectuntur, habitus itineri es semper accincta.

Maria Arca fœderis vera semper est itineri ac cincta, vt inuocantibus succurrat.

16. Pones qua in Arca, &c.] In Arca tabulas legis testimonium vtique collocabis. Lex testificatio dicitur, quia diuinæ voluntatis attestationem continet, eaque Dominus attestatum relinquit, quid ab hominibus geri velit. * Homines legem custodientes, Domino reddunt testificationem fidei suæ. Nec enim Christicola obiicitur, qui legis obseruatæ attestatione non probat.] Arca quidem solas legis tabulas custodiebat; vrna enim Mana, & virga Aaron non in Arca, sed in Tabernaculo obseruabantur.

Se homines ostentant, seu attestantur esse Christicolas ex legis custodia.

3. *Propitiatorium describitur.*

17. Facies et propitiatorium, Extrues Propitiatorium Arcæ operculum, siue tabulam ad Arcam regendam aptabis pari cum Arca longitudinis, ac lati tudinis. Huiusce operculi materia sit non ligna in setim, sed solum aurum. * Fabricæ enim spiritualis maior eleuatio perfectior debet ostentari. Vnde si Arca ex lignis & auro, operculum ex solo auro construitur.] Propitiatorium dicitur, quasi locus propitiationis: quod ibi quodammodo sedens Deus, & Arcam pro pedum scabello habens, populo propitiaretur. * Quod si, ex Patrum sententia, Arca est Deipara, Dei hæc propitiatione ipsa operta est: ergo Mariæ misericordia semper adest in promptu: quia tunc cum operta obiicitur, eius operculum est ipsa Dei propitiatio.

Spiritualis fabricæ maior eleuatio perfectior ostentari debet.

Arca Maria operitur ipsa Dei propitiatione: ergo sæper nostris aperta precibus.

18. Duos quoque, &c.] Ex vtraque parte Oraculi, siue Propitiatorij (Oraculum appellatur, quod ibi Deus responsa proferret precantibus.) vnum & alterum Cherubinum efforma humana specie, siue duos alatos iuuenes. Verosimile reor, speciem quatuor animalium, hominis, aquilæ, leonis, ac vituli habuisse. At Cherubini partim alis, partim corpore totum tegebant Propitiatorium Alæ autem ita erant extensæ, ve quasi sedem afformarent. Porrò Cherubini non arte fusoria fieri debent, sed ex auro ductili. * Parum esset ad Mariæ profecturæ succurrendis humi nibus velocitatem, vectes anuulis innecti perpetuo: nisi etiam Cherubinorum velocissimis pennis deferenda, nostras preculas expectaret.

Mariæ Arcæ alis Cherubinorum deferuntur velocissimè, ad peccatorum preces profundentium, auxilium.

19. 20. Cherub vnus sit, &c.] Horumce Cherubinorũ vnus adsit ad vnum latus Arcæ, alter autem alteri Arcæ lateri addicatur. Propitiatorij autem ab extremitatibus exsurgentes alis extensis contegant. At mutuò se, vultibus in Oraculum Arcæ operculum versis, se aspiciant. * Quonammodo se aspicient mutuò si oculis intendant ad Oraculum? Certè quia tunc te aspicies, & agnosces, cùm orationis exercitamento plus intentus osteo deris.

Te aspicis, & agnoscis, cũ plus intentus fueris orationis exercitamento.

21. In qua pones testimonium, In Arca legis tabulas, quas tibi traditurus sum, collocabis. * Si tantus ornatus legis tabulis lapideis præparatur, quam augusta do-

Si tantus ornatus legis tabulis, quã augusta domus legis obseruatoribus construetur.

mus legis obseruatoribus construetur, [illegible] quidem lapidibus, in quibus lex [illegible] natur.

22. Inde præcipiam, &c. Supra Cherubinorum alas velut sederis ustendar hærens Propitiatorio, *& commeniam te* (sic Hebr.) & loquar tibi cuncta quæ intendero ex tuo ore Israëlitis intimari.

23. 24. 25. 26. 27. Facies at mensam, &c.] De lignis setim iubebis mensam elaborari, in qua duodecim propositionis panes sunt apponendi. Eius longitudo quatuor spithamas seu palmos, latitudo duos, altitudo autem tres habeat. Laminis auri desecatissimi operietur. Circumcirca coronam, seu limbum efficies aureum, & super ipsum labium coronam interrasilem, siue ex opere, in quo quædam sint plana, quædam sculpta, caniratibus per artem incisis, collocabis. At tertius limbus secundo imponendus est, vti secundus primo erit impositus. Porro id crediderim potius ad ornatum, quam ad necessitatem fuisse à Domino imperatum. * Vt iam inde ab exordio sacrorum panum, quibus designabatur Eucharisticum epulum, fidelibus indiceretur apparatus augustus, qui solemnitates deces Eucharisticas.] Tertia illa corona (aut limbus) erit aurea, sed quia parua erit, ideoque minus continebit auri, quam cæteræ, aureolam appellabis. Quatuor circuli aurei perficiantur in quatuor mensæ angulis singulis pedibus apponendi: subter coronam aurei annuli ostentabuntur, vt vectibus immissis per eos, valeat mensa facile deportari. At ne quid sacerrima mensa minus ratum ac pretiosum ostentet, ipsi vectes ex ligno setim efformentur, & laminis aureis contegantur. * Si cuncta ad panes propositionis exponendos ex pretiosa materia præparantur, quid si ad Eucharisticum panem mensa cordis ponenda sit? Aureum cor tam augusto epulo exponendum studeas.

4. Mēsa propositionis & eius ornatum & labium aureum.

Apparatus augustus decet solemnitates Eucharistias.

Aureum cor exponendum studeas, ad Eucharisticos panes recipiẽdos.

29. Parabis et acetabula, &c.] Præparanda etiam acetabula (LXX τρυβλία) parapsides scilicet, vel catinos ad excipiendam similam, quando debeat offerri, & ad sacrificia sartaginis, & clibani recepranda. Appara simul phialas, siue vasa concaua parua (siue mortariola) ad vinum, aliaque libamina in sacrificiis fundenda: ad idem ministerium parabis & cyathos. Thuribula autem fieri cura tùm ad asseruandum thymiama, quod est adolendum: tùm thus, quod panibus propositionis appunendum iubebo. * O quam accuratam præparationem Deus requirit, in vase, typicum sacrificium recepturo, quam siue præparatione Christi sanguinem vasi cordis profundis.

5. Acetabula, phialæ, & cyathi ex auro, panes Mēsæ, ponēdi.

Tanta vasorum præparatio nostri defidiã taxat ad sanguinẽ Eucharisticũ excipiendũ.

30. Et pones super mensam, &c. Hebr. *Panes faciemum* Super mensam hanc panes duodecim collocabis, qui coram Arca, & Propitiatorio ante meam semper faciem statuantur. * Vt ea panis sancti respectu mea hominibus propitiatio stabiliatur. Nisi ex panis Eucharistici respectu Deus peccatoribus propitius extitisset, iam de mundo actum esset.

Ex respectu Eucharistici panis Deus propitius peccatoribus exponitur.

31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Facies &c] Ex auro non fuso, sed malleo ducto, ac efformato Candelabrum

6. Candelabrũ aureũ.

Candelabri artem Candelabri efficies Constet hastili, seu trunco ... è trunco hinc inde ... sub quorum ... singula vna sphærula ad ... inde tres in vnoquoq; calamo scyphi, supraque sphærula vna & postremo lilium sub lucerna ostentabitur. Hastile igitur medium sit, ex quo vtrimque calami tres, sine rami in altum assurgant. Scyphos ... partes Candelabri instar ... uncum pro... Sphærulas poma, globulos in formam pomorum, appello. Lilia autem in summitate calamorum ... tubeo, ... ipsis lucernæ possint imponi. In ipso autem hastili ... candela ... quatuor aderunt Scyphi, in nucis speciem, Sphærulæque & lilia singulis suppo... ... vtroque verò gari calamorum ... sphærulæ quinquidem calami tres ... sex scilicet calamos ex vno hastili, aut trunco procedentes. Porro tam ... calami, cunctaque quæ ad ... functionem pertinebunt, ex mun... auro efformentur. Lucernæ igitur ... super septem lilia accendantur, vt ... mensam panum propositionis superi fulgorem emittant. Sed quia & lux purgamenta exponit, emunctoria ex auro purissimo præparentur: & vasa, quibus parte ellychnij, quæ emungetur, recipi possit. Quid luce perfectius? At fulgores perfectissimi emungendi prædicantur. *Nihil est tam perfectum in hominibus, quod non egeat emunctione.*] * emunctoria ex auro mundissimo sunt emungenda. Nam qui aliorum lucem curat emungere, magna debet puritate nitere. Emunctorium sit aurum purissimum, si est lux emungeda.

Nihil tam perfectum quod non egeat emunctione. Qui aliorum fulgores emũdatus est, debet sancta puritate nitere.

39. 40. OMNE PONDVS CANDELABRI &c.] Candelabri extruendi pondus sit auri talentum continens tria millia siclorum: duodecim ergo millia aureorum appendat Quæcunque dixerim circa Arcam, Propitiatorium, Candelabrum, mensam, eorumque cultum & quæ menti tuæ expressi exemplaria in monte dum moraris perpende, contemplare, dige re, & manda executioni. Preme verba, *Inspice, & fac.* * Nihil enim perfectè conficitur, nisi quod prius studiosè inspectum est.]

Nihil perfectè efficitur, quod studiosè nõ prius cõsideratur.

CAPVT XXVI.

Tabernaculi quatuor tegumenta describuntur, Tabernaculi tabulæ cum suis vasibus, Vectes, duplexque velamen.

Tabernaculum verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccòque bis tincto, variatas opere plumario facies. 2. Longitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient vniuersa tentoria. 3. Quinque cortinæ sibi iungentur mutuò, & ... nexu simili cohærebunt. 4. Ansulas hyacinthinas in lateribus ac ... facies cortinarum, vt possint inuicem copulari. 5. Quinquagenas ansas cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & ... altera alteri possit aptari. 6. Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. 7. Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. 8. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium. 9. E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt ... sagum in fronte tecti duplices. 10. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius vt cum altero copuletur. 11. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnum ex omnibus operimentum fiat. 12. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. 13. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, vtrumque latus tabernaculi protegens. 14. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus. 15. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, 16. quæ singulæ denos cubitos in lõgitudine habeãt & in latitudine singulos ac semissẽ. 17. In alteribus tabulæ duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur: 18. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. 19. Quibus quadraginta bases argenteas fũdes, vt biuę bases singulis tabulis per duos angulos subiciã-

tur. 20. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt, 21. quadraginta habentes bases argenteas. binæ bases singulis tabulis supponentur. 22. Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, 23. & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. 24. Eruntque coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. 25. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis. 26. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, 27. & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidentalem plagam. 28. qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum. 29. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. 30. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Monte monstratum est. 31. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: 32 quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. 33. Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij sanctuaria diuidentur. 34. Pones & propitiatorium super arcam testimonij in Sancto sanctorum: 35. mensámque extra velum: & contra mensam candelabrum in tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis. 36. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere plumarij. 37. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

COMMENTARII.

1. *Cortina Tabernaculi.*

VERS. 5. TABERNACVLVM VERO, &c.] De Tabernaculo autem construendo accipe descriptionem decem cortinæ præparentur de bysso cuius fila bina torta sint, ac duplicata vt fortior existat. * Tela subtilissima gaudet Numen, sed quæ fortitudinem ostentet. Quid subtilius Diua fœmina virgine? quid Martyre fortius? en byssus retorta Domino litanda. Byssus illa violaceo, purpureoque infectatus colore. Vt autem linum magis rubeat bis cocco intingatur * Vt Regio, ex virtutibus, splendore fulgeas, sæpe vermiculi Iesu in Eucharistia cruore imbuendus es. Cortinæ sint variatæ. Addit Hebræus, *Cherubim*: ac si dicat: sparsæ imaginibus oblatis, seu figuris Cherubinorum. *Opere* quidem *plumario*. Hebr. *Opere cogitantis* Opere scilicet ingenioso, quod multa cogitatione indiget, Bysso enim quibus stamini fila varia, violacea, rubea, purpurea super texantur: & fiat opus ingeniosum variè pictum aut textum, quod picturas ex plumis diuersicoloribus factas æmuletur. * Certè opera cogitantis perfectiora sunt Nihil perfectum repentè exponitur * Id quod specialissimè conuenit orationis, aut meditationis exercitamento. Qui cuncta opera perfectè moliri curat, in oratione prius studeat cogitare, quonammodo sint perfectè gerenda]

Deus gaudet litari sibi virgines fortes.

Vt Regio fulgeas splendore ex virtutibus, sæpe imbui debes Eucharistico cruore.

Opera cogitantis perfectiora. Qui in oratione cogitet, quæ gerere debeat, perfectiora edit opera.

2. LONGITVDO CORTINÆ, &c.] Vniuersæ Cortinæ admodum tentorij expandendæ vnius sint mensuræ: ita vt quælibet earum quinquaginta sex palmos habeat longitudinis, latitudinis autem octo.

3. 4. 5. 6. QVINQVE CORTINÆ, &c.] Quinas & quinas vel assuturà, vel alio modo cortinas iunges vt sint instar duarum magnarum cortinarum: quæ duæ rursus in vnum quinquaginta copulabuntur ansulis. Efformabis autem quinquaginta fibulas circulares aureas, vt hæc duo quinarum cortinarum vela per eas coniungi, & rursum solui, ac disiungi possint, quando proficiscendum est. * Tot cortinæ vnum efficientes Tabernaculi velamen, quid nisi plurium fidelium vnitas ex charitatis vinculo coalescens? Vbi ansulæ charitatis deficiunt, vnitas soluitur.

Vnitas plurium fidelium ex charitatis vinculo.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. FACIES ET SAGA, &c.] Vndecim prætereà cortinas ex pilis caprarum efficies eodem modo vt decem aliæ cortinæ byssinæ iungendas Ad hoc autem efformabuntur, vt Tabernaculi contegant tectum. Omnium sagorum longitudo sexaginta palmos, latitudo octo non excedat. Quinque saga iungenda deorsum, sex sibi mutuo copulabuntur adeò, vt extremitas pendens reducatur in tectum, versa quidem, vt solent, quæ duplicantur. Quinquaginta fibulæ æneæ aulæ ita iungantur, vt ex vndecim sagis vnum fiat operimentum. Quia autem saga hæc vndecim cortinas byssinas latitudine ac longitudine excedent: quia saga erunt sexaginta palmorũ, longitudinis, cortinæ autem quinquaginta sex: ex quatuor cubitis latitudinis quibus excedent, duo duplicati regant pendentes anteriorem partem Tabernaculi, & duo posteriorem Ac duorum cubitorum seu quatuor palmorũ, quibus longitudo excedet, alter, ex vno latere Tabernaculi, alter ex altero pendebit.

2. *Saga cilicina, ac* [illegible] *pel est*

14. FACIES ET OPERIMENTVM, Operimentum aliud de pellibus arietum rubricatis, aliud insuper de pellibus ianthinis seu violacei coloris efformabis, vt non solũ Tabernaculi tectũ, sed etiam latera, vt saga cilicina,

cilicina,& coccinas byssinas valeant protegere ab imbribus. Quatuor operimentis Tabernaculum obtegitur.*Non sufficiat tibi operculo vno protegi cor tuom,Domini Tabernaculum: vix multa opercula possunt aduersum tot tentamionum imbres protectionem exhibere.]

15.16.17.18.19. FACIES ET TABVLAS, &c.] A tribus Tabernaculi extruendi lateribus de lignis setim tabulas erige velut Tabernaculi parietes. Earum mensura quatuor palmos longitudine, tres autem latitudine æquabit. Tabulæ ita etiam in lateribus elaboratæ , vt conœctæ inter se bene possint cohærere. In meridiano latere,quod vergit ad Austrum viginti tabulæ consurgant. Quadraginta autem [illegible] bases argenteas, vt singulis tabulis binæ bases supponantur per duplicem angu[illegible]. De fundamine curandum adeo vt singulæ columnæ duplex basis sit apponenda. *[illegible] studes virtutum exædificationi duplicia sint humilitatis fundamina. Quæcunque enim virtutis celsitudo debet ab humilitate superari:Vnus (verb. gratiâ)gradus charitatis par[illegible], duobus gradibus humilitatis innitatur ; vt securiores eleuari sine ruinæ periculo queat.

20. 21. IN LATERE QVOQVE,&c.] Ad latus secundum Tabernaculi,quod spectat ad Aquilonem, totidem consurgent tabulæ totidem basium binariis innitentes argentearum.

22. 23. 24. 25. AD OCCIDENTALEM, [illegible] Tabernaculum ad Occidentem ha[illegible]as, ita tamen vt sex integræ [illegible] vero te[illegible] semi[illegible] gant Porro duarum harumce vna [illegible]dianum,altera Aquilonare Tabernaculi contegat post Tabernaculi ter[illegible] seu in parte Occidentali. pars enim Occiden[illegible] ingressus, nullas [illegible] tabulas [illegible] ulla adesse obstacula difficultas, vt ad Dei conspectum, peccatores accurrant [illegible] ex hisce tabulis octo,sex erant æquales duæ autem in angulis ponendæ separatim eandem mensuram annulabunt:octo autem tabulæ sedecim argenteæ bases binæ ac binæ supponantur.

26. 27. 28. FACIES ET VECTES DE LIGNIS SETIM QVINQVE, &c.] In vtroque lateri tabernaculi quinque vectes de lignis setim auro vestiti, anterisque annulis immissi tutam Tabernaculi fabricam constringebant , vt suo è loco tabulæ moueri non possint.* Nam vel Tabernaculi tabulæ mouentur faciles, si charitatis non adiiciatur vectis. Multa alligatione indiget communitatis fabrica,ne tabulæ concidant dissolutæ. Vectes itaque non per spissitudinem ipsam tabularum sed per eatum dorsa transuersim annulis inserentur, ab extremo vtrique vsque ad extremum.

29. 30 IPSAS QVOQVE TABVLAS DEAVRABIS , &c] Tabulæ ipsæ aureis laminis contegantur:& antea eis consigantur annuli,quibus immissi vectes possint tabulata continere.Tabernaculum itaque iuxta exemplar,quod tibi hoc in vertice exposui,ædificari iubebis.

31.32.33. FACIES ET,] Perficiendum denique velum ex eadem, qua cortinæ materia figuris alatis cooperiendum quod ante quatuor columnas de lignis setim(quarum capita aurea,bases argenteæ)appensum diuidat sanctuarium à sancto sanctorum, quod tertiam tantum partem Tabernaculi occupabit:& erit quadratura decem habens omni in latere cubitos, siue viginti palmos. Intra hoc velum adesit Arca testimonij.

34. 35. PONES ET, &c.] Super testimonij Arcam aureum Propitiatorium:, quod fabricari iussi,in sancto sanctorum collocabis, mensam extra velum appones & in latere Tabernaculi meridiano candelabrum in mensæ conspectu facies emicare.

36. 37. FACIES ET,&c.] Alterum velum perficietur opere Cortinarum & velamini alterius simile,quod quinque columnis de lignis setim (quarum capita aurea,ac bases æneæ)innexum primæ parti Tabernaculi erit oppositum, quæ sanctum dicetur: sicut prius velum sancto sanctorum oppandi præcepi.

Profectò vt exéplar vno intuitu possit quari paucis sculpere, Tabernaculum hoc Templum portatile, cum Hebræis per desertum ambulantium,erat quasi tentorium castrense. Iolongum habebat cubitos triginta, in latum decem , totidem in altum. Compactum erat ex tabulis lignorum setim inauratis , quarum quæque lata erat cubitum & semis : & duabus argenteis basibus terræ affigebatur. Viginti octo tabulæ in longum ex vna parte: & viginti ex altera:quæ in altum transuersim ad Occidentalem plagam similiter octo aliis tabulis iungebantur. Tabulæ sibi mutuo in castratur[illegible] siue commissuris iūgebantur , attenuato latere vnius tabulæ, & in vicinæ tabulæ concauitatem immisso. A frontead ingressum Tabernaculi in parte Orientali , loco tabularum erant quinque columnæ setim inauratæ,& tecta teotorio, id est,velo oblongo,sed non ad certam vsque deciduo , quo & lumen hauriri posset , & sacerdotibus (quibus solis ingredi licebat) accessus daretur. Hæ colomnæ, & tabo æ sic vndique compactæ tegebantur superne. Primu cortinis decem contextis opere plumario , id est polymito seu phrygio adinstar plumarij, seu quod plumas nobiliorum volucrum referret contextis , inquam ex bysso,& aliis filis hyacinthinis, coccineis , & purpureis: iisque non simplicibus , sed duplicatis aut triplicatis , adeoque & retortis , & inter se conuolutis : quo spissius , & durabilius esset opus. Hæ cortinæ admodum tentorij superne distendebantur, & pro cœlo,seu testudine erant: vnde & tentoria hic appellantur. Secundo, cortinis istis superinductæ erant vndecim saga cilicina,id est,vndecim cortinæ è pilis caprarum contextæ. His tertio pellesarietum rubricatæ , id est , rubro colore tinctæ. Quartū denique pellibus hisce substratis aliæ rursum pelles ianthinæ coloris superinductæ erant contra pluuias, atque procellas præparatæ. Et his quatuor cortinis cōstabat tectum, seu operculum contegens Tabernaculum. Porro ab intus tabernaculum in duas diuidebatur partes , Prior , siue anterior erat viginti cubitorum , dicebaturque

Aa 4 sanctum

Marginal notes (left): No[illegible] sic a[illegible] ... [illegible] — 5. *Tabulæ Tabernaculi, ac vases eorum.* — Fundamenta [illegible] humilitatis [illegible] — *Facies ad Occidentalem.* — 4. *Vectes [illegible]. Communitatis fabrica multa indiget charitatis alligatione ne dissoluatur.*

Marginal notes (right): 5. *Velamina situsque Propitiatorijs ac Mensæ.* — 6. *Totius Tabernaculi descriptio accuratior.*

Sanctū, vel sancta, vel sanctuariū. Posterior, vel interior erat decem cubitorum in longum, totidémque in latū, vocabaturque sanctum sanctorum, vel sanctuaria sanctuarij, id est, sanctissima pars Tabernaculi: eratque quasi sacelli chorus. In hunc locum soli summo Pontifici licitum erat ingredi, nec nisi semel in anno, nempe die expiationis. Diuidebatur autem sanctum à sancto sanctorum per velum, quod obeunte Christo scissum est. In sancto sanctorum non erat aliud quam Arca cum propitiatorio, & Cherubinis. Tabulæ legis in Arca, virga Aaron, & vrna cum manna vtramque ad latera Arcæ. In sancto autem erat mensa panum propositionis ad latus Aquilonare; Candelabrum septifidum ad Meridionale: in medio altare thymiamatis obuersum Arcæ & Propitiatorio, vt eo ascenderet fumus thymiamatis, quod Deo hoc in altari adolebant. Ne allegoricos sectarer sensus, à morali Tabernaculi Commentario abstinui.

CAPVT XXVII.

Altare holocaustorum cum vasis suis, craticula, & vectibus: Atrium Tabernaculi cum suis columnis & velaminibus: Oleum lucernarum, & earum accensio describitur.

1. FACIES & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine. 2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære. 3. Faciésque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula: omnia vasa ex ære fabricabis. 4 Craticulámque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, 5. quos pones subter arulam altaris: eritque craticula vsque ad altaris medium. 6. Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis æneis: 7. & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum. 8. Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in Monte monstratum est. 9. Facies & atrium tabernaculi, in cuius Australi plaga contra Meridiem erunt tentoria de bysso retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. 10. Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. 11. Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis, argentea. 12. In latitudine verò atrij, quod respicit ad Occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basésque totidem. 13. In ea quoque atrij latitudine, quæ respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt. 14. in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidem: 15. & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres & bases totidē. 16. In introitu verò atrij fiet tentoriū cubitorū viginti ex hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta opere plumarij: columnas habebit quatuor, cum basibus totidē. 17. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. 18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum: in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit: fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas. 19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. 20. Præcipe filiis Israël vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum: vt ardeat lucerna semper: 21. in tabernaculo testimonij, extra velū quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis Israël.

COMMENTARII.

VERS. 1. FACIES ET ALTARE, &c.] Altaris holocaustorum, in quo & holocausta, & quæuis sacrificiā mihi immolabuntur, ac cremabuntur, exædificationi te accinges (erat & aliud altare in sancto in quo mane, ac vespere thymiamata adolebantur, de quo infra.) Altaris tabulæ ambientes de setim aptabuntur. (nam interius in imo altare

re hoc vsque ad sui medium plenum erat lapidibus non sectis: superius vero per totum ænea craticula regebatur.) Simile quidem est rie arcæ, seu capsæ quadratæ, quæ fundo & operculo caret, & interius est vacua. Mensura altaris huiusce decem in longitudine, totidem in latitudine æquabit palmos, siue spithamas. Aderit planè extra Tabernaculi tectû subdio.* Prius enim te oblatis pro peccato holocaustis,expiare debes, quam audeas ad Tabernaculum, vbi manna Eucharisticum latitat accedere.

Expiare prius quam ad Eucharisticu accedas Tabernaculum.

2. CORNVA AVTEM, &c.] Prominentes anguli instar cornuum, ad altaris ornatum,non aliunde,sed ex ipso altaris ære, continuo opere ducentur. * Commendatur perpetuus altaris ornatus. Sunt enim, qui vno vel altero solemni studeo aliunde altaria exornare: quibus ornatu alieno spoliatis, toto anno sordida exponuntur.]

Commendatur perpetuus altaris ornatus nô aliúde;ú dit additus.

3. FACIES QVE IN VSVS, &c.] Altare quidem de lignis setim tabulis æneis tectum,ne ab igne lædatur: æneis vasis ministretur. Illæ fient ex ære ad cineres animalium & lignorum suscipiendos, ne altaris decens materia deficiat in vasis.* Vidi altaria ornatissima sordidis vasis ministrari:argentea autem vasa sordido, altari afferri vidi. Fiunt, ex Dei præscriptione, & altare & vasa ex eadem materia,vt ædificas decenti altari vasa decentia aptanda esse. Fientur & forcipes,(Hebr. *ya-ram*,instrumenta scilicet quibus ex altari aliquid accipi,ac remoueri possit. Liceat vulgari vocabulo,ponere,*Tenazas, y badil.* hoc quidem ad [illegible] ignium, illæ autem ad materiam [illegible] candam.Adde & fuscinulas siue tridentes,aut vncinos, ad extrahendas carnes ex [illegible] acabris. & ignium receptacula vasa scilicet ad prunas capiendas. *Thuribula* exposuerunt cum LXX. quia hæc vasa seruiebant ferali vt in illis ignis sanctus ex altari holocausti [illegible] ad altare thymiamatis vespere & mane deferretur,vt in his adoleretur incensum.* Iste cuncta ad ignis ministerium instrumenta esse ænea,quia fragilior materia non secure cû igne ageret.* Et quomodo tu extipula audes ad luxuriei ignem accedere sine flagrationis periculo?

Altare ornatû vasa decentibus ministretur: argêtea non sordido seruiât altari.

Si æneas non es,non agas cum igne: stipula ne cum igne; sic tu scriptureignem nô audes accedere.

4. 5. CRATICVLAMQVE,&c.] Craticula ærea in formam retis superiorem altaris partem contegat,cui quidem craticulæ sacrificia cremanda imponantur.Habeat craticula hæc suos annulos, & ab annulis vectes distinctos:vt separari possit & ab altari, & portari seorsim. Ex craticula autê per catenulas aut laminas appêsa pendeat arula ænea, siue focolus in medio altari super lapidum impolitorum structuram: in qua arula ligna imponantur,& ignis ad cremâdas carnes,quæ in superiori craticula imponendæ. At craticula non sola sed cum arula appensa ad medium vsque altaris pertineat, in ter craticulam enim & arulam spatium erit cubiti vnius com dimidio, quod est medium altaris trium cubitorum altitudinem æquantis. * Quam pulchre craticula altari præposita in formam retis expanditur,vt vereare, qui ad altare accedis, vinculis illigari, si aliquid tuo in corde ferinum appareat. Adest in altari venator, retis in promptu est: fuge periculum, ad humanitatem rediens.]

Qui ad altare accedis holocausti Eucharistici caue ne reti implicens, si aliquid in te ferinum appareat.

6. 7. FACIES ET, &c.] Vt craticula suos habebit vectes vt seorsim deportari possit: sic habeat altare vectes duos de setim laminis æreis contectos,qui vtrique altaris lateri seruiant, vt deportari valeat aut seorsim, aut cum ipsa craticula. Cur vectes ad altare portandum etiam æneis laminis conteguntur si ipsæ craticulæ,aut arulæ, vbi ignis,non hæ rescunt?Ne scintillæ volitantes lignum setim paulatim comminuerent: periculosa enim est ignis vicinitas * Ergo nisi speciali Dei munere te contectû laminis æreis fortitudinis caperiare, ignis luxuriei fuge conspectum.Non contingam, ais prunas: caloris solum fruar voluptate sine conflagrationis periculo.Fuge miser; exitialis enim incendij volitantes, stipulam fragilem scintillæ succendent]

Nisi te æneû ea speciali Dei munere experiare,fuge ignis luxuriei vicinû,quia scintillæ volant.

8. NON SOLIDVM SED INANE, &c.] Altare non sit solidum, sed inane intrinsecus vti in exemplari obiecto tibi iam expressi. Ex Doctorum mente vsque ad medium plenum erat pretiosis lapidibus. * Cur igitur cauum,ac inane efformatur altare?Certè vt inane possis pretiosis opplere muneribus.]

Altare tibi vacuû exponitur,vt pretiosis impleas muneribus.

9. 10. FACIES ET ATRIVM TABERNACVLI, &c.] Tum ornatus, tum reuerentiæ causa atrium efformetur, quod vndequaque Tabernaculum, & holocaustorum ambiat altare. Atrio velut quosdam parietes appende tentoria seu velamina ex bysso retorta, latitudine centum cubitorum: quæ quidem id per circuitum ambiant, vti pulchris aulæis. * Templi enim portatilis atrium debet velut ipsum Templum ornari. Atrium decete reuerentiam puta, Templum dum intrauetis, scias maiorem præferre reuerentiam. Longè aberje ab immunitate Templi lædenda, qui atrium veluti Templum reueretur.] Columnas efformari iube viginti totidem basibus innitentes æneis: de quibus velamina hæc suspendantur. At columnarum capita sint argentea *cum cincturu*, (sic Hebr.) (vel *circulis*) quæ scilicet circa columnas filis ducentur argenteis. Porrò vox *Cælaturis* non significat sculpturæ aut cælaturæ incisiones, sed laminas tenues ambientes, vel fila ambientia capita columnarum.

2. *Atrium & tentoria.*

Atriû Tépli tibi sit velut Téplû ad reuerentiâ: vt lôgius abfis ab irreuerétiá erga Téplû.

11. SIMILITER ET IN LATERE, &c.] Sicut plaga in Australi contra meridiem tentoria sunt appensa: sic in Aquilonari latere velamina eiusdem mensuræ, totidem columnis suis basibus innitentibus appendantur: quæ quidem bases capitibus argenteis similiter submittantur.

12. 13. IN LATITVDINE VERO, &c.] Columnis decem totidem basibus innitentibus in atrij latitudine respicienti ad Occidentem velamina quinquaginta cubitorum appende: in latitudine autem respiciente ad Orientem alij quinquaginta velaminis cubiti auolent.

14. IN QVIBVS QVINDECIM, &c.]

Facies

Facies Orientalis atrij in medio habeat spatium viginti cubitorum, quod portæ inseat habebit. Hinc ergò spatiũ relinquatur quindecim cubitorum, quod suas habeat columnas, & ex ipsis auolancia tentoria.

15. ET IN LATERE ALTERO, &c.] In latere altero simile spatium quindecim cubitorum relictum totidem cubitorum tentoria tribus columnis suis basibus hærentibus, operiatur.

16. IN INTROITU VERO, &c.] Iube fieri in introitu atrij viginti cubitorum velamen ex bysso retorta violaceo, rubeo, ac purpureo colore variegata, operis plumarum in morem; hoc quidem tentorium aut velum portæ atrij oppansum quasi ianuæ vicem implebit.

17. OMNES COLUMNÆ ATRII, &c.] Cunctæ atrij columnæ per circuitum argenteis laminis contegentur: earum autem capita ex argento, bases ex ære fiant.

3. *Vasa Tabernaculi ænea, oleũ lampadum.*

18. IN LONGITVDINE OCCVPABIT, &c.] Longitudo atrij occupet cubitos centum, latitudo quindecim, quinque conficiat altitudo. At cuncta Tabernaculi vasa in omnem cultum ceremonialem deputata ex ære conficiendæ: tam paxilli ad cortinas sustinendas infixi Tabernaculo, quam paxilli terræ hærentes, quibus in atrio cortinæ illigabuntur funibus, ne vento agitentur.

Oleum purissimum sapidibus in ea apponendum.

20 PRÆCIPE FILIIS ISRAEL, &c.] Iube Hebræis, vt de fructibus oliuarum oleum purissimum offerant, vt semper lucerna ardens obiiciatur. * Taxantur, qui purissimum oleum mensæ apponentes fæcibus plenum rancidúmque luminari sacru reseruant.] Certè oleum id vel sit sponte ex oliuis profluens, vel pilo contusum, non prælo, aut mola expressum: quod amurca, ac fæcibus plenum est. * Amat Dominus voluntaria sibi munera litari, quæ assolent maiori puritate nitescere. Coacta obsequia imperfectionibus assolent redundare. An omnes simul lucernæ *semper* ardèrent? Lucernæ illæ septenæ simul omnes tota, & sola nocte locum Tabernaculi, & mensæ panũ propositionis, quæ erat in sancto antè sanctum sanctorum illuminabant. Mane quaternæ extinguebantur, sed tres reliquæ manebant etiam per diem accensæ. Didici ex optimæ notæ Interpretibus. Vt autem & altaris, & atrij exemplar vnico exponam intuitui, precipe totam descriptionem in compendium adactam. Altare holocaustorum aderat antè Tabernaculum in medio atrij subdio propter fumum & nidorem victimarum. Compactum erat ex lignis setim, quæ nè ab igne lęderentur, æneis laminis tegebantur exterius, interius vero aut rodi lapide circumcirca aduersus eundem ignem muniebantur. In medio cauum erat altare, & supernè apertum, cui in medio craticula ænea in modum retis foraminata, ambitu vndique, seu limbo laxiore non pertuso, quem arulam hîc vocitat Moses) cincta supeij ponebatur, per quam cineres, fauillæ ac prunæ minores decijderent, victimæ vero super impositæ sustentarentur, & subiecto cremarentur ab igne. Hæc craticula cum sua arula, & foco poterat ab altari reliquo separari: erantque duo vectes quadratulæ, & altaris, quibus vtrimque feorsim, cum mouenda essent, possent attolli. Iam atrium depingam Area sub dio erat quadrangularis ambiens tabernaculum, & altare holocaustorum. Centum cubitos in longum habebat ab oriente versus occidentem: quinquaginta vero in latum ab Aquilone ad Austrum Tota vero area circumcirca claudebatur sexaginta æneis columnis, sed argenteis floculis, ramis vndique vestitis, singulis columnis spatio quinque cubitorum à se inuicem distantibus. Viginti columnæ latus faciebant Australe, totidem Boreale latus, decem latus occidentale, & decem reliquæ orientale claudebant. Ex his columnis vela byssina, sed absque ope re phygio circumcirca pendebant, & instar murorum sepiebant atrium, quod nulli præter sacerdotibus, & leuitis ingredi licebat. Vnicum velum viginti cubitorum, quod aderat in fronte, seu aditu atrij à parte Orientali, eratque quasi porta atrij, plumarium erat, seu acu pictum, & opere phrygio seu polymito variegatum. Huius atrij pars media, seu quinquaginta priores cubiti ad Orientem in quadrum deputati erant sacrificiis; vnde & in medio illius spatij altare holocaustorum aderat ante Tabernaculi frontem In altera medietate atrij, quæ tota erat Tabernaculo dicata, Tabernaculum ipsũ figebatur eo situ, vt à columnis atrij lateralibus ad Austrum, & Septentrionem viginti cubitis vtrimque distaret: ab Occidente verò decem cubitis, à columnis posterioribus; & totidem cubitis versus Orientem à septo anterioris partis atrij sacrificiis deputatæ abesset.

4. *Holocaustorum Altaris, Atrijque accurrata descriptio.*

CAPVT XXVIII.

Vestes summi Pontificis, & inferiorum sacerdotum describuntur.

1. **A**PPLICA quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. 2. Faciésque vestem sanctam Aaron fratri, tuo in gloriam & decorem. 3. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. 4. Hæc autem erunt vestimenta quę facient: Rationale, & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balteũ.

Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. 5. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byssum. 6. Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura coccóque bis tincto & bysso retorta, opere polymito. 7. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant. 8. Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, 9. Sumésque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël: 10. sex nomina in lapide vno, sex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. 11. Opere sculptoris & cælatura gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israël, inclusos auro atque circumdatos: 12. & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum, ob recordationem. 13. Facies & vncinos ex auro, 14. & duas catenulas ex auro purissimo sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis. 15. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta. 16. Quadrangulum erit & duplex: mensuram palmi habebit tam in longitudine quam in latitudine. 17. Ponésque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus: 18. in secundo carbunculus, sapphirus, & iaspis, 19. in tertio ligurius, achates, & amethystus: 20. in quarto chrysolithus, onychinus, & berillus, inclusi auro erunt per ordines suos. 21. Habebuntque nomina filiorum Israël: duodecim nominibus cælabuntur singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. 22. Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo: 23. & duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate: 24. catenásque aureas iunges annulis, qui sunt in marginibus eius. 25. & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis quod rationale respicit. 26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris, quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt. 27. Necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali, 28. & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari: 29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israël in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. 30. Pones autem in rationali iudicij Doctrinã & veritatem, quæ erũt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo, & in conspectu Domini semper. 31. Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur. Deorsum vero, ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, 34. ita vt tintinnabulũ sit aureũ & malũ punicum rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. 35. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. 36. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. 37 Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, 38. imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israël, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus. 39. Stringésque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum opere plumarij. 40. Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: 41. vestiésque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabísque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. 42. Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora: 43. & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij vel quando appropinquant

quant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron & semini eius post eum.

COMMENTARII.

Iubet Deus Aarō & filios eius sacerdotio fungi. Vestes Pontificiæ.

VERS. 1 APPLICA QVOQVE, &c.] Fac accedere ad te Aaron, fratrem tuum ac filios eius Nadab,&c. Abiu: accedant & Eleazar, ac Ithamar: veros sacerdotes consecres, & vestibus sacerdotalibus induas. *Nihil prius nomine sacerdotis auditu, curatur, nisi sacerdotalium vestimentorum ornatus vel ante ipsius sacerdotal muneris descriptionem. * Vt subtraxeris, quæ in attrita ac sordida vestimenta præfers ad altare, vt similibus non auderes procedere ad forum.

Taxātur sacerdotes, qui attritis, ac sordidis vestibus procedūt ad altare.

2. FACIESQVE VESTEM &c.] Vestes sacerdotales Aaroni efficies ad sacerdotū & sacerdotalium munerum decorem, ac gloriam.* Sacri enim ministerij fulgor obscuratur, si sacerdos vulgaribus indumentis amictus incedat.]* O quam oculata Christicolarū fides, qui sacerdotem tam attritis, tam sordidis incedentem vestibus credit posse corpus Dominicum consecrare, ac peccata remittere, Dei vicarium!]

Ex veste sacerdotali sordida obscuratur sacerdotalis fulgor, & ministerij gloria. Quis nisi oculata fide credet tātā apud eū inesse potestaté.

3. ET LOQVERIS, &c.] Loquere artificibus peritis Beseleel, & Ooliab, quos spiritu prudentiæ, seu sapientia aspirata repleui, vt summa dexteritate vestimenta Aaroni mihi ministraturo perficiant.* Peritia mechanica sufficit ad reliqua vestimenta sæcularia præparanda: ad sacerdotalia autem tanta peritia requiritur, vt addenda fuerit prudentia à Deo inspirata, siue ingenij augusta operatio. * O tempora, quum tota prudentia, seu operatio ingenij ad profanos fœminarum ornatus perficiendos exercitur: sacerdotalia autem vestimenta elaboranda vulgarissimus, tarus artifex deputatur, & qui vix possit acquirere victum propter sacrarum operarum raritatem.

Nō vult Deus ad sacerdotalia vestimēta peritiam vulgarem sufficere, sed addit prudētiā artifici. Tota prudētia, aut ingeniū cōficiendis fœmineis ornatibus deputatur: vulgarissimi sacris vestibus sequiruntur artifices.

4. HÆC AVTEM ERVNT, &c.] Sūmo Pōtifici hæc parabūtur indumēta: Tunica stricta alba, zona, superhumerale, rationale, aurea lamina. Hisce Aaron induetur, eisdemque successores Pontifices exornabuntur.

5. ACCIPIENTQVE, &c.] En totam sacrorum vestementorum materiam aurum, hyacinthum, purpuram, vermiculo bis tinctas telas, byssumque ex duplici, aut triplici filo retortam.* Hæc nunc profanatorum vestium apparamenta: sacrorum autem plerumque linum, lana, Aurum, argentum, pretiosa quæque sæculari sacrantur ornatui, telæ vix vilissimæ sacerdotali ministerio addicuntur.]O vera Sion. Filiæ tuæ ornatæ vt similitudo Templi: Templum tuū spoliatum, attrita altaris, sordidæ sacerdotales vestes, vt miseræ inopiæ similitudo? Vrinam Templum vulgarium fœminarum iam ornatum exponeret.

Pretiosa materia impēditur profano ornatui: vix tela vilissima altari inuenitur. Fœmina ornatur vt similitudo Templi: Templū vt inopiæ similitudo.

6.7.8.9.10.11,12. FACIENT AVTEM &c.] *Superhumerale* (Hebr.) dicitur אפד *ephod,)* fieri iubebis vestē quidem eximiam, eandemque pretiosissimam polymito, seu phrygio opere contextam. Erit instar interulæ ad cingulum vsque porrectæ, quæ duabus constabit partibus, anteriori, ac posteriori: quæ duæ partes in vtroque latere summitatum, seu in vtriusque partis summitate iungi debebunt in humeris, vt e duabus vnus quasi thorax efficiatur. Porro duobus lapidibus onychinis, seu smaragdis eximiæ magnitudinis, qui ius quasi nodi in humeris summitates Ephod nectentur, arte gemmaria nomina duodecim Tribuum Israël sculpentur: sex quidem vni dextero Ruben, Simeō, Iudas, Dan. Nephthali, & Gad, alteri autem sinistro Aser, Isachar, Zabulon, Ephraim, Manasses, & Beniamin. Nomen Leui inter duodecim Tribus non annumeratur, quia ipse sacerdos vtpote Leuita per se suam Tribum repræsentabat. * Vel quia sacerdos sui velut oblitus commodi, solas subditorum causas pertractat] * Porrò nomina Tribuum vno & alteri lapidi insculpentur in memoriale filiis Israël, & ob recordationem, hoc est, vt meminerit, & recordetur Pontifex, suum munus esse subditos suos ferre non solum in pectore per amorem, (de quo inferius) sed etiam in humeris, eorum tēporaria onera, & peccata ferēdo, ac Deū pro ipsis deprecādo & placādo sacrificiis.]* Pretiosis lapidibus nomina subditorū scribūtur, quia nullus subditus Præsuli non pretiosus.]* Deportantur in humeris, quia onus Præsulis sit, quidquid ad subditos pertinere videatur. * Peccata subditorum Præsul toleret, sustineat excessus.]* Et curet se precibus non dulci subditorum onere, sed immenso pondere peccatorum eximere. * Putet suum onus esse, quotiens subditi peccatis pergrauantur; quia Rectori tribui assolent subditorum excessus.] * Nouerit denique Pontifex honorem cum onere copulatum accepisse. Si honore potius gaudet, gemere sub onere non refugiat, Haud potest honor ab onere separari: quomodo ergo solo honore, sacerdos, delectaris, & cuncta onera proiecisti ex humeris]* Porro honor hic in humeris est, quia nulla maior sacerdotum gloria, nullus honor sublimior, quam onere pergrauari. Liceat vulgariter exponere. *Es honra del sacerdote, preciar se de la carga.*]

2. Superhumerale. Sa... subditos ferat in pectore per amorem, & in humeris per eorū tēporarij subsidij. Subditus ... Præsuli pretiosus. Onus Rectoris quidquid ad subditos attinet. Toleret ... subditi peccata. Curet se onere hoc precibus eximere. Putet suum onus esse, ... Honor Pōtificis onus est, qui gaudet onere, sub onere gemat. Honor sacerdotalis ... oneratur a humeris.

13. FACIES ET, &c.] Vncini efficiantur aurei vt per eos, & catenulas Rationale superhumerali alligetur. At circuli, siue annuli catenę inuicem innexi cohęreant ad catenæ conflationem Sub pala ergo duorum onychinorum in humeris pontificis collocentur hi aurei vncini, qui catenas aureas insertas in summitate annulis Rationalis mordeant & ita Rationale in sua lacuna in qua ad pectus Pontificis recipiendus est, retinere possit. Quam aptè duodecim Tribus, seu cuncti subditi cuncatenaran pectori Pontificis immittūe sationem. Ratione enim cunctæ gerenda circa

regimen

regimen subditorum, nihil ex tyrannide proprij affectus.* Ratio enim in præsulis corde connotat subditos carenis addictos: qui quidem vinculis communiunt, si à pectore Præsulis videntur rationem separati.

15. 16 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. RATIONALE QVOQVE &c.] Habeat superhumerale in anteriore pectoris parte suparsutum aliud pretiosioris operis phrygici ornamentum quadratum, palmare, seu palmi vnius, scilicet *Rationale iudicij* sic quidem vocitatum, quod per illud (quasi esset rationale, siue ratione præditum redderent oracula, ac diuina responsa, quibus iudicia mea hominibus manifesta fient. Huic Rationali duodecim pretiosæ diuersi generis gemmæ erunt intextæ quatuor hisce ternariis: sardius, topazius, & smaragdus: Carbunculus, Saphirus, & iaspis: Ligurius, achates, & amethystus: Chrysolitus, onychinus, & beryllus. Cuique gemmæ erit insculptum nomen vnum duodecim Patriarcharum, seu Tribuum Israel. De catenis iam vers. 13. disseruimus.* Cur autem eadem nomina & in duplici lapide onychino, in Rationali sculpta prædicantur? Certè quia subditos non habebis toleranter in humeris, si simul in corde non habeas. Dilectio leuem reddit sarcinam, quæ si amor non alleuet, reddit planè impossibilem. Gesta subditos primum in corde, & fugientes quæres pastor anxius, & inuentos humeris (dulcem sarcinam) deportes.

26. 27. 28. 29. FACIES ET DVOS, &c. Rationale autem debet ligari cum Ephod per quatuor annulos, qui adetunt in extremitalibus, Rationalis, per quos traiecta vitta hyacinthina Rationale cum Ephod adstringet ad quod quidem ministerium vittæ in Ephod pariter apte respondentes annuli erunt inserti. Porro duo annuli, qui superhumerali addendi sunt, posteriorem seu interiorem partem aspicient: pars enim anterior exterior erit, & visu patens; posterior verò interior, abscondita, & tecta. Portabit itaque Aaron Pontifex in Rationali super cor suum nomina filiorum Israel, quum sanctuarium omnus, aut sacrificium oblaturus ingredietur. * Orabit enim affectu ardentiore, si intestinas iudicet subditorum ærumnas.

30. PONES AVTEM IN, &c.] Hebr. האורים ואת התמים *vrim tummim. Doctrinam & veritatem*, aut *illuminationes, & perfectiones*. Pones insuper in Rationali duas hasce voces: *Doctrina, & veritas*, quæ quidem in Pontificis pectore ostentabuntur, quando in conspectu Domini apparuerit: nec sanctuarium inibit, Rationali relicto. Quare hæ duæ voces in Rationali scriptæ? * significabant doctrinæ splendorem, & vitæ integritatem, quæ in Pontifice, qui Pastor, Doctor, & Princeps erat, requirebantur. Haud sine *vrim, tumim* in sacerdote reperiatur, doctrinam vitæ integritas comitetur: integritatem vitæ doctrina sequatur. significabatur præterea his vocibus Pontificem indutum Ephod, & Rationali ornamentis ipsi propriis accipere à Deo *vrim, & tum min*, id est, claram doctrinam, &

Si Præsul subditos gestat in pectore facile deportabit humeris: dilecti enim leuē reddit sarcinam.

Orat affectu ardentior, qui intestinas reputat subditorum ærumnas.

In Præsule, aut sacerdote vitæ integritas, splendor doctrinæ semper aptiot.

perfectam veritatem dubiorum, de quibus consulebatur.* Vt quæcumque à Præsule andis, credas ex vi officij à Deo accepisse, vt tibi gerenda intimaret.

Quidquid Præsul iubet crede ex vi officij à Deo recepisse.

31. 32. 33. 34. 35 FACIES ET TVNICAM &c.] Iubebis fieri tunicam, qua vtatur Pontifex, eum superhumerali induendus est totam ex opere phygio, aut polymito. A pertura eius, per quam caput transmittetur, ora, seu fimbria per circuitum obfirmabitur, ne obrumpatur: vti fieri assolet in vestium extremis Hæc autem fimbria erit non acu facta (vulgariter *Pasathaun*) Deorsum verò ad tunicæ extremitatem per circuitum sint alternatim sita malum punicum, & tintinnabulum, hæc ex auro, illa ex hyacintho. Mala autem punica sint septuaginta duo, & totidem tintinnabula. Induetur huiusmodi tunica Aaron cum fuerit ministraturus, vt ingressurus, & egressurus sanctuarium sonitus exponat Pontificis incessum. * Sibi persuadeat sacerdos, haud posse pedem ducere sine sonitu: vt studeat, gressus sine scandalo efformare; nec enim potest occultari sacerdotis actio, quæ tot tintinnabulorum linguis addicta est]si secus fecerint Aaron, eiusque successores, si mala punica, & tintinnabula gestare neglexerint, morte punientur * Cur autem aurea tintinnabula ma lis punicis immixta dependent? Vt innuatur doctrinæ vocem haud sine fructu operis expressione proferendam,

4. *Tunica hyacinthina.*

Non potest sacerdos pedē figere sine sonitu.

Sacerdos hoc proferat doctrinæ vocem hoc est, esse fione fructus actionis.

36 FACIES ET LAMINAM, &c] Affixa erit & lamina aurea tiaræ in fronte Pontificis, in qua cælatoris manu incidetur, *sanctum Domino*. Hebr. קדש ליהוה *quodese Laiehoua*, siue *sanctitas Iehoua*: ac si dicat, Deus sanctissimus est, imò ipsa sanctitas Colendus ergo sanctè, & religiosè * | tofectò nostri Pontifices perfectius hoc proferunt non litteris incisis, sed modestiæ præconium: Deus, cuius, sum sacerdos, est sanctitas.] Porro tiara erat hyacinthina secundum aliquos.

5. *De Lamina, ac Baltheo.*

Quilibet potius sacerdos modestia prædicat Deū esse sanctitas.

37. LIGABISQVE EAM,] Vitta hyacinthina, seu violacei coloris lamina alligetur supra tiaram apponenda fronti imminens sacerdotalis. Porro iniquitates tunc commissæ à filiis Israël, dum non ritè offerunt, seque non sanctificant, vt debent à sacerdote exponentur sanctuario. vt aspiciens Dominus scriptum in lamina frontis sacerdotalis *sanctitas Iehoua*, siue sanctum Iesu nomen, affectus pietate Israelitarum hisce ignoscat erratis.* Et quomodò Deus differat venia donare peccatores, dum Iesu dulcissimum nomen expressum aspectat?

Aspectans Deus typum nominis Iesu, illico nostris ignoscit erratis.

39. STRINGESQVE &c.] Aliam parabis sacerdoti summo vestem, tunicam lineam strictam bysso, seu byssina zona quatuor digitos lata, & ita contexta, vt serpentis possit exuuium apparere varij coloris floribus pictutatā Ipsam tunicam facies ex bysso sine rugis, aut finibus ad crura tantum vsque demissam. (qui *poderem* vocitant ad talos vsque descendisse tenentur profiteri.) Tiarā, seu cidarē seu mitrā, parabis, quę sit capitis Pontificis integumentū aliquantulum assurgens: fascia seu vitta circumdetur. Parabis & Zonam extimam, quæ superhumerale, & omnes, alias vestes præcingat. Certè opere

Qui munus habet constringendi alios, debet morum nitore pulchritudine.

polymito zona perficienda.* Quod enim munus habet constringendi, oportet pulchritudine decorari. Quomodo enim solutis moribus Præsul alios coostringere sine rubore procurabit.]

Vestes inferiorũ sacerdotum.

40. 41. 42. 43. PORRO FILIIS AARON, &c.] At minorum Sacerdotum vestes sic præpata: Quatuor quidem atuor, femoralia, tunica linea, zona, tiara Careant illi hyacinthina tunica, Ephod, Rationali, & lamina aurea, cum nomine Domini, quam habebit Pontifex.* Nec enim inferiori Sacerdoti iustum est æquale, ac Pontifici apparatum apponi: & vestitu, & ministrorum satellitio, & mensa inferior ostendatur. Quod si diuitiæ suppetant, detrahat de apparatu, & addat egenis.] Eos consecrabis in Sacerdotes. Hebr. *Eos implebis*, scilicet dabis in manus, quod offerant. Id enim fiebat in Sacerdotum consecratione.* Vt idem sit in Sacerdotem consecrari, ac in manus accipere Dei redditus annuos, vt offerant egenis.] Parabis & femoralia linea ex bysso retorta, vt à renibus vsque ad femora operiant: ne si cadere Sacerdotem contigerit, aliquid minus decens aperiatur. * Curat Deus turpitudinem Sacerdotum operiri, ne aspectantibus sit in scandalum, aut ridiculam narrationem liceat vulgariter exprimere: *No quiere Dios, que aia cuentecillos de los Sacerdotes*] Præfatis vestibus Aaron, & filij eius vtentur, hoc est Pontifex, & inferiores Sacerdotes, quando Tabernaculum ineant, vel quando accedant ad altare, vt sanctuario ministrent. Ne si non obedierint, moriantur. Lex autem hæc perpetuo seruanda Aaroni, ac posteris eius indicetur.

Inferior sacerdos non tanto apparatu splédeat, vt Pontifex.

Idẽ est cõsecrari sacerdotẽ ac in manus accipere, quod offerat egenis.

Non vult Deus, quid quã minus decens de sacerdotibus dictitari.

CAPVT XXIX.

Ritus consecrationis Sacerdotum exponitur. Iuge sacrificium agni tam mane, quàm vespere immolandi præscribitur.

1. SED & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecretur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, 2. panésque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azima oleo lita: de simila triticea cuncta facies. 3. Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. 4. Et Aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cúmque laueris patrem cum filiis suis aqua, 5. indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali, & rationali quod constringes balteo 6. Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, 7. & oleum vnctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. 8. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingésque balteo. 9. Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam initiaueris manus eorum, 10. applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponéntque Aaron & filij eius manus super caput illius, 11. & mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. 12. Sumptúmque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem, fundes iuxta basim eius. 13. Sumes & adipem totum qui operit intestina, & & reticulum iecoris, ac duos renes, adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare: 14. carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit. 15. Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. 16. Quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare. 17. Ipsum autem arietem secabis in frusta lotáque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius 18. Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini. 19. Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. 20. Quem cùm immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundésque sanguinem super altare per circuitum. 21. Cúmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis & vestibus, 22. tolles adipem de ariete, & caudam & ruinam, quæ operit vitalia, ac reticulum & iecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armúmque dextrum, eò quod sit aries consecrationis 23. tortámque panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azimorum, quod positum est in conspectu Domini. 24. ponésque omnia super manus Aarõ & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino: 25. Suscipiésque vniuersa de manibus

bus eorum : & incendes super altare in holocaustum , odorem suauissimum in conspectu Domini , quia oblatio eius est. 26. Sumes quoque pectusculum de ariete , quo initiatus est Aaron , sanctificabisque illud eleuatum coram Domino , & cedet in partem tuam. 27. Sanctificabisque & pectusculum consecratum , & armum quem de ariete separasti , 28. quo initiatus est Aaron, & filij eius , cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israël quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino. 29. Vestem autem sanctam , qua vtetur Aaron , habebunt filij eius post eum , vt vngantur in ea , & consecrentur manus eorum. 30. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij vt ministret in sanctuario. 31. Arietem autem consecrationis tolles , & coques carnes eius in loco sancto : 32. quibus vescetur Aaron & filij eius. Panes quoque , qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent , 33. vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis , quia sancti sunt. 34. Quòd si remanserit de carnibus consecratis , siue de panibus vsque manè , combures reliquias igni : non comedentur , quia sanctificata sunt. 35. Omnia quæ præcepi tibi , facies super Aaron & filiis eius Septem diebus consecrabis manus eorum : 36. & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare: cùm immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. 37. Septem diebus expiabis altare , & sanctificabis , erit Sanctum sanctorum. omnis , qui tetigerit illud , sanctificabitur. 38. Hoc est quod facies in altari : Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter , 39. vnum agnum manè , & alterum vesperè , 40. decimam partem similæ conspersæ oleo tuso , quod habeat mensuram quartam partem hin , & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno 41. Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis , & iuxta ea quæ diximus , in odorem suauitatis : 42. sacrificium est Domino , oblatione perpetua in generationes vestras , ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino , vbi constituam vt loquar ad te. 43. Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. 44. Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari , & Aaron cum filiis suis , vt sacerdotio fungantur mihi. 45. Et habitabo in medio filiorum Israël , eróque eis Deus , 46. & scient quia ego Dominus Deus eorum , qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos , ego Dominus Deus ipsorum.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. SED ET HOC FACIES, &c.] Cæterum ad Sacerdotij functiones facies Aaron & filios eius hoc ritu consecrari: Tollendus de armento vitulus vnus duóque arietes integri , non claudi, non vno carentes oculo , non scabie affecti. * Cõsecrationi enim sacerdotis , quem tanta decet puritas , nullus adhibendus apparatus , in quo macula vlla possit reperiri vt ipsius sacerdotij ineffabilis puritas innouatur] Assumendi etiam panes azymi , & placenta absque fermento , quæ commiscetur oleo , cum subigetur. Lagana quoque , seu liba tenuia parentur , quæ subigantur aqua immixta, sed cum offerenda sint, oleo frigantur. Porrò & panes, & placenta , & lagana de triticea farina sunt conficienda , humana scilicet alimonia augustiori. * Nihil enim , quod brutalitatem , aut rusticitatem sapiat vel in consecratione eius debet exponi, qui tam humanus, & comis debet ostendi.]

11 Consecrandorũ Sacerdotum ritus.

Ineffabilis sacerdotalis officij puritas.

Humanitas & comitas sacerdotem decet.

3. ET POSITA, &c.] Triticeam oblationem in canistro litabis: vitulum autem, & duos arietes applica ad Tabernaculũ. vt postmodũ immolari possint. Quod Domino immolandum est prius debet Tabernaculo applicari. Repentina enim haud decet oblatio: * Offerendus Deo in orationis exercitamento, animum præpara, meditationis materiam mente recolẽdo.] Sic Tabernaculo applicaberis, priusquam fueris immolatus. * Ideò D. Ignatius Pater meus monet præparari , aut recoli exercitium seu orationis materiam nocte præcedenti : vt victima hæreat Tabernaculo.

Præparanda meditationis materia ante orationis exercitium

D Ignatij monitũ circa hæc.

4. 5. 6. 7 ET AARON , &c.] Applicentur ad ostium tabernaculi Aaron ac filij eius , aqua diluantur.* Vel exterior enim munditia decet sacerdorale ministerium.] Mox Aaron suis ornetur vestimentis. Primo ei tunica stricta alba accommodetur Deinde superinduat tunicam fere talarem aliam hyacinthinam, è qua mala punica, ac tintinnabula infernè pendent. Zona pulcherrima hæc tunica nobilissima astringatur. Tertio ei accommodetur superhumerale, è quo Rationale pendeat. Denique tiara Pontificia capiti addicatur, lamina aurea in fronte affixa. Indicti sic Pontificis caput profuso oleo inunges , peculiari ad Pontificem consecrandũ ceremonia : ad quam exeundam depones tiaram. Cur nulla fiede femoralibus

Vel exterior munditia decet sacerdotes.

seu seminalibus memoria cum de vestimentis recensio peragitur ? supponitur ea induisse Aaronem, & eius filios, vt honeste diluerentur. * Quidquid ad honestatem pertinet, seu ad castitatem spectat supponitur, non præcipitur Sacerdoti.

Quidquid ad castitatē spectat supponitur in Sacerdote.

8. 9. 10. 11. FILIOS QVOQVE ILLIVS, &c.] Applicentur etiam ad ostiū Tabernaculi filij Aaron & suis vestibus (scilicet inferioribus Sacerdotibus præparatis) induantur. Primo femoralia linea seu byssina sibi accommodent. Secundo tunicam talarem byssinam strictam, id est, sine laxitate aut fluxu superfluæ materiæ, sine rugis, finibus, aut plicis. * Nil enim superfluum vult Deus in veste sacerdotū aspectam: laxitas ac fluxus vestium dedecet Sacerdotes: habentes quibus decenter tegantur debent esse contenti.] Tertio zona, seu baltheus opere phrygio connexens ex varijs coloribus tunicam constringat. Quarto cidaris seu tyara, quasi pileus è bysso rotundus, instar mediæ sphæræ per vittam occipitio adstringatur. Sic Sacerdotes, sic Pontifex semper induendus. Induti sacerdotis inferioris mox manus inunges. Cur inferiorum Sacerdotum solummodo manus inunguntur; Pontificis autem caput ? An quia Pontifex vt subditos Sacerdotes regere possit, indiget mentis illustratione: subditi autem solis indigent manibus ex inunctione dexteritate affectis ad obediendum promptè sine intellectus, aut discussus operatione ? Itaplanè.] Inunctis iam filiis Aaron, adhuc vitulum ad Tabernaculum applicabis, supra cuius caput Aaron, ac filij eius manus imponent, se peccatores hoc ritu profitentes, & peccata sua vitulo imponere, illumque vt victimam pro suis piaculis offerre: vt sic emundati, digni reddantur, qui pro aliorum peccatis intercedant, & sacrificent. * Quam aptè se sacerdotes peccatores esse profitentur, vt futuri exorabiles peccatoribus exponantur.] * Se autem peccatis expiari ostendunt, vt populus spem concipiat, ex iustis intercessoribus prospera accepturum.] Nam si nues certoneæ vident suum errare Pastorem, quomodò sperabunt esse humeris suis deportandos ad gregem ?] Post hæc ô Moses tu, quem Sacerdotem inuisibili consecratione constitui, vitulum iuxta ostium Tabernaculi mactabis. Inter Dauid Mosem vocitat sacerdotem, *Ai ysel, & Aaron in Sacerdotibus eius.* Psal. 98. 6. Aliqui exponunt sacerdotem vocati quòd sacerdotales mores exprimeret.* Sicut plures sunt Sacerdotes, qui sæculares moribus ostentantur: plures sunt sæculares, qui sacerdotales mores ostentant. Quam hi commendabiles! quam taxabiles illi.] Asseuerim tamen Mosem vere extitisse sacerdotē, licèt visibili initiatione cōlecratus nō esset.

Quotidiani sacerdotum indumenti modestia. Nil sit superfluum.

Solus Præsul circa præcepta imponē da subditis polleat discursu: subditi cæca obedientia obsequantur.

Peccatorem se sacerdos meminerit, vt peccatoribus exorabilem se de dat.

Subditi sperant, per sacerdotē sanctum consequi eternitatis salutem.

Multi sacerdotes moribus sæculares apparent: multi sæculares moribus sacerdotes obiiciuntur.

12. 13. 14. SVMPTVMQVE DE SANGVINE, &c.] Sume partem cruoris vituli & digito tuo cornua inficies altaris, reliquum verò iuxtà basim altaris profunde. Adipem autem totum intestinorum, iecoris ac renum, duósque renes instar thuris, accendes, & adolebis ad Dei honorem. Aptè adeps, ac renes vocitantur incensum. * Vt innuatur, potius placari Numen ex ipsa munerum oblatione, quam ex thuribuli fumantis fragrantia.] At carnes vituli, corium, ac fimum extrà castra combures: eo quod pro peccatis sunt offerenda. Non quia omnis hostia pro peccato eo modo comburenda sit: sed quòd hostia pro peccato summi Sacerdotis, aut pro peccato filiorum sacerdotum, hoc modo comburi debebant. * Non sit intra castra fumus piaculi sacerdotis. Peccatur sit licet sacerdos, eius criminum fœtor sic ablegari à ciuium sensu procuretur, vt nullus possit eum agnoscere, aut indicare peccatorem.] Scio, renibus, adipe, ac è pare concupiscentiam foueri. * Hæc Deus vult aptè comburi ipso sacerdotalis consecrationis die. Vt innuatur, in sacerdote, vel fomen concupiscentiæ omninò pereisse. Tota puritas sacerdotalem decet statum.]

Munera oblata non incensi ei fragrantissimum est.

Peccata sacerdotii sic ablegāda à notitia ditionis suæ laicū vt nec fumum eius aspectant. In sacerdote tāta puritas esse debet, vt in eo extincta omnino concupiscētia videatur.

15. 16. 17. 18. VNVM QVOQVE ARIETEM SVMES, &c.] Ex duobus præparatis arietibus vnum assumes, super cuius caput (sicut in vitulo) apponédæ sacerdotum manus. Macta arietem, & eius cruorem super ipsum altare per circuitum profunde: in frusta cadauer reseca: intestina abluantur, & cum pedibus concisis carnibus apponentur: totúmque arietem succensum. Deo offeres; Vices Thuris suauissimi Domino exeret. Hebr. עלה *holath* id est holocaustum quod ascendat in fumum cōuersum Græcè ὁλοκαυστὸν id est, *totum combustum.* * Illa victima Domino, suauissima oblatio, illa Numini, ex qua nihil reliquum, totum cedit in munus. Victima Domini non est, si ex te Deo oblato aliquid sæculo retinueris.]

Oblatio illa Deo gratissima, ex qua nil remanet incombustū.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. TOLLES QVOQVE, &c.] Alterum accipies arietem in victimam pacificam offerendum, vt prospere Aaron, ac filij eius nouum sacerdotium recipiant, & vt illud eis, & populo pacificum, faustum, ac fortunatum existat.* Sicut enim bonus sacerdos maximum est populi, sibique ipsos commodum: sic malus sacerdos & sui ipsius, & populi maximum est exitium. Vnde pro bono sacerdote acquirendo debene Deo sacrificia litari.] Quem quidem arietem cum iugulando, Deo sacrificaueris (aries hic ad plenam sacrificij consummationem postea cremandus erat) de eius sanguine sumes, & extremum dexteræ Aaronis, ac filiorum eius inunges: & pollices tantum manus dexteræ singulorum eodem asperge cruore: reliquum autem sanguinem super altare ipsum in circuitu profunde.* Faustum erit omninò sacerdotium populo si antes ac manus sacerdotis à Domino mystice arietis id est, Christi sanguine protegantur, ac robore auctores, nè subditorum nimium sint studiosi audiendi defectus; manus vt ad beneficia promptè exerantur, ad vindictam tarditate donentur.] Cumque de sanguine, quo respexeris altare, & de oleo vnctioni huiusmodi composito (de quo Cap. 30. 23.) oleo & sanguine simul mixtis Aaron & filios, eorumque vestimenta resperges. Porrò post sacerdotium, ac vestium sacerdotalium hanc consecrationem, adipem ex ariete capies, arunam, seu adipem viscera siue interanea operientem, reticulum iecoris, duos renes, eorúmque adipem: candique non relinques, quia cum sacrificium pacificum

Sacerdos bonus maximū sui, & populi cōmodum, malus autem sui, & populi maximū exitium.

Subditis erit Præsulum faustus admodū, si Rector non audiat subditorum defectus nimis studiose, & manus extēdantur ad munera, contrahantur ad vindictam.

pacificum præparetur ex ſpecie omnia reliquis addenda eſt & cauda in altari cremanda, cum in reliquis victimis cremanda non erit. Armum denique accipies dextrum, eo quod aries conſecrationis exiſtat. Alioqui enim in aliis pacificis comburendus non eſt, ſed in partem ipſius ſacerdotis cum pectuſculo cedet. Cur autem peculiare hoc fuit victimæ conſecrationis, vt armus dexter abſumeretur? * Victimæ armus Deo litatur, vt dorſum ſacerdotale roboretur ad ſubditorum onera toleranda.] Sumes ſimul placentam, cruſtulam, laganum de caniſtro azimorum, quod iuſſi coram altare holocauſtorum apponi. Omnia hæc ſuper manus Aaron & filiorum eius collocabis, & eos ſanctificabis, dùm feceris eorum manus plenas hiſce muneribus eleuari. Certè hæc ſacerdotum ſanctificatio non erat aliud quam eleuatio manũ eorum cum muneribus facta per Moyſem. Qua quidẽ eleuatione ſignificabatur, munera illa ad Deum pertinere: ac deinceps ſimilia Deo ſanctificanda eſſe, & offerenda per ſacerdotum manus. * Vt ex ipſo conſecrationis ritu diſcat ſacerdos omnia, quæ à Deo accipit, Deo eſſe reddituram] Nec pulchrius potuit ſignificari ſacerdotalis conſecratio, quam eleuandi manus ad munera exhibenda actione] * Qui manus contrahit, ad alleuanda, quæ à Deo accipit Eccleſiaſtica bona auarum ſe oſtendit ſæcularem, non Sacerdotem, quem decet munificentia in egenos. Negat ergo, ſe à Deo conſecratum, qui actionem tribuendi, eleuatis manibus, non exerit] Vniuerſa quidem hæc de manibus ſacerdotum accipies, & ſuper altare ſuccendes, Deo gratiſſimum holocauſtum. * Nihil enim Deo gratius, quam quod à munifica Sacerdotali manu accipitur. Si gratum eſt acceptum, gratiſſimum erit exhibitum] Odor ergo ſuauiſſimus Domino holocauſtum hoc immittit, quia eſt ſacerdotum oblatio ipſi litata.

Sacerdos indiget dorſo fortiſſimo, ad tolleranda onera ſubditorum.

Omnia, quæ ſacerdos a Deo accipit, ipſi reddat in paupere. Sacerdotalis cõſecratio ſignatur actione dandi.

Qui manus cõtrahit ad afferenda, quæ à Deo accipit: negat ſacerdotalẽ cõſecrationem.

Gratiſſimum Deo, quod à munifica ſacerdotali manu accipitur, quia datur.

26. 27. 28 SVMES QVOQVE &c.] Offeres pectuſculum Deo armumque, quem ſeparaſti de ariete oblato in conſecratione Aaronis, ac filiorum eius: & conſecrata ſic cedent in partem Aaron ac filiorum eius perpetuo iure. Non enim loquor de ſacrificio pacifico, quod hic pro ſacerdotum conſecratione offerendum eſt, ex quo in partem tuam cedet pectuſculum: ſed de omni eo, quod impoſterum filij Iſrael offerent: vt ſcilicet ex eo pectuſculum & armum dent ſacerdotibus, ſicut ipſi ſacerdotes in ſuo hoc ſacrificio vtrumque Deo impendent. * Quod enim ſemel Deo offerimus ſæpe recipimus. Da Deo in egenis ſemel, ſæpe *iure perpetuo* recipies.] Porrò hæc in partem Sacerdotum ideo cedent, quia ſunt partes primæ, quæ initio in victima pacifica Deo ſeparantur deincepſque Dei nomine Sacerdoti offerentur. * Quod enim datur Sacerdoti, hoc Deum à te accepiſſe exiſtima.]

2. Portio ſacerdotibus aſſignatur.

Quod Deo ſemel in paupere damus, ſæpe iure perpetuo recipimus. Quod ſacerdoti das, hoc à te Deũ accepiſſe exiſtima.

29. VESTEM AVTEM SANCTAM, &c.] Haſce autem ſanctis vſibus deputatas veſtes, mortuo parente Pontifice, accipiet filius ſenior, qui patri in Pontificatu ſuccedit: vt iis indutus vngatur, & conſecretur Pontifex. Conſecrabitur autem, & vngetur nouus Pontifex ab aliquo ex minoribus Sacerdotibus, neque enim aderit maior aliquis qui illum poſſit conſecrare. * Moſes conſecrat Aaronem quia datus Hebræis in Deum, ſicut Pharaoni; at reliquos Pontifices non poterit conſecrare maior aliquis, quia Legiſlatores, Reges, Duces, inferiores admodum Sacerdoti, ſunt.]

3. Veſtibus ſacerdotes vtũtur aſſignatis, & his dũmodo ſanctificatis vtẽtur.

Reges potẽtiſſimi inferiores admodũ ſũt ſacerdotibus.

30. SEPTEM DIEBVS &c.] Qui conſtituendus erit Pontifex pro Aarone, aut pro quolibet ſucceſſore Aaronis Pontifice: ſeptem continuis diebus, quibus durabit conſecrationis ritus, hiſce vtetur veſtimentis. nec poterit ſeptem hiſce diebus conſecrandus à Tabernaculo recedere. * Profectò Sacerdos Chriſticola ſtrictiori iure deberet ſeptem diebus ante primum ſacrificium à ſæculari abſtrahi conuerſatione, & exercitamentis ſpiritualibus ſtudere Nam abſtractio illa in Sacerdote typico temeritatem eorum ſubtaxat, qui repentè hæreſcunt altari.]

Qui primo ſacrificio, ſeu Miſſę præparatur, ſeptem diebus à ſæculari abſtineat cõuerſatio, & exercitamenta gerat.

31. 32 33. ARIETEM AVTEM, &c.] Tollendus verò aries conſecrationis ritui dicandus, & eius coquendæ carnes in atrio ante Tabernaculum igne ex altari ſumpto * Vides, atrium Tabernaculo hærens locum ſanctum appellari. Vt ſtudeas; te ei modeſtum ac reuerentem oſtentare.] Carnibus hiſce coctis Aaron, ac filij eius veſcentur. Edent etiam panes, qui in caniſtro veſtibulo Tabernaculi appoſito reliqui fuerint. Porrò non omnes impoſiti fuere manibus ſacerdotum. Quod ſi de omnibus panibus azymis in caniſtro impoſitis volueris cum aliquibus (qui non aptè) intelligere: dubitabis, ſi iam panes illi Sacerdotis fuerant impoſiti manibus, & ab igne abſumpti: quomodo iubentur Sacerdotes panes comedere. * Certè quia quod Deo litatur, non amittitur. quem panem das pauperi, retines, vt abſumas.] Abſumptis carnibus, ac azymis reliquis erit placabile ſacrificium, per quod expiatio facta erit, & manuum Sacerdotum conſecratio: & vt Deus oſtendam me hoc ſacrificio placatum, quandoquidem eos tã benignè ad menſam meam, hoc eſt, ad victimas Inuitatos admitto: * Nihil ſic Deum placatum hominibus exponit, quam dignatio Euchariſtici epuli. Se noſtrum profitetur amicum, qui non ſolum admittit, ſed rogat ad menſam ineundam. Porrò contactu huius ſancti cibi, & ex hac ceremonia, ſacróque conuiuio magis quodammodo conſecrabuntur, ac ſanctificabuntur Sacerdotum manus. Allenigena verò, id eſt, qui non eſt de ſtirpe Aaron, etiamſi ſit de Leui ſtirpe ſancta non comedet; quia ſcilicet hi panes Deo oblati ſunt pro conſecratione non Leuitarum, ſed Sacerdotum,

Atrium ſanctum appellatur: te ergo inibi gere modeſtum;

Quod Deo litas, habes; quem pauperi das panẽ, retines, vt comedas.

Deus oſtendit ſe noſtrum amicum, dũ ſuã Euchariſticã inuitat ad menſam.

34. QVOD SI REMANSERIT, &c.] Carnium ac panum reliquias eodem die abſumi volo ab igne, ne aliqua irreuerentia circa illas contingat, ſi in poſterum reſeruata ad profanorum manus fortè veniant: aut cum incipiãt putreſcere, proiiciantur. * Nihil Deo magis inuiſum, quam panem ſanctum ab indignis abſumi. Proh ſacrilegos in Euchariſticum panem auſus!]

Nihil Deo magis inuiſum, quã Euchariſtiã ab indignis abſumi.

35. 36. 37. OMNIA QVÆ PRÆCEPI TIBI, &c.] Præcepi vt in conſecratione Sacerdotum per ſeptem dies quatuor hæc fiant

4. Vitulus pro peccato quotidie offerendus. Altaris expiatio.

Vnganeur sacerdotum manus. Vitulus immoletur. Mundetur altare. Ipsum inuogatur. Porro altare mundabitur, seu expiabitur oblato vitolo expiationis hostia: vnges autem, vt sit consecratum, & sanctum sanctorum, hoc est, vt sanctissimum expooatur. Omnis vero, qui voluerit ad altare accedere sacra facturus, ritè, & statuta ceremonia debet esse consecratus.

Iuge sacrificium. 38. 39. 40. Hoc est, quod, &c.] In hunc maxime vsum volo altare erigi, vt in eo iugè sacrificium duorum agoorum in holocaustuoi offeratur. Iuge autem hoc est sacrificium: sumendi duo agni vnius anni, & immolandi iugiter quotidie, voos quidem mane, alter vespere. Addenda ad matutinam oblationem decima pars Ephi, nempe gomot similæ seu farinæ triticeæ subactæ oleo tunsione expresso, non torculari: quod oleum quartæ partis Hin expleat meosuram: & vini tantundem est sumendum, in agni vnius matutina oblatione. Profectò Hin continet duodecim Logim: Log verò quantum sex oua Palestinæ, quæ maiora sunt nostris. Hin est mensura Ægyptiaca septuagiota duo oua continens.

Deus pœnitentibus propitius ostentatur. 41. 42. 43. Alterum vero agnum offeres ad, &c.] Alterum vero agnum *inter duas vesperas* (sic Hebr.) iuxta ritum oblationis matutioæ offeres in odorem suauitatis. Eritque semper à posteris hoc sacrificium offerendum super altare holocaustorum, quod est ad ostium Tabernaculi: vbi constituam, seu disponam responsa proferre. Nec enim solummodo de Propitiatorio in sancto sanctorum loquar, sed de ostio Tabernaculi respõdebo.* Vt offerentibus pro peccatis super altare holocaustorum innotescar, Deum pœniteotibus ostentari propitium *] Et ne præsumas, qui ad sanctum sanctorum solus potest accedere, sibi solummodo illustrationes reseruari. Extra Tabernaculum sæcularis inuenitor, qui sacerdotali merito, & Pontificia perfectione dignus sit, cum Domino conuersari.] Addit Deus. Ibique filiis Israel, per te meum internuncium præcipiam quæcumque mibi ab eis gerenda placuerint: & altare meum sanctum declarabitur, cum gloria mea circà illud apparuerit: ac præsertim cum ignem de cœlo ad absumenda sacrificia immittam. * Gloria enim Dei est, cùm homioes tàm gratum Deo, tam purum offerunt sacrificium, vt digoom sit igne misso cœlitos absumi, vti accidit Abelo. Quam misericors, qui mea in vtilitate suam gloriam dignatur exponere.

Sæcularis potest merita excedere Pontificis & dignus fieri eloquio diuino.

Dei gloria est, te Deo obedientem ostendi, & perfectum oblatorem.

44. 45. 46. Sanctificabo et tabernacvlvm, &c.] Sanctom itaque declarabo Tabernaculum testimonij, & altare: sanctum declarabo Aaronem ac filios eius, & tam Tabernaculum & altare, quam Aaronem & filios vt sancta tuebor horribiliter puniens violatores. * Quis audebit aut Templum violare; aut erga sacerdotes impudeorem se ostendere: si ad Deum pertineat eorum tueri immunitatem?] Habitabo (addit) in Tabernaculo meo, quod inter filios Israel aderit, eisque me Deum verè ostentabo curando, protegendo, docendo &c. Eduxi enim eos de Ægyptiaca seruitute non vt repellerem, sed vt inter illos commorarer * Qui te de Ægypto sæculari abduxit, non repellet obedientem, non deleret ad patriam properantem.

Quis audebit Tépla, aut sacerdotes violare, quorú tutela ad Deum pertinet?

Qui te de sæculo abduxit ad Religioné, non deseret obedientem.

CAPVT XXX.

Altare thymiamatis, labrum æneum pro sacerdotum lotione, sacri vnguenti compositio, quo inungendi erant sacerdotes, vasa Templi & compositio thymiamatis quotidie adolendi in altari describuntur.

1. Facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, 2. habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent 3. Vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciésque ei coronam aureolam per gyrum, 4. & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. 5. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. 6 Ponésque altare contra velum, quod ante aream pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. 7. Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud: 8. & quandô collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. 9. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis libamina 10: Et deprecabitur Aarõ super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum anctorum erit Domino. 11 Locutúsque est Dominus ad Moysé, dicens:

12. Quando

12. Quando tuleris summam filiorum Israël iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. 13. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. 14. Qui habetur in numero, à viginti annis & supra, dabit pretium. 15. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. 16. Susceptámque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. 17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 18. Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, 19. lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, 20. quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, 21. nè fortè moriantur: legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. 22. Locutusque est Dominus ad Moysen, 23. dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, 24. casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: 25. faciésque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, 26. & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, 27. mensámque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, 28. & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. 29. Sanctificabisque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. 30. Aaron & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. 31. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. 32. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. 33. Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo. 34. Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: 35. Faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum. 36. Cúmque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. 37. Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. 38. Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

COMMENTARII.

1. *Altare thymiamatis.*

VERS. 1. 2. FACIES QVOQVE, &c.] Ad adolendum thymiama altare ædificabis de lignis setim quadratum æquis lateribus, ita vt latera singula cubitum non excedant: altitudo autem eius duos cubitos seu quatuor palmos æquabit. Ex eodem autem ligno, quo altare constabit, (non affixa) cornua quatuor in pomi modum affabrè elaborata producentur. Radios quosdam ex angulis in altum sublatos vocitarim. Dum huiusmodi radij aut poma, aut obelisci non affiguntur, sed ex eodem altaris ligno assurgunt, perpetuus altarium commendatur ornatus. * Non sufficit, solemnibus diebus exornari altaria: decens ornatus addicendus eis assiduus, vt sacrata ex ipso natalitio, Domino videantur. Nec enim Deus solùm festis diebus altarium est incola.]

Quotidianus altarium ornatus fit decens, quia Deus semper eorum incola.

3. 4. 5. VESTIESQVE ILLVD AVRO, &c.] Altare, craticulam, vel operimentum eius, altaris tabulas per circuitum, & cornua aut radios eis laminis aureis conteges. Porrò craticula erat reticulata, vt per eius foramina thymiamatis seu aromatum cinis decidens sub altare delaberetur. At non immediatè craticulæ aureæ super imponebatur thymiama incendendum: alioqui craticulam auream vis ignis soluisset: sed in æreo thuribulo, quod craticulæ ipsi imponebatur. * Aurum enim nobilius metallum facilius, quam æs ignobile igne soluitur. Fugiat aurum ab igne: Principes, aut equites otiosi à luxuriei igne recedant. Assolet enim flamma hæc nobili materiæ citius hærescere. Non tam facilè æs ministeriis seruilibus addictum, siue vulgares homines hoc igne soluuntur.] At altari huic circulum (seu limbum ex delicatiori auri lamina per circulum appones. * Vbi enim ex thymiamatis oblatione Dei obsequium exponitur, ibi corona obiicitur: seruire enim

Aurũ, id est, Nobiles, seu Principes, aut equites [illegible] luxuriei flamma facilius soluere quã æs vulgarium.

Seruire Deo, quid nisi regnare.

tur. 20. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt, 21. quadraginta habentes bases argenteas. binæ bases singulis tabulis supponentur. 22. Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, 23. & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. 24. Eruntque coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. 25. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis. 26. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, 27. & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidentalem plagam. 28. qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad summum. 29. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. 30. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Monte monstratum est. 31. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: 32 quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. 33. Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij sanctuaria diuidentur. 34. Pones & propitiatorium super arcam testimonij in Sancto sanctorum: 35. mensámque extra velum: & contra mensam candelabrum in tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis. 36. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere plumarij. 37. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

COMMENTARII.

1. *Cortina Tabernaculi.*

VERS. 1. TABERNACVLVM VERO, &c.] De Tabernaculo autem construendo accipe descriptionem decem cortinæ præparentur de bysso cuius fila bina torta sint, ac duplicata vt fortior existat. * Tela subtilissima gaudet Numen, sed quæ fortitudinem ostentet. Quid subtilius Diua fœmina virgine? quid Martyre fortius? en byssus retorta Domino litanda. Byssus illa violaceo, purpureoque inficiatur colore. Vt autem linum magis rubeat bis cocco intingatur * Vt Regio, ex virtutibus, splendore fulgeas, sæpe vermiculi Iesu in Eucharistia cruore imbuendus es.] Cortinæ sine variatæ. Addit Hebræus, *Cherubim*: ac si dicat: sparsæ imaginibus oblatis, seu figuris Cherubinorum. *Opere* quidem *plumario*. Hebr. *Opere cogitantis* Opere scilicet ingenioso, quod multa cogitatione indiget, Bysso enim quasi stamini fila varia, violacea, rubea, purpurea super texantur: & fiat opus ingeniosum varie pictum aut textum, quod picturas ex pluribus diuersicoloribus factas æmuletur. * Certè opera cogitantis perfectiora sunt Nihil perfectum repente capopitur * Id quod specialissimè conuenit orationis, aut meditationis exercitamento. Qui cuncta opera perfecte moliri curat, in oratione prius studeat cogitare, quonammodo sint perfectè gerenda.]

Deus gaudet litari sibi virgines fortes.

Vt Regio fulgeas splendore ex virtutibus, sæpe imbui debes Eucharistico cruore.

Opera cogitantis perfectiora. Qui in oratione cogitat, quæ gerere debeat, perfectiora edit opera.

a LONGITVDO CORTINÆ, &c.] Vniuersę Cortinæ admodum tentorij expādendæ vnius sint mensuræ: ita vt quælibet earum quinquaginta sex palmos habeat longitudinis, latitudinis autem octo.

3. 4. 5. 6. QVINQVE CORTINÆ, &c.] Quinas & quinas vel assutura, vel alio modo cortinas iunges vt sint instar duarum magnarum cortinarum: quæ duæ rursus in vnum quinquaginta copulabuntur ansulis. Efformabis autem quinquaginta fibulas circulares aureas, vt hæc duo quinarum cortinarum vela per eas coniungi, & rursum solui, ac disiungi possint, quando proficiscendum est. * Tot cortinæ vnum efficientes Tabernaculi velamen, quid nisi plurium fidelium vnitas ea charitatis vinculo coalescens? Vbi ansulæ charitatis deficiunt, vnitas soluitur.

Vnitas plurium debet ex charitatis vinculo.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. FACIES ET SAGA, &c.] Vndecim præterea cortinas ex pilis caprarum efficies eodem modo vt decem aliæ cortinæ byssinæ iungendas Ad hoc autem efformabuntur, vt Tabernaculi contegant tectum. Omnium sagorum longitudo sexaginta palmos, latitudo octo non excedat. Quinque saga iungenda deorsum, sex sibi mutuo copulabuntur adeò, vt extremitas pendens reducatur in tectum, versa quidem, vt solent, quæ duplicantur. Quinquaginta fibulæ æneæ ansæ ita iungantur, vt ex vndecim sagis vnum fiat operimentum. Quia autem saga hæc vndecim cortinas byssinas latitudine ac longitudine excedent: quia saga erunt sexaginta palmorū, longitudinis, cortinæ autem quinquaginta sex: ex quatuor cubitis latitudinis quibus excedunt, duo duplicati tegant pendentes anteriorem partem Tabernaculi, & duo posteriorem At duorum cubitorum seu quatuor palmorū, quibus longitudo excedet, alter, ex vno latere Tabernaculi, alter ex altero pendebit.

2. *Saga cilicina, ac pelles.*

14. FACIES ET OPERIMENTVM, Operimentum aliud de pellibus arietum rubricatis, aliud insuper de pellibus ianthinis seu violacei coloris efformabis, vt non solū Tabernaculi tectū, sed etiam latera, vt saga cilicina,

cilicina, & cortinas byssinas valeant protegere ab imbribus. Quatuor operimentis Tabernaculum obtegitur. *Non sufficiat tibi operculo vno protegi cor tuum, Domini Tabernaculum: vix multa opercula possunt aduersum tot tentationum imbres protectionem exhibere.]

Non sufficit ac ... ad ... Dei Tabernaculum ... tegumento, sed opercula plura parare studeat.

15. 16. 17. 18. 19. FACIES ET TABVLAS, &c.] A tergo Tabernaculi extruendi lateribus de lignis setim tabulas erige velut Tabernaculi parietes. Earum mensura quatuor palmos longitudine, tres autem latitudine æquabit. Tabulæ ita erunt in lateribus elaboratæ, vt connecti, ac inter se bene possint cohærere. In meridiano latere, quod vergit ad Austrum viginti tabulæ consurgant. Quadraginta autem perficies bases argenteas, vt singulis tabulis binæ bases supponantur per duplicem angulum. De fundamine curandum adeo vt singulæ columnæ duplex basis sit apponenda. * Cum studes virtutum exædificationi duplicia sint humilitatis fundamina. Quæcunque enim virtutis celsitudo debet ab humilitate superari: Vnus (verb. gratia) gradus charitatis puritatis, duobus gradibus humilitatis continetur; vt securius eleuari sine ruinæ periculo queat.]

3. Tabulæ Tabernaculi, ac bases earum.

Fundamenta ... duplicia ... ad quamlibet virtutem ... eleuetur

21. IN LATERE QVOQVE, &c.] Ad latus secundum Tabernaculi, quod spectat ad Aquilonem, totidem consurgent tabulæ totidem basibus binatim innitentes argentearum.

22. 23. 24. 25. AD OCCIDENTALEM, ... Tabernaculum ad Occidentem habe... ...as, ita tamen vt sex integræ sin..., ...cubitales, duæ vero reliquæ semicubitales ...gant Porro duarum harumce vna latus meridianum, altera Aquilonare Tabernaculi contegat post Tabernaculi tergum seu parte Occide tali; pars enim Orientalis ... patebat ingressus, nullas hic ebat tabulas ... vt nulla adesset obstaculi difficultas vt ad Dei conspectum, peccatores accurrant.] Porro ex hisce tabulis octo, sex erant æquales duæ autem in angolis ponendæ separatim candem mensuram æmulabuntur: octo autem tabulis sedecim argenteæ bases binæ ac binæ supponantur.

Facilis ad Deum adcessus.

26. 27. 28. FACIES ET VECTES DE LIGNIS SETIM QVINQVE, &c.] Vnicuique lateri tabernaculi quinque vectes de lignis setim auro vestitos, aureisque annulis immissi totam Tabernaculi fabricam continebunt, vt suo e loco tabulæ moueri non possint * Nam vel Tabernaculi tabulæ moueri faciles, si charitatis non adiciatur vectis. Multa alligatione indiget communitaris fabrica, ne tabulæ concidant dissolutæ Vectes itaque non per spissitudinem ipsam tabularum sed per earum dorsa transuersim annulis inferentur, ab extremo vtrique vsque ad extremum.

4. Vectes sexsim.

Communitas fabrica multa indiget charitatis illigatione ne dissoluatur,

29. 30. IPSAS QVOQVE TABVLAS DEAVRABIS, &c.] Tabolæ ipsæ aureis laminis contegantor: & aurei eis configantur annuli, quibus immissi vectes possint tabulata continere. Tabernaculum itaque iuxta exemplar, quod tibi hoc in vertice expositum, ædificari iubebis.

31. 32. 33. FACIES ET,] Perficiendum denique velum ex eadem; qua cortinæ materia figuris alatis contextum quod ante quatuor columnas de lignis setim (quarũ capita aurea, bases argenteæ) appensum diuidat sanctuarium à sancto sanctorum, quod tertiam tantum partem Tabernaculi occupabit: & erit quadratum decem habens omnĩ in latere cubitos, siuè viginti palmos. Intra hoc velum aderit Arca testimonij.

5. Velamina situsq; Propitiatorij, ac Mensæ.

34. 35. PONAS ET, &c.] Super testimonij Arcam aureum Propitiatorium, quod fabricari iussi, in sancto sanctorum collocabis, mensam extra velum appones & in latere Tabernaculi, meridiano candelabrum in mensæ conspectu facies emicare.

36. 37. FACIAS ET, &c.] Alterum velum præficietur operi Cortinarum & velaminis alterius simile, quod quinque columnis de lignis setim (quarum capita aurea, ac bases æneæ) innexum primæ parti Tabernaculi erit oppansum, quæ sanctum dicetur: sicut prius velum sancto sanctorum oppandi præcepi.

6. Totius Tabernaculi descriptio accurrator.

Profectò vt exẽplar vno intuitu possit æquari paucis accipite. Tabernaculum hoc Templum portatile, cum Hebræis per desertum ambulaturum, erat quasi tentorium castrense. In longum habebat cubitos triginta, in latum decem, totidem inaltum. Compactum erat ex tabulis lignorum setim inauratis, quarum quæque lata erat cubitum & semis: & duabus argenteis basibus terræ affigebatur. Viginti erant tabulæ in longum ex vna parte: & viginti ex altera: quæ in altum transuersim ad Occidentalem plagam similiter octo aliæ tabulis iungebatur. Tabolæ sibi mutuo in castraturis, siue commissuris iũgebantur, attenuato latere vnius tabulæ, & in vicinæ tabulæ concauitatem immisso. A fronte ad ingressum Tabernaculi in parte Orientali, loco tabulatum erant quinque columnæ setim inauratæ, & tectæ tentorio, id est, veló oblongo, sed non ad terram vsque deciduo, quo & lumen hauriri posset, & sacerdotibus (quibus solis ingredi licebat) accessus daretur. Hæ columnæ, & tabulæ sic vndique compactæ tegebantur superne. Primo cortinis decem contextis opere plumario, id est polymito seu phrygio ad instar plum... seu quod plumas nobiliorum volucium referret contextis, inquam ex bysso, & aliis filis hyacinthinis, coccineis & purpureis: iisque non simplicibus, sed duplicatis aut triplicatis, adeoque & retortis, & inter se conuolutis: quo spissius, & durabilius esset opus. Hæ cortinæ admodum tentorij superne distendebantur, & pro cœlo, seu testudine erant [a] vnde & tentoria hic appellantur. Secundo, cortinis istis superinductæ erant vndecim sagæ cilicinæ, id est, vndecim cortinæ è pilis caprarum contextæ. His tertio pelles arietum rubricatæ, id est, rubro colore tinctæ. Quartò denique pellibus hisce rubricatis aliæ rursum pelles ianthinæ coloris superinductæ erant contra pluuias, atque procellas præparatæ. Et his quatuor cortinis cõstabat tectum, seu operculum contegens Tabernaculum. Porro ab intus tabernaculum in duas diuidebatur partes, Prior, siue anterior erat viginti cubitorum, dicebaturque

Sanctū, vel sancta, vel sanctuariū. Posterior, vel in interior erat decem cubitorum in longum, totidémque in latū, vocabaturque sanctum sanctorum, vel sanctuaria sanctuarij, id est, sanctissima pars Tabernaculi: eratque quasi sacelli chorus. In hunc locum soli summo Pontifici licitum erat ingredi, nec nisi semel in anno, nempe die expiationis. Diuidebatur autem sanctum à sancto sanctorum per velum, quod obeunte Christo scissum est. In sancto sanctorum non erat aliud quam Arca cum propitiatorio, & Cherubinis. Tabulæ legis in Arca, virga Aaron, & vrna cum manna vtrimque ad latera Arcæ. In sancto autem erat mensa panum propositionis ad latus Aquilonare; Candelabrum septifidum ad Meridionale: in medio altare thymiamatis obuersum Arcæ & Propitiatorio, vt eò ascenderet fumus thymiamatis, quod Deo hoc in altari adolebant. Nè allegoricos sectarer sensus, à morali Tabernaculi Commentario abstinui.

CAPVT XXVII.

Altare holocaustorum cum vasis suis, craticula, & vectibus: Atrium Tabernaculi cum suis columnis & velaminibus: Oleum lucernarum, & earum accensio describitur.

1. FACIES & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine. 2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære. 3. Faciésque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula, omnia vasa ex ære fabricabis. 4 Craticulamque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, 5. quos pones subter arulam altaris: eritque craticula vsque ad altaris medium. 6. Facies & vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis æneis: 7. & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum. 8. Non solidum, sed inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in Monte monstratum est, 9. Facies & atrium tabernaculi, in cuius Australi plaga contra Meridiem erunt tentoria de bysso retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. 10. Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. 11. Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis, argentea. 12. In latitudine verò atrij, quod respicit ad Occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basésque totidem. 13. In ea quoque atrij latitudine, quæ respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt. 14. in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidem: 15. & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres & bases totidē. 16 In introitu verò atrij fiet tentoriū cubitorū viginti ex hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta opere plumarij: columnas habebit quatuor, cum basibus totidē. 17. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. 18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum: in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas. 19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. 20. Præcipe filiis Israël vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilóque contusum: vt ardeat lucerna semper 21. in tabernaculo testimonij, extra velū quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis Israël.

COMMENTARII.

VERS. 1. FACIES ET ALTARE, &c.] Altaris holocaustorum, in quo & holocausta, & quæuis sacrificia mihi immolabūtur, ac cremabuntur, exædificationi te accinges (erat & aliud altare in sancto in quo mane, ac vespere thymiamata adolebantur, de quo infra.) Altaris tabulæ ambientes de setim aptabuntur. (nam interius in isto altare

re hoc vsque ad sui medium plenum erat lapidibus non sectis: superius vero per totum ænaa craticula tegebatur.) Simile quidem erat arcæ, seu capsæ quadratæ, quæ fundo & operculo caret, & interius est vacua. Mensura altaris huiusce decem in longitudine, totidem in latitudine æquabit palmos, siue sphithamas. Aderit planè extra Tabernaculi tectū subdio.* Prius enim te obiatis pro peccato holocaustis, expiare debes, quam audeas ad Tabernaculum, vbi manna Eucharisticum latitat, accedere.]

Expiare prius, quam ad Eucharisticū accedas Tabernaculum.

1. CORNVA AVTEM, &c.] Prominentes anguli instar cornuum, ad altaris ornatum, non aliunde, sed ex ipso altaris ære, continuo opere ducentur. * Commendatur perpetuus altaris ornatus. Sunt enim, qui vno vel altero solemni student aliunde altaria exornare: quibus ornatu alieno spoliatis, toto anno sordida exponuntur.]

Cōmendatur perpetuus altaris ornatus nō aliūde ficti, diē addictus.

FACIESQVE IN VSVS, &c.] Altare quidem de lignis setim tabulis æneis tectum, ne ab igne lædatur: æneis vasis ministretur. Ollæ fiant ex ære ad cineres animalium & lignorum suscipiendos, ne altaris decens materia deficiat in vasis.* Vidi altaria ornatissima sordidis vasis ministrari: argentea autem [illegible] vasa sordido, altari adferri vidi. Fiant, ex Dei præscriptione, & altare & vasa ex eadem materia, vt edoceas decenti altari vasa decentia aptanda esse.] [illegible]tentur & forcipes, (Hebr. יעים [illegible]) instrumenta scilicet quibus ex altari aliquid accipi, ac remoueri possit. Liceat vulgari vocabulo [illegible] nere, *Tenazas, y badil.* hoc quidem ad rec[illegible]ulum ignium, illæ autem ad materiam [illegible] applicandam. Adde & fuscinulas siue tridente[illegible], aut vncinos, ad extrahendas ca[illegible]es ex cacabis: & ignium receptacula vasa scilicet ad prunas capiendas. *Thuribula* exposuerit cum LXX. quia hæc vasa seruiebant inter alia vt in illis ignis sanctus ex altari holocausti p[illegible]s ad altare thymiamatis vespere & mane deferretur, vt in his adoleretur incensum. V[illegible]es constat ad ignis ministerium instrumenta esse ænea, quia fragilior materia non secure cū igne ageret.* Et quomodo tu ex stipula audes ad luxuriei ignem accedere sine flagrationis periculo?

Altare ornatū vasis decētibus ministretur [illegible] argētea non sordido seruiāt altari.

Si æneus non es, non agas cū igne: stipula est plene tua fragilitas, ad luxuriei ignem nō audeas accedere.

4. 5. CRATICVLAMQVE, &c.] Craticula ærea in formam retis superiorem altaris partem contegat, cui quidem craticulæ sacrificia cremanda imponantur. Habeat craticula hæc suos annulos, & ab annulis vectes distinctos: vt separari possit ab altari, & portari seorsim. Ex craticula autē per catenulas aut laminas appēsa pendeat arula ænea, siue foculus in medio altari super lapidum impolitorum structuram: in qua arula ligna imponantur, & ignis ad cremādas carnes, quę in superiori craticula imponendæ. At craticula non sola sed cum arula appensa ad medium vsque altaris perueniat, inter craticulam enim & arulam spatium erit cubiti vnius cum dimidio, quod est medium altaris trium cubitorum altitudinem æquantis. * Quam pulchre craticula altari præposita in formam retis expanditur, vt vereare, qui ad altare accedis, vinculis illigari, si ali-

Qui ad altare accedis holocausti Eucharistici

quid tuo in corde fenum appareat. Adest in altari venator, retis in promptu est: fuge periculum, ad humanitatem redicor.]

[illegible] ne reti impliceris, si aliquid in te fenum appareat.

6. 7. FACIES ET, &c.] Vt craticula suos habebit vectes vt seorsim deportari possit: sic habeat altare vectes duos de setim laminis æreis contectos, qui vtrique altaris lateri seruiant, vt deportari valeat aut seorsim, aut cum ipsa craticula. Cur vectes ad altare portandum etiam æneis laminis conteguntur si ipsæ craticulæ, aut arulæ, vbi ignis, non hæreserunt? Ne scintillæ volitantes lignum setim paulatim comminuerent: periculosa enim est ignis vicinitas * Ergo nisi speciali Dei munere te contectū laminis æreis fortitudinis experiare, ignis luxuriei fuge conspectum. Non contingas, ais prunas: caloris solum fruar voluptate sine conflagrationis periculo. Fuge miser, exitialis enim incendij volitantes, stipulam fragilem scintillæ succendent.]

Nisi te æneū ex speciali Dei munere experiare, fuge ignis luxuriei viciniā, quia scintillæ volāt.

8. NON SOLIDVM SED INANE, &c.] Altare non sit solidum, sed inane intrinsecus vti in exemplari obiecto tibi iam expressi. Ex Doctorum mente vsque ad medium plenum erat pretiosis lapidibus. * Cur igitur cauum, ac inane efformatur altare? Certè vt inane possis pretiosis opplere muneribus.]

Altare tibi vacuū exponitur, vt pretiosis impleas muneribus.

9. 10. FACIES ET ATRIVM TABERNACVLI, &c.] Tum ornatus, tum reuerentiæ causa atrium efformetur, quod vndequaque Tabernaculum, & holocaustorum ambiat altare. Atrii velut quosdam parietes appende tentoria seu velamina ex bysso retorta, latitudine centum cubitorum: quæ quidem id per circuitum ambiant, vti pulchris aulæis. * Templi enim portatilis atrium debet velut ipsum Templum ornari. Atrium decere reuerentiam puta, Templum dum intraueris, scias maiorem præferre reuerentiam. Longè aberit ab immunitate Templi lædenda, qui atrium veluti Templum reuereretur.] Columnas efformari iube viginti totidem basibus innitentes æneis: de quibus velamina hæc suspendantur. At columnarum capita sint argentea *cum cæluturis*, (sic Hebr.) (vel *circulis*) quæ scilicet circa columnas filis ducentur argenteis. Porrò vox *Cælaturis* non significat sculpturæ aut cælaturæ incisiones, sed laminas tenues ambientes, vel fila ambientia capita columnarum.

2.
Atrium & tentoria.

Atriū Tēpli tibi sit velut Tēplū ad reuerentiā: vt lōgius absis ab irreuerētiā erga Tēplū.

11. SIMILITER ET IN LATERE, &c.] Sicut plaga in Australi contra meridiem tentoria sunt apposita: sic in Aquilonari latere velamina eiusdem mensuræ, totidem columnis suis basibus innitentibus appendantur: quæ quidem bases capitibus argenteis similiter submittantur.

12. 13. IN LATITVDINE VERO, &c.] Columnis decem totidem basibus innitentibus in atrij latitudine respicienti ad Occidentem velamina quinquaginta cubitorum appende: in latitudine autem respiciente ad Orientem alij quinquaginta velaminis cobiti auolent.

14. IN QVIBVS QVINDECIM, &c.]

Facies

Facies Orientalis atrij in medio habeat spatium viginti cubitorum, quod porta insistet habebit. Hinc ergò spatiū relinquatur quindecim cubitorum, quod suas habeat columnas, & ex ipsis anolantia tentoria.

15. Et in latere altero, &c.] In latere altero simile spatium quindecim cubitorum relictum totidem cubitorum tentoria tribus columnis suis basibus hærentibus, operiatur.

16. In introitu vero, &c.] Iube fieri in introitu atrij viginti cubitorum velamen ex bysso retorta violaceo, rubro, ac purpureo colore variegata, operis plumatum in morem; hoc quidem tentorium aut velum portæ atrij oppansum quasi ianuæ vicem implebit.

17. Omnes columnæ atrii, &c.] Cunctæ atrij columnæ per circuitum argenteis laminis contegentur: earum autem capita ex argento, bases ex ære fiant.

3. Vasa Tabernaculi ænea, oleū lampadum.

18. In longitudine occupabit, &c.] Longitudo atrij occupet cubitos centum, latitudo quindecim, quinque conficiat altitudo. At cuncta Tabernaculi vasa in omnem cultum ceremonialem deputata ex ære conficiendæ: tam paxilli ad cortinas sustinendas infixi Tabernaculo, quam paxilli terræ hærentes, quibus in atrio cortinæ illigabuntur funibus, ne vento agitentur.

Oleum purissimum lampadibus lateris apponendum.

19. Præcipe filiis Israel, &c.] Iube Hebræis, vt de fructibus oliuarum oleū purissimum offerant, vt semper lucerna ardens obiiciatur. * Taxantur, qui purissimum oleum mensæ apponentes fæcibus plenum rancidúmque luminari sacro reseruant.] Certè oleum id vel sit sponte ex oliuis profluens, vel pilo contusum, non prælo, aut mola expressum; quod amurca, ac fæcibus plenum est. * Amat Dominus voluntaria sibi munera litari, quæ assolent maiori puritate nitescere. Coacta obsequia imperfectionibus assolent redundare. An omnes simul lucernæ *semper* arderent? Lucernæ illæ septenæ simul omnes tota, & sola nocte locum Tabernaculi, & mensæ panū propositionis, quæ erat in sancto antè sanctum sanctorum illuminabant. Mane quaternæ extinguebantur, sed tres reliquæ manebant etiam per diem accensæ. Didici ex optimæ notæ Interpretibus. Vt autem & altaris, & atrij exemplar vnico exponam intuitui, percipe totam descriptionem in compendium adactam. Altare holocaustorum aderat antè Tabernaculum in medio atrij subdio propter fumum & nidorem victimarum. Compactum erat ex lignis setim, quæ nè ab igne læderentur, æneis laminis tegebantur exterius: interius vero aut rudi lapide circumcirca aduersus eundem ignem muniebantur. In medio cauum erat altare, & supernè apertum, cui in medio craticula ænea in modum retis foraminata, ambitu vndique, seu limbo laxiore non pertuso (quem arulam hîc vocitat Moses) cincta superponebatur, per quam cineres, fauillæ ac prunæ minores deciderent: victimæ vero super impositæ sustentarentur, & subiecto cremarentur ab igne. Hæc craticula enim sua arula, & foco poterat ab altari reliquo separari: erantque diuersi vectes craticulæ, & altaris, quibus vtrumque seorsim, cum mouenda essent, possent attolli. Iam atrium depingam Area sub dio erat quadrangularis ambiens tabernaculum, & altare holocaustorum. Centum cubitos in longum habebat ab oriente versus occidentem: quinquaginta vero in latum ab Aquilone ad Austrum. Tota vero area circumcirca claudebatur sexaginta æneis columnis, sed argenteis flosculis, ramis vndique vestitis, singulis columnis spatio quinque cubitorum à se inuicem distantibus. Viginti columnæ latus faciebant Australe, totidem Boreale latus, decem latus occidentale, & decem reliquæ orientale claudebant. Ex his columnis vela byssina, sed absque opere phrygio circumcirca pendebant, & instar murorum sepiebant atrium, quod nulli prætec sacerdotibus, & leuitis ingredi licebat. Vnicum velum viginti cubitorum, quod aderat in fronte, seu aditu atrij à parte Orientali, eratque quasi porta atrij, plumarium erat, seu acu pictum, & opere phrygio seu polymito variegatum. Huius atrij pars media, seu quinquaginta priores cubiti ad Oriente in quadrum deputati erant sacrificiis; vnde & in medio illius spatij altare holocaustorum aderat ante Tabernaculi frontem In altera medietate atrij, quæ tota erat Tabernaculo dicata, Tabernaculum ipsū figebatur eo situ, vt à columnis atrij lateralibus ad Austrum, & Septentrionem viginti cubitis vtrimque distaret: ab Occidente verò decem cubitis, à columnis posterioribus; & totidem cubitis versus Orientem à septo anterioris partis atrij sacrificiis deputatæ abesset.

4. Holocaustorum Altaris, Atriique accuratius descriptio.

CAPVT XXVIII.

Vestes summi Pontificis, & inferiorum sacerdotum describuntur.

1. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. 2. Faciésque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. 3. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. 4. Hæc autem erunt vestimenta quę facient: Rationale, & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & balteū.

Faciens

Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. 5. Accipiéntque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byssum. 6. Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura coccóque bis tincto & bysso retorta, opere polymito. 7. Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, vt in vnum redeant. 8. Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, 9. Suméſque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël: 10. sex nomina in lapide vno, sex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. 11. Opere sculptoris & cælatura gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israël, inclusos auro atque circumdatos: 12. & pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israël. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super vtrumque humerum, ob recordationem. 13. Facies & vncinos ex auro; 14. & duas catenulas ex auro purissimo sibi inuicem cohærentes, quas inseres vncinis. 15. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta. 16. Quadrangulum erit & duplex: mensuram palmi habebit tam in longitudine quam in latitudine. 17. Ponéſque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus: 18. in secundo carbunculus, sapphirus, & iaspis, 19. in tertio ligurius, achates, & amethystus: 20. in quarto chrysolithus, onychinus, & berillus, inclusi auro erunt per ordines suos. 21. Habebuntque nomina filiorum Israël: duodecim nominibus cælabuntur singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. 22. Facies in rationali catenas sibi inuicem cohærentes ex auro purissimo: 23. & duos annulos aureos, quos pones in vtraque rationalis summitate: 24. catenásque aureas iunges annulis, qui sunt in marginibus eius. 25. & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis quod rationale respicit. 26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris, quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt. 27. Nec non & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali, 28. & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari: 29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israël in rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum. 30. Pones autem in rationali iudicij Doctrinā & veritatem, quæ erūt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & gestabit iudicium filiorum Israël in pectore suo, & in conspectu Domini semper. 31. Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio suprà erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur. Deorsum vero, ad pedes eiusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, 34. ita vt tintinnabulū sit aureū & malū punicum rursumque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. 35. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. 36. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. 37 Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram, 38. imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israël, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit eis Dominus. 39. Stringeſque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum opere plumarij. 40. Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: 41. vestiéſque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabiſque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. 42. Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora: 43. & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij vel quando appropinquant

quant

quant ad altare vt ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron & semini eius post eum.

COMMENTARII.

Iubet Deus Aarõ & filios eius sacerdotio fungi. Vestes Pontificiæ.

VERS. I. APPLICA QVOQVE, &c.] Fac accedere ad te Aaron, fratrem tuum ac filios eius Nadab, & Abiu: accedant & Eleazar, ac Ithamar: vt eos sacerdotes consecres, & vestibus sacerdotalibus induas. * Nihil prius omnibus sacerdotis audito, curatur, nisi sacerdotalium vestimentorum ornatus vel ante ipsius sacerdotij muneris descriptionem. * Vt subtraxeris, qui tam attrita ac sordida vestimenta præfers ad altare, vt similibus non audeas procedere ad forum.

Taxantur sacerdotes, qui attritis ac sordidis vestibus procedũt ad altare.

2. FACIESQVE VESTAM &c.] Vestes sacerdotales Aaroni efficies ad sacerdotũ & sacerdotalium munerum decorem, ac gloriam.* Sacri enim ministerij fulgor obscuratur, si sacerdos vulgaribus indumentis amictus incedat.] * O quam oculata Christicolarũ fides, qui sacerdotem tam attritis, tam sordidis incedentem vestibus credit posse corpus Dominicum consecrare, ac peccata remittere, Dei vicarium!]

Ex veste sacerdotali sordida obscuratur sacerdotalis fulgor, & ministerij gloria. Quis nisi oculata fide credet tãtã apud eũ inesse potestatẽ.

3. ET LOQVERIS, &c.] Loquere artificibus peritis Beseleel, & Ooliab, quos spiritu prudentiæ, seu sapientia aspirata repleui, vt summa dexteritate vestimenta Aaroni mihi ministraturo perficiant.* Peritia mechanica sufficit ad reliqua vestimenta sæcularia præparanda: ad sacerdotalia autem tanta peritia requiritur, vt addenda fuerit prudentia à Deo inspirata, siue ingenij augusta operatio. * O tempora, quum tota prudentia, seu operatio ingenij ad profanos fœminarum ornatus perficiendos exeritur: sacerdotalia autem vestimenta elaboranda vulgarissimus, ratus artifex deputatur, & qui vix possit acquirere victum propter sacrarum operarum raritatem.

Nõ vult Deus ad sacerdotalia vestimẽta peritiam vulgarem sufficere, sed addit prudẽtiã artifici. Tota prudẽtia, aut ingeniũ cõficiendis fœmineis ornatibus deputatur: vulgarissimi sacris vestibus requiruntur artifices.

4. HÆC AVTEM SVNT, &c.] Sũmo Põtifici hęc parabũtur indumẽta: Tunica stricta alba, zona, superhumerale, rationale, aurea lamina. Hisce Aaron induetur, eisdemque successores Pontifices exornabuntur.

5. ACCIPIANTQVE, &c.] En totam sacrorum vestimentorum materiam aurum, hyacinthum, purpuram, vermiculo bis tinctas telas, byssumque ex duplici, siue triplici filo retortam.* Hæc nunc profanarum vestium apparamenta: sacrorum autem plerumque linum, lana. Aurum, argentum, pretiosa quæque sæculari sectantur ornatui, telæ vix vilissimæ sacerdotali ministerio addicuntur.] O vera Sion. Filiæ tuæ ornatæ vt similitudo Templi: Templum tuũ spoliatum, attrita altaria, sordidæ sacerdotales vestes, vt miseræ inopiæ similitudo? Vtinam Templum vulgarium fœminarum iam ornatum caperet.

Pretiosa materia impẽdĩtur profano ornatui: vix tela vilissima altari inuenitur. Fœmina ornãtur vt similitudo Tẽpli: Tẽpliũ vt inopiæ similitudo.

6.7.8.9.10.11,12. FACIENT AVTEM &c.] *Superhumerale* (Hebr.) dicitur אפד *ephod.*) fieri iubebis vestẽ quidem extimam, eandemque pretiosissimam polymito, seu phrygio opere contextam. Erit instar interulæ ad cingulum vsque porrectæ, quæ duabus constabit partibus, anteriori, ac posteriori: quæ duæ partes in vtroque latere summitatum, seu in vtriusque partis summitate iungi debebunt in humeris, vt è duabus vnus quasi thorax efficiatur. Porro duobus lapidibus onychinis, seu smaragdis eximiæ magnitudinis, quibus quasi nodis in humeris summitates Ephod nectentur, arte gemmaria nomina duodecim Tribuum Israël sculpentur: sex quidem vni dextero Ruben, Simeõ, Iudas, Dan. Nephthali, & Gad; alteri autem sinistro Aser, Isachar, Zabulon, Ephraim, Manasses, & Beniamin. Nomen Leui inter duodecim Tribus non annumeratur, quia ipse sacerdos vtpote Leuita per se suam Tribum repræsentabat. * Vel quia sacerdos sui velut oblitus commodi, solas subditorum causas pertractat. * Porrò nomina Tribuum vno & altero lapide insculpentur in memoriale filiis Israel, & ob recordationem, hoc est, vt meminerit, & recordetur Pontifex, suum munus esse subditos suos ferre non solum in pectore per amorem, (de quo inferius) sed etiam in humeris, eorum téporaria onera, & peccata ferẽdo, ac Deũ pro ipsis deprecãdo & placãdo sacrificiis.] * Pretiosis lapidibus nomina subditorũ scribũtur, quia nullus subditus Præsuli non pretiosus.] * Deportantur in humeris, quia onus Præsulis est, quidquid ad subditos pertinere videatur.] * Peccata subditorum Præsul tolerет, sustineat excessus.] * Et caueat se precibus non dulci subditorum onere, sed immenso pondere peccatorum eximere. * Putet suum onus esse, quotiens subditi peccatis pergrauantur; quia Rectori tribuit assolent subditorum excessus.] * Nouerit denique Pontifex honorem cum onere copulatum accepisse. Si honore potitur gaudet, gemere sub onere non refugiat. Haud potest honor ab onere separari; quomodo ergò solo honore, sacerdos, delectaris, & cuncta onera proiecisti ex humeris.] * Porro honor hic in humeris est, quia nulla maior sacerdotum gloria, nullus honor sublimior, quam onere pergrauari. Liceat volgariter exponere. *Es honra del sacerdote, preciar se de la carga*]

Superhumerale.

Sacerdos ... subditorum causas pertractat. Portat subditos sacerdos in pectore per amorem, & in humeris per curã temporalium subditorum. Subditi pretiosissimi sint Præsuli pretiosus. Onus Rectoris quidquid ad subditos attinet. Toleret Præsul subditi peccata. Caueat se onere hoc precibus eximere. Putet suum onus esse, quoties subditi criminibus pergrauantur. Honor Põtificis onus est, qui gaudet onere, sub onere gemat. Honor sacerdotalis in oneratis est humeris.

13. FACIAS ET, &c.] Vncini efficiantur aurei vt per eos, & catenulas Rationale superhumerali alligetur. At circuli, siue annuli catenę inuicem innexi cohęreant ad catenæ conflationem. Sub pala ergo duorum onychinorum in humeris pontificis collocentur hi aurei vncini, qui catenas aureas insertas in summitate annulis Rationalis mordeant, & ita Rationale in sua lacuna in qua ad pectus Pontificis recipiendus est, retineri possit. Quam aptè duodecim Tribus, seu cuncti subditi concatenatam pectori Pontificis immittũt rationem. Ratione enim cuncta gerenda circa regimen

regimen subditorum, nihil ex tyrannide proprij affectus.* Ratio enim in præsulis corde connotat subditos catenis addictos: qui quidem vincula comminuunt, si à pectore Præsulis viderint rationem separari.

Rationis & compassionis gubernatio continet sub catenis subditos.

15. 16 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. RATIONALE QVOQVE &c.] Habeat superhumerale in anteriore pectoris parte superassutum aliud pretiosioris operis phrygici ornamentum quadratum, palmare, seu palmi vnius, scilicet *Rationale iudicij* sic quidem vocitatum, quod per illud (quasi esset rationale, siue ratione præditum redderent oracula, ac diuina responsa, quibus iudicia mea hominibus manifesta fient. Huic Rationali duodecim pretiosæ diuersi generis gemmæ erunt intextæ quatuor hisce ternariis: sardius, topazius, & smaragdus: Carbunculus, Saphirus, & iaspis: Ligurius, achates, & amethystus: Chrysolitus, onychinus, & beryllus. Cuique gemmæ erit insculptum nomen vnum duodecim Patriarcharum, seu Tribuum Israel. De ceteris iàm vv. 13. disseruimus.* Cur autem eadem nomina & in duplici lapide onychino, in Rationali sculpta prædicantur? Certè quia subditos non habebis toleranter in humeris, si simul in corde non habeas. Dilectio leuem reddit sarcinam, quæ si amor non alleuet, reddit planè impossibilem. Gesta subditos primum in corde, & fugitantes quæres pastor anxius, & inuentas humeris (dulcem sarcinam) deportabis.

5. Rationale iudicij.

Si Præsul subditos gerat in pectore facilè mente deportabit in humeris: dilectio enim leue ed sarcinam.

26 27. 28. 29. FACIES ET DVOS, &c. Rationale autem debet ligari cum Ephod per quatuor annulos, qui aderunt in extremitalibus, Rationalis, per quos traiecta vitta hyacinthina Rationale cum Ephod adstringet ad quod quidem ministerium vittæ in Ephod pariter apte respondentes annuli erunt inserti. Porro duo annuli, qui superhumerali addendi sunt, posteriorem seu interiorem partem aspicient: pars enim anterior exterior erit, & visu patens; posterior verò interior, abscondita, & tecta. Portabit itaque Aaron Pontifex in Rationali super cor suum nomina filiorum Israel, quum sanctuarium oraturus, aut sacrificium oblaturus ingredietur. * Orabit enim affectu ardentiore, si intestinas iudicet subditorum ærumnas.

Orat affectu ardentiore, qui intestinas reputat subditorum ærumnas.

30. PONES AVTEM IN, &c.] Hebr. תמים אורים *vrim tummim.* *Doctrinam & veritatem,* aut *Illuminationes, & perfectiones.* Pones insuper in Rationali duas hasce voces: *Doctrina, & veritas*, quæ quidem in Pontificis pectore ostentabuntur, quando in conspectu Domini apparuerit: nec sanctuarium inibit, Rationali relicto. Quare hæ duæ voces in Rationali scriptæ? * significabant doctrinæ splendorem, & vitæ integritatem, quæ in Pontifice, qui Pastor, Doctor, & Princeps erat equirebantur. Haud sine *vrim*, *tummim* in sacerdote reperiatur, doctrinam vitæ integritas comitetur: integritatem vitæ doctrina sequatur.] signabatur præterea his vocibus Pontificem indutum Ephod, & Rationali ornamentis ipsi propriis accipere à Deo *vrim*, & *tummim*, id est, clarum doctinam, & perfectam veritatem dubiorum, de quibus consulebatur.* Vt quæcumque a Præsule audis, credas ex vi officij à Deo accepisse, vt tibi gerenda intimaret.

In Præsule, aut sacerdote vitæ integritas, splendor doctrinæ semper aptine.

Quidquid Præsul iubet crede ex vi officij à Deo accepisse.

31. 32. 33. 34. 35 FACIES ET TVNICAM &c.] Iubebis fieri tunicam, qua vtatur Pontifex, cum superhumerali induendus est totam ea opere phrygio, aut polymito. Apertura eius, per quam caput transmittetur, ora, seu fimbria per circuitum obfirmabitur, nè obrumpatur: vti fieri rassolet in vestium extremis Hæc autem fimbria erit non acu facta (vulgariter *Pespunto*) Deorsum verò ad tunicæ extremitatem per circuitum sint alternatim sita malum punicum, & tintinnabulum, hæc ex auro, illa ex hyacintho. Mala autem punica sunt septuaginta duo, & totidem tintinnabula. Induetur huiusmodi tunica Aaron cum fuerit ministraturus, vt ingressurus, & egressurus sanctuarium sonitus exponat Pontificis incessum. * Sibi persuadeat sacerdos, haud posse pedem ducere sinè sonitu: vt studeat, gressus sine scandalo efformare; nec enim potest occultari sacerdotis actio, quæ tot tintinnabulorum linguis addicta est] si secus fecerit Aaron, eiusque successores, si mala punica, & tintinnabula gestare neglexerint, morte punientur * Cur autem aurea, tintinnabula malis punicis immixta dependent? Vt innuatur doctrinæ vocem haud sine fructu operis expressione proferendam,

4. Tunica hyacinthina.

Non potest sacerdos pedē figere sine sonitu.

Sacerdos non proferat doctrinæ vocem sine expressione fructus actionis.

36 FACIES ET LAMINAM, &c] Affixa erit & lamina aurea tiaræ in fronte Pontificis, in qua cælatoris manu incideretur, *sanctum Domino*. Hebr. קדש ליהוה *quodesc Lae houa,* siue *sanctitas Iehoua*: ac si dicat, Deus sanctissimus est, imò ipsa sanctitas Colendus ergo sanctè, & religiosè * profectò nostri Pontifices perfectius hoc proferunt non literis inertis, sed modestia præconium: Deus, cuius sum sacerdos, est sanctitas.] Porro tiara erat hyacinthina secundum aliquos.

5. De Lamina, ac Baltheo.

Quilibet perfectus sacerdos modestia prædicat Deū esse sanctū.

37. LIGABISQVE EAM,] Vitta hyacinthina, seu violacei coloris lamina alligetur supra tiaram apponenda fronti imminens sacerdotali. Porro iniquitates tunc commissæ à filiis Israël, dum non ritè offerunt, seque non sanctificant, vt debent à sacerdote exponentur sanctuario: vt aspiciens Dominus scriptum in lamina frontis sacerdotalis *sanctitas Iehoua*, siue sanctum Iesu nomen, affectus pietate Israelitarum hisce ignoscat erratis.* Et quomodò Deus differat venia donare peccatores, dum Iesu dulcissimum nomen expressum aspectat?

Aspectans Deus typum nominis Iesu, illico nostris ignoscit erratis.

39. STRINGESQVE &c.] Aliam parabis sacerdoti summo vestem, tunicam lineam strictam bysso, seu byssina zona quatuor digitos lata, & ita contexta, vt serpentis possit exuuium apparare varij coloris floribus pictutatā Ipsam tunicam facies ex bysso sine rugis, aut finibus ad crura tantum vsque demissam. (qui *poderem* vocitant ad talos vsque descendisse tenentur proferri.) Tiarā, seu cidarē seu mitrā, parabis, quę sit capitis Pontificis integumentū aliquantulum assurgens: fascia seu vitta circumdetur. Parabis & Zonam extimam, quæ superhumerale, & omnes, alias vestes præcingat. Certè opere

Qui munus habet constringendi alios, debet morum nitore pulchritudine.

polymito zona perficienda.* Quod enim munus habet constringendi, oportet pulchritudine decorari. Quomodo enim solutis moribus Præsul alios constringere sine rubore procurabit.]

Vestes inferiorũ sacerdotum.

40. 41. 42. 43. PORRO FILIIS AARON, &c.] At minorum Sacerdotum vestes sic præpara: Quatuor quidem eruot, femoralia, tunica linea, zona, tiara Careant illi hyacinthina tunica, Ephod, Rationali, & lamina aurea, cum nomine Domini, quam habebit Pontifex.* Nec enim inferiori Sacerdoti iustum est æquale, ac Pontifici apparatum apponi: & vestitu, & ministrorum satellitio, & mensa inferior ostendatur. Quod si diuitiæ suppetant, detrahat de apparatu, & addat egenis.] Eos consecrabis in Sacerdotes. Hebr. *Eos implebis,* scilicet dabis in manus, quod offerant. Id enim fiebat in Sacerdotum consecratione.* Vt idem sit in Sacerdotem consecrari, ac in manus accipere Dei redditus annuos, vt offerant egenis.] Parabis & femoralia linea ex bysso retorta, vt à renibus vsque ad femora operiant: ne si cadere Sacerdotem contigerit, aliquid minus decens aperiatur. * Curat Deus turpitudinem Sacerdotum operiri, ne aspectantibus sit in scandalum, aut ridiculam narrationem liceat vulgariter exprimere: *No quiere Dios, que aia cuentecillos de los Sacerdotes*] Præfatis vestibus Aaron, & filij eius vtentur, hoc est Pontifex, & inferiores Sacerdotes, quando Tabernaculum ineant, vel quando accedant ad altare, vt sanctuario ministrent. Ne si non obedierint, moriantur. Lex autem hæc perpetuo seruanda Aaroni, ac posteris eius indicetur.

Inferior sacerdos non tanto apparatu splendeat, vt Pontifex.

Idẽ est cõsecrari sacerdotẽ ac in manus accipere, quod offerat egenis.

Non vult Deus, quid quã minus decens de sacerdotibus dictitari.

CAPVT XXIX.

Ritus consecrationis Sacerdotum exponitur. Iuge sacrificium agni tam mane, quàm vespere immolandi præscribitur.

1. SED & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecretur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, 2. panésque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azima oleo lita: de simila triticea cuncta facies. 3. Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. 4. Et Aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cúmque laueris patrem cum filiis suis aqua, 5. indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali, & rationali quod constringes balteo 6. Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, 7. & oleum vnctionis fundes super caput eius: atque hoc ritu consecrabitur. 8. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis. cingésque balteo. 9. Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam initiaueris manus eorum, 10. applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponéntque Aaron & filij eius manus super caput illius, 11. & mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. 12. Sumptúmque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius. 13. Sumes & adipem totum qui operit intestina, & & reticulum iecoris, ac duos renes, adipem qui super eos est, & offeres incensum super altare: 14. carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit. 15. Vnum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. 16. Quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare. 17. ipsum autem arietem secabis in frusta lotáque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius 18. Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini. 19. Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. 20. Quem cùm immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aron & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundésque sanguinem super altare per circuitum. 21. Cúmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis & vestibus, 22. tolles adipem de ariete, & caudam & tuinam, quæ operit vitalia, ac reticulum & iecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armúmque dextrum, eò quod sit aries consecrationis: 23. tortámque panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azimorum, quod positum est in conspectu Domini. 24. ponésque omnia super manus Aarõ & filiorum eius, & sanctificabis eos eléuans coram Domino: 25. Suscipiésque vniuersa de mani-

bus

bus eorum : & incendes super altare in holocaustum , odorem suauissimum in conspectu Domini , quia oblatio eius est. 26. Sumes quoque pectusculum de ariete , quo initiatus est Aaron , sanctificabisque illud eleuatum coram Domino , & cedet in partem tuam. 27. Sanctificabisque & pectusculum consecratum , & armum quem de ariete separasti , 28. quo initiatus est Aaron , & filij eius , cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israël quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino. 29. Vestem autem sanctam , qua vtetur Aaron , habebunt filij eius post eum , vt vngantur in ea , & consecrentur manus eorum. 30. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij vt ministret in sanctuario. 31. Arietem autem consecrationis tolles , & coques carnes eius in loco sancto : 32. quibus vescetur Aaron & filij eius. Panes quoque , qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent , 33. vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis , quia sancti sunt. 34. Quòd si remanserit de carnibus consecratis , siue de panibus vsque manè , combures reliquias igni : non comedentur , quia sanctificata sunt. 35. Omnia quæ præcepi tibi , facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum : 36. & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare: cùm immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. 37. Septem diebus expiabis altare , & sanctificabis , erit Sanctum sanctorum. omnis , qui tetigerit illud , sanctificabitur. 38. Hoc est quod facies in altari : Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter , 39. vnum agnum manè , & alterum vesperè , 40. decimam partem similæ conspersæ oleo tuso , quod habeat mensuram quartam partem hin , & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno 41. Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis , & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis : 42. sacrificium est Domino , oblatione perpetua in generationes vestras , ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino , vbi constituam vt loquar ad te. 43. Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. 44. Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari , & Aaron cum filiis suis , vt sacerdotio fungantur mihi. 45. Et habitabo in medio filiorum Israël , eróque eis Deus , 46. & scient quia ego Dominus Deus eorum , qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos , ego Dominus Deus ipsorum.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. SED ET HOC FACIES , &c.] Cæterum ad Sacerdotij functiones facies Aaron & filios eius hoc ritu consecrari: Tollendus de armento vitulus vnus duóque arietes integri , non claudi, non vno carentes oculo , non scabie affecti. * Cõsecrationi enim sacerdotis , quem tanta decet puritas , nullus adhibendus apparatus , in quo macula vlla possit reperiri vt ipsius sacerdotij ineffabilis puritas innuatur.] Assumendi etiam panes azymi , & placenta absque fermento , quæ commiscetur oleo , cum subigetur. Lagana quoque , seu liba tenuia parentur , quæ subiganturaqua immixta, sed cum offerenda sint, oleo frigantur. Porrò & panes, & placenta , & lagana de triticea farina sunt conficienda , humana scilicet alimonia augustiori. * Nihil enim , quod brutalitatem , aut rusticitatem sapiat vel in consecratione eius debet exponi, qui tam humanus, & comis debet ostendi.]

II Consecrandorũ Sacerdotum ritus.

Ineffabilis sacerdotalis officij puritas.

Humanitas & comitas sacerdotem decet.

3. ET POSITA, &c.] Triticeam oblationem in canistro litabis: vitulum autem, & duos arietes applica ad Tabernaculũ. vt postmodũ immolari possint. Quod Domino immolandum est prius debet Tabernaculo applicari. Repentina enim haud decet oblatio: * Offerendus Deo in orationis exercitamento, animum prępara, meditationis materiam mente recolẽdo.] Sic Tabernaculo applicaberis, priusquam fueris immolatus. * Ideò D. Ignatius Pater meus monet præparari , aut recoli exercitium seu orationis materiam nocte præcedenti : vt victima hæreat Tabernaculo.

Præparanda meditationis materia ante orationis exercitium

D Ignatij monitũ circa hæc.

4. 5. 6. 7 ET AARON , &c.] Applicentur ad ostium tabernaculi Aaron ac filij eius , aqua diluantur.* Vel exterior enim munditia decet sacerdorale ministerium.] Mox Aaron suis ornetur vestimentis. Primo ei tunica stricta alba accommodetur Deinde superinduat tunicam fere talarem aliam hyacinthinam, è qua mala ponica, ac tintinnabula infernè pendent. Zona pulcherrima hæc tonica nobilissima astringatur. Tertio ei accommoderor superhumetale, è quo Rationale pendeat. Denique tiara Pontificia capiti addicatur, lamina aurea in fronte affixa. Indicti sic Pontificis caput profuso oleo inunges , peculiari ad Pontificem consecrandũ ceremonia : ad quam exercendam depones tiaram. Cur nulla fiede femoralibus

Vel exterior munditia decet sacerdotes.

ſeu ſeminalibus memoria cum de veſtimentis recenſio peragitur? ſupponitur ea induiſſe Aaronem, & eius filios, vt honeſte diluecentur. * Quidquid ad honeſtatem pertinet, ſeu ad caſtitatem ſpectat ſupponitur, non præcipitur Sacerdoti.

Quidquid ad caſtitatẽ ſpectat ſupponitur in Sacerdote.

8. 9. 10. 11. FILIOS QVOQVE ILLIVS, &c.] Applicnetor etiam ad oſtiũ Tabernaculi filij Aaron & ſuis veſtibus (ſcilicet inferioribus Sacerdotibus præparatis) induantur. Primo femoralia linea ſeu byſſina ſibi accommodent. Secundo tunicam talarem byſſinam ſtrictam, id eſt, ſine laxitate aut fluxu ſuperfluæ materiæ, ſine rugis, ſinibus, aut plicis. * Nil enim ſuperfluum vult Deus in veſte ſacerdotũ aſpectare: laxitas ac fluxus veſtium dedecet Sacerdotes: habentes quibus decenter tegantur debent eſſe contenti.] Tertio zona, ſeu baltheus opere phrygio contextus ex variis coloribus tunicam conſtringat. Quarto cidaris ſeu tyara, quaſi pileus è byſſo torundus, inſtar mediæ ſphæræ per vittam occipitio adſtringatur. Sic Sacerdotes, ſic Pontifex ſemper induendus. Indutis ſacerdotis inferioris vtos manus inunges. Cur inferiorum Sacerdotum ſolummodo manus inunguntur; Pontificis autem caput? An quia Pontifex vt ſubditos Sacerdotes tegere poſſit, indiget mentis illuſtratione: ſubditi autem ſolis indigent manibus ea inunctione dexteritate affectis ad obediendum promptè ſine intellectus, aut diſcurſus operatione? Ita planè.] Inunctis iam filiis Aaron, adhuc vitulum ad Tabernaculum applicabis, ſupra cuius caput Aaron, ac filij eius manus imponent, ſe peccatores hoc ritu profitentes, & peccata ſua vitulo imponere, illumque vt victimam pro ſuis piaculis offerre: vt ſic emundati, digni reddantur, qui pro aliorum peccatis intercedant, & ſacrificent. * Quam aptè ſe ſacerdotes peccatores eſſe profitentur, vt futuri exorabiles peccatoribus exponantur.] * Se autem peccatis expiari oſtendunt, vt populus ſpem concipiat, ex iuſtis interceſſoribus proſpera accepturum.] Nam ſi oues erroneæ vident ſuum errare Paſtorem, quomodò ſperabunt eſſe humeris eius deportandos ad gregem?] Poſt hæc ô Moſes tu, quem Sacerdotem inuiſibili conſecratione conſtitui, vitulum iuxta oſtium Tabernaculi mactabis. Porro Dauid Moſem vocitat ſacerdotem, *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius.* Pſal. 98. 6. Aliqui exponunt ſacerdotem vocari quòd ſacerdotales mores exprimeret.* Sicut plures ſunt Sacerdotes, qui ſæculares moribus oſtentantur: plures ſunt ſæculares, qui ſacerdotales mores oſtentant. Quam hi commendabiles! quam taxabiles illi.] Aſſeruerim tamen Moſem vere extitiſſe ſacerdotẽ, licèt viſibili initiatione cõſecratus nõ eſſet.

Quotidiani ſacerdotum indumenti modeſtia. Nil ſit ſuperfluum.

Solus Præſul circa præcepti imponẽda ſubditis polleat diſcurſu: ſubditi cæca obedientia obſequantur.

Peccatorem ſe ſacerdos meminerit, vt peccatoribus exorabilem ſe dedat.

Subditi ſperant, per ſacerdotẽ ſanctum conſecuturos eſſe ſalutem.

Multi ſacerdotes moribus ſæculares apparent: multi ſæculares moribus ſacerdotes obiiciuntur.

12. 13. 14. SVMPTVMQVE DE SANGVINE, &c.] Sume partem cruoris vituli & digito tuo cornua inficies altaris, reliquum verò iuxtà baſim altaris profunde. Adipem autem totum inteſtinorum, iecoris ac renum, duóſque renes inſtar thuris, accendes, & adolebis ad Dei honorem. Aptè adeps, ac renes vocitantur incenſum. * Vt innuatur, potius placari Numen ea ipſa munerum oblatione, quam ex thuribuli fumantis fragrantia.] At carnes vituli, corium, ac fimum extrà caſtra combures: eo quod pro peccatis ſunt offerenda. Non quia omnis hoſtia pro peccato eo modo comburenda ſit: ſed quòd hoſtia pro peccato ſummi Sacerdotis, aut pro peccato filiorum ſacerdotum, hoc modo comburi debebunt. * Non ſit intra caſtra fumos piaculi ſacerdotis. Peccator ſit licet ſacerdos, eius criminum fœtor ſic ablegari à ciuium ſenſu procuretur, vt nullus poſſit eum agnoſcere, aut indicare peccatorem.] Scio, renibus, adipe, ac epate concupiſcentiam foueri. * Hæc Deus vult aptè comburi ipſo ſacerdotalis conſecrationis die. Vt innuatur, in ſacerdote, vel fomitem concupiſcentiæ omninò periiſſe. Tãta puritas ſacerdotalem decet ſtatum.]

Munera oblata Deo incenſi ei fragrãtiſſimum eſt.

Peccata ſacerdotũ ſic ablegãda ſũt à notitia ſubditorũ ſæcularium vt nec fumum eorum aſpectare poſſint.

In ſacerdote tãta puritas eſſe debet, vt in eo extincta omnino concupiſcẽtia videatur.

15. 16. 17. 18. VNVM QVOQVE ARIETEM SVMES, &c.] Ex duobus præparatis arietibus vnum aſſumes, ſuper cuius caput (ſicut in vitulo) apponẽdæ ſacerdotum manus. Macta arietem, & eius cruorem ſuper ipſum altare per circuitum profunde: in fruſta cadauer reſeca: inteſtina abluantur, & cum pedibus conciſis carnibus apponentur: totúmque arietem ſuccenſum Deo offeres; Vices Thuris ſuauiſſimi Domino exercet. Hebr. עלה *holath* id eſt holocauſtum quod aſcendat in fumum cõuerſum Græcè ὁλόκαυστον id eſt, *totum combuſtum.* * Illa victima Domino, ſuauiſſima oblatio illa Numini, ex qua nihil reliquum, totum cedit in munus. Victima Domini non eris, ſi ex te Deo oblato aliquid ſæculo retinueris.]

Oblatio illa Deo gratiſſima, ex qua nil remanet incombuſtũ.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. TOLLES QVOQVE, &c.] Alterum accipies arietem in victimam pacificam offerendum, vt proſpere Aaron, ac filij eius nouum ſacerdotium recipiant, & vt illud eis, & populo pacificum, fauſtum, ac fortunatum exiſtat. * Sicut enim bonus ſacerdos maximum eſt populi, ſuique ipſius commodum: ſic malus ſacerdos & ſui ipſius, & populi maximum eſt exitium. Vnde pro bono ſacerdote acquirendo debent Deo ſacrificia litari.] Quem quidem arietem cum iugulando, Deo ſacrificaueris (aries hic ad plenam ſacrificij conſummationem poſtea cremandus erat) de eius ſanguine ſumes, & extremum dexteræ Aaronis, ac filiorum eius inunges: & pollices tantum manus dexteræ ſingulorum eodem aſperge cruore: reliquum autem ſanguinem ſuper altare ipſum in circuitu profunde.* Fauſtum erit omninò ſacerdotium populo ſi aures ac manus ſacerdotis à Domino myſtici arietis id eſt, Chriſti ſanguine protegantur, ac roborentur aures, nè ſubditorum nimium ſint ſtudioſi audiendi defectus; manus vt ad beneficia promptè extendantur, ad vindictam tarditate donentur.] Cumque de ſanguine, quo reſperſeris altare, & de oleo vnctionis huiuſmodi compoſito (de quo Cap. 30. 23.) oleo & ſanguine ſimul miſtis Aaron & filios, eorumque veſtimenta reſperges. Porrò poſt ſacerdotum, ac veſtium ſacerdotalium hanc conſecrationem, adipem ex ariete capies, aruinam, ſeu adipem viſcera ſiuè interanea operientem, reticulum iecoris, duos renes, eorúmque adipem: caudãque non relinques, quia cum ſacrificium pacificum

Sacerdos bonus maximũ ſui, & populi cõmodũ, malus autem & ſui, & populi maximũ exitium.

Subditis erit Præſulatus fauſtus admodũ, ſi Rector non audiat ſubditorum defectus nimiũ ſtudioſe, & manus extẽdantur ad munera, contrahantur ad vindictam.

pacificum præparetur ex specie ouina reliquis addenda est & cauda in altari cremanda, cum in reliquis victimis cremanda non erit. Armum denique accipies dextrum, eo quod aries consecrationis existat. Alioqui enim in aliis pacificis comburendus non est, sed in partem ipsius sacerdotis cum pectusculo cedet. Cur autem peculiare hoc fuit victimæ consecrationis, vt armus dexter absumeretur? * Victimæ armus Deo litatur, vt dorsum sacerdotale roboretur ad subditorum onera toleranda.] Sumes simul placentam, crustulam, laganum de canistro azimorum, quod iussi coram altare holocaustorum apponi. Omnia hæc super manus Aaron & filiorum eius collocabis, & eos sãctificabis, dùm feceris eorum manus plenas hisce muneribus eleuari. Certè hæc sacerdotum sanctificatio non erat aliud quam eleuatio manũ eorum cum muneribus facta per Moysem. Qua quidẽ eleuatione significabatur, munera illa ad Deum pertinere: ac deinceps similia Deo sanctificanda esse, & offerenda per sacerdotum manus. * Vt ex ipso consecrationis ritu edišcat sacerdos omnia, quæ à Deo accipit, Deo esse reddituum. Nec pulchrius potuit significari sacerdotalis consecratio, quam eleuandi manus ad munera exhibenda actione] * Qui manus contrahit, ad asseruanda, quæ à Deo accipit Ecclesiastica bona auarum se ostendit sæcularem, non Sacerdotem, quem decet munificentia in egenos. Negat ergo, se à Deo consecratum, qui actionem tribuendi, eleuatis manibus, non exerit] Vniuersa quidem hæc de manibus sacerdotum accipies, & super altare succendes, Deo gratissimum holocaustum. * Nihil enim Deo gratius, quam quod à munifica Sacerdotali manu accipitur. Si gratum est acceptum, gratissimum erit exhibitum.] Odor ergo suauissimus Domino holocaustum hoc immittit, quia est sacerdotum oblatio ipsi litata.

Sacerdos indiget dorso fortissimo, ad toleranda onera subditorum.

Omnia, quæ sacerdos à Deo accipit, ipsi reddat in paupere. Sacerdotalis cõsecratio significatur actione dandi.

Qui manus cõtrahit ad asseruãda, quæ à Deo accipit: negat sacerdotalẽ cõsecrationem.

Gratissimum Deo, quod à munifica sacerdotali manu accipitur, quia datur.

2.

Portio sacerdotibus assignatur.

26. 27. 28 SVMES QVOQVE &c.] Offeres pectusculum Deo armumque, quem separasti de ariete oblato in consecratione Aaronis, ac filiorum eius: & consecrata sic cedent in partem Aaron ac filiorum eius perpetuo iure. Non enim loquor de sacrificio pacifico, quod hic pro sacerdotum consecratione offerendum est, ex quo in partem tuam cedet pectusculum: sed de omni eo, quod impostetum filij Israel offerent: vt scilicet ex eo pectusculum & armum dent sacerdotibus, sicut ipsi sacerdotes in suo hoc sacrificio vtrumque Deo impendent. * Quod enim semel Deo offerimus sæpe recipimus. Da Deo in egenis semel, sæpe *iure perpetuo* recipies.] Porrò hæc in partem Sacerdotum ideo cedent, quia sunt partes primæ, quæ initio in victima pacifica Deo separantur deincepsque Dei nomine Sacerdoti offerentur. * Quod enim datur Sacerdoti, hoc Deum à te accepisse existima.]

Quod Deo semel in paupere damus, sæpe iure perpetuo recipimus. Quod sacerdoti das, hoc à te Deũ accepisse existima.

3.

Vestibus sacerdotes vtũtur assignatis, & his olũmoda sanctificatis vescẽtur.

29. VESTEM AVTEM SANCTAM, &c.] Hasce autem sanctis vsibus deputatas vestes, mortuo parente Pontifice, accipiet filius senior, qui patri in Pontificatu succedit: vt iis indutus vngatur, & consecretur Pontifex. Consecrabitur autem, & vngetur nouus Pontifex ab aliquo ex minoribus Sacerdotibus, neque enim aderit maior aliquis qui illum possit consecrare. * Moses consecrat Aaronem quia datus Hebræis in Deum, sicut Pharaoni; at reliquos Pontifices non poterit consecrare maior aliquis, quia Legislatores, Reges, Duces, inferiores admodum Sacerdoti, sunt.]

Reges potẽssunt inferiores admodũ sũt sacerdotibus.

30. SEPTEM DIEBVS &c. &c.] Qui constituendus erit Pontifex pro Aarone, aut pro quolibet successore Aaronis Pontifice: septem continuis diebus, quibus durabit consecrationis ritus, hisce vtetur vestimentis. nec poterit septem hisce diebus consecrandus à Tabernaculo recedere. * Profectò Sacerdos Christicola strictiori iure deberet septem diebus ante primum sacrificium à sæculari abstrahi conuersatione, & exercitamentis spiritualibus studere Nam abstractio illa in Sacerdote typico temeritatem eorum subtaxat, qui repentè hærescunt altari.]

Qui primo sacrificio, seu Missę preparatur, septem diebus à sæculari abstineat cõuersatio, & exercitamenta gerat.

31. 32 33. ARIETEM AVTEM, &c.] Tollendus verò aries consecrationis ritui dicandus, & eius coquendæ carnes in atrio ante Tabernaculum igne ex altari sumpto * Vides, atrium Tabernaculo hærens locum sanctum appellari. Vt studeas; te et modestum ac reuerentem ostentare.] Carnibus hisce coctis Aaron, ac filij eius vescentur. Edent etiam panes, qui in canistro vestibulo Tabernaculi apposito reliqui fuerint. Porrò non omnes impositi fuere manibus sacerdotum. Quod si de omnibus panibus azymis in canistro impositis volueris cum aliquibus (qui non aptè) intelligere: dubitabis, si iam panes illi Sacerdotis fuerant impositi manibus, & ab igne absumpti quomodo iubentur Sacerdotes panes comedere. * Certè quia quòd Deo litatur, non amittitur quem panem das pauperi, retines, vt absumas.] Absumptis carnibus, ac azymis reliquis erit placabile sacrificium, per quod expiatio facta erit, & manuum Sacerdotum consecratio: & vt Deus ostendam me hoc sacrificio placatum, quandoquidem eos tã benignè ad mensam meam, hoc est, ad victimas inuitatos ãdmitto. * Nihil sic Deum placatum hominibus exponit, quam dignatio Eucharistici epuli. Se nostrum profitetur amicum, qui non solum admittit, sed rogat ad mensam ineundam. Porrò contactu huius sancti cibi, & ex hac ceremonia, sacróque conuiuio magis quodammodo consecrabuntur, ac sanctificabuntur Sacerdotum manus. Alienigena verò, id est, qui non est de stirpe Aaron, etiamsi sit de Leui stirpe sancta non comedet; quia scilicet hi panes Deo oblati sunt pro consecratione non Leuitarum, sed Sacerdotum,

Atrium sanctum appellatur: te ergo inibi gere modestum.

Quod Deo litas, habes: quem pauperi das panẽ, retines, vt comedas.

Deus ostendit se nostrum amicum, dũ suã Eucharisticã inuitat ad mensam.

34. QVOD SI REMANSERIT, &c.] Carnium ac panum reliquias eodem die absumi volo ab igne, ne aliqua irreuerentia circa illas contingat, si in posterum reseruata ad profanorum manus fortè veniant: aut cum incipiãt putrescere, proiiciantur. * Nihil Deo magis inuisum, quam panem sanctum ab indignis absumi. Proh sacrilegos in Eucharisticum panem ausus!]

Nihil Deo magis inuisum, quã Eucharistiã ab indignis absumi.

4.

Vitulus pro peccato quotidie offerendus. Altaris expiatio.

35. 36. 37. OMNIA QVÆ PRÆCEPI TIBI, &c.] Præcepi vt in consecratione Sacerdotum per septem dies quatuor hæc fiant

Vngantur sacerdotum manus. Vitulus immolatur. Mundetur altare. Ipsum inuogatur. Porro altare mundabitur, seu expiabitur oblato vitulo expiationis hostia: voges autem, vt sit consecratum, & sanctum sanctorum, hoc est, vt sanctissimum exponatur. Omnis vero, qui voluerit ad altare accedere sacra facturus, ritè, & statuta ceremonia debet esse consecratus.

5. Iuge sacrificium. 38. 39. 40. HOC AST, QVOD, &c.] In hunc maxime vsum volo altare erigi, vt in eo iuge sacrificiom duorum agnorum in holocaustum offeratur. Iuge autem hoc est sacrificium: sumendi duo agni vnius anni, & immolandi iugiter quotidie, vnus quidem mane, alter vespere. Addenda ad matutinam oblationem decima pars Ephi, nempe gomor, similæ seu farinæ triticeæ subactæ oleo tunsione expresso, non torculari: quod oleum quartæ partis Hin expleat mensuram: & vini tantundem est sumendum, in agni vnius matutina oblatione. Profectò Hin continet duodecim Logim: Log verò quantum sex oua Palestinæ, quæ maiora sunt nostris. Hin est mensura Ægyptiaca septuaginta duo oua continens.

41. 42. 43. ALTERVM VERÒ AGNVM OFFERES AD, &c.] Alterum vero agnum *inter duas. vesperas* (sic Hebr.) iuxta ritum oblationis matutinæ offeres in odorem suauitatis. Eritque semper à posteris hoc sacrificium offerendum super altare holocaustorum, quod est ad ostium Tabernaculi: vbi constituam, seu disponam *Deus pœnitentibus propitius ostentatur.* responsa proferre. Nec enim solummodo de Propitiatorio in sancto sanctorum loquar, sed de ostio Tabernaculi respõdebo.* Vt offerentibus pro peccatis super altare holocaustorum innotescat, Deum pœnitentibus ostentari propitium *] Et ne præsumat, qui ad sanctum sanctorum solus potest accedere, sibi solummodo illustrationes reseruari. Extra Tabernaculum sæcularis inuenitur, qui sacerdotali merito, & Pontificia perfectione dignus sit, cum Domino conuersari.] Addit Deus. Ibique filiis Israel, per te meum internuncium præcipiam quæcumque mihi ab eis gerenda placuerint: & altare meum sanctum declarabitur, cum gloria mea circa illud apparuerit: ac præsertim cum ignem de cœlo ad absumenda sacrificia immittam.* Gloria enim Dei est, cùm homines tàm gratum Deo, tam purum offerunt sacrificium, vt dignum sit igne misso cœlitus absumi, vti accidit Abelo. Quam misericors, qui mea in veritate suam gloriam dignatur exponere.

Sæcularis potest merita excedere Pontificis, & dignus fieri colloquio diuino.

Dei gloria est, te Deo obedientem ostendi, & perfectum oblatorem.

44. 45. 46. SANCTIFICABO ET TABERNACVLVM, &c.] Sanctum itaque declarabo Tabernaculum testimonij, & altare: sanctum declarabo Aaronem ac filios eius, & tam Tabernaculum & altare, quam Aaronem & filios ve sancta tuebor horribiliter puniens violatores.* Quis audebit aut Templum violare, aut erga sacerdotes impudentem se ostendere: si ad Deum pertineat eorum tueri immunitatem?] Habitabo (addit) in Tabernaculo meo, quod inter filios Israël aderit, eisque me Deum verè ostentabo curando, protegendo, docendo &c. Eduxi enim eos de Ægyptiaca seruitute non vt repellerem, sed vt inter illos commorarer * Qui te de Ægypto sæculari abduxit, non repellet obedientem, non deseret ad patriam properantem.

Quis audebit Tẽpla, aut sacerdotes violare, quorũ tutio ad Deum pertinet?

Qui te de sæculo abduxit ad Religionẽ, non deseret obedientem.

CAPVT XXX.

Altare thymiamatis, labrum æneum pro sacerdotum lotione, sacri vnguenti compositio, quo inungendi erant sacerdotes, vasa Templi & compositio thymiamatis quotidie adolendi in altari describuntur.

1. FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, 2. habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent 3. Vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciésque ei coronam aureolam per gyrum, 4. & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. 5. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. 6. Ponésque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. 7. Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud: 8. & quandó collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. 9. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis libamina 10. Et deprecabitur Aarõ super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino. 11 Locutúsque est Dominus ad Moysẽ, dicens: 12. Quando

12. Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. 13. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. 14. Qui habetur in numero, à viginti annis & supra, dabit pretium. 15. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. 16. Susceptámque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. 17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 18. Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum: ponésque illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua, 19 lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, 20. quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, 21. nè fortè moriantur: legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. 22. Locutusque est Dominus ad Moysen, 23. dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, 24. casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: 25. faciésque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, 26. & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, 27. mensámque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, 28. & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. 29. Sanctificabísque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. 30. Aaron & filios eius vnges, sanctificabísque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. 31. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. 32. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. 33. Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo. 34. Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: 35. Faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum. 36. Cúmque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. 37. Talem compositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. 38. Homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

COMMENTARII.

1. *Altare thymiamatis.*

VERS. 1. 2. FACIES QVOQVE, &c.] Ad adolendum thymiama altare ædificabis de lignis setim quadratum æquis lateribus, ita vt latera singula cubitum non excedant: altitudo autem eius duos cubitos seu quatuor palmos æquabit. Ex eodem autem ligno, quo altare constabit, (non affixa) cornua quatuor in pomi modum affabrè elaborata producentur. Radios quosdam ex angulis in altum sublatos vocitarim. Dum huiusmodi radij aut poma, aut obelisci non affiguntur, sed ex eodem altaris ligno assurgunt, perpetuus altarium commendatur ornatus. * Non sufficit, solemnibus diebus exornari altaria: decens ornatus addicendus eis assiduos, vt sacrata ex ipso natalitio, Domino videantur. Nec enim Deus solùm festis diebus altarium est incola.]

Quotidianus altarium ornatus sit decens, quia Deus semper est incola.

3. 4. 5. VESTIESQVE ILLVD AVRO; &c.] Altare, craticulam, vel operimentum eius, altaris tabulas per circuitum, & cornua aut radios eis laminis aureis contéges. Porrò craticula erat reticulata, vt per eius foramina thymiamatis seu aromatum cinis decidens sub altare delaberetur. At non immediate craticulæ aureæ super imponebatur thymiama incendendum: alioqui craticulam auream vis ignis soluisset: sed in æreo thuribulo, quod craticulæ ipsi imponebatur. * Aurum enim nobilius metallum facilius, quam æs ignobile igne soluitur. Fugiat aurum ab igne: Principes, aut equites omnino à luxuriei igne recedant. Assolet enim flamma hæc nobili materiæ citius hærescere. Non tam facile æs ministeriis seruilibus addictum, siue vulgares homines hoc igne soluuntur.] At altari huic circulum (seu limbum ex delicatiori auri lamina per circulum appones. * Vbi enim ex thymiamatis oblatione Dei obsequium exponitur, ibi corona obiicitur: seruire enim

Aurū, id est, Nobiles, seu Principes, aut equites assolet luxuriei flamma facilius soluere quā æs vulgarium.

Seruire Deo, quid nisi regnare.

Deo, regnare prorſus eſt.] Sub corona aurea ſingulis lateribus duos annulos aureos ingetes, vt immiſſis in eos vectibus ex ſetim inauratis, altare poſſit deportari * Sequitur enim altare pergentes, ne ſine altari, aut oblatione depereant in via.

Sine altari, ſine oblatione pereũt in via.

6. PONESQVE ALTARE, &c.] Apponendum thymiamatis altare contra velũ, quod dirimit Sanctum à Sácto Sanctorum: & pendet ante Arcam teſtimonij coram Propitiatorio, quo ipſa Arca teſtimonij operitur. Profecto Arca teſtamenti dicitur teſtimonij, quia in ipſa erant tabulæ legis, quæ eſt quædam voluntatis Dei teſtificatio: Arca ipſa teſtimonium vocatur ex eo quod legis tabulas cuſtodit. * Ipſa legis cuſtodia oſtendes te diuinum teſtimonium. Legis teſtis eſt Martyr ſanguineus Deo litans: & legis teſtis adeſt, qui legem cuſtodit.

Legis cuſtodia Dei eſt teſtimoniũ, vt Martyriũ.

7. ET ADOLEBIT, &c.] Aaron, vel filij eius ſuauiſſimum litabit incenſum mane, quando repurgabit lampades candelabri: & inter duas veſperas, quando incendendo collocabit eaſdem. * Non ſufficit, te ellychniũ, vas, oleum offerre vt collocatus candelabro dicaris: qui dat lumen, ipſe collocat. Quid præſtabit ingenium, eloquentia, ſapientia tua ad concionandi munus, ſi Deus lumen abneget vanitati: te minimè ſuper candelabrum collocatum exiſtima.] Sempiternum erit hoc thymiama, quod ſingulis diebus mane ſemel, & ſemel veſpere eſt iugiter adolendum. * Si ſemel diluculo, ſemel noctu Deo orationis lites obſequium, perpetuum offeres thymiama. Quam facilè te perpetuum oſtendes litatorem.]

Vt collocetur concionator ſuper candelabrũ non ſufficit, ingenio, ac eruditione vigere: ſi à Deo lumen nõ accipiat qui dat lumẽ collocat. Si mane ſemel, & veſpere ſemel oras, te perpetuũ oſtendes oratorẽ.

9. NON OFFERETIS, &c.] Super altare hoc non eſt offerendum thymiama compoſitionis alterius, quam eius de qua poſtea præſcribam. (n. 34.) Nec ſicut ſuper altare holocauſtorum victimam, aut libamina ſuccendetis.

10. ET DEPRECABITVR, &c.] Iam de anniuerſaria altaris holocauſtorum expiatione agitur. Aaron (inquit) ſuper cornua huiuſce altaris, id expiare aggredietur cum ſanguine qui oblatus eſt pro peccato: & placabit Aaron Deum ſuper altari huiuſmodi ſanguinis aſperſione. Qui quidem expiationis ritus futuris deinde generationibus ſemper aſſeruabitur, ſanctiſſimoque expiationis ritu ſanctiſſimum reddetur altare. Quænam maculæ in altari obiiciuntur, quæ debeant ſanguinia vnda mundari? Certè quilibet ad peccatum reſpectus neſcio quid continet infectionis: victimæ mactatæ typum exerunt peccatorum: vel typus peccati ſufficit aram ſacerrimam quodammodò inficere.

Vel peccatorũ typus quodammodo ſufficit altare inficere.

11.12. LOCVTVSQVE EST, &c.] Dominus autem Moſi profatur: Quando populum numerabis, iuxta eorum, qui numerandi ſunt annos ſcilicet viginti & ſupra, cenſum tribis, quo animam ſuam, ſeu vitam quodammodo redimant, ne interficiantur, ſi tributum hoc pendere neglexerint. * Procul dubio hominum vita innumeris deputatur ærumnis, & fortè morti ob patrata crimina: à quibus Deo in pauperibus cenſu ſoluto, eam redimere poſſumus.] In eis igitur, qui vitam redemerint cenſus ſolutione non erit plaga,

Item.

Eleemoſynis redimimus vitam morti ob crimina deputatam.

peſtis ſcilicet, aut aliud ſimile exitiale incommodum. Dauidis tempore, quia ſeruata non fuit tributi lex, ſeptuaginta hominum millia peſte ceciderunt. * Caue, ne decimas, ſeu primitias, Deo perſoluendas, negligas pendere; aſſolet enim Deus non iam ſolum in opibus, quas ab inuo luntario ſolutore non vult accipere: ſed in vita exactionem exponere.

Caue, ne decimas ſoluere negligas.

13. HOC AVTEM DABIT, &c.] Omnis ergo, qui ad numeratos tranſit, cuius ſcilicet nomen (quia viginti iam expleuerit annos) recenſetur: dabit dimidium ſicli, aut ſtateris, ſiue duos regales (Hiſpanicos) iuxta Templi pondus iuſtiſſimum. Profecto ſiclus aut ſtater moneta Hebræis vſitatiſſima, eius pondus quatuor drachmarum Atticarum æquiualens quatuor regalibus noſtris. Quod de ſiclo argenteo intellige; erat enim etiam ſiclus aureus, & æreus paris omnea ponderis; ſed pro materia pretij inæqualis. Menſura autem Templi memoratur, quia in ſanctuario quaſi in loco ſacro, & tuto ſeruabatur ſiclus iuſtiſſimi ponderis, ad cuius normam reliqui omnes examinarentur, ſi opus eſſet; ne fraus aliqua irreperet. * Solùm in loco ſancto ſine circumciſionis ſuſpicione aſſeruatur nummus aureus, aut argenteus] Quod ſi ſiclum ad viliores monetas vis reducere, viginti obolos Iudaicos habet, Atticos viginti & quatuor. Obolus autem eſt ſexta pars drachmæ duodecim triticeos granos pódere continens i ſiue Athenienſis moneta quæ ſex teruntiis reſpondet Hiſpanicis,

Solũ in loco ſancto ſeruatur nummus ſine circumciſionis ſuſpicione.

14. QVI HABETVR IN NVMERO, &c] Qui ergo numeratur à viginti annis & ſupra, huiuſmodi Deo oblationem, dimidium ſcilicet ſicli exhibebit * Et quomodo in numero Chriſticolarum habebitur, qui Deo dare renuerit ex iis, quæ ab ipſius munificentia acceperit.

Non debet numerari inter Chriſticolas, qui renuit Deo dare ex his, quæ ab ipſo accepit.

15. DIVES NON ADDET AD MEDIVM, &c.] Æquale in cenſu pretium ſoluet diues & pauper ſicli dimidium, diues dimidium ſicli ſoluat Quare precor non plus exigitur à diuite? * An quia diues plerumque auarus tam difficile reddet ſicli dimidium, quam egenus?] * An ne diues pauperem, quod minus dederit, deſpiciat?] * An quia Deus cenſus vim non ponderat, ſed dantis affectum?] Omnia vera, ad literam autem accommodatius, vt ex ſiclis conſtaret populi numerus.

Diuites plerumque auari tam difficile dant obolum, quã inopes.
Curat Deus inopem à diuite non deſpici.
Deus affectũ ponderat, nõ cenſus vim.

16. SVSCEPTAMQVE PECVNIAM, &c.] Pecuniam à filiis Iſrael ſuſceptam ſumptibus magnis Tabernaculi, maioribus Templi, nempe fabricæ ampliſſimæ victui, ac veſtitui ſacerdotum impendes. Vt per hoc Deus veſtri recordetur, ſitque vitæ veſtræ propitius. * Valetudinem perream, fælicitatem facis ſtabilem, qui Templorum fabricæ conſecras ſubſidium.] Pecunia illa & vitæ & fælicitatis eſt monimentum.] Deus enim perpetuus Templi habitator quomodo non propitiabitur vitæ illius, cuius nummis fuere parietes eleuati. * O quam bene cenſus inſumitur.

Valetudinẽ, ac fælicitatẽ perreã efficit, qui Templi fabricæ munera litat.
Tributa bene inſumũtur in Templorum obſequio.

17. 18. 19. 20. 21. LOQVVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus fatur ad Moſem. Iube labrum æneum ſeu concham efformari ad

3. *Labrum aeneum.*

continendam

continendā aquam, qua lauentur primo sacerdotes priusquam ad sacra accedant: post modū partes victimarum, quæ immolabuntur. Quod quidem vas inter Sanctum & altare holocaustorum collocabis. Missa aqua per fistulam Aaron, ac filij eius qui nudis pedibus altari ministrabunt, manus diluāt, & pedes quoties Tabernaculū inierint, & quoties thymiamata fuerint oblaturi: ne si lotionis hic neglexerint ceremoniā, fortassè, me exardescente, moriantur. Hæc autē lex erit æterna semper obseruanda. Nudis pedibus Moses accessit ad rubum, non lotis: sacerdotes autē accessuri ad altare, & pedes nudant, & aqua diluunt; quia altare puritas decet vberior. *Ediscāt sacerdotes quāta puritas exigatur ad altare Eucharisticum incendū, si sub capitalis pœnæ suspitione (*nè forte* tanta ad altare typicū requirebatur. Pedes ac manus diluē; non enim *forte*, sed infallibiter morieris, si immundus accesseris]

O quāta puritas necessaria, vt sacerdos ad Eucharisticū accedat altar

4. 22. 23. 24. LOCVTVSQVE, &c.] Vt oleum sanctum vnctionis conficias, (addit Mosi Deus) aromata myrrhæ, quæ prima e cortice defluit, sume. Hebr. *Myrrha libertatis*, aut *libera*, quæ scilicet libere, ac sponte erumpit. & est quasi quidam myrrhæ flos: hęc præstantissima vocitatur. *Et quidem illud Domino præstantissimum sacrificium est, quod sponte litatur.] Myrrhę itaque primę sicli quingenti pręparētur, cinamomi ducēti quinquaginta, totidem calami odorati, seu aromatici, quingenti fistulæ casiæ, (Hispanice *canela*) cuncta quidem iusto pondere sanctuarij. *Quod enim sanctuario dicatur, iustissimo pōdere debet offerri. Nec granum triticeum detrahe ex mensura Ecclesiæ litanda ex decimis. Oleum deniq; admisce quantum hin capiat (septuaginta duo oua maiora communibus explet) Hisce aromatibus oleo admixtis oleum sacrum vnctionis efficies non quidem vulgari manu imperita, sed iuxta artem myropolarum, aut pigmentariorum. Nō sufficit pretiosa esse ingredientia, si admiscendi peritia non adsit. *Intellectus, eloquentia, ingenium, vox, actio, sunt quidē aromata pretiosa ad inungendum peccatorem: sed nisi vnguentarij ars, id est spiritus sanctus admisceat, & condiat, vnctio sancta non erit: deliniet aures, vulnera non inunget].

Sancti olei compositio.

Spontaneum sacrificium Deo præstantissimum.

Iustissimo pondere, & mēsura debet offerri, quod Tēplo soluit: nec granū detrahendum è decimis.

Concionatoris intellectus, ingeniū, eloquentia &c. Aromata quidē, sed nisi adsit pigmētarij cœlestis peritia, deliniet aures, vulnera non inunget vnguētum.

26. 27. 28. 29. 30. ET VNGES EX EO, &c.] Hoc igitur oleo sacerrimo Tabernaculum Arca, Mensa Candelabrum, Altare vtrumq; & cuncta suppellectilia ad eorum cultum attinentia inunges: quæ quidē omnia ex hac consecratione erunt sanctissima. Vnde ex abundantia sanctitatis qui ea contigerit, sanctificabitur. *Ex sanctorum societate sanctus exsurges ex studio imitationis.]

Ex sāctorum societate eris sanctus.

6. 31 32. FILIIS QVOQVE, &c.] Indices meo nomine Israëlitis: Hoc oleum vnctionis in vsus solos sanctos ad mei cultum assumetur: nullus hominum audebit eo aliquā corporis sui partem inungere. *Homines* hîc sæculares viri vocantur. Si nullus hominum hoc oleo inungitur, quomodo Pontifex, oleo sancto delinitur? *Quia Pontifex homo nō est qui Angelicum, qui diuinum exercit munus.] Aliqui putant excipiendos Reges. An non Reges homines sunt? Certè Regum caro deberet nulla humanitatis proprietate notari. *At alio sensu, non homines illi ostentantur; quia in ærumnis, laboribus, incommodis *hominum nō sunt & cum hominibus non flagellabuntur*. Certè Reges non oleo vnctionis, sed oleo cōmuni inūgebantur. * Ne aliquis imprudens Rex ex sancta inunctione se crederet Pontificibus æqualem, qui cunctis sacerdotibus postponendus.] Aliud vnguentum (addit) non conficietis simile, quo inungamini propter reuerentiam oleo sanctificato debitam. Nec enim ad profana quæque vllam debetis sacram fuctionem, vel specie tenus, æmulari; vt a sacri profanatione longe abesse possitis. Subtraxentur hinc, qui ridicule sacras curant æmulari conciones]

Prohibetur similis olei compositio.

Sacerdos non est homo.

Caro Regis deberet hominem non sapere.

Principes cū hominibus non flagellātur

Reges postponendi sacerdotibus.

33. HOMO QVICVMQVE, &c.] Si aliquis curauerit hoc vnguentum componere; piaculi erit reus: sed qui compositi aliquid, qui non sit sacerdos, aut generis sacerdotalis, exhibuerit ad vsus profanos, interficietur. Tanta rerum sacrarum puritas, vt vel imago compositionis olei sancti a laico quolibet facta, Deus nolit sæculari tradi nec ad profanos vsus impendi.]

Vel imago rei sacræ venerabilis admodum sibi sit.

7. 34. 35. 36. DIXITQVE, &c.] Ad thymiamatis compositionem edocendam pergit Dominus Sumenda myrrha prima, vnguis odoratus, succus ferulæ nascentis in Syria siue metopus aromaticus, thus perfectissimum. Æquali ponderi cuncta addicentur præfata aromata, siue conficienda sit magna, siue parua quantitas thymiamatis. Ex hisce aromatibus thymiama, seu aromaticum suffimentum tam diligenter, exactéque compositum, vt dignum sit quod Deo sanctificetur, id est, adoleatur, & incendatur. *Crediderim, hanc dignitatem thymiama non tam ex aromatibus, quam ex exacta diligentia sibi vendicare: cunctis enim in muneribus Deus non materiam, sed affectus offerentis formam dignatur æstimare.

Thymiamatis compositio.

Digna est quælibet oblatio Deo litanda, si deuote, diligētique paretur affectu.

37. 38. TALEM COMPOSITIONEM NON FACIETIS, &c.] In vsus vestros huiusmodi compositionem thymiamatis non est agenda. * Ne sæcularis domus aliquam vel ex hoc capite redolat Templi similitudinem, dedecet enim Templi sanctitudinem, inter profanos aliquam Templi similitudinem reperiri, de qua Dominus queratur, vt de Templi ornamentis, quæ Israëlitæ fœminæ imitabantur: *Filiæ tuæ ornatæ vt similitudo Templi.*] * O quam delicata Templi sanctitas quia nimium augusta. quam facile læditur !] Quicumque ausus fuerit simile thymiama conficere, vt domestico vsui impendat prunis oblatum: interficietur, illum Deus comminuet.

Dedecet Templi sanctitatē apud profanā domum aliquid reperiri quod sacra æmuletur.

Res delicata Templi sanctitas, facile læditur.

CAPVT

CAPVT XXXI.

A Deo designantur Beseleel, & Ooliab architecti Tabernaculi, Sabbati cultus confirmatur, duæque legis tabulæ à Deo Mosi traduntur.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Vr de tribu Iuda, 3. & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, 4. ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, 5. marmore, & gemmis: & diuersitate lignorum. 6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, 7. tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, 8. mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis, 9. & holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cum basi sua, 10. vestes & sancta in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris, 11. oleum vnctionis, & thymiama aromatum in Sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient. 12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 13. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: videte vt sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos. 14. Custodite sabbatum meum, sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. 15. Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. 16. Custodiant filij Israël Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum, 17. inter me & filios Israël, signúmque perpetuum. sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab opere cessauit. 18. Deditque Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.

COMMENTARII.

3. *Artifices Tabernaculi.*

Vers. 1. Locutusque est Dominus, &c.] Deus Mosi profatur: Ego Deus nominatim præ cæteris omnibus delegi Beseleel filium Vri: cuius auus fuit Hur, ex Tribu Iuda. Impleui autem eum meo spiritu, id est, spiritu excellenti, scilicet sapientia, intelligentia, & scientia in omni opere fabrili: vt adinuenire possit quæcumque eximia opera valeant ex auro, argento, ære, marmore gemmis & lignorum varietate incidi, ac efformari. * Qui aliqua excellis in arte, noueris se à Numine specialiter accepisse: vt ei gratias reddat.] * Profectò è Dei spiritu profluit, quotiens artifex egregios sacris imaginibus exprimendis suam impendit operam,] * Peritia planè artis cuiusuis sacris seruiens operibus, sapientia meritò appellatur. Tanti æstimat Deus, vt artifices obsequiis sacris suam peritiam impendant.] * Subtaxantur, qui acceptam à Deo peritiam profanis imaginibus incidendis, aut pingendis impendunt.

Qui aliqua excellis arte, puta, te à Domino accepisse.
Et Dei spiritu profluit, te addictum sacris imaginibus exprimendis.
Sapientia appellatur ars sacris addicta.
Taxantur, qui pingendis profanis imaginibus studium expendunt.

6.7.8.9.10. Dedique ei socium, &c.] Et ne differatur operum tantorum perfectio ex artificis singularis ministerio: elegi ei socium Ooliab filium Achisamech: & peritis artificibus minoribus suam etiam industriam exhibui, vt possint Beseleel & Ooliab in Tabernaculi fabrica adiuuare. Hi profectò perficient Tabernaculum, Arcam, Propitiatorium, vasa cuncta, Mensam, Candelabrum, holocausti, ac thymiamatis altaria, labrum cum basi sua, vestes sanctas, oleum, thymiama, & quæcumque ex descriptione mea, mente concepisti, hi auro, argento, ære, ligno aromatibus, oleo, byssoque visenda exponent.

2. *Sabbati rursum inducitur obseruatio.*

12.13. Et locutus, &c.] Nolo (addidit Deus Mosi, vt Hebræis indiceret) qui iussi Tabernaculum fabricari, vt sacri operis prætextu *Sabbata* (sic Hebr.) mea violentur. * Neque enim quæ festorum violatione geruntur, possunt faustè perfici.] Custodite Sabbata, quia quandiu vixeritis signum erunt, vt agnoscatis, me Dominum, qui vos ad meum cultum applico, mihique quasi consecro ex festiuitatum obseruatione. * A Deo se abstractum om-

Quæ opera seruilia die festo geruntur non possunt faustè perfici.

nino

nioo ostendit, qui festos dies violare non veretur.

14.15. CVSTODITE SABBATVM, &c.] Obseruate Sabbatum, quod sanctè a vobis colendum institui. Qui aotus fuerit illud polluere, morietur. * Certè festorum violatores illorum videntur polluere sanctitatem, dum requiem sanctam faciunt laborem apparere.] Qui ergo opus festo die gesserit morietur Iudicis sententia, aut alioqui Deo vindicante. * Ne audeas præcepta violare eo prætexto: Piaculum à Iudicis oculis, à Præsulum cognitione abscondetur. Deus horribilior est criminum vindicator.] Primis sex diebus opera exercite, septima dies Domini est requies. * Quā exitiale crimen, Dei requiem seruilibus actionibus perturbare.

Violatores festorum polluunt sanctitatem.

Ne delinquas hoc prætextu. Non spectetur Iudici crimen, Deus horribilior vindicator. Exitiale crimen, Dei requiē violatione festi perturbare.

16.17. CVSTODIANT FILII, &c.] Hebræi ergo Sabbatum custodiant; est enim lex perpetuò duratura, dum status veteris legis perdurabit. Sic recolent creationis beneficium. Deus enim sex diebus est operatus, Septimo autem à labore (sic Hebr.) *respirauit.* Humano more loquitur. * Profectò qui Sabbata, id est, festos dies negligit obseruare, se beneficio creationis ingratum ostentat.

Festi violator se creationis beneficio ostētat ingratum.

18. DED TQVE DOMINVS, &c.] Mosi demum, perfectis sermonibus hisce, tradidit duas lapideas tabulas Decalogi, seu legis, quæ testimonium diuinæ est voluntatis. Porrò tabulis hisce erat lex exarata Dei digito, siue operâ, aut Angeli Deum referentis: non hominis. * Equidem facilius obseruanda obiiciuntur præcepta aut Dei ore expressa, aut Angelo siue Fundatori Religionis reuelata: quam ordinationes à Præsulibus inuentæ. Esto ordinationes addantur ad perfectiorem Regularum obseruationem, sed nouæ Regulæ non scribantur. Quæ enim Deus Angelo Fundatori dictauit, Dei digito habeantur expressa, & accuratiori studio custodiuntur.

3. *Traduntur lapidea tabula Mosi.*

Facilius obseruantur Regulæ à Fundatoribus præscriptæ, quam additæ à Præsulibus, aut Rectoribus.

CAPVT XXXII.

Mose absente vitulus ab Israelitis adoratur, iratus Deus Mosis placatur precibus, è monte descendens Moses tabulas legis frangit, comminuit vitulum, occidit idololatras, rursum montem Deum precaturus scandit.

1. VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron, dixit, Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de Terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. 2. Dixitque ad eos Aaron Tollite inaures aureas, de vxorum filiorúmque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. 3. Fecitque populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. 4. Quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. dixerúntque: Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de Terra Ægypti: 5. Quòd cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras solemnitas Domini est 6. Surgentésque manè obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere: & surrexerunt ludere. 7. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccauit populus tuus quem eduxisti de Terra Ægypti. 8. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem; & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. 9. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit: 10. dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. 11. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? 12. Ne quæso dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. 13. Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens; Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. 14. Placatúsque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. 15. Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraque parte, 16. & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. 17. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur

id

in castris. 18. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam : sed vocem cantantium ego audio. 19. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros: iratúsque valdè, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis : 20. arripiénsque vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël : 21. Dixitque ad Aaron : Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? 22. Cui ille respondit: Ne indignetur Dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum : 23. dixerunt mihi : Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. 24. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus. 25. Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus, (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.) 26. & stans in porta castrorum, ait : Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui : 27. quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ponat vir gladium super femur suum; ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. 28. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderúntque in die illa quasi viginti tria millia hominum. 29. Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. 30. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum : Peccastis peccatum maximum : ascendam ad Dominum, si quomodo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. 31. Reuersúsque ad Dominum, ait : Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos : aut dimitte eis hanc noxam, 32. aut si nō facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. 33. Cui respondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo : 34. tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi : angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum. 35. Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

COMMENTARII.

1. Hebræi petunt, deos sibi fieri duces itineris, ex aureis inauribus populi, vitulus efficitur.

VERS. 1. VIDENS AVTEM POPVLVS, &c.] Pertæsus populus quod diu decessurum Mosem expectaret, & videns columnam ductricem, Mose trahēte moras, institisse: cupidine accenditur nouum aliquē sortiri Deum, quem ducem sequeretur. Cōgregatur ergò aduersus Aaron, proclamat: Cur tu cubantem columnam imitaris? Surge & fac deos, qui nos stantes possint ducere: nescimus enim, quid Mosi illi acciderit; an perierit in Sinai, nec ne. * Quam viles ostenduntur, qui de Præsule absente contemptim quasi de quodam vulgari incognito loquuntur. Nil vilius subdito, quam de absente Præsule obmurmurare, eumque despicere.] * En Prælatorum absentiæ incommodum: moram faciente Mose, subditi diis litant alienis.]

Vilis subditus, qui absenti detrahit Præsuli. Absente Prælato subditi diis litant alienis.

2. DIXITQVE AD EOS, &c.] Videns Aaron populum pronum ad tumultum, actus formidine, ita morē illorū gessit, vt difficilem, aut impossibilem redderet idoli excitationē. Tollite, inquit, ad deorum fabricandorum materiam decentem vxorum, filiorum, ac filiarum vestrarum aureas inaures, & ad me deos fabricaturum adducite. Postulat certè inaures, quas viros à mulieribus ægre quidem impetraturas sperabat: vt sic ab exitiali mente abduceret. * Mulier genus auarissimum, vitam prius quam inaures impendet.]

Mulierum auarissimum genus prius vitam, quam ornatus impendet.

3. FACITQVE POPVLVS, &c.] Incunctanter ad vxores, ad filios, filiasque perrexere, ac vociferantibus cunctis, vi tulerunt inaures. * Nihil non vincit addictus ad quamlibet affectionem animus. An amanti vel inopi defecit, quid amatæ tribueret? Defecit lusori, quid in ludo disperderet?]

Nil nō vincit animus addictus cuidam affectioni.

4. QVAS CVM ILLE, &c.] Mirans Aaron adlatas fœminarum gazas, fusorio opere caput vituli efformauit in luto, vt conflatum ea liquidato ære exponeretur. Porrò ex multorum sententia tantum fuit vituli caput effictum, petentibus Hebræis, vt sibi Apis Ægyptij idoli simulachrum fabricaretur, aliorumque deorum, quos in Ægypto coluerat gens idololatriæ prona darentur imagines. Si multos deos petunt, cur Aaron solummodo vituli nempe Apis caput efformat? * Certè vt de idololatriæ criminibus, quantum posset, subtraheret. Non plura perpetrans crimina pluribus idolis sigillatim litans: vnius criminis patrator, eius imminuit grauitatem.] Conflato vituli capite proclamarunt Hebræi idololatræ : En dij tui, ô Israël, qui te de Ægyptiaca seruitute liberarunt. Si caput vituli solùm conflatum est, cur deos esse vociferantur? An quia capitale idolum tota idolorum turba comitatur? * Capitali vitio si inficiaris, existima cuncta ipsius membra, seu inferiora crimina simul coalescere. Caput vituli auaritiam adoras? Fraude, iniustitia, rapina inficieris.

Detrahendū de crimine quantum possis.

Capitale vitium omnia inferiora vitia sequuntur.

5. Quod

2. *Indicitur solenne vituli, Hebræi offerunt holocausta, id Deum Mosi aperit, populique ponderat ingratitudinem.*

5. QVOD CVM VIDISSET AARON, &c.] Audiens Aaron popularem vociferationem, coram vituli capite ædificat altare, & præconis voce inclamitat: Domini die crastino festum præparatur. Non dixit *vitulo*, sed *Domino*, æquiuocè locutus, Deum verum expetens inuocare. Vt aliquid peccator Aaron de Mosis propinquitate retineret. Est, qui existimet, Aaronem dolentem, quod vitulum extruxisset, & populo idololatr. gessisset morem: curasse festi Domini veri indictione idololatras ab adorationis crimine auertere. Quam pulchrè ad abolitionem idololatriæ coram idulo altare construitur sacerrimum! * Hinc Societatis IESV prudentiam lauda, quæ ad abolendas Bachannalium reliquias coram vitulo comedente, Eucharisticum erexit altare præconum, aut Concionatorum voce proclamans: *Et hodie, & cras, & vlterius Dei solemnitas est.*] Attamen asseruerim Aaronem ad adorationem vituli populum inuitasse: ipsumque appellasse *Dominum*. In Hebræo est nomen tetragrammaton, quod nomen & si soli Deo debitum, Aaron in peccatũ iam lapsus, tribuit idolo. * Abyssus enim inuocat abyssum, qui peccato vni dat operam, facillime plura in alia deuoluitur.] Sed quarè solemnitatem ad diem crastinam distulit, idolo, & altari iam præparato? Sperabat, Moysem prius rediturum, vt idololatras coërceret. Licet enim ipse Mosis vicarius, tamen oues proprij Pastoris magis vocem, ac baculum reuerentur.* Ediscant Præsules Vicarios, aut Visitatores non immittendos nisi ægritudine, aut Dei maioris obsequio exigente, Multi enim subditi non corriguntur, quia efficacissimam Pastoris vocem non audiebant] Ea fuit ouium IESV viuentis fælicitas, quod eius oues semper eius vocem audierunt: *Oues meæ vocem meam audiunt.*

Societas Iesu ad abolendas idololatriæ reliquias, Eucharisticam mensam erexit.

Qui vni peccato dat operam, facilè plura in alia deuoluitur.

Nõ mittãt Præsules visitatorẽ, sed ipsi visitent, vt efficacius subditi corrigantur. Oues Iesu eius immediatè vocẽ audiebant.

6. SVRGENTESQVE MANE, &c.] Manè surrexere idololatræ Hebræi ad impietatẽ. Non pigritauerunt diabolo litaturi. * Proh dolor! Quanta pigritia ad Deum verum colendum afficimur.] Holocausta hostiasque pro pace obtinenda obtulerunt idolo: sederunt manducare, ac bibere, ex hostiis vitulo immolatis, vt festum commune, ac sacro conuiuio celebrarent: surrexeruntque saltare, canere, agere choros. Certè vox Hebræa lætari tantum significat, ac ludos instituere, non colere idolum. Miror quidem post tantũ piaculũ locum lætitiæ obtinuisse. * Affectauere illi lætitiam; non vero fuerunt gaudio affecti. Quomodo enim potest cor crimine infectum vero gaudio perfundi?]

Ad impietatem veloces, ad pietatem pigritantes.

Affectat peccator lætitiã, sed nõ vere lætatur.

7. 8. LOQVVTVSQVE EST, &c.] Dum populus idololatriæ dat operam, benignissimus Deus mali studet medicamini. *Vade* (inquit) *descende.* Duplicat verba sub sensu eodem, vt innuat Mosi, remedium subditorum ex præsentia Præsulis delictis adhibendum. * Ægros assolet subditos absentia Prælatorum efficere: præsentia sanitate donat] Peccauit ô Mose, tuus populus, non iam meus qui me tam grauiter delinquendo amisit. * O quam horribilis peccatoris ærũna à felicissima Dei expungi familia] Populus quem tot à me beneficiis cumulatum ex Ægyptiaca seruitute eduxisti *citò* de via recessit, fecitque vitulum cõflatilem cui cultum exhibuit. * Facilis est ad peccatum reditus, quod malo procedit ex habitu.] Offerentes ei hostias dixerunt: En dij tui Israel, qui te de Ægyptiaca seruitute liberarunt. Vidimus, id dixisse Hebræos mox post vitulum conflatum, nondum indicta victimarum immolatio. Quomodo igitur Dominus asserit ipsa in victimarum immolatione proclamasse: *Isti sunt dij tui*? An sententiam tunc reperierunt eandẽ? Ita quidem. Sed addidero propositũ immolandi victimas, quod tunc cum fuere vociferati, habuerunt, iam coram Numine opus perfectum reputari. * Propositum colendi idolum luxuriæ, aut auaritiæ tua tenet præcordia? te iam existima velut perfecisse actionem. Cur ex leui affectata cogitatione tam graui piaculo vis contaminari?]

Subditi ægrotare assolent absente Præsule: huius præsentia sanitati restituuntur. Horribilis peccatoris ærumna à Dei familia expungi.

Facilis est ad peccatum reditus, quod malo ex habitu procedit.

Propositum delinquẽdi, quasi opus perfectũ cõputatur Domino.

9. 10. RVRSVMQVE AIT, &c.] Rursus Dominus Mosi: scio, quod populus dura ceruice, tenaci proposito, impietati heresceret: Ergo deleatur. * Plus Deus assolet irasci ex tua in crimine tenacitate, quam ex ipsa criminis patratione. Homo fragilis, deliquisti, diabolus, a crimine non recedis.] Dimitte ergò me punire exitialiter eos. Nam quia tuus ego sum, tuum populum quasi punire nequeo, dum videam esse tuum. Qui enim te diligit, quomodo tua odisse poterit? * Hinc edisce quantæ sit fælicitatis peccatori Diuos habere amicos] * Si Mariæ es mancipium, poterit ne Deus Mariam ineffabiliter diligens, in eius mancipium vindicare] * Chald *Intermitte deprecationem*, qua prohibeor, & quæ mihi quodammodo manus illigat * Non dum orabat Moses, vndè cum Dominus ita cum affatur, rogandi exhibet ansam. Cum videris peccatores laboribus fatigari, existima Dei illam vocem audire: *Dimitte me*, vt precibus impendas affectum] Delebo itaque Hebræos, Gentiles suscitabo, & maioris populi tibi præfecturam impendam, non ex te nasciturum, sed tibi subiiciendo. * Augustius imperabis extraneo. Subditi enim difficilius Præsulibus subiiciuntur agnatis.]

Plus Deus irascitur ex nostra in crimine tenacitate, quam ex ipsa criminis patratione.

Deus nõ cõminuit amicos sãctorũ. Deiparæ mãcipiũ, eius gratia Deus nõ punit.

Oratio Deũ illigat.

Orandi Deus ansam nobis exhibet.

Subditi difficilius Præsuli agnato subiciuntur.

11. 12. 13. Dum Deus querelas contra idololatras excitabat, Moses deprecabatur, clamans: Contra populum quem eduxisti ex Ægypto, tot expressis miraculis, cur te o sentias iratum? Eduxisti ex Ægypto? ergo parcere debes delinquenti. Alioquin Ægyptij tui inimici submurmurabunt: *Cum malignitate* (sic Hebr.) Deus eos de Ægypto extraxit, vt in solitudine comminueret. *Pœniteat* ergò *te super malo*, (sic Hebr.) id est, punitione concepta: & nequitiæ Hebræorum ignosce. * Tam pronum ad parcendum agnouit Deum Mosea, vt contempletur eum pœnitudine affectum, ac si iracundia succendi quoddam esset piaculum] Si autem ô Domine, adhuc intendis supplicio operam exhibere, recordare Diuorum Abrahæ, Isaaci, ac Iacobi, quibus te Hebræis post eis daturum Chananitidem terram promisisti, iureiurando expresso. * Profectò ad Deum placandum, ratio efficacissima est, parentum sanctorum memoriam obiicere.

3. *Orat Moses, & Dominus placatur.*

Quasi piaculum est Deo benignissimo, voluisse punire peccatores.

Ad placãdũ Deum ratio efficax, obiicere ei memoriã parẽtũ sãctorum.

14. PLACATVSQVE, &c.] Precibus itaque Mosis Dominus fuit placatus, nè deleret om-

ninò populũ, vt destinasse videbatur, sed vt alia plaga (de qua n. vlt) corriperet.* Vnde populus, qui delinquens factus fuerat Mosis: post correptionis propositum iam inciperet esse Dei. Deus enim quos diligit, corripit.]

Populus ideo correptus, osi esse ostẽdatur: corripit enim Deus quos diligit.

15. 16. ET REVERSVS EST MOYSES, &c.] Descendit ergo Moses de vertice lapideas tabulas in manu gestans tam moderatæ magnitudinis, vt eas Moses manu ferre, & eas Arca capere posset. Nec enim solum curandum est, vt lex sit suauis: verum studendum, ne tabulæ, quibus scribitur; sint ponderosæ.* Legem suauem assolet nimis grauem efficere Rector rigidus, qui profert scriptam.] Tabulæ ergo erant ab vtroque latere scriptæ, vt totum Decalogum in vtroque latere scriptum exponerent, ac legi posset ab vtraque parte consistentibus, & Mosem circumdantibus Hebræis.* Et ne ex intercisione materiæ ex vna in alteram paginam aliqua sinistra interpretatio excogitaretur.]* Vt subtaxentur, qui ex intercisione periodi assolent (duriuscule quidem) progignere conceptus.] Profecto & tabulæ erant Dei opere elaboratæ & scriptura earum Dei digito perfecta.

Suauem legẽ nimis grauẽ efficit Rector rigidus, ac pöderosus.

Interpretatio sinistra legis debet vitari. Taxantur qui ex intercisione clanculũ efformant cõceptus.

17. 18. AVDIENS AVTEM IOSVE TVMVLTVM, &c.] Popularem tumultum socius Mosis Iosue percipiens, profatur. Videor, è castris pugnæ vlulatum meas ad aures peruenire. At Moses: si militaris, inquit, esset clamor; aut certè adhortarentur victores ad pugnam, aut victi ad fugam compellere curarent: proculdubio *nec est victorũ*, (Sic Chald.) *nec eorũ, qui vincuntur*, sed concinentum sine moderamine coriphæi ego voces exaudio. Militi omnia insonant militatia: diuinarum laudum modulatori cuncta resonant modulamina. Quali affectu teneris, taliter proximum iudicabis.]* Attamen verè pugna erat adhortantium ad fugam *eorum qui vincuntur*, si profana modulatio, si choreæ sæculares animi sunt dira certamina.]

Quali teneris affectu, ta liter proximũ iudicabis.
Cõcẽtus profanus, sæculares choreæ dira animi sũt certamina.

4.
Videt vitulũ, & irascitur, cõburit & in pulueres redigit.

19. 20. CVMQVE APPROPINQVASSET, &c.] Moses appropinquat ad castra, aspicitque vitulum adorarint, & idololatrarum choros intuetur: succẽsusque iracundia, seu zelo aduersus publicam impietatem incitatus, legis tabulas montis inferiori scopulo illisas perfregit. * Ratus, absurdum, si legem Dei populo ebrio daret minimè seruaturo.] Poterat solum primæ tabulæ primum delere præceptum, quem violabant Hebræi: cur omnia comminuit?* Quia contra fidem delinquens, nullum non præceptum violabit.] Illico vitulum, siue vituli caput arripuit, quem illi fecerant, & vi ignis liquefecit, & vsque ad tenuissimum puluerem contriuit, & moluit. Cur asseritur Israëlitas fecisse vitulum, quem fecerat Aaron? * Ob præsulatus reuerentiam? Minime aperiendi sunt Prælatorum excessus.] Aptius tamẽ dixerim, Israëlitas fecisse vitulum, qui materiam ministrarunt, qui artificem vocibus, ac minis incitauerũt.* Illud, te existima gessisse delictum, quod te instigatore, alius perpetrauit.] Redactũ demum in pulueres vitulũ, dedit Hebræis aqua respersos epotandos, vt idolũ suum vorantes apostatæ, contemnere discerent. Solus enim ille cibus est magni æstimandus, qui in comedentem non conuertitur: sed ipse potius in se comedentem immutat.

Lex cur dabitur ebrio?

Contra fidẽ delinquẽs, nullum non præceptum violabit.

Prælatorum piacula operiẽda sunt.

Illud cõmisisti delictum, quod te instigatore, alius perpetrauit.

21. DIXITQVE AD AARON QVID TIBI, &c.] At ad Aaronem conuersus Moses: Quid (inquit) iniuriæ à populo Israelita accepisti, vt vindictæ horribilis modum excogitares, cum faciens grauissimè delinquere.* Nulla plane horribilior vindicta inueniri potest, quam ad crimen proximum excitare.]* Vnde cum Deus in vnius peccati pœnam permittit te alterum perpetrare: se a te grauissima iniuria affectum fuisse apertè manifestat. Maximum autem vocitauit idololatriæ delictum, quia contra primum præceptũ primæ est tabulæ.

5. *De Aarone queritur.*

Horribilis vindicta, si proximũ incites, ad piaculum.
Deus se grauissimã a te iniuria affectũ ostẽdit, dũ te permittit delinquere vlterius.

22. 23. 24. CVI ILLE RESPONDIT, &c.] Immeritò (respondet Aaron) indignatione dominus meus afficitur, qui nouit Hebraici populi imperium (sic LXX) & quasi furentem impulsum: qui cum in aliquam partem incubuerit præcipue delicti non facile potest reuocari.* Sicut persistentia ingenij circa virtutem amica est salutis: ita tenacitas in malo, damnationis perspicuum est documentum. Mihi proclamantes dictitarunt: Deos efforma nobis duces itineris: nescimus enim quidnam Mosi qui nos de Ægypto adduxit, acciderit. Ego respondi. Quisnam vestrum habet aurum, quod ad fabricam idolorum impendat, iudicans eorum auaritiæ Deitatem futuram molestam quæ auri dispendio esset comparanda.* Auaro enim aurum ipsum augustior est Deitas adoranda.] Sed quia humanum cor pronum ad piacula, vel repugnante auaritia, vel repugnante auaritia, aurum attulere, quod igni tradidi comburendum, & sponte hic vitulus prosiliit adorandus. Crimen verbis extenuat, mendacio lenit, vt leniat fratris iram: quasi non consilio, & animi destinatione, sed casu quodammodo fuisset vitulus efformatus.

Perseuerãtia in bono salutis, tenacitas in malo damnationis est signum.

Auaro aurũ est deitas adoranda.

25. 26. 27. VIDENS ERGO MOYSES, &c.] Porro videns Moses populum esse robore militari spoliatum (Aaron enim tum ioauribus, tum diuina ope, ac simul robore denudarat propter idolum quod Hebræi stercus appellant, & hostibus expositum & cunctis bonis nudatum exposuerat) iuxta portam castrorum constitutus acclamat. Profecto peccatum hominem cunctis bonis spoliatum relinquit: sed præcipuè fortitudine.* Vnde nam exercitus potentissimi ab hostibus viliter comminuuntur, nisi quia ad certamina milites nudati ex criminibus fortitudine procedunt? Plus necessaria ad victoriam iustitia militum, quam vis tormentorum. Sine protectione enim Numinis non potest comparari victoria.] Si quis est (inquit Moses) Domini, mihi diuini honoris vindici hæreseat. Porro omnes Leuitæ honoris diuini zelo feruentes ad Mosem in ingressu castrorum aduocantem properarunt. Horum plerique peccato non consenserant, aliqui tamen Aaronem Leuitam delinquentem secuti fuerant. Omnes ergo Leuitæ non consentientes crimini proni ad crimen vindicandum ostentantur.* Hi sunt *omnes Leuitæ* quia Leuitę delinquentes iam non erant.] Aptè qui non contaminati fuerant idololatriæ crimine ad puniendos idololatras aduocantur; quia eodem crimine infectus quomodo: audebit carpere

Vincuntur fortissimi exercitus, quia ob crimina, Dei aũt protectione denudati.

Delinquẽtes quasi nõ sũt.

Exéplũ peccãtis Præsulis subditos trahit ad piacula.

carpete delinquentes.[* Multi ex Leuitis Aaronem peccantem, imitari sunt. Miror, non omnes deliquisse. Exemplum enim Præsulis subditos extrahit ad piacula.] Filiis ergo Leui Moses profatur Dei ex nomine: Gladios accipite, stringite, & cursitantes de porta ad portam, de introitu ad exitum castrorum; fratres, amicos, ac proximos occidite delinquentes.* Nullus enim titulus reuerendus, vbi Dei causa geritur.

Nullus reuerendus titulus, vbi Dei causa geritur.

28. 29. FECERVNTQVE, &c.] Fili Leui Mosi iuste iubenti (quia Dux populi habebat gladij ius, & Domini iussio, ac voluntas accesserat) obsecundantes, illa die quasi viginti tria millia idololatrarum interfecerunt: Mose, fante: Hodie manus vestras noxio sanguine consecrastis: dum enim zelo ardentes nec filiis, nec fratribus pepercistis, Dei benedictionem, & sacerdotij honorem meruistis.* Aptos enim sacro ministerio se expresserant causam Dei gerentes sinè personarum acceptione.

Aptus sacro est ministerio qui causas Dei agit sine personarum acceptione.

30. FACTO AVTEM ALTERO, &c.] Die altera Moses populo profatur: Grauissimum perpetrastis delictum, quo quidem sub gladio vos constitutos ostenditis. Ad Dominum ascendam si quomodo potuero pro vobis precari.* Non dixit, *si quomodò quiuero vos à Deo irato liberare*, sed *si quiuero deprecari* pro vobis: sciebat enim Moses, iam efficaces esse in conspectu Domini preces, vt precatus procul dubio consequeretur. Vnde tota dubitatio est, an quibit deprecari. Si enim poterit audere preces effundere, veniam illico confert.

Mira est orationis efficacia ad consequendũ à Deo, quidquid petie-cimus.

31. 32. REVERSVSQVE AD, &c.] Curans ergo Moses Deum illa vna cæde contentum alias plagas populo non immittere, ad Dominum reuersus, sic exorat: Profiteor populum tot à te beneficiis affectum grauissime deliquisse, deos aureos conflante, digni & temporario & æterno obiiciuntur exitio. Ergo aut ignosce peccatori maximo, aut me de vitali Libro expunge.* Quomodò enim membra poterunt condemnari, capite incolumi? Quomodo subditos ad tartarum deturbabis, Præsule non sequente?] Profectò aliqui sic exposuere: Dele me de numero tuorum, quos amas.* Quomodo enim te verum ostendes mihi amatorem, si eis, quos ego deligo non ignoscis? Alij de libro viuentium non in cœlo, sed in præsenti vita, interpretantur: Aut dimitte eis noxã, aut me occide. Profectò, de libro viuentium æterne aptius exposui. Si delinquenti populo non peperceris, necessario quodammodò me de prædestinatorum catalogo expunges. *Difficile enim saluti addicitur Præsul, subditis tartaro mancipatis. Afflolent quippe Præsulibus tribui subditorum piacula.]* Aut si mauis, *Dele me*: an me delebis amicum tuum? minime. Ergò si non delebis me amicum, quia amicus sum: quomodo ego deleri permittam amicos siuè subditos meos? Vnde Deus Mosi dixerat: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.* Quasi dicat, Desine diligere eos; dilectio enim tua impedit me, ne deleam.] Edisce quam vtile tibi peccanti, te Dei amicis amicum efficere præparatis obsequiis.

7. *Precatur Moses, & Deus benignè respondet.*

Nõ subdito damnato potest Præsul saluus fieri.

Qui me diligis quomodo potest non diligere me?

Difficile saluatur Præsul, subditis damnatis.

Vt incolumis fis, fac te Diuos Dei amicos ad te allicere obsequiis.

33. 34. 35. CVI RESPONDIT, &c.] Respondit Mosi Deus: Qui peccauerit, eo ipso de libro viuentium expungetur, donec rursum ob pœnitudinem scribatur: qui autem non deliquisti, quomodo à libro vitali delendus es?* Tuis precibus annuo, vade, Ducem populi gere ad Chanaam. Angelus, qui ab idololatra populo recesserat, meo iussu redibit, vt præcedat. Ego autem tempore punitionis peccati, hoc est, obitus die, rursùm visitans impœnitentes æternùm vulnerabo.* Horribilior planè vltio, quæ differtur in diem, qui verè *vltionis* dies vocitatur; flagella enim temporaria quasi vltio non sunt.] Ergò percussit Dominus postea pluribus emissis laboribus, & demum æternis idololatras, qui pœnitudine affecti non sunt Non impunè tulerunt.

Tẽporaria vltio quasi non est.

CAPVT XXXIII.

Adhuc minatur populo Deus, luget reus, Moses orat perfectam reconciliationem, impetrat, & postulat Dei faciem aspectare.

Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. 2. & mittam præcursorem tui angelum, vt eiiciã Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, 3. & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne forte disperdam te in via. 4 Audiénsque populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. 5. Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendã in medio tui, & delebo te. Iã nune depone ornatũ tuum, vt sciam quid faciã tibi. 6. Deposuerunt ergo filij Israel ornatũ suum à monte Horeb. 7. Moyses quoq; tollens ta-

bernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra. 8. Cumque egrederetur Moyses ad Tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. 9. Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, 10. cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi, Stabántque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. 11. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cumque ille reuerteretur in castra, minister eius Iosuë filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. 12. Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me 13. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. 14. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. 15. Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. 16. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram? 17. Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. 18. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. 19. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. 20. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. 21. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. 22. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: 23. tollamque manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2 & 3.

1. Iubetur Moses de Sinai ascēdere ad Chanaan, Deus se populi non futurum se aperit.

Prælatus indiget assiduę orationi studere.

LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Moysi secundò iam in montem ascendenti ad assuetum orationis exercitamentum Deus profatur. * Qui subditis præficitur indiget assiduæ orationi studium impendere. Iam (inquit Deus) tempus instat de hoc loco procedendi. Ascende, duc populum, quem de Ægypto tulisti, in terram patribus promissam. Iam alloquitur Dominus Mosem tantùm populi internuncium, vnde oratio ad populum est directa. Mittam (addit) ô Israël, Angelum qui te in columna nubis præcedit, præcursorem tuis, vt fugatis eius horrore hostibus Chananæis, Amorrhæis, Hethæis, Pherezæis, Heuæis, ac Iebusæis, pacificè valeas terram fructibus exundantem possidere. Angelus, qui te comitatur, iam non Dei, vt hactenus fecit, sed suam personam repræsentabit Volo enim à vobis separari, & diuertere; quia cum populus ceruicosus sis, ac inobediens si coram mores tuos intuear, (humano more loquitur) fortè commotus aliquo tuo scelere comminuam in via * O quam periculosa ceruicosi societas, vt te ad iracundiam prouocet, & inducat ad rixas: si vel Deus ipse quodammodo timeat ad iracundiam à ceruicoso populo prouocandum, si ei socius addiceretur.] Alij de Tabernaculo exponunt aliò (de quo num. 7.) transferendo: Volo, Tabernaculum illud meum quale quale sit, quod habeo apud vos, aliò transferre. Quanta id Dei misericordia! Ne scilicet coram paruo illo Tabernaculo, quod magnum Tabernaculum postea extruendum, & Templa nostra figurabat, populus delinqueret, & grauissimè vapularet. * Crimina enim, quæ apud Templa geruntur, grauissimè à Domino expetuntur.]

Periculosa societas homini ceruicosi, vt te ad iracundiam prouocet. Ipse Deus quasi timet irasci socius populi ceruicosi.

Crimina apud Templū gesta grauissimè à Domino expetuntur.

2. Luget populus, iubet Deus eum ornamenta deponere.

Magna calamitas à nobis Dei ablegari flagellū.

Plora, cum Deus à te recedit: quia præsens, vel iratus, propitius est.

4. AVDIENSQVE POPVLVS, &c.] Populus audiuit sermonem hunc pessimum, quo summa quædam eis nunciabatur calamitas. * Quid enim calamitosum magis, quam Deum à nobis abstrahi, & flagellum eius elongari? Si auertit flagellum, se patrem abnegat peccatorum.] Luxit meritò populus audiens Deum à se recalcitrum, ne flagellare inobedientes cogeretur. * Tunc te prudens deplorandum agnosces, cum à Deo deserens. Deus enim præsens, vel iratus propitius adest: absens, quomodo potest esse propitius? Porrò nullus, ex more vestibus, ornamentis, monilibus, quæ secum ex Ægypto detulerant, & quæ ex bello cum Amalecitis collegerant, vti voluit. Vt scilicet vestis mutatio pœnitentiæ, ac calamitatis esset argumentū. * Ridiculè obiiciuntur peccatores qui ornati vestibus pretiosis, auro, ac gemmis ad Confessionis Sacramentum accedunt. Quid cum luctu monilibus? Ornatu abnegas, quod luctu profiteris.] Ideo lugentes Hebræi se ornamentis spoliarunt.

Ridiculè qui ornati profanè ad Confessionis Sacramentum accedunt.

5. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Iubet

Dominus

Dominus videns pœnitudinem Israëlis Mosi vt populo, suo nomine, profari: Lugens, & ornamenta deponens me allicis, tecum pergere socium: populus ceruicosus es, te præstabis inobedientem: & si semel (præsens dum adsum) in te tuo, omnino te delebo. Attamen pie, ac prudenter deposuisti ornamenta tua, ac vt cœpisti, perges eo cultu vti, qui pœnitentiam præ se ferat: vt statuam, an vobis socius addictus, parcere debeam delinquentibus, an grauem, an leuem pœnam debeam infligere. *O Domine, haud à me delinquente recedas, & vide quid facias mihi, decerne ad mei correptionem me leui, aut graui pœna deprimere.]

Dũ Deus nos nõ deserat peccatores, decernat ad correptioně quod voluerit.

6. DEPOSVERVNT ERGO FILIJ ISRAEL, &c.] Ergo filij Israel quod spontaneo suo luctu gesserant, iam præcepto Domini incitati fecere deinceps. Vnde recedẽtes *à monte Horeb* iam pretiosis indumentis ac ornatibus non vtebantur, vt esset exterior cultus interioris pœnitudinis documentum. *Certè pœnitudo animi prosilit ad corpus, nudat id, quod voluptatibus nudarat spiritum. Spiritus induuntur, corpora denudantur.

Pœnitudo animi prosilit ad corpus, id denudat, quod spiritũ denudarat:

3. *Tollitur Tabernaculum paruũ extra castra descẽdit nubes aspectãte populo.*

7. MOYSES QVOQVE TOLLENS TABERNACVLVM, &c.] Moses quoque timens Dei iram ex ceruicosi populi inobedientia futura, ne omnium Deus castris hæresceret morem ipsi gerens, Tabernaculum paruum illud, (quod Moses erexerat, vt eo orationis causa populus conueniret, dum magnum Tabernaculum extruebatur) transtulit extra castra. Nomen autem huiusce arcę *Tabernaculum fœderis* appellauit, quia in ea depositæ tabulæ legis. Quo postea nomine maius Tabernaculum postea extructum vocatum eadem ratione fuit. Qui ergò aliqua excitata quæstione dubius hæresceret, ad Tabernaculum fœderis extra castra existens quæsiturus solutionem progrediebatur. *Oratio enim cunctas soluit quæstiones, cum dubius ad Templum deuotus accedis. Pietaté enim religionis erga Templum Deus soluit tibi, tua dubia soluendo.]

Oratio apud Tẽplum tuas soluit quæstiones.

8. CVMQVE EGREDERETVR MOYSES AD TABERNACVLVM, &c.] At cum Moses egrederetur è castris, vt Tabernaculum, (quod construxerat plane, cum supra c. 24. fœdus Deum inter & populum publico sacrificio & pactis vtrimq; conuentis sanciter) ingrederetur: assurgebat plebs vniuersa reuerentiam exhibens Mosi Dei vices gerenti, suo nẽpe Rectori. *Qui Præsulẽ non reueretur aut Dei vicarium non attendit, aut sacrilegus quodammodo Dei contemptor existit.] Vnusquisque præ reuerentia in papilionis ostio stans non faciem, sed tergum Mosis aspiciebat donec iniret Tabernaculum, quod tentorio recludebatur.

Qui non reueretur Præsulẽ aut non attendit Dei vicarium, aut Dei contẽptor existit.

9. 10. INGRESSO AVTEM ILLO TABERNACVLVM, &c.] Post ingressionem Mosis in Tabernaculum fœderis, nubis columna, vbi Angelus Dei vicarius aderat, descendebat, & cum Mose Cœlicola loquebatur. Interim autem quisque Deum stans, vel potius procumbens (vtrumque Hebraico verbo significatur) in genua, in ostio tabernaculi sui, conuertendo se ad Tabernaculum adorabat. *Tanta enim illud templi simulachrum reuerentia decebat, vt vel à longe aspectantes deberent procidere: quid si inire id eis contigisset?]

Vel à lõge aspiciens Tẽplũ procidit in genua.

11. LOQVEBATVR AVTEM DOMINVS, &c.] Apparente Angelo specie corporea, & humana, familiarissime cum ipso Moses loquebatur, quemadmodum amicus assolet cum amico sermones inire. Porro cum Moses ad castra reuerteretur, Iosue filius Nun puer seu discipulus, aut famulus eius Tabernaculo hærebat, vt sacrum locum quasi custodiret, absente Mose, simul que orationi ac contemplationi vacaret ad futuras victorias comparans fortitudinem. *Militis enim sacri fortitudo, arma præsidium ex oratione petendum est.] *Quare tempore belli Principes opportune Regularium accurrunt ad preces.] Puer igitur vocatur non ætate, quia contra Amalech iam bello præfuerat: sed vel quia iuuenis quadraginta sex annorũ, (quæ ætas æuo illo intra limites iuuentutis) vel quia vxorem non duxerat, vel quia puerili puritate niteret.

4. *Loquitur Dominus ad Mosẽ facie ad faciẽ eũque orat, vt ipse dignetur populum ducere, quod Dominus promisit.*

Militis sacri fortitudo ex oratione.

Tempore belli Reges accurrant ad preces.

12. DIXIT AVTEM MOYSES AD DOMINVM, &c.] Iubes, (inquit Moses ad Dominum) vt populum ad Chananæam ducam, promisisti, Angelum tuum me ducturum esse: sed certum aliquem non designasti, nec post populi pœnitudinem mihi aperuisti, an Angelus ille tuam personam repræsentabit, an suam geret? Quonammodo arcanum hoc abscondis ab amico, præsertim cum aliquando te fantem audierim: *Noui te ex nomine?* L X X. *Noui te præter omnes*, id est, præ omnibus te elegi, & diligo. Profectò scripturæ phrasi, Deus quos amat nosse dicitur, ignorare quos renuit. Plures ex aspectu noscimus, ex nomine pauciores, qui quidem familiares existũt. *En fœlicitatem eorum, qui sacræ militiæ nomina dederunt, & ministerio incumbunt, quos necessario Deus ex nomine agnoscit.] Si ergo ô Domine, noscor ex nomine, si inueni coram te gratiam, cur ab amico abscondis arcanum?

Regulariũ fœlicitas, quod Deus ex nomine agnoscit.

13. SI ERGO INVENI, &c.] Hebr. *Ostende mihi viam tuam.* O Domine mihi liceat amico cor meum exponere. Si amicus es, si gratiam inueni coram Domino meo, cunctos duces abnuo, solum te ductorem expeto: tu te ipso, & facie tua reserata (vt hactenus ex Angelo vicario perfecisti) viam nobis ostende. Sic *te sciam*, seu cognoscam te mihi propitium & populo esse placatum.

14. DIXITQVE, &c.] Denique placatus omnino Dominus ait: Ego ipse præcedam vt inter media pericula, incommoda, difficultates itineris, regiminisque molestias mea ducus præsentia, securus quiescas. *O quam difficilis prouincia gubernationis ei, quem Deus non ducit aspiciens! Precibus Deũ tuũ ductorẽ sortiri procura, cuncta iuxta illius prætextũ efformari stude: quam leuis sarcina Præsulatus!]

Difficilis præsulatus ei, qui à Deo nõ ducitur: facilis ei, qui soli curat Domino placere.

15. ET AIT, &c.] Eius, quod Dominus iam concesserat, Moses petit confirmationem. Si tu ipse ô Domine, (inquit) Dux esse populi tui non dignaris, satius nobis non progredi. *Quomodo enim sine comite Deo vllus

Sine duce Deo nullus vetud progressus.

vllus potest esse progressus?]Et quodnam documentum adinuenire poterimus, quod tuæ fuerimus gratiæ restituti, si strenuus nobiscum pergere, vt ope, ac protectione tua gloriosè excipiamur à nationibus, à quibus sine te duriter vulnerabimur?* Quam pulchre Moses curat Dei confirmari adhuc ex precibus promissionem, vt edoceor, debere nos post assecutionem beneficij (Deum enim promisisse iam est, assecutos nos esse) eius conseruationem precibus impetrare.

Post assecutionē beneficij debemus precibus eius assequi cōseruationem.]

17. DIXIT AVTEM, &c.] Quia te me diligentem diligo, & amicum meum esse profiteor, expressius confirmo, quod expressius petendo, & repetendo postulasti. * Qui annuit petenti, & repetenti, signum exponit, salutarem nobis esse repetitionem.

Salutare nobis sæpè petere, quod à Deo impetrare studemus.

18. QVI AIT OSTENDE, &c] Quia Dominus cum Mose voce corporea loquebatur, sed ab eo per caliginem videri non poterat: profatur, obsecro Domine, vt discussa caligine mihi, quem benignè alloqueris, faciei tuæ gloriam ostendas.

Petit Moses Dei faciē videre, sed dorsum aspectat.

19. RESPONDIT EGO, &c.] Hebr. *Transire faciam omne bonum meum antè faciem tuam.* Ostendam (Deus ait) tibi me ipsum omne bonum: & cum transibo antè te in petra absconditum, atque tectum, inclamabo, vt scias Dominum transire, *Dominus coram te.* (sic Lxx.) Et addam verba hæc: *Miserebor, cui voluero, &c.* Cur non gesserit Dominus, vt se Mosi in nomine Domini ostentet, iustitiæ memoriam? *Miserebor, ait, & clemens ero.* * Profectò Deus benignissimus vult, ab hominibus amicis ex misericordiæ attributo dignosci; quia solis iniquis fit iudicij horribilis manifestatio.]

A iustis vult Deus ex attributo misericordiæ dignosci: iustitia, horribilis impiis reseruata.

20. RVRSVMQVE AIT, &c.] Rursum Dominus: Faciem, inquit, meam corpoream assumptam, qua se aliquatenus maiestas, & gloria mea repræsentat, & videndam exhibet, videre non valebis Fulgor enim maiestatis faciei meæ tantus est, vt mortalis oculus illum ferre non possit.* Quantus Diuinitatis fulgor, si assumpti corporis maiestas non solum oculos præstingere, sed & vitam valebit præfocare.

Si assumpti corporis fulgor tantus, quantus Deitatis?

21. 22. 23. ET ITERVM,]Adhuc Dominus: En, inquit, locus, vbi soleo tecum loqui. Ex antro illo me transeuntem forma humana aspectabis. Ego autem dextera mea corpus quoddam opacum cauernæ apponam, in qua latebis: ne videas faciem meam, & vibrantibus faciei meæ radiis exanimeris. Cum ergò facies mea transierit, amouebo nubem, quæ te conteget in cauerna, vt tergum meum intuearis, in quo nimirum temperata lux erit. Vtinam dies ille illucescat, in quo ô Domine, te facie ad faciem sine examinationis periculo, intueamur!* Quod si in dorso Domini, ... vbi fabricauerunt peccatores, ærumnæ, labores, flagella, Crux: quomodo ad omnia bona aspectanda Moses inuitatur? Certe quia tunc omnibus bonis donamur à Domino, cum laborum suorum nos participes efficit.

Omnibus bonis donamur à Domino, cū nos laborū suorū participes efficit.

CAPVT XXXIV.

Cum nouis tabulis Moses redit ad montem, videt tergum Domini, Decalogus Dei digito rursum scribitur, Moses facie cornuta fugat populum, quem ideo deinceps facie alloquitur obuelata.

1. AC deinceps: Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. 2. Esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecū super verticem montis. 3. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boues quoque & oues non pascantur è contra. 4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales anteà fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montē Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas. 5. Cúmque descendisset Dominus per nubē, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini. 6 Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax, 7. qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatē, & scelera, atque peccata, nullúsque apud te per se innocēs est. Qui reddis iniquitatem patrū filiis ac nepotibus, in tertiam & quartā progeniem. 8. Festinúsque Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans, 9. ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum (populus enim duræ ceruicis est) & auferas iniquitates nostras atque peccata, nósque possideas. 10. Respondit Dominus: Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ numquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. 11. Obserua cuncta quæ hodie mando tibi: ego ipse eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæū quoq; & Heuæū, & Iebusæum. 12. Caue ne vmquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias

amicitias, quæ sint tibi in ruinam: 13. sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucósque succide: 14. noli adorare Deum alienum, Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator, 15. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: nè cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis. 16. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. 17. Deos conflatiles non facies tibi. 18. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis nouorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto: 19. Omne quod aperit vuluam, generis masculini, meum erit. de cunctis animantibus: tam de bobus, quam de ouibus, meum erit. 20. Primogenitum asini redimes oue: sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. 21. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere, 22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. 23. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. 24. Cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in annó. 25. Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit manè de victima solemnitatis Phase. 26. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. 27. Dixitque Dominus ad Moysem: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israël pepigi fœdus. 28. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem 29. Cúmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. 30. Videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. 31. Vocatíque ab eo reuersi sunt tam Aaron quam principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, 32. venerunt ad eum etiam omnes filij Israël: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. 33. Impletísque sermonibus, posuit velamen super faciem suam. 34. Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata. 35. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursum faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

COMMENTARII.

1. *Præcidenda alia duæ tabulæ.*

Vers. 1. 2. 3. AC DEINCEPS, &c.] Post hæc Dominus Mosi fatur: Tabulas legis fregisti lapideas, similes fac præsciodi, vt super eas rursum sculptam in prioribus legem transcribam. Præparatus expecta, vt diluculo montem scandas, & in eius vertice mecum commoreris precum instantia. * Vt diluculo mox tua oratio ascendat ad Dominum, præparatione nocturna indiges. *Esto paratus, vt ascendas statim.* Qui enim præparatus, ex meditationis recollectione, non adest, haud statim ascendit, mente pigritante.] Nullum comitem admittas, nullus per montis circuitum humanus appareat: nec greges, nec armenta è montis regione pascantur. Cur Deus tam solitarium esse Mosem studuit? Omnia hæc monuit, vt rudi, ac duro populo sui timorem, ac reuerentiam incuteret. * Et oratores moueat, solitudinem inire, quæ attentionẽ animi conciliat. Ideo greges, & armenta ablegari curat, ne balatu aut mugitu mentem distrahant, perturbent attentionem.]

Necessaria nocturna meditationis præparatio, vt diluculo statim ad Deũ oraturus ascendas.

Solitudo sectet oratoribus.

4. EXCIDIT ERGO, &c.] Tabulas lapideas Moses excidit prioribus à Deo factis similes. Cur non Deus rursum efformauit? An quia expetit, homines suorum operum esse imitatores? An vt Moses non iterum tabulas vel iratus populo comminueret? * Certè homines propria opera studiosius curant conseruare.]

2. Ascendit montẽ, excisis tabulis, Deus per nubem descendit. Moses precatur vt populum ducat.

Expetit Deus, homines suorũ operũ esse æmulatores.

Homines opera propria studiosius tuentur.

5. CVMQVE DESCENDISSET, &c.] Dominus opaca descendit in nube, & Moses stetit in cauerna conditus, & nube tectus vt fuerat iussus, nomen Domini inuocans, vt dignaretur explere promissa. Cur rogat vlterius, si Dei acceperat promissionem? Vt beneficij recipiendi præcoces gratias, profusis precibus exhiberet. * Gratiarum enim actio præmissa beneficium efficit vberius.]

6. QVO, &c.] Sic Domino trãseunte Moses precatur: Dominator Deus nõ sicut homines ad subditorum incõmoda dominãtur, sed misericordia ac clemẽtia plenus subditis succurrẽdis

inuigilas. Patiẽs es, siue *latis naribus* (sic Hebr.) qui feruentem in præcordiis spiritum facile efflas, & placaris. Quem infinita miseratio non impedit esse veracem, ad merita ac demerita discutienda. * Nec enim probanda misericordia Iudicis, quæ ad iustitiam non videatur habere respectum, Ne impunitas delictorum ansam exhibeat delinquendi.] Attamen tam præstantes profers misericordiæ effectus, vt superent effectus iustitiæ, vti tertius aut quatuor numerus à millesimo superatur. Aufers hominum crimina veniam sæpe sæpius impertiens; quia nemo apud te per se est innocens, sed tua eget misericordia. * Quod si aliquando exponenda sit vltio, qui misericordiam producis in mille, peccati supplicia reddis in tertiam, ac quartam generationem.

Misericordia Iudicis cõnotet iustitiã, ne impunitas delicti ansam exhibeat delinquendi.

Misericordiã Deus in mille producit generationes, punit vero vsque ad tertiã, vel quartam.

8 9. Festinvsqve Moyses, &c.] Illicò Moses festinanter procidit, & Domini adorans maiestatem, proclamat: si tuo conspectui gratus existo, deprecor Domine, vt digneris gradi nobiscum. Nec enim poteru sine præsentia tua rebellis ceruicis populum subiugare. * Sit Præsul sanctus, sit prudens, sit cunctis Dei donis excellens: sine specialissima Dei assistentia haud poterit ceruicosos subigere subditos.] Vt autem prope assistens non prouoceris ad iracundiam, aufer crimina nostra, nosque posside æternum * Simul possessio tua, omni & spirituali, & temporali commodo donabimur.

Perfectissimus Rector non poterit sine specialissima Dei assistentia ceruicosos subigere subditos. Omnia commoda iustis.

10. Respondit Dominvs, &c.] Ego (inquit Deus) pactum *corã omni populo* (Hebr. sic) inibo. Signaque nunquam visa excitabo; vt populus hic, quem gubernas, horribiles meæ potentiæ effectus aspiciens à peccatis abstineat. * Cæcus plane & in flagitiis obduratus est, qui tot diuinæ potentiæ effectus videns, tot plagas sustinens, à criminibus non recedit.] O duræ ceruicis popule: post tot rerum motiones post tot conturbationes Regnorum, adhuc audes delinquere.

3. *Pactum ineundum à Domino promittit gentes exturbãdas à Chananæa, qua populus potiturus est, consortiumque cum illis prohibet.*

Cæcus qui non recedit à crimine tot plagis vulneratus, tot aspiciens rerum mutationes.

11. Observa cvncta, &c.] Ergo cuncta, quæ mandam tibi serua, ô popule mi, si loquitur populo Deus, cur dixit Mosi, *Quæ mando tibi?* Alloquitur Deus Mosem tanquam interlocutorem populi eiusque personam sustinentem. * Sic dixerim, locutum Deum Mosi tanquam Præsuli; quod enim subditis indicitur à Deo, hoc Præsuli iniũctum esse videtur, quia merita, aut demerita subditorum Præsidi tribuuntur.] Vt autem (addit) ô popule, possis cuncta mea obseruare præcepta, curabo à facie tua absterrere Amorrhæos, Chananæos, Hethæos, Pherezæos, Heuæos, & Iebusæos. * Scio enim difficile asseruari iustitiam ab eo, qui improbis cinctus est sociis.

Merita, aut demerita subditorum Præsuli tribuuntur.

Difficile asseruabis iustitiã, improbis sociis cinctus.

12.13.14. Cave, ne vnqvam, &c.] A societate familiari horumce terræ promissæ habitatorum separari stude, quæ tibi erit in ruinã. Potius cũ eis hostiliter circa Religionẽ age: destruendo aras, statuas cõminuẽdo, succidẽdo lucos. Cuncta hæc gerẽda sunt tibi, ne eorum amicus Deum alienum adorare cogaris. Recordare Deum tuum appellari Dominum zelotem, siue honoris sibi debiti æmulatorem: nec pati, suum populum ad idola quasi ad amasios deflectere. Ne igitur Deum amatorem tuum ad iracundiam prouoces, ab idololatris omnino recede. * Impietas enim est lues, quæ ex societate serpit.

Impietas est lues, quæ ex societate serpit.

15.16. Ne ineas pactvm, &c.] Inis cum hominibus illarum regionum pactum, colligis amicitias: immolant illi diis suis, eorum adorant simulachra: inuitat te quispiam eorum ad mensam, vt de immolatis comedas: annon conuiuium causa vrbanitatis admittes? * O vrbanitatis profanæ lex quot ad impietatem traxisti conuiuas.] Filiis item tuis haud de eorum filiabus vxorem adducas; quia ipsæ spiritualiter fornicatæ ad eandem maritos impietatem pertrahent. * Nam si coniugum consuetudo est quædam identitas: difficile impia coniuge vir pius existet.

Vrbanitatis profanæ lex multos traxit ad impietatem.

Cùm coniugũ sit quędã identitas, difficile, impia coniuge, vir pius existet.

17.18.19.20. Deos conflatiles, &c.] Idolorum conflatiles non facies imagines. In mense Nisan nouorum fructuum parente azimorum vsu tuũ ex Ægypto celebrabis egressum. Ne Numini educenti obliuione beneficij exponaris ingratus. * Est enim genus ingratitudinis, memoriam beneficij sæpè non refricare.] Et quidem ad celebritatem beneficij abstinentia indicitur à fermentatis, vt innuatur ieiunium optimum esse pro beneficiis gratitudinis documentum. * Vnde ieiunio apte coles diem, quo à sæculo eductus à Domino fueris Regularis vitæ in desertum.] Primogenita hominum, & animantium mihi litanda. Ouis pro asini primogenito offeretur: occidendo quidem si vel pretium pro eo non offeratur. * Et nullius certe foret vtilitatis, quod contra legis prætextum conseruaretur.] Oraturus si ad Tabernaculum patrum, aut magnum, aut ad Templum accesseris, vacuus non appareas. * Vt quidem ex eleemosyna preces acquirant efficaciam.

4. *Plura, quæ dederat Deus præcepta inculcat.*

Ingratitudo est, non refricare sæpe beneficium.

Ieiunio apte celebras tuũ è sæculo in Regularis vitæ desertũ egressionem.

Nullius vtilitatis est, quod contra legis prætextũ habere volueris.

Preces acquirunt ex eleemosyna efficaciam.

21. Sex diebvs, &c.] Sex primis hebdomadæ diebus cuilibet poteris officio seruili operam exhibere; at septima die etiamsi tempus orationis, aut messis sit, quod præ aliis maximè assolet esse ministeriis operosum, & diei addictum instantiæ, cessabis ab opere. * Subtaxat Deus eos, qui prætextu messis, aut vindemiæ festis diebus operantur. Licet quidem nostratibus dantibus, aut permittentibus Præsulibus: sed nescio an festorum perfectè seruetur immunitas. Quanto fælicius arares, meteres, ac vindemiam faceres, si festos dies custodires.

Taxãtur qui prætextu messis, aut vindemię festa non custodiunt.

22. Solemnitatem hebdomadarvm, &c.] Celebrabis festum Pẽtecostes post hebdomadam hebdomadarum, id est, post septem hebdomadas, post quadraginta scilicet nouem dies, quinquagesimo die a Paschate: in eoque offeres Domino panum primitias. * Vt gratiarum actio in primordiis frugum expressa, toti messi, ac vindemiæ felicissimum expendat euentum.] Adde festi Tabernaculorum celebrationem, festum scilicet mensis septimi, quando fructus cuncti conduntur.

Actio gratiarum in frugum primordiis, firmat messis turius, ac vindemiæ fęlicitatem.

23.24 Tribvs temporibvs, &c.] Viri tui tribus anni temporibus in conspectu Dei, seu coram Tabernaculo apparebũt. Omnipotens enim est, vt colẽtibus se possit impendere securitatẽ. Nam cùm vacuauero terram promissam, fugaris gentibus; & cum latos, quos promisi, terminos tibi dedero: dum tu ter in anno ad Tabernaculum profectus fueris, nul-

lus

lus terræ tuæ collocabit insidias. Ego enim conterminas gentes frænabo, ne tibi in mei obsequium occupato nocere audeant, aut possint * Qui propriis commodis renunciat, vt Deo expediat obsequium, & Deo seruiet, & commodorum iura retinebit, omnipotenti Deo protectore.] Profecto viris, non fœminis præceptum indicitur: *Apparebit omne masculinum*. * Nam si debebant simul pergere, vxor vna est cum coniuge essentia. Vnde viris expressis, signantur etiam vxores, quæ à viris non debent separari.] * Si autem lex fœminas obligabat, cur expressè non fertur? Quia fœminæ tam agnatus amor profectionis, aut peregrinationis, vt non solum præcepto, verùm neque egeant monitione.] * Seu verius asseruerim, tam agnatam esse fœmineis deuotionē vt ad cultum Deo præstandum nullatenus indigeant legis indictione. Non ter solum in anno, sed quotidie, si fas sit, properabit ad Templum.

Qui commodis renunciat, vt Deo seruiat, commodorum iura retinet.

Coniuges velut vnita essentia.

Fœminæ nō indigent præcepto, vt ter in anno pergant ad Templum.

Deuotus fœmineus sexus, præcepto non indiget, vt ad Templum pergat.

25. NON IMMOLABIS, &c.] Cum fermento non immolabis, nec quidquam ex Agno Paschali remanebit in crastinum, eadem die totum absumite.* Solus ille Agnus quotidie sumendus, qui quotidie totus absumitur; & quotidie totus absumendus offertur. Nam reliquiæ exiguæ totum continent Agnum. Fælicissima legis gratia, cui celebrandi Phase quotidie copia datur; quia quotidie transitur ad superos.

Eucharisticus Agnus quotidie potest assumi: integer est quotidie post sumptionem.

26. PRIMITIAS FRVGVM, &c.] Primitias frugum tuarum ad Dominum affer, nec exactionem expectes.* Amat enim Deus oblatores voluntarios.] Et crudelitatis osor, hædum in lacte matris nolis decoquere.

Voluntarium oblatorem amat Deus.

27. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Ceremonialia (fatur Dominus Mosi) hæc præcepta scribe, ne Israëlitarum memoria excidant. Factum hoc à Mose, cum Exodi librum exarauit. Et quidem iam scripserat Decalogum, qui in Tabernaculo paruo asseruabatur. * Vtiliter plane libri scribuntur, & transcribuntur, ad conscientiæ dogmata pertinentes. Repetitæ enim varijs in codicibus leges tenacius imprimuntur legenti. Si Volumina, quæ transcribunt, quæ alij dixere, non addunt materiam, nouum saltem addunt Auctorem.

Vtiliter scribuntur, libri in quibus leges circa conscientiā inculcantur. Si Volumina hæc nō addunt materiam, addunt Auctorem.

28. FVIT ERGO, &c.] Rursum Moses cum Domino in monte moratus quadraginta dies ac noctes expleuit, abstinens à cibo, ac potu. Innuens vel transcriptionem legis iam scriptæ esse orationis ac ieiunij effectum Præsul vt fructuose leges valeat subditis quotidie intimare, assidua indiget oratione: & vt exemplo præeat, mortificatione in ieiunio expressa.] In tabulis enim decem Decalogi præcepta transcripsit Domino dictante. Seu ieiunante, & orante Mose, Dominus legem scripsit in tabulis. * Quod quidem Mosi ipsi tribuitur, vt constet Præsulem vt Deum habendum à subditis. Deus imperat, cum Rector præcipit. Ideo Moses scripsisse dicitur præcepta, quæ Deus se promisit scripturum.

5.

Mansio Mosis in Sinai vertice, eius cornuta facies, timor populi, obuelatio faciei, vt aspici valeat.

Vt fructuosè valeat Rector subditis leges intimare, indiget oratione & mortificatione assidua.

Cum Rector præcipit, existima, Deum imperitis.

29. CVMQVE DESCENDERET, &c.] Moses igitur de monte Sinai descendit ad castra duarum portitor tabularum legis: & ignorabat, quod fulgor emicaret, & quasi radij, ac cornua de capite eius procederent, afflata quidem ex Domini consortio, maximè quando gloria Dei ante petræ foramen. * Et quando non illuminatur qui orationis exercitamento studet; si accedere ad Deum, illuminari est.] * Certe cornua, vbi abscondita est Dei fortitudo, Præsuli manenti communicantur, vt fortiter se gerat in munere.] * Attamen cornua illa non vulnere, sed luce dimicant Non dantur cornua ad vulnerandum subditum, sed ad illuminandum.] Illud autem lumen, instar vulneris, efficax ad subditum debellandum] Porrò lux hæc communicata est faciei Mosis, vt maiorem apud populum haberet auctoritatem; perpetuo illi mansisse lucem Patres asseruere.* Rebelli cœco populo imperando indiget Præsul lumine externo: at vt populo videnti possit imperare debita à subdito expressa reuerentia externa non eget illuminatione: illa interna sufficit, qua cognoscit subditus.

Illuminamur ex orationis studio quia ad Deū accedere, illuminari est.

Præsuli manēti communicatur lucida fortitudo.

Præsul non vulnerat, sed illuminat: fortiter tamen subditū debellans ipso lumine.

Non indigēt subditi legis gratiæ viuentes in Præsule lucem, vt eum reuereantur: qui vident Deum in ipso imperantem.

31. 32. VIDENTES AVTEM, &c.] Aaron ac filij Israël lucidissimam Mosis faciem à lōgè aspectantes, timuerunt prope accedere, quia non valebant figere aciem oculorum in tam splendidam faciem Solis circulum referentem: & quia magis Mosem reuerebantur. Aduocat illos: Accedite, non timore corripiamini. Illi autem incipientes vocati venire, ab inchoato itinere formidine acti recedebant. Attamen amicis verbis rursum Mose locuto, ex timore parumper confirmati, tam Aaron quam omnes Israëlitæ accesserunt. Quibus Moses cuncta intimauit præcepta, quæ apud Sinai verticem à Domino exaudierat. Vidisti, subditos timore correptos post amica verba accessisse.* Oportet, Rectorem aliquando subditos aduocare, eosque alloqui amicè ac benigniter, vt confidenter ad eum audeant accedere.

Rector aliquando subditos aduocet, eosque amice alloquatur, vt confidenter ad ipsum audeant accedere.

33. 34. 35. IMPLETISQVE SERMONIBVS, &c.] Locutus fuit ergo primò Moses facie non velata ob maiestatem, ac reuerentiam legis Deinde velo apposito, vt quibuslibet liberioris sermonis facultas daretur. * Nil debet esse in Præsule, quod subditos absterrere possit: imò affectare debet tantam benignitatem, vt subditis vilioribus libera sit accedendi facultas.] Ingressus Moses Tabernaculum, velamen auferebat à facie vt magis radij ex Dei sermone acuerentur. At egressus velamen iniiciebat, & hoc habitu subditis quæ audierat à Domino intimanda exponebat. Videbant illi faciem Mosis egredientis esse stipatam radijs; sed ille apposito velamine fulgurem operiebat, si quando eos esset allocuturus. * Sciat subditus, fulgoribus sapientiæ, prudentiæ præditum esse Rectorem, quod vix poterit ignorare: at Rector illum fulgorem abscondere studeat.

Affectet Rector benignitatem, nē viliot subditos timeat accedere.

Sciat subditus, Rectorē prudentiæ, ac sapientiæ fulgorē habere; sed ipse abscondere studeat.

CAPVT

CAPVT XXXV.

Mandata Dei de Sabbato, de primitiis, de munerum oblatione, de Tabernaculi extructione Moses populo exponit. Prompti Hebrai omnem materiam Tabernaculo offerunt à Beseleel, & Ooliab fabricando.

1. IGITVR congregata omni turba filiorum Israël, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri. 2. Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. 3. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. 4. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israël: Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens: 5. Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, 6. hyachinthum & purpuram, coccúmque bis rinctum, & bissum, pilos caprarum, 7. pellesque arietum rubricatas, & ianthiuas, ligna setim, 8. & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama suauissimum, 9. lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis. 10. Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit. 11. Tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & bases: 12. Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: 13. Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus: 14. Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: 15. Altare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostium tabernaculi: 16. Altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis: labrum & basim eius: 17. Cortinas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli. 18. paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis: 19. Vestimenta, quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. 20. Egressáque omnis multitudo filiorum. Israel de conspectu Moysi, 21. obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij Quidquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, 22. viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatum est. 23. Si quis habebat hyachinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & ianthinas, 24. argenti ærisque metalla, obtulerunt Domino, lignáque setim in varios vsus. 25. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, 26. & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. 27. Principes verò obtulerunt lapides onychinos & gemmas ad superhmerale & rationale, 28. aromatáque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. 29 Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedicauerunt. 30. Dixitq; Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda. 31. Impleuitque eum spiritu Dei sapientia & intelligentia, & scientia, & omni doctrina, 32. ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære, 33. sculpendisque lapidibus, & opere carpentario, quidquid fabrè adinueniri potest, 34 dedit in corde eius: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan. 35. ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij, de hyacintho ac purpura coccóque bis tincto, & bysso: & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

COMMEN

COMMENTARII.

1. Sabbati custodia rursum inducitur, primitiæ Domino separandæ assignatur.

Dignus est morte, qui vllo laboras, vt Deum offendas, quem sine labore redderet gratū.

VERS. 1. 2. 3. IGITVR CONGREGATA, &c.] Omnia filiorum Israël cœtus cogitur, & illis Moses præfatur: Hæc sūt præcepta, quæ Dominus obseruanda præscripsit: Opera sex diebus gerite, Sabbatum requies Domini est. Qui laborans Sabbatum violauerit, de medio tollatur. * Dignus enim morte puniri, qui laborando Deum offendit, dum sine labore potuit ei gratus existere. O impietas hominum laborantium, vt delinquant. Si Deus sibi laborem imperitaret, otio, vt delinqueres, solueretis] Die Sabbati ignem ad condiendos cibos minimè succendetis. Porrò Paschate, Pentecoste, ac Tabernaculorum festis licebat ignem, ad coquenda cibaria, succendere: solùm non licebat in Sabbato. * An nostri Sabbati Deiparæ dicati iam inde Deus curabat Mariæ alumnis illibatam religionem inouere à Si peccare idem ac laborare est, nullum opus iniquum, ex Mariæ memoria, ac deuotione, in Sabbato perpetres. Id quod vel in atentis conscientia non semel adnotaui.

Sabbati dicati Deiparæ illibata religio Nō delinquas in Sabbato.

4. 5. 6. 7. 8. 9. ET AIT MOYSES AD OMNEM, &c.] Porrò Moses indicturus donariorum exhibitionem ad constructionem Tabernaculi, omnem filiorum Israel coëgit cœtum. * Tributa enim, seu donaria, quæ velut tributa exiguntur, imponenda communiter iuxta substantiæ quantitatem. Ne pluribus exemptis, alij pergrauentur, aut impossibilis solutio reddatur.] * Certè ad Templi in Tabernaculo expressi, constructionem, & ornatum piè ab omni fidelium cœtu donaria postulantur.] * Apud Segouiensem florentissimam Vrbem hæc scribo: vbi & Episcopo, & Clero, & Magistratibus, & Equitibus, & curialibus, & mercatoribus, & artificibus dies propriis assignatur, vt catervatim laudabiliter admodum Cathedrali Templo ædificando donaria impendant.] Iste (aie) est sermo, quem speciali studio à vobis seruari Dominus imperauit. Primam vestram oblationem, & dona pro fabrica Tabernaculi apud vos præparate, eligentes ex diuitiis vestris potiora. * Nec enim, Caini in morem, deteriora Domino exhibenda reiectui o planè.] Dicuntur hæc donaria *primitiæ*, quia nullam adhuc publicam, & communem fecerant oblationem. * Rara debet esse communis oblatio; nisi ex causa pietatis necessaria. Vel ad Tabernaculi constructionem semel oblatio communis indicitur.] Donariorum materia sit quæ Tabernaculi possit deseruire exstructioni, ac ornatui: aurum, argentum, æs, hyacinthus, purpura, coccus bis tinctus, byssus, pili caprarum, pelles arietum rubricatæ, ac ianthinæ, ligna setim, oleum lucernarum ad pabulum, & ad vnguenti confectionem, & ad thymiama suauissimum, præscripta aromata (quæ quidem oleo admisto non conficiebantur) Addetis lapides Onychinos, gemmasque ad superhumeralis, & Rationalis ornatum. Omnis hæc vltroneus Domino offerat. * Nec enim Conditor æstimat munerum vim, sed offerentis affectum, ex quo pretiosa quælibet oblatio.] * Reges terræ, qui æstimant muneris ipsius pretium, haud sunt de oblatione vltronea soliciti. Certè si curarent, affectum accendere, donaria crescerent.

donaria exiguntur vt tributa

Tributa sint communia iuxta substātiæ quantitatem.

Ad Templorū ornatū omnes impendant

Segouiensis Vrbis pietas erga Templum.

Deo ex diuitiis donaria potiora præparanda.

Rara debet esse cōmunis oblatio.

Deus non æstimat muneris vim nisi ex affectu voluntatis offerētis. Reges terræ ni solū existimant pretium muneris, non affectum tribuentis.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. QVISQVIS VESTRVM SAPIENS EST, VENIAT, &c.] Quisquis ergo vestrum peritus & industrius artifex fuerit, ad sacrum opus feliciter peritiam, ac industriam impendat. * Nihil enim felicius, quam reddere Numini quā à Numine accepimus sapientiam.] Accurrite artifices, executioni date, quod Deus imperauit. Tabernaculum extruite; eiusque de pellibus operimentum, ammiclus, ex lignis setim tabulata, vectes, paxillos in terra figendos ac continenda velamina, & bases. Efformate Arcam cum Propitiatorio, ac velamine ante illud oppandendo Elaborate Mensam cum vectibus, vasis, & ad panes propositionis conficiendos peritiur fœmina requiratur. Perficite Candelabrum ad lampades exponendas, vasa, ipsumque oleum ad lucernarum nutrimentum ab industrioso sit artifice expressum. Construite altare thymiamatis cum vectibus, oleum vnctionis conficite, & ex aromatibus thymiama. Tentorium ad ostium Tabernaculi texite Altare holocausti erigite cum ænea craticula, vectibus, ac vasis. Labrum elaborate basimque supponendam. Velamina cum columnis, ac basibus præparate Velum ad vestibuli fores effingite. Paxillos Tabernaculi, & atrij componite, contorquete funiculos, Pontificia, ac sacerdotalia vestimenta consuite, acu pingite, auro prætexite; vt Aaron, filiique eius decenter sacris possint ministeriis inseruire.

3. Inuitantur Artifices, à quibus cuncta perficienda. Quam felicites peritiā Dei obsequio litātur.

20. 21. 22. 23. 24. EGRESSAQVE OMNIS, &c.] Ad domos properat ex Mosis conspectu omnis Israelitarum cœtus, & mente promptissima, ac pio affectu primum illud donarium commune præparauit, ad Tabernaculi constructionem, & ornatum. Quidquid ad cultum Tabernaculi, vestiumque sacrarum ornarum pretiosæ materiæ requirebatur: viri cum mulieribus exhibuere. Cur dixit, *Viri cum mulieribus*, & non *Viri, & mulieres*. Quia deuotus sexus fœmineus viros ad munera adducebat. Munifici illi, sed *cum mulieribus*. * Agnata enim fœminis sacra in Delubra pietas, promptior ad offerendum animus ostentatur.] Attulerunt ergo viri ac fœminæ aureas armillas, inaures, annulos, dextrariola, seu dextræ ornamenta viris ac mulieribus communia: omnia aurea vasa Domino præsentarunt: Habebat quis hyacinthum, purpuram coccum, byssum, pilos caprarum ad saga cilicina, pelles arietum rubricatas, argentum, æra, ac setim ligna? Cuncta mira Deo promptitudine litabat. O fœlices diuitiæ, quæ ad Dominicum impenduntur obsequium. * Documentum perspicuum est, à Deo diligi largitores. Absolet enim Deus ab iis, quos odio prosequitur diuitias non accipere.

4. Cuncti primitias offerunt ad Tabernaculum extruendum. Agnata fœminis pietas ad dona Tēplis desetendā.

Signum est, te à Deo amari, diuitias tuas ab eo admitti.

25. 26. SED ET MVLIERES &c.] Profectò & mulieres nendi peritæ vltroneè obtulere hyacinti, purpuræ, ac vermiculi pilorum capræ ac delicatissimi lini filatum nempe variis infectum

Fœminæ ab auaritiæ suspicione vindicantur. Tanta Hebræarũ pietas mulierũ, vt vltroneæ liberaliter bona sua.

infectum coloribus. *. Adootat pulchrè Moses *sponte propria* cunctas fœminas tribuisse, vt fœminas à communi auaritiæ vindicet suspicione,]* Sinc vt exaggeret popoli pietatem, si fœmioæ, auatissimum quidem animal, tanta promptudine sinè exactione cuncta litatint.

Pauperes munificẽtius, dant Domino quam diuites.

27. 28. PRINCIPES, &c.]Porrò Principes augustiora donaria obtulere, nempe onychinos lapides, & gemmas ad superhumeralis, & ad Rationalis ornatum: aromataque, & oleum: hoc quidem ad lumināriórum pabulum prouidendum, ad vnguentumque præparandum; illud verò ad odoriferum thymiama componendum.* O tempora quando pauperes Principum dona impendunt: Principes autem vix inopom obula largiuntur!

Si mẽs affecta est, plus quã petitur, vltroneè tribuit, si non afficitur, vix, premissa exactione, dat quod petitur.

29. OMNES VIRI, &c] Omoium virorum, ac mulierũm mens deuotiooís erga Deũ igne succenditur: & ideò voluntariè donaria obtulere sacerrimo Domini cultui, interprete Mose, populo indicto.* Si mens non accenditur, vix exactione premente, quod petitur, datur: sed affectu, seu animo prompto, plus quam petitur, spontè tribuitur. Deuotio enim seu affectio meoris plusquam exactio.

5\. *Assignauit Deus Beseleèl & Ooliab Artifices.*

30\. 31. 32. 33. 34. 35. DIXITQVE, &c.] Moses deniqoe profatur Hebræis: Materiam copiosam Tabernaculo exstruendo, ac ornando exhibuistis: Dominos autem de forma iam prouidit addenda. Assignauit eoim proprio ex nomine Beselecel filium Vri, ac nepotem Hur, nobilissimum Iudæ Tribus virum, qui à Deo peritiam accepit, ad quæque opera ex auro, argento, ære, lapidibusque excogitanda, & extruenda. Artis lignariæ industrius est artifex, in cuius corde Deus dedit artem, & cognitionem fabricandi, texendi, & tam perfectè docuit eum, vt & alios edocere possit. sic Hebr. *Facilem, & propensum eum fecit, ad docendum alios.* En peritiæ à Domino documentum, propensum esse ad edocendum alios. * Si doctum te ducis, nec facilem vides, ac propensum, vt alios edoceas: æstima, scientiam tuam profanam esse, non diuinam. Sapiẽtia etenim diuina clamitat, vt à rudibus audiatur.]Assignauit etiam ex nomine Deus Ooliab filium Achisamech de Tribu Dan. Peritia Dominus informauit vtrumque, vt excitent opera abietarij, quæ sunt fabrilia ex abiete, seu ex ligno quouis: polymitarij, qoæ textura ingeniosa perficiuotur, vt fit in tapetibus, & plumarij, quæ acu pinguntur. Profectò operis polymitarij, at plumarij materia suot certa, seu filata hyacinthina, purpurea, cocco bis tiocta ac sobtilissima byssi filamina Nec solum peritia horum artificum vetera imitatur, verùm & illi noua quæque quotidiè reperiunt.

Sapientia quæ à Deo est, edocẽdis proximis ostenditur facilis, & propensa

CAPVT XXXVI.

Plus offerentes Hebræi quam necessarium esset ad Tabernaculi opus, prohibentur, nè afferant superflua. Tabernaculum ego iuxta Dei monita exstruitur.

1\. FEcit ergo Beselecel, & omni vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsus Sanctuarij necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus. 2. Cúmque vocasset eos Moses, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, 3. tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui cùm instarent operi, quotidie manè vota populus offerebat. 4. Vnde artifices venire compulsi, 5. dixerunt Moysi: plus offert populus quam necessarium est. 6. Iussit ergo Moyses præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere Sanctuarij. Sicque cessatum est à muneribus offerendis, 7. eò quòd oblata sufficèrent & superabundarent. 8. Fecerúntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto opere vario, & arte polymita. 9. quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor, vna mensura erat omnium cortinarum. 10. Coniunxitque cortinas quinque alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. 11. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter. 12. vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò iungerẽtur, 13. vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarũ ansas, & fieret vnum tabernaculum. 14. Fecit & saga vndecim de pilis caprarũ ad operiendum tectum tabernaculi: 15. vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor, vnius mensuræ erant omnia saga: 16. quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. 17. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem

iungerentur

iungerentur: 18. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus fagis fieret, 19. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudque desuper velamentum de pellibus ianthinis, 20. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes, 21. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. 22. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. 23. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Austrum, 24. cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturæ laterum in angulis terminantur. 25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas, 26. cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. 27. Contra Occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas, 28. & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro: 29. quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: 30. vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. 31. Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, 32. & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra mare. 33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. 34. Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. 35. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byssoretorta, opere polymitario, varium atque distinctum: 36. & quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deaurauit; fusis basibus earum argenteis. 37. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssóque retorta, opere plumarij: 38 & columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basésque earum fudit æneas.

COMMENTARII.

1. *Fecerũt artifices cuncta, quæ Deus imperarat, donariis eis Hebræorũ exhibitis.*

Taxãtur fabri, qui tam intentè cõtẽdũt de mercede ad sacra opera, quã ad profana.

VERS. 1. FECIT ERGO BESELEEL, &c.] Beseel ergo, Ooliab egregij artifices ad extructionem sanctuarij accinguntur, quibus suum ministerium auxiliare impendunt quicumque à Domino ad fabrilia opera peritiam acceperant. * Ingratitudo est intolerabilis, egenti Ecclesiæ negare ministerium peritiæ eius, quam ab Ecclesiæ Deo incola accepisti: & tam exactè ad opera sacra, quã ad profana de mercede contendere.

2. 3. CVMQVE VOCASSET, &c.] Aduocauit itaque Moses Beseleel & Ooliab, omnesque peritos artifices, qui vltronei se sanctuario extruendo litatant. * Deus enim nec ad materialis domus ministeria vult admittere inuoluntarios: Opera enim non perfectè geruntur, cùm vis addicitur operario.] Tradit eis Moses cunctam ex dono filiorum Israël materiam. * Pietas enim vltronei seruitij fidelitatem exponebat artificum Nec enim à donariis aliquid detraheret, qui vel suum donabat ministerium. Qui circa mercedem se ostẽdunt auaros, circa materiam se suspectos ostẽtant]Profectò dum artifices operi exponebant studium, mane populus voluntaria munera offerebat.* Dat populus fidelis vltroneè quod videt sacris seruire ministeriis. Quomodo voluntatè dabit subditus Principi quod videt profanis operibus impendi, aut saltem sacris non inseruire?]* Quæ ad bella contra infideles dantur, aliis vsibus addicuntur? Non erunt vota, donariaue voluntaria oblationes: sed in exactiones mutabuntur. Sacris aut piis, aut vtilibus vsibus deseruiant munera, seu tributa: subditi referent non petiti.

Non perfectè ge[…] ur opera, cũ vis operari addi[…]

Artificũ vltroneè labo[…] pietas, […] fidelitatẽ exponit, […] donaria […] expẽdenda […]

Dat populus vltroneè quod videt sacris ministeriis inseruire.

Exactio erit non vltronea oblatio si quod petitur ad bella cõtra infideles, aliis vsibus deputatur.

4. 5. VNDE ARTIFICES, &c.] Nescio, an nostræ tempestatis artifices de superflua materia conquererentur. Videntes ergo Beseleel, & Ooliab plus donari à populo, quam necessarium esset sanctuario extruendo, & ornando, ex sua met fide compulsi sunt ad Mosem accedere, eique profari: Fidelissimus populus plus offert, quam necessarium videtur operibus. Preme verbum, *Venire compulsi.* Vndenam illi compellerentur? Crediderim, quia tota structuræ materia eorum erat credita fidei Vnde nobilitate conspicui, coguntur de superfluitate monefacere. * Cogor enim esse fidelis circa id, quod meæ fidei committitur.] * Miror artifices de superfluis reddendis curare: cum videam Principes post tot donaria, post tot tributa, nunquam dicere, sufficit.

Cogor esse fidelis circa id, quod meæ fidei cõmittitur.

Principes post tot donaria, ac tributa nũquam dicunt sufficit.

6. IVSSIT ERGÒ, MOYSES, &c.] Moses igitur præconis voce edixit: Ad sanctuarij opera nec vir, nec mulier plura donaria referat.* Nescio, an vnquam præ-

conium simile fuerit exauditum : quo lex non dandi subditis indicatur.] Vnde Moses pulchre vsus verbo cantandi : *Preconis voce cantari.* Præconium enim huiusmodi vbique terrarum cantabile, celebrandumque exponitur. * O quanta populi pietas, cuius effectus debuere legis indictione frænari! Quam meritorium est, vel ab abundantia pietatis abstinere! Expetis quotidie (ex. gr.) Eucharistiam recipere, iuberis ab spirituali parente abstinere. Illa quidem ea iussione frænatio, & abstinentia à cibo iacerrimo augustius increscet ad meritum.]

Meritoriam est, vel à pietatis operibus, ex iussione Præsulis, abstinere.

7. EO QVOD OBLATA SVFFICERENT ET SVPERABVNDARENT, &c.] Quia oblata sufficiebant, & superabundabant ad sacras effictiones, cessauit populus munera deferre. Nec enim eius pietati sufficeret sufficientem date materiam, nisi superabundantem reddidisset. * Fidelis enim est capetere, vt Templi fabricæ superabundantes ostendantur. Ad sacra munia non solum sufficientia, sed superabundantia sunt reddenda.] Cur non iussit Moses offerentibus reddi superfluum? Quia nullus tam auarus posset inueniri, qui quod semel sanctuario litarat, à sanctuario auderet recipere. * Quod Domino te ex Ægypto sæculi dedocente, litasti, noli repetere vt sæculari impendas, nisi egestas propinqui esset subleuanda.] Addiderim ea retentione donarij superflui prouenisse augustiora dantibus incrementa. * Vtilius censum à Deo, quam capitale recipere : si vnius diei censusus mirum in modum capitale superat.

Téplo dádú nó solú quod sufficiat, sed quod superabundet.

Quod datú est Deo à te sæculú relinquére, non est repetédú nisi ad inopiá subleuádá alicuius necessarij.

Eleemosynæ incremeto a.

2.

Fiūt cortinæ saga, & operimenta.

8. FECERVNTQVE OMNES CORDE SAPIENTES, &c.] Artifices ergo periti, vt speciem Mosis mente conceptam, exprimente Domino, opere æmularentur : primu cortinarum decem ea polymita arte byssum tortam oppandunt. Singularum mensura viginti octo cubitos longitudinis, latitudinis quatuor æquabat. Quinque cortinas à quinque diuisit, & separatim has, & illas inuicem colligarunt: ansas hyacinthinas seu violacei coloris (alamares) in singularum ora dispersit ex latere vtroque, vt, ansulis contra se venientibus, cortinæ iungerentur. Ad quod quidem nuous addidit & quinquaginta fibulas aureas, quæ tentoria prehenderent:& vnum fieret Tabernaculum. Licèt velamina pulchra opere phrygio oppandantur, sinè ansulis, ac fibulis non perficitur vnitas. * Apti ad Dei Tabernaculum perficiendum, Religiosæ communitatis viri, aut fœminæ, pulchrum ex virtutibus velamen peruolat : at sine dilectionis ligamine vnum fit minimè Numini Tabernaculum.] Preme verba illa: *Fecerunt omnes corde sapientes*, & *Coniunxit*, *Fecit*. Si multi erant, qui fecerunt, quare, sæpe ait, *Fecit*, *Fecit*? * Certe quia omnes

Nō extruitur ex pulchris virtute Religiosis Deo Tabernaculū, nisi adsint charitatis ligamina.

Multi adsīnt

artifices Magistri vnius ductu operabantur. Multi adsint in proximorum ministerio operarij, sed adeo doctoris seu Rectoris præscriptioni addicti, vt vnus factor videatur extitere.]

ia Religione operarij, sed sic ductū Rectoris sequātur vt vnus operarius videantur, zistere.

14. 15. 16. 17. 18. FECIT ET, &c.] velamen fit ex pilis caprarum contextum vt polymito iniiceretur. Vndecim constabat sagis quorum longitudo triginta cubitos, & latitudo quatuor continebat. Quinque deorsum iunguntur, sex separatim præparantur. Quinquaginta fibulas ora vnius sagi, & totidem ora habebat alterius vt colligari possent. Addidit & quinquaginta æneos vncinos, quibus tectum connecteretur, & vnum polymiti pallium contegens fieret. * Pulchre sagis cilicinis byssus retorta protegitur. Illa enim castitas munita obducitur, quæ cilicio obarmatur. Non sufficit puritatis byssum esse retortam, atterentur planè filamina, si asperitatis exercitamentis no protegantur.]

Cilicio alijsque asperitatibus castitas protegitur, ac munitur.

19. FACIT ET OPERTORIVM, &c.] Cilicina saga rubricatæ arietum pelles operiebant, pelles autem arietum aliis adhuc violaceis pellibus tegebantur. O quot operimentis, quot protectionibus byssus indiget puritatis, vt asseruari possit indemnis!]

Multis protectionibus indiget puritas vt cōseruari possit.

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. FECIT ET TABVLAS, &c.] Extruxere artifices ex lignis setim & aureis laminis, argêtique vi maxima totum Tabernaculum (cuius supra descriptionem non semel exposui.) Addit Moses in præsenti verba illa : *Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret.* Vectis huius nulla, superioribus in Capitibus, quibus de Tabernaculi agitur structura, mentio. Crediderim, vectem hunc fuisse per ipsam tabulatum crassitudinem ad eas simul continendas. Alij vectes extrinsecus ipsum Tabernaculum ambiebant. * Porro multi vectes externi, multa fulcra, accurata superiorum custodia non sufficit ad subditum, Dei Tabernaculum, cōtinendum, ac moniendum ne dissoluatur : nisi interior vis spiritus diuini præcordia roboret, fulciat, atque constringat.]

3.

Tabula Tabernaculi perficiūtur.

Multa exterior Rectorū custodia nō sufficit subdito roborádo, aut cōtinendo nisi vnus spiritus sáctus interior cōtineat.

35. 36. 37. 38. FACIT ET VELVM, &c.] Denique velamen perfecere opere phrygio polymito pulcherrima varietate conspicuum, cui oppandendo quatuor erexere columnas de setim, quas aureis laminis obduxit, capita vero aurea gesserunt, bases argenteas. Ad introitum autem Tabernaculi operiendum, & ornandum, aliud velum opere eodem, acuque pictum extendit supra columnas quinque de setim aureis contectas laminis, quarum etiá capita aurea, bases argenteæ perficiuntur. * Si vitæ spiritualis initium sic argenteum, ad lignum imputribile auro tectum transi, sed caput, seu vitæ terminum totum aureum expone.

4.

Velamina, & columnæ aptantur.

Vitæ spiritualis processio, initiū argêteū, mediū lignū auro cōtectū, finis aureus.

CAPVT

CAPVT XXXVII.

Arca, Propitiatorium, Mensa, Candelabrum: Altare thymiamatis fabricatum: & thymiama ad adolendum in altari componitur.

1. FECIT autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine: altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. 2. Et fecit illi coronam auream per gyrum, 3. conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. 4. Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro, 5. & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam, 6. Fecit & propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. 7. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: 8. Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, 9. extendentes alas, & tegentes propitiatorium, séque mutuò & illud respicientes. 10. Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. 11. circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, 12. ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eamdem, alteram coronam auream. 13. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ, 14. contra coronam: misitque in eos vectes, vt possit mensa portari, 15. Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, & circumdedit eos auro. 16. Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant: 18. sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera: 19. tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri 20. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul & lilia: 21. & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. 22. & sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. 23. Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quę emuncta sunt extinguantur, de auro mundissimo. 24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. 25. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. 26. Vestiuitque illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus & cornibus. 27. Feci tque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. 28. Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis 29. Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum, & thymiama de aromatibus mundissimis, opere pigmentarij.

COMMENTARII.

1. In Arca fœderis.

VERS. 1. FECIT AVTEM BESELEEL, &c.] Fabricarunt quoque Beseleel ac socij eius Arcam testimonij de setim, cuius longitudo duos cubitos & semis, latitudo cubitum & semissem, altitudo autem cubitum cum dimidio æquauit. Porrò intus, ac foris eam aureis laminis inducit. Nec enim Deo placet ex-

terior mundities, quæ internæ non sit æmulatio. * Nec vult, internam sufficere, sed & externum oculis virtutum ostentari fulgorem ad proximorum ædificationem: qui videntes opera nostra glorificent Patrem.] Profecto dum iubet Deus æqualiter arcam intus & foris obtegi auro, videtur de externa puritate æqualiter ac de interna esse solicitus. * Certè homo exterior tam necessarius est ad ædificationem, vt eius compositionem voluerit Deus vel cum interna præstantissima comparare.

Vult Deus externũ etiã ad ædificationẽ à nobis fulgorem ostentari. Homo exterior valde fulgeat oportet ad ædificationem.

2.3.4.5. Et fecit illi coronam, &c.] Arcam aurea ornauit corona, quatuorque annulos aureos lateri nexuit vtrique, vt vectibus de setim auro induris immissis in annulos, arca deportaretur. * Nulla enim augusta perfectio excogitanda, nisi possit ad augustiora promoueri. Vnde vix arca sanctissima extruitur, cum annuli ad vectes adiiciuntur, *ad deportandum eam.*]

... excogitanda quæ perfectio, nisi quæ possit ad augustiora promoueri.

2. *Propitiatorium, seu Oraculum de auro perficitur.*

. 11. Fuit et Propitiatorium, &c.] Propitiatorium arcæ præponendum extruit de auro purissimo assignatæ à Deo mensuræ. Oraculum ergo totum est aureum non ex ligno auro contecto. * Vbi enim adest orationis simulacrum, nihil est non augustum. Nec enim linea inferior materia posset cum orationis exercitamento copulari, quam non illico verteret in pretiosam.

Orationis exercitium homines facit augustos, reddit perfectos.

7.8.9. Dvos etiam Chervbin, &c.] Ex auro non fusili, sed ductili duo Cherubini in vtriusque Propitiatorij lateris extremitate apponuntur alis expansis Propitiatorium operientes, seque mutuo & illud aspectantes. Quomodo possint se respicere, & simul ambo Propitiatorium intueri? * Quia ad oratorium respectus non potest non & respectum ad se ipsos connotare. Intende orationis exercitamento, necessario proprias intueberis imperfectiones] * Quod si Cherubini non se ipsos aspiciebant, sed inuicem vnus alterum aspectabat: aptè se mutuo aspiciunt, cum Propitiatorium intuentur, quia ipsi in Propitiatorium conuexsi obiiciebantur. Vndenam, precor? Certè plenitudo sapientiæ eos faciebat ipsam esse propitiationem. Sapientissimorum enim est, se benigniores hominibus ostentare.] Insipientium est planè scandalo affici, & immitẽ se peccatoribus exhibere.

Qui studet orationi necessario suas aspicit imperfectiones. Qui sapientior est, se magis propitium erga peccatores ostendit.

Est insipiẽtũ, scandalo af...

10.11.12.13.14.15.16. Fecit et mensam, &c.] Præscripta à Deo seruata mensura, materia. Mẽsa ad propositiones panes exponẽdos extruitur, laminis aureis contegitur, aureo labio cingitur, duplici aurea, ac aureola insuperque micante corona. Quatuor efformantur circuli aurei queis possent vectes addici ad Mensæ deportationem. Vasa varia, ac pulchra ex auro perficiuntur diuersos in vsu præparata. Quam aptè *labium aureum* continendis sacris panibus apponitur. * Fas enim non erat, Eucharistici panis similitudinem labia ligni, seu carnis attingere.

...fici ex proximorum piaculis.

3. *Mensa panũ propositionis elaboratur.* Nec Eucharistici panis recipiendus typus labia carnea, sed aurea requirebat.

17.18.19.20.21 22.23. Fecit et candelabrvm, &c.] Descripsi cap. 25. 31. Candelabrum, quod, ne cogaris recurrere ad præfata, pressius exponam. Laminis aureis per malleorum ictus attenuatis Candelabrum conficitur. Hastile eius tres vtrimque habebat calamos seu ramos, quorum singuli in summitate habebant lucernam: vnde lucernæ erant septem Singuli rami ornati erant triplici ordine scyphorum, sphærularum, & liliorum, vicissim sibi succedentium, & coniunctorum: hastile vero seu stipes rectus quadruplici serie eorumdem ornabatur. Totum Candelabrum vno constabat auri talento Lucernæ illæ septenæ simul omnes tota, & sola nocte locum Tabernaculi & Mensæ panum propositionis illuminabant Manè quaternæ extinguebantur, sed tres reliquæ etiam per diem accensæ manebant. Vt innuatur, lampadem lampadi locum micandi exhibere. * Sunt qui semper succedendi queant, & super candelabrum persistentes fulgorem spargere. Mutandæ vices: iam vnum fulgeat luminare, iam alteri locus lucendi exhibeatur. Vel sol occumbit, seu extinguitur, vt syderibus inferioribus micandi opportunitas impendatur.

4. *Candelabrum producitur.*

Non solum vnus luceat; alijs detur lucendi locus.

25.26.27.28.29 Fecit et altare, &c.] Altare thymiamatis quadratum extruitur de setim cuius parietes, craticula, cornua seu radij auro teguntur, aureo circulo coronatur altare, aurei minores circuli eius hærent lateribus, vt vectibus immissis, deferatur altare. Vectibus inquam de setim aurea lamina obtectis, componitur oleum vnctionis, & ex aromaribus præscriptis thymiama cremandum confectum est.

5. *Altare thymiamatis fabricatur, oleum cõponitur.*

CAPVT XXXVIII.

Altare holocaustorum, & labrum æneum ex mulierum speculis extruitur, atriumque cingitur suis columnis, & velis. Talenta auri, argenti, æris oblata, & insumpta annumerantur.

1. Fecit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine: 2. cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis. 3. Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. 4. Craticulámque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, 5. fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum: 6. quos

6. quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis eneis. 7 induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebãt: Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulis, & intus vacuum. 8. Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. 9. Fecit & atrium, in cuius Australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum, 10. columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. 11. Æque ad septemtrionalem plagam tentoria, columnæ, baséſque & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli, erant. 12. In ea verò plaga, quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. 13. Porrò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria. 14. è quibus quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis, vnum tenebat latus: 15. & in parte altera (quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem. 16. Cuncta atrij tentoria byssus texuerat retorta. 17. Bases columnarum fuere æneæ: capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. 18. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta: quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta mensuram, quam cuncta atrij tentoria habebant. 19. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitàque earum & cælaturæ argenteæ. 20. Paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. 21. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in ceremoniis Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis. 22. quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente, compleuerat, 23. iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius, atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo & bysso. 24. Omne aurum quod expensum est in opere Sanctuarij, & quod oblatum est in denariis, viginti nouem talentorum fuit & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram Sanctuarij. 25. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis & suprà, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum. 26. Fuerunt prætereà centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases Sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. 27 Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. 28 De mille autem septingentis & septuaginta quinque, fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. 29. Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia & quadringenti suprà, sicli, 30. ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniáque vasa quæ ad vsum eius pertinent. 31. & bases atrij tàm in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

COMMENTARII.

Si Holocausti extruitur.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. FECIT ALTARE. &c.] A Beseleel altare Ooliab & sociis Altare holocausti efformatur par longitudine ac latitudine decem palmorum, sex autem altitudine eius exsurgente, & cornibus, seu radiis ex angulis procedentibus. Porro totum altare æneis laminis operitur, non aureis.* Dum enim victima pro peccatis offertur, ipsum altare luctuose vestitur: vt doceat te, à superfluo ornatu abstinere, cum immolaturus pro piaculis veneris ad altare.] Vasa diuersa ad vsus altaris ex ære præparantur, craticula ænea in retis formam efficitur, & subter ambitum altaris ab infra vsque ad medium arula apponitur. Quatuor annuli funduntur totidem retiaculi summitatibus infigendi, in quos vectes de setim laminis æneis contecti inducerentur ad portandam craticulam separatim ab altari, quodquidem solidum non erat, sed cauum ex tabulis.* Quia licet peccata immenso pondere appenduntur, ex pœnitudine offerentium instabili donata fuerant leuitate

Immolaturus pro peccatis, superfluo ornatu abiecto, ad Eucharisticũ altare accedē;

Pondus peccati ex pœnitudine alleuiatur.

8. FECIT ET LABRVM, &c.] Labrum æneum perficitur cum basi ex speculis æneis (sic

1. Labrũ æneũ aptatur.

Oratio militat,& debellat, hostes.

Qui orationi studet abiiciat vanitatē ornatus.

Studiū orationis corporeos illico ornatus cōtemnit.

(sic olim) fœminarum, quæ vigilabant in oratione. Hebr. *Quæ militabant*. Chald. *Quæ orabant*. * Orare enim militare est. Orat animus, & hostes comminuuntur inuisibiles: imo & visibiles nostris profusis precibus, prostrantur.] Cur autem excubaturæ, aut oraturæ specula litant? * Quia orationi impensuræ studium, debebant à vanitatis sæcularis cultu recedere.] * Aptius dixerim, quia orationis studium, quo animus ornatur, illico corporeos contemnit ornatus Haud credas, fœminā vere spiritualia orationis, & meditationis exercitia gerere, quam videris diu addictam speculo.] Profectò mulieribus hisce piis quæ frequenter veniebant ad Tabernaculū Dei oraturæ. postea ædificato Téplo certa sedes iuxta illud fuit attributa. Hic Deipara educata, hic Anna prophetissa vixit, hic virgines illæ, quæ conclusæ dicuntur. 2. Mach. 3. 19. habitarunt.

3. *Atriū dispositur.*

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. FECIT ET ATRIVM, &c.] Extruxerunt Beseleel, & socij ad atrij perfectionem columnas, bases, parauere velamina, quorum descriptionem expressam, accuraram cap. 27. exposui. Porro illud: *Bases columnarum fuere æneæ*, &c. Sic aliqui ex Hebræo scripserunt: *Bases columnarum ex ære, vncini columnarum, & fila eius, cingentia ex argento, tecta fuerunt capita earum argento.* Qui nam antè vncini columnarum Hebr. ווים *vauim*: quæ vox significat aliquid hamatum, & inflexum, & designat eam capitelli partem, quam *Volutas* seu *limace* appellant in artificio Ionico, cuius ordinis hosce fuisse columnas innuitur. Porro *capita* cū audieris eā intellige supremam capitelli partem quam abacum dicunt.

21. 21. 23. HÆC SVNT, &c.] Profectò Ithamar filius Aaronis sacerdos annumerauit prædicta vasa, & instrumenta cuncta Tabernaculi num respondèrent Domini prototypo Moysi expresso: an aliquid vltra requireretur aut Leuitarum ceremonias, seu ministeria gerenda? Leuitis enim datum, dissoluere transferre, & iterum componere Tabernaculū. His autem præerat Ithamar Aaronis filius, cuius proinde singulorum Tabernaculi instrumentorum annumerandus erat computus. Per manum igitur Ithamar enumerabantur instrumenta ad ceremonias cuncta. Piaculum enim, vnicam ceremoniam violari. * Haud contemnenda Regulæ præscripta vel minima.] * Paxillus si deficiat extructioni, perfectio læditur, nil enim est minimum, quod ad vitæ spiritualis integritatem pertinere videatur.] Certè sola Ithamar Præpositi manus recognoscit, an aliquid deficiat extructioni, illi soli tribuenda culpa huiusmodi defectus. * Vnde monentur Rectores assiduè computare, an aliquid viuenti Tabernaculo deficiat. Vitio enim eorum vertendum, si aliquid Regulari ceremoniæ seu institutioni desit.] Hæc est fabrica Beseleel ex i Tribu Iuda, & Ooliab Danitæ socio eius lignaro quidē egregio artifice, polymitario simul atque plumario.

Ad vitæ spiritualis perfectioné nihil est minimum Vel Regulæ vnius violatio lædit vitæ spiritualis integritatem.

Ad Rectores pertinet vigilare, ne aliquid subdito (Tabernaculo viuo) perfectioni deficiat.

4. *Quātū auri, argenti ac æris ab- sū mptum.*

24. 25 26. OMNE AVRVM, &c.] Aurum hoc, quod sponte oblatū fuit à populo, viginti nouem talentorum, & septingentorū triginta ex siclorū summā expleuit ea mēsura quidē iusta sāctuarij Obtulere aurē omnes ij, qui censi sunt à viginti annis, & supra ex cœtu sexcentorum trium millium, & quingentorum quinquaginta, qui apti gerendo bello annumerabantur: præter donaria innumera à fœminis oblata. Aptè memorans viros munera afferentes, eos milites appellauit. * Hi enim qui belli discriminibus implicandi sunt, erga Templum, se debent munificentiores ostendere. Eleemosynæ namque proprium est, homines à periculis liberare.] Porrò talentum aliud erat aureum, aliud argenteum, aliud æreum. Omnia hæc æqualis erant ponderis, sed disparis pretij. Talentum vnum continebat tria millia siclorum, auri: si talentum esset auri: argenti, si argenteum. Quia verò siclus est ponderis quatuor drachmarum, talentum vnum aureum duodecim millia drachmarum aurearum continebat, quæ duodecim millibus aureis nostratibus æquiualent Profectò argentum oblatum e quo bases Sanctuarij, & introitus vbi velamen oppansum erat, fuerant conflatæ, centum talenta explebat.

Militum, & omniū qui periculis implicantur sit eleemosynæ fugere ad propugnaculum.

27. 28. 29. 30. 31. CENTVM BASES, &c.] Bases centum totidem talentorū argenti pondus expleuint quadraginta quidem ad Austrū, quadraginta ad Aquilonem, sedecim ad plagā Occidentalem quatuor vero sub quatuor columnis sanctum à sancto sanctorum diuidentibus vti præceptum fuerat. Porro de mille septingentis & septuaginta quinque, quæ supra centū talenta argenti ex censu collecta supererant columnarum capita efformantur: nō quod hæc summa ad capita illa columnarum facienda, & auro vestienda sufficeret, sed quod in hoc opus fuerit contributa. Insuper fuerunt oblata æris duo millia (sic legit Chald) quadringenti sicli, vt bases columnarum, quæ in introitu erant, & æneum altare cum craticula, omnia que vasa ministerij illius, & omnes bases columnarum atrij, cunctique iam tabernaculi, quam atrij paxilli funderentur.

CAPVT XXXIX.

Conficiuntur sacerdotales vestes, totaque Tabernaculi fabrica cum sua supellectili completur.

1. DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac bysso, fecit vestes quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit

præcepit Dominus Moysi. 2. Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, 3. opere polymitario: inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegimine, 4. duasque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere summitatum, 5. & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. 6. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël: 7. posuitque eos in lateribus superhumeralis, in monimentum filiorum Israël, sicut præceperat Dominus Moysi. 8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta. 9. quadrangulum duplex, mensuræ palmi. 10. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. 11. In secundo, carbunculus, sapphirus, & iaspis. 12. In tertio, ligurius, achates, & amethystus: 13. In quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus, circumdati & inclusi auro per ordines suos 14. Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israël, singuli per nomina singulorum. 15. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro purissimo: 16. & duos vncinos, totidémque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroque latere rationalis, 17. è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. 18. Hæc & ante & retrò ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterentur, 19. stricta ad balteum, & annulis fortiùs copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à se inuicem mouerentur, sicut præcepit Dominus Moysi. 20. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, 21. & capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij, texrilem: 22. deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta: 23. & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malo granata, in extrema parte tunicæ per gyrum: 24. tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi. 25. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filiis eius: 26. & mitras cum coronulis suis ex bysso: 27. feminalia quoque linea, byssina: 28. cingulum verò de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto, arte plumaria, sicut præceperat Dominus Moysi 29. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripserúntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini: 30 & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat Dominus Moysi. 31. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonii, fecerúntque filij Israël cuncta quæ præceperat Dominus Moysi. 32. Et obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases, 33. opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud opertorium de ianthinis pellibus, 34. velum: arcam; vectes, propitiatorium, 35. mensam cum vasis suis & propositionis panibus: 36. candelabrum, lucernas, & vtensilia earum cum oleo: 37. altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus: 38. & tentorium in introitu tabernaculi: 39. altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua: tentoria atrij, & columnas cum basibus suis: 40. tentorium in introitu atrij, funiculósque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri. 41. Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur in Sanctuario, Aaron scilicet & filij eius, 42. obtulerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus. 43. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

COMMENTARII.

1. *Filij vestes Sacerdotales.* VERS. 1. *vsque ad* 30. DE HYACINTHO VERO &c.] Descripsi superius Pontificias, ac sacerdotales vestes, sed quia vberius Moses suam inculcat descriptionem; æmulatus stylum & meam vberius exponam. Sacerdos quicumque sacris operaturus, ante omnia feminalia linea arctè circum lumbos constricta induebat. *Nihil enim prius in sacerdote debet emicare, quàm puritatis decor ad quem necessaria quidem est lumborum constrictio per mortificationis exercitamenta.

Sacerdos emicet puritate ad quam necessaria est lumborum constrictio.

Deinde adiiciebat tunicam item lineam, ad talos vſque demiſſam, quæ ſtricta ad corpus non ſinuabat. * Dedecent enim ſacerdotem rugæ mendacij: ſinus ſæcularis aſtutiæ, qui debet ſynceritate decorari.] Baltheo tamen quatuor lato digitas varijs diſtincto coloribus circum ilia eam cingebant. * Conſtrictio enim caſtitatis variarum virtutum pœnitentiæ, mortificationis, charitatis perficitur.] Capiti denique thiaram byſſinam, ſeu pileum imponebant. * Caſtitas enim ipſa corona eſt ſacerdotum.] Haud plura erant ſacerdotum ornamenta. Ad hæc tamen quatuor Pontifex alia adiiciebat. Super lineam tunicam veſtem aliam talarem colore hyacinthino ſibi adaptabat. * Vt puritatis byſſus ſacerdotalis in Pontifice duplicata oſtentaretur. Debent enim Præſules ex abundantia virtutum inferiores ſacerdotes adducere ad debitum caſtitatis nitorem.] Porrò in huiuſce tunicæ limbo malo granata, & tintinnabula ordine erant collocata; vt arta ac fructus colliderentur ac ſonum emitterent. * Nec enim tintinnabulum prædicationis, vtiliter ſonum emittit, niſi vitæ ſimul proferatur accentus.] Super hanc tunicam erat ſuperhumerale, ſeu Ephod ante & retrò vſque ad ilia demiſſum, texturæ & acu venuſtum, cum lacuna in medio pectore, vbi Rationale inſerebat. In huius veſtis vtroque humero duo lapides onychini aderant, auro incluſi: in quibus duodecim Tribuum inciſa erant nomina ſex in dextera, totidem in ſiniſtra. * Nè dignitatis vacuis infulis glorietur Pontifex, qui humeros ſimul debet oneribus muneris exhibere.] * Non ſeparantur à ſuperhumerali onychini lapides, in quibus ſcripta ſubditorum nomina; quia non poteſt honor ab onere ſemoueri.] At veſtis hyacinthina, & ſuperhumerale baltheo altero, ſed pulchriori conſtringebantur. Quia quo creſcit dignitas Prælationis, eo debet & virtutum apparatus increſcere.] In pectoris lacuna logium, oraculum ſeu Rationale erat inſertum in amuleti modum, ex vtroque humero duabus aureis catenulis pendens, quatuorque annulis aureis Ephodi connexum. * Tunc enim aptè Præſules imperabunt, cum oraculum geſtarint in pectore. Pectus enim orationi addictum prudentiam ad ſubditorum moderamina edocetur.] Porrò huiuſmodi oraculum mobile non eſt, ſed catenis vincitur. * Nihil in Præſule debet eſſe firmius, quam ſtudium orationis. Quo die non exorauerit eo ſubditos moderari vix poterit.] In Rationali autem duodecim nomina filiorum Iſraël in gemmis totidem erat inciſa: *& Vrim, & Thummim.* Subditi enim doctrina & veritate in Rationali, ſeu in Ratione continentur. * Si veritas in Præſule non rutilet, doctrina à ſubditis deſpicietur.] Ad pileum, quo alij ſacerdotes vtebantur, Pontifex addebat mithrã hyacinthinam triplici corona aurea diſtinctam * Triplici enim probus Pontifex corona ſtipatur Confeſſionis, Virginitatis, & Martyrij. Confeſſor fit ex omnium cumulo virtutum Virgo ex egregio in puritatem affectu, Martyr ex incommodis pro ſubdito exãthlatis. In fronte denique ſub mithra laminam oſtentabat auream, inſcripto in ea ineffabili Dei nomine. * Vt ſubditi Præſulem aſpicientes agnoſcant, eum Dei ex nomine operari: vnde vltronei obſequantur.] * Et Præſul ſciat Dei geret vices: vnde interritus imperare poſſit.]

Dedecēt ſacerdotē rugę mendacij, ſinus malitiæ.

Puritatis cō ſtrictio perficitur multis virtutibus.

Caſtitas Sacerdotum corona.

Pontifex ſit caſtior inferioribus ſacerdotibus

Vita cū voce Côcionatoris perſonet.

Pontifex ſimul cū honore dignitatis oneri humeros exhibeat.

Non poteſt honor ab onere ſeparari.

Quo creſcit dignitas Prælationis, eò debet virtutū apparatus increſcere.

Præſul ſtudeat orationi, à qua prudentiam regiminis edoceatur.

Perſeuerātia in oratione Præſuli neceſſaria.

Si veritas nō rutilet in Præſule, doctrinæ monita à ſubdito deſpiciūtur.

Probus Pontifex triplici corona ſtipatur, Cōfeſſionis, Virginitatis & Martyrij.

Subditi obſequantur vltronei ſcientes Præſulem Dei gerere vices.

Præſul imperet interritus ſciens ſe Dei perſonam agere.

31. *vſque ad* 42. PERFACTVM EST IGITVR OMNE OPVS, &c.] Non ſemel carptim totum expreſſi Tabernaculum. Sed quia Moſes adhuc memorat eius conſtitutionem, vt firmius memoriæ hæreſcat, vno intuitu rurſum expono. Tabernaculi eius ianua, ſecus quam noſtra Templa, Orientem Solem ſpectabat. * Eo enim Templa noſtra auguſtiora admodum, quod non iam Solem oriturum ſpectent, ſed orto fruantur. Eius atrium cubitos centum in longitudinem patebat, in latitudinem quinquaginta, in ſublime quinque non amplius, ex omni parte delectum, Soliſque, & imbrium iniurijs ſemper obnoxium. Sic componitur atrium. Sexaginta valli ſeu poſtes paribus interuallis quinque cubitos inter ſe diſtantes in terra figebantur pluribus inſtructi annulis, vt inſertis funibus & clauis in terra compactis contra vim ventorum firmarentur. * Non præſumat de firmitudine columna, niſi virtutum adminiculis obfirmetur. Aſſolet enim ventorum vis ſæcularium fortiſſimos concutere poſtes, quorum ruina noſtrum ſit documentum.] Inter vallos cortina byſſina tendebatur paris altitudinis: quæ totum ſpatium parietis inſtar, ambiebat, demptis in latere, fronteque orientali viginti cubitis: quod ſpatium non ſimplici cortina, ſed varijs coloribus picta in ipſo atrij aditu tegebatur. * Quam aptè atrij ſanctiſſimi parietes ex byſſo apponuntur: caſtitas enim cuſtos eſt ſanctitatis.] A quinquageſimo intra atrium cubito verſus occaſum Tabernaculū ſurgebat triginta longum cubitos, latum, altúmque decem. Tribus ex lateribus octo, & quadraginta tabulis, ſeu aſſeribus Tabernaculum cingebatur, quæ in terra cuſpidibus argenteis defixæ, atque per annulos, vecteſque immiſſos incaſtratæ inter ſe, fortiterque connexæ quaſi parietem vnum efficiebant.* O quot cuſpides quot vectes requiruntur ad diuerſarum tabularū vnitatē! Difficilis communitatis vnitas magna eſt diligentia comparanda.] Vna à charitatis incaſtratura parum recedat tabula, vnus ſubditus non cohæreat: tota vnitas facilè diſſoluitur. Aſſeres ſeſquicubitales erant longi cubitos decem quanta fabricæ altitudo. Hæc tria latera cum ſuperiori parte, tecti inſtar, cortina tegebat longa quadraginta cubitos, lata octo & viginti vſque ad terram minus vno cubito. Serico multicolore hæc cortina erat contexta, acúque depicta: atque è decem minoribus cortinis confecta, quæ ſingulæ longæ viginti octo cubitos erant, quanta maioris cortinæ latitudo, latæ cubitos quatuor. Porrò ex his, duæ maiores cortinæ efficiebantur: quæ inter ſe anſulis quibuſdam, & annulis aureis connexæ, maiorem illam cortinam conſtituebant, qua tria latera, & Tabernaculi pars ſuperior, & quaſi cœlum, tegebantur. Hanc cortinam tegebat altera cilicina à caprarum pilis

2\.

Perfectum fuit opus Tabernaculi.

Noſtra Templa auguſtiora Tabernaculo antiquo.

Nō præſumat colūna iuſtitiæ ſtare niſi virtutū adminiculis obfirmetur.

Caſtitas cuſtos eſt ſanctitatis.

Difficilis cōmunitatis vnitas magnā requirit diligentiā.

pilis contexta aliquanto latior longiorque priori: quippe lata cubitos triginta, longa quadraginta quatuor ex vndecim minoribus cortinis connexa singulis longitudine cubitorum triginta, latitudine quatuor. Ea tria latera à tecta regebantur, & tectum. Quatuor cubiti, qui supererant à fronte Tabernaculi, & versus orientem redincebantur, aut verò pendebant, quasi in lecto subgrundia. * O quam conuenienter byssus sagis cilicinis contegitur! Puritas enim castitatis cilicio, reliquisque asperitatibus protegenda est] Profectò supra hanc cilicinā cortinam pelles rubricatæ prius, deinde aliæ cæruleæ, cœli imaginem repræsentantes, pari mensura adhibeantur, Tabernaculumque tegebant, dempto tantum orientali fronte. * An non apposite saga cilicina rubricatis arietis pellibus proteguntur? Certè cilicij asperitas penitus emollitur, cum Agni Iesu rubricata sanguine pellis obiicitur.] Totum Tabernaculum secundum longitudinem in duas diuidebatur partes. Altera quoquouersus decem cubitorū erat adytumque efficiebat Sanctum Sanctorum dictum, id est, eximium, & præcipuum inter loca sancta. Quod spatium quatuor columnis velisque acu picto longo, latóque decem cubitos à reliquo Tabernaculo erat seiunctum. Quod Sāctuarium, vocabatur, & in fronte quinque habebat columnas pari inter se interuallo, velumque priori simile, & par: sed velo altero ex lino contextum annulis ex funiculo pendens, vt festis præsertim diebus reduceretur, & interioris velaminis pulchritudo appareret, videtique à populo posset. * sanctitatis, pulchritudo exteriori communi habitu debet esse credita, & rarò hominibus apparere. Subtaxo hinc illos, qui fulgorem virtutis vulgo exponunt aspectandum frequenter, manus aut vestitum deosculandum offerunt, vltrò videndi occurrunt. interioris pulchritudinis curtina humilitatis, ac cautelæ velamine operiatur.] *Quod si aliquando aperienda sit ad maiorem Dei gloriam, aliud velum abstrahat operiens: non ipsum velamen opertum gestiat referari.] Profectò hæc vela in adyti, & Sanctuarij fronte posita ex primæ cortinæ acu pictæ, vtroque secundum longitudinem latere præcisa, ne in vtroque angulo sinuaret, versus occasum, quod fore alioqui futurum erat. * Sinus aut ruga non decet eum, qui immediatè Sanctuario deseruit.] In adyto totius fabricæ interiori parte Arca tantum fœderis erat, & in ea duæ legis tabulæ; tum supra Arcam Propitiatorium, id est, tabula illa antea Arcæ longitudini & latitudini par, quam Cherubini fulciebant. Sic totum opus Regij throni referebat imaginem, cuius sedes Propitiatorium, Arca scabellum pedum esse videbatur, ipsi sponda Cherubini. Et quidem sedis, throni, & scabelli nomine sæpe Arca cum adiunctis vocitatur in sacris. Arca longa duos cubitos & semissem quinque maiores palmos: lata altaque cubitum & semissem tres vtique palmos erat. In exteriori Tabernaculi parte, quod Sanctuariū dicimus, erat altare thymiamatis, cubitum longum, & latum, duploque altius, positum iuxtà adyti velum. Paulóque inferius Candelabrum septem calamis, & floridum lucernis distinctum. Ad Septentrionem propositionis Mensa cum panibus, reliquoque apparatu. In atrij ingressu ad latus ingredientiū sinistrum, & Austrum sacrificiorum aderat Altare, quinque cubitos longum, & latum, altum tres: in quo sacrificia offerebantur, cōburebantur holocausta. Præter altare erat Vas quoddam æreum amplum, & patulum, in quo ex superiori phyala aqua fontis in morem affluebat ad diluendum sacerdotes: superius specula à piis mulieribus oblata, vt qui sacris operabantur, an quid esset in vestitu indecorum contemplarentur. * O quot speculis indiget, qui sacrificio daturus est operam, ne indecore ascendat altare!] Porrò in atrium, quoad loci ferrent angustiæ promiscuè populus admittebatur, sed præsertim qui sacrificia offerebant. In Sanctuarium, exteriorem Tabernaculi partem sacerdotes vt per noctem lucernas accenderent, & reliqua ministeria suis temporibus exhiberent. Nam in adyrum, quod sanctum sanctorum, seu Dauid, vocabatur, summus sacerdos tantum nec promiscuè, sed stato ex lege tempore ad expiandum populum ingrediebatur. * O nouæ legis sanctitas augustissima, quę cunctos quotidie sacerdotes admittit! Quomodo ergo tot sacrificiis non omninò populus expiatur? Mira plane peccatorum peruersitas. An quia Dei nunc vberior dignatio, insolentius crimina replicanda?]

43. QVÆ POSTQVAM MOYSAS CVNCTA VIDIT, &c.] Profectò Moses aspiciēs populum obtulisse donaria ad necessarios sūprus, Beseleel, Ooliab, reliquosque artifices opus mirabile perfecisse eis bene precatus est, & collaudauit. * Oportet enim, Prælatū circa egregia subditorū gesta se exhibere commendatricem, vt subditus ad augustiora possit excitari.

Cilicio castitas protegitur.

Asperitas cilicij emollitur, obiecta Iesu pelle sanguine rubricata.

Pulchritudo sanctitatis rarò videnda vulgo referetur.

Aliud velum operiens est abstrahat, non ipsum velamē opertum gestiat referari.

Non decet ruga sacerdotem.

Multis speculis indiges ad altare accessurus, ne indecorè lites sacrificium.

Quomodo tot sacrificiis Christianus populus non expiatur.

Benedicit Moses Hebræis, artificibus & laudatoribus, Laudet Prælatus egregia subditorum opera.

CAPVT XL.

Tabernaculum erigitur, quod mox nubes gloriæ Domini operit.

1. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Mense primo prima die mensis, eriges tabernaculum testimonij, 3. & pones in eo arcam, demittésque ante illam velum: 4. & illata mensa, pones super eam quæ ritè præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, 5. & altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi pones, 6. & ante

ante illud altare holocausti: 7. labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua, 8. Circumdabisque atrium tentoriis, & ingressum eius. 9. Et assumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur. 10. altare holocausti & omnia vasa eius: 11. labrum cum basi sua: omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint Sancta sanctorum. 12. Applicabisque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua 13. indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. 14. Fecitque Moyses omnia quę præceperat Dominus. 15. Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis, collocatum est tabernaculum. 16. Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, statuitque columnas, 17. & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. 18. Posuit & testimonium in arca, subditis infrà vectibus, & oraculum desuper. 19. Cúmque intulisset arcā in tabernaculū, appendit ante eam velū, vt expleret Domini iussionē. 20. Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septentrionalem extra velum, 21. ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. 22. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ in parte Australi, 23. locatis per ordinem lucernis iuxta præceptum Domini. 24. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, 25. & adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi. 26. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, 27. & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in holocaustum, & sacrificium, vt Dominus imperauerat. 28. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij & altare, implens illud aqua, 29. Laueruntque Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes, 30. cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. 31. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, 32. operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. 33. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. 34. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israël per turmas suas: 35. si pendebat desuper, manebant in eodem loco. 36. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israël per cunctas mansiones suas.

COMMENTARII.

1. Erigendi Tabernaculi dispositio.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Extructo iam omni Tabernaculi apparatu, Dominus Mosi profatus est: Mense primo secundi anni egressionis ea Ægypto prima Mensis die Tabernaculum erigatur, vbi Arca fœderis velamine obtecta collocetur. Inibi Mensa panes propositionis exponat, Candelabri emicent lampades, corā Arca altare thymiamatis excipiat aromata, tentorium in Tabernaculi introitu oppandatur, ante illudque holocausti fumet altare. Labrum autem aqua plenum inter altare & Tabernaculum apponatur. Atrium eiusque speciatim introitus tentoriis muniatur. Accipe illico oleum vnctionis, & Tabernaculum, altare holocausti, Labrum, omniaque consecrabis, vt sancta Domino, ipsaque sanctissima esse innuantur. Nec enim efficit sanctum Tabernaculum pulchra, seu pretiosa structura, sed dedicatio. Tunc sanctum te obiicies, cùm nihil in te appareat, quod Domino non sit consecratum.

Sanctus eris, cū nihil in te inueniatur, quod non sit Domino.

12. 13. APPLICABISQVE, &c.] Ad fores Tabernaculi Aaronem, ac filios eius adduces, & aqua dilutos vestimentis sacris indues vt possint mihi ministrare, & inunctio illos quandiù vixerint, sacerdotes efficiat.

2. Collocatio Tabernaculi, quod operit nubes.

14 *vsque ad* 31. FECITQVE &c.] Quæcumque Dominus iusserat Moses expleuit, secundi itaque anni mense, ac die primo Tabernaculum collocatur, aulæum picturatum expanditur, operitur, tabulæ legis collocantur in Arca, Propitiatorium desuper ostentatur. Arca in Tabernaculum infertur, velum illicò appenditur, vt Domini imperium gereretur. Mensa apponitur, panes ordinantur, Candelabri lampades succenduntur. Aureum altare sub tecto communi sancto, ac sancto sanctorum apponitur è regione velaminis, quod sanctum à sancto sanctorum distinguit, extra stamen sancta sanctorum: ac super eo litauit aromata. Oppandit velum in introitu Tabernaculi, altare holocausti in vestibulo testimonij erexit, & victimas obtulit. Inter Tabernaculum & altare Labrum æreum statuit, cuius aqua Moses, Aaron ac filij eius manus, ac pedes diluerunt, cum ingrederentur sanctuarium & inirent altare. Atrium denique erigitur, & tentorio munitur, & ornatur. Postquam autem omnia fuere perfecta, columna nubis, quæ antea super paruo Tabernaculo extra castra con-

stiterat

ſtiterat, iam nouo prodigio ad illud poſterius auguſtius tranſmigrauit: & quæ minus ante lucida erat, ſaltem per diem: iam tota ſplendens apparuit: & ob id *Gloria Domini* vocitatur; quia glorioſa luce ſua ſignificabat, diuinam illic Maieſtatem præſentem adeſſe. * Et quidem Dei gloria maius aucta incrementis oſtenditur, cum auguſtius Templum Domino dedicatur.]

Dei gloria increſcens oſtenditur, cum auguſtiū ei Templum dedicatur.

32. 33. NEC POTERAT MOYSES INGREDI TECTVM FOEDERIS, NVBE, &c.] Certe Moſes Tabernaculum teſtimonij inire non poterat cum ob reuerentiam maieſtatis diuinæ illinc præſentis; tùm quia nubes tunc ſpiſſitudine ſua, & fulgore oculos perſtringebat, & omnium aliarum rerum eripiebat conſpectum. Nihil prius erecto Tabernaculo indicitur quam reuerentia debita Delubris, Vel Moſes Dei perſonam gerens Templum præ reuerentia inire non poteſt * O quam apposite ingrediens Moſes Tabernaculum nube omnia operiente, videre non valet; Debet enim qui ad Templum accedit. nihil viſibile contemplari, ſolùm inuiſibilia aſpicere.]

Qui Templū ingreditur, nihil viſibile meditetur, inuiſibilia, ſolùm aſpiciat.

34. 35. 36. SI QVANDO NVBES TABERNACVLVM, &c.] Profectò nubes facta eſt æterna Tabernaculi habitatrix, cum eſſet Iſraëlitis commoratio paranda. Nam ſi nubes à Tabernacolo recedebat, ſignum erat Hebræis profectionis. Vnd. ordine diſpoſiti proficiſcebantur. At vero nube ſuprà Tabernaculum emicante, locus ille erat itineris intermiſſio. * Quam fælix profectio, quàm vtilis ex inſtinctu Domini commoratio! Nec ſecurè progrederis, nec vtiliter commoraris in loco, ſi voluntatis tuæ præſcriptum, non Dei aſpectes directionem.] Profectò in cunctis commorationibus ſuis videbant Hebræi columnam nubis, quæ duxerat pergentes, Tabernaculo fœderis incubare per diem: eamdemque per noctem ex eodem Tabernaculo fulgorem emittere aſpectabant.

3. *Nubes dux profectionu, & ſtationis.*

Secura profectio, vtilis commoratiō ex Dei ductu, ac præſcriptione;

LIBER

LIBER TERTIVS.
COMMENTARII LITTERALES, ET MORALES AD LEVITICVM.

PROLVSIO.

Liber hic Leuiticus vocitatur, agit enim de Leuitarum, & Sacerdotum officio, ritibus, ceremoniis. Christus magnus sacerdos se ipsum victimam offerens pro hominum salute; sed non incongruè Deiparam dixeris sacerdotissam pro mundi salute ipsum Christum victimam Patri litantem. Ait Richardus Laurent. lib. 2. de Laud. Mar. *Charitate eximia, qua vulnerabatur, Deipara magna Sacerdotissa Vnigenitum suum obtulit pro sceleribus nostris, & fructum vteri sui pro peccatis animarum nostrarum. Nolebat siquidem Deus Pater (si liceat ita loqui) solius Filij victimæ morte saluari genus humanum, & Diabolum condemnari: sed disposuerat, in manu fœminæ Sacerdotissæ tradere victimam.* Ergo Leuiticæ ceremoniæ, ritus, ac ministeria, quæ vnicum halabant Iesu filij tui sacrificium, ad te, ô Deiparens, spectare videbantur.

Richar. Laur.

CAPVT PRIMVM.

Ritum holocausti boum, ouium, aut caprarum auiumque Deus præscripsit.

1. Vocauit autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonij, dicens: 2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est, de bobus & ouibus offerens victimas, 3. si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi Dominum: 4. ponétque manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit atque in expiationem eius proficiens. 5. Immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi: 6. detractáque pelle hostiæ, artus in frusta concident, 7. & subiicient in altari ignem, strue lignorum ante composita: 8. & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori, 9. intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem Domino. 10. Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum masculum, absque macula offeret: immolabitque ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem

Aquilonem, coram Domino: sanguinem vero illius fundent super altare filij Aaron per circuitum: 12. diuidentque membra, caput, & omnia quæ adhærent iecori: & ponent super ligna, quibus subiiciendus est ignis: 13. intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare, in holocaustum & odorem suauissimum Domino. 14. Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino, de turturibus, aut pullis columbæ, 15. offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: 16. vesiculam vero gutturis & plumas, proiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent, 17. confringétque ascellas eius, & nō secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est, & oblatio suauissimi odoris Domino.

COMMENTARII.

1. *Victima ex bobus.*

VERS. 1. 2. 3. VOCAVIT AUTEM, &c.] De nube, quæ Tabernaculum testimonij obtegebat Deus Mosi hæc locutus: Filiis Israel meo nomine imperabis: Homo qui spōte obtulerit (erant aliæ oblationes præceptæ, ac necessariæ, qualis primogenitorum) hostiam, siue quoduis munus de pecoribus nempe de bobus aut ouibus, aut capris (vox Hebræa צאן *tson* communis oui, ac capræ) si oblatio futura sit holocaustum, id est, tota sit comburenda victima præter pellem, & ex armento assumenda: eligatur bos, aut vitulus masculus, immaculatus & ad ostium tentorij, seu atrij Tabernaculi offeretur. *Nec enim ad altare vel atrium sacerdotum laici ingredi poterant. *Vel coram altari periculosa sacerdoti secularis societas.] Porro holocausti huiusce finis erat non ad placandum Dominum sed ad colendum, & honorandum eum. Id tamen ex illo sequebatur. *Qui enim honorando Domino studiū impendit, sibi Deum reddit placabilem.] *Edisce sacrificia ad solum Dei honorem dirigere, non ad vtilitatem propriā: & vberior ad te recurret vtilitas. Preme particulam, *Masculum*, In holocaustum tantum masculus poterat offerri. * Nam ad perficiendum sacrificium, in quo tota victima litanda, nulla carnis remanente particula, virilis requiritur fortitudo. Profecto in sacrificio pacifico poterat & fœmina offerri sed raro aut nunquam. *Tam enim rixis addicta est fœmina, vt vel dicata Deo vix possit pacis vinculo contineri.] Preme & particulam *Immaculatum*. Non est sermo de coloris maculis, sed de deformitatibus, aut vitiis Nec enim esse debebat animal cœcum, claudum, cicatricem habens scabiem, aut impetiginem. De quo inferius. * Certè cum holocaustu Regularis professio designetur, aptè naturales defectus adnotantur. Non solum ineptus Regulari instituto qui facile lethalia admittit crimina: sed & qui ingenij peruersitate constituitur. (*Hombre de mal natural*) Imo sæpius videris in Religione facilius corrigi delinquentem, quam praui ingenij virum reformari.]

Vel corā altari periculosa sacerdoti secularis societas.

Deū placabilē reddit, qui ei honorādo studiū litat.

Solum Dei honorē aspicite, cum obtuleritis.

Vt totum te offeras Deo, virilis requiritur fortitudo.

Addicta rixis fœmina.

Vir ingenij peruersi ineptus Regulari instituto.

4. PONETQVE MANVM SVPER &c.] Super caput hostiæ manum propriam apponet, vt significet se victimam è sua manu, & potestate in Dei ius transferre. *Siue vt innuantur, in manu opera victima copulanda, vt sacrificium gratum Numini existat. Deus enim holocaustis non delectatur: si operum sacrificium non simul litetur.] Sic erit acceptabilis hostia, & proficiet ad expiationem temporalis pœnæ, ad tollendam immunditiam legalem, ad aufendam culpam, & pœnam æternam ex opere tamen operantis ex charitate, & contritione peccatorum offerentis.

Operā bona sacrificij munus comitentur, vt, Deo sit gratum.

5. IMMOLABITQVE VITVLVM, &c.] Per manum sacerdotis vitulum immolabit, non per se, quia soli sacerdotes poterant sacrificare. *. Quod autem sacerdotali manu geritur, hoc te gessisse existima. Vt sic de manuum munditie cures, ac si sacrificaturus adires altare.] Vitulum quidem bouem proxime appellarat, iam vocitat vitulum, id est, bouem iuuenem, quia tenerior. * Dēo enim optima sont offerenda.] * Profectò in holocausto voluntario, quo se homines offerunt tenerior ætas commendabilis admodum. Acceptabilius te Deo iuuenem, quam senio confectum offerés. Coram Tabernaculo iuxta altare vitulus immolabitur, & offeretur à sacerdotibus sanguis victimę à Deo petentibus vt illum locū sanguinis eius, qui offerebat, acciperet. *Apostolo credite, sine sanguinis effusione non fit remissio Leuis sine sanguine pro piaculis satisfactio. Post grauissima crimina vix aqua dilueris, cum ex sanguine deberes præparare lauacrum

Quod à sacerdote geritur, hoc te gessisse existima.

Deo optima offerenda.

Acceptabilius te iuuenē quā senio cōfectū offerēs.

Leuis sine sāguine pro culpis satisfactio.

6. DETRACTAQVE PELLE HOSTIÆ, &c.] Detrahatur pellis vituli cum ob sacrificij munditiem, tum quia sacrificium velut Dei cibus erit: pellis autem non absumitur. * Quidquid diuino epulo ineptū fuerit, à te abstrahere stude, nè Deus molestia affici possit, vnde deberet capere voluptatē. Porro vitulus membratim (sic LXX) est concidendus à sacerdotibus aut Leuitis, vt aptiorem det igni materiam.

Te Deum absumendū pręb e detracto quod ineptū est epulo.

7. 8. 9. ET SVBIICIENT IN ALTARI IGNEM STRVE, &c.] Composita prius lignorum strue, ignem in primo sacrificio subijcient numquam, extinguendum, quem postea fouebunt super rogum apponātur carnes vituli cōburēdæ, caput, eaque quæ iecori exhæsēt: pedes, & intestina aqua diluta. Recēset partes, de quibus poterat esse dubitatio *Nihil sacrificio ineptū, si aqua dilués adiiciatur. Vel fœda conscientia pœnitudinis

Adsit aquā dilués, omnia apta sūt sacrificio.

lauacro apta ſit oblationi. Cuncta hæc ſacerdos adoleat ſuper altare, Deo gratiſſimum, & ſuauiſſimum futura holocauſtum, quia hominem oblatum repræſentat.

2. Holocauſtū de ouibus, ſeu de capris.

10. 11. 12. 13. QVOD SI DE PECORIBVS, &c.] En ſecundam holocauſti ſpeciem. Si de ouibus, aut capris holocauſtum præparetur, maſculus ſine macula eligatur offerendus, immoletur à ſacerdotibus ſuper latera altaris, vel ſuper parietes altaris circum circa, qui Aquilonem aſpectant, coram Tabernaculo. At ſanguis per circuitum à filiis Aaron profundetur: concidentur membra, caput, cunctaque iecori hærentia, & ſupra ligna collocabuntur, quibus ignis ſubiiciendus. Si iam ſubiectus in primo ſacrificio ignis fouendus, cur rurſum ſubiici imperatur? * Quia illud ſubiectum fouere ignem, quaſi ſubiicere eſt. Velut de nouo ſpiritum ſuccendit, qui fouet & renouat.] Pedes, & inteſtina aqua diluantur: hæc quia cibum excipiunt, illi, quia per terram incedunt. * Et quando non de terreno puluere ſordeſcit viator? Et quando non de immoderantia cibi animus fœdatur?] Oblata denique omnia ſuper altare ſacerdos adolebit in holocauſtum Numini gratiſſimum & fragrantiſſimum. Humano more loquitur, quaſi Deus aſſatæ carnis nidore delectaretur.

Quaſi de nouo ſpiritum ſuccēdit, qui fouet, & renouat. Sordeſcimus de ſæculari puluere, fœdamur de cibi immoderantia.

3. Oblatio de auibus.

14. 15. 16. 17. SI AVTEM DE AVIBVS HOLOCAVSTI OBLATIO FVERIT, &c.] Tertia ſpecies holocauſti adſtruitur, pauperum ſcilicet. Vnde cum infra Principum victimæ numerantur, nullæ memorantur aues. Aptè quidem paupertati adſcribuntur aues, quia cum oblatio ipſa ſit offerentis ſimulacrum, leui ac vacuæ paupertati agnatæ pennæ: graues ex auro diuites è terra minimè eleuantur ad æthera.] Si ergo de auibus holocauſtum præparetur: turtures, aut pullos columbarum aſſume, & ſacerdotali offer miniſterio. At ſacerdos non ferro, aut cultro, ſed vngue rumpet locum vulneris volucris, cuius caput retorquetur ad collum: & faciet decurrere cruorem ſuper ſummitatem parietum altaris, ita vt inde profluat in terram. Porrò veſiculam gutturis, ſiue folliculum, qui primus cibum à gutture comeſtum excipit, & plumas, proiiciatur prope altare verſus atrium, non autem verſus Tabernaculum reuerentiæ maioris cauſa. Certè altare aderat ad Orientem ipſi Tabernaculo, verſus portam ſcilicet, quæ in plaga erat Orientali. Quā aptè pellicula è gutture accipiens cibum, & plumæ ſeparantur à cremāda volucre * Quidquid enim inſeruit appetitui, aut vanitati, reprobatur à Numinè, & ſacrificio reputatur ineptum.] At aſcellas, ſeu alas volucris ita findet, aut confringet ſacerdos, vt eas non reſecet, aut abrumpat. Profectò id ad congruā victimæ compoſitionē fiebat; ſic enim altilū alæ componi aſſolēt, cum aſſandæ exponūtur. Sic volucres offerentur, holocauſtum quidem Conditori ſuauiſſimum.

Pennata paupertas leuis, & vacua: non ſic graues auro diuitię.

Reprobatur à Numine, quidquid appetitui, aut vanitati inſeruit.

CAPVT II.

Secundam ſacrificij deſcribit ſpeciem, videlicet ſacrificium ſarreum, panum coctorum, & Spicarum.

1. ANIMA cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio, fundétque ſuper eam oleum, & ponet thus, 2. ac deferet ad filios Aaron ſacerdotes: quorum vnus tollet pugillum plenum ſimilæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale ſuper altare, in odorem ſuauiſſimum Domino. 3. Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius, Sanctum ſanctorum de oblationibus Domini. 4. Cùm autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano: de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento, conſperſos oleo, & lagana azyma oleo lita. 5. Si oblatio tua fuerit de ſartagine, ſimilæ conſperſæ oleo & abſque fermento, 6. diuides eam minutatim, & fundes ſuper eam oleum. 7. Si autem de craticula fuerit ſacrificium, æquè ſimila oleo conſpergetur: 8. quam offerens Domino, trades manibus ſacerdotis. 9. Qui cùm obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, & adolebit ſuper altare, in odorem ſuauitatis Domino: 10. quidquid autem reliquum eſt, erit Aaron, & filiorum eius, Sanctum ſanctorum de oblationibus Domini. 11. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino. 12. Primitias tantùm eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuauitatis 13. Quidquid obtuleris ſacrificij, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tua offeres ſal. 14. Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de ſpicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domino, 15. fundens ſuprà oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini eſt, 16. de qua adolebit ſacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

COMMEN

COMMENTARII.

2. *Quomodo offerenda simila.*

VERS. 1. ANIMA CVM OBTVLERIT, &c.] Hebr. pro *oblatione* מנחה *mincha* ponitur, quod est sacrificium manimatarum rerum. Alij vertunt, *Donum de frumento*, alij *sacrificium cibarium*. Cum obtulerit homo munus de frumento, aut cibarium sacrificium præparauerit: similam accipiet puram sine furfure, super eamque oleum profundet panis condimentum, quo sapidior redditur. * Nec enim sola substantia oblationis Dominus delectatur, sed & æstimat condimentum quod hominis diligentiam commendat.] Addendum thus oleato pani, vt non tantum gratus sapor, sed & suauis odor adsit: & quia soli Deo thus solet offerri. Profecto hoc sacrificium est institutum pro pauperibus, ne facultas offerendi deficeret. * Nemo tã inops, cui deficiat oblatio, quia nullum tam exiguum donum, quod apud Deum, magnum non existat, si ex affectus magnitudine præparetur.] Institutum etiam est, vt sacerdotibus de annona prouideretur; magna enim eius pars cedebat sacerdotibus. * Vt qui altari seruit de altari viuat. Ideo Deus iuber oleum pani immisceri, Vt innuat speciali studio præparandum, quod sacerdotibus alendis impenditur. * Hinc Principes edicant, annuos redditus Ecclesiasticorum integrè exponendos, vt specialis cura circa sacerdotum annonam ostendatur.] * Denique instituta fuit panis oblatio, vt non solum animalibus, sed etiam terræ frugibus Deus coleretur: & omnia fæliciter hominis cederent vtilitati, dum omnium Deo, sua portio litatur.] Iussit Deus in omni animalis sacrificio similam, & vinum, & sal offerri, quia sacrificium erat quasi conuiuium Deo instructum.* Qui ergo sacrificium offerre meditatus, prius de conuiuij Deo apponendi recogita apparatu.

Non solum substantia oblationis Deus delectatur: sed & æstimat cõdimentum.

Vel exigua dona magna sunt Deo, si magnus addatur affectus.

Qui seruit altari, de altari viuat.

Annui redditus integre reddendi sacerdotibus.

Omnia fæliciter cedũt hominis vtilitati, dũ omniũ portio sua Deo adscribitur.

Qui Deo sacrificium offerre meditaris, de apparatu recogita.

2. AC DEFERET AD FILIOS, &c.] Ergo cibarium hoc sacrificium ad sacerdotes Aaronis filios est deferendum, quorum vnus similæ oleo conspersæ & thure immixtæ tollet, & incendet (sic Hebr.) vt scilicet sit memoriale, quasi Deo renouans memoriam offerentis; quo possit quod petitur, facilius impetrare. * Nullum tam efficax memoriale ad refricandam memoriam hominis, impetrandumque quod expetitur, quam munerum elargitio.] Memoriale hoc super altare in odorem suauissimum Domino cedet.* Et quando munera non spirant fragrantiam.

Memoriale efficax ad refricandam hominis memoriam, munerum elargitio.

Munera semper fragrantiã spirant.

3. QVOD AVTEM RELIQVVM, &c.] Profecto oblato super altare, vt incendatur quantum ex simila sacerdos pugillo capere possit: reliquum Aaroni ac filiis eius cedat, vtique sacrosanctum, nec ab aliis, quam à sacerdotibus comedendum. * Vt edicant Principes, inique sacerdotum bona profanis, seu sæcularibus sumptibus aptari.

Iniquè aptãtur Ecclesiastica bona sumptibus sæcularibus.

2. *De sacrificio coctio in clibano, de oblatione ex sartagine, ac craticula.*

4. CVM AVTEM OBTVLERIS, &c] De altera Mincha specie, seu de sacrificio ex simila cocta agit Moses, quod tripliciter fiebat, vel coquendo illam clibano, vel sartagine, vel craticula. Si libuerit itaque sacrificium in clibano coctum offerre: assumes sine fermento panes oleo subactos, & anima lagana, seu liba tenuia, ac extensa non mixta oleo, sed desuper inuncta.

5. 6. SI OBLATIO TVA FVERIT, &c] Si autem de sartagine futura erit oblatio, accipe similam oleo subactam absque fermentu, ac minutatim diuides, vt oleum eis superinfundendum aptius imbibere valeant.

7. 8. SIN AVTEM DE CRATICVLA, &c] Porro si de craticula paraueris sacrificium, farina similiter oleo subigatur, quam Domino oblaturus tostam sacerdotalibus manibus committes.

9. 10. QVI CVM OBTVLERIT, &c.] Quo quidem offerente Hebræo similam de craticula, tollet sacerdos partem quandam vt memoriale existat, vt perinde ac si tota simila crematetur, Deus offerentis recordaretur, & ei placabilem se exponeret. Reliquæ verò partes oblationis Aaroni, ac filiis eius sacrabuntur, nec sæcularibus licebit ex eis absumere.

3. *Omnis oblatio absque fermẽto, ac melle primitiæ tamen panis fermentati afferẽda, sal adhibendus oblationi.*

11. OMNIS OBLATIO QVÆ, &c.] Id autem oblaturi, obseruate. Quidquid Domino est offerendum, absque fermento subigatur. Vt per azimum panem vobis ex Ægypto liberatio in memoriam valeat referri, quando ob festinationem azimis vsi estis. * Nullum autem Deo gratius munus, quam id, quod nostræ pro beneficiis gratitudinis exprimit documentum.] Cauete itaque, ne oblatiô vestra fermenti, aut mellis reddat saporem. Cur mel prohibeatur? Quia gentiles in suis sacrificiis mel adhibebant, quorum ritum noluit Deus Hebræos imitari; ne ex materiali oblationis similitudine animus ad idololatriam assuesceret. * Nec remotam iniquitatis actionem mittere: vt fugiens materiale opus, te remotissimum exeras à piaculo] Adde; mel deliciarum esse symbolum, quas Deus ab altari, seu ab Ecclesiasticis viris omninò curat amoueri.] Necnon quia mellitis panibus potius pueri, ac mulieres, quam graues viri delectantur; vnde curat Deus sacerdotes ab huiusmodi cibis abstinere.* Hinc sacerdotalis mensæ frugalitatem contemplare Adsit, qua vescantur annona, & sine contenti, Principum mensis suauiori cibo præparato.

Id Deo gratum munus, quod nostræ gratitudinis exprimit documentũ.

Nec materialẽ actionẽ iniquitatis gerat.

Deliciæ ab Ecclesiasticis sint remotæ.

A sacerdotali mensa suaues cibi ablegentur.

12. PRIMITIAS TANTVM EORVM, &c.] Licet autem fermentum & mel ad altare non debeant inferri; nec in sacrificiis adhiberi: non tamen propterea eorum primitiæ sacerdotibus abnegandæ. Non solum enim ex frugibus collectis, sed ex panibus etiam recenter coctis, & ex apum operibus aliquid sacerdotibus in eorum vsum conferebatur. Congruè autem specialiter lex adnotat eorum primitias offerendas esse: ne videretur à mensa communi prohiberi, quod altari non poterat deseruire. * Et quidem nunquam ad refectionẽ tuam deberes admittere, quod Deus à suo conuiuio relegauit.] Si piè sacerdotes à melle abstinerẽt, cur Deus iuber mellis primitiis eos donari? Certè vt magis meritorie à cibi deli-

Non debes admittere ad refectionem tuã, quod Deus à suo conuiuio relegat.

Magis meritoriè abstines à cibo, quo abũdas.

tiis abstinere possent, dum non penuria, sed mortificationis studium eos sobrios efficeret.]

13. QVIDQVID OBTVLERIS, &c.] Sacrificium sit quoddam quasi conuiuium Deo exhibitum, Sal quo cibi sapidi redduntur, deesse non debuit. Non semel assolent probari cibi, vt experimentum possit assumi, an sint sufficienti sale conditi.* Innuitur, sæpe nos debere offerendum munus recognoscere, nè Domino insipidum epulum præparetur.] Non ergo auferas de sacrificio, seu oblatione tua Sal fœderis Dei tui, Appellatur Sal fœderis, id est, Sal legis huius, quæ Sal in sacrificio præcepit Dominus adhiberi. Sæpe enim lex in scripturis fœdus vocitatur.

Sæpe regnosce munus Deo offeréndum, ne insipidũ epulum apponas.

4. *Primarum frugum oblatio.*

14. 15. 16. SI AVTEM OBTVLERIS, &c.] Tertiam Mincha speciem, siue sacrificium farreum proponit Si intenderis primarum frugum munera Domino offerre ad reliquarum planè vberem collectionem:*(Primarum enim frugum pars Deo dicata cunctos fructus fœlicitat)] Spicas virentes assume, & igne torrebis ad viridis expulsionem humoris. Tū grana ex spicis illis excussa ad modum farris contundes postillo aut mola. Sic primitias Domino offer, oleum supra profundens, & thus imponens. E qua oblatione sacerdos partem somet cremandam in memoriale, aut signum, totum hoc sacrificium Deo esse oblatum. Quomodo totum, si solum crematur particula? Quia quod reseruatur sacerdotibus alendis ad Dei portionem pertinere quis dubitet? * Ergo si piaculo ingenti ipsa pars cremanda ab altari tolleretur a Principe, ingenti crimine à sacerdotali penu detrahitur; quia Domini est portio.] Ex farre igitur, & oleo pars cremanda assumetur, totum autem thus igni addicetur. Nec enim victui aptabile, sicut farris & olei species. * Quidquid ex sacerdotalibus redditibus annuis sacer minister non comedit, Deo omnino dicandum. Quod ex opibus Ecclesiæ asseruas velut thus ineptum nutritioni est, inique non cremas totum, dum pauperibus non impertis.

Primorũ frugũ pars Deo dicata cũctos fructos fœlicitat.

Piaculo ingẽti è sacerdotali penu Principes detrahunt, quia portio Domini est.

Totũ thus Deo dicãdũ, id est. quod non comedis ex sacerdotalibus annuis redditibus pauperibus distribue.

CAPVT III.

Tertia sacrificij species, id est, hostia pacifica describitur triplex bouis, ouis; capræ. Totum adipem, & sanguinem Deus sibi deposcit.

1. QVòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus; voluerit offerre, marem siue feminam, immaculata offeret coram Domino. 2. Ponéntque manum super caput victimæ suæ quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonij, fundéntque filij Aaron sacerdotes sanguinem per altaris circuitum. 3. Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecùs: 4. duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. 5. adolebúntque ea super altare in holocaustum, lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris Domino. 6. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorum hostia, siue masculum obtulerit, siue feminam immaculata erũt. 7. Si agnũ obtulerit coram Domino, 8. ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundentque filij Aaron sanguinem eius per circuitum altaris 9 & offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino: adipem & caudam totam. 10. cum renibus & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuersa vitalia, & vtrumque renunculum cum adipe qui est iuxta illa, reticulúmque iecoris cũ renunculis. 11. & adolebit ea sacerdos super altare, in pabulum ignis & oblationis Domini. 12. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eã Domino, 13. ponet manũ suã super caput eius, immolabitque eã in introitu tabernaculi testimonij Et fundent filij Aaron sanguinem eius per altaris circuitum. 14. Tolléntque ex ea in pastum ignis Dominici adipem qui operit vẽtrem, & qui tegit vniuersa vitalia: 15. duos renunculos cũ reticulo quod est super eos iuxta ilia. & aruinã iecoris cum renunculis: 16. adolebitque ea super altare sacerdos, in alimoniã ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps, Domini erit 17. iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

COMMENTARII.

1. *De hostia pacificorũ ex bobus.*

VERS. 1. QVOD SI HOSTIA &c] Quisquis autem intenderit hostiam pro pace, id est, prosperitate, ac incolumitate offerre, siue iam obtenta, siue obtinenda, de armento quidem accipiat seu marem seu fœminam dummodo pecus electum sit integrum, ac perfectum. * Nec enim decet Deo maculatum munus litare.] Aptè autem quod integrum, ac perfectum est immaculati vocabulo exprimitur. * Nulla enim cum macula seu piaculo (vt ad spiritualia referam)

Deo nõ decet litare maculata quæque.

referam)potest integritas aut perfectio cōsistere.]Lxx.pacificam hanc hostiam *hostiam salutarē* appellarunt.Quia scilicet pax non parū attinet ad salutem.* Multi enim ob bellorum dissidia à via excidunt salutari.]* Ediscant Religiosæ communitatis alumni domestica iurgia saluti esse aduersaria.]Vnde Chald hostiā pacificam,*hostiam pro sanctifi. atione* vocitat, quia communitatis sanctitas à pace, seu concordia dependet.* Non potest adesse sanctitas,vbi pax non habitat.]Porro Hebræi pacificorum sacrificium dictum existimant,quod pars Deo,pars sacerdoti,pars obueniret immolanti. * Vbi totum Principes sibi adscribūt,nec pars Deo,pars sacerdoti,pars subdito adiicitur,quomodo potest pax conseruari.]

Bellorū dissidiis multi excidunt à salute.

Domestica iurgia aduersaria saluti.

Vbi pax non est,sāctitas nō adest.

Vbi totū sibi Princeps ad dicit,nō potest conseruari pax.

2. PONETQVE MANVM,&c.]Offerens super caput victimæ manum apponet, vt se victimā è sua manu & potestate in Dei ius transferre profiteatur.At hostia apud altare holocaustorū à sacerdote immolabitur:sanguisq; eius per altaris circuitū à sacerdotibus profūdetur.

3. 4. 5. ET OFFERENT,&c.] Porro sacerdotes de hostia hac pacifica eligent ad offerendum Domino adipem,qui cor,& præcordia,quæ maxime faciunt ad vitam tuendam,& quibus læsis vita amittitur, operit: omnem pinguedinem intrinsecam,duos renes, cum adipe ilia tegente, & reticulum iecoris cum renibus ipsis.Ignis lignis supponetur,vt cuncta hæc in holocaustum fragrantissimum Domino litentur.Hebr.pro renibus כליות *chilioth*, à desiderando: quoniam in iis putant esse concupiscentiam.*Et quidem concupiscentiæ ignis interminabili igne est absumendus. Nihil enim sic carnis nostræ extinguit ardores, quam nunquam extinguendi ignis meditatio.

Concupiscētiæ ardores extinguit inextinguibilis ignis meditatio.

6. SI VERO DE OVIBVS,&c.] At si intendis de ouibus, aut capris (צאן enim & oues, & capras complectitur) pacificam parare oblationem : offer seu masculum,seu fœminam;sed cura quidquid elegeris integrum, ac perfectum esse.

2. *Hostia pacificorū ex ouibus, aut agnis.*

7. 8. SI AGNVM OBTVLERIT,&c.]Porro si agnum eligas *anniculum* (sic Hebr.) ad offerendum Domino,manū super caput victimæ collocabis:in introitu Tabernaculi à sacro ministro cæderur agniculus,& sacerdotes eius sanguinem per circuitum altaris profundent.

9 10. 11. ET OFFERENT,&c.]De huiusmodi ergo pacifica victima Domino sacerdotes adipem,& caudam integram (sic Hebr.)ad oppositum spinæ dorsi ablatam cum renibus & adipe ventrem operiente : cor & præcordia adipem iliorum,reticulumque iecoris cum renunculis offerent. At sacerdos super altare hæc adolebit in ignis pabulum, & Dei oblationem.* Etenim quod pascat ignem perpetuum ; grata Domino oblatio est.]Munus offers Deo gratum,qui lampadi semper coram altari ardenti oleum ministras. Itaque ita auferenda cauda, & eo vsque, vt simul renes oppositi spinæ dorsi auferantur : nam spina dorsi eā parte , quā caudæ coniungitur, renes sustinet. In hostia ergo pacifica ouis,agni, & arietis peculiare erat quod cauda Domino adolebatur : hoc enim non fiebat, si hostia pacifica esset bos,aut capra.

Grata Deo oblatio, lāpadi bus pabulū ministrare.

12. 13. 14. 15. SI CAPRA FVERIT, &c.] Denique si è grege capram elegeris ad pacificam oblationem : in introitu Tabernaculi immolabitur, & Aaronis filij eius cruorē per altaris holocaustorū profundēt circuitum.At in pabulū ignis perpetui adeps ventris,& qui tegit cor,ac præcordia tolletur;duo renes,cum reticulo eorum,quod iuxta ilia adest adiicientur,nec relinquetur arūina iecoris cum renes extrahuntur.

3. *Hostia pacificorum ex capris.*

16. 17. ADOLEBITQVE, &c.] Cuncta hæc sacerdos Domino adolebit super altare in æterni ignis alimoniam, & Deo suauissimum incensum. Nam quod sacro igni pabulum addit, id Domino gratissimum existit. * Quam grata Domino oblatio charitatis ignem in Religiosa communitate fouere !] Hæc sit communis lex, à qua nulla generatio, nulla domus se possit excipere : adipem omnem in sacrificiis Deum sibi adscripsisse. A sanguine & adipe Hebræi abstinebunt. Porro Israelitis prohibitus fuit omnis sāguis nō solū victimarū immolatitius,de quo in præsēti sed etiā quiuis alius.At vetitus erat Hebræis adeps nō qui carni adhæret,& ei immixtus est: sed qui seorsim in intestinis confertus est,& condensatus: id que tantū seruandū erat in carnibus immolatis; nam si domi ad esū animal mactabatur, poterat quis sine legis vllæ prohibitione omnē adipē absumere. Cur autē nō solus sanguis immolatitius,sed & extra sacrificiū cruor omnino prohibetur?Pessimi nutrimēti cibū vetat,eū que sibi offerri mādat.*Vt innuat,posse hominē merita acquirere ex eo,quod ad valetudinē tuēdā renūciat Quare autē solus adeps immolatitius prohibetur?Certè quia adeps aptus admodū est ad cōcipiendū ignem,& comburendū in altari.

Grata Domino oblatio, Charitatis ignē in Religiosa cōmunitate fouere.

Ex eo à quo abstines ad tuendā valetudinē potes merita acquirere.

CAPVT IV.

Quartum sacrificium describitur pro peccato per ignorantiam perpetrato.Pro peccato Pontificis,aut populi vitulus,pro piaculo Principis hircus,pro crimine autem alicuius plebei capra,aut ouis offertur.

1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen, dicens. 2. Loquere filiis Israël Anima , quæ peccauerit per ignorantiam , & de vniuersis mandatis Domini,quæ præcepit vt non fierent,quippiam fecerit: 3. si sacerdos,qui vnctus est: peccauerit, delinquere faciens

linquere faciens. * Trahit enim Præsul subditos delinquendo, ad suæ impietatis imitationem. Quandonam peccat Prælatus, subditis non simul delinquentibus?] Ex Hebr. alij vertunt. *si peccet secundum peccatum populi*, id est, sicut populus peccare solet. * O quam iniquum est, Præsulem populari, aut vulgari ignorantiæ piaculo fœdari, qui legis subditis arbiter assignatur.] Ergo pontifex, qui deliquit, ipsemet vitulum sine macula, seu integrum, & perfectum immolabit Domino: ad introitum Tabernaculi adducet in Dei conspectu, manum super caput eius apponet, se victimam meritū exterminę cædendam profitendo. Confusio enim ex delicto magis Deum placabilem reddit.

Trahit pec. suos Præsul subditos ad delictum.

Quam iniquū sit, Præsulem vulgaris ignorantiæ piaculo fœdari.

Confusio ex delicto Deū magis placabilem reddit.

5. 6. 7. HAVRIAT QVOQVE, &c.] De sanguine vituli immolati Pontifex, qui deliquit assumat aliquid, & in Tabernaculum inferat: & intingens digitum sanguine vituli à se, & pro se immolati septies in conspectu Domini aspergat contra velum quod sanctum sanctorum à sancto diuidit. De eodem autem sanguine apponet vndulam super cornua altaris thymiamatis Domino gratissimi, quod in Tabernaculo erectum erit: * Si vitulus symbolum eiusdem Pontificis delinquentis gerit, sanguisque crimina exprimit: cur super cornua altaris thymiamatis Deo gratissimi, collocantur piaculorum sanguines: qui Domino admodum ingrati existunt? Certè quia sanguis criminis ex animo immissus, & Domino pœnitudinis affectu litatus suauissimum est Numini thymiama.] Reliquum autem cruorem iuxta basim altaris holocausti, quod in introitu Tabernaculi adiacet, profundat.

Peccati sanguis ex animo emissi ex affectu pœnitentiæ suauissimum est Domino thymiama.

8. 9. 10. 11. 12. ET ADIPEM, &c.] Porro pro peccato offerendum auferat adipem, qui præcordia cuncta operit, renes, & reticulum eorum, quod iuxta ilia adest, adipemque iecoris, ac renum, quemadmodum ex victima pacifica assolet abstrahi: & super altare holocausti adolebit. Attamen pellem, carnes, caput, pedes, intestina, ac fimum corpusque reliquum extra castra adducet in locum illum mundum, vbi cineres solent effundi. Certè cineres victimarum primò in atrio iuxta altare holocaustorum effundebantur, indeque ad locum aliquem mundum exportabantur extra castra. Si autem tot inibi cineres soliti congregari, cur locus mundus appellatur? An quia reliquiæ erant sacrificij? * Cuncta munda quæcumque aliquem ad sacrificium habent respectum. * Siue aptius dixeris, nullas adesse sordes vbi cinerea colliguntur Mortis enim memoria animum à sordibus assolet expurgare.] Quorsum extra castra omnia illa efferuntur? Ceremonia hæc tacita erat oratio, qua Pontifex rogabat Deum, vt crimen Pontificis, seu peccato illi debitæ pœnæ ipsum populum non afficerent, sed cum ipsa victima extrà castra efferrentur, cremarentur, abolerentur. * Piacula enim Præsulis exitialia sunt populo, Deo grauissimè subditos ob Præsulum iniquitatem punient.] Constitutis ergo vituli reliquis apud locum cinerum profusorum, ibi super lignorum struem incendentur, ac cremabuntur. Cur sacerdotibus

Vbi respectus aliquis ad sacrificiū adest, nihil apparet sordidum.

Conscientiā à sordibus repurgat mortis memoria.

Peccata Præsulum exitialia populo: subditos enim Deus punit ob Præsulis iniquitatem.

carnes vituli pro peccato non reseruantur, sicut victimæ pacificæ reliquis? * Non vult Deus ex peccati respectu aliquid temporarium peccatori relinqui. Cuncta enim temporaria ob crimina percipit emolumenta.]

Nullum temporarium emolumētū è crimine peccatori relinquitur.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. QVOD SI OMNIS, &c.] Si totus populus, aut maxima eius pars deliquerit per culpabilem ignorantiam gerens contra Domini præscriptionem: postmodum autem superueniente vberiori aduertentia, piaculum suum dignouerit: vitulum sciat pro peccato offerendum. Vnde ad Tabernaculi ostium adducet, & super caput eius populis seniores manus imponent. Si dum offerens in præfatis victimis manus supra caput hostiæ imponebat, se ostentabat victimam immolandam: cur in victima pro peccato totius populi seniores manus imponunt super caput vituli, non ipse offerens? Vndenam se reus victimamque offerendam agnoscunt? * Profectò primores, ac seniores videntes populum deliquisse se illius criminis reos profitentur; plerumque enim ex Præsulum desidia nascuntur subditorum piacula duceret exortum.] Itaque vitulo in conspectu Domini à Sacerdote occiso, summus sacerdos de eius cruore particulam in Tabernaculum inferet, & tincto digito septies ante velum diuidens Sanctum Sanctorum à sancto, asperget eodemque sanguine cornua altaris thymiamatis inunget: reliquum autem cruorem iuxta basim altaris holocaustorum, quod iuxtà ostium Tabernaculi adest, profundet. Omnem præterea vituli adipem assumet super hoc altari adolendum. Cuncta circa huius vituli membra geret, quæ circa vitulum pro Pontificis piaculo gesserat. Mirabar planè eandem præscriptam fuisse hostiam in peccato Pontificis, & in peccato populi, nempe vitulum, eandemque vetiti que immolandi ritum extitisse, nisi quod in peccato populi non Pontifex, sed seniores populi pro toto populo manus hostiæ (vti expressimus) imponebant hostiæ capiti. * At cum video, causam populi ac Pontificis adeò esse coniunctam, vt crimen populi desidiam arguat in Pontifice: crimen Pontificis subditos innuat ex prauo exemplo delinquentes: iam non miror, simili oblata hostia expiari.] Porrò Pontifice pro eis rogante, Deus placatus hoc sacrificio populo non inferet in præsenti vita pœnam, quam alioqui inflixisset. Nam quo ad culpam & pœnam vitæ alterius hæc sacrificio non tollebatur, aut Pontificis precessed contritione eorum, qui deliquerant: cuius contritionis signum erat hoc sacrificium, quod pro peccato offerebant. * Veræ pœnitudinis vim apud Dominum contemplare, si solum eius externa expressio vacua quidem aspicitur, ad temporaria supplicia remittenda.] Denique vitulum ipsum extra castra efferendum, vt comburatur totus nec cedat in alicuius vtilitatem; quia est victima pro peccato multitudinis. * Vt innuatur Sacerdotibus; nullum emolumentum curandum esse ab eis ex peccatorum reductione: gratis dedant, quod gratis acceperę, nec Confessionis, aut Communionis ministerium venale efficiant.

3. Peccantis populi sacrificium.

E primorum desidia plerumque populi crimina exoriuntur.

Delinquente Pontifice, arguitur delicti Dei ille populum: ideo & similis oblata hostia expiantur.

Vel pœnitētiæ signum vacuum efficit Deū benignissimum supplicium temporale remittere.

Sacerdotes nullū emolumentum debent ex administratione Sacrāmentorum accipere.

22. 23. 24. 25. 26. SI PECCAVERIT, &c.]

4. *Sacrificiũ Principis delinquentis.*

Princeps Hebr. *נשיא nasi*, id est *eleuatus.* Si peccauerit dux, caput, aut qui primus est in familia, aut dignitate inter suos eminet, per ignorantiam gerens aliquid, quod Domini est lege prohibitum: postmodum autem suum dignouit errorem hircum nouellum, seu hædum adhuc matrem sequentem integrum, ac perfectum offeret. Supra caput victimæ manum apponet. Postquam autem sacerdos pecudem immolauerit eo in loco vbi holocaustum assolet mactari, quia hostia est pro peccato: sacerdos digitum eius intinget in cruore, cornua altaris holocaustorum inunget, reliquum sanguinem ad basim profundendo. Supra altare autem adipem adolebit, quemadmodum in pacifica victima fieri imperatur. Sacerdote autem pro peccato offerentis Primoris deprecante, à Domino dimittetur. * Commendat Deus orationis vim, sine qua non vult sacrificium offerenti proficere.

Sine oratione nec sacrificia proficiunt.

27.28.29.30.31. QVOD SI PECCAVERIT, &c.] Profectò si per ignorantiam homo plebeius, vulgaris, aut gregarius deliquerit gerens aliquid, quod diuina lege interdicitur, vbi errorem dignouerit, & voluerit à piaculo expiari: capram integram, ac perfectam offeret: manum super caput victimæ pro peccato apponet, se peccatorem proferens diluendum, & sacerdos eam in holocausti loco immolabit; de sanguine autem eius particulam digito assumet, vt inungat altaris holocaustorum cornua, reliquumque ad basim cruorem profundet. Totum adipem extrahat à cadauere, sicut in victima pacifica imperatum est fieri, & supra arulam adolebit, Domino fragrantissimum immittens holocaustum. Pro delinquente plebeio exorabit sacerdos, & à piaculo liberabitur.

5. *Plebeiorũ delinquentium expiatio.*

32.33.34. SIN AVTEM, &c.] Si denique libuerit plebeio delinquenti per ignorantiam, & agnoscenti errorem suum, se expiare assumendo de pecoribus non capram, sed ouẽ integram, ac perfectam: super caput eius manum apponet, & sacerdotis ministerio immolabit iuxta altare, vbi assolẽt cædi holocausta. Assumetq; sacerdos de ouis cruore digito suo, & inungens altaris holocausti cornua, reliquo sanguine basim rubricabit. Adeps omnis extrahendus, vti de victima pacifica monitum, & super altari immolandus vt sit incensus, & crematus in Domini obsequium. Exorabit sacerdos pro offerentis delicto, & à Domino dimittetur. Sæpe admonet Dominus adipem extrahendum, ac succendendum sicut in hostia pacificorum. O quam apte! *Et quomodo in odorem suauitatis Domino litaretur incensum illud, si aliquem ad pacem respectum non exprimeret?] * O quam Deo inuisæ orationes, laudes, sacrificia eorum, qui exterius in choro colligati, animo dissident.

Placent Deo hostiæ ex respectu ad pacem.

Deo inuisa eorum oratio, qui exterius in choro colligati, animo dissidẽt.

CAPVT V.

Quanam ratione peccata aliena, aliaque seu ex errore, seu ex ignorantia commissa debeant expiari.

1. SI peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. 2. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit: 3. & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto. 4. Anima, quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret vel benè, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, 5. agat pœnitentiam pro peccato, 6. & offerat de gregibus agnam siue capram, orabítque pro ea sacerdos & pro peccato eius: 7. sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. 8. dabitque eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo hæreat, & non penitus abrumpatur. 9. Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quidquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. 10. Alterum verò adolebit in holocaustum, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. 11. Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: 12. tradétque eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare, in monimentum eius qui obtulerit, 13. rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere. 14. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 15. Anima, si præuaricans ceremonias, per errorem, in his quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus,

qui

qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus Sanctuarij: 16. ipsumque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. 17. Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, 18. offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationémque peccati: qui orabit pro eo quia nesciens fecerit: & dimittetur ei, 19. quia per errorem deliquit in Dominum.

COMMENTARII.

1. *Qui testis fit, se audisse iurantem, quomodo expiandus?*

VERS. 1. SI PECCAVERIT ANIMA, &c.] Si quis aut Pontifex, aut Princeps, aut vulgaris audierit aliquem aliquid iuriurando confirmantem, citatúsque in iudicio, vt aperiat id quod vidit, aut cognouit: si non aperuerit, portabit iniquitatem suam hoc est pœnam iniquitatis, quam illi Deus infliget. * Et quidem aptè iniquitatis pœna vocitatur iniquitas, quia nulla pœna horribilis potest cum ipso crimine comparari.] Poterit autem hoc crimen expiari sacrificio, quod n. 6. præscribitur: sanctio enim illa ad omnes casus præcedentes est referenda. Verùm Deo per hoc sacrificium satisfiebat, proximo tamen, si læsus esset, damnum omne sarciendum. * Non sufficit tibi post Confessionem Deum putare placatum, si proximo ablatam famam, aut opes non restituis. Deus enim tunc solummodò placabitur, cùm proximo resarcitur iniuria.]

Peccatū est horribilis pœna peccati.

Deus non vere placatur tua confessione, nisi proximo illata resarciatur iniuria.

2. *Qui tangit immunda à lege prohibitas.*

2. ANIMA, QVÆ TETIGERIT, &c.] Si quis aliquid immundum contra legem (latam Leu. 11. 43.) tetigerit, seu quod à bestia fuerit occisum, siue quod per se mortuū, aut reptilia quælibet ex lege quidem immunda: & oblitus immunditiæ contractæ, consequenter eam tollere per sacrificium à lege institutum neglexerit; immundus aderit, & pollutus, quia contra legem (Leu. 11.) quæ vetat tangi immundum, egit; & delicto se contaminauit, quia immunditiam per lustrationē lege præscriptam non abluit.* Quasi vitio nouo tribuendum peccatori, diu in crimine persistere, nec illud Sacramentorum lustratione expiare *Rea est, & deliquit.* Reā quidē ex admisso piaculo; deliquit autem, quia neglexit abluere fontibus Sacramentorū profluentibus.] * Edisce à prauis fugere sociis, si immundæ rei contactus homines potest reddere immundos.]

Vitio videtur nouo dāndū, si diu in crimine persistas, dum profluunt lustrationis Sacramentales fontes.

Fuge à prauis sociis, si immundæ rei cōtactus reddit immundos.

4. ET SI TETIGERIT, &c.] Si quis tetigerit aliquid de illis omnibus, in quibus homines ex lege Mosis pollui assolent: oblitúsque, postea dignouerit: vt culpæ reus est, ita & pœnæ. Vndè ad præscriptum infra sacrificium tenebitur. * Belle quidem immunditia hominis appellatur earum rerum, quæ tangi non possunt, immunditia; quia contactus communicatio illa hominem reddit similem ex contagio.] * Facilius enim improbum socium, quam probum æmularis.]

Similis redderis ex praui socij colligatione.

Facilius improbū, quam probū sociū æmularis.

4. 5. 6. ANIMA QVÆ IVRAVERIT, &c.] Si quis iurauerit se aliquod malum pœnæ alteri irrogaturum: vt aliquando parentes aut heri faciunt, qui se filios castigaturos iurant: aut bonum se promittit aliquod facturum iuramento obfirmando; obliuioni autem committens piaculum, postea cognouerit se non impleuisse iuramentum, aut impleuisse quidem inique; conteratur de crimine, alioqui parum ei proderit sacrificium. Porrò hoc in aliis sacrificiis pro peccato intelligendum est etiam, & si non exprimatur. * At specialem contritionem memorat, dum de iuramento agit; quia piacula contrà iuramenti religionem perpetrata grauissima prorsus, & specialissima pœnitudine diluenda.] sacrificium autem sequetur contritionem, de gregibus enim eliget, & offeret agnam, siuè capram quicumque fuerit præfatis piaculis maculatus: orantéque sacerdote pro offerente peccatore expiatur. Si contritus sit delinquens, si sacrificium offert: cur indicitur & sacerdotis deprecatio? * Quia qui precibus delectatur nostris, nullam prætermittit occasionem, qua possit huiusmodi voluptate satiari.]

5. De iurante promissorie, aut execratorie.

Peccata cōtra iuramēti religionem commissa grauissima plane specialissimaque pœnitudine diluenda.

Deus nostris precibus profusis delectatur.

7. 8. SIN AVTEM NON POTERIT, &c.] Attamen si delinquens adeò inops fuerit, vt pecus non possit offerre, duos turtures, aut duos columbarum pullos litabit Domino: vnum quidem pullum pro crimine, alterum autem in holocaustum, hoc cremabatur, illud totum Sacerdoti cedebat, nihil Deo, vti in aliis sacrificiis pro peccato fiebat. Profectò pulli turturis, aut columbæ sacerdoti tradentur, qui offerens primum pro crimine offerentis, caput eius ex aduersùm colli retorquebit ita vt collo hæreat, nec penitus abrumpatur. * Primùm pro peccato munus offertur, vt posteà holocaustum Numini placeat. Nec enim sacrificium acceptabile est Deo, si offerentis conscientia sit maculata.]

Sacrificiū à maculata conscientia haud Deo gratum.

9. ET ASPERGET DE SANGVINE, &c.] Sanguine turturis parietem, seu latus altaris respergat, reliquumque cruorem efficiet ad basim profluere, quia pro peccato paratur oblatio. * Non exigua sanguinis vndula putes obruēda crimina grauissima: profluat sanguis; profluuio enim sāguinis oportet sāguinum, seu criminum profluuium obrui.] Num tis leni pœnitentia grauissima crimina expiari.]

Profluuio sāguinis sanguinum profluuium obruitur.

Leni pœnitentia grauia non expiantur crimina.

10. ALTERVM VERÒ ADOLEBIT, &c.] Alter turturis pullus in holocaustum de more succendatur. Preces profundat pro offerente Sacerdos, & eius piaculum expiatur. Hinc collige quam diligenter requirendus sit sacerdos probus, vt pro peccato suo vtiliter valeat exorare. Cum enim extrà Missæ sacrificium precatur, si iustitia non pollet, inutiliter preces profundit.]

11. Quod

11. QVOD SI NON, &c.] Porrò si aliquia casus tulerit, ee ad maoum non habere turtu-tum, aut columbarum pullos: pro peccaro vnú similæ gomor offeres. * Non vult sacrificium pro peccaro differri, qui non iubet opportunitatem volucrum expectari; sed ad similam faciliorem inuentu accurrit.] Oleum ad subigendam farinam oon immittatur, nec thuris granulum apponetur: quia pro crimine munus. * Certè si oleum exhilarat faciem hominis: thus Deum omnem lætitiam abesse vult, cum pro peccaro sacrificatur.] Aptè quidem oleum hominia lætitiæ abnegatur: Dei autem lætitiæ cur thus non reponitur? * Quia ipsa oblatio pro crimine, homine pœnitente, thus est diuinæ exultationis documentum. Lætitia enim est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.] Siue dixerim, ab oblatione pro peccato ideo oleum ablegari, quia peccator lætitia expers.]

Non vult Deus sacrificiú pro peccato differri.

Pœnitétiam gerés tristitiã præferat, ut cordis dolo ré manifestet.

Pœnitentia nostrá Deum exhilarat.

Peccator lætis expers.

12. TRADETQVE EAM, &c.] Tradatur Sacerdoti simila, qui pl[illegible] ex ea pugillum assumet, & [illegible] incendet, vt Deus eius qui obtulerit, recordetur, & propitium se gerat pœnitenti, qui prece Sacerdotali penitus expiabitur. At reliqua pars similæ pro peccato oblatæ ipse Sacerdos litans habebit quasi munus, quo scilicet Deus vult pro labore, ac ministerio Tabernaculi remunerari. * Non quidem probanda eorum Sacc[illegible]otum auaritia, qui nihil volunt nisi ex mercede proximo impendere sacrum, sed improbanda eorom inurbanitas, qui post accurata, ac laboriosa ministeria, nec gratitudinis accurrunt ad verba, cum omnino munerum recedunt à manibua.]

Taxo eorum inurbanitaté qui post ministeria laboriosa, nec verbis saltem se gratos sacerdoti ostétát.

4. *De ceremoniarũ violatore.*

14. 15. 16. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Dominus Mosi profatur vlterius: Homo qui per errorem violarit cæremonias circa ea, quæ Domino sunt sanctificata: v. g. si laicus comedat de carnibus Deo immolatis: (de quo cap. 22.) arietem integrum, & perfectum cuius pretium minimum sit duorum siclorum ex poodere Sanctuarij recto offeret. Deo restituet damnum, quod intulit cæremoniæ violatione, & quintam partem addet supra: vt hæc quinta pars superaddita sit in compensationem iniuriæ, quam præter damnum Domino, eiusque sacris irrogauit. Porrò hæc restitutio fiebat in pecunia, & Sacerdotibus cedebat. At Sacerdos pro offerente, ac restituente rogabit arietem dum offert, & iniquitas delinquenti dimittetur. Primum fit restitutio damni, & iniuriæ, quam piaculum dimittatur à Domino, quia non absoluitur peccator à crimine, nisi ablatum restituatur.]

Non ignoscit Deus crimini nisi ablatum restituatur.

17. 18. 19. ANIMA SI PECCAVERIT, &c.] Si quia autem peccauerit per ignorantiam, omittendo scilicet in sacris cæremoniam aliquam nulli damnosam: & rena delicti iniquitatem agnouerit. * Vt enim quis dignoscere valeat iniquitatem, sufficit esse delicti reus. Ipsú enim peccati pondus, ipsa molestia, ipsa tristitia supergrauat præcordia hominis, vt faciat eum in criminis venire cognitionem.] Hic ergo offeret Sacerdoti arietem integrum, atque perfectum iuxta peccati ipsius grauitatem, pro maiori enim crimine meliorem, & pretiosiorem offeret arietem: pro minori verò minorem, & pretij vilioris. * Monentur hinc Confessarij, grauiorem pœnitentiam delicto grauiori esse imponendam.] * Pœnitentes autem, ei, qui grauissimè sæpè deliquere, pro mensura, seu æstimatione delicti pœnalia, siue satisfactoria opera esse gerenda.] Profectò Sacerdos pro offerente peccatore orabit, dicens: Parce Domine huic, qui deliquit in adhibendis à te præscriptis cæremoniis; quia nesciens id gessit. Quid si aduertenter plenariè fecisset. * Proh nefas? * Audiant Sacerdores, qui Missæ dicendæ tam negligenter assolent operam dare, vt necessariò circa multas cæremonias à Deo præscriptas, se reos exponant.]

Ex ipsa molestia, ac mœrore peccati, dignoscimus nos esse reos.

Pro grauitate delicti, imponenda est à confessario pœnitétia.

Pro æstimatione piaculi gerenda sunt opera pœnalia à pœnitente.

Taxãtur Sacerdotes tam festinanter Missam offerentes, vt cæremonias nó impleant.

CAPVT VI.

Quæ hostia offerenda pro peccato iniuriæ in proximum eluendo. Quo ritu iuge holocaustum Mincha, hostia in consecratione Sacerdotis offerenda.

1. LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit. 3. siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, 4. conuicta delicti, reddet 5. omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. 6. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem mensurámque delicti: 7. qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit 8. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 9. Præcipe Aaron & filijs eius: Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque manè: ignis ex eodem altari erit. 10. Vestietur tunica Sacerdos, & feminalibus lineis: tollétque cineres quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, 11. spoliabi-

tur

11. spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. 12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna manè per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum. 13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. 14. Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram Domino, & coram altari. 15. Tollet sacerdos pugillum similæ (quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suauissimi Domino: 16. reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco Sancto Atrij tabernaculi. 17. Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. 18. Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. 19. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 20. Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius manè, & medium eius vespere: 21. quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam, in odorem suauissimum Domino, 22. sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. 23. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. 24. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: 25. Loquere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est. 26. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. 27. Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. 28. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur, quòd si vas æneum fuerit, defricabitur. & lauabitur aqua. 29. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum sanctorum est. 30. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igne.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. LOCVTVS EST DOMINVS &c.] Dominus Moysi, Homo; qui deliquerit negans depositum, contempto quidem Domino, quem nihil latet, & qui delictorum est vindex. * Certo quasi Deum contemnit quasi violando fidem Deitatis, qui fidei suæ creditum depositum abnegare non veretur. Quis enim rem tam detestabilem gerer, nisi qui Deum piaculi tanti non credit vltorem?] Qui vi addita aliquid à proximo extorserit, aut per calumniam, & fraudem aliquem læserit. Qui rem perditam inuenerit, & piaculo iniustæ retentionis addiderit periurium asserens iuramento se non inuenisse: Qui aliquid aliud fecerit, quod alteri damnosum est, & noxium, qualia sunt enumeratis criminibus similia: vbi iudicio sacerdotis, cum detegit, constiterit esse delictum: reddet omnia, quæ fraudulenter retinere curauit, & quintam insuper partem in damni, quod ex absentia rei suæ interim dominus passus est, compensationem. * Quid ad hæc debitores, qui post moras diuturnas vix sine vlla compensatione reddunt ablatum, aut iniustè retentum? An satisfacient debito? Discant vel à Zachæo publicano, qui si aliquem defraudauit, *quadruplum* reddebat.

1. Negãs depositũ, retinẽs rẽ inuẽtã.

Qui negat depositũ sibi creditũ, non credit Deũ adesse delictorũ vltorẽ.

Non satisfaciũt debito, qui post diuturnã retẽtionẽ sine dãni satisfactionẽ reddũt solum ablata.

6. 7. PRO PECCATO, &c.] Qui ergò propter peccatum ex ignorantia capram est oblaturus, pro crimine scienter admisso, quod grauius est, arietem qui maioris pretij est, offeret. * Quia grauius delictum maiorem exigit satisfactionem. (Quæ quidem in maiori oblati arietis pretio reponitur.] * An paruus ille excessus arietis precij maiorem exprimit offerentis satisfactionem? Certè cũ difficile homines dant pecunias, vt paruus ille excessus pretij sit non mediocris satisfactio.] * Discant Confessarij, pecuniariam ad eleemosynas satisfactionem imponere: vt difficultas implédi delinquentem reddat cautiorem. Sacerdos ergo accipiens arietẽ pro offerente rogabit, & vnumquodq. quod gesserit delictum, ei à Domino dimittetur.

Grauius delictũ maiorẽ exigit satisfactionẽ.

Hominũ auaritia ægre pecunias exhibet.

A cõfessario pro satisfactione imposita pœnitẽti obligatio gerẽdi eleemosynã, vt cautior reddatur.

8. 9. 10. 11. LOCVTVS QVE, &c.]En autem holocausti iugis ritum. Iussit Deus, duos quotidie sibi agnos offerri, alterum mane, alterum vespere, de quo Num. 28. 3. Locutus itaque Mosi Dominus, ei iussit, Aaroni, ac filiis eius iugis sacrificij leges indicere. Tota nocte cremabitur, partibus animantis successiuè aræ à sacerdote impositis qui tota nocte in hoc intentus ministerium peruigil excubabit. * Vt dum sine intermissione tota nocte

2. Lex Iugis sacrificij.

homines

solis potest esse particeps, qui Deitate fulget. Abstinent ergo à typo Eucharistiæ Sacerdotes illi, qui non habebant, vnde in Deum possent specialissima similitudine conuerti. Ac nostri sacerdotes, ac fideles possunt Eucharistiam edere, quia edentes in Deum simul conuertuntur, fante Domino: *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in illo.*

... potest ... digre... ... pere, & in Deum nō conuerti.

24.25.26. LOCVTVS EST AVTEM, &c.] Deus autem Mosi profatur: Aaroni, ac filiis eius huiusmodi ritum hostiæ pro peccato indices: Apud locum, vbi holocaustum offerendum est, debet immolari in conspectu Domini in Propitiatorio commorantis, Res quidem valde Sancta erit. Ad solum vero Sacerdotem offerentem pertinebit, ab eoque, & eius filiis masculis comedenda. Poterat quidem offerens sacerdos alios sacerdotes, eorumque filios masculos ad eius esum aduocare: de quo proximo n.29.

6. *Ritus Hostiæ pro peccato.*

27.28. QVIDQVID TETIGERIT, &c.] Si tangere quis intenderit victimæ pro peccato carnes, debet prius sanctificari, ac purificari. Si victimæ sanguine vestis aspersa fuerit, in atrio Tabernaculi diluetur, vt loca sic, ad profanos vsus redire, & à profanis induit vacat hominibus. At vas fictile, in quo hostia pro peccato cocta fuerit, confringatur; quia fictile vas porosum cum sit, humorem aliquem sanctificatarum carnium imbibit, qui elui facilè non potest. Si autem æneum fuerit vas, defricari & aquâ lauari sufficiet. * Hinc vasa lutea portantes ediscant, quam difficile à noxio percepto expediantur humore.

Difficile lutea vasa portantes, à noxio percepto expediuntur humore.

29.30. OMNIS MASCVLVS, &c.] Ergo hostia pro peccato à solis masculis, itáque sacerdotibus, aut eorum filiis comedi poterit, * quia valde Sanctus cibus vade Sanctum conuiuam requirit.] * Quod si pro peccato victima ipsum exprimit peccatorem, apte solis sacerdotibus eiusque generi cedit in cibum; quia sacerdotum dulce pabulum peccatores.] Hostia enim pro peccato pontificis, & totius populi, cuius sanguis in Tabernaculum testimonij est inferendus ad offerentium expiationem, tota cremanda est extra castra, vnde minimè comedenda.

Sanctus cibus sanctum requirit conuiuam.

Sacerdotum dulce pabulum peccatores.

CAPVT VII.

Hostiæ pro delicto, & hostiæ pacificæ ritus indicitur. Adipis esus prohibetur, omnisque sanguinis. Ex hostia pacifica pectusculum, & armus dexter sacerdoti sacrificanti adscribitur.

1 HÆc quoque lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est: 2. Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur. 3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia: 4. Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulúmque iecoris cum renunculis. 5. & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto. 6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est. 7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. 8. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. 9. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur: 10. siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. 11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino. 12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam, & collyridas olei admistione conspersas: 13. panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: 14. ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. 15. cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam vsque mane. 16. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. 17. quidquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. 18. si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. 19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit mundus, vescetur ex ea. 20 Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. 21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. 22. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 23. Loquere filiis Israël: Adipem ouis, & bouis, & capræ, non comedetis. 24. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod

à bestia captum est, habetis in varios vsus. 25. Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo. 26. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus quam de pecoribus. 27. Omnis anima, quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. 28. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 29. Loquere filiis Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius. 30. tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum: cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, 31. qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius. 32. armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. 33. Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. 34. Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua ab omni populo Israel. 35. Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in ceremoniis Domini, die qua obtulit eos Moyses vt sacerdotio fungerentur, 36. & quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis. 37. Ista est lex holocausti, & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis: 38. quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filijs vt Israel offerent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

COMMENTARII.

1\.
Vbi immolatur holocaustũ, mactatur hostia pro delicto.

VERS. 1. 2. HÆC QVOQVE LEX, &c. Delictum & peccatum pro eodem communiter accipitur. At cum distinguuntur aliquando, peccatum est illud, quod scienter committitur: delictum vero, quod ignoranter geritur per imprudentiam, obliuionem, seu ignorantiam maxime iuris, vt fit, cum quis legem ignorat, vel eius est oblitus. Hostiæ itaque pro delicto acciperitum. Hostia hæc sanctissima est: ideo vbi holocaustum immolabitur, pro delicto mactabitur hostia; vt sanctificet offerenté, adeoque possit puro spiritu holocausto offerendo operam dare. * Immundarum enim manuum oblatio ingrata est conditori.] Victimæ pro delicto cruor per gyrum profundetur altaris.

Oblatio immundæ manus haud grata Cõditori.

3\. 4. 5. OFFERENT EX, &c.] Ea ex victima cauda, & adeps, qui cor, præcordiaque operit, cum duobus renunculis pinguedine, quæ iuxta ilia adest reniumque ac iecoris reticulo offeretur. Cuncta hæc sacerdos super altare adolebit, vt pro delicto offerentis incendantur.

6\. 7. 8. OMNIS MASCVLVS, &c.] De genere sacerdotali omnis masculus solum poterit hisce carnibus vesci in atrio Tabernaculi, quia sanctissimæ sunt, eo quod Domino fuerint litatæ. Profecto idé ritus seruabitur in sacrificio pro peccato, ac pro delicto: vnde ad sacerdotem qui obtulerit, pertinebit. At ex holocausti victima, qui eam obtulerit sacerdos, pelle fruetur solùm, quia ex holocausto, quod totum Deo comburitur, nihil aliud est reliquum. Cur non etiam concrematur & pellis? * Ne ministerijũ gerat sacerdos, è quo ei non resultet vtilitas. Vt innuatur, acceptabile ex eleemosyna Deo offerri holocaustum.]

Acceptabile Deo ex eleemosyna holocaustum.

10\. SIVE OLEO CONSPERSA, &c.] Profecto si simila cocta, aut panes omnes cedent offerenti sacerdoti, simila non cocta cunctis sacerdotibus erit æqualiter diuidenda, siue fuerit oleo subacta, siuè arida sine liquoris admixtione offeratur. * Nec enim decet, omniũ humeros onere ministerij grauari, & vnius aut alterius manus plenas spoliis apparere, reliquis vacuis recedentibus.

Omnibus sacerdotibus laborantibus vtilitas cedit non vni aut alteri.

11\. 12. 13. 14. HÆC EST LEX, &c.] Ritum autem hostiæ pacificorum offerendæ Domino accipe. Si hostia hæc pacifica pro actione gratiarum præparetur: offerendi panes sinè fermento oleo subacti, lagana azima inuncta oleo (*ò lucias*) cocta simila, collyridæ scilicet (particula enim *&* sumitur pro *id est.*) frixæ in sartagine (sic Hebr.) siue crustulæ. Addentur & fermentati panes hostiæ gratiarum, quæ pro pacificis offertur, non vt ex his aliquid altari inferatur, (hoc vetitum cap. 2. 11.) sed vt hi sacerdotibus offerantur, quasi donaria, vti vesci his possint. Porro ex his panibus fermentatis vnus Domino offeratur primitiarum loco, vt scilicet cedat non Deo in sacrificium: sed mactanti victimam, sacerdori Dei vices gerenti in cibum. Certe reliqui panes per hunc primum etiam Domino censebantur oblati. * Si enim operum tuorum primum, id est, matutinam orationem Domino lites: per hoc primum opus reliquæ diei actiones oblatæ etiam Domino censebuntur.

2\.
Hostia pro gratiarum actione.

Si primu diei opus, scil orationẽ Deo lites, cũctæ aliæ actiones ei dicatæ censentur.

15\. CVIVS CARNES EADEM, &c.] Si porro oblatæ victimæ carnes eadem die edendæ, nec aliqua ad sequentis diei diluculum reliquia remanebit. Ne quid sacri cibi corrumpatur, & putrescat: vilescatque victimarum religio. * Nihil enim sic facit vilescere hominũ oculis oblatorũ Domino religionẽ, quã socium videré, qui victima Deo fuerat oblata, suo in stercore computrescere seu luxuriei affectione infectione.

Facit vilescere religionẽ, videre socium Dei victimam, suo in stercore cõputrescere.

16\. 17. 18. SI VOTO, &c.] Victima ex voto vel spontanee oblata die eadẽ erit edenda. Porro oblata ex voto edi poterat die sequenti, non autẽ quæ oblata erat in gratiarum actionem. Quare precor? Crediderim, quia victima

3\.
Hostia ex voto, aut spontanea eodẽ die comeditur.

gratiarum

gratiarum actionis dignior erat, quia ex animo grato, hilari, pio & in Dei profuso laudes prorumpebat: illa verò ex vovi necessitate & spe impetrandi aliquid à Domino ducebat exortum. * Et quidem gratius Deo, ac præstantius munus, quod sine spe retributionis offertur.] * Quidquid autem gratiarum præseferat actionem Numini admodum est acceptabile.] Si quid itaque in crastinum remanserit diem, licitè potest edi: quidquid autem tertio die non absumptum exponetur, ab igne absumatur. Si autem aliquis ausus fuerit ab igne tollere quod ad eum pertinet, & die tertio comederit de reliquis pacificorum carnibus erit irrita oblatio nec offerenti proderit. Per posteriorem enim legis huius præuaricationem, qua reseruat carnes in diem tertium, perdet gratiam, quam priore sacrificio, & hostia pacifica apud me promeruit.

Gratū Deo munus, quod sine spe retributionis offertur.
Quidquid gratiarum actioné præ se fert, Deo acceptabile admodū est.

18. CARO, QVÆ ALIQVID TETIGERIT, &c.] Caro Deo oblata, quæ post immolationem aliquo modo fuerit polluta, non comedetur, sed comburetur. Dixit, *Caro Deo oblata*, alias enim carne non sacra licebat vesci, etiam si quid immundum tetigisset. Dixi, *post immolationem*; nam si ante eam, cum deferretur ad altare, polluta fuisset, non licebat quidem eam offerre, poterat tamen ipsa in quosuis vsus conuerti profanos. * Profectò quod Deo dicatum semel, ad secularem rursum immunditiam recurrit; ad nihilum valet vltra, nisi vt ab hominibus conculcetur. * Vidi viros egregios [Deo dicatos ad sæcul[um] immundo contactu recurrere: qui quidem [ade]ò inutiles ostentantur ad ea ipsa, quibus exc[e]llere videbantur: solùm vtiles æternæ flammæ pascendæ iam exponuntur: *sed comburetur igni.* Profectò si quis fuerit mundus ex hostia pacifica vescetur. Omnes ad esū admittuntur etiam si sacerdotes non fuerint, modo mundi accedant.

4. Caro, quæ aliquid tāgit immūdum, comburenda, qui autem pollutus comedit de carnibus hostiæ, perit.
Quod Deo semel oblatū, tāgit immundam quid, ad nihilum valet vltra.
Viri egregij in Religione recurrentes ad sæculum nulli ministerio apti ostentantur, nisi flammę æternę pascendæ.

2[0]. ANIMA POLLVTA, QVÆ EDERIT, &c.] Homo verò pollutus, qui de pacificæ victimæ carnibus oblatæ Domino fuerit edere ausus, Deo vltore mortem incurret; vel in hac vita præsentem, vel in futura æternam. * Hinc collige, cuinam iudicio sit addicendus, qui Eucharisticum agnum, aut vitulum indigne manducauerit.]

Quam horribili iudicio sit dignus, qui Eucharisticam hostiam indigne manducat.

21. ET QVÆ TETIGERIT, &c.] Homo tam pollutus in se, quam si quid pollutum, fæces scilicet siue stercora tetigerit, ab esu pacificorum arceatur, sub capitalis pœnæ indictione.

22. 23. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus Mosi profatur vlterius: Hæc Hebræis indices: Ouis, bouis, ac capræ adeps à vobis non edetur; quia hæc tria sunt, quæ Domino immolantur. Vnde eorum adipem mihi deposco, etiamsi hæc domi mactentur ad esum. Adipem verò aliorum animalium mundorum, sed ad sacrificium minime deputatorum comedere poteritis. Vel speciē totam eorum indiuiduorum, quæ Domino consecrantur, debes reuereri. Mactatur ouis, bos, capra: adeps cunctorum huius speciei animantium tibi sit venerabilis. * Tota Religio commendanda est, ob vnum Martyrem, seu Confessorem Deo litatum; qui ex genere seu specie Diuorum.

5. Non comeditur adeps bouis, ouis, & capræ, nec morticinorum animā[lium].
Tota Religio commēdanda ob vnum Diuū Deo litatum.

24. ADIPEM CADAVERIS, &c.] Cadaueris sponte mortui adeps vobis non cedet in cibum, nec vescimini carnibus animantis à fera occisi. Licet autem comedere non poteritis, ad alios vsus adhibere non veto. In lucernas liquefacite, aut medicamini aptate, aut præparandis coriis insumite, &c.

25. SI QVIS ADIPEM, &c.] Qui ergo ausus fuerit vesci adipe ouis, bouis, aut capræ, (quæ sola ex quadrupedibus poterunt offerri) incendendo quidem, vel qui potest incendi Domino, capitali pœnæ addicendus.

26. 27 SANGVINEM QVOQVE OMNEM, &c. Tam de pecoribus quam de volucribus cruor in cibum vobis minimè cedet. Omnis homo, qui à cruore non abstinuerit, morti est addicendus.

28 29. 30. 31. 32. LOCVTVSQVE EST, &c.] Adhuc Dominus Mosi: Hæc Filiis Israël profare. Qui victimas pacificorum Domino obtulerit, simul offerat libamen ex simila: vt ita Deo plenum ex carne & pane conuiuium exhibeat. * Quod enim sacerdoti edendum apponitur, velum Dei epulo aptatur.] Non sacerdos, sed laicus offerens manibus adipem hostiæ, & pectusculum tenebit, ac sacerdoti tradet. Qui quidem ex duplici munere adipem Domino litabit, pectusculum autem to[tum] eis sacerdotibus, ac Aaroni patri reseruabit. Addet & armum dextrum, qui simul in sacerdotale aptabitur epulum. * Pectore indiget sacerdos, & armo: hoc, vt porret; illo, vt subditos foueat. Nisi enim eos pectore diligat ardenter, ægre armo deportabit.

6. Sanguinis prohibetur edulium.
Quidquid sacerdoti edendū apponitur, quasi Dei epulo aptatur.
Ægrè Presul armo subditos portat, quos pectore non fouet.

33. PECTVSCVLVM ENIM, &c.] Tollere enim iussi filij Israël, de hostiis pacificis pectusculum, quod per eleuationem in altum mihi est oblatum: & armus mihi separatus vt sacerdotibus Dei vice dentur. * Non sit tibi graue, sacerdotibus tua munera dedere, si Deus fatetur accepisse, quod sacerdotali impendis edulio. Hæc plane lex, Israelitæ dum Religio extiterit ritè vigebit.

Deus fatetur accepisse, quod edulio sacerdotali impendis.

34. 35. 36. 37. HÆC EST, &c.] En itaque vnctionem Aaronis, & filiorum eius iuxta ritum ac ceremonias præscriptas. (Exo. 29.) die ipso, quo Domino eos Moses obtulit, vt sacerdotali officio fungerentur: & quæ Dominus sanctione, ac lege perpetua eis dari præcepit. En ritum holocausti, & sacrificij pro peccato, & pro delicto, & pro pacificorum victima, quæ quidem seruari iussit Dominus à cunctis Hebræis, dū cum Mose in deserto mōtoso iuxta Sinai montem commoratur.

CAPVT VIII.

Aaron Pontifex, filij eius sacerdotes à Mose consecrantur.

1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysem, dicens: 2. Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, 3. & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. 4. Fecit Moyses vt Dominus imperauerat. Congregatáque omni turba ante fores tabernaculi, 5. ait: Iste est sermo, quem iussit Dominus fieri. 6. Statimque obtulit Aaron & filios eius. Cumque lauisset eos, 7. vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit: 8. quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. 9. Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frõtem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus. 10. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectili sua. 11. Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumque cum basi sua sanctificauit oleo. 12. Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit, 13. filios quoque eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, vt iusserat Dominus. 14. Obtulit & vitulum pro peccato, cúmque super caput eius posuisset Aaron, & filij eius, manus suas, 15. immolauit eum: hauriens sanguinẽ, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum, quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. 16. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duósque renunculos cum aruinulis suis, adoleuit super altare: 17. Vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus: 18. Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cùm imposuissent Aaron & filij eius manus suas, 19. immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitum altaris. 20. Ipsumque arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, 21. lotis prius intestinis & pedibus totumque simul arietem incendit super altare, eo quod esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei. 22. Obtulit & arietem secundum, in consecratione sacerdorum: posueruntque super caput eius Aaron & filij eius manus suas. 23. quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. 24. Obtulit & filios Aaron. Cúmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum 25. adipem vero, & caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus suis & armo dextro separauit. 26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, & collyridam conspersam oleo, laganúmque, posuit super adipes, & armum dextrum, 27. tradens simul omnia Aaron & filiis eius. Qui postquam leuauerunt ea coram Domino, 28. rursum suscepta de manibus eorum adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis, sacrificij Domino. 29. Tulitque pectusculum, eleuans illud coram Domino de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus. 30. Assumensque vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum. 31. Cumque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron & filij eius comedent eos: 32. quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. 33. De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ, septem enim diebus finitur consecratio: 34. sicut & impræsentiarum factum est, vt ritus

ritus sacrificij compleretur. 35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est. 36. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

COMMENTARII.

1. Iubetur Moses tollere consecrationis apparatū, & consecratur Pōtifex.

VERS. 1. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Exodi Capue 29. recolendum, e quo omnes ferè huiusce capitis periodi desumuntur. Dominus ergo Mosi profatur: Aduoca Aaronem cum filiis, præpara vestes, oleum vnctionis, vitulum pro peccato litandum, vnum & alterum arietem, canistrumque panibus plenum azymis: ad ostium Tabernaculi omnem Hebræorum cœtum adduci impera. Id perficit Moses congregatæque turbæ profatur: Quidquid gessero, à Domino præscriptum accepi. Mox Aaronem, eiusque filios fecit accedere, seu applicari; eos diluit & Pontificem Aaronem tunica linea stricta induit, baltheo accingit, tunica hyacinthina polymita superinduit; & superhumerale imponit. Id cingulo adstringit, & aptat Rationali, in quo Vrim thumim, seu Doctrina & Veritas erat insculpta: tiara texit caput, e qua super frontem aurea pendebat lamina olei vnctione consecrata ad vsus sanctos, ex Domini præscriptione.

10. 11. 12. 13. TVLIT ET VNCTIONIS, &c.] Vnctionis oleum assumit, & Tabernaculum cum omni supellectili inungit septem vicibus vnctione seu olei aspersione deducta, qua Tabernaculum, cunctaque vasa eius sanctificata sunt. At supra caput oleum profundens, eum consecrat; filiusque eius Domino oblatos lineis tunicis induit, præcingit baltheis, imponitque mitras ex Domini iussione.

2. Offert vitulum pro peccato.

14. 15. 16. 17. OBTVLIT ET VITVLVM, &c.] Offert & vitulum, siue vitulos septem per totidem dies, (sic Exod. 29. 35. iubetur) pro peccato; postquam autem Aaron & filij eius suas manus super capue vituli quotidie imposuissent, eum Moses immolauit. Haurit sanguinem, ac tincto digito cornua per gyrum tangit altaris, quo quidem altari sanctificato, reliquus sanguis ad altaris fundamen effunditur. * Nec enim sanctificatio altaris consisteret, nisi expiato fundamine niteretur.] Quæcumque super infecto fundamine onera apponuntur illico casura non dubites. Porro adeps operiens præcordia, securis reticulum, duo renes cum pinguedine sua adolentur à Mose: reliqua autem vituli carnes, ossa, pellis, fimus extra castra Domini iussione cremantur.

Quidquid super fundamine infecto ex ædificatur, illico concidit.

3. In holocaustum litat arietem.

18. 19. 20. 21. 22. 23. OBTVLIT ET, &c.] Ex duobus autem, qui allati sunt arietibus, vnum in holocaustum Domino litat Aaron; & filij eius manus super victimæ caput imponunt, se victimas offerentes, mox aries immolatur, sanguis per circuitum altaris profunditur, animantis cadauer in frusta cæditur, caput, artus & adeps igni sacrantur, lotis prius intestinis ac pedibus: totusque aries super altare incenditur: eo quod Deo fragrantissimum odorem emittit. * Cum enim totum Deo te addixeris, nihilque ex te tibi, aut sæculo reseruaueris, suauissimum Deo holocaustum accendes.] Porro alterum arietem in sacerdotum offert consecratione. Aaron & filij eius super victimæ caput manus collocat. Moses immolat, de eius sanguine assumit, & Aaronis extremum dexteræ auriculi tangit, dexteræ manus, dextrique pedis, nudi quidem, pollicem inungit. Tota gubernationis dexteritas ex victimæ sanguine sacerdoti promittitur. * Speciale enim sanguinis salutaris auxilium auri requiritur, vt Præsul audiat prudenter subditorum defectus, ne illicò se credulum exponat.] * Multa deferūtur ad Rectoris aures, quæ aut malitia, aut æquiuocatione deferentis, nulla nituntur veritatis essentia.] * Pollex inungatur manus, ac pedis: vt opera, vt gressus Sacerdotis ad subditorum commoda dirigantur.]

Suauissimum Deo præparas holocaustum, cum ei totum ei litaueris, nec quicquam tibi reseruaueris, aut sæculo.

Non credenda à Præsule quæcumque de subditis proclamentur, prudenter exaudienda.

Opera, ac gressus Præsulis ad cōmoda subditorum dirigendi.

4. Offert, & consecrat filios Aaron, & reliquas implet cæremonias.

24. 25. 26. 27. 28. 29. OBTVLIT ET FILIOS, &c.] Vt autem Aaronis filios Domino consecraret, ex sanguine immolati arietis singulorum auriculæ extremum, manus, ac pedis dextri pollicem inungit; reliquo per altaris circuitum profuso cruore. Adipem, caudam, intestinorum pinguedinem, reticulum iecoris, renes cum adipe, armumque dextrum separat è cadauere. E canistro coram Domino apposito panem absque fermento, tortulam subactam oleo, & crustulam super adipes armumque dextrum apponit: omnisque simul Aaroni, filiisque eius tradit. Qui quidem ea coram Domino eleuant, moxque Moses de eorum manu recepta, super altare adolet holocausti Domino suauissimi odoris, eo quod consecrationis esset oblatio. * Nihil enim Domino tam iucundum, quam oblatio, qua homo se Domino consecrat, eiusque seruituti æternum addicitur.] Eleuatque pectusculum in conspectu Domini, de consecrationis ariete, quod sibi adscribit, sicut ei Dominus præceperat. * Vt enim sacerdos, seu Præsul sibi particularem addicat portionem, debet speciali Dei iussio præcedere.] Profectò si attentè perpendas ex arietis partibus pectusculum vilior est portio ad edulium. Iubet Deus, Præsulem sibi (si eligere debet) portionem sumere deteriorem.

30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. ASSVMENSQVE, &c.] Moses quidem assumpsit vnguentum (cuius compositio præscripta iam fuerat Exo. 23. 30.) & admiscens sanguine, qui in altari aderat, super Aaronem, & vestimenta eius: super filios eius, illorumque aspersit indumenta. Vnctio ergo seu potius effusio in capite, erat Pontificis consecratio. Vnctio vero communis Pontifici, & minoribus sacerdotibus vnguenti misti sanguine super eos, & super vestes eorum erat aspersio, simulque auris dextræ, ac pollicum inunctio. Postquam autem eos suo in amictu sanctificauit, eis iussit, profatus: Ante fores Tabernaculi carnes victimæ coquite, & inibi eis vescimini: edite

ſimul conſecrationis panes, qui in caniſtro ſunt præparati. Sic enim Dominus fieri præcepit, cum mihi præſcripſit: Aaron, ac filij eius hiſce panibus veſcentur. At quidquid reliquum fuerit de carne, ac panibus igne cremabitur. Vt autem ſæcularis conſuetudo animum Deo ſacrandum perturbare non valeat, de Tabernaculi oſtio ſeptem diebus exire vobis non licebit, ſeptem etenim hiſce diebus veſtræ conſecrationis tempus perficitur. * Innuitur planè, decere Sacerdotes nouos accuratior à ſæculari conſuetudine receſſio.] * Q quam aptè qui primæ Miſſæ præparatur, ſeptem diebus ſpiritualibus exercitiis de D. Ignatij P. mei magiſterio impendit ſtudium.] Porrò quemadmodum inpræſentiarum factum eſt, fiet in poſterum quotieſcumque facienda erit Pontificis, aut ſacerdotum conſecratio. Die noctuque apud Tabernaculum commorabimini, ſpirituales gerentes excubias, ſi à mortis pœna vultis præſeruari. Sic enim mihi Dominus vobis indicere imperauit. Profectò Aaron, ac filij eius cuncta, quæ iuſſerat Deus per manum Moyſis, id eſt per Moyſem perfecere. Aptè per manum Moſis Deum locutum eſſe dicitur. * Præſul enim, ac Legiſlator egregius manu, id eſt, expreſſo opere indicebat legem, potius quam ſermone. Legiſlator eximius qui operibus vtitur pro verbis: quàm facile ſubditos ad legis adducit obſeruationē.]

Decet nouos ſacerdotes accuratior à ſæculari cōſuetudine receſſio.

Aptè præparatur ad primā Miſſā exercitiorū ſpiritualium hebdomada.

Legiſlator, qui operibus pro verbis vtitur, ſubditos facilè ducit ad legis obſeruationem.

CAPVT IX.

Conſecratus Aaron ſuas primitias celebrat, & præter iuge ſacrificium, ſuo offert vitulum pro peccato, in holocauſtum ſuas arietem. Deinde etiam populi victimas offert, hircum ſcilicet pro peccato: in holocauſtum vitulum, & agnum: bouem, & arietem pacificam in hoſtiam. Quæ quidem omnes hoſtiæ igne cœlitus emiſſò fuerunt abſumptæ.

1. FActo autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & filios eius, ac maiores natu Iſraël, dixitque ad Aaron. 2. Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram Domino. 3. Et ad filios Iſraël loqueris: Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculos, & ſine macula, in holocauſtum. 4. bouem & arietem pro pacificis: & Immolate eos coram Domino, in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes. hodie enim Dominus apparebit vobis. 5. Tulerunt ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtiū tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo aſtaret. 6. ait Moyſes: Iſte eſt ſermo, quē præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. 7. Et dixit Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & deprecare pro te & pro populo, cúmque mactaueris hoſtiam populi, ora pro eo, ſicut præcepit Dominus. 8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo: 9. cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduum ad baſim eius. 10. Adipémque & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi: 11. carnes verò & pellem eius extra caſtra combuſſit igni. 12. Immolauit & holocauſti victimam: obtulerúntque ei filij ſui ſanguinem eius, quē fudit per altaris circuitum. 13. Ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt, quæ omnia ſuper altare cremauit igni, 14 lotis aqua priùs inteſtinis & pedibus. 15 Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatóque altari, 16. fecit holocauſtum, 17. addens in ſacrificio libamenta quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſuper altare, abſque ceremoniis holocauſti matutini. 18. Immolauit & bouem atque arietem, hoſtias pacificas populi: obtuleruntque ei filij ſui ſanguinem quem fudit ſuper altare in circuitum. 19. Adipem autem bouis, & caudam arietis renunculóſque cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris 20. poſuerunt ſuper pectara. cumque cremati eſſent adipes ſuper altare, 21. pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes. 22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hoſtiis pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. 23. Ingreſſi autem Moyſes & Aaraon in tabernaculum teſtimonij, & deinceps, egreſſi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: 24. & ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum,

&

& adipes qui erant super altari. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum in ruentes facies suas.

COMMENTARII.

1. Sacrificium prope. cato.

VERS. 1. 2. FACTO AUTEM OCTAVO DIE, &c.] Facta igitur octaua die à consecratione Aaronis & Tabernaculi, aduocat Moses Aaronem, ac h[illegible]os eius monitutus nuuos sacerdotes, vt prima sua sacrificia offerrent. * Subtrahans eos, qui sacerdotio initiati post dies, aut méses multos primum offerunt sacrificium. Septem, aut aliquorum dierum præparatio præcedat, sed non diu prima differatur celebratio Sinaxis. In conspectu itaq; maiorū oatu Israël, vt interessent oblationibus, sacerdoti farur Aaroni: Vitulum, & arietem è grege ac armento elige immaculatos, integros vtique, ac perfectos; vitulum pro peccato offer, arietem in holocaustum lita. Nec huic [illegible] des operam, nisi prius pro piaculis fuerit hostia oblata. * Primam Missam, præcedat accurata conscientiæ expiatio: imo quotidie celebraturus debetes Coofessionis sacrificiū primus prò peccato manifesto veniali, aut occultis piaculis offerre. Amplius purificatur conscientia, gratia acrescit, dignius percipis Eucharistiam.

Præcedat præparatio, sed non diu differatur prima celebratio Sinaxis.

Cōfessio generalis prima Missam præcedat, quotidie celebraturus præmittere venialiū cōfessionem.

§ 4. ET AD FILIOS ISRAEL, &c.] Ad filios Israël [illegible] sacerdos loquerīs, non ego. * Sacerdotalis [illegible] muneris est, subditos hortari vt [illegible] pro peccato d[illegible] op[illegible], holocaustoque studium impendant.] * Nihil sacerdoti magis agnatum, quam fideles ad Sacramentorum frequentiam allicere monitis. * Poterat quidem Moses hæc populo monere, sed [illegible] à Sacerdote id Hebreis indic[illegible] muneret Prælules summos debere [illegible] Rectoribus committere nummediatam gubernationis [illegible] nem. Vnusquisque suo mu[illegible] Tollite (inquies tu Aaro[illegible] Por[illegible]x, nam tibi [illegible] incumbit Pontificia auctoritas vt victimas populo præcipias) [illegible] cum vt pro peccato possitis offerre vitulum que & agnum, qui annum ætatis nun excedant, ad me addūcite, vt ego pro vobis coram altari holocaustorum seu Tabernaculi ostio immolem. Offerte simul in singulo[illegible] sacrifi[illegible] adiunctionem farream quæ ad omnem victimam adiungenda est, quia sine pane, aut farre non prandetur. Hodie enim Dominus apparebit, ignem de cœlo immittens, qui sacrificia vestra in acceptationis comburet documentum. * Cum Missam celebrans te frigidum experitis, time; tuum sacrificium, ex parte offerentis acceptabile non existere. At cum deuotionis igne, conflagras, non volgare cape diuinæ acceptationis indicamentum.]

Sacerdotalis muneris est, subditos ad spiritualia exercitamēta hortari.

Agnatum sacerdoti, fideles monitis adducere ad sacramentorū frequentiā Præsules summi intermediatibus cōmittant immediatā administrationē.

Missā celebrās te frigidū experitis time, acceptabile non esse offerētē: deuotionis igne flagras, acceptabile te existimato.

§. 6. TULERUNT ERGO CUNCTA, &c.] Postquam ergo Aaron iussus à Mose id præcepit, Israëlitæ ad Tabernaculi ostium cuncta detulere. Morantibus autem inibi maioribus natu, omnique multitudini à maioribus nato adnuncatæ Moses affatur: Dominus fieri iussit quæ è Pontificis vestri ore audiuistis: executioni date, Dei gloria vobis apparebit, igne absumente victimas è cœlo peruolante. * Dei enim gloriam exuberatis facitis, dum pro peccato a vobis vict[illegible] [illegible] parat[illegible].]

Exuberans Dei gloria dū litatur, dū pro peccato nos victimā præparamus.

7. ET DI[XIT] AD AARON, &c.] Aaroni mox Moses ait: Primo mea altare, pro peccato tuo vitulum immola * Nisi enim prius te mundum obieceris, quomodo pro peccatis populi audebis immolare?] Holocaustum postmodum offer [illegible] tunc que pro te, & pro populo potissis deprecatæ. Dapost hæc operam hostiæ pro populo mactationi, & efficacius ora pro eo, sicut Dominus imperauit. Orat ergo sacerdos antequā populi offerat pro crimine hostiam, & postquam immolamit. * Vt enim pœnitens dignè Sacramenta suscipiat, precibus indiget sacerdotis; vtque accepta perfistat in gratia, debet sacerdotis precibus adiuuari.] Premeoda particula. *Sicut præcepit Dominus.* Ex Domini præcepto olim sacerdos pro populo deobat precari.* Nostri autem sacerdotes ipsa in Sinaxi ooo possunt non pro populo exorare. Attamen qui dat munus sacerdotale priuatas alias preces indicit.]

Aaron iubetur immolare pro suo peccato vitulum.

Prius sacerdos se mundū ostendat, quàm pro peccatis populi immolet.

Vt dignè pœnitens sacramentā accipiat & vt accepta perfistat in gratia sacerdotis precibus iuuetur.

Debet sacerdos ex munere precari pro populo.

8. 9. 10. 11. STATIMQUE AARON, &c.] Primum omnium Aaron pro propriis peccatis ad altare accedens vitulum immolat; hij autem eius sanguinem ei victimæ offeruot, in quo intingens Aaron digitum cornua mungit altaris, reliquumque [illegible] profundit; adipem, renes, iecoris reticulum, quæ sunt partes hostiæ, seu vituli pro peccato oblati, adolenda, & cremanda imponit altari: nam ignis cœlestis hæc, & sequentes victimas fuese postea consumpsit. At cadaueris carnes, ac pellium, iuxta legem datam (cap. 4. 12.) igne comburit extra castra.

12. 13. 14. IMMOLAVIT ET HOLOCAUSTI, &c.] Postea suo pro peccato vitulum, a[illegible] in holocausti victimam immolat, cuius san[illegible] item à filiis ac[illegible]um per altaris profusi circumcirca. Offerunt [illegible] Aaroni filij totum cadauer hostiæ in f[illegible] concisum membratim, & ipsum caput, reliquaq. membra separatim exponit, quæ omnia Aaron su[illegible], postmodum cœlitus succendenda; [illegible] aqua tamen prius intestinis, ac pe[illegible] elutis.

15. [16.] 17. ET PRO PECCATO POPULI, &c.] Porrò pro peccato populi victimam oblatūras, mactat hircum, expiatóque per hoc sacrificium pro peccato, ex sanguinis aspersione, altari, holocaustum offert, mactato vitulo, & agno anniculo: addītque in sacrificio farreo, seu simillæ comitante, quæ pariter offerunitur, nempè oleum, vinum (hanc legem iam fuisse latam ex hoc loco patet, licet posterius Num. 15. referatur) Cūcta super altare adoleuit, absque eo quod omitteretur, aut impediretur iuge sacrificium matutinum, & vespertinum. * Quæcumque Domino sacrificia adoleas pro peccatis po-

31 Pro peccato populi mactat hircum, &c.

 pu-

puli gerens ministeria, non ideo debes iuge matutinæ orationis, & vespertini rosarij sacrificium omittere.

4. *Hostias immolat pacificas.*

18. 19. 20. 21. 22. IMMOLAVIT ET BOVEM, &c.] Porrò bouem arietémque pacificas scilicet populi hostias immolat, quarum sacerdotes filij sanguinem offerunt, quẽ acceptum Aaron per altaris circuitum profũdit. Bouis autem adeps, & cauda arietis, renes cum adipe, reticulúmque iecoris super pectora pecorum immolatorum, quæ postea Aaron separauit, apposuere. At cum postea, igne cœlitus misso, adipes cremati super altare fuissent: Aaron pectusculum vtrumque & armum dextrum separauit, eleuauit, & obtulit Domino, mox que sibi sacrificanti cessere, sic Domino imperante. * Nihil tibi cedat, quod non prius Domino eleuaueris, vt fœlicius possideas, & retinere possis. Quod enim sine Deo tibi cedit, velocissimè assolet deperire.] Profectò Aaron nouellus Pontifex manus ad populum extendens, ei benedixit, profatus, *Benedicat tibi Dominus, &c.* Num. 6. 24. Perfectisque hostiis pro peccato, holocaustisque ac pacificis, id est, completa hostiarum iugulatione, concisione, ac impositione in altari, Aaron sacrificans *descendit.* * Nil enim eleuatius sacerdote sacrificante.] Restabat hostiarum crematio, quæ postmodum facta est per ignem cœlitus immissum.

Nihil cedat tibi, quod prius Domino eleuare, & offerre nõ cures, vt feliciter possideas.

Nihil eleuatius sacerdote sacrificante.

5. *Ingreditur Moses cum Aarone Tabernaculum.* *Ignis egressus est, & cuncta succendit super altare apposita.*

23. 24. INGRESSI AVTEM MOYSES, &c.] Moses & Aaron Tabernaculum ingrediuntur actionem gratiarum post beneficium tantum acturi: & egressi rursum populo benedictionẽ impertiũt. Omni deinde multitudini Domini gloria exponitur, ignis scilicet à Deo e Tabernaculo immissus ad deuorandũ cuncta holocaustum, & adipes, qui super altare aderant succẽdẽdos. Id plane factum vt populus intelligeret, sacerdotes eos à Deo institutos, & illi esse gratos: vtque maiorem ergà sacra reuerentiã conciperent. Hic ignis postea à sacerdotibus, addito lignorum fomento, diligenter est asseruatus. * Exhibe reuerentiam altari, nec audeas eius lædere puritatem, vbi ignis souetur æternus. Rem tibi cum æterno igne futuram existima, si ausu sacrilego ad altare accesseris.] Viderunt Hebræorum turbæ profluentis ignis miraculum, & Deum ruentes in facies seu ex timore, seu ex adorantium habitu collaudauerunt. Vsque ad captiuitatem Babylonicam hunc ignem perdurauisse tent.

Res tibi futura cũ perpetuo igne, si sacrilego ausu ad altare accesseris.

CAPVT X.

Thurificantes filij Aaron Nadab & Abiu igne profano à Deo percussi pereunt igne absumpti cœlesti. Plangi à consacerdotibus Dominus prohibet. Vsus vini, ac siceræ sacerdotibus interdicitur dum Tabernaculo deseruiunt.

1. ARREPTISQVE Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum quod eis præceptum non erat. 2. Egressúsque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino. 3. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. 4. Vocatis autem Moyses Misaele & Elisapham filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Itẽ & tollite fratres vestros, de conspectu Sanctuarij, & asportate extra castra. 5. Confestimque pergentes tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. 6. Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israël, plangant incendium quod Dominus suscitauit: 7. vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi. 8. Dixit quoque Dominus ad Aaron: 9. Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras. 10. Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum: 11. doceatisque filios Israël omnia legitima mea quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi. 12. Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius, qui erant residui:

Tollite

Tollite sacrificium, quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. 13. Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi. 14. Pectusculum quoque quod oblatum est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum: tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israël: 15. eò quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, sicut præcepit Dominus. 16. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyses, exustum reperit: iratúsque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: 17. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, 18 præsertim cùm de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueritis eam in Sanctuario, sicut præceptum est mihi? 19. Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri? 20. Quòd cùm audisset Moyses, recepit satisfactionem.

COMMENTARII.

1. Nadab, & Abiu igne alieno litāt Domino incensum.

VERS. 1. ARREPTISQVE NADAB, &c.] Vetitum erat (Leu. 6. 9.) Deo sacrificium igne alieno, seu non sancto ex altari sumpto semper ardenti, litare. Porro N[a]d[a]b & Abiu filij Aaron thuribulis ignem [pr]ofanum imposuere contra Domini imperium, & incensum prunis apponentes coram Domi[n]o obtulerunt. Aliqui id eos fecisse ex temulentia putant. * Haud deliquere ex o[b]latione temulenti, sed grauissimè peccatum temulentiæ dantes operam, aut se periculo exponentes huiusmodi ex genere quidem sacerdotali. Quam horribili supplicio afficiendum delictum, in sacerdote temulentia! * Alij asserunt, ex inconsideratione, & pert[ur]batione f[ui]sse, vt pote in ministerio non[d]um [ex]ercitati. Et tamen puniuntur exitialiter. Quid si ex consideratione a[ffect]ate deliquissent? O sacerdotes alienum ign[e]m siue luxuriei flammam ad altare Dom[in]i afferentes, quam horribile vo[bi]s supplicium pr[æ]paratum!] Volentes igitur filij Aaron Deo gratias pro insigni mirac[u]lo consumptionis holocaustorum, & approbationi sacerdotij ipsorum reddere: vim subiti ignis holocausta deuorantis conspicientes, ac miraculi nouitate perterriti, non ausi ad altare accedere, vt inde ignem acciperent, aliunde festinanter rapto igne, & thuribulis imposito incensum Domino obtulere, ignem alienum desumptum ex aliquo foco, vbi carnes victima[ru]m vescendæ à sacerdotibus igné vulgari [c]oquebantur. * Porrò nunquam non erroris periculum subit, qui festinanter, inconsultis peritioribus, ad actiones accu[rri]t.]

Grauissimo supplicio afficienda temulentia in sacerdote.

Si ex inconsideratione peccantes ita puniuntur, quid si affectate ignē luxuriei afferent ad altare?

Errat, qui inconsultis peritioribus festinanter ad actiones accurrit.

2. EGRESSVSQVE, &c.] A Tabernacul[o], vbi Dominus colebatur, aut ab altari holocaustorum ignis egressus, eos vorauit non omnino absumens, sed eos, instar fulminis, afflando, & occidendo. * Docuit procul dubio Deum, quonammodo deberet eos punire. Non assumunt ex igne altaris, ne absumantur ab igne: ideo ignis eos altaris egressus comminuit.] * Ex altari autem egreditur ignis, vt timeat sacerdos indispositus accedere ad altare. Quotidie inuisibiliter ignis egreditur improbi sacerdotis animum voraturus.] Credibile plane, Deum eos morte præsenti puniuisse, vt æternam euaderent: & peccatum vel non extitisse lethale, vel contritione, antè quam halarent animam, expiatum. * Sic aliqui contemplantur, quia Aaronis filij. Nec dubium quin propter parentum iustitiam Deus filiis delinquentibus specialiora impendat auxilia, nè subiaceant damnationi.] * Quam misericorditer Deus in præsenti punit, ne flagellet æternùm!] Asseruerunt, lineas vestes sacerdotales in quibus ministrabant, absumptas non esse. * Nec enim ex sacerdotū iniquitate sol sacrorū vestimentorum inficitur. Indemnis sacerdotalis decor flagitioso sacerdote pu[n]ito. Taxantur hinc qui existimant, religiosi[ss]i[mam] [ves]tutam deturpari quia Regularis quisque deliquit, & pœnas [cri]minis persoluit.] Mortui ergò sunt coram Tabernaculo duo delinquentes filij Aaronis.

A Domino ignis egreditur interfecturus eos.

Docet Deum peccator, quonāmodo eū debeat punire.

Ex altari ignis inuisibilis egreditur quotidie ignis improbi sacerdotis animū voraturus.

Filiis diuorū Deus specialiora præbet auxilia, nè damnentur.

Misericordissime Deus in præsenti peccatores punit.

Quia sacerdos, aut Regularis quisq; deliquit, ac punitus est, nō deturpatur sacerdotum aut Regularium institutum.

3. DIXITQVE, &c.] Præ[ca]uens autem Moses, nè Aaron nimium contristaretur super [re]pentina morte filiorum, ei profatur: En quod mihi seruo suo reuelare dignatus est Dominus, dicens: Me ostendam sanctum, ac separatum ab omnibus peccatis, & sanctitatis amatorem puniens peccata eorum, qui mihi amplius adhærescunt. * Ægrius enim Deus propinquorum domesticorumque, siue sacerdotum, [ac] Reli[gi]osorum crimina tolerat.] Apparebóque gloriosus in populis conspectu delinquente propinquiori punito. * Reputat enim populos iustos, & commendatione dignos Principes eos, qui à domo sua instituunt piaculorum punitionem.] Audiuit hæc Aaron, & non est ausus conqueri, quia Dei voluntate [fa]ctum audiebat, nec eius dispositioni vlla posset humana contraire conditio. * Quam stultè, & inutiliter conquereris, cum querimoniæ solùmmodò possunt delictū addere labori

Ægrius Deus sacerdotū, ac Regiosorum crimina tolerat.

Iusti reputātur Principes qui à domo sua instituunt delictorum punitionem.

Stultè, & inutiliter queremur de iis, quæ Deus flagellis extorquet.

4. 5. Vocatis

4. *Sacrificiũ Principis delinquentis.*

Princeps Hebr. נשיא *nasi*, id est *eleuatus.* Si peccauerit dux, caput, aut qui primus est in familia, aut dignitate inter suos eminet, per ignorantiam gerens aliquid, quod Domini est lege prohibitum: postmodum autem suum dignouit errorem hircum nouellum, seu hædum adhuc matrem sequentem integrum, ac perfectum offeret. Supra caput victimæ manum apponet. Postquam autem sacerdos pecudem immolauerit eo in loco vbi holocaustum assolet mactari, quia hostia est pro peccato: sacerdos digitum eius intinget in cruore, cornua altaris holocaustorum inonget, reliquum sanguinem ad basim profundendo. Supra altare autem adipem adolebit, quemadmodum in pacifica victima fieri imperatur. Sacerdote autem pro peccato offerentis Primoris deprecante, à Domino dimittetur. * Commendat Deus orationis vim, sine qua non vult sacrificium offerenti proficere.

Sine oratione nec sacrificia proficiunt.

27.28.29.30.31. QVOD SI PECCAVERIT, &c.] Profecto si per ignorantiam homo plebeius, vulgaris, aut gregarius deliquerit gerens aliquid, quod diuina lege interdicitur, vbi errorem dignouerit, & voluerit à piaculo expiari: capram integram, ac perfectam offeret: manum super caput victimæ pro peccato apponet, & peccatorem proferens diluendum, & sacerdos eam in holocausti loco immolabit; de sanguine autem eius particulam digito assumet, vt inungat altaris holocaustorum cornua, reliquumque ad basim cruorem profundet. Totum adipem extrahat à cadauere, sicut in victima pacifica imperatum est fieri, & supra aram adolebit, Domino fragrantissimum immittens holocaustum. Pro delinquente plebeio exorabit sacerdos, & à piaculo liberabitur.

5. *Plebeiorũ delinquentium expiatio.*

32.33.34. SIN AVTEM, &c.] Si denique libuerit plebeio delinquenti per ignorantiam, & agnoscenti errorem suum, se expiare assumendo de pecoribus non capram, sed ouẽ integram, ac perfectam: super caput eius manum apponet, & sacerdotis ministerio immolabit iuxta altare, vbi assolẽt cædi holocausta. Assumetq; sacerdos de ouis cruore digito suo, & inungens altaris holocausti cornua, reliquo sanguine basim rubricabit. Adeps omnis extrahendus, vti de victima pacifica monitum, & super altari immolandus vt sit incensus, & crematus in Domini obsequium. Exorabit sacerdos pro offerentis delicto, & à Domino dimittetur. Sæpe admonet Dominus adipem extrahendum, ac succendendum sicut in hostia pacificorum. O quam apte! * Et quomodo in odorem suauitatis Domino litaretur incensum illud, si aliquem ad pacem respectum non caperet?] * O quam Deo inuisæ orationes, laudes, sacrificia eorum, qui exterius in choro colligati, animo dissident.

Placent Deo hostiæ ex respectu ad pacem.

Deo inuisa eorum oratio, qui exterius in choro colligati, animo dissidẽt.

CAPVT V.

Quanam ratione peccata aliena, aliaque seu ex errore, seu ex ignorantia commissa debeant expiari.

1. SI peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. 2. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit: 3. & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto. 4. Anima, quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret vel benè, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, 5. agat pœnitentiam pro peccato, 6. & offerat de gregibus agnam siue capram, orabítque pro ea sacerdos & pro peccato eius: 7. sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. 8. dabitque eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo hæreat, & non penitus abrumpatur. 9. Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quidquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. 10. Alterum verò adolebit in holocaustum, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. 11. Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: 12. tradétque eam sacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare, in monimentum eius qui obtulerit, 13. rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere. 14. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 15. Anima, si præuaricans ceremonias, per errorem, in his quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit, offerret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus,

qui

qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus Sanctuarij: 16. ipsumque quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. 17. Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, 18. offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationémque peccati: qui orabit pro eo quia nesciens fecerit: & dimittetur ei, 19. quia per errorem deliquit in Dominum.

COMMENTARII.

1. *Qui testis fit, se audisse iurantem, quomodo expiandus?*

VERS. 1. SI PECCAVERIT ANIMA, &c.] Si quis aut Pontifex, aut Princeps, aut vulgaris audierit aliquem aliquid iniurando confirmantem, citatúsque in iudicio, vt aperiat id quod vidit, aut cognouit: si non aperuerit, portabit iniquitatem suam hoc est pœnam iniquitatis, quam illi Deus infliget. * Et quidem aptè iniquitatis pœna vocitatur iniquitas, quia nulla pœna horribilis potest cum ipso crimine comparari.] Poterit autem hoc crimen expiari sacrificio, quod n. 6. præscribitur: sanctio enim illa ad omnes casus præcedentes est referenda. Verùm Deo per hoc sacrificium satisfiebat, proximo tamen, si læsus esset, damnum omne sarciendum * Non sufficit tibi post Confessionem Deum putare placatum, si proximo ablatam famam, aut opes non restituis. Deus enim tunc solummodò placabitur, cùm proximo resarcitur iniuria.]

Peccati est horribilis pœna peccati.

Deus non vere placatur tua confessione, nisi proximo illata resarciatur iniuria.

2. *Qui tangit immunda à lege prohibita.*

2. ANIMA, QVÆ TETIGERIT, &c.] Si quis aliquid immundum contra legem (latam Leu. 11. 43.) tetigerit, seu quod à bestia fuerit occisum, siue quod per se mortuũ, aut reptilia quælibet ex lege quidem immunda: & oblitus immunditiæ contractæ, consequenter eam tollere per sacrificium à lege institutum neglexerit; immundus aderit, & pollutus, quia contra legem (Leu. 11.) quæ vetat tangi immundum, egit; & delicto se contaminauit, quia immunditiam per lustrationẽ lege præscriptam non abluit.* Quasi vitio nouo tribuendum peccatori, diu in crimine persistere, nec illud Sacramentorum lustratione expiare *Rea est, & deliquit.* Reã quidẽ ex admisso piaculo; deliquit autem, quia neglexit abluere fontibus Sacramentorũ profluentibus.] * Edisce à prauis fugere sociis, si immundæ rei contactus homines potest reddere immundos.]

Vitio videtur nouo dãdũ, si diu in crimine persistas, dum profluentes lustrationis Sacramentales fontes.

Fuge à prauis socus, si immundæ rei cõtactus reddit immundos.

4. ET SI TETIGERIT, &c.] Si quis tetigerit aliquid de illis omnibus, in quibus homines ex lege Mosis pollui assolent: oblitúsque, postea dignouerit: vt culpæ reus est, ita & pœnæ. Vndè ad præscriptum infra sacrificium tenebitur. * Belle quidem immunditia hominis appellatur earum rerum, quæ tangi non possunt, immunditia; quia contactus communicatio illa hominem reddit similem ex contagio.] * Facilius enim improbum socium, quam probum æmularis.]

Similis redderis ex praui socij colligatione.

Facilius improbũ, quam probũ socium æmularis.

4. 5. 6. ANIMA QVÆ IVRAVERIT, &c.] Si quis iurauerit se aliquod malum pœnæ alteri irrogaturum: vt aliquando parentes aut heri faciunt, qui se filios castigaturos iurant: aut bonum se promittit aliquod facturum iuramento obfirmando; obliuioni autem committens piaculum, postea cognouerit se non impleuisse iuramentum, aut impleuisse quidem inique; conteratur de crimine, alioqui parum ei proderit sacrificium. Portò hoc in aliis sacrificiis pro peccato intelligendum est etiam, & si non exprimatur. * At specialim contritionem memorat, dum de iuramẽto agit; quia piacula contrà iuramenti religionem perpetrata grauissima prorsus, & specialissima pœnitudine diluenda.] sacrificium autem sequetur contritionem, de gregibus enim eliget, & offeret agnam, seuè capram quicumque fuerit præfatis piaculis maculatus: antéque sacerdote pro offerente peccatore expiatur. Si contritus sit delinquens, si sacrificium offert: cur indicitur & sacerdotis deprecatio? * Quia qui precibus delectatur nostris, nullam prætermittit occasionem, qua possit huiusmodi voluptate satiari.]

5. *De iurante promissoriè, aut exsecratoriè.*

Peccata cõtra iuramẽti religionem commissa grauissima plane specialissimaque pœnitudinẽ diluenda.

Deus nostris precibus profusis delectatur.

7. 8. SIN AVTEM NON POTERIT, &c.] Attamen si delinquens adeò inops fuerit, vt pecus non possit offerre, duos turtures, aut duos columbarum pullos litabit Domino: vnum quidem pullum pro crimine, alterum autem in holocaustum, hoc cremabatur, illud totum Sacerdoti cedebat, nihil Deo, vti in aliis sacrificiis pro peccato fiebat. Profectò pulli turturis, aut columbæ sacerdoti tradentur, qui offerens primum pro crimine offerentis, caput eius ex aduersùm colli retorquebit ita vt collo hæreat, nec penitus abrumpatur. * Primùm pro peccato munus offertur, vt postea holocaustum Numini placeat. Nec enim sacrificium acceptabile est Deo, si offerentis conscientia sit maculata.]

Sacrificiũ à maculata conscientia haud Deo gratum.

9. ET ASPERGET DE SANGVINE, &c.] Sanguine turturis parietem, seu latus altaris respergat, reliquumque cruorem efficiet ad basim profluere, quia pro peccato paratur oblatio. * Non exigua sanguinis vndula putes obruẽda crimina grauissima: profluat sanguis; profluuio enim sãguinis oportet sãguinum, seu criminum profluuium obrui.] Num vis leni pœnitentia grauissima crimina expiari.]

Profluuio sãguinis sanguinum profluuium obruitur.

Leui pœnitentia grauia non expiantur crimina.

10. ALTERVM VERÒ ADOLEBIT, &c.] Alter turturis pullus in holocaustum de more succendatur. Preces profundat pro offerente Sacerdos, & eius piaculum expiatur. Hinc collige quam diligenter requirendus sit sacerdos probus, vt pro peccato suo vtiliter valeat exorare. Cum enim extrà Missæ sacrificium precatur, si iustitia non pollet, inutiliter preces profundit.]

11. Quod

11. QVOD SI NON, &c.] Porrò si aliquis casus tulerit, ac ad manum non habere turturum, aut columbarum pullos: pro peccato vnũ similæ gomor offeres. * Non vult sacrificium pro peccato differri, qui non iubet opportunitatem volucrum expectari; sed ad similam faciliorem inuentu accurrit.] Oleum ad subigendam farinam non immittatur, nec thuris granulum apponetur: quia pro crimine munus. * Certè si oleum exhilarat faciem hominis: thus Deum omnem lætitiam abesse vult, cum pro peccato sacrificatur.] Aptè quidem oleum hominis lætitiæ abnegatur: Dei autem lætitiæ cur thus non reponitur? * Quia ipsa oblatio pro crimine, homine pœnitente, thus est diuinæ exultationis documentum. Lætitia enim est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Siue dixerim, ab oblatione pro peccato ideo oleum ablegari, quia peccator lucis expers.]

Non vult Deus sacrificiũ pro peccato differri.

Pœnitẽtiam gerẽs tristitiã præferat, ut cordis dolorẽ manifestet.

Pœnitentia nostrá Deum exhilarat.

Peccator lucis expers.

12. TRADETQVE EAM, &c.] Tradatur Sacerdoti similia, qui plenum ex ea pugillum assumet & super altare incendet, vt Deus eius qui obtulerit, recordetur, & propitium se gerat pœnitenti, qui prece Sacerdotali penitus expiabitur. At reliqua pars similæ pro peccato oblatæ ipse Sacerdos litans habebit quasi munus, quo scilicet Deus vult pro labore, ac ministerio Tabernaculi remunerari. * Non quidem probanda eorum Sacerdotum auaritia, qui nihil volunt nisi ex mercede proximo impendere facinus, sed improbanda eorum inurbanitas, qui post accurata, ac laboriosa ministeria, nec gratitudinis accurrunt ad verba, cum omnino munerum recedunt à manibus.]

Taxo eorum inurbanitatẽ qui post ministeria laboriosa, nec verbis saltem se gratos sacerdoti ostẽdũt.

4. De ceremoniarũ violatore.

14. 15. 16. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Dominus Mosi profatur vlterius: Homo qui per errorem violarit cæremonias circa ea, quæ Domino sunt sanctificata: v. g. si laicus comedat de carnibus Deo immolatis: (de quo cap. 22.) arietem integrum, & perfectum cuius pretium minimum sit duorum siclorum ex pondere Sanctuarij recto offeret. Deo restituet damnum, quod intulit cæremoniæ violatione, & quintam partem addet supra: vt hæc quinta pars superaddita sit in compensationem iniuriæ, quam præter damnum Domino, eiusque sacris irrogauit. Porrò hæc restitutio fiebat in pecunia, & Sacerdotibus cedebat. At Sacerdos pro offerente, ac restituente rogabit arietem dum offert, & iniquitas delinquenti dimittetur. Primum fit restitutio damni, & iniuriæ, quam piaculum dimittatur à Domino; quia non absoluitur peccator à crimine, nisi ablatum restituatur.]

Non ignoscit Deus crimini nisi ablatum restituatur.

17. 18. 19 ANIMA SI PECCAVERIT, &c.] Si quis autem peccauerit per ignorantiam, omittendo scilicet in sacris cæremoniam aliquam nulli damnosam: & reus delicti iniquitatem agnouerit. * Vt enim quis dignoscere valeat iniquitatem, sufficit esse delicti reus. Ipsũ enim peccati pondus, ipsa molestia, ipsa tristitia supergrauat præcordia hominis, vt faciat eum in criminis venire cognitionem.] Hic ergo offeret Sacerdoti arietem integrum, atque perfectum iuxta peccati ipsius grauitatem, pro maiori enim crimine meliorem, & pretiosiorem offeret arietem: pro minori verò minorem, & pretij vilioris. * Monentur hinc Confessarij, grauiorem pœnitentiam delicto grauiori esse imponendam.] * Pœnitentes autem, ei qui grauissimè sæpè deliquere, pro mensura, seu æstimatione delicti pœnalia, siue satisfactoria opera esse gerenda.] Profectò Sacerdos pro offerente peccatore orabit, dicens: Parce Domine huic, qui deliquit in adhibendis à te præscriptis cæremoniis; quia nesciens id gessit. Quid si aduertenter plenariè fecisset. * Proh nefas? * Audiant Sacerdotes, qui Missæ dicendæ tam negligenter assolent operam dare, vt necessariò circa multas cæremonias à Deo præscriptas, se reos exponant.]

Ex ipsa molestia, ac mœrore peccati, dignoscimus nos esse reos.

Pro grauitate delicti, imponenda est à confessario pœnitẽtia.

Pro æstimatione piaculi gerenda sunt opera pœnalia à pœnitente.

Taxãtur Sacerdotes tam festinanter Missam offerentes, vt cæremonias nõ impleant.

CAPVT VI.

Quæ hostia offerenda pro peccato iniuriæ in proximum eluendo. Quo ritu inge holocaustum Mincha, hostia in consecratione Sacerdotis offerenda.

1. LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Anima quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit. 3. siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, 4. conuicta delicti, reddet 5. omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. 6. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem mensuramque delicti: 7. qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit 8. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 9 Præcipe Aaron & filijs eius: Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque manè: ignis ex eodem altari erit. 10. Vestietur tunica Sacerdos, & feminalibus lineis: tollétque cineres quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, 11. spoliabitur

11. spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. 12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna manè per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum. 13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. 14. Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram Domino, & coram altari. 15. Tollet sacerdòs pugillum similæ quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suauissimi Domino: 16. reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco Sancto Atrij tabernaculi. 17. Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. 18. Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. 19. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 20. Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificiò sempiterno, medium eius manè, & medium eius vespere: 21. quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam, in odorem suauissimum Domino, 22. sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. 23. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. 24. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: 25. Loquere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est. 26. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. 27. Quidquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. 28. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur, quòd si vas æneum fuerit, defricabitur. & lauabitur aqua. 29. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum sanctorum est. 30. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igne.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. LOCVTVS EST DOMINVS &c.] Dominus Moysi, Homo; qui deliquerit, negans depositum, contempto quidem Domino, quem nihil latet, & qui delictorum est vindex. * Certe quasi Deum contemnit quasi violando fidem Deitatis, qui fidei suæ creditum depositum abnegare non veretur. Quis enim rem tam detestabilem geret, nisi qui Deum piaculi tanti non credit vltorem?] Qui vi addita aliquid à proximo extorserit, aut per calumniam, & fraudem aliquem læserit. Qui rem perditam inuenerit, & piaculo iniustæ retentionis addiderit periurium asserens iuramento se non inuenisse: Qui aliquid aliud fecerit, quod sit tam damnosum est, & noxium, qualia sunt enumeratis criminibus similia: vbi iudicio sacerdotis, cui detegit, constiterit esse delictum: reddet omnia, quæ fraudulenter retinere cursuit, & quintam in super partem in damni, quod ex absentia rei suæ interim dominus passus est, compensationem.* Quid ad hæc debitores, qui post moras diuturnas vix sine vlla compensatione reddunt ablatum, aut iniustè retentum? An satisfaciant debito? Ediscant vel à Zachæo publicano, qui si aliquem defraudauit, *quadruplum* reddebat.

1. *Negãs depositũ, retinẽs rẽ inuẽtã.*

Qui negat depositu sibi creditũ, non credit Deũ adesse delictorũ vltorẽ.

Non satisfaciũt debito, qui post diuturnã retẽtionẽ sine dãni satisfactionẽ reddũt solum ablata.

6. 7. PRO PECCATO, &c.] Qui ergo propter peccatum ex ignorantia captam est oblaturus, pro crimine scienter admisso, quod grauius est, arietem qui maioris pretij est, offeret.* Quia grauius delictum maiorem exigit satisfactionem. (Quæ quidem in maiori oblati arietis pretio reponitur.)* An paruus ille excessus arietis pretij maiorem exprimit offerentis satisfactionem? Certè tã difficile homines dant pecunias, vt paruus ille excessus pretij sit non mediocris satisfactio.]* Ediscant Confessarij, pecuniariam ad eleemosynas satisfactionem imponere: vt difficultas impẽdij delinquentem reddat cautiorem Sacerdos ergo accipiens arietẽ pro offerente rogabit, & vnumquodq. quod gesserit delictum, ei à Domino dimittetur.

Grauius delictũ maiorẽ exigit satisfactionẽ.

Hominũ auaritia ægre pecunias exhibet.

A cõfessario pro satisfactione imponẽda pœnitẽti obligatio gerẽ ll eleemosynã; vt cautior reddatur.

8. 9. 10. 11. LOCVTVSQVE, &c.] En autem holocausti iugis ritum. Iussit Deus, duos quotidie sibi agnos offerri, alterum mane, alterum vespere, de quo Num. 28. 3. Locutus itaque Mosi Dominus, ei iussit, Aaroni, ac filiis eius iugis sacrificij leges indicere. Tota nocte cremabitur, partibus animantis successiuè aræ à sacerdote impositis qui tota nocte in hoc intentus ministerium peruigil excubabit. * Vt dum sine intermissione tota nocte

1. *Lex Iugis sacrificij.*

hominis

Non potest fidelis digne Eucharistiā recipere, & in Deum nō conuerti.

solus potest esse particeps, qui Deitate fulget. * Abstinent ergo à typo Eucharistiæ Sacerdotes illi, qui non habebant, vnde in Deum possent specialissima similitudine conuerti. At nostri sacerdotes, ac fideles possunt Eucharistiam edere, quia edentes in Deum simul conuertuntur, fante Domino: *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in illo.*

6. *Ritus Hostiæ pro peccato.*

24. 25. 26. LOCVTVS EST AVTEM, &c.] Deus autem Mosi profatur: Aaroni, ac filiis eius huiusmodi ritum hostiæ pro peccato indices: Apud locum, vbi holocaustum offerendum est, debet immolari in conspectu Domini in Propitiatorio commorantis. Res quidem valde Sancta erit. Ad solum vero Sacerdotem offerentem pertinebit, abeoque, & eius filiis masculis comedenda. Poterat quidem offerens sacerdos alios sacerdotes, eorumque filios masculos ad eius esum aduocare: de quo proximo n. 29.

27. 28. QVIDQVID TETIGERIT, &c.] Si tangere quis intenderit victimæ pro peccato carnes, debet prius sanctificari, ac purificari. Si victimæ sanguine vestis aspersa fuerit, in atrio Tabernaculi diluetur, vt lota sic, ad profanos vsus redire, & à profanis indui valeat hominibus. At vas fictile, in quo hostia pro peccato cocta fuerit, confringatur; quia fictile vas porosum cum sit, humorem aliquem sanctificatarum carnium imbibit, qui elui facilè non potest. Si autem æneum fuerit vas, defricari & aquâ lauari sufficiet. † Hinc vasa lutea portantes ediscant, quam difficile à noxio percepto expediantur humore.

Difficile luteum vasa portantes, à noxio percepto expediuntur humore.

29. 30. OMNIS MASCVLVS, &c.] Ergo hostia pro peccato à solis masculis, iisque sacerdotibus, aut eorum filiis comedi poterit, ª quia valde Sanctus cibus vnde Sanctum conuiuam requirit.] * Quod si pro peccato victima ipsum exprimit peccatorem, apte solis sacerdotibus eiusque generi cedit in cibum; quia sacerdotum dulce pabulum peccatores.] Hostia enim pro peccato pontificis, & totius populi, cuius sanguis in Tabernaculum testimonij est inferendus ad offerentium expiationem, tota cremanda est extra castra, vnde minimè comedenda.

Sanctus cibus sanctum requirit conuiuam. Sacerdotum dulce pabulum peccatores.

CAPVT VII.

Hostiæ pro delicto, & hostiæ pacificæ ritus indicitur. Adipis esus prohibetur, omnisque sanguinis. Ex hostia pacifica pectusculum, & armus dexter sacerdoti sacrificanti adscribitur.

1 HÆc quoque lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est: 2. Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur. 3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia: 4. Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulúmque iecoris cum renunculis. 5. & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto. 6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est. 7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. 8. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. 9. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur: 10. siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. 11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino. 12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam, & collyridas olei admistione conspersas: 13. panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: 14. ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. 15. cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam vsque mane. 16. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. 17. quidquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. 18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. 19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit mundus, vescetur ex ea. 20 Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. 21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. 22. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 23. Loquere filiis Israël: Adipem ouis, & bouis, & capræ, non comedetis. 24. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod

Gratiū Deo munus, quod sine spe retributionis offertur. Quidquid gratiarum actionē pręsefert, Deo acceptabile admodū est.

gratiarum actionis dignior erat, quia ex animo grato, liberali, pio, & in Dei profusô laudes prorumpebat: illa vero ex voti necessitate & spe impetrandi aliquid à Domino ducebat exortum. * Et quidem gratius Deo, ac præstantius munus, quod sine spe retributionis offertur.] * Quidquid autem gratiarum prælefert actionem Numi i admodum est acceptabile.] Si quid itaque in crastinum remanserit diem, licitè potest edi: quidquid autem tertio die non absumptum exponetur, ab igne absumatur. Si autem aliquis ausus fuerit ab igne tollere quod ad eum pertinet, & die tertio comederit de reliquijs pacificorum carnibus erit irrita oblatio nec offerenti proderit. Per posteriorem enim legis huius prænaricationem, qua referuat carnes in diem tertium, perdet gratiam, quam priore sacrificio, & hostia pacifica apud me promeruit.

4.
Caro, quæ aliquid tetigit immundum, comburenda, qui autem pollutus comedit de carnibus hostiæ, perit.
Quod Deo semel oblatū, ad id immundum quid, ad nihilum valet vltra.
Viri egregij in Religione recurrentes ad sæculum nulli ministerio apti ostentantur, nisi flammæ æternæ pabula fiendæ.

18. CARO, QVÆ ALIQVID TETIGERIT, &c.] Caro Deo oblata, quæ post immolationem aliquo modo fuerit polluta, non comedetur, sed comburetur. Dixit, *Caro Deo oblata*, alias enim carne non sacra licebat vesci, etiam si quid immundum tetigisset. Dixi, *post immolationem*; nam si ante eam, cum deferretur ad altare, polluta fuisset, non licebat quidem eam offerre, poterat tamen ipsa in quosuis vsus conuerti profanos. * Profecto quod Deo dicatum semel, ad secularem cursum immunditiam recurrit, ad nihilum valet vltra, nisi vt ab hominibus conculcetur.] * Vidi viros egregios [Deo dicatos ad sæculum immundo contactu recurrere: qui qui... ipsi inutiles ostentantur ad ea ipsa, quibus excellere videbantur: solùm vtiles æternæ flammæ pabulo iam exponuntur. *sed comburentur igni.*] profecto si quis fuerit mundus ex hostia pacifica vescetur. Omnes ad esū admittentur etiam si sacerdotes non fuerint, modo mundi accedant.

Quam horrendum ... sit indigne, qui Eucharisticam hostiam indigne manducauerit.

20. ANIMA POLLVTA, QVÆ EDERIT, &c.] Homo verò pollutus, qui de pacificæ victimæ carnibus oblatæ Domino fuerit edere ausus, Deo vltore mortem incurret; vel in hac vita præsentem, vel in futura æternam. * Hinc collige, quinam indicio sit addicendus, qui Eucharisticum agnum, aut vitulum indigne manducauerit.]

21. ET QVÆ TETIGERIT, &c.] Homo tam pollutus in se, quam si quid pollutum, feces scilicet siue stercora tetigerit, ab esu pacificorum arceatur, sub capitalis pœnæ indictione.

5.
Non comeditur adeps bouis, ouis, & capræ, nec morticinum animal.

22. 23. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus Mosi profatur vlterius: Hæc Hebræis indices: Ouis, bouis, ac capræ adeps à vobis non edetur; quia hæc tria sunt, quæ Domino immolantur. Vnde eorum adipem mihi deposco, etiamsi hæc domi mactentur ad esum. Adipem verò aliorum animalium mundorum, sed ad sacrificium minime deputatorum comedere poteritis vel speciē totam eorum indiuiduorum, quæ Domino consecrantur, debes tenere. Mactatur ouis, bos, capra: adeps cunctorum huius speciei animantium tibi sie venerabilis. * Tota Religio commendanda est, ob vnum Martyrem, seu Confessorem Deo litatum; qui ex genere seu specie Diuorum.

Tota Religio commendanda ob vnum Diuū Deo litatum.

24. ADIPEM CADAVERIS, &c.] Cadaueris sponte mortui adeps vobis non cedet in cibum, nec vescimini carnibus animantis à feraocciti. Licet autem comedere non poteritis, ad alios vsus adhibere non vetor. In lucernas liquefacite, aut medicamini aptare, aut præparandis coriis insumite, &c.

25. SI QVIS ADIPEM, &c.] Qui ergo ausus fuerit vesci adipe ouis, bouis, aut capræ, (quæ sola ex quadrupedibus poterunt offerri) incendendo quidem, vel qui potest incendi Domino, capitali pœnæ addicendus.

26. 27. SANGVINEM QVOQVE OMNIS, &c.] Tam de pecoribus quam de volucribus cruor in cibum vobis minimè cedet. Omnis homo, qui à cruore non abstinuerit, morti est addicendus.

6.
Sanguinis prohibetur edulium.

28. 29. 30. 31. 32. LOCVTVSQVE EST, &c.] Adhuc Dominus Mosi: Hæc Filiis Israël profare. Qui victimas pacificorum Domino obtulerit, simul offerat libamen ex simila: vt ita Deo plenum ex carne & pane conuiuium exhibeat. * Quod enim sacerdoti edendum apponitur, veluti Dei epulo aptatur.] Non sacerdos, sed laicus offerens manibus adipem hostiæ, & pectusculum tenebit, ac sacerdoti tradet. Qui quidem ex duplici munere adipem Domino litabit, pectusculum autem socijs sacerdotibus, ac Aaroni pariter reseruabit. Addet & armum dextrum, qui simul in sacerdotale aptabitur epulum. * Pectore indiget sacerdos, & armo: hoc, vt portet; illo, vt subditos foueat. Nisi enim eos pectore diligat ardenter, ægre armo deportabit.

Quidquid sacerdoti edendū apponitur, quasi Dei epulo aptatur.
Ægrè Præsul armo subditos portat, quos pectore non fouet.

33. PECTVSCVLVM ENIM, &c.] Tollere enim iussi filij Israël, de hostiis pacificis pectusculum, quod per eleuationem in altum mihi est oblatum: & armus mihi separatus vt sacerdotibus Dei vice dentur. * Non sit tibi graue, sacerdotibus tua munera dedere, si Deus fatetur accepisse, quod sacerdotali impendis edulio. Hæc planè lex, Israelitæ dum Religio extiterit ritè vigebit.

Deus fatetur accepisse, quod sacerdotali impendis.

34. 35. 36. 37. HÆC EST, &c.] En itaque vnctionem Aaronis, & filiorum eius iuxta ritum ac ceremonias præscriptas. (Exo. 29.) die ipso, quo Domino eos Moses obtulit, vt sacerdotali officio fungerentur: & quæ Dominus sanctione, ac lege perpetua eis dari præcepit. En ritum holocausti, & sacrificij pro peccato, & pro delicto, & pro pacificorum victima, quæ quidem ex sacris iussit Dominus à cunctis Hebræis, dū cum Mose in deserto, mōtoso iuxta Sinai montem commoratur.

CAPVT VIII.

Aaron Pontifex, filii eius ſacerdotes à Moſe conſecrantur.

1. LOCVTVSQVE eſt Dominus ad Moyſem, dicens: 2. Tolle Aaron cum filiis ſuis, veſtes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, caniſtrum cum azymis, 3. & congregabis omnem cœtum ad oſtium tabernaculi. 4. Fecit Moyſes vt Dominus imperauerat. Congregatáque omni turba ante fores tabernaculi, 5. ait: Iſte eſt ſermo, quem iuſſit Dominus fieri. 6. Statimque obtulit Aaron & filios eius. Cumque lauiſſet eos, 7. veſtiuit pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit: 8. quod aſtringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. 9. Cidari quoque texit caput: & ſuper eam, contra frõtem, poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus. 10. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. 11. Cumque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud, & omnia vaſa eius, labrumque cum baſi ſua ſanctificauit oleo. 12. Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum, & conſecrauit, 13. filios quoque eius oblatos veſtiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus. 14. Obtulit & vitulum pro peccato, cúmque ſuper caput eius poſuiſſet Aaron, & filij eius, manus ſuas, 15. immolauit eum: hauriens ſanguinẽ, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum, quo expiato & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. 16. Adipem verò qui erat ſuper vitalia, & reticulum iecoris, duóſque renunculos cum aruinulis ſuis, adoleuit ſuper altare: 17. Vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat Dominus: 18. Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper cuius caput cùm impoſuiſſent Aaron & filij eius manus ſuas, 19. immolauit eum, & fudit ſanguinem eius per circuitum altaris. 20. Ipſumque arietem in fruſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, 21. lotis prius inteſtinis & pedibus, totumque ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quod eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris Domino, ſicut præceperat ei. 22. Obtulit & arietem ſecundum, in conſecratione ſacerdotum: poſueruntque ſuper caput eius Aaron & filij eius manus ſuas. 23. quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, ſimiliter & pedis. 24. Obtulit & filios Aaron. Cúmque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper altare per circuitum 25. adipem vero, & caudam, omnemque pinguedinem quæ operit inteſtina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis & armo dextro ſeparauit. 26. Tollens autem de caniſtro azymorum, quod erat coram Domino, panem abſque fermento, & collyridam conſperſam oleo, laganúmque, poſuit ſuper adipes, & armum dextrum. 27. tradens ſimul omnia Aaron & filiis eius. Qui poſtquam leuauerunt ea coram Domino, 28. rurſum ſuſcepta de manibus eorum adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quod conſecrationis eſſet oblatio, in odorem ſuauitatis, ſacrificij Domino. 29. Tulitque pectuſculum, eleuans illud coram Domino, de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus. 30. Aſſumenſque vnguentum, & ſanguinem qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta eius, & ſuper filios illius ac veſtes eorum. 31. Cumque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron & filij eius comedent eos: 32. quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet. 33. De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ, ſeptem enim diebus finitur conſecratio: 34. ſicut & impræſentiarum factum eſt, vt

ritus

ritus facrificij compleretur. 35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est. 36. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

COMMENTARII.

1. Iubetur Moses tollere consecrationis apparatū, & consecratur Pōtifex.

VERS. 1. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Exodi Caput 29. recolendum, e quo omnes ferè huiusce capitis periodi desumuntur. Dominus ergo Mosi profatur: Aduoca Aaronem cum filiis, præpara vestes, oleum vnctionis, vitulum pro peccato litandum, vnum & alterum arietem, canistrumque panibus plenum azimis: ad ostium Tabernaculi omnem Hebræorum cœtum adduci impera. Id perficit Moses congregatæque turbæ profatur: Quidquid gessero, à Domino præscriptum accepi. Mox Aaronem, eiusque filios fecit accedere, seu applicari; eos diluit & Pontificem Aaronem tunica linea stricta induit, baltheo accingit, tunica violacea polymita superinduit; & superhumerale imponit. Id cingulo adstringit, & aptat Rationali, in quo Vrim thumim, seu Doctrina & Veritas erat inscripta: tiara texit caput, è qua super frontem aurea pendebat lamina olei vnctione consecrata ad vsus sanctos, ex Domini præscriptione.

10. 11. 12. 13. TVLIT ET VNCTIONIS, &c.] Vnctionis oleum assumit, & Tabernaculum cum omni supellectili inungit septem vicibus vnctione seu olei aspersione deducta, qua Tabernaculum, cunctaque vasa eius sanctificata sunt. At supra caput oleum profundens, eum consecrat; filiosque eius Domino oblatus lineis tunicis induit, præcingit baltheis; imponitque mitras ex Domini iussione.

2. Offert vitulum pro peccato.

14. 15. 16. 17. OBTVLIT ET VITVLVM, &c.] Offert & vitulum, siue vitulos septem per totidem dies, (sic Exod. 29. 35. iubetur) pro peccato; postquam autem Aaron, & filij eius suas manus super caput vituli quotidie imposuissent, eum Moses immolauit. Haurit sanguinem, ac tincto digito cornua per gyrum tangit altaris, quo quidem altari sanctificato, reliquus sanguis ad altaris fundamen effunditur. * Nec enim sanctificatio altaris consisteret, nisi explato fundamine niteretur.] Quæcumque super infecto fundamine onera apponuntur illico casura non dubites. Porrò adeps operiens præcordia, iecoris reticulum, duo renes cum pinguedine sua adolentur à Mose: reliquæ autem vituli carnes, ossa, pellis, fimus extra castra Domini iussione cremantur.

Quidquid super fundamine infecto ædificatur, illicò concidit.

3. In holocaustum litat arietem.

18. 19. 20. 21. 22. 23. OBTVLIT ET, &c. Ex duobus autem, qui allati sunt arietibus, vnum in holocaustum Domino litat Aaron; & filij eius manus super victimæ caput imponunt, se victimas offerentes, mox aries immolatur, sanguis per circuitum altaris profunditur, animantis cadauer in frusta cæditur, caput, artus & adeps igni sacrantur, lotis prius intestinis ac pedibus: totusque aries super altare incenditur: eo quod Deo fragrantissimum odorem emittit. * Cum enim totum Deo te addixeris, nihilque ex te tibi, aut sæculo reseruaueris, suauissimum Deo holocaustum accendes.] Porrò alterum arietem in sacerdotum offert consecratione. Aaron & filij eius super victimæ caput manus collocat, Moses immolat, de eius sanguine assumit, & Aaronis extremum dextræ auriculi tangit, dextræ manus, dextrique pedis, nudi quidem, pollicem inungit. Tota gubernationis dexteritas ex victimæ sanguine sacerdoti promittitur. * Speciale enim sanguinis salutaris auxilium auri requiritur, vt Præsul audiat prudenter subditorum defectus, ne illicò se credulum exponat.] * Multa deferūtur ad Rectoris aures, quæ aut malitia, aut æquiuocatione deferentis, nulla nituntur veritatis essentia.] * Pollex inungatur manus, ac pedis: vt opera, vt gressus Sacerdotis ad subditorum commoda dirigantur.

Suauissimum Deo præpatas holocaustum, cum te totum ei litaueris, nec quicquam tibi reseruaris, aut sæculo.

Non credenda à Præsule quæcūque de subditis proclamantur, prudenter exaudienda.

Opera, ac gressus Præsulis ad cōmoda subditorum dirigendi.

4. Offert, & consecrat filios Aaron, & reliquas implet ceremonias.

24. 25. 26. 27. 28. 29. OBTVLIT ET ALIOS, &c.] Vt autem Aaronis filios Domino consecraret, ex sanguine immolati arietis singulorum auriculæ extremum, manus, ac pedis dextri pollicem inungit, reliquo per altaris circuitum profuso cruore. Adipem, caudam, intestinorum pinguedinem, reticulum iecoris, renes cum adipe, armumque dextrum imperat è cadauere. E canistro coram Domino apposito panem absque fermento, tortulam subactam oleo, & crustulam super adipes armumque dextrum apponit: omnisque simul Aaroni, filiisque eius tradit. Qui quidem ea coram Domino eleuans, moxque Moses de eorum manu recepta, super altare adolet holocausti Domino suauissimi odoris, eo quod consecrationis esset oblatio. * Nihil enim Domino tam iucundum, quam oblatio, qua homo se Domino consecrat, eiusque seruituti æternum addicitur.] Eleuatque pectusculum in conspectu Domini, de consecrationis ariete, quod sibi adscribit, sicut ei Dominus præceperat. * Vt enim sacerdos, seu Præsul sibi particularem addicat portionem, debet speciali Dei iussio præcedere. Profectò si attentè perpendas ex arietis partibus pectusculum vilior est portio ad edulium. Iubet Deus, Præsulem sibi (si eligere debet) portionem sumere deteriorem.

30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. ASSVMANSQVE, &c.] Moses quidem assumpsit vnguentum (cuius compositio præscripta iam fuerat Exo. 25. & 30.) & admiscens sanguini qui in altari aderat, super Aaronem, & vestimenta eius: super filios eius, illorumque aspersit indumenta. Vnctio ergo seu potius effusio in capite, erat Pontificis consecratio. Vnctio verò communis Pontifici, & minoribus sacerdotibus vnguenti misti sanguine super eos & super vestes eorum erat aspersio, simulque auris dextræ, ac pollicum inunctio. Postquam autem eos suo in amictu sanctificauit, eis iussit, profatus: Ante fores Tabernaculi carnes victimæ coquite, & inibi eis vescimini: edite simul

simul consecrationis panes, qui in canistro sunt præparati. Sic enim Dominus fieri præcepit, cum mihi præscripsit: Aaron, ac filij eius hisce panibus vescentur. At quidquid reliquum fuerit de carne, ac panibus igne cremabitur. Vt autem sæcularis consuetudo animum Deo sacrandum perturbare non valeat, de Tabernaculi ostio septem diebus exire vobis non licebit, septem etenim hisce diebus vestræ consecrationis tempus perficitur.* Innuitur planè, decere Sacerdotes nouos accuratior à sæculari consuetudine recessio.] * O quam aptè qui primæ Missæ præparatur, septem diebus spiritualibus exercitiis de D. Ignatij P. mei magisterio impendit studium! Porrò quemadmodum inpræsentiarum factum est, fiet in posterum quotiescumque facienda erit Pontificis, aut sacerdotum consecratio. Die noctuque apud Tabernaculum commorabimini, spirituales gerentes excubias, si à mortis pœna vultis præseruari. Sic enim mihi Dominus vobis indicere imperauit. Profectò Aaron, ac filij eius cuncta, quæ iusserat Deus per manum Moysis, id est per Moysem perfecere. Aptè per manum Mosis Deum locutum esse dicitur.* Præsul enim, ac Legislator egregius manu, id est, expresso opere indicebat legem, potius quam sermone. Legislator eximius qui operibus vtitur pro verbis: quàm facile subditus ad legis adducit obseruationē.

Decet nouos sacerdotes accuratior à sæculari cōsuetudine recessio.

Aptè præparantur ad primā Missā exercitiorū spiritualium hebdomada.

Legislator, qui operibus pro verbis vtitur, [illegible] facile ducit ad legis obseruationem.

CAPVT IX.

Consecratus Aaron suas primitias celebrat, & præter iuge sacrificium, suo offert vitulum pro peccato, in holocaustum litat arietem. Deinde etiam populi victimas offert, hircum scilicet pro peccato: in holocaustum vitulum, & agnum: bouem, & arietem pacificam in hostiam. Quæ quidem omnes hostiæ igne cælitus emisso fuerunt absumptæ.

1. FActo autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israël, dixitque ad Aaron. 2. Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram Domino. 3. Et ad filios Israël loqueris; Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculos, & sine macula, in holocaustum. 4. bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes. hodie enim Dominus apparebit vobis. 5. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostiū tabernaculi: vbi cùm omnis multitudo astaret. 6. ait Moyses: Iste est sermo, quē præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius 7. Et dixit Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum, & deprecare pro te & pro populo. cúmque mactaueris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus. 8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato suo: 9. cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim eius. 10. Adipémque & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi: 11. carnes verò & pellem eius extra castra combussit igni. 12. Immolauit & holocausti victimam: obtulerúntque ei filij sui sanguinem eius, quē fudit per altaris circuitum. 13. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerunt, quæ omnia super altare cremauit igni, 14 lotis aqua priùs intestinis & pedibus. 15 Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatóque altari, 16. fecit holocaustum, 17. addens in sacrificio libamenta quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque ceremoniis holocausti matutini. 18. Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi: obtulerúntque ei filij sui sanguinem quem fudit super altare in circuitum. 19. Adipem autem bouis, & caudam arietis renunculósque cum adipibus suis, & reticulum iecoris 20. posuerunt super pectora. cumque cremati essent adipes super altare, 21. pectora eorum, & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses. 22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit. 23. Ingressi autem Moyses & Aaraon in tabernaculum testimonij, & deinceps, egressi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: 24. & ecce egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustum,

&

& adipes qui erant super altari. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum in ruentes facies suas.

COMMENTARII.

1. *Sacrificium pro peccato.*

VERS. 1. 2. FACTO AVTEM OCTAVO DIE, &c.] Facta igitur octaua die à consecratione Aaronis & Tabernaculi, aduocat Moses Aaronem, ac filios eius moniturus nouos sacerdotes, vt prima sua sacrificia offerrent. * Subtraxans eos, qui sacerdotio initiati post dies, aut menses multos primum offerunt sacrificium. Septem, aut aliquorum dierum præparatio præcedat, sed non diu prima differatur celebratio Sinaxis. In conspectu itaque maiorũ natu Israël, vt interessent oblationibus, sacerdoti fatur Aaroni: Vitulum, & arietem è grege ac armento elige immaculatos, integros vtique, ac perfectos, vitulum pro peccato offer, arietem in holocaustum lita. Nec holocausto dest operam, nisi prius pro piaculis fuerit hostia oblata. * Primam Missam, præcedat accurata conscientiæ expiatio: imo quotidie celebraturus deletes Confessionis sacrificiũ prius pro peccato manifesto veniali, aut occultis piaculis offerte. Amplius purificatur conscientia, gratia accrescit, dignius percipis Eucharistiam.

Præcedat præparatio, sed non diu differatur prima celebratio Sinaxis.

Cõfessio generalis primã Missam præcedat. quotidie celebraturus præmittet venialiũ cõfessionem.

§ 4. E[T AD FILIOS] ISRAEL, &c.] Ad filios Israel [non] sacerdos loquens, non ego. * Sace[rdotalis] enim muneris est, subditos hortari vt [sacr]ificio pro peccato dẽ operam, holocaustoque studium impendant.] * Nihil sacerdoti magis agnatum, quam fideles ad Sacramentorum frequentiam allicere monitis.] * Poterat quidem Moses hæc populo monere, sed [cũ] à Sacerdote id Hebreis indic[et], v[t] innueret Prælule[s] summos debere [su]b[or]dinatis Rectoribus committere immediatam gubernationis a[dministratio]nem. Vnusquisque suo [...] Tollite (inquies tu Aaron [...] Ponti[fex], nam tibi [...] incumbit Pontificia auctoritas vt victimas populo præcipias) hircum, vt pro peccato possitis offerre: vitulumque & agnum, qui annum ætatis non excedant, ad me adducite, vt ego pro vobis coram altari holocaustorum seu Tabernaculi ostio immolem. Offerte simul in singulorum sacrificio oblationem farream quæ ad omnem victimam adiungenda est; quia sine pane, aut farre non prandetur. Hodie enim Dominus apparebit, ignem de cœlo immittens, qui sacrificia vestra in acceptationis combuset documentum. * Cum Missam celebrans te frigidum experitis, time; tuum sacrificium, ex parte offerentis acceptabile non existere. At cum deuotionis igne conflagras, non vulgare cape diuinæ acceptationis [in]dicamentum.]

Sacerdotalis muneris est, subditos ad spiritualia exercitaméta hortari.

Aggotum sacerdoti, fideles monito adducere ad sacramentorũ frequentiã.

Prælates summi inferioribus cõmittant immediatã administrationẽ.

Si Missã celebrãs te frigidũ experis, time, acceptabilẽ non esse offerẽte: si deuotionis igne flagras, acceptabilẽ te confide.

§. 6. TVLERVNT ERGO CVNCTA, &c.] Postquam ergo Aaron iussus a Mose ad pręcepit, Israëlitæ ad Tabernaculi ostium cuncta detulere. Morantibus autem inibi maioribus natu, omnique multitudini à maioribus nato aduocatæ Moses affatur: Dominus fieri iussit, quæ è Pontificis vestri ore audiuistis: executioni date, Dei gloria vobis apparebit, igne absumente victimas è cœlo peruolante. *Dei enim gloriam exuberare facitis, dum pro peccato a vobis victimã præparatur.]

Exuberant dei gloria ostendi, dũ pro peccato nos victimã præparamus.

2. *Aaron iubetur immolare pro suo peccato vitulum.*

7. ET DIXIT AD AARON, &c.] Aaroni mox Moses ait: Primo ineas altare, & pro peccato tuo vitulum immola * Nisi enim prius te omnium obieceris, quomodo pro peccatis populi audebis immolare?] Holocaustum postmodum offeras, sicque tuncque pro te, & pro populo poteris deprecari. Deposit hæc operam hostiæ pro populo mactationi, & efficacius ora pro eo, sicut Dominus imperauit. Orat ergo sacerdos antequã populi offerat pro crimine hostiam, & postquam immolauit. * Vt enim pœnitens dignè Sacramenta suscipiat, prec[ib]us indiget sacerdotis; vtque accepta perlistat in gratia, debet sacerdotis precibus adiuuari.] Premenda particula. *Sicut præcepit Dominus.* Ex Domini præcepto olim sacerdos pro populo debebat precari. * Nostri autem sacerdotes ipsa in Sinaxi non possunt non pro populo exorare. Attamen qui dat munus sacerdotale priuatas alias preces indicit.]

Prius sacerdos se mundũ ostendat, quàm pro peccatis populi immolet.

Vt dignè pœnitens sacramentã accipiat & vt accepta perfistat in gratia sacerdotis precibus iuuetur.

Debet sacerdos ex munere precari pro populo.

8. 9. 10. 11. STATIMQVE AARON, &c.] Primum omnium Aaron pro propriis peccatis ad altare accedens vitulum immolat; filij autem eius sanguinem ei victimæ offeruot, in quo intingens Aaron digitum cornua mungit altaris, reliquumque basi profundit; adipem, renes, iecoris reticulum, quæ sunt partes hostiæ, seu vituli pro peccatu oblati, adolenda, & cremanda imponit altari: nam igne cœlesti hæc, & sequentes victimæ fuere postes consumptæ. At cadaueris carnes, ac pelles iuxta legem datam (cap. 4. 12.) igne combusit extra castra.

12. 13. 14. IMMOLAVIT ET HOLOCAVSTI, &c.] Post[ve]rum pro peccato vitulum, a[rie]tem holocausti victimam immolat, cuius [sanguine]m à filiis acceptum per altaris profu[n]dit circuitum. Offerunt simul Aaroni filij totum cadauer hostiæ in f[rust]a concisum membratim ita vt caput, reliquaque membra separatim ex[hibe]rentur; quæ omnia Aaron super [alta]re po[st]modum cœlitus succendenda apponit, aqua tamen prius intestinis, ac pedibus elutis.

3. *Pro peccato populi mactat hircum, &c.*

15. 16. 17. ET PRO PECCATO POPVLI, &c.] Porrò pro peccato populi victimam oblaturus, mactat hircum, expiatóque per hoc sacrificium pro peccato, ex sanguinis aspersione, altari, holocaustum offert, mactato vitulo, & agno anniculo: addítque in sacrificio farreo, seu similæ comitante, quæ pariter offeruntur, nempè oleum, vinum (hanc legem iam fuisse latam ex hoc loco patet, licet posterius Num. 15. referatur) Cũcta super altare adolevit, absque eo quod omitteretur, aut impediretur iuge sacrificium matutinum, & vespertinum. * Quæcumque Domino sacrificia adoleas pro peccatis po-

puli gerens ministeria, non ideo debes iuge matutinæ orationis, & vespertini rosarij sacrificium omittere.

18. 19. 20. 21. 22. IMMOLAVIT ET BOVEM, &c.] Porrò bouem arietémque pacificas scilicet populi hostias immolat, quarum sacerdotes filij sanguinem offerunt, quē accipiens Aaron per altaris circuitum profūdit. Bouis autem adeps, & cauda arietis, renes cum adipe, reticulúmque iecoris super pectora pecorum immolatorum, quæ postea Aaron separauit, apposuere. At cum postea, igne cœlicus misso, adipes cremati super altare fuissent: Aaron pectusculum vtrumque & armum dextrum separauit, eleuauit, & obtulit Domino, moxque sibi sacrificanti cessére, sic Domino imperante. * Nihil tibi cedat, quod non prius Domino eleuaueris, vt fælicius possideas, & retinere possis. Quod enim sine Deo tibi cedit, velocissimè assolet deperire.] Profectò Aaron nouellus Pontifex manus ad populum extendens, ei benedixit, profatus, *Benedicat tibi Dominus, &c.* Num. 6. 24. Perfectisque hostiis pro peccato, holocaustisque ac pacificis, id est, completa hostiarum iugulatione, concisione, ac impositione in altari, Aaron sacrificans *descendit.* * Nil enim eleuatius sacerdote sacrificante.] Restabat hostiarum crematio, quæ postmodum facta est per ignem cœlitus immissum.

4. Hostias immolat pacificas.

Nihil cedat tibi, quod prius Domino eleuare, & offerre nō cures, vt feliciter possideas.

Nihil eleuatius sacerdote sacrificante.

23. 24. INGRESSI AVTEM MOYSES, &c.] Moses & Aaron Tabernaculum ingrediuntur actionem gratiarum post beneficium tantum acturi: & egressi rursum populo benedictionē impertiūt. Omni demū multitudini Domini gloria exponitur, ignis scilicet à Deo è Tabernaculo immissus ad deuorandū rutilat holocaustum, & adipes, qui super altare aderant succēdēdos. Id plane factum vt populus intelligeret, sacerdotes eos à Deo institutos, & illis esse gratos: vtque maiorem ergà sacra reuerentiā conciperent. Hic ignis postea à sacerdotibus, addito lignorum fomento, diligenter est asseruatus. * Exhibe reuerentiam altari, nec audeas eius lædere puritatem, vbi ignis fouetur æternus. Rem tibi cum æterno igne futuram existima, si ausu sacrilego ad altare accesseris.] Viderunt Hebræorum turbæ profluentis ignis miraculum, & Deum ruentes in facies seu ex timore, seu ex adorantium habitu collaudauerunt. Vsque ad captiuitatem Babylonicam hunc ignem perdurauisse reor.

5. Ingreditur Moses cum Aarone Tabernaculum.

Ignis egressus est, & cuncta succendit super altare apposita.

Res tibi futura est perpetuo igne, si sacrilego ausu ad altare accesseris.

CAPVT X.

Thurificantes filij Aaron Nadab & Abiu igne profano à Deo percussi pereunt igne absumpti cælesti. Plangi à consacerdotibus Dominus prohibet. Usus vini, ac siceræ sacerdotibus interdicitur dum Tabernaculo deseruiunt.

1. ARREPTISQVE Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum quod eis præceptum non erat. 2. Egresśúsque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino. 3. Dixitque Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est Dominus: Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. 4. Vocatis autem Moyses Misaele & Elisapham filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Itē & tollite fratres vestros, de conspectu Sanctuarij, & asportate extra castra. 5. Confestimque pergentes tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. 6. Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israël, plangant incendium quod Dominus suscitauit: 7. vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi. 8. Dixit quoque Dominus ad Aaron: 9. Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras. 10. Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum: 11. doceatisque filios Israël omnia legitima mea quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi. 12. Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios eius, qui erant residui:

Tollite sacrificium, quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. 13. Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi. 14. Pectusculum quoque quod oblatum est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum; tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israël: 15. eò quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos, lege perpetua, sicut præcepit Dominus. 16. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyses, exustum reperit: iratúsque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: 17. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, 18. præsertim cùm de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueritis eam in Sanctuario, sicut præceptum est mihi? 19. Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremoniis mente lugubri? 20. Quòd cùm audisset Moyses, recepit satisfactionem.

COMMENTARII.

1. Nadab, & Abiu igne alieno litat Domino incensum.

VERS. 1. ARREPTISQVE NADAB, &c.] Vetitum erat (Leu. 6. 9.) Deo sacrificium igne alieno, seu non sancto ex altari sumpto semper ardenti, litare. Porro N[illegible]b & Abiu filij Aaron thuribulis ignem profanum imposuere contra Domini imperium, & incensum prunis apponentes coram Domino obtulerunt. Aliqui id eos fecisse ex temulentia putant. * Haud deliquere ex oblatione temulenti, sed grauissimè peccarunt temulentiæ dantes operam, aut se periculo exponentes huiusmodi ex genere quidem sacerdotali. Quam horribili supplicio afficiendum delictum, in sacerdote temulentia!

Grauissimo supplicio afficienda temulentia in sacerdote.

* Alij asserunt, ex inconsideratione, & [illegible] fecisse, vt pote in ministerio no[illegible] [illegible]tati. Et tamen puniuntur exi[illegible] aliter. Quid si ex consideratione [illegible] de[illegible]liquissent? O sacerdotes alienum ignem siue luxuriei flammam ad altare Domini afferentes, quam horribile vobis suppl[illegible] præparatum!] Volentes igitur filij Aaron Deo gratias pro insigni miraculo consumptionis holocaustorum, & approbationis sacerdotij ipsorum reddere: vim subitam ignis holocausta deuorantis conspicientes, ac miraculi nouitate perturbati, non ausi ad altare accedere vt inde ignem acciperent, aliunde festinanter rapto igne, & thuribulis imposito incensum Domino obtulere, ignem alienum desumptum ex aliquo foco, vbi carnes victimarum vescendæ à sacerdotibus igne vulgari coquebantur. * Porrò nunquam non erroris periculum subit, qui festinanter, inconsultis peritioribus, ad actiones accurrit.]

Si ex inconsideratione gerentes id tam dire puniuntur, quid si affectatè ignem luxuriei offerrent ad altare?

Errat, qui inconsultè, & festinanter ad actiones currit.

2. EGRESSVSQVE, &c.] A Tabernaculo, vbi Dominus colebatur, aut ab altari holocaustorum ignis egressus, eos vorauit non omnino absumens, sed eos, instar fulminis, afflando, & occidendo. * Docuere procul dubio Deum, quonammodo deberet eos punire. Non assumunt ex igne altaris, ne absumantur ab igne: ideo ignis eos altaris egressus comminuit.] * Ex altari autem egreditur ignis, vt timeat sacerdos indispositus accedere ad altare. Quotidie inuisibiliter ignis egreditur improbi sacerdotis animum voraturus.] Credibile plane, Deum eos morte præsenti puniuisse, vt æternam euaderent: & peccatum vel non extitisse lethale, vel contritione, antè quam halarent animam, expiatum. * Sic aliqui contemplantur, quia Aaronis filij. Nec dubium quin propter parentum iustitiam Deus filiis delinquentibus specialiora impendat auxilia, nè subiaceant damnationi.] * Quam misericorditer Deus in præsenti punit, ne flagellet æternùm!] Asserunt, lineas vestes sacerdotales in quibus ministrabant, absumptas non esse. * Nec enim ex sacerdotū iniquitate sol sacrorū vestimentorum inficitur. Indemnis sacerdotalis decor flagitioso sacerdote punito. Taxantur hinc qui existimant, religiosū institutum deturpari quia Regularis quisque deliquit, & pœnas criminis persoluit.] Mortui ergò sunt coram Tabernaculo duo delinquentes filij Aaronis.

A Domino igne egreditur interfectum iri eos.

Docet Deum peccator, quonāmodo eū debeat punire.

Ex altari inuisibilis egreditur quotidie ignis improbi sacerdotis animū voraturus.

Filiis diuorū Deus specialiora præbet auxilia, nè damnentur.

Misericordissime Deus in præsenti peccatores punit.

Quia sacerdos, aut Regularis quisq; deliquit, ac punitus est, nō deturpatur sacerdotum aut Regularium institutum.

3. DIXITQVE, &c.] Præueniens autem Moyses, nè Aaron nimium contristaretur super repentina morte filiorum, ei profatur: En quod mihi seruo suo reuelare dignatus est Dominus, dicens: Me ostendam sanctum, ac separatum ab omnibus peccatis, & sanctitatis amatorem, puniens peccata eorum, qui mihi amplius adhærescunt. * Ægrius enim Deus propinquorum, domesticorumque, siue sacerdotum, ac religiosorum crimina tolerat.] Appareboque *gloriosus* in populis conspectu delinquente propinquiori punito. * Reputat enim populos iustos, & commendatione dignos Principes eos, qui à domo sua instituunt piaculorum punitionem.] Audiuit hæc Aaron, & non est ausus conqueri, quia Dei voluntate id factum audiebat, nec eius dispositioni vlla posset humana contraire conditio. * Quam stultè, & inutiliter conquereris, cum querimoniæ solùmodò possunt delictū addere labori

Ægrius Deus sacerdotū, ac Religiosorum crimina tolerat.

Iusti reputantur Principes qui à domo sua instituunt delictorum punitionem.

Stultè, & inutiliter quereris de iis, quæ Deus flagellās contorquet.

4. 5. Vocatis

5. *Iubet Moses cadauera castra castra asportari.*

4. 5. VOCATIS AVTEM, &c.] Aduocat Moses Misaël & Elisaphan filios Oziel fratris Amram, & ex consequenti patrui Aaron & eis profatur: Tollite consanguineos vestros de Tabernaculi conspectu, vbi eorum contactene cadauera, & extra castra humanda portate; neq; enim licet, mortuos intra castra sepeliri, quia locus, in quo mortuus iacet immundus reputabitur, quem admodum ipsa cadauera habentur immunda. * Et quomodò non à cadauere immundo locus ipse contraheret immunditiam? Pauæ hinc societatis edisce vitare contagiom.] Pergunt itaque Misaël & Elisaphan confestim, & vestita lucis, quas ignis non absumpserat, cadauera extra castra deferunt, implentes vtique Mosis imperium.

Praui socij vitandi contagio.

4. *Indicitur Aaroni, ac filiis abstinentia à luctu.*

6. 7. LOCVTVSQVE EST MOYSES, &c.] Moses autem, vt prohiberet in sacerdotibus humanitatis affectum, Aaroni, Eleazaroque ac Ithamari filiis eius profatur: *De capite vestro cidarim* (sic LXX.) *nè deponatis* in luctus, mœrorisque argumentum, nec vestimenta scindatis, vt homines afflicti tristitia gerere assolent. * Nolebat Dominus, sacerdotes, qui ab humanitate ex consecratione recesserant quodammodo, affectui humanitatis exponere.] Quia scilicet contrarium gerentes morientini, (periculo *Forte* non est dubitantis) & super omnem Israëlitarum cœtum orietur Dei indignatio, lucore populo plaga aliqua peccatum Pontificis, ac sacerdotum. * O quoties ob piaculo la Principis, ac sacerdotum populus innocens innumeris calamitatibus peregrinatur!] Sacratas vestes, quibus nuper consecrati fuistis, scinderis? Pontificium caput, quod sanctum perfudit vnguentum, fœdabitur puluere? Certè sacerdotalis status quæ diuinæ placent prouidentiæ æquiori debet animo tolerare. Vndè cuncti alij de Tribu vestra, & domus omnis Israël sacerdotum plangant excidium. * Æquum namque, vt personæ carniæ, præsertim sacerdotum ad Dei cultum deputati à toto populo defleantur.] Vos autem fores atrij Tabernaculi nolite caire, vt lugentibus consocienini, alioquin vobis peteundum; vncti enim estis sacro oleo, quod præcordia vestra nunquam non exhilarare debet. * Indignum planè, vt terrena dispendia immoderatius more defleant sæculari, qui ad cœlestia elevati peregrinatum impressionum minimè iam subduntur effectibus.] Porrò Aaron, ac filij eius cuncta Mosis impleuerunt imperia.

Sacerdotes dedecet affectus exponere humanitatis, diuino iam quodammodo effectos.

Ob piacula Principis, ac sacerdotum populus incomodis agitatur immensis.

Sacerdotalis status ferre debet animo æquiori, quæ Dei dispositio gerit.

Æquum est personas eximias obeuntes à toto populo defleri.

Sacerdotes ad cœlestia eleuati, affectibus peregrinarū impressionū nō subiiciuntur.

5. *Vsus vini, & sicera sacerdoti celebraturo prohibetur.*

8. 9. 10. 11. DIXIT QVOQVE DOMINVS AD AARON, &c.] Aaroni Dominus ea fiborum indiscretionis occasione per interam mentis inspirationem dixit: Omni abinebriatino liquore, vino scilicet, & sicera sacris operaturi abstinebitis: siue ad consulendum Deum, siue ad componendum lucernas, siue ad incendendum thymiama Tabernaculum ineatis. Ne moriamini diuini præcepti transgressores, quia præceptum hoc duraturum est, quandiu Respublica, & status legis huius extiterit. Ideò autem vos à vino, ac sicera sacra facturos abstinere iubeo, vt facultate polleatis actu discernendi inter sanctum seu diuinis vsibus applicatum, & profanum, quod pertinet ad vsus humanos in rebus, quibus vti, aut non vti debet sacerdos in Tabernaculi ministerio: Vtque possitis discernere inter pollutum hominem, vel animal, & mundum; tenetur enim sacerdos de immunditia, vel munditia leprosi, & rerum aliarum iudicare: Et vt edocere possitis filios Israël omnia legalia præcepta, quæ eis Deus per Mosem obseruanda præcepit. Ministrum, Iudicem, & Doctorem dedecet ebriari. Nè igitur tam horribili piaculo maculetur, ne modico quidem poculo metit aut siceræ sitim sacerdos extinguat. * A vitiis enim statum dedecore afficientibus sic debes abstinere, vt nec leuitatem materiæ admittas.] * Et quidem vel odor meri ore in sacerdotali grauissima agit turpitudine Cleri atum. &c.]

A vitiis dedecore afficientibus statū sic abstinere, vt nec materiæ leuitatem admittas.

Vel odor vini in ore sacerdotis dedecet Clericatum.

6. *Comedere sacerdoto iubetur sacrificium.*

12. 13. 14. 15. LOCVTVSQVE EST MOYSES AD AARON, &c.] Moses ergo locutus est ad Aaron, ac filios eius Eleazar, & Ithamar, qui residui fuerant ex incendio, quod immiserat Dominus. Tollite, inquit, sacrificium similæ, seu Mincha, & panes, & crustulas oleo litas, demptis his, quæ incensa sunt super altare; & his vescimini absque fermento in exedra ad hoc apud atrium, in quo est altare, præparanda; quia sanctissimum est alimentum, proindèque eius esus non debet differri, nec in loco exerceri profano. Edetis ergo sacrificij similaginis residuū hoc quod tibi, ac filiis tuis impensum à Domino, in loco sancto: sicut luctum sint à Domino profante, *Quod si reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum eius sanctum sanctorum de oblationibus Domini*. Comedetis autem pectusculum, quod fuit oblatum, & armum, qui separatus fuit, non quidem in loco sancto, quale atrium sed in loco mundissimo extra atrium Tabernaculi. Hoc epulo potiemini tu, filij tui, imo filiæ potierotoi. Licet enim fœminæ ad esum oblationis similæ admittendæ non erunt, ad residuum hostiæ pacificorum admittentur. * Indiget enim specialiter sexus fœmineus rixosus quidem, pacis fouendæ fulcimento.] * Vnde moneo fœminas iuxit additas pacifica frequenter Eucharistica refici victima ad pacis tuitionem. Tibi enim ac vniuersis tam maribus, quam fœminis tuis liberis reposita sunt pectusculum, & armus de hostiis salutaribus seu pacificis desumpta Israël filiorum; eo quod armum, & pectusculum, & adipes nulli alij nisi tu, ac filij tui coram Domino eleuanent munus sacerdotale exercentes: & quod ad te, & ad filios tuos lege perpetua, hac de causa debeant pertinere, sicut Dominus imperauit, quum mihi indixit: *Pectusculum eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius.*

Rixosus sexus fœmineus indiget specialis subsidio ad pacis tuitionē.

Frequentia Eucharistiæ à conseruatione pacis.

16. 17. 18. 19. 20. INTER HÆC HIRCVM, &c.] Duo quæ hoc vsque retulimus, gererentur, hircus qui pro peccato populi ab Aaron, & filiis eius fuerat oblatus, cum requireret Moses vt sciret, quidnam de eo factum fuisset, reperit exustum ob eorum, qui eum comedere debuerant, negligentiam. Iratus contra filios Aaron Eleazar, & Ithamar, qui vini de incendio fuerant reliqui: Cur, ait

7. *Moses irato pro hirco exusto Aaron respōdet.*

ait, hostiam, quæ sanctissima est, pro peccato oblatam in loco sancto non absumpsistis: datam vtique vobis à Domino vt rationē huius stipendij, ac mercedis iniquitatem multitudinis vestris humeris addicatis, ablaturi vi precationum, & sacrificiorum ex humeris vestris sarcinam, ex populi conscientia peccata auferentes.* Nec dubium, quin stipendij commodo facilius susceptum onus deportetur. Vnde non alij, sed vos ipsi curam hostiæ habere, & eam comedere tenebamini, præsertim cum de cruore ipsius non sit illatum intra sancta. Neque enim est hircus hic de eo genere hostiarum, quarum sanguis infunditur in sanctuarium, & altare thymiamatis aspergitur. Hæ quidem non comedebantur, sed comburebantur extra castra. Ergo non solum de hac hostia debueratis curam gerere, sed etiam eam *in sanctuario*, id est, prope sanctuarium, scilicet in atrio comedere.* Atrium Templi Templum meritò vocitatur, vt videas quanta reuerentia Templum ipsum debeas inire, si atrium Templi debeat reuerentia contingi. Respondit Aaron, coniectans Mosem non tam filios, quam ipsum parentem in filiis increpare intendisse.* Quasi enim parens filiorum est piaculi reus. Pro peccato victima hæc hodie oblata est coram Domino siue in eius reuerentiam: ego autem ex accidenti exposito filijs orbatus sum, cuius in excidio si ex præcepto Domini eiulatum, ac fletum fræno, non possum tamen refrænare dolorem.* Sacerdos enim ex quo capite est homo, aliquod tributum debet humanitati. Quomodo ergo potui comedere victimam cum ea mentis alacritate, qua cum hostia hæc absumi debebat? aut placere Domino in ceremoniis, cum eis intendere non potuerim nisi lugubri mente.* Deus autem hilarem diligit datorem? Certè luctus epulum non admittit. Subtrahantur hinc qui celebrantes defunctorum parentum, aut propinquorum aut amicorum iustaepulum instituunt. *Quomodo*, inquit, *potui comedere*, qui filiorum mœrore prosequebar exitium? Audiuit Moses, & hanc excusationem vt idoneam admisit.* Fragilitatis enim vel piacula nescio quid excusationis prætendere videntur.

Commodo stipendij accipiendi pōdus minuitur.

Atriū Tēpli velut Tēplū est, vt videas quāta debeat Tēpliū reuerētia iniri.

Pater quasi reus piaculi filiorum.

Ex quo tamen homo sacerdos, meror ac dolori subditur.

Deus hilarē amat datorē.

Vel piaculi ex fragilitate excusatio ne videtur prætendere.

CAPVT XI.

Fertur lex, qua præscribitur, quænam ex terrestribus, aquatilibus, ac volucribus animantia Hebræi comedere deberent, aut respuere. Genus immunditiæ, quod ex tactu, esu, vel deportatione immundorum ab Hebræis esset contrahendum.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Dicite filiis Isrel: Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ: 3. Omne quod habet diuisā vngulā, & ruminat in pecoribus, comedetis. 4. Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cetera, non comedetis illud, & inter immunda reputabiris. 5. Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus est. 6. Lepus quoque: nam & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit. 7. Et sus: qui cum vngulam diuidat, non ruminat. 8. horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis. 9. Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quàm in fluminibus & stagnis, comederis. 10. Quidquid autem pinnulas & squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis. 11. execrandúmque erit, carnes eorum non comederis, & morticina vitabiris. 12. Cuncta quæ non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt. Hæc sunt quæ de auibus comedere non deberis, & vitanda sunt vobis: Aquilam, & gryphem, & haliæetum, & miluum ac vulturem iuxta genus suum. 15. & omne coruini generis in similitudinem suam. 16. struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum: 17. bubonem, & mergulum, & ibin, 18. & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, 19. herodionem & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoque, & vespertilionem. 20. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominale erit vobis. 21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit soper terram, 22. comedere deberis, vt iste bruchus in genere suo, & attacus atq; ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus sui. 23 Quidquid autē ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: 24. & quicumque morticina eorum tetigeris, polluetur, & erit immundus vsque ad vesperum: 25. & si necesse fuerit vt

portet

portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis. 26. Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & qui tetigerit illud, contaminabitur. 27. Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsque ad vesperum. 28. Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum: quia omnia hæc immunda sunt vobis. 29. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra; mustela, & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum, 30. mygale, & chamæleon, & stellio & lacerta, & talpa: 31. omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum immundus erit vsque ad vesperum: 32. & super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum; polluetur, tam vas ligneum & vestimentum, quam pelles & cilicia: & in quocumque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperum, & sic posteà mundabuntur. 33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est. 34. Omnis cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. 35. Et quidquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud, immundum erit: siue clibani, siue chytropodes, destruentur; & immundi erunt. 36. Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. 37. Si ceciderit super sementem, non polluet eam. 38. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illicò polluetur. 39. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum: 40. & qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. 41. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. 42. Quidquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. 43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis. 44. Ego enim sum Dominus Deus vester; sancti estote, quia ego sanctus sum; Ne polluatis animas vestras in omni reptili quod mouetur super terram. 45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. 46. Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, 47. vt differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

COMMENTARII.

I. *Animantia terrestria, quibus vesci licet.*

VERS. 1. LOCVTVSQVE EST, &c.] De cibis mundis & immundis iam Dominus agit, quorum obseruantiã ideò præscripsit, vt populi temperantiam, & obedientiam exerceret. * Nisi enim temperantia præmittatur, quomodo potest obedientia persistere?] Curat Dominus, vt corporali munditiei assueti ad spiritus munditiem assurgerent, à peccatis speciatimque ab idololatria abstinendo. * Et quidem non difficilis transitus ex munditie corporea ad spiritualem. Nã si olores corporeæ infectionis, aut spiritum affectuum contagione permittes?] Mihi certè omnia circa externã munditiẽ desidia aliquale est circa internã animi puritatẽ desidiæ argumentũ.] Præterea cibi, qui prohibẽtur praui succi plerũq; sũt, ac valetudini noxij, Dominus

Necessaria ad obedientiã temperantia.

Corporea ex munditie fit ad spiritualem transitus.

Nimia circa externã munditiẽ desidia aliquale argumentum desidiæ circa spiritualem.

enim pater amantissimus prouidet filiorum commoditati. * O quotiens prohibiti voluptatum cibi non solum animo sed & corporis valetudini sunt exitiales!] * An non benigniter prohibetur tibi, quod & animo, & corpori allaturum est nocumentum?] * Denique hęc immunda tropologicè symbola sũt vitiorum, à quibus debemus abstinere. Tam longe debes à peccato recedere, vt à simulacris eius omninò abstineas.] * An perfectè à venerea recedit voluptate, qui domus suæ parietes Veneris imaginibus exornat frequenter aspectandis?] Deus itaque ad Mosem, Aaronemque profatur: Filiis Israel dicite: Scitote, quid comedere, quid respuere à cunctis terræ animantibus debeatis.

Voluptates & corpori noxiæ.

Quæ benigniter à Domino prohibentur?

Vel ab imaginibus peccati abstinendum.

Nõ perfectè recedit à venerea voluptate qui Veneris imaginibus parietes exornat.

v. 4. OMNE QVOD HABET, &c.] Omne animal ita findens fixuram vngularum, vt habeat totam vngulam in duas scissam: & ruminet, dum cibum ab stomacho ad os trahit, de pecoribus, comedere licet; quia ista hæc animalia bene digestos habent humores, & complexionis nec nimis humida, nec nimis

iuis terrestria sortiuntur medietatem. At animans ruminans quidem, & habens vngulam, sed non diuidens eam, sicut camelus, & similia immunda sint vobis, vnde non comedetis ob terrestritatem quam continuatio vngulæ videtur annotare. * Tantum quis ex immunditia plus habet, quantum de terra magis participat.

Tantú ex immúditia habes, quantum plus de terra particeps fueris.

§ 6. 7. CHOEROGRILLVS QVI, &c.] Chœrogrillus mihi est ex Hebr. voce שפן *saphan* aut herinaceus, quem Hispanice *puerco espin* appellamus, vel aliud animal in Palestina frequens hericij magnitudine, habês muris & vrsi similitudinem, quod quidem propterea in Palestina voce à Græcis sumpta κατοιρας dicitur semper in cauernis petrarum & terræ foueis habitans. Chœrogryllus ruminans sed non diuidens vngulam sit immundus vobis & incomestibilis Lepus aut cuniculus (quem paruum leporem aliquis vocitanit) iterato cibum deglutit, sed non diuidit vngulam: ideo quasi immundus vobis interdicitur. Lepus quidem, aut cuniculus non habet vngulam seu basim pedum continuum, sed loco eius habet vngues varios, & aculeatos. Porrò sus qui diuidens vngulam, non ruminat cibum etiam vobis prohibetur; quia ex rebus interdum immundis eius substantia nutritur. Horum itaque animalium nec vescemini carnibus, nec cadauera contingetis, quia vobis immunda. * Quod tibi comedere non licet, cur contingere studebis? sæpè ex contactu appetitus comedendi prohibita acuitur.] * Id præcipuè in immundis rebus obseruandum. Periculosè quidem immundæ fœminæ manum tangis.]

Quod comedere nó licet, noli tangere.
Periculosè immundæ fœminæ manú tangis.

2. *Quenã licet edere, de aquatilibus.*

9. 10. 11. 12. HÆC SVNT, &c.] Ex animalibus aquatilibus licite ad vescendum potestis assumere pisces eos, qui pinnulas habeant, & squamis totum pene corpus contegant: hi enim vobis mundi tam in pelago, quam in fluminibus, & stagnis. At abstinebitis piscibus, aut animantibus quæ pinnulis, aut squamis caruerint, vt anguillæ, ranæ, testudines. Abominabilia sint vobis huiusmodi aquatilia; plura enim eorum cum animalibus terrestribus habent commercium, & easdem praeas imbibunt qualitates. * Quid tibi aquatico cú terreno consorti? Infectionem trahes, quotiens fluminis lætificantis Dei ciuitatem, seu Religionis habitator consortium cum terrenis sæcularibus non vetearis inire.] Cuncta ergo, quæ non habent pinnulas, & squamas, in aquis, vobis erunt polluta, vt ranæ, testitudines, & id genus alia.

Infectionem trahit Religiosus ex sæcularis cú. sortio.

3. *Quæ nõ licet edere de volatilibus.*

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. HÆC SVNT, QVÆ, &c.] Ex vniuerso verò genere volatilium indicabo ea, à quibus abstinere debeatis. Vitate aquilam communem, grypbem genus aquilæ maximum, quod maximè aduncum habet rostrum, & vngues, estque fortissimum, & rapacissimum: haliæetum marinam quidem aquilam, clarissima oculorum acie præditam, quæ viso in mari pisce, præceps in eum ruit, & discussis pectore aquis rapit: miluum, ac vulturem iuxtà genus suum seu species suas: multæ enim vulturum ac miluorum species peruolant, & diripiunt: omnem coruorum progeniem, seu omnes aues similes coruo; vel cornicas quasi immundas habeo, aeque vero. Nec enim fas est, vos vesci rapacibus volucribus, quæ suas édulio ingenerant proprietates. * Mores enim sapiunt alimentum.] * Hinc edisce Eucharisticum cibum frequenter edentes Deificos mores æmulari.] Abstinete & à struthione auium maximo, alis se ad cursum, quem pernicissimum habet, iuuantem: non autem ad volatum attollentem. * Deo inuisum animans, quod alas habens, per terram incedit, & ad superos non eleuatur.] Abstinete etiam à noctua, seu nocturnum accipitrem, qui cymindis vocitatur, & à laru, seu gauia, quæ fertur in aquis, & in aere volat, piscium quidem prædatrix: & ab accipitre maiori, & minori iuxta genus suum; omnia enim quæ ad eius genus pertinent, eisque assimilantur, vitare oportet. Haud editis bubonem (Hebr. כוס *chos*) seu nicticoracem, seu falconem, seu herodium: nec mergulum, qui à mergendo nomen accepit, quod se in aquas ad pisciculos capiendos immergat: nec ibim Ægyptiam auem serpentibus infestam, quæ nocturna peruolat instantia: nec cygnum, (apud Italos la ciuetta) nec onocrotalum, qui absona voce crepitando rudentem asinum refert: nec porphyrionem, seu pelicanum filiorum amantem: nec herodionem: (alij fulicam, alij Diomedis auem, alij ciconiam, alij ardeam, alij miluum, alij vpupam esse volunt) nec charadrion, qui nidularat in rupibus, aut qui circa fluminum alueos, & riuorum charadas, seu hiatus riparum versatur: nec vpupam, seu gallum syluestrem: nec vespertilionem incolam tenebrarum. Ista hæc viginti genera volatilium vel quia rapacia sunt, ac proinde nimiæ siccitatis, & caliditatis, vel quia nutrimentis vescuntur immundis, vel quia eorum carnibus, vel cantibus idololatræ in sacrificiis, & augurijs vtuntur nullatenus comedetis. * Quidquid enim ansam possit exhibere piaculo, fideli debet esse abominationi.] Ad hæc de volucribus, id quod super quatuor pedes graditur animans vobis sit abominationi, quia videtur esse quid monstruosum naturæ animum, & brutorum participans. * Semper tibi suspectum sit, quod extra communitatis morem incedit. Alij vno & altero pede gradiuntur ad ministeria laudabiliter, tu vltra communicatis mores curas quatuor incedere pedibus bis quotidie cubiculi relinquens quietem, vt ad sæculum progrediare? Abominabile vero sit Israëlitæ.] Excipe tamen quidquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrocrura, quibus salit super terram. * Commendabilis gaudientibus viatoribus saltus, quo spiritus curat ad superna eleuari, licet grauatur corporis pondere rursum redeat ad ima.] Ad harumce auium cœtum refertur quadruplex locustarum genus, nempe bruchus sine alis, scilicet locusta, Attacus, ophiomachus cum serpente pugnans & locusta, quæ commune sibi nomen appropriat, & blanda terræ nascentia depascitur. Singula istorum genera vobis licitum est comedere.

Mores sapiût alimentum Eucharistico cibo refecti, Deificos mores æmulatur.

Cur tepis alas habes.

Fideli sit abominabile, quidquid posit ansam exhibere piaculo.

Séper sit tibi suspectum, quod vltra leges & vsû cõmunitatis exorbitare videatur.

Cõmédabilis viatoris saltus, quo spiritus curat ad superna eleuari.

23. 24. 25. QVIDQVID AVTEM EX VOLVCRIBVS, &c.] Quidquid ergo ex volucribus quatuor tantum habet pedes æquales

æquales, ita vt posterioribus longioribus salere non possit, execrabile vobis erit adeo; vt non solum comedere non debeatis : sed quicunque cadauera eorum qualitercumque mortua tetigerit, polluetur, & erit immundus inhabilis ad ingrediendum in locum sanctuarij sacrificio dicatum vsque ad vesperum, nempe per totum illum diem, quo tetigerit. At si necessarium fuerit, ab eo cadauer aliquod deportari, vt illud ex vrbe deferat, vel amoueat à via, ne aërem corrumpat (quia plus est rem execrabilem portare, quam tangere) sua diluet vestimenta aqua communi, qua prauus humor ex cadauere acquisitus queat mundari: & immundus erit leui, ab atrio segregatus vsque ad solis occasum.* Profectò ex cadauere prauus humor acquiritur viuenti, hoc est, mortui socij consortium ex criminis peste non potest non viuenti nocumentum inferre: vnde omnino fugiendum tibi ab impij societate.] * Quod si immundus ex contactu cadaueris atrium Tabernaculi inire non poterat, quomodo tu cadauer horribile audes altari hærescere. Eucharisticum perficere sacrificium, vt panem sacerrimum vitalem dispositio, exitialem indigno suscipias.

Societas emortui peccatoris fideli est contagiosa viuenti.

Puritas ad Eucharistiã necessaria.

4. *Quænam animalia immunda non attingenda.*

26. Omne animal, quod habet, &c.] Sit itaque vobis immundum, & incomestibile animal quod habens vngulam, illam non diuidit, nec ruminat pabula: & qui illius cadauer tetigerit, contaminatione afficietur. At hæc animalia viua tangere poteritis, vt equos, camelos, asinos, &c. quibus inequitare non prohibitum. * Ex creaturis enim Deus solum prohibet homini, quod ei possit nocere, non autem id ex quo valeat natura fragilis subleuari.

Ex creaturis Deus non prohibet, quod subleuat, sed quod nocet.

27.28. Quod ambulat, &c.] Animal, cuius pedes anteriores sunt quasi manus, vt simia & vrsus, vobis erit immundus: & qui cadauera eius contigerit, vsque ad vesperum immundus reputabitur. Portet quis cadauera huiusmodi: necessum erit ei, vestimenta diluere, ad contagium propulsandum, & adhuc ipse vsque ad vesperum ducetur immundus, sacrificio ineptus offerendo; quia omnia hæc vobis velut immunda prohibentur. * Quidquid fideli prohibetur à Domino, ei immundum semper debet exponi. Sublimior pulchritudo tibi sit immunda, & abominabilis, quia tibi ex præscriptione Domini est interdicta.

Pulcherrima quæque, si tibi interdicta sunt, debent tibi fœda, & ac abominabilia exponi.

29.30.31.32.33. Hæc quoque, &c.] Porro de iis, quæ per terram gradiuntur hæc etiam animantia inter pabula immunda deputabitis: mustelam, murem, crocodilum, (Hebr. *tsau rabeta, rana campestris, bufo, testudo, limax*) migale exiguum animalculum muris magnitudine oblongi rostri, cuius morsus est venenatus. * Et quando rostrum longum (*largo pico*) venenatus proximo non fuit? Qui loquax est, sæpe, ne frænet verbositatem, contra proximum venenum spirat.] sunt & immunda chamæleon lacertæ similis, stellio non dissimilis chamæleonti, aut lacertæ, stellio lacerta minor, tergum habens lucentibus quibusdam guttis depictum ad stellarum morem, vnde illi nomen factum. * Haud omne quod lucet, aut pulchritudine decoratur exterius, veram interne sonet pulchritudinem.] * Verùm picta pulchritudo æstimanda non est.] Lacerta, & talpa etiam incomestibilia à vobis reputentur. Omnia enim hæc immunda sunt non tantùm quo ad esum, sed etiam quo ad tactum. Qui tetigerit cadauera eorum animantium, vsque ad vesperam se geret immundum. Cadat quidquam de cadaueribus hisce super aliquam rem etiam inanimatam: reputetur immundum vas, scilicet lignum, vestimentum, vestes è pilis duræ, seu rusticæ agricolarum, mendicorum, pœnitentium. Si vas ligneum huiusmodi contagione affectum ad aliquod opus desumendum sit, aqua tingendum, & adhuc vsque ad vesperum immundum reputabitur: aduentante autem vespere erunt munda, nec opus erit alia lotione, aut mundatione.* O clarissima vespera, qua aduentante, legalis omnis soluitur immunditia! An non solis abscessio, tenebrarumque accessus, symbolum mortis exerit? Apte ergo aduenta tenebrarum immunditia expirat; quia mortis memoria immundi pereunt cupidinis artes.] Equidem si vas fictile in quod horum quidquam cadauerum intro exciderit, pollutum erit, & ideircò est confringendum. * Certè ille, in quem intrò excidit piaculi immunditia, *idcirco* comminuitur, & ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcetur.

Longum rostrum, seu largo pico semper est proximo venenatum.

Non omniã lucentia, ac depicta vere pulchra existunt.

Picta species haud æstimanda.

Memoria mortis omnis perit immunditia.

Ille, in quem cadit piaculi immunditia ad nihilum valet vltra.

34.35.36. Omnis cibus, &c.] Effunditur super cibum, quod vestro præparatur edulio aqua contenta in vase, in quod immundum præfatum exciderat: immundus erit; id quod de potu censendum similiter; nam omnis liquor, qui bibitur de vase polluto ex contactu horumce morticinorum, vobis erit immundus. Excidit autem in vas aliquod, siue clibanum ex luto confectum, siue chytropodem vas terreum tres pedes habens, coquendis carnibus aptum: destruatur, quia immundi erunt; ne Gentilibus, qui isthæc omnia diis accepta reputant, consentire videamini.* Nulla enim actio gerenda, ex qua vel specie tenus possit scãdalũ excitari.] Attamẽ fontes, cisternæ, & quælibet aquarum cõgregatio, quãuis à præfatis cadaueribus cõtingatur, munda erit: Aqua dum communi alueo recluditur, non inficitur excidente immunditie? Annon innuitur, eum, qui communitatis gremio excipitur mundum persistere? Certè si liquoris purissimi vnda singulariter recedens à communitate fluat, facilè inficitur.] Qui ergo morticinum eorum tetigerit, demptis his, quæ lege excipiuntur, illicò polluetur. * O quam inuisum Domino omne morticinum. Quare precor, nisi quia mortiferi criminis gerit imaginem. Symbolis enim hisce curabat Dominus, nos à peccati contagione ex externæ immunditiei horrore liberare.]

Nulla actio gerenda, ex qua possit excitari scandalum.

Qui communitatis gremio fouetur, haud facile inficitur: qui singulariter à communitate recedit non difficile deturpatur.

Si externa immunditia tam inuisa Deo, quid interna.

37.38.39.40. Si occiderit, &c.] Si verò huiusmodi morticinum ceciderit super sementem non humectatam aqua, sed siccam, sicque à semente tangatur: non polluet eam. At si quispiam aqua sementem perfuderit,

prout

provt nonnulla semina macerari, & homectari solent, priusquam terræ mandentur, & postea morticinis fuerint contacta: tunc quia humidum facilius sordes contrahit, ideo censeantur immunda, & bestiis exponantur. Si mortuum fuerit non violenter, sed sponte sua aliquod animal, quod aliàs non est vobis prohibitum, sed licet comedere: eo ipso, quod ex se mortuum est immundum reputabitur. Vndè qui eius cadauer tetigerit, immūdus erit, & exul ab atrio, & sacrificiis, vsque ad vesperū; & qui comederit ex eo quidquā, siue portauerit (quoniam hoc plus est, quam tangere) diluet indumenta sua, non quod aliquam immunditiam contraxerint vestes hominis comedentis; sed in signum magnæ immunditiæ à comedente contractæ, quæ alias communes superat; & immundus vsque ad vesperam deputabitur. * Est quidem immundities interna, quæ prosilit ad vestes.] * Cùm videris fœminam affectatè ornatam, crede libidinis contagione vestimenta esse maculata, & Iosephi purissimi æmulator, fuge tangere vestes, nè afficiaris contagione libidinis.] Porrò de nescientibus sermo procedit, nam si sciens quis ex morticino quidpiam comedisset, siue illud portasset: grauiter deliquisset, & graui dignus esset supplicio.

Assolet immūditics interna ad vestes prosilire. Lasciuæ fœminæ indumenta ne tāgas, sinē vis deperire cōtagio.

41. Omne, quod reptat super, &c.] Omne quod super terram reptat, vt vermes, & similia quæ affixo ore terræ, trahunt reliquum corporis, & sic mouentur super terram, abominabile sit vobis, nec in cibum assumatis: quia terrestre, fœdum ac venenosum est. * Et quomodò animans tàm addictum terræ virus non contraxisset?]

Ex nimis cōuersatione terrena virus cōtrahes.

42. Quicquid super, &c.] Non comedetis animal, quod quadrupes cùm sit super pectus incedit; quia pedes habet breues, vnde necessum est, vt in motu innitatur ventri, & terræ, vt serpentes. Nec animalculum, quod multis pedibus nititur, vt vermis. Nec quod per humum trahitur, vt serpens, & lacerta, quia abominabilia cuncta hæc ob agnatum sibi plerumque virus.

43. Nolite contaminare animas, &c.] Videte, ne vos ipsos hisce cadaueribus, aut venenosis contactibus viuos polluatis. Vndè reptilia nec tangere quidem poteritis. * Quomodo enim sine tanti periculo serpens audebis tangere venenosa. Quā stultè viperæ fœminæ manum familiari, tenes attactu!]

Stultè audes, fœminæ viperæ manum familiari attactu fouere.

44. 45. 46. 47. Ego enim svm, &c.] Ego sum Dominus Deus vester, ac proinde potestatem habens præcipiendi vobis, & prohibendi. * Imò & à periculo contagionis vos liberare subditos agnatum Deitati.] Sancti estote, ab immunditiis segregari studete; quia ego sanctus, & munditiem diligens. * Certè fideli nulla ratio efficacior ad sanctitatem sectandum, quam illa: Deus diligit sanctitatē.] Ne vos polluatis reptilia edentes, aut tangentes. Ego enim vos de terra Ægypti eduxi, vbi seruitute graui oppressi velut reptilia terræ operibus seu luti addicebamini. * Discite ex ærumnis vestris, odio persequi vestræ seruitutis imagines.] * Et qui à meo beneficio ex Ægypto erepti fuistis, debetis gratitudinis ergò meis submitti mandatis.] Eo fine vos ab Ægypto extraxi, vt essem vobis in Deum, quem coleretis; quapropter minimè vobis debet esse molestum obedire Deo, si à molestiori vos obsequio liberaui. * Cum tibi molestum visum fuerit obedire virtutis legibus: recordare, peccati imperiis grauius fuisse subiectum.] Sancti eritis, & ab omni macula immunes, quia ego sanctus sum, cui in sanctitate, & iustitia similes esse decet. Ergo ista est lex animantiū pisciū, volucrū; quā idcirco tuli, vt mundi, ac immundi cibi differentias noueritis: & sciatis quid edere, quid respuere debeatis; lex enim discernens mundum ab immundo vobis interdicit immunda, munda concedit. Ab immundis legis obseruatores si abstineatis, reliqua omnia mūda, vtilia, vitalia sunt vobis. * Nā qui legem custodiens, piaculum non admittit, nullo incommodo poterit aggrauari, nulla infici contagij suspicione.

4. *Sancti debent esse, quia Deus sanctus est.*

5. *Sancti sint quia Deus sanctus.*

Agnatū Deitati subditos liberare à periculis.

Fideli efficacissima illa ratio ad sanctitatem sectandā: Deus iustitiam diligit.

Disce ex laboribus odio persequi tuæ seruitutis imagines.

Gratitudinis ergo debes Deo obedire.

Non tibi est molestū, obedire virtutis legibus, si recordaris, quā molesti peccati legibus submittebaris.

Qui nō inficitur piaculo, nullo grauatur incōmodo.

CAPVT XII.

Lex mulieribus in purificatione post partum seruanda præscribitur.

1. Locvtvsqve est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ. 3. Et die octauo circumcidetur infantulus: 4. ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sāguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuariū, donec impleantur dies purificationis suæ. 5. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. 6. Cūque expleti fuerint dies purificationis suæ pro filio, siue pro filia, deferet agnum anniculū in holocaustū, & pullū colūbæ siue turturē pro peccato, ad ostiū tabernaculi testimonij: & tradet sacerdoti 7. qui offeret illa corā Domino, & orabit pro ea, & sic mūdabitur à proflu-

uio sãguinis sui. Ista lex est parientis masculum aut feminam. 8. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerat offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & si mundabitur.

COMMENTARII.

1. *Mulieris communiter parientis immunditia, & purificatio.*

Vers. c. 2. Ocvtvs est, &c.] Mulier si masculum fuerit enixa, semine viri recepto. (Hinc Dei parens Christum ex spiritu sancto concipiens hac lege obligata non fuit) ita septem diebus erit immunda, vt nemini, nec marito quidem cum ea liceat per dies septem versari: reliquis vero triginta tribus, qui vsque ad quadragesimum supersunt arceatur quidem sanctuario: sed tamen cum ea loqui, vesci, & versari (non tamen copulam habere, erat enim instar menstruatæ) liceat. Idcirco septem hisce diebus separabitur, reliqui vero triginta tres dies erunt dies purificationis. Porro septem primis diebus tam immunda erit, quam mulier menstruata, & eodem modo se separatam, & vt immundam gerere debet ac menstruata. (de qua Cap. 15. 19.)

3. 4. Et die octava circvmcidetvr, &c.] Die octaua infantulus circumcisionis vulnere percutiatur ad spiritus sanitatem: mater vero ob fluxum sanguinis, quo assiduè purgatur, triginta tribus diebus, post septem primos separationis dies, operam dabit purgationi, ac purificationi. Quo temporis interstitio, nec sanctum quid tanget, siue illud sit sacrificium, siuè decimæ, siue aliud id genus: nec ingredietur in atrium, vbi oblationes prope sanctuarium assolent Domino litari, donec impletis suæ purificationis diebus, à sanguinis profluuio, quod in partu pertulit, munda reddatur. * Tam longi temporis euolutione corpus aptũ redditur, vt Tabernaculi pergat ad atrium, post licitæ conceptionis, partum: & post tot conceptiones, ac partus iniquos animus pariens iniquitatem concepto dolore vix horam purgationi sanguinum adscribis.]

Ex tot dierũ purgatione sabtaxatur, qui post tot iniquitatum partus vix horã adscribit animi purgationi.

2. *Pariens fœmellã sexaginta sex diebus purificationis manebit in sanguine.*

5. Sin avtem foeminam pepererit, immvnda, &c.] Quæ enixa fuerit fœmellam, quatuordecim dies erit immunda, quod erat duplum dierum separationis, si peperisset masculum, summo ergo pollutionis generi subiacebit iuxta ritum fluxus menstrui, ac eis enim rebus debet diebus quatuordecim abstinere à quibus menstruata per vnius hebdomadæ spatium in lege abstinere præcipitur. At sexaginta sex diebus quasi infecta purificationis suæ manebit in sanguine: ita vt additis illis quatuordecim sint octoginta. Certè diuturnius tempus fœminis, quam masculæ proli, quia mulieres, quæ femellas enituntur, diuturnius repurgantur a partu, adeo vt purgatio illa aliquando vsque octogesimum perueniat ad diem: cum post partum masculi vltra quadragesimum non extendatur. * Profectò masculum pariens propositum anima facilius à sanguinibus perpurgatur, quam quæ propositum est enixa fœmellam, & infirmum.

Anima enixa masculũ propositũ, facilius à sanguinibus repurgatur quam quę fœmellã peperit, & infirmam.

3. *Oblatio pro filio, aut pro filia.*

6. 7. Cvmqve expleti fverint dies, &c.] Post dies autem purificationis expletos, siue peperit masculum, siuè fœmellam deferet anniculum agnum in holocaustum non pro prolis editæ, sed pro sui ipsius purificatione, & vt gratias agat Deo, quod partus periculum euaserit. * Certè quæ post parturitionis angustias Deo gratias exhibere negligit, & rursum non parere decernit stultè, & enixæ prolis contemnit incolumitatem. Quomodo enim iterum parturiens ingrata iuuabitur? aut quomodo à Numine non propitio infantis prosperitas adstruetur?] Addet & columbæ pullum, aut turturem pro peccato, seu pro immunditia, quæ est quoddam legale peccatum, quod eo sacrificio tollendum. Etiam intelligo de peccato propriè accepto; si quod in puerperio, vel alias admisit. * Quam iusta mulier, quæ pręgnans multa leuia (*por anto Iadiza*) non admisit piacula!] Deferet autem & agnum, & volucrem ad ostium, quod est è regione Tabernaculi, in ingressu atrij sacerdotum, quo adduci solent oblationes hostiarum: & tradet sacerdoti, qui cæsis victimis, offeret illa coram Domino iuxta ritus holocausti, & sacrificij pro peccato. Et orabit pro ea Dominum supplex exposcens, vt matrem cum filio, aut filia asseruare dignetur incolumes. Sic munda fœmina puerpera à profluuio sui sanguinis declarabitur. Hoc quidem est quod mulier pariens præstare tenetur ex lege.

Quæ post parturitionis angustias non se gratã non exhibet, & decernit rursũ non parere, & infantis negligit incolumitatem.

Iusta ad modum mulier, quæ pregnãs, multa leuia nõ admittit piacula.

8. Qvod si non, &c.] Attamen si adeo fuerit illa fœmina pauper, vt pretium ad agnum emendum sufficiens habere non valeat: Duos turtures, aut duos columbarum pullos, vnum in holocaustum litandum alterum pro peccato offerendum assumens accedat. Nè tam pauperies exponat ingratam. * O quã exigua munera te ab ingratitudinis liberant nota!] Demũ sacerdos exorabit pro fœmina offerente, & sic emundabitur. * quam efficaciter precatur sacerdos, dum simul fidelis offerendo muneri operam expendit.

Exigua munerate ab ingratitudinis liberãt nota. Eleemosyna addit precibus pro te profusis efficaciam.

CAPVT

CAPVT XIII.

Casus describuntur, in quibus propter lepram Sacerdotum iudicio immunditia legalis contrahatur: siue morbus hic carnis sit viuæ, siue in vlcere pullulans iam sanato, siue ex adustione caussata, seu in capite, aut barba oriatur; vel in caluitio, vel in aliqua vestium specie.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Homo, in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron Sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. 3. Qui cùm viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsámque speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua: plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur. 4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum Sacerdos septem diebus. 5. & considerabit die septimo: & siquidem lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis. 6. Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lauabitque homo vestimenta sua, & mundus erit. 7. Quod si postquam à Sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit, adducetur ad eum, 8. & immunditiæ condemnabitur. 9. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad Sacerdotem: 10. & videbit eum. Cúmque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit: 11. lepra vetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum Sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est. 12. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit, 13. considerabit eum Sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. 14. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, 15. tunc Sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur, caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. 16. Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, 17. considerabit eum Sacerdos, & mundum esse decernet. 18. Caro autem & cutis in qua vlcus natum est & sanatum; 19. & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, siue subrufa, adducetur homo ad Sacerdotem: 20. qui cùm viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in vlcere. 21. Quod si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. 22. & siquidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. 23. sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. 24. Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, 25. Considerabit eam Sacerdos, & ecce versa est in alborem, & locus eius reliquâ cute est humilior: contaminabit eũ, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. 26. Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus: 27. & die septimo contemplabitur: si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. 28. Sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combusturæ. 29. Vir, siue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos Sacerdos. 30. Et siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, solitóque subtilior; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. 31. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eum septem diebus, 32. & die septimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: 33. radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus aliis. 34. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotísque vestibus suis mundus erit.

35. Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, 36. non quæret amplius vtrùm capillus in flauum colorem sit immutatus, quia apertè immundus est. 37. Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum. 38. Vir, siue mulier, in cuius cute candor apparuerit, 39. intuebitur eos sacerdos, si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculã coloris cãdidi,& hominẽ mũdũ. 40. Vir de cuius capite capilli fluũt, caluus & mũdus est: 41. & si à frõte ceciderint pili, recaluaster & mũdus est. 42. Sin autẽ in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, 43. & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta est in caluitio. 44. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, 45. habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. 46. Omni tempore, quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. 47. Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit 48. in stamine atque subtegmine, aut certè pellis, vel quidquid ex pelle confectum est, si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendetúrque sacerdoti. 50. qui consideratam recludet septem diebus: 51. & die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta; 52. & idcirco comburetur flammis. 53. Quòd si eam viderit non creuisse, 54. præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludétque illud septem diebus aliis. 55. Et cùm viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum, lepra. 56. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota, abrumpet eum, & à solido diuidet. 57. Quod si vltrà apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga, debet igne comburi. 58. si cessauerit, lauabis aqua ea quæ pura sunt secundò, & munda erunt. 69. Ista est lex lepræ vestimenti lanei, & linei, staminis atque subtegminis omnisque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

COMMENTARII.

1. *Leprosus adducẽdus ad sacerdotem.*

VERS. 1. 2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] An lepra, de qua hic sermo, sit eiusdem rationis cum lepra nostratium regionum? existimo esse diuersam: lepramque, de qua hic Moses, non esse vnum morbum, sed cutis varia vitiat, variasque turpitudines, hoc est, vitiliginem, scabiem, siue impetiginem, elephantiam, achorem, alopetiam vel ophyasim, vt suis locis exponam. Homo, (fatur Deus Mosi, & Aaroni) in cuius cute & carne diuersus color aut pustula fuerit exorta, vel quasi fulgentes furfures aut squamę, nam hæc initia vitij in malignum abeuntis, & in aliquod lepræ genus. Lepræ initia iam quasi lepra reputantur.* Habitualem venialium perpetrationem lethale quodammodò dixero crimen, quia initia sunt morbi in malignum dispositiue abeuntis.] Ideò additur, *id est, plaga lepræ*, quasi dispositio illa iam sit lepra pleno ore vocitanda. Huiusmodi homo ad Aaronem Sacerdotem, aut ad quemlibet sacerdotum filiorum adducatur; quia sacerdotis est indicare, an quis aptus sit, id est, ita mũdus, vt Sanctuarium possit inire, an non. * Licet te mundum à lepra dignoueris, non audeas sanctuarium ingredi Eucharisticum, non prius consulto sacerdote. Quia cum Dauid à suis occultis mundari postulet, occulta tibi lepra aliquandò fortè eris infectus, de qua solus sacerdos seu Confessarius poterit indicare.]

Veniale piaculũ dixerim lepram, quia dispositiuè malignũ abit in morbum.

Eucharistiã suscepturus, te prius ostẽde sacerdoti, vt iudicet, an sis mũdus, an non.

3. QVI CVM VIDERIT, &c.] Profectò cum sacerdos tria viderit signa hæc: scilicet lepram in cute habente quandam transparentiam, vel lucem: & pilos amisso naturali colore nigro, vel rufo, in album colorem esse mutatos ipsámque speciem, seu pustulam repræsentatiuam lepræ humiliorem cute, & carne reliqua, eo quod pustula hæc soleat carnem depascere & efficere demissiorem, quã in aliis locis. Cum igitur hæc sacerdos aspexerit, iudicabit illum hominem infici lepra.* Quidquid in cõmunitatis corpore videris dissentire, colore communi immutato, crede lepræ exponere indicamentum.] Iudicio ergo sacerdotis, ad quem adductus ille homo fuerit, leprosus à sacris, & à consortio aliorum separabitur. * Nil enim prius prouidendum, quam communitatis periculum propulsare, eo separato, qui alios potest socios inficere.

2. *Quibus ex signis indicabit sacerdos hominẽ esse leprosum.*

Quidquid in cõmunitate differt, lepræ indicamentum exhibet.

Cõmunitatis consule saluti separãs peccatorẽ, qui alios possit inficere.

4 5. SIN AVTEM LVCENS, &c.] Porrò si lucens candor in cute apparuerit, quod est vnum signum lepræ ex præfatis tribus: deficiant autem duo, quia nec humilior carne reliqua, nec pili pristinum immutauerit colorem: nè fortè alios inficiat, si fortè lepra fuerit, à sacerdote septem diebus recludetur, vt demonstrtetur clarius, an sit lepra nec ne. * Nam si tribus testibus siue

Temerariè iudicat, qui fratrē animo putat esse leprosū ob solū vnius testis depositionē Ad sint duo vel tres testes, aut iudicia

ne signis damnandus sit leprosus, Domino præscribente: temerarium esset sacerdotis iudicium, si vnico eum vellet ex teste damnari. Temerariè iudicas, quū vnius indicamenti fratrē animo putas esse leprosū. Adsint duo vel tres testes vt sine temeritate (possit hoc verbū stare.) Considerabit autem die septimo, verum sit aliquid immutatum circa suspectum, per quod deprehendatur leprosus, aut sanus exponatur. Et si quidem lepra, seu macula, quæ illam præsignare videbatur, vltra non creuerit, non modo intensiuè, verum nec transierit in cute priores terminos magis se extendendo: tunc rursum suspectus aliis septem diebus recludetur, ne forte arte aliqua, vel industria factum sit, vt lepra signa prioribus diebus occultarentur. * Hypocritis artes reclusione assolent reserari. Nam cùm hypocrita nihil aliud expetat, quam ab hominibus videri; reclusioni addictus ex illius desiderij impatientia, se fictum declarabit.

Hypocrita reclusione cognoscitur.

6. Et die septima contemplabitur: si obscurior fuerit, &c.] Die septimo posterioris hebdomadæ sacerdos ex voto Medicorum (sic aliqui asserunt) statum maculæ contemplabitur: & re benè inspecta, si minus adhuc clara, & manifesta lepra fuerit, & signi, quod illam indicare videbatur, testimonium infirmetur, dum non crescit in cute per intensionem, nec per extensionem: tunc sacerdos sententiam proferet, & mundabit eum, declarando scilicet hunc hominem esse mundum; quia scabies est, & non lepra pustula illa, seu signum, ex quo suspectus habebatur. * Certè cum non extenditur, aut producitur signum peccati, probatur quod peccatū nō est; quia abyssus assolet abyssū inuocare: & vitiū non illicò dilutum pœnitentia assolet multiplicari frequenter.] Attamen homo ille saltem propter suspicionem, quam intulit, sua diluet vestimenta, & in iudicio, & æstimatione omnium mundus exsurget. * Licet sanctus sis, qui suspicioni ansam exhibuisti quasi piaculi reus es, è quo te debeas expiare.] * Postquā autem innocens à iudice adstruitur, ab omnibus debet innocens haberi. * Subraxantur, qui ex prima concepta suspicione nunquam credunt, proximum innocentem.]

Cū signum peccati non crescit, probatur nō esse peccatū, quia hoc crescit, aliorum accessione.

Iustus, qui ansā dedit suspicioni, quasi peccati est reus à quo se debeat expiare.

Taxātur, qui ex prima suspicione concepta nunquā credunt proximū esse innocentē.

7. 8. Quod si postquam, &c.] Attamen si postquam declaratum fuerit à sacerdote hominem illum non verè leprosum, acciderit signum illud increscere, & dilatari: rursum ad sacerdotem adducetur, & immunditiæ condemnabitur. * Cur non dixit, *Et declarabitur immundus*, sed *condemnabitur immunditia*? An immunditia pœna est? Certè grauissima pœna est homini, immundum declarari; condemnari est igitur, declarari leprosum.

Grauissima pœna est homini immūdū declarari.

3. De lepra vetustissima.

9. 10. 11. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, &c.] Si autem fuerit in homine plaga lepræ, quæ in carne viua non operta cute assolet apparere: non proinde homo ille à castris erit statim reiiciendus, sed adducetur ad sacerdotem qui eum inspectabit vt de immunditia sententiam feret. Cumque color albus in cute plagam circunstante fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, quia vel caput decaluanit, vel pristinum capillorum immutauit colorem; ipsa quoque caro viua, id est non operta cute apparuerit: lepra vetustissima, & omnino incurabilis iudicetur. * Certè incurabilis spiritualis plaga exponitur cùm caro viua obiicitur, non operta cute, id est, cum tua carnalis libido sinè cautelæ operculo omnibus videnda exponitur.] Sacerdos igitur huiusmodi leprosum contaminatum esse ac leprosum pronunciabit: nec recludet, ad inquirendum exactius eiusmodi veritatem; quia perspicuæ est immunditiæ. * Nec oportet diuexari damnandos diuturniori incarceratione, sufficit misero pœna infligenda.

Incurabilis tua lepra est, cū libido tuā omnibus aspectāda exponitur.

Dānādo deliquēti nō est addendā diuturna incarceratio.

12. 13. Sin autem effloruerit &c.] Sin autem per cutem sese effuderit discurrens lepra, seu scabies, quæ ab ignorantibus lepra creditur: & operuerit omnem cutem a capite vsque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit: non proptereà habendus est leprosus homo ille, tanquam verè leprosus; sed considerabit eum sacerdos, & non videns amplius quam scabiem vniuersalem in corpore, huiusmodi hominem teneri lepra mundissima, nempe scabie trahente putredinem humoris ab interiori ad extra, ac proinde reddente mundam carnem, iudicabit: nullatenus fidem accommodans popularibus opinionibus. * O quotiens lepram esse temerariè iudicas id, quod est ægritudinis medicamen. Quam sæpe oculi decipiuntur!] Et quidem quando totus humor deserit præcordia, & ad externam fertur constitutionem, mundissima, id est, mundans lepra est. * Tunc quidem liber aderis à contagio, cum, sacerdoti totam confessionis diuulgatione expresseris ægritudinem.] Porrò sacerdos huiusmodi feret iudicium eo quod omnis illa scabies, quam vulgus lepram credebat existimalem, in candorem sit versa: & idcircò homo mundus erit, seu apud omnes quasi mundus æstimabitur.

4. Lepra cutē operiens.

Oculi sæpe decipiuntur putantes leprā quod est ægritudinis medicamen.

Cū tota lēpra viseoda sacerdoti exponitur, tūc erit mūdissima seu mūdās animum.

14. 15. Quando verò caro, &c.] Quando verò caro viuens nec operta cute in eo apparuerit, quod signum esse veræ lepræ assolet, tunc sacerdotis iudicio pollutus iudicabitur, & cum immundis vitandis quidem deputabitur. Caro enim viua si lepra aspergitur, habeatque pustulas sanguinei coloris, qualem præ sefert viua caro: immunda est, & digna vt leprosa notetur. Et quomodo non notanda caro, quæ ægra cum sit cutis operculo non absconditur. * Quereris te murmurationis affectū morsibus, habitūque peccatorem. Quid mirum, si tua sinè operculo ęgritudo exponitur?

5. Lepra, quādo caro viuēs apparet.

Notandus necessario es, & leprosus habēdus, si non curas, ægritudinē tuā sub operculo abscondē.

16. 17. Quod si rursum, &c.] At si rursum caro illa infecta, quæ prius viua erat, pristinum versa fuerit in alborem, cutem suam recuperando, & sanum colorem habuerit, & ita totum operuerit hominem, vt in eo nulla caro absque cute appareat: considerabit eum sacerdos, & comperta illius sanitate, sanum esse decernet,

Quomodo mundus est totus homo, qui totus lepra seu scabie operitur, si à planta pedis, vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas? Certè quia eo ipso, quod sacerdoti tota lepra animi manifestatur, in alborem est ægritudo conuersa, vt iam ægritudo esse minimè videatur: albedo est, puritas est.

Peccatum manifestum Sacerdoti humili cōfessione quasi albedo,& puritas iam est.

18.19.10. CARO AVTEM,&c.] Profectò si carnis,& cutis vlcus, quod est ruptio carnis, ex putredine egrediente exterius, causata, natum est,& sanatum fuerit postea, ita vt huiusmodi ruptio carnis non appareat: tamen si & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, siue subrufa, hoc est, alterius coloris, quam habere deberet cicatrix omnino sanata; tunc temporis adducetur æger ad sacerdotem, vt iudicet, an integre conualuerit: qui si videat locum lepræ carne reliqua humiliorem, per intimam carnis sub cute corrosionem,& pilos versos in candorem innato colore amisso: feret sacerdos sententiam, hominem huiusmodi esse contaminatum. * Cani capilli, & caro adhuc corrosa lepra antiqua peccati, libidine pristina recurrente? homo procul dubio contaminatus est, vitetur, abstrahatur, ne iuuenes inficiat.] Vlcus in carne capillo subrufo, non tam scandalosum, quam vlcus carnis, cano canis capillis. Procul dubio hisce signis perspectis, constat plagam lepræ esse in vlcere exortam, quod alias sanatum esse videbatur.

6. *Caro, in qua sanatū vlcus.*

Senex antiqua libidinis lepra affectus contaminatus est, debet vitari, ne iuuenes inficiat.

XI.22.23. QVOD SI PILVS,&c.] Si quando pilus coloris pristini obiicitur,&adeo subobscura cicatrix, vt vix appareat: & non est humilior carne vicina, sed æquè cum illa eleuatur: iubeat sacerdos hominem septem recludi diebus, quibus certus fieri possit, an sit lepra, nec ne;& si quidem creuerit adeo, vt possit iudicium certum haberi: adiudicet eum lepræ, declarando huiusmodi hominem lepra esse infectum Attamen si steterit in loco suo, nec accreuerit illa cicatrix, sacerdos hominem ab illa absoluet suspitione, declarans vlceris esse cicatricem, hominemque perfecta donatum sanitate. Si enim perfectè sanus non esset, temporis processu cicatrix accreuisset.* Vides hominem contineri à libidine multis diebus, qui olim sectator erat voluptatum? sanitate quidem potitur.]* Quod si aliquando oculos eleuare aspexeris ad pulchritudinem, non ideo leprosum adhuc adiudices, cicatrix illa est, minime lepra.

7. *Si pilus est pristini coloris,&c.*

Qui olim voluptatum amator multis diebus continetur, sanus est. Si aliquando aspexerit pulchritudinē, cicatrix est, non lepra peccati.

24.25. CARO AVTEM, &c.] Caro & cutis fuit ab extrinseco læsa, nempe igne excussa: si postquam sanata est, rursum albam, siue rufam obiecerit cicatricem à naturali colore notabiliter declinantem: consideret eam sacerdos, & si videat quod versa est in alborem transparentem,& lucentem iuxta colorem illum, quē signum esse lepræ iam indicaui, & locus eius reliqua cute propinqua illi loco extat humilior ob corrosionem carnis in ipsa cicatrice existentis: declarabit huiusmodi hominem legis immunditiam contraxisse; quia plaga lepræ & post ignis adustionem pullulauit.* Contaminatus esse meritò à cunctis asseratur, qui nec post ignis exustionem, hoc est, post tartarei ignis contemplationem, libidinis omnino liberatur à plaga.

8. *De cute exusta.*

Quam contaminatus, qui nec post ignis tartarei contemplationem libidinis omnino liberatur à plaga.

26.27.28. QVOD SI PILORVM, &c.] Pilorum color immutatus non est, quia pili circunstantes cicatricem adustam, eundem, quem prius retinent colorem; nec submissior extiterit adustionis plaga carne reliqua:& illa species lepræ seu plaga, quæ lepræ gerebat speciem, fuerit subobscura ita, vt nequeat apertè dignosci eam lepram esse: recludatur à sacerdotis imperio septem diebus, & septima die sacerdos studiose vlcera aspectet. Si creuerit in cute lepra apparuerintque alia veræ lepræ indicamenta: illum immundum esse iudicabit. At si in loco suo steterit candor, nulla facta mutatione, sed sicut prius ardens non satis clarus lepræ index extiterit: plaga combustionis procul dubio est, & idcirco homo, qui eam habuerit sacerdotis sententia mundus asseretur, quia cicatrix est combusturæ, ob quam legis non contrahitur immunditia. * Non miteris, antiqui vulneris, animū quod sauciauit, reliquas esse cicatrices Fœmina dedit diu libidini studium, iam sana effecta non omnino proiecit velut Magdalena ornatum, non repulit fucum, an lepræ ideo rursum contaminata credenda est? Animæ quidem, vulneris id antiqui est cicatrix.

9. *Quid si color non sit immutatus.*

Non mireris antiqui vulneris reliquas esse cicatrices.

29 30. VIR, SIVE MVLIER, &c.] In viri, aut fœminæ capite vel barba lepra germinat, hoc est, orta est pustula aliqua, quæ lepræ pullulantis præfert indicium: recognoscat eos sacerdos,& si viderit locum carne reliqua submissiorem ob corrosionem vlceris, ac capillum tendentem in ruborem, quasi proxime casurum, solitoque subtiliorem: quæ manifesta assolent esse lepræ indicamenta: pronuntiabit immundus, quia caput, ac barba speciali lepræ specie inficiuntur.

10. *Lepra germinans in capite, aut barba.*

31.31.33.34. SIN AVTEM VIDERIT, &c.] Attamen si sacerdos viderit locum maculæ in capite, aut in barba existentis vicinæ carni æqualem, eo quod omni careat corrosione: & capillum nigrum vt antea erat; recludet suspectum septem diebus ad considerandum diligentius, an post hoc aliqua immutatio fiat, per quam possit clarius lepra discerni, & die septima aspectabit. Si macula non increuit,& capillorum color non sit immutatus minimè tendens ad euulsionem, & locus plagæ carni reliquæ æqualis obiicitur: homo huiusmodi plagam habens sublatis capillis capitis,& barbæ ita radetur, vt locus maculæ solummodo suis pilis ornatus perseueret; vt in plaga, & pilorum colore sacerdos possit sanitatis aut morbi capere experimentum. Septem autem aliis diebus reclusioni addicetur ægritudinis suspectus, vt certior sit Sacerdos an adsit lepra, nec ne. Quod si die septima visa fuerit stetisse plaga suo in loco, nec humilior carne socia apparuerit, sacerdos mundum hominem pronunciabit: lotisque vestibus ob suspicionem illatam, mundus ab omnibus reputabitur.* Eos, qui facilè de proximi, aut subditi lepra iudicare præsumunt, hinc Præsules subtraxo. Multa præcedere debent experimenta, vt audeant, quempiam immundum exponere. Dedecet Rectores nimium esse credulos circa subditorum excessus.

11. *Suspectus de lepra septē diebus recluditur.*

Non facile Præsules de subditorum lepra iudicent, sed post multa experimenta.

35.36. SIN VERO, &c.] Sin vero post emundationem rursus in cute macula creuerit: non requiret amplius, vtrum capillus in flauum

12. *Si crescit macula post emundationem.*

flauom sit immutatus colorem; quia apertè immundus est. Si postquā sacerdos mōdū declarauit hominē, rursus siue intēsiue, siue extē. si oē macula in cute creuerit: non requiret amplius an io flauum colorem capilli sint immutati; quia documentum maculæ crescentis ad iudicandum sufficit hominem esse leprosum, & vitandum. * Cadit quis semel aut iterum ex agnata infirmitate: non ideo mox vti leprosus est repellendus. At si macula habitu crescat, vt ab eo semoueatis, sit tibi leprosus.] Attamen si macula steterit, nec vltra in deterius progrediatur, & capilli suum colorem retinent: sacerdos nouerit, hominem esse sanatum, & nihil hæsitans de huiusce hominis sanitate, proferet esse mundum. * Sanitatis animi perspicuum documentum est, vitam in deterius non procedere; quia qui iniustitia tenetur, non scit sistere in crimine, sed ad grauiores procedit excessus.

Qui ex habitu delinquit, sit tibi leprosus vitandus.

Sanitatis animi perspicuum est, signum, peccatorē non pergere ad alia crimina.

13. *Candor in cute.*

38.39. VIR, SIVE MVLIER, &c.] Cao dot nouos apparet in cute vin, aut mulieris: sacerdos recognoscat, & si aspexerit subobscurum alborem elucere, obiicianturque quasi lentibus perfusi in cute: certo sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi qualis assolet in rufis seu rubicundis hominibus nimiom albis reperiri: ac proinde virum aut fœminam huiusmodi mundam adiudicabit. * O mulieres, quarum in cute oona quotidie apparet albedo ex fuco addita! Multi indicem esse interna animi lepræ asserunt. Ast ego non lepræ minimè signa, sed crediderim conscientiæ alboris esse maculam; subobscura enim ex leui saltem piaculo albedo conscientiæ illis subobscuras maculas filias enititur.

Mulierum fucus nunquā non maculas leues saltem exponit.

14. *Caluus, & caluaster.*

40.41.42.43. VIR, OR CVIVS CAPITIS, &c.] Vir, de cuius occipitio fluunt capilli, caluus est quidem, sed lepræ minimè suspectos: deformitate aliqua afficitur, sed omnino à lepra liber ostenditur. Porrò si à fronte capilli ceciderint, recaluaster quidem est, sed mundus omnino. Attamen si in caluitiu aut in recaluatione, id est, si in occipite, aut in fronte albus, aut rufus color, qualis in verè leprosis assolet reperiri, fuerit ortus: videns sacerdos eum leprosum occipitis, aut frontis adiudicabit, *haud dubie.* * Quam notanter apposuit particulam; parua enim in caluitio, seu in senibus macula lepram indicans, esse solet infectionis documentum. Nam quod in iunioribus solùm est lepræ signum, ipsa in senioribus reputatur infectio.

Quod pia culum in iunioribus est lepræ signū, in senioribus reputatur infectio.

15. *Deo, qui ob lepram separatur.*

44.45. QVICVMQVE ERGO, &c.] Qui ergo à Sacerdote declaratus est leprosus, & ad eius arbitrium est separatus certum conuersationis modum ab aliis distinctum debet obseruare: quantum ad habitum enim vestimentis diffutis vtetur, vt animi contritionem vestis discissione demonstret: & vt facilius ægrotantes valeant indui, exuique absque dolore. Caput item sit nudum; nuditas enim capitis, sicut & scissio vestium mœrentium assolent esse signa. Os autem contectum obiiciatur, non solum ne halitu suo alios, quasi inficere videatur: sed præsertim, vt ostendat sibi ex ægritudine silentium indictum. * Quomodo enim audebit loqui ad doceodum, qui lepra infectus vim sermonis amisit?] His itaque signis contaminatum, ac sordidum, se omnibus annunciabit. Lepra infectus subiacere iussus, quomodo potest se immundum clamare? * Certè quia & proba, & impia vita suum clamorem emittit. Clamant probæ actiones, te iustum nulla infectum ægritudine; clamant improba gesta, te omnino leprosum.

Leprosus conscientia vim sermonis amittit.

Gesta vocalia sunt, clamantia, quis nam homo.

46. OMNI TEMPORE, &c.] Dum homo lepra infectus ac immundus extiterit, solus extra castra, dum populus fuerit deserti habitator, commorabitur. Postquam vero habitauerunt in Iudææ Vrbibus adhuc leprosi extra mœnia degebant, nisi fortè vir aliquis primarius intra Vrbem degere permitteretur, qui ædes separatas extra aliorum periculum habetent. * Et quando primores ab aliorum legibus non eximuntur, qui cum hominibus non flagellantur?] * Ex Vrbe socij impij, ex communitate turbandi, ne alios inficiant, incedere oportet solitarius, ne soeius infectis tota ciuitas contabescat.

Equites ld labore vol. garium non sunt, grauia bus eximuntur à legibus.

Turbandi ex communitate impij, ne socij inficiantur.

47.48.49.50.51.52.53.54.55.56.57.58.59. VESTIS LANEA, SIVE LINEA, &c.] Quid pluta? Vestis ex lana, aut lino, quæ decorem vobis confert, ac vtilitatem corpos calefaciens, eius operiens turpitudinem, si leprosa apparuerit, hoc est, tineis, aut aliquo simili fuerit corrosa in stamine, seu in telæ fundamento, ac subtegmine, quod est trama, quæ intexitur: aut certè pellis quoque sicut & vestis lanea, ac linea, seu quidquid fuerit ex pelle perfectum ad vestis petrinens speciem: si alba vel rufa macula, quæ vestis indicat corruptionem fuerit infecta, lepra vestium id est, tinea, vel putredo reputabitur; sacerdotique exponetur. Quiquidem aspectatam attente vestem recludet diebus septem, & septima die rursus aspectans, & deprehendens increuisse maculam: certò agnoscere debet, illam putredinis indicem existere, & lepram esse perseuerantem pertinaciter, corrodentem vestimenta, iostar lepræ existentis in homine. Quapropter sacerdos adiudicabit pollura esse vestimenta, & omne in quo huiusmodi labes vestem corrodens fuerit inuenta: & ideo flammis tradenda est, ne alia vestimen ta adhætens inficiat. * Si infecta vestis vestes inficit, quid non mores infectione affecti mores hominum deturpabunt? Quod si ex aliorum sententia hic non tam aliarum vestium præcauetur exitium quam homini commodo prouidetur, quia putredo vestimenti non mediocre gestenti corpori ingerit incommodum: moneo amatores, ne vestes ex libidine infectas sibi audeant aptare. O quam exitialis fœminæ vestis à viro lasciuiente immissa! O quam venenosa viro immissa à fœmina amatrice linea tela! Quam merito Ioseph timuit pallium ex fœmineo infectum fuisse contractu, ne ad animum libido proserperet.] Porrò si sacerdos infectionem vestis viderit, non creuisse: eius præcepto infecta pars vestis abluatur, & septem aliis diebus addicatur reclusioni. At si viderit faciem pristinam non reuersam, sed maculam eundē prorsus retinentē colorē lepra minime producta: nihilominus vestimentum huiuscemodi tinea infectum iudicabit immundum

16. *De veste leprosa.*

Si vestis vestem inficit, facilius infecti mores, mores hominum deturpabūt.

Non vti audeas vestibus libidine suorum infectis domino. rum, ne venenum profiliat ad animum.

immundum, & igni committet, eu quod lepræ illa æmulatrix, infectio vel adest (intutsum radices agens) in superficie vestimenti, vel inficir torum adeu, vt non supeificiem solam partis illius, cui insedit, corruperit, sed interiora quoque partia illius, penetrarir: quatenus nec lota, ad pristinam potnit faciem tela tedire. * Pust ablutiunem Cunfessiunis, qui fœdatus crimine eras, ad priutem virtutis faciem tediisti? Vereor ne à facro fonte comburendus exurgas. Placent tibi culluquia praua? impudicis fuciis hæresciss? uculus frænare non andes? Eandem proculdubiu faciem ustentas, qua ad viria properabas.] Quod si obscurior, seu magis dubius fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota. nequaqnam præsumat sacerdus locum illum quasi leprosum cundemnare: quod si faceret, vestem rutam cumbsitere oporteret; nec tamen de fanitare illius adhuc certus existat, sed abrumpet illam infectionis suspectam vestis poitiunem, & à solido diuidet; nè quod sanum est, ab infecto furte corrumpatur.* Nec enim cummuniratis vestem lacerari credas, cuin infectę alicuius partis seu fubdiri gesseris diuisiunem, ne tuta cummunitas inficiatur.] *Societaris Iesu hinc cummendanda separatio illa curruptæ portionis à solidu vestimento, quam gerere assolet, Dominu sic cunsuenre vestem, vt integra seu integerrima exponatur.] Prufectò si vltra apparuerit post scissiunem, in his lucis, quæ prius immaculata erant, lepta volatilis, & vaga, quia ex vnu locu euulsa protinus alibi uritur: & sedes mutaus, nullam certam occupat, in qua valeat extirpari, debet igne cumburi. * Lepram volatilem vucitarim eum socium, qui in cummunitate discurdiarum seminatur hudic hunc, ctas illum cunatur inficcrę. Sucius huiusmudi comborendus, seu è communitate deturbandus, tutam vestem deturpaturus, si permittatur.] Attamen si pust secundam reclusiunem, ac particulæ, in qua lepia apparuerat, euulsionem, macula cessauerit, lauari iubebit sacerdus ea, quæ pura sunt secundu & adeo erunt munda, vt pust lotionem secundam possint ad vsus huminum deseruire. * Nun

Qui post confessioné non resumit modestiæ faciē pristinā, vereor nè cōburēdus sacro insurgat ex fonte.

Non lacerantur vestis cōmunitatis, eo quod pars vestis, seu subditus infectus separatur.

Cōmēdabilis Societatis Iesu institutio sepatādi parté vestis infectam, ne tota vestis inficiatur.

Seminator discordiarū in cōmunitate lepra volatilis est

quia vidisti socium adeo infectū vt vna & altera lutiune imò iterata reclusione indiguerit: eum umninò repellendum putes; post sanitatem Religiunis vsui aptus ustendirur.] En lex decernens, quid ubseruare oporteat circa lepræ vestis laneæ, lineæ staminis, ac subtegminis omnisque supellectilis pelliceæ immunditiam: quomudo videlicet, & quando per sacerdutis sententiam, vnaquæque vestium istarum debeat munda, aut immunda declarari. Equidem ad exactiorem Capitis expositionem lepræ septem species ex præfatis distinguam. Prima quidem furfures, aut squamæ, quæ non est lepra adhuc perfecta, sed initia vitij in malignum prupeiantis. Secunda vocatur lychen, vel impetigu. Eius duo signa, primum, pilos, qui ex leprosa cute nascuntur, in album culurem oiutari, secundum, ipsam lepram reliqua cute esse humiliorem. Tertia, lepra inulita, quæ in viua adest carne, cum secunda in cute fuerit, & capillis. Quarta, quæ dicitur mundissima, .d est, minime cuntagiusa scabies, sed humurum corporis purgatiua. Quinta nun furmalis, sed materialis lepræ est species barbæ, & capitis, quæ est eiusdem formæ, ac ratiunis cùm lepra aliarum partium, & eius eadem signa: illud interest, quud in partibus reliquis lepra pilos, commutat in albos, in barba verò, & capite eus mutat in flauus, atque extenuat. Sexta lapra in calnitiu: maculæ albæ vel rufæ malignus significant succus qoi eutrumpuntcapillurum radices, & tales sunt in maligna alopecia, siuè uphiasi, id est, profluuiu capillorum: septima deniquc species, sed analoga, est lepra vestis, vel domus. Cum enim lepra murbos sit contagiosus, vestibus etiam & dumorum parietibus adhæiescit, deinde habitantium, aut vestibus illis vtentium transilit in curpora. Attamen probabilius de tinea vestimenturum exposui. * Cur autem Deus tam specialia tradidit lepræ viiandæ munita? Certè vt contagiusa vitia didiceris accuratè fugere. Omnia quidem piacula cuntagiu afficiuntur, sed speciatim auaritia, & luxuries: vndè à suciis leprosis velocissime debes fugitare

Nun despicias socium, quia sæpè dilutus, sæpe reclusus fuerit: post sanitatē, Religionis est aptus ministerijs.

a 7.
Septē lepra species indica.

Fugiēdi tibi speciatim à sociis auaris, & luxuriosis, quoniā lepra horribilior, ac tenacior.

CAPVT XIV.

Leprosi sanati purificatio præscribitur oblatione passerum, ablutione vestium, pilorum rasione, sanguine, ac satrificiis. Ritus demum putrefactione infecta domus purificanda adnotatur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: adducetur ad sacerdotem: 3. qui egressus do castris, cùm inuenerit lepram esse mundatam, 4. præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos passeres viuos pro se quibus vesci licitū est, & lignum cedrinum, vermiculúmque & hyssopum. 5. & vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: 6. alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo, tinget in sanguine passeris immolati, 7. quo

asperget

aſperget illum, qui mundandus eſt ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum auolet. 8. Cumque lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatúſque ingredietur caſtra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus: 9. & die ſeptimo radet capillos capitis, barbámque & ſupercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis ruſum veſtibus & corpore, 10. die octauo aſſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam abſque macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium. 11. Cúmque Sacerdos purificans hominem ſtatuerit eum, & hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij, 12. tollet agnum & offeret eum pro delicto, oleique ſextarium. Et oblatis ante Dominum omnibus, 13. immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato, & holocauſtum, id eſt, in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad Sacerdotem pertinet hoſtia: Sancta ſanctorum eſt. 14. Aſſuménſque Sacerdos de ſanguine hoſtiæ, quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis: 15. & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram, 16. tingétque digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties: 17. quod autem reliquum eſt olei in læua manu, fundet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto, 18. & ſuper caput eius. 19. Rogabítque pro eo coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato, tunc immolabit holocauſtum, 20. & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur. 21. Quod ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumet agnum ad oblationem, vt roget pro eo Sacerdos, decimamque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium, 22. duóſque turtures, ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum: 23. offerétque ea die octauo purificationis ſuæ Sacerdoti, ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino. 24. Qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei, leuabit ſimul: 25. immolatóque agno, de ſanguine eius ponet ſuper extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dextri: 26. olei verò partem mittet in manum ſuam ſiniſtram, 27. in quo tingens digitum dextræ manus aſperget ſepties coram Domino, 28. tangétque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto, 29. reliquam autem partem olei, quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati, vt placet pro eo Dominum: 30. & turturem ſiue pullum columbæ offeret, 31. vnum pro delicto, & alterum in holocauſtum cum libamentis ſuis. 32. Hoc eſt ſacrificium leproſi, qui habere non poteſt omnia in emundationem ſui. 33. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens: 34. Cùm ingreſſi fueritis Terram Chanaam, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus, 35. ibit cuius eſt domus, nuntians Sacerdoti, & dicet: Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea. 36. At ille præcipiet vt efferant vniuerſa de domo, priuſquam ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit, ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt. Intrabitque poſteà vt conſideret lepram domus: 37. & cùm viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, 38. egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. 39 Reuerſúſque die ſeptimo, conſiderabit eam. ſi inuenerit creuiſſe lepram, 40. iubebit erui lapides in quibus lepra eſt, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum: 41. domum autem ipſam radi intrinſecus per circuitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum, 42. lapidéſque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. 43. Sin autem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis eraſus, & alia terra lita, 44 ingreſſus Sacerdos viderit reuerſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans, & immunda domus: 45. quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proiicient extra oppidum, in locum immundum. 46. Qui intrauerit domum quando clauſa eſt, immundus erit vſque ad veſperum: 47. & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit veſtimenta ſua. 48. Quòd ſi introiens Sacerdos viderit lepram eam creuiſſe in domo, poſtquam denuo lita fuerit,

fuerit , purificabit eam reddita ſanitate & in purificationem eius ſumet duos paſſeres , lignúmque cedrinum , & vermiculum atque hyſſopum : 50. & immolato vno paſſere , in vaſe fictili ſuper aquas viuas, 51. tollet lignum cedrinum & hyſſopum , & coccum , & paſſerem viuum , & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus, & aſperget domum ſepties , 52. purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris quàm in aquis viuentibus , & in paſſere viuo lignóque cedrino & hyſſopo atque vermiculo. 53. Cúmque dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè , orabit pro domo, & iure mundabitur. 54. Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ , 55. lepræ veſtium & domorum , 56. cicatricis & erumpentium papularum , lucentis maculæ , & in varias ſpecies coloribus immutatis. 57. vt poſſit ſciri quo tempore mundum quid , vel immundum ſit.

COMMENTARII.

1. *Ritus leproſi mundandi.*

VERS. 1. 2. 3. 4. LOCVTVSQVE EST DOMINVS , &c.] Sic Moſi Dominus profatur : En ceremonia , quæ adhibenda eſt , cum leproſus mundatus, eſt expiandus, & communioni aliorum hominum reſtituendus. De loco vbi antea procul à caſtris manebat , ad ſacerdotem adducetur ; qui quidem ad id oegotij accitus, & è caſtris egreſſus , cum inuenerit è ſignis præfatis lepram eſſe mundatam vel miro à Domino excitato , vel naturæ virtute , præcipiet ei , qui expiandos capon itur , & in ſacerdotis ipſius manibus extra caſtra manentis duos viuos paſſeres offerat , ad deſignandum, ſibi reſtitutam eſſe ſeoſuum viuacitatem , quã præcedens lepra de more ſuſtulerat. * Quam aptè ideo peccati gerit ſimulacrum , quod aciem mentis hebetat , homines afficiens brutalitate.] Porrò hi paſſeres debent eſſe mundi ex iis , quibus veſci poterunt , non ea his , qui lege prohibentur. * Deo enim illud gratum munus , quo vltroneè abſtinemus , & quod poterat cedere voluptati.] ſimul autem iubebitur offerre cum paſſeribus lignum cedrinum imputribile, in ſignum ſublatæ ſibi putredinis , quam lepra corpori ingerebat: vermiculumque , ſeu rubei filum coloris , & hyſſopum herbam planè odoriferam , eo quod emortuus color, & fœtor , quæ à lepra profluebant , in viuidum colorem , qualis eſt rubeus , & in odorem agnatum per integram tranſierint valetudinem. * Apprimè gratitudo beneficij exprimit qualitates.] * Ideò Euchariſtia communis eſt pro cunctis criminum infectis lepra, oblatio , quià omnium cum ſit epilogus bonorum nullam non , qualitatem beneficij refert.]

Peccatũ mẽtem hebetat.

Gratũ Deo illud munus, à quo vltroneè abſtinemus.

Gratitudo beneficij exprimat qualitates.

Ideo Euchariſtia optima aſt pro cũctis beneficiis oblatio.

5. 6. AT VNVM EX PASSERIBVS , &c.] Iuſſu ſacerdoris ex duobus paſſeribus iugolabitur vnus : non quidem vt Deo offeratur ſacrificium, cum hæc immolatio facienda eſt extra caſtra longe ab altari ; ſed vt occiſo paſſere eius ſanguis excipiatur, vt eo leproſos expiandos valeat intingi. * Non occidit ſacerdos vel paſſerem Deo non offerendum ſed iubet occidi. Nec deceret ſacerdotis manſuetudinem vel paſſercolo læſionem inferre extra ſacrificij neceſſitatem.] Super vas autem fictile cedetur paſſer aquæ fontanæ , ſeu fluuialis continens vndam immiſcendam ſanguine paſſeris in vaſe fictili recipiendo. Alterum autem viuum paſſerem ea hyſſopo filamine rubro vincto quaſi quondam facto aſperſorio habente pro manubrio lignum cedrinum , cui ligatus ſimul ſit viuus paſſerculus. Hæc , inquam , omnia ſanguine immolati paſſeris intinget ſacerdos. Itaque ſummitas virgæ cedrinæ , paſſeris cauda & alæ cum hyſſopo mergebantur in aquam paſſeris occiſi ſanguine infectam.

Sacerdotem decet manſuetudo, nec paſſerculo dãnũ inferat.

7. QVO ASPARGET SEIVM, &c.] Hoc ergo paſſerculi immolati ſanguine cum aqua viuente adoriato, aſperſorio illo ſacerdos eum, qui mundandus eſt , ſepties aſperget vt ritè, ac perfectè repurgetur ; * Septenario enim numero hîc perfecta mundatio deſignatur, ſeptem ſcilicet reſpectu ſacramentorum.] Mox paſſer viuus vt in agrum auolet , dimittetur, quia homo lepra purgatus conuictui , ac cohabitationi reliquorum hominum debet reſtitui , non ſecus atque auis illa reliquarum auium conſortio addicitur.* An volucrum communitas paſſerem vinctum & infectum ſanguine repellet ? Ergò repellendos non eſt ſocius olim vinctus , & infectus , poſtquam expiatus apparet pœnitudinis aſperſione.]

Sacramẽtorũ reſpectu olim omnis mũditia perficiebatur.

Nõ eſt repellẽdus ſocius olim vinctus, & infectus, poſtquã expiatus pœnitudinis vnda expoſitus.

8. CVMQVE LAVERIT HOMO , &c.] Poſt ſanguinis aſperſionem expiatus ceremoniæ legis diluat veſtimenta , pilos abradat , aqua abluatur ; exacta enim munditiæ cura ad leprã ſanandam plurimum confert, Ita purificatus caſtra ingredietur , ſed ea lege , vt non ſe quaſi omninò mundum gerat , ſed extrà domum ſuam maneat diebus ſeptem , nè fortè ſi quid lepræ lateat , contactu in domeſticos, & maximè in vxorem tranſmittat. * Hæc tabernaculi prohibitio monet leproſum mundatum, qui olim à communitate fuerat ob piaculi lepram ſeparatus , ne reſtitutus communitati caput extollet , ſed memor proximæ immunditiei , prælapſæ verecundiæ foueat habitum, ſe omnibus ſociis ſubmittendo.

a. *Veſtis diluitur, pili raduntur, homo ipſe lauatur pecudes offeruntur.*

Qui olim propter peccati lepram abſtractus fuit à communitate ei reſtitutus, ſe gerat ſubmiſſè, foueat prætetitæ verecundiæ habitum.

9. 10. ET DIE SEPTIMO RADET CAPILLOS, &c.] Die itaq; ſeptima capitis capillos, qui ſeptem prælapſis diebus accreuerint , abradet , barbam , ſupercilia , pilos corporis , vt præciſione pilorum , in quibus præcipuè lepra aſſolet reſidere , ſe perfectè liberum oſtendat. * Non facilè te à contagioſo animi morbo , luxurie , auaritia liberum credas : ſubleuis pili infectio aſſolet laritare : & ex ſcintilla exitiale inſtauratur incendium] Veſtes , rurſum corpuſque diluatur

Nõ facile credas te à luxurie aut auaritie liberum.

diluatur in maioris munditiei signum, & die octaua expiatus homo duos integros ac perfectos agnos assumat, & ouem anniculam perfectam similiter, & tres decimas partes ephi similæ vnam decimam pro qualibet pecude in sacrificium farreum, siue similæ, id est, farinæ floris; quas decimas partes is, qui mundatur, in sacrificium debet offerre constante scilicet ex simila oleo subacta, vna cum vino, thure, & sale. Addet seorsim olei sextarium scilicet quadragesimam octauam partem amphoræ. Sextarius quidem Hebr. לג *log* erat liquidorum mensura duodecimam partem hin continens, sex ouorum capax.

11.12.13. CVMQVE, &c.] Cũ autẽ sacerdos qui octaua die purificat hominem, eum, eaque omnia coram Domino apposuerit in ea atrij parte, quæ ante Tabernaculum existit: agnum vnum è duobus tollet, & pro delicto offeret. * Lepra namque, reliquæque immunditiæ legalis à peccato actuali, aut originali prouenjunt saltem tanquam à remouente prohibens; si enim homo in originali perstitisset iustitia, eiusmodi immunditiis non grauaretur.] Olei sextarium simul offeret; & oblatis ante Dominum cunctis, protestando esse Dominum vniuersorum, agnum sublatum in sacrificium pro delicto iugulabit in loco, vbi hostia pro peccato assolet immolari, (quæ distincta est ab hostia pro delicto) & holocaustum, id est, in loco sancto, seu atrij eo situ in latere Aquilonari altaris immolandis victimis deputato. Sicut enim pro peccato, ita & illa quæ pro delicto ad sacerdotem quasi ad verum, ac legitimum eius ministrum pertinet hostia, sancta sanctorum, seu sanctissima est, ac proindè digna vt in loco sancto offeratur. In loco ergo sancto hæc victima immoletur, quia sancta sanctorum est, eamque vti hostiam pro peccato à sacerdotibus assumi volo.

Omnes ægritudines homini à peccato prouenerunt.

14.15.16.17.18. ASSVMENSQVE SACERDOS DE SANGVINE, &c.] Præterea sacerdos de hostiæ mactatæ in purificatione leprosi sanguine assumat, hostiæ, inquam, quæ immolata est pro peccato, seu irregularitate à leproso contracta ex peccati occasione: & super extremum dextræ auriculæ, & super pollices manus dextræ, ac pedis eius, qui mundatur, apponet; ad significandum vtique extunc licitum esse homini illi cum aliis sermone & opere conuersari: quæ quidem communicatio principaliter auribus, manibus, ac pedibus assolet exerceri. Profectò lepra infectus nec debet audire, aut audiri, nec aliquod opus exercere. * Quid impius eloquetur nisi vanitatem? quid audiet nisi proximi detractionem? quid nisi iniqua, & impia operabitur?] Lepra autem ablegata omninò, audire iam, audiri, ac operari potest. At de olei sextario, quod seorsim assumi, ac præparari iussi, tollet sacerdos aliquantulum, ac in manum suam sinistram immittet quantum vola manus sinistræ poterit olei continere; tingetque digitum dextrum in eo, (manus autem dextra ad cuiusuis operis exercitium habilior) & coram Domino septies asperget, innuens quidem perfectam lepræ curationem à Deo prouenisse, oleoque diuinæ misericordiæ esse tribuendam. * Spiritus sancti septem dona leprosi curationi impenduntur: tanta misericordia eget nostra miseria] At quod olei est reliquum in manus sacerdotalis vola læua post factam septenam aspersionem super extremum auriculæ dextræ hominis, qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super omnem partem, in qua ipse sacerdos sanguinem, qui effusus est pro delicto, profundet. * Vt videlicet mixtione sanguinis, & olei iustitiam Dei simul & misericordiam in curatione lepræ signetur adesse: An existimas totam tuæ mundationis actionem misericordiæ diuinæ dandam, addatur & tua ex sanguinis salutaris auxilio cooperatio.] Fundet quoque sacerdos oleum super caput eius, qui à lepra mundus esse monstratur. * Vt sicut antè incesserat capite nudo in mœroris lepræ signũ: ita nunc capite oleo perfuso curationis præ se ferat alacritatem.]

5. Sanguinis, oleique vnctio.

Impius nec audiri, nec audire, nec operari debet: omnes enim reprobabiles plerũque eius actiones.

Nostra miseria septẽ indiget Spiritus sanctis donis, vt sanetur.

Nõ tota tuæ mũdationis actio diuinæ misericordiæ dãda est, addatur & cooperatio tua.

Ex peccato mœror, ex gratia prouenit exultatio.

19 20. ROGABITQVE, &c.] Orabit pro expiando sacerdos in conspectu Domini seu altaris, Tabernaculi, & sicut primum agnum obtulit pro delicto, secundum pro peccato sacrificabit. (Cap. 7. 1. exposui delicti ac peccati distinctionem) Quibus quidem sacrificiis tã pro delicto quam pro peccato perfectis, ouem anniculam præparatam in holocaustum offeret. Prius enim per sacrificium pro delicto, ac pro peccato anima debebat expiari, vt deinde purum & gratum Deo offerret holocaustum. * Hinc laudibus effero eos, qui ex præscripto antè orationem generalem Confessionem toto cordis recitant affectu, vt iustus iustificetur amplius: sicut mundus à lepra amplius munere mundatur vtroque: vt dignius orationis holocaustum accendat.] Vt autem victima ad Dei honorem, ac reuerentiam succendatur, addet libamenta, scilicet oblationem olei, similæ, & vini. Quod vt peractum fuerit lepra amplius non imputabitur, sed mũdabitur homo rite, pristinæque habilitati ac cõmunioni absq; aliis ceremoniis restituetur.]

4. Orat sacerdos, & litat.

Antè orationẽ Cõfessionẽ generalẽ toto cordis affectu recitat.

22. 23. 24 25. QVOD SI, &c.] Quod si homo mundatus ob inopiam non habet facultatem ad emendũ præfata: die purificationis octaua in hostiam pro delicto agnum assumet, quem necesse offerre, vt adsit copia sanguinis, quo auricula & pollices intingantur, & septemplex aspersio coram Domino fiat. * Et vt moneatur vere leprosus, nempe peccator mundationem pro crimine debere accepta molestia, & sumptu expresso comparari: nè ex facilitate expiationis faciliter feratur ad piacula * Confessarij pro satisfactione aliquid peccatori faciliter recidẽti difficile iniũgant, v.g eleemosynam, ieiunia, cilicium, vt ex molestia satisfactionis peccati grauitatem agnoscere discat.] Accipiẽs sacerdos agnum pro offerente rogabit * Eleemosyna enim accipientis labia efficit aperiri, & instãtius pro largitore deprecari.] Addet decimam partem similæ oleo subactæ vt sit in sacrificiũ, seu libamẽtũ ad immolationẽ agni requisitũ, & olei sextarium, quo eædem vnctiones fieri valeant in pauperes, quas præcepi facere in diuites. Duosque turtures, seu duos columbæ pullos offeret pauper loco alterius agni, &

5. Leprosi inopis oblatio.

Mundatio criminis cõparãda est molestia, & sumptu.

Confessarij peccatori recidẽti faciliter iniũgant molestã satisfactionẽ.

Eleemosyna efficit pauperẽ precari instantius pro largitore.

ouis anniculæ, quæ diues teneabatur offerre; quorum turturum aut pullorum columbæ vnus pro peccato litetur, alter in holocaustum: nam agnus necessarium ad vnctiones præbens cruorem offerri delicto. Offeret hæc purificationis suæ octaua die, computato à die prima, qua hæc purificatio cœperit, nempe à die qua sacerdos extra castra progrediens inquisierit, an homo ille à lepra sit mundus. Fiet autem harum rerum oblatio sacerdoti ad ostium Tabernaculi testimonij in conspectu Domini, vsque ad quem locum debet ea mundandus à lepra deferre, ibique manibus sacerdotis tradere. Qui suscipiens agnum pro delicto, & sextarium olei, primò, ac seorsum consummaturus ceremonias circa isthæc obseruandas leuabit simul monendo sursum, ac deorsum, dextrorsum, ac sinistrorsum: sicque ea Numini dicabit, & consecrabit; immolatoque agno, de sanguine eius in cratere suscepto, extremum auriculæ dexteræ illius, qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri.

26. 27. 28. 29. 30. 31. Olei vero partem mittet, &c.] In manum suam sinistram sacerdos olei partem immittet, in quo digitum dextræ manus intingens, septies coram Domino versus Tabernaculum, & Propitiatorium vbi spectatim Dominus se præsentem exponit, asperget: extremumque dextræ auriculæ, & pollices manus ac pedis dextri illius qui mundatur, intinget, nempe in loco ipsius auriculæ, & pollicum, vbi prius sanguinis profusi de agno pro delicto oblatio facta fuerit inunctio. Porro reliquam olei partem, quæ in sinistra fuit manu recepta, super caput purificati profundet: easdemque ceremonias sacerdos perficiet in paupere, quas in mundatione diuitum obseruare præcepi, vt placet pro eo Dominum, qui ex submissione peccatoris, & sacerdotis precibus assolet ostentari propitius. Demum pullum litabit vtrumque aut turturum, aut columbarum sacrificandum vno pro delicto, hoc est, pro peccato; nam pro delicto propriè sumpto, iam oblatus est agnus: & alterum offeret in holocaustum cum libamentis, seu oblationibus similæ, olei, vini, thuris, & salis, quæ debentur his victimis, non secus ac deberi agno oblato pro delicto expressi.

32. Hoc est sacrificium leprosi, &c.] En ritum sacrificij pro purificatione pauperis leprosi, qui acquirere præ inopia non valet omnia quæ in lege ei, qui lepra fuisset infectus iam præscripsi in sui emundationem, nempè duos agnos, & vnam anniculam ouem.

6. *Lex pro lepra domorum.* Lepra fugit tuguria, magnifice inficit habitacula.

33. 34. 35. Locutusque est, &c.] Rursum Dominus Mosi, ac Aaroni profatur: Antequam Palestinam, superatis hostibus, ingrediamini, domos luteas, seu lapideas habituri non estis, sed tabernacula, sed tuguria. * Lepra autem, seu qualitas maligna fugit tuguria, Regia, seu magnifica inficit habitacula.] Cum autem fueritis terram Chananitidem, quam vobis possidendam sum traditurus, ingressi: si fuerit oon omninò certè, sed apparentet plaga lepræ in ædibus, aliqua videlicet qualitas parietes domus corrumpens, efficiensque in domorum structuris quidpiam simile, quale lepra, vel qualitates pessimæ causatiuæ lepræ assolent in homine efficere: perget domus Dominus sub grauis piaculi reatu, vt sacerdoti annunciet domus plagam, & postulans, vt ad inquirendum accedat. Quasi plagam lepræ (dicet) mihi videtur meam domum inficere, quam tamen non omnino aduerto. * Debent patres familias inuigilare vt videant, an eorum domus seu familia leprosa exponatur.] Nec sistendum eis, donec lepra criminis euidenter declaretur: cùm dubia est lepra, tenentur incommodo prouidere.] Attamen tam dubiam, vt talem aperiant: *Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea*. Hisce indicamentis ad suspitionem adducor. Sic iudicij temerarij reus non existet.] * Nec æmulari debet imprudentes illos, qui amicis, consanguineis, ac vicinis familiæ suæ referant ægritudinem: ad sacerdotem properet, ad Confessarium deferat, vt ab eo salutare consilium exquirat.

Patres familias inuigilent, an leprosa domus.
Dum lepra criminis est dubia, meca-mini studeat.
Lepram domus aperiant, ne iudicij temerarij fiat rei.
Ad sacerdotem, seu Confessarium deferat domus ægritudinem, non ad alios.

36. 37. 38. At ille præcipiet, &c.] Porrò lepra hæc ædium erat qualitas vitiosa in domibus, eas arrodens, & signa imprimens, vt lepra in homine. Ortum habebat vel ex aëris infecti vitio, vel ex anhelitu, & contagio leprosorum in his habitantium. Sic pestilentes qualitates domibus, vestibus & supellectili eorum, qui peste sunt afflati, adhærescunt. Itaque sacerdos ille, ad quem patet familias, seu domus Dominus accesserit, priusquam domum ineat, & aspectet, vtrum infecta sit, nec ne: iubebit cuncta supellectilia à domo semoueri; ne si fortè sacerdos indicet domum esse leprosam, immunda fiant, seu habeantur omnia, quæ in domo reperientur. * Quomodo enim domus potest dici leprosa, nisi cuncta, quæ inibi continentur lepræ suspicionem subire videantur? Fuge à domo, seu familia criminis infecta contagio, ne & tu eadem ægritudine infici videaris.] Intrabitque postea quam fuerint vtensilia domus extracta, vt eius contempletur infectionem: & si aspexerit in domus parietibus quasi valliculas, seu eleuationes quasdam, & depressiones in parietum superficie, ex quodam colore pessimo consumptiuo, & humiliante loca, in quibus est, prouenientes, pallore, siue rubore deformes pristino colore mutato, & humiliores reliqua superficie; quæ signa esse assolent corruptionis domorum: egredietur ostium ædium, & omnes, qui intra sunt, pariter egredientur, & statim claudet illam septem diebus, vt nullo, hoc temporis interuallo, introeuntes, domus conditio verius appareat. * Si parietes domus non condemnandi nisi post tot prudentis experimenta: quomodo audes ob tam leuia indicula homines iudicare leprosos.

Fuge à domo seu familia criminis affecta contagio, ne & tu eadè ægritudine infici videaris.

Si nec parietes damnandi nisi post multa experiméta, quomodo ob leuia indicula homines iudicantur?

39. 40. 41. Rursusque die, &c.] Sacerdos itaque die septima reuertatur, & signa parietû corruptionis rursum inspiciat: & si visum ei fuerit lepram increuisse, seu maculam illâ, quæ lepræ portendit imaginem: præcipiet erui lapides propè parietum superficiem.

fixiem existentes, in quibus lepra adest; nam ex eorum quibus praua qualitate prauenitur corruptionem illam parietum prouenire. * Qui se lapideos ad tentamina iudicant, videant, etiam lapidibus inhærere infectionem. Ergo carneus vere cum sis, infectionis debes occasiones effugere.] * Imo si te lapideum seu constantem existimas, magis fugere debes, lapideo enim cordi tenacius assolet hærescere infectio.] Iubebit simul lapides hosce extra Vrbem, in qua domus fuerit exturbari in locum immundum; nè si in loco mundo constituantur, quispiam per ignorantiam eos tangere accedat, & polluatur. Domum autem ipsam radi iubebit intrinsecus, auferendo superficiem de terra vel calce, per circuitum illius loci, in quo qualitas corrupta parietum apparuerit: & calcem, seu pulnerem rasuræ extra Vrbem efficiet spargi; ne si intra Vrbem remaneat, per contactum illius quispiam inficiatur. Ibi in locum spargatur immundum scilicet sterquilinium, nè in loco mundo existens rasura vel pedibus valeat ignorantium hærescere. Qualitas enim pestilens stimulam si reperiat, vsque ad præcordiorum eleuata consistit. * Ideo luxuries tanto est studio fugienda, quia pestilens est qualitas insidiatria, an stimulam inueniat, qua ingrediens possit præcordia inficere.] Lapides alios reponi iubebit pro his qui fuerint ablati, & luto allo, seu calce deliniri parietes, ad reficiendum, quod lapidum ablatio, & abrasio superficiei fecerat detrimentum.

43. 44. 45. SIN AVTEM POSTQVAM, &c.] Poterunt si post lapides erutos, abrasos parietes, nouos additos lapides, nouam additam terræ, aut calcis lituram: ingressus rursum sacerdos post aliquod temporis interstitium lepram reuersam aspexerit domum inficientem, non secus ac morbus lepræ corpus humanum; videt enim respersos maculis parietes internam parietum corrosionem indicantibus: proculdubio lepra est perseuerans, ac tenax lues, & ideo domus immunda iudicabitur, ita vt nullatenus in ea habitare, imo nec eam attingere liceat. Vndè humanis vsibus iam inutilis statim destruetur, ne alijs proximis domibus vitium illud communicari valeat. * Si domus ex societatis colligatione inficit domum: quid non homo à praui socij consuetudine contrahat infectionem?] Lapides domus huiusce, ac ligna, puluerémque extra Oppidum in locum acerceuentur immundum, vt cum quis ibi ea inesse viderit, ab illorum quasi ab immundorum caueat attactu. * Quam aptè insanabiles domus turpitudini dicatas apud nostrates Regia Catholici pietas destrui imperauit.

46. 47. QVI INTRAVERIT DOMVM, &c.] Qui ausus fuerit ingredi domum suspectã intra septem dies, quando ea præscripto sacerdotali clauditur: quia eo ipso fit quodammodo particeps immunditiæ domus, immundus deputabitur quo ad atrij ingressionem, & rerum sacrarum attactum, vsque ad vesperum siue primum Solis occasum. At qui dormierit in ea imo quicumque quippiam apud eam comederit, quia diutius inquinatur, qui diutius in sordibus existit: non solum immundus aderit vsque ad vesperum: sed vlterius sua diluet indumenta aqua purissima ad maiorem legalis immunditiæ, quam contraxit detestationem. * Certè in domo infecta turpitudinis lepra non deberes obdormire, nec panis buccellam absumere. Contrahitur enim apud cordatos aspectatores nescio quid immunditiæ, è qua difficilè poteris expediri. Vel intrare meretriciam domum, signum impudicitiæ aspectantibus: quid obdormire, & manducare?]

48 49. 50. 51. 52. 53. QVOD SI INTROIENS SACERDOS, VIDERIT, &c.] Attamen si rursum sacerdos ineat domum suspectam, & lepræ documenta non crevisse comperiat, nec vlterius rediisse, postquam denuo lita, nouisque lapidibus fuerit refecta, purificabit eam ceremoniis effectus, quas lex iubet ea fieri in domo reddita sanitate; & in purificationem eius geret quæcumque diat fieri debere erga hominem à lepra mundatum. * Quasi domus ex homine leproso incola, & socio didicerit in hominem mutari leprosum Potentissima procul dubio societatis vis, quæ domum luteam, lapideam, ac ligneam potuit quodammodo ipsum in hominem inculam commutare.] Sacerdos ergò domum purificaturus duos assumat passeres, vnum quidem, vt illius sanguine domum aspergat, alterum verò, vt postquam in aspersorio illiganetur, viuum dimittat: lignúmque cedrinum incorruptibilitatis symbolum, & vermiculum, atque hyssopum: vt simulla ferè præsignent hæc omnia, quæ in emundatione leprosi hominis indicare prædiat. Porrò immolato vno passere, eiúsque cruore in vase fictili super aquas è fonte, aut riuis haustas contentas inibi, recepto, tollat cedrinum lignum, hyssopum, & passerem & lino, aut filamine coccineo alliget aspersorium efficiens cuius manubium sit lignum cedrinum habens in extremitate passerem, & hyssopum filo vermiculi illigata. Tinget deinde omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus eum ipso cruore permixtis, & domum septies asperget; septies namque vicibus in vas continens aquas & sanguinem aspersorium debet immitti, vt septenaria aspersione perfecta domus purgatio iudicetur: purgabitque eam purificationis æ dium ceremonias exercendo, in passeris cruore, in aquis viuentibus, in passere viuo, ligno cedrino filoque purpureo. Cumque demum passerculum viuum dimittet tinctum sanguine auolare, quo domus libera inhabitatio signetur: orabit pro domo, à Deo postulans, vt lepra illa, quæ primo apparuerat, denuò non redeat. * Assolet enim post tempus ægritudo contagiosa redire. Ideo non ita liberum, viuentem à luxuriæ contagione persuadeas: post annos assolet exurgere lues ad animi, ac corporis conflagrationem.] Porrò cum hæc fuerint explera domus legitime, ac rite mundata censebitur.

Marginalia: Et lapidibus inhærere infectio, fugere corruptionis occasionem extremus. Lapideo cordi seu valido assolet tenacius infectio inhærescere. — Luxuria tanto insidiatrix fugienda. — Si domus ex facta infecta domo inficitur: quid nõ homo ex praui socij cõsuetudine. — Pietas Regis Hispanici iubentis idea ... turpitudinis insanabiles domos tõmedatur. — Qui init domũ meretriciã licet ani mo nõ ini quoicõttahit apud cordatos nescio quid immũditiæ: quid si obdormiat, & comedat? — Vi societatis quodammodo domus conuersa est in ipsum habitatorem. — Luxuriæ cõtagiũ assolet & post annos exsurgere ad hominis exitium.

54. 55. 56. 57. ISTA EST LEX OMNIS LEPRAE, &c.] En lex, seu ritus à lege præscriptus, pro discretione, ac emundatione omnis lepræ non solum in communi, sed etiam in particulari; actum enim est de lepra vulneris, nec non de immunditia lepræ vestium, & domorum, cicatricis quoque, nempè quando, sanato vulnere, videtur in cicatrice lepra suboriri, & erumpentium papularum, seu de lepra, quæ in quibusdam tumoribus assilet apparere; & de lepra lucentis maculæ, & in varias species immutatis coloribus; nam quædam lepra est, quæ in splendore macularum, & immutatione colorum agnoscitur. Quam quidem legem ideireo tuli, vt possitis agnoscere quo tempore mundum quid, vel immundum sit: indéque valeat immundum purificari, tùm obseruando tempora reclusionum, tum reliquas cæremonias exercendo.

CAPVT XV.

Fluxum seminis patiens immundus decernitur, sanitatem si acquirat, certo ritu, ac oblatione purificatur. Voluntariè semen profundens, mulier fornicaria, menstruata, & quæ ex infirmitate sanguinis fluxum patitur, polluuntur. Purificationis ritus expenditur.

1. Locutúsque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Loquimini filiis Israël, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxum seminis, immundus erit. 3. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. 4. Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit. 5. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 6. Si sederit vbi ille sederat: & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 7. Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 8. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 9. Sagma, super quo sederit, immundum erit: 10. & quidquid sub eo fuerit qui fluxū seminis patitur, pollutum erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 11. Omnis, quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. 12. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. 13. Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus erit mundus. 14. Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos Sacerdoti, 15. qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: rogabitque pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. 16. Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum. 18. Mulier, cum qua coierit, lauabitur aqua & immunda erit vsque ad vesperum. 19. Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. 20. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum: 21. & in quo dormierit, vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. 22. Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 23. Omne vas, super quo illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum. 24. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum, in quo dormierit, polluetur. 25. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tēpore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo, 26. omne stratū in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. 27. Quicumque tetigerit ea, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 28. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ: 29. & die octauo offeret pro se Sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum, ad ostium tabernaculi testimonij: 30. qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocau-

holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. 31. Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum quod est inter eos. 32. Ista est lex eius, qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, 33. & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

COMMENTARII.

1. *Lex pro seminis patiente profluuium.*

VERS. 1. 2. 3. LOQVVTVSQVE EST, &c.] Fatur Dominus Mosi, & Aaron: Hæc filiis Israel indicite Vir qui patitur fluxum seminis per morbum gomorrhææ, vt medici vocitant, qui ex naturę debilitate exoritur, potentiæ retentiuæ: immundus adiudicabitur. Tunc autem à sacerdote, cuius est iudicium, huic vitio subiacere virum declarabitur, cum ex infirmi confessione ei cõstiterit, quòd valde frequẽter (absque determinati temporis obseruatione) adhæserit carni eius, ac concreuerit fœdus humor, qui talis est naturæ, vt adhærens carni congeletur, & instar sanguinis concretus exponatur. * Si fœdus vocitatur humor, dum sine culpa fluit; quid si horribili excitato flagitio, voluntariè profundatur.]

Quã fœdum vitiũ, voluntariè pollui.

4. 5. 6. 7. OMNE STRATVM, &c.] Profectò genus immunditiæ quod contrahit huiusmodi infirmus, tale est. Omne stratum, aut lectum, aut locus, in quo dormire cubabit, erit immundus adeò, vt & eos qui se contingunt polluat; & vbicumque sederit pariter relinquet immundum. Tangit quis lectum ægrotantis hominis? vestes diluet, & ipse vel aqua ablutus, adhuc erit immundus, & à contactu rerum sacrarum abstinebit vsque ad primum Solis occasum, sedet quis vbi ille sederat? vestimenta diluat, & vel lotus vnda adhuc vsque ad vesperam immediatè sequentem erit immundus; & tunc homo vespera aduentante, iam mundus deputabitur. Carnem quis tangit seminifluentis? Similem cum superioribus contrahet immunditiam; nam & diluet vestes, & ipse vel aqua ablutus adhuc vsque ad vesperam immediatè post lotionem, aduentantem erit immundus.* Quã contagiosa lues, quæ sedentem vbi ægrotus sederat potest inficere. Curat Dominus homines à seminifluis absterrere: vt ex inculpabili ægritudine discant iniquissimos voluntarij huius fluxus declinare magistros *Es mal pegadizo, por la enseñanza.*]

Voluntariæ profusionis seminis vitiũ cõtagiosa lues, quæ docetur.

8. 9. 10. 11. 12. SI SALIVAM, &c.] Expuit seminifluus, & casu eius saliua tangit aliquẽ qui mundus est, seu qui non huiuscemodi ægritudinis immunditia conspurcatur: tali saliua contaminatus abluet vestimenta sua, & ipse aqua ablutus adhuc vsque ad vesperum se geret immundum. Sagma seu sella, ad equitandum apta, vel stratum quodlibet, super quo sederit, erit immundum; & quidquid panni, vel pellis vel stramentorum sub eo fuerit, qui hac fœda ægritudine pergrauatur, efit pollutum vsque ad vesperum adeò, vt nemini mundo eis vti liceat. Aliquis horum aliquid deportat, sellam, stramenta ex lino, aut pellibus confecta vestimenta diluet sua, & ipse aqua etiam lotus, adhuc vsque ad vesperum erit immundus. Secus tamen si quemquam lotis manibus tetigerit, quamuis enim quicumque ab illo tangitur, nisi fortè ante contactum patiens fluxum omiserit lauare manus. Cuius discretionis eam causam expono, quia tangi inuoluntarium est, tangere autem spontaneum. * Si inuoluntariè tactus fueris à fœmina immunda immunditiam minimè contrahes: tunc polluetis forte exitialiter, quum voluntario ausu impudicam attigeris mulierem. * Illa, ais, immunda quidem prius manus, de more, diluit; tunc quidem tibi exitialior consistet attactus.] Porrò vas fictile seu testeum, quod infirmus attigerit confringetur, eo quod robur non habeat ad fortem defricationem. * Quomodò ergò vasa lutea portantes tam valido virorum attactui (ictum dixerim) ô fœminæ, exponi non timeritis?] * Post immunditiam (famini) aderit confricatio. Si defricatio est fortis addicenda, quomodo tanta fragilitas fœmina poterit sustinere? Quomodo pœnitudinis, ac satisfactionis molestiam poterit tolerare?] Vas autem ligneum aqua abluetur, qui validè defricari, ac in pristinam valet reuocari munditiem. * Etiam robustiores immundo inficiuntur attactu, sed forte satisfactionis, ac asperitatis defricationè aptiores ostentantur.] * O stulti, cur id admittitis ad momentaneam volatilem voluptatem, quod diuturnæ asperitatis exercitamentis opus sit expiare?]

Si inuolũtariè à fœmina immunda tangeris; nõ polluetis: secùs si spontaneè.

Cũ ipsa manus diluerit prius, periculosior erit attactus.

Quã stulte fœmina vas luteũ portãs, te attactus virorũ ictui exponit.

Præcipuè cũ fragilis est ad validã pœnitentiæ defricationẽ.

Fortiores immũdo inficiũtur attactu: sed aptiores forti asperitatum defricationi exponuntur.

Stulti, qui momentaneã admittũt voluptatem à qua diuturnã asperitate debeat expedire.

13. 14. 15. SI SANATVS, &c.] Esto quod sanitate donetur ille, qui huiusmodi sustinet passionem (verè est passio, vt potè inuoluntaria) septem dies transire sinet à die, quo vltimo semen profluxum præsensit, vt eo temporis decursu constet fluxum perfectè cessasse. * Non facilè credas, te à luxuriæ liberum ægritudine. * Haud facilè habitualis reparatur infirmitas, quæ post parum temporis interstitium ad pœnitendum iterùm roboratur. Plures numera dies, & vel post annos transactos non te existima liberum.] Post septem itaque dies annumeratos lotis vestimentis, ac corpore aqua fontis, seu fluuij, (quod dic ipsa septima geri oportet ex qua non est passus fluxum seminis) erit mundus à fœdo humore. Die autem octaua, quæ vltima est purificationis, duos turtures, aut totidem pullos columbarum assumet, & ad conspectum Domini properabit, ad eam atrij partem, quæ adest ad ostium Tabernaculi, vbi passeres debent super altare holocaustum sacrificari. Dabit passeres sacerdoti, qui quidem offeret vnum pro peccato,

2. *Sanatus à profluuio quid geret.*

Habitualis luxuriei infirmitas non facilè tollitur.

ſeu pro irregularitatis contractæ mundatione: alterum autem in holocauſtum iuxta holocauſtorum ritum. (Cap.1. expoſui) Rogan itque pro ſanato à fluxu ſacerdos de more ve ab immunditia,quam ſecundum honeſtatem ex vi legis contraxerat, expurgari valeat. * Profectò ad luxuriei emundationem orationis exercitamentum agnata eſt medicina.] Preme particulas : *Si ſanatus fuerit , & ve emundetur à fluxu ſeminis.* Si enim ſanus eſt, quomodo emundatur ? * Huius generis ægritudines ſic ablegantur , ſic ſanatur ægrotus;vt egeat eiſdem vti medicaminibus,ac ſi ſanus nõ eſſet:ſcilicet ieiuniis,ſacramentorũ vſu,orationis exercitio. Ideo Dauid hoc aliquando de fluxu laborans adhuc ablui precatur: *Amplius lauame.*

Orationis exercitamentũ ad luxuriem medicamẽ agnatum. Oportet hominẽ a luxuria ſanatũ eiſdẽ vti medicaminibus,ac ſi ſanus non eſſet.

3. *Contracta ex coitu immunditia.*

16. 17. 18. VIR DE QVO,&c.] Vir, de quo egreditur ſemen quale ſolet in coitu, ſiue legitimo in matrimonio , ſiue illegitimo & illicito extra matrimonium:nunc corpus ſuum aqua diluet, & immundus erit ſeu inhabilis ingredi ſanctuarium vſque ad occaſum ſolis. * Ediſcant coniugati , ſe velut immundos reputare, etiam ablutione præmiſſa ad venialia (ſi contraxit) piacula,tota illa vſus matrimonialis die;ne ad ſanctuarium accedant,vt minus decenter Euchariſtiam accipiant.]Non quidem quia deliquerit, cum laudabiliter coitus contingere potuerit:ſed ad ſignificandũ cũ magna mentis corporiſque puritate, & abſque aliqua mentis perturbatione ad ſacra eſſe accedendum. Veſtem,ac pellem , qua indutus fuerit homo: dum ſemen coitus effudit aqua diluet communi,& apta ad veſtis dilutionem : & adhuc veſtis, aut pellis vſque ad veſperum erit immunda, nec quiſquam vſque ad præfatum tempus illa vti erit auſus. At mulier,cum qua coierit, quia ſimiliter polluitur ſicut vir immunditiæ ſimili ſubiacebit : vnde aqua diluetur, & adhuc immunda vſque ad veſperum, inepta ad ſanctuarium ineundum deputabitur.

Coniugati abſtineant ab vſu matrimonij cõmunionis die.

4. *Mẽſtruata lex.*

19. 20. 21. 22. 23. MVLIER,&c.] Mulier, quæ fluxum id ſanguinis patitur,quo niſi aliqua ægritudo impediat quolibet menſe naturaliter fœminæ pergrauantur ad concipiendum aptæ:ſeptem diebus (nec enim diutius menſtruum aſſolet perdurare) non ſolum à licentia thori , ſed & à communione aliorum hominum , ac fœminarum ſeparabitur in cibo & lecto ; nè ex ipſa contaminentur. Omnis, qui eam tetigerit , vſque ad occaſum ſolis reputetur immundus : & in quo dormierit , ac ſederit diebus ſeparationis huiuſce , ſiue de pellibus , ſiue de lana , aut lino fuerit ſtramentum , polluetur. Qui tetigerit lectum ſuper quem obdormierit , veſtimenta ſua abluet , & ipſe aqua dilutus adhuc vſque ad veſperum erit immundus. Omne vas , ſiue inſtrumentum quodcumque menſtruatæ fœminæ deſeruierit , ſtramentum , ſuper quo ſederit &c. quiſquis contigerit , veſtimenta diluet , & ipſe aqua ablutus, adhuc vſque ad occaſum Solis erit immundus immundus. Porro ſi virrem cum menſtruata habuerit vxore tempore quo præcipitur ſeparari,quamuis id ſit occultum, ſeptem diebus erit immundus : omne ſtratum , in quo huiuſmodi homo intra prædictos ſeptem dies obdormierit,pollutum reputabitur. Nec maiori ſubiacebit pœnæ , niſi forte coram Iudicibus de hoc crimine vir ac fœmina conuincantur ; tunc enim vterque pœnæ eſt capitali addicendus. Infra cap. 20, 18. *O tempora , quando ſolum adulteris fœminis pœna mortis præſcribitur,& poſt innumera publica adulteria vix verbo viri carpuntur iniquè. *Imo ad crimina perpetranda ſecurius,nõ parũ cõfert coniugij reſpectus cuius vel nomen impiis deberet horrorem incurrere.]

Commune vitium adulterij taxatur. Inique adulteri ex matrimonio ſecuritatẽ iam accipiũt delinquendi.

25. 26. 27. MVLIER , QVÆ, &c.] At mulier , quæ innaturaliter , & per ægritudinem per longum tempus fluxum ſanguinis patitur extra menſtruale profluuium:vel quæ poſt tempus menſtruorum ſanguinem non ceſſarit emittere,quod manifeſte indicat ſanguinem non eſſe menſtrualem:quandiu ſubiacet huic paſſioni haud ſibi voluntariæ ,eiſdem immunditiei conditionibus erit obnoxia ac ſi menſtruo fœdaretur ; ſeparari enim debet , & reliqua omnia erunt obſeruanda , quæ circa menſtruatam imperaui: Vnde omne ſtratum , in quo dormierit , & quodlibet vas aut inſtrumentum vtenſilium , in quo ſederit , erit pollutum non in ſe ſolum , ſed etiam ad tangentes id inficiendum. Quapropter quicumque tetigerit, veſtimenta diluet, & ipſe lotus aqua , vſque ad veſperum adhuc erit immundus.* Obiecto iudices, quænam hæc veſpertina inſtantia , aut ſolis occaſus qui expectandus eſt immundis , vt ab immunditia liberentur:& ſine cuius aduentu poſt ablutionem in aqua præſcriptam , adhuc homo remanet immundus ? Certe ſol iuſtitiæ veſpertina occubuit inſtantia , ſanguinemque profudit,quo ſanguinis,fœdique humoris fluxu laborãtes niſi lauentur haud omnino à luxurioſo habitu mũdabũtur. Agnatus enim ſãguinis ſalutaris(puta in Euchariſtia)vſus,aut frequentia ad praui huius habitus vim extinguendã. Et hoc medicamine non vtẽtes quãtũuis abluantur ſalutaribus quidem ieiunij,orationis,ac eleemoſynæ vndis , vix omnino diluentur.

5. *Mulier fluxu sãguinis aliàs laborans.*

Euchariſtiæ frequentia agnatũ eſt medicamẽ eis, qui luxuriei ſanguinis,ſiue ſanguinũ fluxu laborãt.

Alio ſpirituali medicamine,ſine Euchariſtia,vix perfecte diluuntur,qui hoc fluxu laborant.

28.29. 30. SI STETERIT,&c.]Si vero conualeat mulier à profluuij ęgritudine,ſanguine non profluẽte:vt legitime valeat mundari,ſeptẽ dies annumerabit cõputãs à die,quo vltimo sãguis ſiſtere viſus fuerit,& die octauo pro ſe,ſeu pro emundatione ſua offeret ſacerdoti cuicũq; ſors euenerit,duos turtures,aut totidẽ columbarum pullos:accederque hãc oblationẽ præferens ad oſtiũ Tabernaculi , vbi ſacerdos accipiet,& vnũ paſſetem perficiens hoſtię pręſatas ceremonias,offeret pro peccato alterum holocauſtu ſacrabit:pro eaque precabitur in conſpectu Domini,vt ab iniquitate liberetur: & profluxu immunditiæ,ne vlterius tam fœda ægritudine pergrauetur.

31. 32. 33. DOCEBITIS ERGO FILIOS ISRAEL , &c.] Educebitis igitur vos Moſes , & Aaron Hebræos leges de mundo,& immundo, & de purificationibus, vt caueãt immũdi meũ ingredi Tabernaculũ. Alioqui ego eos propter huiuſcemodi ſordes puniã,cũ quibus,nõ expiati,ad ſacra loca acceſſerint profanãtes. Tabernaculũ meũ,quod eſt in medio

medio castrorum Israël constitutum. En lex disponens, quid obseruari oporteat circa eius qui inuoluntariè, & innaturaliter patitur fluxus seminis immunditiam; & qui voluntario naturalique coitu polluitur: & quæ menstruis temporibus ob fluxum sanguinis naturaliter prouenientem separatur: vel quæ iugi sanguine præter modum naturalem ex defectu valetudinis corporalis inficitur, & hominis, qui cum ea rem habuerit. Vidisti, fluxus seminis, aut sanguinis præcaueri immunditiæ, eiusque purificationi ideo operam dari, ne immundus quis corpore audeat ingredi Tabernaculum. * O quanto supplicio est addicendus, qui spiritu immundo ausus fuerit, Eucharisticum Tabernaculum inire, corpusque polluere Dominicum. Vereor; sacrilegum te tuis in sordibus moriturum.

Quãto supplicio afficiendus, qui animo immundo ausus fuerit Corpus Dominicũ polluere, indigne suscipiendo.

CAPVT XVI.

In festo Kippurim, id est, Expiationis, decima die mensis septimi ritus asseruandus indicitur.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: 2. & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo super oraculum) 3. nisi hæc ante fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. 4 Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur. 5. Suscipiétque ab vniuersa multitudine filiorum Israël duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. 6. Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, 7. duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: 8. mitténsque super vtrumque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario: 9. cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: 10 cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem. 11. His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum: 12. assumptóque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in sancta: 13. vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. 14. Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad Orientem. 15. Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi, 16. & expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. 17. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israël donec egrediatur. 18. Cùm autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: 19. aspergénsque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israël. 20. Postquam emundauerit Sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem: 21. & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. 22. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculũ testimonij, & depositis vestibus, quibus prius indutus erat cùm intraret Sanctuariũ, relictisque ibi, 24. lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis: Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: 25. & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. 26. Ille verò, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. 27. Vitulum autem & hircum, qui pro

peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quam carnes eorum ac fimum: 28. & quicumque combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur in castra. 29. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum: Mense septimo, decima die mensis, affligetis animas vestras, nullúmque opus facietis, siue indigena, siue aduena qui peregrinatur inter vos. 30. In hoc die expiatio erit vestri, atque mũdatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. 31. sabbatum enim requietionis est & affligetis animas vestras religione perpetua. 32. Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt, vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetúrque stola linea & vestibus sanctis, 33. & expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonij atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum. 34. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST, &c. Mors filiorum Aaron occasionem instituendi festi, quod Hebræi vocitant כפורים *chippurim*, id est *Expiationis* Domino exhibuit, vt reuerentia sacrorum, & Tabernaculi nominatim, quod igne illi pollucrant alieno, sanciretur. * Commendabiliter prorsus ex irreuerentia alicuius impij erga Eucharistiam, Christi, Virginis, aut Diuorum imagines: festum instituunt, quo specialis cultus læso Numini, Diuo, aut eius imagini à fidelibus præberetur. Hoc ipso nomine fideles appellant, *Expiatio*, dixerim *Desagrabio*.] Post mortem igitur Nadab, & Abiu filiorum Aaronis, qui offerentes alienum ignem Tabernaculum & altare violarunt, in cuius rei pœnam sunt interfecti: Dominus sic Mosi locutus. Loquere ad Aaronem fratrem, vt ad reconciliandum Tabernaculum & altare cùm ex peruersa sacerdotalis muneris administratione, tùm ex cadauerum Nadab & Abiu contactu pollutum se præparet. Attamen contestare eum, ne omni tempore, id est, ne vnquam Sanctuarium audeat inire, nempe spacium illud, quod est intra velum diuidens Sancta sanctorum à reliqua parte Tabernaculi; pendétque coram propitiatorio, quo tegitur arca; qui quidem ingressus ideo Aaroni, ac consequenter cuilibet alij Sacerdoti prohibetur, vt non moriatur, quasi sacrilegus exercens præcipuum Pontificis munus in Tabernaculo violato, necdum reconciliato. (etenim super oraculum apparebo in nube minaci puniturus eum, qui ausus fuerit sancta non decenter tractare. * O Sacerdos ad altare accedens indignè, dum Christus Eucharistica latitat in nubecula, quomodo non times sacrilegij subire supplicium?] Ingredi itaque eam sanctuarij partem, præcipuum est Pontificis munus, quod nullatenus exercere licet etiam Aaroni, nisi hæc ante fecerit, quæ subiungam, quibus Tabernaculum, & vtensilia eius reconcilianda sunt, vt postmodum liberum sit Pontifici ingredi Sanctuarium. Vitulum offeret pro peccatis suis, & suæ familiæ toto anno scienter, aut per ignorantiam admissis, (pro peccatis populi non vitulus, sed hircus erat offerendus) constituendo illum ante Tabernaculi ostium, & anteaquam in holocaustum, priusquam Sanctuarium ingrediatur, paratum exponet.

Ex alicuius impij irreuerentia erga Deũ, aut Diuorũ imagines cõmendabiliter instituitur festũ, quo specialis reuerẽtia Deo aut Diuo læso præbeatur.

Christus punitur sacrilegos in Eucharistia latitat nubecula, instans time supplicium.

4. TVNICA LINEA VESTIETVR, &c.] Minorum Sacerdotum indumentis ornabitur, non Pontificijs; erit enim festum hoc non lætitiæ, & exultationis: sed pœnitentiæ, ac mœroris. * Et quomodo potest Dei sacerdos affici lætitia cum sanctuarium aspicit profanatum, cũ impiorum videt Templa impudentia quotidie violata?] Ornetur itaque linea tunica, feminalibus contegat nuditatem, linea præcingatur zona, capiti lineam cidarim imponat; hæc enim indumenta quamuis omnibus sacerdotibus sint communia, nihilominus sunt sancta, ad vsumque sacrorum dumtaxat applicata. Hisce cunctis vestibus Aaron post manuum, ac pedum lotionem sacris muneris præmittendam induatur.

Sacerdos videns Templi quotidie violationem mœrore conficiatur.

5. 6. 7. 8. 9. 10. SVSCIPIETQVE AB, &c.] Suscipiat Aaron à cunctis Israelitis vnum, & alterum hircum, vt rogaturus pro iniquitate totius populi, offerat alterum illorum in hostiam pro peccato; & vnum pariter suscipiet arietem, vt totius populi in nomine offerat holocaustom. Cum litauerit vitulum, & pro se, ac domo sua preces profuderit, duos hircos à populo acceptos coram Domino efficiet stare in ea atrij parte, quæ in ostio Tabernaculi testimonij adiacet. Porro vt infirmæ populi fidei occurrat, qua certus esse non vult de Numinis voluntate, nisi exponatur sortibus, super caprum sortem mittet vtrumque. Sors vna Domino designetur quinam ex duobus hircis in sacrificium Domino obueniat: & altera capro emissario, quæ pariter ostendat, quisnam è duobus capris in desertum debeat mitti. * O sortem exitialem, qua præparata iam Domino victima, separatur ab ara, & libera à vinculo redit ad sæculum!] si votorum vinculis illigatus, vt æternam Domini cedas

2. *De expiationis oblatione.*

Exitialis sors, qua homo Religiosus separatur à vinculis votorũ, & redit ad desertũ sæculare.

cedas in sortem, miserè plane liber à vinculis sæculi properas in desertum. Audiant, qui è Societate IESV curant studiose hac horribili sorte donari. Cuius exierit sors felicissima, vt in sacrificium offeratur; cum seorsum ad eam atrij partem applicabit iugulo designatam, vt statim pro peccato Domino immoletur. At cuius sors ceciderit, vt iniquitates filiorum Israel deferat in desertum, & sit in caprum emissarium: viuus coram Domino statuendus est apud aliam atrij partem, vt post immolationem victimæ pro peccato, & postquam eius sanguine tinctum sit Tabernaculum & altare: super capro preces gerat, & cum emittat in desertum.* Quam oneratus criminibus solet incedere, qui è Tabernaculo redit ad desertum, qui è Religione ad sæculum remeat]* Certè aliquando non solum suis, sed & populi criminibus redit onustus, cū exterorū studio & intercessione vtitur ad recessū.

Assolet peccatis onustus Regularis remeare ad sæculum. Sæpe & populi peccata portat, cum sæcularium intercessione vtitur ad recessum.

11.12. HIS RITE CELEBRATIS, &c.] Perfectis itaque ritè, quæ huc vsque præcepi, Pontifex rursum offeret vitulum impendendo aliquam benedictionem, qua specialiter applicet illum, ac disponat ad sacrificiū: & precatus pro se, ac domo sua, postulans à Deo omnium peccatorum suorum, sacerdotumque, ac Leuitarum remissionem, eum iugulabit, vt sit pro peccato ordinis sacerdotalis in sacrificium. Mox assumet thuribulum aliquod, ex iis, quibus sacerdotes assolent vti in Tabernaculi ministerio: & de prunis altaris holocaustorum, vbi ignis de cœlo immissus conseruatur, implebit: & hauriens manu thymiama iuxta meam præscriptionem compositum, vt incendatur, vltra velum intrabit in Sancta. Idcircò autem Pontifex intra velum diuidens Sancta à reliqua parte Tabernaculi ingressurus, debet secum deferre prunas, & thymiama, vt positis super ignem aromatibus, eorum fumus, & vapor operiat oraculum, seu propitiatorium, quod supra arcam adest, & non moriatur. Si enim fumus aromatum non operiret, sacerdos periculosè illud curiosæ aspectationi, ac contemplationi exponeret: quod si faceret, procul dubio moreretur. * Vult Deus, sacra mysteria haud curiosæ addici scrutationi, sed cæca fideli reuerentia coli.

Deus nō vult sacra mysteria curiosæ addic scrutationi, sed cæca reuerentia.

14.15.16. TOLLET QVOQVE, &c.] Vna cum prunis ac thymiamate assumet de sanguine vituli, factaque huius sāguinis cū cruore hirci oblati pro peccato populi, mistione Sācta Sanctorum ingredietur: & digito sanguine infecto, septies asperget imperfectissimæ mūditiæ ex sanguinis aspersione obuenturæ documentum. Asperget autem illum Sanctuarij locum, qui respicit ad Orientem contra, seu coram propitiatorio. Debet enim Pontifex dorsum suum versus Orientem, faciem autem versus eam partē propitiatorij, quæ ingressum respicit sanctuarij, siue Orientē, habere. Cúmque pro peccato populi mactauerit hircum (quem vna cum vitulo pro peccato Sacerdotum oblato mactari oportuit) intra velum eius sanguinem inferet non seorsum, sed simul cum sanguine vituli, vtrumque miscens sanguinem in craterula: vt semel dumtaxat Sancta sanctorum ingrediens, simul vtroque sanguine illam pauimenti partem aspergat, quæ inter propitiatorium & velū adest. * Certè & pro peccato sacerdotum, & pro peccato plebis simul sanguis effunditur, nec aspersio vna ab altera separatur; quia plerūque populo delinquente, sacerdotum penes quos cura populi, crimina connotantur. O quotiens ob Sacerdotum exemplum iniquum, aoob incuriam sæculares subditi deliquere.] Sic expiabit sanctuarium ab inquinamento, quod ex filiorum Israel prouenit immunditiis, & à præuaricationibus eorū, cunctisque peccatis. Si ob piaculum filiorum Aarō Nadab & Abiu, & ob eorū cadauera sanctuarium fuerat pollutum: cui assererent, expiandum esse à filiorum Israel *immunditiis, præuaricationibus ac peccatis*.* Profectò quia propter Sacerdotum erga sacra irreuerentiam, assolet Deus totum populum flagellare, permittens in grauissima piacula incidere O Christicola popule, vereor, ne ob Sacerdotum sacrilegia in tam profundum piaculorum sis barathrum, permittēte Domino, detrudaris.]* Quomodo enim persistes in iustitia, si qui pro tuis debent excessibus exorare, ausis sacrilegis si non vim sacrificiorum, orationis plane suæ virtutem eneruant?] Iuxta hunc ergo septemplicis aspersionis sanguinis vituli, & hirci ritum aget Pontifex circa Tabernaculum testimonij, quod in parte anteriori Sancti sanctorum existit, & situm habet, mea vberrima pietate inter filios Israël: & non solum inter eos, sed in medio sordium habitationis eorum. Circumstantes enim filij Israël vndique Tabernaculum, quasi vndique illud peccatis sordibus spiritualibus inficiunt. * O si Dominus quereretur de Christicolarum erga Eucharisticum Tabernaculum irreuerentia, quam horribili voce clamaret: Fixa est Eucharistia in medio sordium habitationis vestræ.

Vix peccata populi possunt à sacerdotum crimine separari; quia plerumque populus ob eorū aut prauū exemplū aut desidiam deliquit.

Ob sacerdotum sacrilegia Deus permittit populum inundare peccatis. Sacerdotis in crimine existentis oratio priuata pro populo inanis.

Queritur Dominus de irreuerentia circā Eucharistiam.

17.18.19. NVLLVS HOMINVM, &c.] Neque in parte interiori, nec anteriori Tabernaculi vllus hominum adsit, quando Pontifex sanctuarium inierit; vt cum maiori attentione mentisque eleuatione, pulso omnis strepitus impedimento, valeat precari. * Orationem enim attentam locus decet abstractus.] Solus itaque attentius exoret primum pro se. * Nam in communicatione bonorum spiritualium, plus se ipsum diligere debet, quam proximum. Se non diligit, qui sua contempta vtilitate spirituali, curat proximi incrementa.]* Sicut se ipsum odio prosequitur, qui non priùs attendens sibi, attendit doctrinæ]Oret deinde pro domo sua prole sacerdotali. * Dignitas enim Ecclesiastica statui laicorum charitatis est ordine præferenda.] Precetur denique pro vniuerso cœtu Israël, nam pro his quoque rogare tenetur hac die super cornua altaris thymiamatis. (in lib Exodi præceptum.) Ne igitur quispiam tam necessarias preces perturbet, nullus permittatur adesse in Tabernaculo, donec Pontifex ad atrium ritum expiationis perfecturus, egrediatur. At cum ad altare holocaustorum, quod è regione Tabernaculi versus Orientem subdio adiacet, exierit oret pro se, ac pro iis, quorum ad vtilitatem sanguinem profundere victimarum oportet.* Nec sufficit rursum iam deprecatū fuisse

3. De Pontificis oratione.

Orationem attentam locus decet abstractus. Pro se prius, quam pro aliis exora. Prius concionator sibi attendat, quā doctrinæ.

Charitatis ordine præferenda Ecclesiastica dignitas.

Instantia orationis suadetur.

fuisse; orationis enim grata Numini instantia: & beneficium quod oratio prima non impetrat, secunda assolet impetrare.] Post orationem autem sanguinem vituli pro sacerdotum peccatis oblati, & hirci litati pro piaculis populi (quem permixtum habebit in craterula) super altaris cornua seu quatuor illos radios æneos prominentes quatuor in extremitatibus altaris profundat per gyrum aspergensque digito septies altare sanctificet, veraque reconciliatione emundet à filiorum Israel tam sacerdotum, quam laicorum immunditiis, vtrique enim impuris sacrificiorum oblationibus polluerunt altare.

4.
Hircus emissarius.

20. 21. POSTQVAM, &c.] Postquam emundauerit sanctuarium, Tabernaculum, & altare. Sanctum ne indiget per se expiatione? Minimè, sed peccatis populi, in cuius medio aderat toto anno commissis, quasi pollutum, & contaminatum videbatur. * Si ob societatem impiorum sanctum contaminari videtur quodammodo, quomodo præsumis, te peccatorem non esse amplius contaminandum ex impiorum societate?] Emundato igitur sancto, Tabernaculo, & altari hircum viuentem (eum scilicet, qui ex duobus hircis à populo oblatis viuus fuerat reseruatus vt in desertum emitteretur) offerat, seu adstare coram ostio Tabernaculi faciat: & super caput eius manu vtraque apposita in voluntarij consensus, quē Pontifex nomine totius populi debet præstare circa translationem peccatorum, quæ in caput ipsius hirci debet fieri, documentum. Mox Israelitarum vniuersa delicta confitebitur vtens sermone quodam generico, qui se ad peccata per malitiam, per ignorantiam, per passionem extendat, potissimè ad publica, & scandalosa piacula, quæ quidem imprecans capiti hirci, ac exposcens, vt si aliquod malum pro peccatis hisce venturum esset Hebræis, super hircum transferre dignetur. Tūc ministerio alicuius hominis ad id præparatum captum in desertum emittet, vbi emissarius à feris deuoretur, & ita peccatis debitas pœnas in ipsum translatas luat. * Et quomodò caper non comminuatur, si vel aliena peccata deportat? Quid agnum sine macula Cruci suffixit, nisi aliena crimina deportare?] * Ergo dirius (æternum fortasse) comminueris, si propriis peccatis tui humeri pergrauentur.

Si ex vicinitate malorū sāctū contaminari quādmodo videtur, quid homo?

Vel aliena crimina qui deportat, cōminuitur

Quid si propria flagitia deportet?

22. 23. 24. CVMQVE, &c.] Portet itaque hircus emissarius populi omnes iniquitates in solitariam terram. Nè scilicet noceant habitatoribus, & terram efficiant solitariam. * Si enim permanerent apud Vrbes crimina ciuiū, eas proculdubio desolatione afficerent. O Regna florentissima, quænam pestis te in solitudinem conuertit nisi crimina ciuium? Postquam autem dimissus ab homine deferente caper fuerit in deserto: reuertetur in Tabernaculum Aaron, qui emissurus hircum erit extrà illud, ad ostium scilicet Tabernaculi. * Non sufficiat, alij grauia committi negotia à Præsule, ipse det studium, operamque executioni, exeat, vt videat, an conuenienter ministeria gerantur.] Sacris vestibus, queis se induerat reconciliaturus Sanctuarium, inibi positis: totum corpus diluet, vt hæc lotio sit symbolum munditiæ per expiationem peractam adeptæ. Quæ quidem ablutio fiet in atrio Tabernaculi ad labrum, siuè mare æneum. At perfecta ablotione vestibus suis Pontificiis induetur; deinceps enim hæc solemnitas erat læta, & cum expiatione luctus signa transierant. * Sicut enim peccatum animum afficit mœrore, sic gratiæ animus restitutus ineffabili exultatione donatur, vt in cōspectum Domini *in exultatione* valeat intrare, qui in mœrore è conspectu Domini recesserat.

Peccata Vrbes, ac Regna solitudinē efficiūt.

Nō sufficiat Præsuli, subdito imperare, seu ei ministeria cōmittere, exeat ipse, vt videat, an apte gerātur.

Ex peccato mœror ex expiatione gaudium.

25. 26. POSTQVAM, &c.] At postquam egressus de Tabernaculo, vbi indui, & exui sacri vestibus sacerdotes tenentur vtrumque arietem à principio huius solemnitatis præparatum obtulerit in holocaustum suum, ac plebis, ambas super altare exceptis pellibus, fimo victimas incendendo: precabitur pro se, & pro populo. * Certè prius pro tuis, deindè pro delictis populi precari teneris, legalis Pontifex. Quomodo enim tua subditis proficiet oratio, si precaris immundus?] Mox adipem tam vituli, quam hirci, qui oblati sunt pro peccatis sacerdotum, & plebis, super altare iuxtà ritum præscriptum (Cap. 4) adolebit. At homo ille, qui assignatus, caprum in desertum deportabit bestiis absumendum; postquam regressus fuerit, sua vestimenta ac corpus abluet aqua communi, quo mundetūr à legali macula, quam quasi contraxisse videtur, hirci, deferentis cuncta populi crimina, ex contactu. * Pestis est peccatum, facilè propius inficit accedentes; vnde à peccatore infecto properanter aufugias.] Lotus ita homo hirci emissarij ductor ingredi valebit in castra. * Non quidem admittendus esset ad Vrbes flagitiosus quilibet: quomodo ergo eum admittere non recusas in famulum? Qui sufficit cuncta castra inficere, facilius tuam domum detrababit.

Nō proficit Præsulis oratio subditis expiādis, si precatur immundus

Fuge peccatores, nè peste criminis inficiaris.

Cur in domū tuā admittis impiū famulū, qui sufficit totā Vrbē inficere.

5.
Vitulus & hircus crematus extrà castra.

27. 28. VITVLVM AVTEM, &c.] Porro vitulum, & hircum, qui pro peccato tam sacerdotum, quam plebis immolati fuerant, & qui præterquam quod fuere hostia pro peccato extitere quoque de eorum sacrificiorum genere, quorum sanguis est in sanctuarium illatus, vt expiatio compleretur, quæ absque sanguine perfici non poterit. Ideo animantia ista non comedentur à sacerdotibus, sicut carnes comedendæ sunt. Hostiæ, pro peccato, cuius sanguis non infertur in sanctuariū sed eorum cadauera aliquis sæcularibus, de Pontificis iussu, deferet extra castra, & in loco mundo igne comburet pelles, carnes, ac fimum, demptis dumtaxat sanguine, & adipibus, quos comburendos prędixi. At qui combusserit ea aqua communi vestimenta sua corpusque diluet, ad legales maculas abstergendas, seu corporales, quæ ex contactu huiusmodi cadauerum contraxisse præsumitur; & sic remeabit ad castra absque præuia lotione haud licitè ingressurus. * Tàm sacerdos, quam sæcularis homo ille ex iussione Pontificis dans operam cremando vitulo, & emissario hirco ad desertum ducendo: aqua mundantur, vt à contractis ex contactu maculis valeant expiari? Moneantur ergo hinc sacerdos, qui cum peccatoribus commorantur, vt eos Domino

Qui peccatorū ministerio iacumbūt, & cum peccatoribus cōmorātus, debent aliquādo sacris exercitamētis expiationis studere.

litent

litent, post tempus ministeriis huiusmodi impensum, laudabiliter pergere ad spiritualium exercitiorum lauacrum.] * Ideo societas IESV alumnos suos ad spiritualia hebdomadæ saltem vnius quotannis exercitamenta iubet abscedere, à proximorum ministerio abstractos vt valeant expiari, si aliquam imperfectionis maculam contraxerunt.]

Pro societate Iesu alumni annis singulis spiritualibus exercitiis vnius hebdomadæ interstitio vacant.

6. *Annua expiationis solemnitas.*

29. 30. 31. ERITQVE VOBIS, &c.] Vobis posterisque vestris erit lex perpetua semper obseruanda: Mense septimo a vobis Tizri appellato, decima die mensis, quando iam omnes fruges, & fructus arborum, & vinearum collectæ sunt in terra vobis promissa, quando otiu habueritis vacandi mihi, ac gratias agendi pro acceptis muneribus: animas vestras affligetis à cibo, reliquisque corporis delectationibus abstinendo: nullumque generis opus aut cibo præparando, aut ignem succendendo; qua quidem lege omnes adstringi oportet siue indigena, qui inde genitus est, siue aduena qui aliunde venit, nempe ex gentibus, & quasi inter vos peregrinatur, eo quod non sit ex lege vestra, vel genere. * Nihil enim sic legum ingerit contemptionem, quam vel vnum ab eius obseruatione esse exemptum.] * O quam antiquum, aduenam esse inter nos peregrinum! Certe potius aduenam strictiori charitatis vinculo deberemus adstringere] In hac die erit vestra expiatio quantum ad ceremoniales ritus, qui in reconciliatione Tabernaculi, & altaris debent præstari: atque ab omnibus vestris piaculis mundatio, hircus enim ea * deferet in desertum, vos autem coram Domino mundabimini, in conspectu namque sanctuarij, vbi specialiter credor adesse, hanc fieri iubeo emundationem sabbatum enim requietionis est ista propitiationis dies, non quod in sabbato fiat semper celebrari; sed quia in ea non secus ac in sabbato, ab vniuerso opere erit vacandum. * Et quidem dies emundandæ conscientiæ, depunendique peccatorum onus, non potest non dies sabbati existere.] Tunc affligetis animas vestras, hic enim est finis, in quem requies illa dirigitur religione perpetua, nequaquam pro libito mutanda, sed durante vestro obseruanda cœtu. * Dies namque expiationis, seu confessionis debet simul afflictionis esse. Afflictio enim seu asperitas premens corpus, cordis excitat contritionem]

Legum ingerit contemptum aliquem ab eius obseruatione essepum esse.

Semper apud nos aduena est peregrinus, cum potius strictiori amoris vinculo adstringere debere mus.

Cum deponitur onus peccati dies sabbati seu requietionis est

Affligere corpus Confessionis die, ieiunio ac cilicio excitat cordis contritionem.

32. 33. 34. EXPIABIT AVTEM, &c.] Exercet autem expiationis ritus non quisquam ex minoribus sacerdotibus, sed sacerdos, qui antonomastice, & vnctione quadam præcellenti fuerit inunctus, scilicet Pontifex, super cuius caput fusum est oleum vnctionis, & cuius manus initiatæ sunt per aspersionem olei, & per illam pollicis dexteri in sanguine intinctionem: id que vt sacerdotio pro patre fungatur, non qualiter omnes filij sacerdotis si maculam non habuerint, sacerdotes esse oportet; sed qualiter primogenitus in iure Pontificio patri succedit, induiturque stola linea, seu tunica pertingente vsque ad talos, & vestibus sanctis, scilicet fœminalibus; baltheo, & cidari lineis: sicque indutus ad exercitium ceremoniarum expiationis gerendum accedet: & expiabit sanctuarium hoc est, sancta sanctorum, & Tabernaculum testimonij, quod est ante velum & pars prima integri Tabernaculi, ac altare holocaustorum, quod extra Tabernaculum adest, sacerdotes quoque, ac leuitas, qui ministri sunt sacerdotum, ad eorumque familiam spectant; & vniuersum populum, ita vt nihil rerum sacrarum vel populi maneat inexpiatum. * Profecto expiato sacerdotali ordine, magni populi sæcularis haud difficilis erit expiatio. Subditi enim, ac discipuli assolent Præsulum, ac Magistrorum actiones æmulari. Vobis, ac Reipublicæ vestræ hoc legitimum, seu legale statutum sempiternum erit, seu perpetuo obseruandum, quandiu vis legis perdurauerit: vt oretis, seu Pontificem vestrum orare faciatis pro filiis Israël, vt Deus illos seruet in columes, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno, vt eis illa remittere non dignet Fecit igitur Moses sicut ei Deus præceperat, legemque de expiatione pro vt Deus ei præscripserat, promulgauit. * Subtaxans scilicet Præsules, qui ne subditis sint inuisi, leges rigidas à Deo, seu Religionis institutione acceptas promulgare non audent.

7. *Summus sacerdos exercet expiationis munus.*

Expiato Clero, facilis erit sæcularium subditorum expiatio.

Taxantur Præsules, qui ne subditis sint inuisi leges institutas non promulgant.

CAPVT XVII.

Ad offerendum sacrificia necessarius locus indicitur: Esus sanguinis prohibetur: Ritusque, quo mundari debet, qui morticinum, vel captum à bestia comederit, describitur.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens. 2. Loquere Aaron & filiis eius, & cunctis filiis Israel dicens ad eos: Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens: Homo quilibet de domo Israel si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, 4. & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. 5. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas: quas occident in agro, vt sanctificen-

tur

tur Domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas Domino. 6. Fundétque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino: 7. & nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. 8. Et ad ipsos dices: Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimàm, 9. & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur Domino, interibit de populo suo. 10. Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, 11. quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris & sanguis pro animæ piaculo sit. 12. Idcircò dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. 13. Homo quicumque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. 14. Anima enim omnis carnis in sanguine est, vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicumque comederit illum, interibit. 15. Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. 16. Quòd si non lauerit vestimenta sua & corpus, portabit iniquitatem suam.

COMMENTARII.

1. Oblationes apud Tabernaculũ gerendæ.

VERS. 1. 2. 3. 4. ET LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Profare ad Aaronem (Deus Mosi inquit) filiísque eius, cunctóque populo meo nomine indicens: En Domini sermonem quem vobis mihi imperat intimare. Quicomque Israëlita immolauerit, seu sacrificauerit ouem, bouem, aut capram extra Tabernaculum, reus est mortis; quia cum sit laicus sacerdotale munus occupat, & quia extra locum ad sacrificia destinatum id peragere præsumit. Morte igitur plectetur à Iudice, si piaculum constet: si latitat, Deum vindicem non aufugiet. Scio, inspirante Numine, aliquos extra Tabernaculum immolasse: Emanuem Iudic. 13.19. Samuelem 1 Reg. 7.9. Dauidem 2 Reg. 24. 18 Occidetur itaque reus ille, periode ac occidi assolet homicida. Certè ob hanc legem Israëlitæ cum Rubenitis, qui aliud altare erexerant, decertarunt. Ios. 22. 12. * Quam aptè supplicio afficitur homicida, qui sacra profanis immiscet: Dei enim memoriam, fidelium deuotionem, debitam Templo reuerentiam occidit.

Qui immiscet sacra profanis, Dei memoriæ, fidelium deuotionis, Tépli reuerẽtiæ est homicida.

5. IDEO SACERDOTI, &c.] Ne ergo rei sanguinis, seu mortis exponantur Hebræi, sacerdoti proprio sacrificiorum ministro deferre debent hostias, quas more gentilium occidere expetiissent in agro, si lege non esset prohibitum; vt susceptæ à sacerdote ipso sanctificentur, ac debita consecratione applicentur Domino antè ostium Tabernaculi, locum vtique sacrificiis deputatum: & immolent eas victimas, quas furtim extra atrium occidere intentabát hostias Domino pacificas, id est, holocausta, & victimas pro peccato. Cur autem Pacificas vocitauit hostias? An quia tales prius dæmonibus immolabant? An vt innuatur, hac ratione posse offerentes magis fieri earum participes, quam si, ten holocausta, vel hostias pro peccato immolentur: quia harum hostiarum nihil cedit in vsus offerentium, ac in hostiis pacificis? * Vera hæc, sed addiderim, holocausta, & victimas pro peccato nomine pacificæ hostiæ assignari; quia pax sic offerentis adstruitur, quæ offerendo extra Tabernaculi atrium perturbabatur; quis enim deliquit præcipue Templi violatione, & pace potitus est.]

Qui delinquit Templa violando, nũquam pace potitus est.

6. 7. FVNDETQVE SACERDOS, &c.] Cuiuslibet hostię oblatæ in sacrificiũ sacerdos sãguinem profundet per altaris circuitũ in atrio Tabernaculi: & adolebit adipem in odorem suauissimum Domino. Maxime autem delectatur Deus si adipes sacrificiorum, quibus gentilico more vesci expetebant iam mutato affectu ab eis igne absumantur. * Hinc edisce qui reducendis peccatoribus impendis studium, quam gratum Numini, cum pulchritudo, quæ se se curabat diabolo litare, iàm Domino incenditur diuina saucia charitate.] Et nequaquã vltra immolabunt, seu præsumetur de eis quod immolent hostias suas dæmoniis, prout præsumi poterat de his, qui in loco occulto, vel absque ministerio sacerdotis sacra peragit. * Occulta capias, ad colloquendam fœminam? Poteris quidem castitatis iura non violare, sed iuste de te creditur luxuriei dæmoni velle litare.] Cum quibus (addit) fornicati sunt per affectum relicto Dei veri cultu eis adhærendo, non secus ac fœmina, quæ contempto marito, commiscetur amasio. Fornicato

Gratissimum Deo, cũ adducit sacer minister ad cum peccatorem, qui curabat diabolo inseruire.

De eo, qui occulta petit, vt fœminam colloquatur, iustè creditur velle luxuriei diabolo litare.

Hominum Deus cū ardens amator se sponsum eorum ostēdat.

Facit leges contēni facilis earum immutatio.

nicationis nomine frequentissime in scripturis idololatria significatur. * Non enim satis suum erga nos Dominus exprimere putauit amorē, si se hominū sponsum non exprimeret. Legit iniū autē, seu statutū hoc lege firmatū nullatenus pro libito Israelitis, ac posteris eorū esse mutandū. * Nihil enim sic facit leges contemni, ac facilis earum immutatio.]

8. 9. Et ad ipsos, &c.] Homo Hebræus aut proselytus ad Iudaismum conuersus, qui moratur, seu habitat inter vos, velut peregrinus nō habens iurē aliquā in Tribubus Israel, qui ausus fuerit holocaustū, siue aliā quācumque victimā extra ostiū Tabernaculi offerre: nec adducet eā vt inibi, & nō alibi Domino offeratur, quasi diuinæ maiestatis reus, nisi ad aliud faciendum speciali Spiritus sancti ducatur instinctu, suo de populo interibit.

2.

Prohibetur sanguinis esus.

10. 11. Homo quilibet, &c.] Homo, qui natus fuerit de domo Iacob, & de aduenis, qui peregrinantur inter eos, & per circuncisionem susceptam legis implendæ sunt debitores: si ederit sanguinem non solum vna cum carnibus vti lege naturali prohibui, Gen. 9. sed vel ipsum sanguinem ab animali abstractū faciem meā, obfirmabo vehementer irascar contra vitam illius vindictam assumens: & disperdam eum de populo suo ob duplicem causam vnam quidem, quia vita animalis in sanguine est, in eoque principaliter consistit: nec oportet eo vti alimento, quo brutalis vitæ proprietates ingerantur humanæ. * Solus sanguis Dominicus hauriendus videlicet, quia Dei *vita in sanguine est*, cuius potu Dei referemus proprietates.] Alteram autem, quia & ego dedi sāguinē victimarum vobis, vt super altare profundatis, & eius litatione mors, quam vos merebamini, summa mea pietate, commutetur in pecudem, ita vt sāguis, in quo pecudis vita consistit, pro animæ piaculo sit, dum animal loco hominis immolatur. Quomodo ergo audebitis tot peccatis infecti sanguinē expiatricem, alios expendere in vsus? * Profecto Agni immaculati salutarem sāguinem comedit, qui ea administratione sacramentorum suam ad epulas, & luxum confouet auaritiam. Et quomodo poteris esse crudelis eum comedendo contra sanguinem, cuius profusione poteris expiari? Queretur iuste Dominus, *Quæ vtilitas in sanguine meo?* Voratur à sacrilegis, dum indigne suscipitur, nec tunc profunditur in remissionem peccatorum.] * Porro Dominus, sanguinem vult omnem profundi, nec aliis vsibus inseruire, vt delectetur typica Deifici sanguinis pro peccatis hominum profusione.]

In sanguine Eucharistico vita Dei, eo potati Deiū eius referemus proprietates.

Christi Agni sanguinem comedit, qui Sacramētorū administratione suā fouet auaritiā.

Vult omnē sāguinē soli profusioni inseruire, vt delectetur typica Deifici sanguinis pro peccatis hominum profusione.

12. 13. 14. Idcirco dixi, &c.] Ideo dixi sub attestatione diuini iudicij filiis Israel: Omnis homo Hebræus, aut proselytus ad fidem conuersus sanguine non vtetur ad cibum. Cæterum si fera, vel auis capta sit ex his quibus vesci licitum est iuxta legem superius promulgatam (Cap. 11.) venator, aut auceps profundat sanguinem eius, & illum humo operiat, cum ad vitandam immunditiam, & fœtorem, tum etiam ad reuerentiam sanguinis: ne conculcari, aut à feris absumi contingat id, in quo fit expiatio. * O confessarij, quibus sanguis Christi certi emissi, auis cœlestis, commissus est, cur non asseruatis? cur permittitis, toties & conculcari à peccatoribus, & à feris absumi?]

Taxātur cōfessarij, quia sanguinem Christi permittūt a feris vorari.

Anima enim omnis carnis adest in sanguine, ac proinde iure reseruatur à Deo loco vitæ humanæ pro peccatis debitæ, vnde dixi filiis Israel: sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis, seu corporalis vita in sanguine est, ex eoque principaliter dependet: & quicumque comederit illum, morte violenta, & innaturali interibit: id quod ad maiorem certitudinem, & exaggerationem iterum atque iterum inculco. Cur toties Dominus abstinentiam à sanguine commendauit? * Certe vt homines à crudelitatis absterreret affectu.] Sanguis est proximum alimentum, quo vita animalis fouetur, & conseruatur: estque instrumentū necessarium animæ ad actiones illius vitales. Defert enim sanguis per totum corpus spiritus vitales, sine quibus actio vitalis nulla poterit exerceri, sed illis interceptis, anima prorsus iners & inepta est ad omnes functiones. Est ergo species crudelitatis vitam cum animali comedere, & quasi viuum animal deuorare. Et enim id facere videtur, qui sanguinem comitem animæ necessarium, & in quo tanquam in sede solet anima conquiescere, quique illi ad functiones vitales vnicum & necessarium est instrumentum, edit, & absumit. * At Dominus toties monitum hoc inculcat, quia crudelitati addicti ita hebetes ostentantur ferina vtique induti natura, vt vix semel valeant percipere, quod toties dictitatur.]

Curat nominibus homines à crudelitatis affectu absterrere.

Crudelitati addicti hebetes admodum.

3.

Abluēdus, qui comederit morticinū, & captum à bestia.

15. 16. Anima, quæ comederit, &c.] Persona quælibet, quæ comederit animal, quod sponte sua mortuum est, seu à bestia captum, aut prægustatum (iam superius esus harum rerum fuit prohibitus,) vt edulio hoc contaminatus tam de indigenis, quam de aduenis si valeat expiare, diluet vestimenta sua, & semetipsum aqua communi, vltra aquæ lustrationis aspersionem quæ est etiam ad emundationem necessaria: & adhuc contaminatus aderit vsque ad vesperum illius diei, in quo se diluerit; & hoc ordine mundus fiet ab irregularitate ea prohibitis cibis contracta. Quod si non abluerit indumenta sua, & corpus portabit suammet iniquitatem, ac toti pœnæ correspondenti piaculo subiacebit, quando quidem renuit beneficio legis releuari. * Et quidem quænam horribilior pœna ei potest excogitari, quam suam portare iniquitatem, & immenso peccati onere pergrauari?]

Immēsū peccati pondus, & horribile sui ipsius supplicium.

CAPVT XVIII.

Humanæ propagationis Deus rectas metas præscribit, incestuosos coitus prohibens, aliasque perniciosas luxuriei adinuentiones. Monet semel ac iterum Hebræos, vt à peccatis Chananæorum sibi caueant, nè cum illis pariter puniantur.

1. LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens. 2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Ego Dominus Deus vester: 3. iuxta consuetudinem Terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. 4. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus vester. 5. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Ego Dominus. 6. Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet, vt reueler turpitudinem eius. Ego Dominus. 7. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. 8. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. 9 Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. 10. Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. 11. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua non reuelabis. 12 Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui 13. Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro sit matris tuæ. 14. Turpitudinem patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. 15. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. 16. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. 17. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. 18. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. 19. Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. 20. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione macularis. 21. De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, nec polluës nomen Dei tui. Ego Dominus. 22. Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est. 23. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. 24. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiciam ante conspectum vestrum, 25. & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. 26. Custodite legitima mea atque iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis: tam indigena quàm colonus qui peregrinantur apud vos. 27. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. 28. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. 29. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. 30. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerũt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

COMMENTARII.

1. *Non referendi mores Ægyptiorum, nec Chananæorum.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Instruës Israëlitas (fatur Deus Mosi) de regula, quam obseruare oportet circa rectam morum ordinationem, eis indices: Ego licet sim omnium Dominus ex generali gubernatione, & creationis, &c. specialissime me vestrum Deum, Dominúmque dictito tùm ob eductionem de Ægypto ac legislationem, tum etiam propter vestræ protectionem Reipublicæ specialem. Vnde arctiori vinculo, quam alij lege gratitudinis, quæ vobis indico, obseruare tenemini. * Certè qui è sæculari se Ægypto videt eductũ munere cœlesti, magis debet, quá alij Dei imperiis obedire.

Qui è sæculari Ægypto eductus est cœlesti munere gratitudinis legem magis debet, quam alij Dei iussa adimplere, quasi agnatæ obedientiæ.

dire. Vnde obedientia Religioso esse debet agnata.] A moribus terræ Ægypti, in qua diu habitastis, recedite, nec geratis quæ didicistis. * Difficilè planè, quæ à cunabulis quis didicit, abiurare.] Nec inata corruptos regionis Chananitidæ, ad quam ingredimini, me duce, imitemini: Gentiumque ritus, & ceremonias, quibus ipsi sua colunt idola, & dæmones auersabimini.]

Difficile est, abiurare, quæ à cunabulis didicisti.

4. FACIATIS IVDICIA MEA, ET PRÆCEPTA MEA SERVABITIS, ET AMBVLABITIS IN EIS: EGO DOMINVS, &c.] Præcepta iudicialia, quæ iustitiam, & honestum conuictum inter te & proximum statuunt: & præcepta ceremonialia, quibus ritè me colatis, implere studeatis: & non solum iuata illa operari vt cunque, sed ambulare in eis iugiter ad vlteriora procedendo. * Qui enim in via salutari non ambulat, qui sistit: eo ipso videtur conuerso cursu pedem referre; ideo *ambulabitis in eis.*] Si fortè pigritemini, recordamini me Dominum Deum vestrû esse, qui præcipio: vt amor & timor Dei obedientiæ supetet difficilia. * Alleuat hercle obedientiæ pondera Deum menti imperantem obiicere in Prælule

2. *Circa pudicitiã leges præscribuntur.*

Qui in salutari via non procedit, eo ipso videtur retrorsum abire.

Alleuat obedientiæ pondus, obiicere Deum imperantem in Rectore.

5. CVSTODITE LEGES MEAS, ATQVE IVDICIA, QVÆ FACIENS HOMO, &c.] Leges meas ad mores natura duce spectantes, iudiciaque ad Dei cultum, ac proximorum conuersationem dirigentia obseruate. Homo enim custodiens hasce leges, à me vita diuturna, & prospera donabitur, vt diu per eas, & in earum obseruatione viuat. * Et quidem sanctitas plerumque assolet vitam producere; vt Deus diutius glorificari possit virtutis Cultore superstite.

Vitam sanctitate producet.

6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.

* OMNIS HOMO AD PROXIMAM, &c.] Turpitudo vocantur hic membra inhonesta, & reuelare turpitudinem mulieris est cum ea congredi siue in matrimonio, siue extrà illud. * Ad mores autem asserenim, turpitudinem reuelare, idem esse, ac euulgare delictum; quo quidem euulgationis vocabulo signatur luxuriæ flagitium; vt idem sit te contaminari luxurie, ac fœminæ cum qua colligatus es, facinus euulgare. An inuenitur adolescens impudicus, cui non sit idem optatis frui, ac illicò fœminæ turpitudinem euulgare præconio? Omnis igitur homo si in ratione principij propagationis humanæ debito modo se gerere velit, ad proximam sanguinis sui, quæ sibi consanguinea, vel affinis est, aliquo ea modis, quos subiungam, non accedet, vt reuelet turpitudinem eius, seu rem habeat cum illa non solum per attentatum matrimonium, sed neque etiam alia copula fornicaria. Ego Dominus sum, qui hæc iubeo: quid non vltro pareatis? * Quam aptè, dum præcepta castitatis euulgat, & indicit puritatie leges, se Dominum memorat in auxilium. Necessaria enim specialissima Dei gratia, vt homines se castitatis legibus subiiciant] * Imo totus Deus speciali Dominationis potentissimæ sub ratione necessarius quodammodò auxiliator addicitur ei, qui se ab horribili luxuriæ peste curant expedire.] Primò itaque veta matrimonium, & copulam cum patre & matre. (olim enim barbari aliqui contra naturalem circa huiusmodi personas reuerentiam patri, aut matri commiscebantur.) Secundo, non habebis rem cum nouerca tua, eam enim nudauit, seu cognouit pater tuus, itaque indecens omninò vt tu eam cognoscas. Tertiò non duces sororem, quæ eundem habet tecum patrem, sed aliam matrem; siuè sororem, quæ eandem tecum habet matrem, sed alium patrem: qualis illa est, quam mater de primo marito suscepit, & cum qua in domum venerat, quando secundo huic maritò nupsit. Vterinam, inquam, sororem etiam furis, & extra domum natam nemo ducet. Quartò non duces filiam filij tui, aut neptis ex filia, quia à te rectà linea descendit neptis, ideoque tecum quasi vna censetur, adeò, vt si eius reueles turpitudinem, tam tuam, quam eius reuelare cogaris. * Parentibus quidem & auis assolent filiorum nepotumque piacula tribui, quasi vna hi censituantur essentia.] Quintò, non duces filiam nouercæ tuæ, quæ tibi quasi est soror agnata. * Supponit lex illa nuuercas potius matres filiorum mariti ostentari debere: vt illi filiaseius velue sorores vterinas reuereantur.] Sextò, non ducas nec cognoscas amitæ tuæ filiam, quia est consanguinea patris tui, & ab vno parente, eademque carne, cum patre tuo decisa. Septimo sororem matris tuæ non duces, quia matris tuæ consanguinea est, & ab vno parente progenita. Octauò, patris tui non reuelabis turpitudinê, turpitudinê vxoris eius reuelandu, id est, eam ducendo, aut cognoscendo, ipso etiam mortuo. Adnoto hinc veteri in lege vetari matrimonium cum amita, non autem cum patruo; causa est, quia cum vir sit caput vxoris, si nepos duceret amitam, oporteret eam subesse nepoti: quod quidem indecens; in altero autem neptis patruo subest, quod decentius est. * Hinc nepotis, ac neptis erga amitam, ac patruum adnota subiectionem.] Octauò, vxorem filij tui, etiam eo mortuo. non ducas, nec cognoscas, quia vxor filij patri nunquam non venerabilis. Nonò, non duces vxorem fratris tui, dum enim turpitudo vxoris fratris tui reuelatur, fratris tui turpitudo aperitur. Excipe, nisi frater tuus sine liberis moriatur; tunc enim non tantum poteris, sed etiam debes fratris ducere vxorem, vt semen, seu liberos fratris tui valeat suscitare. Deut. 25. 5. Decimo vxoris tuæ filiam ex altero marito non duces, ita vt vel simul, vel successiue habeas vxorem. Vndecimo filiam filij eius, & filiam filiæ illius minimè duces; quia scilicet coniunctæ sunt, & sanguine proximæ vxori tuæ, ac proinde omnino indecens est tibi coniugio colligari: & huiusmodi colligatio incestus siue *nefas* (sic Hebr.) caponitur. Duodecimo prohibeo, ne quis simul duas habeat vxores, nempe sororem vxoris tuæ haud in illius pellicatum accipias adhuc illa viuente. Hebræus addit *Ad affligendum illam*, si videlicet videat sororem sibi velut pellicem superinduci: vnde inter eas æmulatio, ac simultas exotiatur. * Et quando non affligitur vxor, dum videt côiugê pellici

Idem est té impudicitia gerere, ac turpitudinê fœminæ omnibus reuelare, seu notam efficere.

Necessaria specialissima Dei gratia, vt quis legi pareat castitatis.

Deus potentissimus debet adesse ei, qui velit luxuriæ demde. bellare.

Filiorum, & nepotũ piacula solent parentibus & auis tribui.

Nouerca debet vera mater filiorum mariti ostentari.

Submissio ne potis, & neptis erga amitam, ac patruum.

Vxor affligitur, videns coniugem barelcere ad pellicê.

54. 55. 56. 57. ISTA EST LEX OMNIS LEPRÆ, &c.] En lex, seu ritus à lege præscriptus, pro discretione, ac emundatione omnis lepræ non solum in communi, sed etiam in particulari; actum enim est de lepra vulneris, nec non de immonditia lepræ vestium, & domorum, cicatricis quoque, nempè quando, sanato vulnere, videtur in cicatrice lepra suboriri, & erumpentium papularum, seu de lepra, quæ in quibusdam tumoribus assolet apparere; & de lepra lucentis maculæ, & in varias species immutetis coloribus; nam quædam lepra est, quæ in splendore maculorum, & immutatione colorum agnoscitur. Quam quidem legem idcirco tuli, vt possitis agnoscere quo tempore mundum quid, vel immundum sit: indéque valeat immundum purificari, tùm obseruando tempora seclusionum, tum reliquas cæremonias exercendo.

CAPVT XV.

Fluxum seminis patiens immundus decernitur, sanitatem si acquirat, certo ritu, ac oblatione purificatur. Voluntarie semen profundens, mulier fornicaria, menstruata, & quæ ex infirmitate sanguinis fluxum patitur, polluuntur. Purificationis ritus expenditur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Loquimini filiis Israël, & dicite eis: Vir, qui patitur fluxum seminis, immundus erit. 3. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cùm per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. 4. Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicumque sederit. 5. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 6. Si sederit vbi ille sederat: & ipse lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 7. Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 8. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 9 Sagma, super quo sederit, immundum erit: 10. & quidquid sub eo fuerit qui fluxū seminis patitur, pollutum erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 11. Omnis, quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. 12. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. 13. Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus erit mundus. 14. Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabitque eos Sacerdoti, 15. qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: rogàbitque pro eo coram Domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. 16. Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum. 18. Mulier, cum qua coierit, lauabitur aqua & immunda erit vsque ad vesperum. 19. Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septèm diebus separabitur. 20. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum: 21. & in quo dormierit, vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. 22. Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 23. Omne vàs, super quo illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsque ad vesperum. 24. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum, in quo dormierit, polluetur. 25. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tēpore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo, 26. omne stratū in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. 27. Quicumque tetigerit ea, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. 28. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ: 29. & die octauo offeret pro se Sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum, ad ostium tabernaculi testimonij: 30. qui vnum faciet pro peccato, & alterum in

holocau

holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. 31. Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cùm polluerint tabernaculum meum quod est inter eos. 32. Ista est lex eius, qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, 33. & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

COMMENTARII.

1. *Lex pro seminis patiente profluuium.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST, &c.] Fatur Dominus Mosi, & Aaroni: Hæc filiis Israel indicite. Vir qui patitur fluxum seminis per morbum gomorrhææ, vt medici vocitant, qui ex naturæ debilitate exoritur, potentiæ retentiuæ: immundus adiudicabitur. Tunc autem à sacerdote, cuius est iudicium, huic vitio subiacere, virum declarabitur, cum ex infirmi confessione et constiterit, quod valdè frequenter (absque determinati temporis obseruatione) adhæserit carni eius, ac concreuerit fœdus humor, qui talis est naturæ, vt adhærens carni congelescat, & instar sanguinis concretus exponatur.

Quàm fœdum vitiu, voluntariè pollui.

* Si fœdus vocitatur humor, dum sine culpa fluit; quid si horribili excitato flagitio, voluntariè profundatur.]

4. 5. 6. 7. OMNE STRATVM, &c.] Profectò genus immunditiæ quod contrahit huiusmodi infirmus, tale est. Omne stratum, aut lectum, aut locus, in quo dormiens cubabit, erit immundus adeò, vt & eos qui se contingunt polluat; & vbicumque sederit patetet relinquet immundum. Tangit quis lectum ægrotantis hominis? vestes diluet, & ipse vel aqua ablutus, adhuc erit immundus, & à contactu rerum sacratarum abstinebit vsque ad primum Solis occasum, sedet quis vbi ille sederat? vestimenta diluat, & vel lotus vnda adhuc vsque ad vesperam immediate sequentem erit immundus; & tunc homo vespera aduenientе, iam mundus deputabitur. Carnem quis tangit seminifluentis? Similem cum superioribus contrahet immunditiam; nam & diluet vestes, & ipse vel aqua ablutus adhuc vsque ad vesperum immediatè post lotionem, aduenientem erit immundus. * Quà contagiosa lues, quæ sedentem vbi ægrotus sederat potest inficere. Curat Dominus homines à seminifluis absterrere: vt ex inculpabili ægritudine discant iniquissimos voluntarij huius fluxus declinare magistros *Es mal pegadizo, por la enseñança.*]

Voluntariæ profusionis seminis vitiũ cõtagiosa lues, quæ dureius.

8. 9. 10. 11. 12. SI SALIVAM, &c.] Expuit seminifluus, & casu eius saliua tangit aliquẽ qui mundus est, seu qui non huiuscemodi ægritudinis immunditia conspurcatur: tali saliua contaminatus abluet vestimenta sua, & ipse aqua ablutus adhuc vsque ad vesperum se geret immundum. Sagma seu sella, ad equitandum apta, vel stratum quodlibet, super quo sederit, erit immundum; & quidquid panni, vel pellis vel stramentorum sub eo fuerit, qui hac fœda ægritudine pergrauatur, efit pollutum vsque ad vesperum adeò, vt nemini mundo eis vti liceat. Aliquis horum aliquid deportat, sellam, stramenta ex lino, aut pellibus confecta vestimenta diluet sua, & ipse aqua etiam lotus, adhuc vsque ad vesperum erit immundus. Secus tamen si quemquam lotis manibus tetigerit, quamuis enim quicumque ab illo tangitur, nisi forte ante contactum patiens fluxum omiserit lauare manus. Cuius discretionis eam causam expono, quia tangi inuoluntarium est, tangere autem spontaneum. * Si inuoluntariè tactus fueris à fœmina immunda immunditiam minimè contrahes: tunc pollueris forte exitialiter, quum voluntario ausu impudicam attigeris mulierem. * Illa, ais, immunda quidem prius manus, de more, diluit; tunc quidem tibi exitialior consistet attactus.] Porrò vas fictile seu testeum, quod infirmus attigerit confringetur, eo quod robur non habeat ad fortem defricationem. * Quomodò ergò vasa lutea portantes tam valido virorum attactui (ictum dixerim) ò fœminæ, exponi non timetis?] * Post immunditiam (famini) aderit confricatio. Si defricatio est fortis addicenda, quomodo tanta fragilitas fœmina poterit sustinere? Quomodo pœnitudinis, ac satisfactionis molestiam poterit tolerare?] Vas autem ligneum aqua abluetur, qui validè defricari, ac in pristinam valet reuocari munditiem. * Et etiam robustiores Immundo inficiuntur attactu, sed forte satisfactionis. ac asperitatis defricatione aptiores ostentantur.] * O stulti, cur id admittitis ad momentaneam volatilem voluptatem, quod diuturnæ asperitatis exercitamentis opus sit expiare?]

Si inuoluntariè à fœmina immunda tangeris, nõ pollueris: secus si spontaneè.

Cũ ipsa manus diluerit prius, periculosior erit attactus.

Quã fluilis fœmina vas luteũ portãs, te attactus virorũ sæui exponit.

Præcipuè cũ fragilis est ad validã pœnitentiæ defricationẽ.

Fortiores immũdo inficiũtur attactu: sed aptiores sunt asperitatum defricationi exponuntur.

Stulti, qui momentaneã admittis voluptatem à qua diuturnã asperitate debeas expedire.

13. 14. 15. SI SANATVS, &c.] Esto quod sanitate donetur ille, qui huiusmodi sustinet passionem (verè est passio, vt potè inuoluntaria) septem dies transire sinet à die, quo vltimo semen profluit præsensit, vt eo temporis decursu constet fluxum perfectè cessasse. * Non facilè credas, te à luxuriei liberum ægritudine. * Haud facilè habitualis reparatur infirmitas, quæ post paruum temporis interstitium ad præm. ndum iterùm roboratur. Plures numera dies, & vel post annos transactos non te exstima liberum.] Post septem itaque dies annumeratos lotis vestimentis, ac corpore aqua fontis, seu fluuij, (quod die ipsa septima geri oportet ex qua non est passus fluxum seminis) erit mundus à fœdo humore. Die autem octaua, quæ vltima est purificationis, duos turtures, aut totidem pullos columbarum assumet, & ad conspectum Domini properabit, ad eam atrij partem, quæ adest ad ostium Tabernaculi, vbi passeres debent super altare holocaustum sacrificari. Dabit passeres sacerdoti, qui quidem offeret vnum pro peccato,

2. *Sanatus à profluuio quid geret.*

Habitualis luxuriei infirmitas non facilè tollitur.

ſeu pro irregularitatis contractæ mundatione: alterum autem in holocauſtum iuxta holocauſtorum ritum. (Cap.1. expoſui) Rogat itque pro ſanato à fluxu ſacerdos de more vt ab immunditia, quam ſecundum honeſtatem ea vi legis contraxerat, expurgari valeat. * Profectò ad luxuriei emundationem orationis exercitamentum agnata eſt medicina.] Preme particulas: *Si ſanatus fuerit*, & *vt emundetur à fluxu ſeminis.* Si iam ſanus eſt, quomodo emundatur? * Huius generis ægritudines ſic ablegantur, ſic ſanatur ægrotus; vt egeat eiſdem vti medicaminibus, ac ſi ſanus nō eſſet: ſcilicet ieiuniis, ſacramentorū vſu, orationis exercitio. Ideo Dauid hoc aliquando de fluxu laborans adhuc ablui precatur: *Amplius lauáme.*

Orationis] exercitaméntū ad luxuriem medicamé agnatum. Oportet hominé a luxuriæ ſanatū eiſdē vti medicaminibus, ac ſi ſanus non eſſet.

3. *Contracta ex coitu immunditia.*

16. 17. 18. VIR DE QVO, &c.] Vir, de quo egreditur ſemen quale ſolet in coitu, ſiue legitimo in matrimonio, ſiue illegitimo & illicito extra matrimonium: omne corpus ſuum aqua diluet, & immundus erit ſeu inhabilis ingredi ſanctuarium vſque ad occaſum ſolis. * Ediſcant coniugati, ſe velut immundos reputare, etiam ablutione præmiſſa ad venialia (ſi contraxit) piacula, tota illa vſus matrimonialis die; ne ad ſanctuarium accedant, vt minus decenter Eucharistiam accipiant.] Non quidem quia delinquent, cum laudabiliter coitus contingere potuerit: ſed ad ſignificandū cū magna mentis corporiſque puritate, & abſque aliqua mentis perturbatione ad ſacra eſſe accedendum. Veſtem, ac pellem, qua indutus fuerit homo: dum ſemen coitus effudit aqua diluet communi, & apta ad veſtis dilutionem: & adhuc veſtis, aut pellis vſque ad veſperum erit immundá, nec quiſquam vſque ad præfatum tempus illa vti erit auſus. At mulier, cum qua coiuit, quia ſimiliter polluitur ſicut vir immunditiæ ſimili ſubiacebit: vnde aqua diluetur, & adhuc immunda vſque ad veſperum, inepta ad ſanctuarium ineundum deputabitur.

Coniugati abſtineant ab vſu matrimonij cōmunionis die.

4. *Mēſtruata lex.*

19. 20. 21. 22. 23. MVLIER, &c.] Mulier, quæ fluxum id ſanguinis patitur, quo niſi aliqua ægritudo impediat quolibet menſe naturaliter fœminæ pergrauantur ad concipiendum aptæ: ſeptem diebus (nec enim diutius menſtruum aſſolet perdurare) non ſolum à licentia thori, ſed & à communione aliorum hominum, ac fœminarum ſeparabitur in cibo & lecto; nè ex ipſa contaminentur. Omnis, qui eam tetigerit, vſque ad occaſum ſolis reputetur immundus: & in quo dormierit, ac ſederit diebus ſeparationis huiuſce, ſiue de pellibus, ſiue de lana, aut lino fuerit ſtrameorum, polluetur. Qui tetigerit lectum ſuper quem obdormierit, veſtimenta ſua abluet, & ipſe aqua dilutus adhuc vſque ad veſperum erit immundus. Omne vas, ſiue inſtrumentum quodcumque menſtruatæ fœminæ deſeruierit, ſtramentum, ſuper quo ſederit &c. quiſquis contigerit, veſtimenta diluet, & ipſe aqua ablutus, adhuc vſque ad occaſum Solis erit immundus immundus. Porro ſi vir rem cum menſtruata habuerit varore tempore quo præcipitur ſeparari, quamuis id ſit occultum, ſeptem diebus erit immundus: omne ſtratum, in quo huiuſmodi homo intra prædictos ſeptem dies obdormierit, pollutum reputabitur. Nec maiori ſubiacebit pœnæ, niſi forte coram Iudicibus de hoc crimine vir ac fœmina conuincantur; tunc enim vterque pœnæ eſt capitali addicendus. infra cap. 20, 18. * O tempora, quando ſolum adulteris fœminis pœna mortis præſcribitur, & poſt innumera publica adulteria vix verbo viri carpuntur iniquè. * Imo ad crimina perpetranda ſecurius, nō parū cōfert coniugij reſpectus cuius vel nomen impiis deberet horrorem incutere.]

Commune vitium adulterij taxatur. Inique adulteri ex matrimonio ſecuritaté iam accipiūt delinquendi.

5. *Mulier fluxu ſāguinis aliàs laborans.*

25. 26. 27. MVLIER, QVÆ, &c.] At mulier, quæ innaturaliter, & per ægritudinem per longum tempus fluxum ſanguinis patitur extra menſtruale profluuium: vel quæ poſt tempus menſtruorum ſanguinem non ceſſarit emittere, quod manifeſte indicat ſanguinem non eſſe menſtrualem: quandiu ſubiacet huic paſſioni haud ſibi voluntariæ, eiſdem immunditiei conditionibus erit ubnoxia ac ſi menſtruō fœdaretur; ſeparari enim debet, & reliqua omnia erunt obſeruanda, quæ circa menſtruatam imperaui: Vnde omne ſtratum, in quo dormierit, & quodlibet vas aut inſtrumentum vtenſilium, in quo ſederit, erit pollutum non in ſe ſolum, sed etiam ad tangentes id inficiendum. Quapropter quicumque tetigerit, veſtimenta diluet, & ipſe potus aqua, vſque ad veſperum adhuc erit immundus. * Obſecro iudices, quænam hæc veſpertina inſtantia, aut ſolis occaſus qui expectandus eſt immundis, vt ab immunditia liberentur: & ſine cuius aduentu poſt ablutionem in aqua præſcriptam, adhuc homo remanet immundus? Certe ſol iuſtitiæ veſpertina occubuit inſtantia, ſanguinemque profudit, quo ſanguinis, fœdique humoris fluxu laborātes niſi lauentur haud omnino à luxurioſo habitu mūdabūtur. Agnatus enim ſāguinis ſalutaris (puta in Euchariſtia) vſus, aut frequentia ad praui huius habitus vim extinguendā. Et hoc medicamine non vtētes quātū uis abluantur ſalutaribus quidem ieiunij, orationis, ac eleemoſynæ vndis, vix omnino diluentur.

Euchariſtiæ frequentia agnatū eſt medicamē eis, qui luxuriei ſanguinis, ſiue ſanguinū fluxu laborāt

Alio ſpiritua-li medicamine, ſine Euchariſtia, vix perfectè diluantur, qui hoc fluxu laborant.

28. 29. 30. SI STETERIT, &c.] Si vero cōualeat mulier à profluuij ęgritudine, ſanguine non profluēte: vt legitimè valeat mundari, ſeptē dies annumerabit cōputās à die, quo vltimo sāguis ſiſtere viſus fuerit, & die octauo pro ſe, ſeu pro emundatione ſua offeret ſacerdoti cuicūq; ſors euenerit, duos turtures, aut totidē colūbarū pullos: accederque hāc oblationē præferens ad oſtiū Tabernaculi, vbi ſacerdos accipiet, & vnū paſſerem perficiens hoſtię prę-fatas ceremonias, offeret pro peccato alterum holocauſto ſacrabit: pro eaque precabitur in conſpectu Domini, vt ab iniquitate liberetur: & profluxu immunditiæ, ne vlterius tam fœda ægritudine pergrauetur.

31. 32. 33. DOCEBITIS ERGO FILIOS ISRAEL, &c.] Educebitis igitur vos Moſes, & Aaron Hebræos leges de mundo, & immundo, & de purificationibus, vt caueāt immūdi meū ingredi Tabernaculū. Alioqui ego eos propter huiuſcemodi ſordes puniā, cū quibus, nō expiati, ad ſacra loca acceſſerint profanātes. Tabernaculū meū, quod eſt in

medio

medio castrorum Israël constitutum. En lex disponens, quid obseruari oporteat circa eius qui inuoluntariè, & innaturaliter patitur fluxus seminis immunditiam; & qui voluntario naturalique coitu polluitur: & quæ menstruis temporibus ob fluxum sanguinis naturaliter prouenientem separatur: vel quæ iugi sanguine præter modum naturalem ex defectu valetudinis corporalis inficitur, & hominis, qui cum ea rem habuerit. Vidisti, fluxus seminis, aut sanguinis præcaueri immunditiæ, eiusque purificationi ideo operam dari, ne immundus quis corpore audeat ingredi Tabernaculum. * O quanto supplicio est addicendus, qui spiritu immundo ausus fuerit, Eucharisticum Tabernaculum inire, corpusque polluere Dominicum. Vereor, sacrilegum te tuis in sordibus moriturum.

Quāto supplicio afficiendus, qui animo immundo ausus fuerit Corpus Dominicū polluere, indigne suscipiendo.

CAPVT XVI.

In festo Kippurim, id est, Expiationis, decima die mensis septimi ritus asseruandus indicitur.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: 2. & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo super oraculum) 3. nisi hæc ante fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. 4. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur. 5. Suscipiétque ab vniuersa multitudine filiorum Israël duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. 6. Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, 7. duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: 8. mittēnsque super vtrumque sortem, vnam Domino, & alteram capro emissario: 9. cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: 10 cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eo, & emittat eum in solitudinem. 11. His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum: 12. assumptóque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in sancta: 13. vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. 14. Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad Orientem. 15. Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi, 16. & expiet Sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. 17. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex Sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israël donec egrediatur. 18. Cùm autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se; & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: 19. aspergénsque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israël. 20. Postquam emundauerit Sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem: 21. & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. 22. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculū testimonij, & depositis vestibus, quibus prius indutus erat cùm intraret Sanctuariū, relictisque ibi, 24. lauabit carnem suam in loco sancto, induetúrque vestibus suis: Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: 25. & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. 26. Ille verò, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. 27. Vitulum autem & hircum, qui pro

cedas in ſortem, miſerè plane liber à vinculis ſæculi properas in deſertum. Audiant, qui è Societate I E S V curant ſtudioſè hac horribili ſorte donari. Cuius euenerit ſors feliciſſima, vt in ſacrificium offeratur; eum ſeorſum ad eam atrij partem applicabit iugulo deſignatam, vt ſtatim pro peccato Domino immoletur. At cuius ſors ceciderit, vt iniquitates filiorum Iſraël deferat in deſertum, & ſit in caprum emiſſarium: viuus coram Domino ſtatuendus eſt, apud aliam atrij partem, vt poſt immolationem victimæ pro peccato, & poſtquam eius ſanguine tinctum ſit Tabernaculum & altare: ſuper capro preces gerat, & eum emittat in deſertum.* Quam oneratus criminibus ſolet incedere, qui è Tabernaculo redit ad deſertum, qui è Religione ad ſæculum remeat.]* Certè aliquando non ſolum ſuis, ſed & populi criminibus redit onuſtus, cú cæterorú ſtudio & interceſſione vertitur ad receſsú.

Aſſolet peccatis onuſtus Regularis remeare ad ſæculum. Sæpe & populi peccata portat, cum ſæcularium interceſſione vertitur ad receſſum.

11.12. HIS RITÈ CELEBRATIS, &c.] Perfectis itaque ritè, quæ huc vſque præcepi, Pontifex rurſum offeret vitulum impendendo aliquam benedictionem, qua ſpecialiter applicet illum, ac diſponat ad ſacrificiū: & precatus pro ſe, ac domo ſua, poſtulans à Deo omnium peccatorum ſuorum, ſacerdotumque, ac Leuitarum remiſſionem, cum iugulabit, vt ſit pro peccato ordinis ſacerdotalis in ſacrificium. Mox aſſumet thuribulum aliquod, ex iis, quibus ſacerdotes aſſolent vti in Tabernaculi miniſterio: & de prunis altaris holocauſtorum, vbi ignis de cœlo immiſſus conſeruatur, implebit: & hauriens manu thymiama iuxta meam præſcriptionem compoſitum, vt incendatur, vltra velum intrabit in Sancta. Idcircò autem Pontifex intra velum diuidens Sancta à reliqua parte Tabernaculi ingreſſurus, debet ſecum deferre prunas, & thymiama, vt poſitis ſuper ignem aromatibus, eorum fumus, & vapor operiat oraculum, ſeu propitiatorium, quod ſupra arcam adeſt, & non moriatur. Si enim fumus aromatum non operiret, ſacerdos periculosè illud curioſæ aſpectationi, ac contemplationi exponeret: quod ſi faceret, procul dubio moreretur. * Vult Deus, ſacra myſteria haud curioſæ addici ſcrutationi, ſed cæca fideli reuerentia coli.

Deus nō vult ſacra myſteria curioſæ addici ſcrutationi, ſed cæca reuerentia.

14.15.16. TOLLET QVOQVE, &c.] Vna cum prunis ac thymiamate aſſumet de ſanguine vituli, factaque huius ſāguinis cū cruore hirci oblati pro peccato populi, miſtione Sācta Sanctorum ingredietur: & digito ſanguine infecto, ſepties aſperget in perfectiſſimæ mūditiæ ex ſanguinis aſperſione obueniuræ documentum. Aſperget autem illum Sanctuarij locum, qui reſpicit ad Orientem contra, ſeu coram propitiatorio. Debet enim Pontifex dorſum ſuum verſus Orientem, faciem autem verſus eam partē propitiatorij, quæ ingreſſum reſpicit ſanctuarij, ſiue Orientē, habere. Cúmque pro peccato populi mactauerit hircum (quem vna cum vitulo pro peccato Sacerdotum oblato mactari oportuit) intra velum eius ſanguinem inferet non ſeorſum, ſed ſimul cum ſanguine vituli, vtrumque miſcens ſanguinem in cratetula: vt ſemel dumtaxat Sancta ſanctorum ingrediens, ſimul vtroque ſanguine illam pauimenti partem aſpergat, quæ inter propitiatorium & velū adeſt. * Certè & pro peccato ſacerdotum, & pro peccato plebis ſimul ſanguis effunditur, nec aſperſio vna ab altera ſeparatur; quia plerūque populo delinquente, ſacerdotum penes quos cura populi, crimina connotantur. O quotiens ob Sacerdotum exemplum iniquum, aut ob incuriam ſæculares ſubditi deliquere.] Sic expiabit ſanctuarium ab inquinamento, quod ex filiorum Iſraël prouenit immunditiis, & à præuaricationibus eorū, cunctiſque peccatis. Si ob piaculum filiorum Aarō Nadab & Abiu, & ob eorū cadauera ſanctuarium fuerat pollutum: cur aſſeritur, expiandum eſſe à filiorum Iſraël *immunditiis, præuaricationibus ac peccatis?* Profectò quia propter Sacerdotum erga ſacra irreuerentiam, aſſolet Deus totum populum flagellare, permittens in grauiſſima piacula incidere. O Chriſticola popule, vereor, ne ob Sacerdotum ſacrilegia in tam profundum piaculorum ſis barathrum, permittēte Domino, deturbatus.]* Quomodo enim perſiſtes in iuſtitia, ſi qui pro tuis debent exceſſibus exorare, auſis ſacrilegis ſi non vim ſacrificiorum, orationis plane ſuæ virtutem coeruant?] Iuxta hunc ergo ſeptemplicis aſperſionis ſanguinis vituli, & hirci ritum aget Pontifex circa Tabernaculum teſtimonij, quod in parte anteriori Sancti ſanctorum exiſtit, & ſitum habet, inea vberrima pietate inter filios Iſraël: & non ſolum inter eos, ſed in medio ſordium habitationis eorum. Circumſtantes enim filij Iſraël vndique Tabernaculum, quaſi vndique illud peccatis ſordibus ſpiritualibus inficiunt. * O ſi Dominus quereretur de Chriſticolarum erga Euchariſticum Tabernaculum irreuerentia, quam horribili voce clamaret: Fixa eſt Euchariſtia in medio ſordium habitationis veſtræ.

Vix peccata populi poſſunt à ſacerdotum crimine ſeparari, quia plerumque populus ob eorū aut prauū exemplū aut deſidiam delinquit.

Ob ſacerdotum ſacrilegia Deus permittit populum inundare peccatis. Sacerdotis in crimine exiſtentis oratio priuata pro populo inutilis.

Queritur Dominus de irreuerentia circa Euchariſtiam.

17.18.19. NVLLVS HOMINVM, &c.] Neque in parte interiori, nec anteriori Tabernaculi vllus hominum adſit, quando Pontifex ſanctuarium inierit; vt eum maiori attentione, mentiſque eleuatione, poſito omnis ſtrepitus impedimento, valeat precari. * Orationem enim attentam locus decet abſtractus.] Solus itaque attentius exoret primum pro ſe. * Nam in communicatione bonorum ſpiritualium, plus ſe ipſum diligere debet, quam proximum. Se non diligit, qui ſua contempta vtilitate ſpirituali, curat proximi incrementa.]* Sicut ſe ipſum odio proſequitur, qui non prius attendens ſibi, attendit doctrinæ.] Oret deinde pro domo ſua prole ſacerdotali. * Dignitas enim Eccleſiaſtica ſtatui laicorum charitatis eſt ordine præferenda.] Precetur denique pro vniuerſo cœtu Iſraël, nam pro his quoque rogare tenetur hac die ſuper corona altaris thymiamatis. (in lib. Exodi præceptum.) Ne igitur quiſpiam tam neceſſarias preces perturbet, nullus permittatur adeſſe in Tabernaculo, donec Pontifex ad atrium ritum expiationis perfecturus, egrediatur. At cum ad altare holocauſtorum, quod è regione Tabernaculi verſus Orientem ſubdio adiacet, exierit, oret pro ſe, ac pro his, quorum ad vtilitatem ſanguinem profundere victimarum oportet.* Nec ſufficit rurſum iam deprecatū fuiſſe

3\. *De Pontificis oratione.*

Orationem attentam locus decet abſtractus. Pro ſe prius, quam pro aliis exoret. Prius concionator ſibi attendat, quā doctrinæ.

Charitatis ordine præferenda Eccleſiaſtica dignitas.

Inſtantia orationis ſuadetur.

fuisse; orationis enim grata Numini instantia: & beneficium quod oratio prima non impetrat, secunda assolet impetrare.] Post orationem autem sanguinem vituli pro sacerdotum peccatis oblati, & hirci litati pro piaculis populi (quem permistum habebit in craterula) super altaris cornua seu quatuor illos radios æneos prominentes quatuor in extremitatibus altaris profundat per gyrum aspergensque digito septies altare sanctificet, veraque reconciliatione emundet à filiorum Israel tam sacerdotum, quam laicorum immunditijs, vtrique enim impuris sacrificiorum oblationibus polluerunt altare.

4. *Hircus emissarius.*

20. 21. POSTQVAM, &c.] Postquam emundauerit sanctuarium, Tabernaculum, & altare. Sanctum ne indiget per se expiatione? Minimè, sed peccatis populi, in cuius medio aderat toto anno commissis, quasi pollutum, & contaminatum videbatur. * Si ob societatem impiorum sanctum contaminari videtur quodammodo, quomodo præsumis, te peccatorem non esse amplius contaminandum ex impiorum societate?] Emundato igitur sancto, Tabernaculo, & altari hircum viuentem (eum scilicet, qui ex duobus hircis à populo oblatis viuus fuerat reseruatus vt in desertum emitteretur) offerat, seu adstare coram ostio Tabernaculi faciat: & super caput eius manu vtraque apposita in voluntarij consensus, quē Pontifex nomine totius populi debet præstare circa translationem peccatorum, quæ in caput ipsius hirci debet fieri, documentum. Mox Israelitarum vniuersa delicta confitebitur vtens sermone quodam generico, qui se ad peccata per maliciam, per ignorantiam, per passionem extendat, potissimè ad publica, & scandalosa piacula, quæ quidem imprecans capiti hirci, ac exposcens, vt si aliquod malum pro peccatis hisce venturum esset Hebræis, super hircum transferre dignetur. Tuc ministerio alicuius hominis ad id præparato caprum in desertum emittet, vbi emissarius à feris deuoretur, & ita peccatis debitas pœnas in ipsum translatas luat. * Et quomodò caper non comminuatur, si vel aliena peccata deportat? Quid agnum sine macula Cruci suffixit, nisi aliena crimina deportare?] * Ergo dirius (æternum fortasse) comminueris, si propriis peccatis tui humeri pergrauentur.

Si ex vicinitate malorū sāctū contaminari quodāmodo videtur, quid homo?

Vel aliena crimina qui deportat, cōminuitur

Quid si propria flagitia deportet?

22. 23. 24. CVMQVE, &c.] Portet itaque hircus emissarius populi omnes iniquitates in solitariam terram. Nè scilicet noceant habitatoribus, & terram efficiant solitariam. * Si enim permanerent apud Vrbes crimina ciuiū, eas proculdubio desolatione afficerent. O Regna florentissima, quænam pestis te in solitudinem conuertit nisi crimina ciuium? Postquam autem dimissus ab homine deferente caper fuerit in deserto: reuertetur in Tabernaculum Aaron, qui emissurus hircum erit extrà illud, ad ostium scilicet Tabernaculi. * Non sufficiat, alij grauia committi negotia à Præsule, ipse det studium, operamque executioni, exeat, vt videat, an conuenienter ministeria gerantur.] Sacris vestibus, queis se induerat reconciliaturus Sanctuarium, ibi positis: eorum corpus diluet, vt hæc lotio sit symbolum munditiæ per expiationem peractam adeptæ. Quæ quidem ablutio fiet in atrio Tabernaculi ad labrum, siuè mare æneum. At perfecta ablutione vestibus suis Pontificiis induetur; deinceps enim hæc solemnitas erat læta, & cum expiatione luctus signa transierant. * Sicut enim peccatum animum afficit mœrore, sic gratiæ animus restitutus ineffabili exultatione donatur, vt in cōspectum Domini *in exultatione* valeat intrare, qui in mœrore è conspectu Domini recesserat.

Peccata Vrbes, ac Regna solitudinē efficiūt.

Nō sufficiat Prēsuli, subdito imperare, seu ei ministeria cōmittere, exeat ipse, vt videat, an rectè gerātur.

Ex peccato mœror: ex expiatione gaudium.

25. 26. POSTQVAM, &c.] At postquam egressus de Tabernaculo, vbi indui, & exui sacris vestibus sacerdotes tenentur vtrumque arietem à principio huius solemnitatis præparatum obtulerit in holocaustum suum, ac plebis, ambas super altare exceptis pellibus, fumo victimas incendendo: precabitur pro se, & pro populo. * Certè prius pro tuis, deindè pro delictis populi precari teneris, legalis Pontifex. Quomodo enim tua subditis proficiet oratio, si precaris immundus?] Mox adipem tam vituli, quam hirci, qui oblati sunt pro peccatis sacerdotum, & plebis, super altare iuxtà ritum præscriptum (Cap. 4) adolebit. At homo ille, qui assignatus, caprum in desertum deportabit bestiis absumendum; postquam regressus fuerit, sua vestimenta ac corpus abluet aqua communi, quo mundetur à legali macula, quam quasi contraxisse videtur, hirci, deferentis cuncta populi crimina, ex contactu. * Pestis est peccatum, facilè propius inficit accedentes; vnde à peccatore infecto properanter aufugias.] Lotus ita homo hirci emissarij ductor ingredi valebit in castra. * Non quidem admittendus esset ad Vrbes flagitiosus quilibet: quomodo ergo eum admittere non recusas in famulum? Qui sufficit cuncta castra inficere, facilius tuam domum detrahabit.

Nō proficit Præsulis oratio subditis expiādis, si precatur immundus

Fuge peccatores, nē peste etiam inficiaris.

Cur in domū tuā admittis impiū famulū, qui sufficit totā Vrbē inficere.

5. *Vitulus & hircus crematus extrà castra.*

27. 28. VITVLVM AVTEM, &c.] Porro vitulum, & hircum, qui pro peccato tam sacerdotum, quam plebis immolati fuerant, & qui prætetquam quod fuere hostia pro peccato extitere quoque de eorum sacrificiorum genere, quorum sanguis est in sanctuarium illatus, vt expiatio compleretur, quæ absque sanguine perfici non poterit. Ideo animantia ista non comedentur à sacerdotibus, sicut carnes comedendæ sunt. Hostiæ, pro peccato, cuius sanguis non infertur in sanctuariū: sed eorum cadauera aliquis sæcularibus, de Pontificis iussu, deferet extra castra, & in loco mundo igne comburet pelles, carnes, ac fimum, demptis dumtaxat sanguine, & adipibus, quos comburendos prędixi. At qui combusserit ea aqua communi vestimenta sua corpusque diluet, ad legales maculas abstergendas, seu corporales, quæ ex contactu huiusmodi cadauerum contraxisse præsumitur; & sic remeabit ad castra absque præuia lotione haud licitè ingressurus. * Tàm sacerdos, quam sæcularis homo ille ex iussione Pontificis dans operam cremando vitulo, & emissario hirco ad desertum ducendo: aqua mundantur, vt à contractis ex contactu maculis valeant expiari? Moneantur ergo hinc sacerdos, qui cum peccatoribus commorantur, vt eos Domino

liteu t

Qui proximorū ministerio iocumbūt, & cum peccatoribus cōmorātur, debent aliquādo sacris exercitamētis expiationis studere.

litent, post tempus ministeriis huiusmodi impensum, laudabiliter pergere ad spiritualium exercitiorum lauacrum.] * Ideo societas IESV alumnos suos ad spiritualia hebdomadæ saltem vnius quotannis exercitamenta iubet abscedere, à proximorum ministerio abstractos vt valeant expiari, si aliquam imperfectionis maculam contraxerunt.]

Ideo societati Iesu alumni annis singulis spiritualibus exercitiis vnius hebdomadæ interstitio vacant.

6. *Annua expiationis solemnitas.*

29. 30. 31. ERITQVE VOBIS, &c.] Vobis posterisque vestris erit lex perpetua semper obseruanda: Mense septimo a vobis Tizri appellato, decima die mensis, quando iam omnes fruges, & fructus arborum, & vinearum collectæ sunt in terra vobis promissa, quando otiū habueritis vacandi mihi, ac gratias agendi pro acceptis muneribus: animas vestras affligetis à cibo, reliquisque corporis delectationibus abstinendo: nullumque geretis opus aut cibo præparando, aut ignem succendendo; qua quidem lege omnes adstringi oportet siue indigena, qui inde genitus est, siue aduena qui aliunde venit, nempe ex gentibus, & quasi inter vos peregrinatur, eo quod non sit ex lege vestra, vel genere. * Nihil enim sic legum ingerit contemptionem, quam vel vnum ab earum obseruatione esse exemptum.] * O quam antiquum, aduenam esse inter nos peregrinum! Certe potius aduenam strictiori charitatis vinculo deberemus adstringere.] In hac die erit vestra expiatio quantum ad ceremoniales ritus, qui in reconciliatione Tabernaculi, & altaris debent præstari: atque ab omnibus vestris piaculis mundatio, hircus enim ea deferet in desertum, vos autem coram Domino mundabimini, in conspectu namque sanctuarij, vbi specialiter credor adesse, hanc fieri iubeo emundationem sabbatum enim requietionis est ista propitiationis dies, non quod in sabbato fiat semper celebrari; sed quia in ea non secus ac in sabbato, ab vniuerso opere erit vacandum. * Et quidem dies emundandæ conscientiæ, deponendique peccatorum onus, non potest non dies sabbati existere.] Tunc affligetis animas vestras, hic enim est finis, in quem requies illa dirigitur religione perpetua, nequaquam pro libito mutanda, sed durante vestro obseruanda cœtu. * Dies namque expiationis, seu confessionis debet simul afflictionis esse. Afflictio enim seu asperitas premens corpus, cordis excitat contritionem.]

Legū ingerit contemptum aliquē ab earum obseruatione esse exēptū esse. Semper apud nos aduena est peregrinus, eū potiꝰ strictiori amoris vin culo adstringere debere- mus.

Cū deponitur onus peccati dies sabbati seu requietionis est.

Affligere corpus Confessionis die, ieiunio ac cilicio exci- tāt cordis cō- tritionem.

32. 33. 34. EXPIABIT AVTEM, &c.] Exercet autem expiationis ritus non quisquam ex minoribus sacerdotibus, sed sacerdos, qui antonomastice, & vnctione quadam præcellenti fuerit inunctus, scilicet Pontifex, super cuius caput fusum est oleum vnctionis, & cuius manus initiatæ sunt per aspersionem olei, & per illam pollicis dextri in sanguine intinctionem: id que vt sacerdotio pro patre fungatur, non qualiter omnes filij sacerdotis si maculam non habuerint, sacerdotes esse oportet; sed qualiter primogenitus in iure Pōtificio patri succedit, induiturque stola linea, seu tunica pertingente vsque ad talos, & vestibus sanctis, scilicet fœminalibus; baltheo, & cidari lineis: sicque indutus ad exercitium ceremoniarum expiationis gerendum accedet: & expiabit sanctuarium hoc est, sancta sanctorum, & Tabernaculum testimonij, quod est ante velum & pars prima integri Tabernaculi, ac altare holocaustorum, quod extra Tabernaculum adest, sacerdotes quoque, ac leuitas, qui ministri sunt sacerdotum, ad eorumque familiam spectant; & vniuersum populum, ita vt nihil eorum sacrarum vel populi maneat inexpiatum. * Profecto expiato sacerdotali ordine, magni populi sæcularis haud difficilis erit expiatio. Subditi enim, ac discipuli assolent Præsulum, ac Magistrorum actiones æmulari. Vobis, ac Reipublicæ vestræ hoc legitimum, seu legale statutum sempiternum erit, seu perpetuo obseruandum, quandiu vis legis perdurauerit: vt oreris, seu Pontificem vestrum orare faciatis pro filiis Israël, vt Deus illos seruet in columes, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno, vt eis illa remittere non dignet. Fecit igitur Moses sicut ei Deus præceperat, legemque de expiatione pro vt Deus ei præscripserat, promulgauit. * Subtaxans scilicet Præsules, qui ne subditis sint inuisi, leges rigidas à Deo, seu Religionis institutione acceptas promulgare non audent.

7. *Sūmus sacerdos exercet expiationis munus.*

Expiato Clero, facilis erit sæcularium subditorum expiatio.

Taxātur Præsules, qui ne subditis sint inuisi leges institutas non promulgant.

CAPVT XVII.

Ad offerendum sacrificia necessarius locus indicitur: Esus sanguinis prohibetur: Ritusque, quo mundari debet, qui morticinum, vel captum à bestia comederit, describitur.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens. 2. Loquere Aaron & filiis eius, & cunctis filiis Israel dicens ad eos: Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens: Homo quilibet de domo Israel si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, 4. & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. 5. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas: quas occident in agro, vt sanctificentur

tur Domino ante ostium labernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas Domino. 6. Fundétque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino: 7. & nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. 8. Et ad ipsos dices: Homo de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, 9. & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, vt offeratur Domino, interibit de populo suo. 10. Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, 11. quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris & sanguis pro animæ piaculo sit. 12. Idcircò dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. 13. Homo quicumque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. 14. Anima enim omnis carnis in sanguine est, vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicumque comederit illum, interibit. 15. Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. 16. Quòd si non lauerit vestimenta sua & corpus, portabit iniquitatem suam.

COMMENTARII.

1. *Oblationes apud Tabernaculũ gerendæ.*

VERS. 1. 2. 3. 4. ET LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Profare ad Aaronem (Deus Mosi inquit) filiísque eius, cunctóque populo meo nomine indicens: En Domini sermonem quem vobis mihi imperat intimare. Quicumque Israëlita immolauerit, seu sacrificauerit ouem, bouem, aut capram extra Tabernaculum, reus est mortis; quia cum sit laicus sacerdotale munus occupat, & quia extra locum ad sacrificia destinatum id peragere præsumit. Morte igitur plectetur à iudice, si piaculum constet: si lateat, Deum vindicem non aufugiet. Scio, inspirante Numine, aliquos extra Tabernaculum immolasse: Manouem Iudic. 13.19. Samuelem 1 Reg. 7.9. Dauidem 2 Reg 24.18 Occidetur itaque reus ille, perinde ac occidi assolet homicida. Certè ob hanc legem Israëlitæ cum Rubenitis, qui aliud altare erexerant, decertarunt. Ios. 22.12. * Quam aptè supplicio afficitur homicida, qui sacra profanis immiscet: Dei enim memoriam, fidelium deuotionem, debitam Templo reuerentiam occidit.

Qui immiscet sacra profanis, Dei memoriæ, fidelium deuotionis, Tẽpli reuerẽtiæ est homicida.

5. IDEO SACERDOTI, &c.] Ne ergo rei sanguinis, seu mortis exponantur Hebræi, sacerdoti proprio sacrificiorum ministro deferre debent hostias, quas more gentilium occidere expetiissent in agro, si lege non esset prohibitum; vt susceptæ à sacerdote ipso sanctificentur, ac debita consecratione applicentur Domino antè ostium Tabernaculi, locum vtique sacrificiis deputatum: & immolent eas victimas, quas furtim extra atrium occidere intentabãt hostias Domino pacificas, id est, holocausta, & victimas pro peccato. Cur autem Pacificas vocitauit hostias? An quia tales prius dæmonibus immolabant? An vt innuatur, hac ratione posse offerentes magis fieri earum participes, quam si in holocausta, vel hostias pro peccato immolentur: quia harum hostiarum nihil cedit in vsus offerentium, ac in hostiis pacificis? * Vera hæc, sed addiderim, holocausta, & victimas pro peccato nomine pacificæ hostiæ assignari; quia pax sic offerentis adstruitur, quæ offerendo extra Tabernaculi atrium perturbabatur; quis enim deliquit præcipue Templi violatione, & pace potitus est.]

Qui deliquit Templi violando, nũquam pace potitus est.

6. 7. FVNDETQVE SACERDOS, &c.] Cuiuslibet hostiæ oblatæ in sacrificiũ sacerdos sãguinem profundet per altaris circuitũ in atrio Tabernaculi: & adolebit adipem in odorem suauissimum Domino. Maximè autem delectatur Deus si adipes sacrificiorum, quibus gentilico more vesci expetebant iam mutato affectu ab eis igne absumantur. * Hinc edisce qui reducendis peccatoribus impendis studium, quam gratum Numini, cum pulchritudo, quæ se se curabat diabolo litare, iam Domino incenditur diuina saucia charitate.] Et nequaquã vltra immolabunt, seu præsumetur de eis quod immolent hostias suas dæmonibus, prout præsumi poterat de his, qui in loco occulto, vel absque ministerio sacerdotis sacra peragit. * Occulta captas, ad colloquendam fœminam? Poteris quidem castitatis iura non violare, sed iuste de te creditur luxuriei dæmoni velle litare.] Cum quibus (addit) fornicati sunt per affectum relicto Dei veri cultu eis adhærendo, non secus ac fœmina, quæ contempto marito, commiscetur amasio. Fornicato

Gratissimum Deo, cũ adducit sacer minister ad eum peccatorem, qui curabat diabolo inseruire.

De eo, qui occulta petit, vt fœminam colloquatur, iustè creditur velle luxuriei diabolo litare.

nicationis nomine frequentissimè in Scriptura idololatria significatur. * Non enim satis suū erga nos Dominus exprimere putauit amorē, si se hominū sponsum non exprimeret Legit imò aurē, seu statutū hoc lege firmarū nullatenus pro libito Israëlitis, ac posteris eorūe rit mutandū. * Nihil enim sic faciles leges contemni, ac facilis earum immutatio.]

Hominum Deus tā ac deus amator vt se sposum eorum ostē dat. Facta leges contēni facilis earum immutatio.

8. 9. Et ad ipsos, &c.]Homo Hebræus aut proselytus ad Iudaismum conuersus, qui moratur, seu habitat inter vos, velut peregrinus nō habens sortē aliquā in Tribubus Israel, qui aulus fuerit holocaustū, siue aliā quācumque victimā extra ostiū Tabernaculi offerre: nec adducet eā vt ibi, & nō alibi Domino offeratur, quasi diuinæ maiestatis reus, nisi ad aliud faciendum speciali spiritus sancti ducatur instinctu, suo de populo interibit.

2. Prohibetur sanguinis esus.

10. 11. Homo quilibet, &c.]Homo, qui natus fuerit de domo Iacob, & de aduenis, qui peregrinantur inter eos, & per circunci sionem susceptam legis implendæ sunt debitores: si ederit sanguinem non solum vna cum carnibus vti lege naturali prohibui, Gen. 9. sed vel ipsum sanguinem ab animali abstractū faciem mea, obfirmabo vehementer irascar contra vitam illius vindictam assumens: & dispersdam eum de populo suo ob duplicem causam vnam quidem, quia vita animalis in sanguine est, in eoque principaliter consistit: nec oportet eo vti alimento, quo brutalis vitæ proprietates ingerantur humanæ. * Solus sanguis Dominicus hauriendus vtiliter, quia Dei *vita in sanguine est*, cuius potu Dei referemus, proprietates]Alteram autem, quia & ego dedi sāguinē victimarum vobis, vt super altare profundaris, & eius litatione mors, quam vos merebamini, summa mea pietate, commutetur in pecudem, ita vt sāguis, in quo pecudis vita consistit, pro animæ piaculo sit, dum animal loco hominis immolatur. Quomodo ergo audebitis tot peccatis infecti sanguinē expiatricem, alios expendere in vsus? * Profectò Agni immaculati salutarem sāguinem comedit, qui ex administratione sacramentorum suam ad epulas, & luxum confonet auaritiam. Et quomodo poteris esse crudelis eum comedendo contra sanguinem, cuius profusione poteris expiari? Queretur iuste Dominus, *Quæ vtilitas in sanguine meo?* Vorratur à sacrilegis, dum indigne suscipitur, nec tunc profunditur in remissionem peccatorum.] * Porro Dominus, sanguinem vult omnem profundi, nec alus vsibus inseruire, vt delectetur typica Deifici sanguinis pro peccatis hominum profusione.]

In sanguine Eucharistico vita Dei, eo potari Deificas referemus proprietatea.

Christi Agni sanguinem comedit, qui Sacramētorū administratione suā fouet auaritiā.

Voluit vt sāguinē soli profusioni inseruiret, vt delectetur typica Deifi. ci sanguinis pro peccatis hominum profusione

12. 13. 14. Idcirco dixi, &c.]Ideo dixi sub attestatione diuini iudicij filiis Israël: Omnis homo Hebræus, aut proselytus ad fidem conuersus sanguine non vtetur ad cibum. Cæterùm si fera, vel auis capta sit ex his quibus vesci licitum est iuxta legem superius promulgatam (Cap. 11.) venator, aut anceps profundat sanguinem eius, & illum humo operiat, cum ad vitand in immunditiam, & fœtorem, tum etiam ad reuerentiam sanguinis: ne conculcari, aut à feris absumi contingat id, in quo fit expiatio. * O confessarij, quibus sanguis Christi cerui emissi, auis cœlestis, commissus est, cur non asseruatis? cur permittitis, totiens & conculcari à peccatoribus, & à feris absumi?] Anima enim omnis carnis adest in sanguine, ac proinde iure reseruatur à Deo loco vitæ humanæ pro peccatis debitæ, vnde dixi filiis Israël: sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis, seu corporalis vita in sanguine est, ex eoque principaliter dependet: & quicumque comederit illum, morte violenta, & innaturali interibit: id quod ad maiorem certitudinem, & exaggerationem iterum atque iterum inculco. Cur totiens Dominus abstinentiam à sanguine commendanit? * Certe vt homines à crudelitatis abstereret affectu] Sanguis est proximum alimentum, quo vita animalis fouetur, & conseruatur: estque instrumentū necessarium animæ ad actiones illius vitales. Deficit enim sanguis per totum corpus spiritus vitales, sine quibus actio vitalis nulla poterit exerceri, sed illis interceptis, anima prorsus iners & inepta fit ad omnes functiones. Est ergo species crudelitatis vitam cum animali comedere, & quasi viuum animal deuorare. Et enim id facere videtur, qui sanguinem comitem animæ necessarium, & in quo tanquam in sede solet anima conquiescere, quique illi ad functiones vitales vnicum & necessarium est instrumentum, edit, & absumit. * At Dominus toties monitum hoc inculcat, quia crudelitati addicti ita hebetes ostentantur ferina vtique induti natura, vt vix semel valeant percipere, quod toties dictatur.]

Taxatur cōfessarij, qui sanguinem Christi permittūt à feris vorari.

Curat Domi. nus homines à crudelitatis affectu abstereret.

Crudelitati addicti hebetes admodum.

3. Abluendus, qui comederit morticinū, & captum à bestia.

15. 16. Anima, quæ comederit, &c.] Persona quælibet, quæ comederit animal, quod sponte sua mortuum est, seu à bestia captum, aut prægustatum (iam superius esus hatum rerum fuit prohibitus,) vt edulio hoc contaminatus tam de indigenis, quam de aduenis si valeat expiare, diluet vestimenta sua, & semetipsum aqua communi, vltra aquæ lustrationis aspersionem quæ est etiam ad emundationem necessaria: & adhuc contaminatus adeit vsque ad vesperum illius diei, in quo se diluerit; & hoc ordine mundus fiet ab irregularitate ex prohibitis cibis contracta. Quod si non abluerit indumenta sua, & corpus portabit suammet iniquitatem, & tori pœnæ correspondenti piaculo subiacebit, quando quidem renuit beneficio legis releua ri. * Et quidem quænam horribilior pœna et potest excogitari, quam suam portare iniquitatem, & immenso peccati onere pergrauari?]

Immēsū peccati pondus, & horribile sui ipsius supplicium.

CAPVT XVIII.

Humanæ propagationis Deus rectas metas præscribit, incestuosos coitus prohibens, aliasque perniciosas luxuriei adinuentiones. Monet semel ac iterum Hebræos, vt à peccatis Chananæorum sibi caueant, nè cum illis pariter puniantur.

1. LOCVTVS est Dominus ad Moysen, dicens. 2. Loquere filis Israël, & dices ad eos: Ego Dominus Deus vester: 3. iuxta consuetudinem Terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. 4. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego Dominus Deus vester. 5. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Ego Dominus. 6. Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus. 7. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est. non reuelabis turpitudinem eius. 8. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. 9. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. 10. Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. 11. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua non reuelabis. 12. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. 13. Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis, eò quòd caro sit matris tuæ. 14. Turpitudinem patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. 15. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. 16. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. 17. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. 18. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. 19. Ad mulierem quæ patitur menstrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. 20. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis. 21. De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. 22. Cum masculo non commisceatis coitu femineo, quia abominatio est. 23. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. 24. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eiciam ante conspectum vestrum, 25. & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. 26. Custodite legitima mea atque iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis: tam indigena quàm colonus qui peregrinantur apud vos. 27. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. 28. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. 29. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. 30. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerũt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

COMMENTARII.

1\. *Non referendi mores Ægyptiorum, nec Chananæorum.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Instruēs Israëlitas (fatur Deus Mosi) de regulis, quam obseruare oportet circa rectam morum ordinationem, eis indices: Ego licet sim omnium Dominus ex generali gubernatione, & creationis, &c. specialissime me vestrum Deum, Dominúmque dictito tùm ob eductionem de Ægypto ac legislationem, tum etiam propter vestræ protectionem Reipublicæ specialem. Vnde arctiori vinculo, quam alij lege gratitudinis, quæ vobis indico, obseruare tenemini. * Certè qui è sæculari se ægypto videt eductũ munere cœlesti, magis debet, quã alij Dei imperijs obedire.

Qui è sæculari Ægypto eductus est cœlesti munere gratitudinis legem magis debet, quam alij Dei iussa adimplere, quasi agnata obedientia.

dire. Vnde obedientia Religioso esse debet agnata.] A moribus terræ Ægypti, in qua diu habitastis, recedite, nec geratis quæ didicistis. * Difficilè planè, quæ à cunabulis quis didicit, abiurare.] Nec iuxta corruptos regionis Chananitidæ, ad quam ingrediemini, me duce, imitemini: Gentiumque ritus, & ceremonias, quibus ipsi sua colunt idola, & dæmones auersabimini.]

Difficile est, abiurare, quæ à cunabulis didicisti.

2. Circa pudicitiã leges præscribuntur.

4. FACIETIS IVDICIA MEA, ET PRÆCEPTA MEA SERVABITIS, ET AMBVLABITIS IN EIS: EGO DOMINVS, &c.] Præcepta iudicialia, quæ iustitiam, & honestum conuictum inter te & proximum statuunt: & præcepta ceremonialia, quibus ritè me colitis, implere studeatis: & non solum iuxta illa operari vtcunque, sed ambulare in eis iugiter ad vlteriora procedendo. * Qui enim in via salutari non ambulat, qui sistit: eo ipso videtur conuerso cursu pedem referre; ideo *ambulabitis in eis*.] Si fortè pigritemini, recordamini me Dominum Deum vestrũ esse, qui præcipio: vt amor & timor Dei obedientiæ superet difficilia. * Alleuat hercle obedientiæ pondera Deum menti imperantem obiicere in Præsule.

Qui in salutari via non procedit, eo ipso videtur retrorsum abire.

Alleuat obedientiæ pondus, obiicere Deum imperantem in Rectore.

5. CVSTODITE LEGES MEAS, ATQVE IVDICIA, QVÆ FACIENS HOMO, &c.] Leges meas ad mores natura duce spectantes, iudiciaque ad Dei cultum, ac proximorum conuersionem diligentia obseruate. Homo enim custodiens hasce leges, à me vita diuturna, & prospera donabitur, vt diu per eas, & in earum obseruatione viuat. * Et quidem sanctitas plerumque assolet vitam producere; vt Deus diutius glorificari possit virtutis sectatore superstite.

Vitam sanctitate producet.

6.7. 9.10. 11. 12 13. 14. 15. 16. 17.18. * OMNIS HOMO AD PROXIMAM, &c.] Turpitudo vocantur hic membra inhonesta, & reuelare turpitudinem mulieris est cum ea congredi siue in matrimonio, siue extrà illud. * Ad mores autem asserentini, turpitudinem reuelare, idem esse, ac euulgare delictum; quo quidem euolgationis vocabulo signatur luxuriæ flagitium; vt idem sit te contaminari luxurie, ac fœminæ cum qua colligatus es, facinus euulgare. An inuenitur adolescens impudicus, cui non sit ideo optatis frui, ac illicò fœminæ turpitudinem euulgare preconio? Omnis igitur homo si in ratione principij propagationis humanæ debito modo se gerere velit, ad proximam sanguinis sui, quæ sibi consanguinea, vel affinis est, aliquo ex modis, quos subiungam, non accedet, vt reuelet turpitudinem eius, seu rem habeat cum illa non solum per attentatum matrimonium, sed neque etiam alia copula fornicaria. Ego Dominus sum, qui hæc iubeo: quid non vltro pareatis? * Quam aptè, dum præcepta castitatis euulgat, & indicit puritatis leges, se Dominum memorat in auxilium. Necessaria enim specialissima Dei gratia, vt homines se castitatis legibus subiiciant] * Imo totus Deus speciali Dominationis potentissimæ sub ratione necessarius quodammodò auxiliator addicitur ei, qui se ab horribili luxuriæ peste curarit expedire.] Primò itaque veta matrimonium, & copulam cum patre & matre. (olim enim barbari aliqui contra naturalem circa huiusmodi personas reuerentiam patri, aut matri commiscebantur.) Secundo, non habebis rem cum nouerca tua, eam enim nudauit, seu cognouit pater tuus, itaque indecens omnino vt tu eam cognoscas. Tertio non duces sororem, quæ eundem habet tecum patrem, sed aliam matrem: siuè sororem, quæ eandem tecum habet matrem, sed alium patrem: qualis illa est, quam mater de primo marito suscepit, & cum qua in domum venerat, quando secundo huic maritò nupsit. Vterinam, inquam, sororem etiam foris, & extra domum natam nemo ducet. Quartò non duces filiam filij tui, aut neptis ex filia, quia à te recta linea descendit neptis, ideoque tecum quasi vna censetur, adeò, vt si eius reueles turpitudinem, tam tuam, quam eius reuelare cogaris. * Parentibus quidem & auis assolent filiorum nepotumque piacula tribui, quasi vna hi constituantur essentia.] Quinto, non duces filiam nouercæ tuæ, quæ tibi quasi est soror agnata. * Supponit lex illa nouercas potius matres filiorum mariti ostentari debere: vt illi filias eius velut sorores vterinas reuereantur.] Sextò, non ducas nec cognoscas amitæ tuæ filiam, quia est consanguinea patris tui, & ab vno parente, eademque carne, cum patre tuo decisa. Septimo sororem matris tuæ non duces, quia matris tuæ consanguinea est, & ab vno parente progenita. Octauò, patris tui non reuelabis turpitudinẽ, turpitudinẽ vxoris eius reuelando, id est, eam ducendo, aut cognoscendo, ipso etiam mortuo. Adnoto hinc veteri in lege vetari matrimonium cum amita, non autem cum patruo; causa est, quia cum vir sit caput vxoris, si nepos duceret amitam, oporteret eam subesse nepoti: quod quidem indecens; in altero autem neptis patruo subest, quod decentius est. * Hinc nepotis, ac neptis erga amitam, ac patruum adnota subiectionem.] Octauò, vxorem filij tui, etiam eo mortuo, non ducas, nec cognoscas, quia vxor filij patri nunquam non venerabilis. Nonò, non duces vxorem fratris tui, dum enim turpitudo vxoris fratris tui reuelatur, fratris tui turpitudo aperitur. Excipe, nisi frater tuus sine liberis moriatur; tunc enim non tantum poteris, sed etiam debes fratris ducere vxorem, vt semen, seu liberos fratris tui valeas suscitare. Deut. 25. 5. Decimo vxoris tuæ filiam ex altero marito non duces, ita vt vel simul, vel successiuè habeas vxorem. Vndecimo filiam filij eius, & filiam filiæ illius minimè duces; quia scilicet coniunctæ sunt, & sanguine proximæ vxori tuæ, ac proinde omnino indecens est tibi coniugio colligari: & huiusmodi colligatio incestus siue *nefas* (sic Hebr.) appellatur. Duodecimo prohibeo, ne quis simul duas habeat vxores, nempe sororem vxoris tuæ haud in illius pellicatum accipias adhuc illa viuente. Hebræus addit *Ad affligendum illam*, si videlicet videat sororem sibi velut pellicem superinduci: vnde inter eas æmulatio, ac simultas exoriatur. * Et quãdo non affligitur vxor, dum videt cõiugẽ pellici ad

Idem est te impudicitiæ gerere, ac turpitudinẽ fœminæ omnibus reuelare, seu notam efficere.

Necessaria specialissima Dei gratia, vt quis legi pareat castitatis.

Deus potentissimus debet adesse ei, qui velit luxuriam debellare.

Filiorum, & nepotũ piacula solent parentibus & auis tribui.

Nouerca debet vera mater filio. rum mariti ostentari.

Submissio nepotis, & neptis erga amitam, ac patruum.

Vxor affligitur, videns coniugem hærentem pellici.

adhærescere ?] At mortua vxore tua poteris sororem eius accipere in coniugem. Certe prius licitum fuit, duas ducere simul sorores, vt ex facto Iacobi, qui Liam & Rachelem sorores sibi aptauit edisceimus.

19. 20 AT AD MVLIEREM, QVÆ PATITVR MENSTRVA, &c.] Ad mulierem menstruatam, etiamsi sit vxor tua, non accedes, inde enim assolet maculari proles, & deformes, ac debiles filij progigni. * Certè pulchritudo Dei est donum, siquidem prohibere id studet, vnde deformitas oritur.] * Taxantur hinc, qui supplicium asseruot pulchritudinem, è qua tot crimina, toc pro fluxere clades. Id plane pulchritudo non efficit, sed malitia impiè vtentis dono cœlesti.] Addit, Nec fœditatem, quam ex profluuio sanguinis fœmina patitur tibi notam efficies non sine fœminæ verecundia. Cum vxore proximi, seu cuiusuis alius hominis non coibis. * Eo enim ipso quod proximus tuus est vir eius, & eiusdem tecum naturæ, scire debes nolle pati in vxore sua, quod tu in ea, quam habes, pati nolles ac proinde nec seminis commistione maculabetis, pro vt spiritualiter maculatur, qui filios suos adulterinos filiis legitimis alterius commiscet.] De semine autem tuo siue filius sit, siue filia nulla ratione permittes vt consecretur, nec ritu aliquo gentilico dedicetur idolo Moloch, quod inter omnia idola tenet principatum, & ab Ammonitis principaliter colitur, cui infantes assolent comburi, aut saltem per ignem in eius honorem traduci. * O quam difficile Diabolo litas obsequium! Quando Deus tam durum præceptum indixit, vt tuus paruulus conflagraret ? Abrahamo imperauit, vt filium Domino iugularet, sed non vt exequeretur ille filij necę iussionem, sed vt fides posset magni patris ostendi.] An non stulte verum despicis Numen, cui quidem facillimum exponis obsequium ? Non pollues, seu dehonestabis Dei tui nomen qualiter deturpatur ab iis, qui gloriam Diuinitatis idolis attribuunt. Ego Dominus, qui gloriam meam alteri non impendam, hoc vobis præcipio.

Pulchritudo Dei donum. Piacula & clades nô oriuntur ex pulchritudine, sed ex malitia impie vtentis doni cœlestis.

Quod tibi nô vis proximo ne feceris.

Facilius vitur, quã inquinati seruis.

22. 23. 24. 25. CVM MASCVLO, &c.] Cum masculo, coitu Sodomitico non misceare, quia abominatio adeo insignis, vt tota humana conditio ordinata, immo & natura ipsa sensibilis, quæ bruta quoque complectitur, tanquam monstrum quoddam paueat, atque fastidiat. Cum pecore non coibis, nec contrahes culpæ maculam admodum turpem ex huiusmodi accessu. Mulier non succumbet iumento, sicut enim viro non licet agere in pecus, ita etiam non licet, imo detestabilius est, mulierem ab eodem pati : vnde ei non miscebitur, quia scelus est, & crimen valde horribile, & abominandum. Haud polluamini cunctis præfatis in sceleribus, quibus vniuersæ Chananæorum gentes contaminari assolent, nullam suis in coniugiis reuerentiam gerentes : quas ego à terra habitationis eorum eiiciam in tantorum scelerum pœnam, idque ante conspectum vestrum, quia vobis intrantibus, ipsæ fugient, terræque vertent. * Magnum impio supplicium à facie iustorum separari, quorum monitis, & exemplo posset ad meliora reduci. Profligabo igitur gentes hasce in pœnam criminum à facie vestra. Tam polluta relinquitur eorum commoratione terra, vt ipsa ad Dominum pro vindicta clamare videatur. Cuius ego scelera visitabo, puniens peccata, quæ gessere habitatores in ea. * Si terra punitur & peccatrix vocitatur, quia apud eam impij deliquere: quanto grauius punientur ij quorum ope, aut ministerio crimen aliquod perpetratur ?] Euomet illa habitatores suos. Quemadmodum enim stomachus indigestos, & corruptos cibos adiutus medicamine statim euomit: ita & terra ægrè ferens habitatores immundos Dei flagello imminente, eos a se reiiciet. * An non excitato vomitu repurgatur stomachus ? Ergo visitans terram, id est, communitatẽ corruptã ex prauis habitatoribus, eã quasi ægrotam ei præstet auxilium, vt ciues, aut socius improbos valeat euomere.

3. Congressus contra naturam prohibentur.

Grauissime puniuntur, quorũ ministerio aliquod crimẽ perpetratur.

Præsul qui visitat religiosam communitaté, curet sanare eã præstando ei opẽ, quã possit prauos fouere.

4. Custodiẽda leges, & iudicia, nec Gentiles imitandis.

26. 27. 28. 29. 30. CVSTODITE LEGITIMA MEA, ATQVE, &c.] Legitima mea, quæ hominem ad Deum ordinant, custodite, & iudicia, quæ ad proximum ordinant, obseruate : & ex omnibus hisce abominationibus, quas exercere, non gereris tam Indigena, qui de Iacobi genere in Iudaismo est natus, quam colonus cuniversus de gentilibus ad Deum vetum colendum, qui peregrinatur apud vos, seu in vestra Republica demoratur. Omnes enim execrationes illas accolæ, qui in prouinciis Chanaan præcesserũt, perpetrauere, terrãque polluerunt: quia praui habitantium mores terram pollutam reddunt. * Quid gloriaris, te è domo exortum illustri, seu domum illustrem possidere, si totam domum, aut progeniem iniquis iam moribus pollutam reddidisti ?] Cauete ergo, quando habitaueritis terram Chananitidem, pristinis possessoribus debellatis, ne & vos similiter euomat, à seque abiiciat, quasi prauitatem vestram ferre non valens, cum paria crimina gesseritis ac Chananæi perpetrauerunt; paria enim delicta pari supplicio subiacebunt. * Cum videris peccatorem graui supplicio affectum, cur non times, te eodem crimine maculatum eodem afficiendum esse supplicio ?] Omnis anima, seu persona, quæ aliquam ex hisce abominationibus gesserit, de medio sui populi deperibit, seu quia à Iudicibus occidetur, seu quia Deus mortem illi in tanti reatus pœnam inferet. Hinc repentini obitus ortum assolent ducere. * Cur ergò fugitans in absconditum, te putas impunè delinquere, si dũm Iudicis sententiam vitare potuisti, cœlestis Iudicis scientiam impedire non vales ?] Custodite ergo mandata mea, id quod iterum moneo, vt res tam eximiè vtilis cordi tenacius hæresçat. Nolite gerere, quæ Chananæi præcedẽtes gesserunt, & non polluamini hisce in criminibus, io quibus illi peccatorũ maculas contraxere

Gloriaris vana de illustri domo quã moribus prauis pollutam redd. di. sti.

Paria delicta pari supplicio assolent vindicari.

Quã stultus, qui curat fugere oculos iudicis criminis perpetratum, quũ Dei oculos obuelare nõ valeat.

Ego

Ego Dominus Deus vester sum, isthæc vobis iniungendi habens authoritatem.

Enim verò vt facilius memoria possis retinere, quæ Dominus toto prohibuit longiori sermone circa coniugia paucis accipe. Vetatur coniugium filij cum matre; filiæ cum patre. Priuigni cum nouerca, seu coniuge secundaria parentis, si is plures simul vxores habeat. Vitrici cum priuigna, seu cum filia vxoris ex priore illius marito concepta. Fratris cum sorore, siue ex vtroque parente, siue ex altero tantum progenita. Aui cum nepte siue ex filia, siuè ex filio procreata. Auiæ cum nepote simili. Lege autem hæc omnia etiam naturali sunt prohibita. At solum lege positiua prohibentur coniugia nepotis ex fratre cum amita. Nepotis ex sorore cum matertera (non neptis cum patruo, vel auunculo Nepotis cum vxore patrui. Soceri cum nuru Et pari modo generi cum socru, Fratris cum fratria, seu cum vxore fratris. Vitrici cum filia priuigni, vel priuignæ Cum sorore vxoris adhuc viuentis Porro; in Ecclesia Christiana vetantur quæcumque olim primis quinque versiculis erant prohibita, vt pote iuris naturæ Prohibentur item quæ septem vetabantur versiculis. Non quod legibus illis ceremonialibus obstringamur, quas constat esse abolitas: sed quod Ecclesia nouis legibus eadem omnia inhibuerit: neque solum in secundo gradu, vt olim; sed vsque ad quartum gradum inclusiuè. .Neque permittit coniugium nepotis cum abneptis, vel proneptis cum patruo, vel auunculo. Neque fratris cum fratria, etsi frater sine liberis defunctus fuerit. Denique cum defunctæ vxoris sorore; affinitas enim omnis, vt & consanguinitas quartum dirimit vsque ad gradum. In his tamen, quæ solius iuris sunt positiui, potest Ecclesia dispensare.

6. *Quæ coniugia vetentur in lege scripta, ac in noua?*

CAPVT XIX.

Quænam moralia præcepta ac ceremonialia ante indicta, iam inculcantur, de nouo alijs expositis.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israël, & dices ad eos: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester. 3 Vnusquisque patrem suum, & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego Dominus Deus vester. 4. Nolite conuerti ad idola, nec deos cõflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. 5. Si immolaueritis hostiã pacificorũ Domino, vt sit placabilis, 6. eo die quo fuerit immolata, comedetis eã, & die altero: quidquid autẽ residuũ fuerit in diem tertium igne cõburetis. 7. si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus: 8. portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. 9. Cum messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ nec remanentes spicas colliges. 10. Neq; in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. ego Dominus Deus vester. 11. Nun facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum. 12. Non periurabis in nomine meo, nec polluces nomen Dei tui. ego Dominus. 13. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque manè. 14. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. 15. Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè iudica proximo tuo. 16. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dominus. 17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. 18. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut te ipsum. ego Dominus 19. Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cũ alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. 20. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. 21. pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem: 22. orabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius coram Domino & repropitiabitur ei, dimittetúrque peccatum. 23. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma, quæ germinant immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. 25. Quinto autẽ anno comedetis

medetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego Dominus Deus vester. 26. Non comedetis cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. 27. Neque in rotundum attondebitis comam:nec radetis barbam. 28. Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ego Dominus. 29. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. 30. Sabbata mea custodite, & Sanctuarium meum metuite. ego Dominus. 31. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus vester. 32. Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum: ego sum Dominus. 33. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: 34. sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos aduenæ in Terra Ægypti. ego Dominus Deus vester. 35. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura 36. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquúsque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti. 37. Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dominus.

COMMENTARII.

1\. *Monet Deus vt sancti sint Hebræi, quia ipse est sanctus. Reuerentia in parētes, custodia Sabbati inculcatur, idololatria rursū prohibetur.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Apud montē Sinai, & in Tabernaculo testimonij Deus Mosi locutus: Multitudini filiorum Israël indicas oportet, qualiter se debeant circa tectam morum gerere ordinationem. Sancti (inquies) estote, puri ab omni immunditia, turpitudinisque labe prorsus immunes: ac proinde vos velim quantum est humanæ possibile infirmitati, vitiis nullatenus subiacere, quandoquidem sum Dominus Deus vester, sanctitatis similitudinem in creaturis amans. * Difficile videbitur humanæ fragilitati, Dei sanctitatem æmulari; attamen si Dominus Deus noster, potentissimum impendat auxilium facillimo negotio Dei gesta imitabimur.]

Si Deus præstet auxiliū, facile Dei gesta æmulabimur.

3\.4. VNVSQVISQVE PATREM, &c.] Vnusquisque Hebræorum parentes filiali timore reuereatur, sicut in quarto Decalogi præcepto (cuius hic recapitulatio) constitui. Sabbata custodite, nec propter auaritiam, cui mirum in modum addicti estis, quidquam operemini, quod festorum solemnitati lædere videatur. Cur præcepta de honorandis parentibus, & de obseruandis festis colligauit? *Quia piacula circa læsionem parentum, ac festorum violationem simul solent incedere.] * Qui tam profligatus est fronte, vt audeat parentes despicere, facillimè Dei Sabbata contemnet. Pietas enim erga parentes sapit erga Dominum pietatem.] Ego Dominus Deus vester, qui isthæc vobis præcipio, & cui totis viribus obedire tenemini. Nolite animum ad idola conuertere cultum eis impendendo, nec Deos conflatiles, vel industria productibiles vobis aptabitis, prout primo Decalogi præcepto iā strictè præcepi. Ego Dominus Deus vester, qui potens sum obseruantibus præcepta mea præmia largiri, & inobedientes acri pœna mulctare.

Qui despicit parentes Deum facilè contemnet. Pietas erga parentes sapit erga Deū pietatem.

2\. 5.6.7.8. SI IMMOLAVERITIS, &c.] Si hostiam pacificam Domino obtuleritis, cuius solius carnibus vesci possunt offerentes: eam autem obtuleritis Deo nō pro gratiarum actione de beneficio suscepto; sed vt Dominus sit vobis placabilis circa aliquod beneficium quo donari expetitis: eo die, quo fuerit immolata, & die altero ea vescimini, aduocatis ad eumdem esum filiis, vxoribus, seruis, & ancillis, ac reliquis de familia. Quidquid autem fuerit residuum in diem tertium, nec vendetis, nec bestiis tradetis, nec seruabitis; sed igne vorandum committetis. * Inutile redditur ex cibariis Ecclesiæ quod crematur? Magis quidem inutile experiemini, quod asseruaueritis.] * Quod ex altaris penu procedit, sacerdotali mensæ exponitur ad congruam eius, qui ministrat altari, sustentationem: quod autem ex cibo sacerdotis reliquum fuerit, igni charitatis seu eleemosynæ tradendum est.] Si quis autem post biduum auaritia, seu concupiscentia succensus comederit ex iis, quæ immolata sunt, profanus erit, irreligiosus scilicet, ac sacrilegus, & impietatis reus, suique criminis pœnas luet; quia carnes Domino dicatas polluit, & indebita consumptione maculauit. Quapropter peribit anima illa de populo suo, à quo per corporalem mortem diuinitus inflictam subtrahetur. * En pœna eios, qui Ecclesiæ redditus indebitè absumit, immaturè à viuentibus abripi.

Hostia pacifica quādo nam consumenda.

Inutile redditur quod ex Ecclesiæ redditibus asseruatur. De altari sustentationi sacerdotis annona procedat, quod reliquum est pauperi tradatur.

Moritur immaturè, qui Ecclesiæ bona vsui profano addicit.

9\.10. NON MESSVERIS SEGETES, &c.] Cum segetes tuas falci tradere curaueris, *non consummabis* (sic Hebr.) *metere angulum* seu extremitatem agri tui. Haud scilicet omnes fruges resecabis, sed aliquid in extremitate, seu angulo agri tui dimitte pauperi collecturo. * Eleemosynæ enim actione secuta, permanens, vtilis redditur abundantia. Spicæ pauperi subleuando relictæ facient horrea redundare.] Cum autem botros è vinea collegeris, racemos post vindemiam remanentes congregare non satages, studens vinetum tuum (sic LXX.) reuindemiare. Vulgariter expendam, *No rebusques la vigna*. Pauperibus, ac peregrinis, transeuntibus, seu ex cōsilio ad gerendā *racemationē* (Hebr. sic) accedētibus botros huiusce carpēdos relinque. * Nā ex paucis racemis à paupere absūptis mera prosluet generositas O quotiens

3. Non tondenda nimium segetes, nec faciēda reuindemiatio.

Vt frugum sit vbertas durabilis, & vtilis, spicæ pauperibus relinquātur. Pauperū botrorum eleemosyna merum reddidit generosum, quod ex auaritia assolet acescere.

tiens reuindemiantis vinetum auaritia generositatem meri fecit accescere!] *Ego Dominus Deus* qui vobis omnia bona temporalia hac apposita pensione largitus sum, vt inopi succurrere studeatis.

4. *Furtum mendaciū, acceptio prohibetur.*

11 NON FACIETIS FVRTVM, &c.] In alienas fortunas nec furto clandestino, nec publico inuaderis. Nec mentiemini, falsam vocis significationem cum intentione fallendi profitentes. Hebr. *Non negabitis*, scilicet veritatem in deposito, credito, alióve quouis contractu, ac debito Nullusque proximum suum audebit decipere, quia proximus est, à quo decipi minime voles. * Quod igitur tibi non vis a proximo geri, proximo ne facias.]

Quod tibi à proximo geri non vis, proximo ne facias.

5. *Periurium interdicitur.*

12. NON PERIVRABIS, &c.] Per nomen meum non iurabis, me quasi falsitatis testem constituendo. Nec nomen, quod in se pollui nequit, quantum in te est, audeas polluere, prout pollui censetur iuxta existimationem humanam ab iis, qui irreuerenter vel peccando, vel blasphemando sacro nomine vtuntur. *Ego Dominus* pœnas horribiliter exacturus. * Nec addidit, *Deus vester*. vt proximè; quia facilè peierans se Deum non agnoscere profitetur. Quomodo Deum tuum à te haberi credemus, cuius nomen sic à te contemni audiamus?

Peieratores non creduntur esse Deum cuius nomen contemnere, nihilque ducere profitentur.

6. *Calumnia vitanda, mercenarijque opus nō retinendū.*

13 NON FACIES CALVMNIAM, &c] Aduersus tuum proximum calumnia non vtaris, per simulationem quandam res eius fraudulenter extorquendo. Nec vi opprimes sulis viribus non iure oppugnādo, & iniuria subiiciendo. Merces operis mercenarij vsque mane non retineas, sed eadem die antè noctem ei persolue; quia operarij ferè pauperes adeo sunt vt viuant in diem. * Tuæ planè crudelitati dabitur, si pauperi detrahas, quo viuat! & eum famis morti illa nocte committas: Quid si per dies aut menses, aut annos misero differas solutionem?

Crudelitas est, mercenario inopi nō dare illicò id, quo ipso die viuit.

7. *Surdo, & cæco nō lædendum re. Elum gerēdū iudiciū.*

14 NON MALEDICES, &c]Surdum, qui maledicta non audit, maledicto non lædes. Valde enim inhumanum est, ei, qui se defendere non potest, iniuriam inrogare. *] Absentem planè vel surdum existima, cui nefas carpere maledictis, cum pro se respondere non valeat.] Coràm cœco autem potentia visiua carente offendiculum non apponas, qui tua culpa cadet, tuo piaculo lædetur. Deum time qui potens est reddere vicem pro iniuria surdo, ac cæco illata; quia ego Dominus, qui nec surdus, nec cœcus, audio & video quæ læsus homo nec audiuit, nec vidit, vt vindicare posset. * Te circa iniurias à proximo illatas cœcum, ac surdum præbeas, si Deum expertis vltorem exsurgere. Tunc enim ad acriorem vindictam assumendam Deus præparatur, cum læsus abstinet à vindicta]

Inhumanum est, eum maledicto lædere, qui se defendere non potest.

Absenti vel surdo nō maledicendum.

Tunc Deus se ad sumendam acriorē vindictā accingit, cum læsus abstinet à vindicta.

15. NON FACIES, &c] Ius suum vnicuique tribue, nec cum ius dicendi facultatem te habere contigerit, ab iniqua abstine iudicii ratione. Pauper hæret tribunali? Eius personam non attendas vel vt despicias, vel vt nimium miserearis, vnde à rectitudine iudicij recedas Nec adeò vultum potentis, aut diuitis, vt adulationis affectus in iudicium te trahat iniquum. * Honorandi diuites, ac potentes. Sed sine veritatis iniuria iustè de actionibus cui proximi iudica, in meliorem partem interpretando.]

Honorandi potentes sine veritatis iniuria.

8. *Detractio vitanda.*

16. NON ERIS CRIMINATOR, &c.]Non te criminatorem geras alios iniuste accusans, aut de criminibus diffamans; nec susurro, occultè detractor *in populo*; huiusmodi enim vitia communitatis pacem assolent perturbare. Hebr. רכיל *ra-hil*, id est, *detractor*, vnica voce criminatorem, ac susurronem significans. * Et quando detractor, aut murmurator actionum proximi criminator non fuit? Nunquam non detractor se mendacem ostentat.] *Non conspirabis* (sic LXX.) contra sanguinem proximi tui, vt iniustè eum occidentes iuues; *ego Dominus*, qui iniustè profusum sanguinem requiram. * Nec enim solus criminis excitator, ac agens præcipuus puniendus, à cunctis iuuantibus integer exquirendus cruor.]

Detractor semper criminator, ac mendax.

Auxilium dātes ad crimen patrandum puniūtur, ac si soli patrassent.

9. *Nil occultè contra proximum machinandū; vltio non quærenda; naturæ ordo colendus.*

17. NON ODERIS FRATREM TVVM, &c.] Ne aduersus proximum tuum odium foueas occultum, sed si in aliquo te læsum comperis, & ius tuum prosequi velis, palam per Iudices cura, vt tibi satisfaciat. Nec enim oportet super illo habere peccatum aliquam et occultè perniciem machinando. * Quidquid enim occultè aduersus proximum geritur sine Iudicis præscriptione, non est ius, sed iniuria: vindicta est, minimè satisfactio.]

Quidquid sine Iudicis præscriptione contra proximum geris, non est ius, sed iniuria.

18. NON QVÆRAS VLTIONEM, NEC, &c.] Priuata auctoritate minimè iniuriam studeas vlcisci: nec per Iudicem libidine vltionis. * Nec enim omnis qui actus iniuria init tribunal, iustitiæ gerit affectu] Ciuium iniuriam obliuiscere, nec *seruabis* (sic Chald.) *inimicitias*. * Cadauera quis domi seruat, & non veretur affici contagione?] Amicum tuum sicut te ipsum dilige: ego Dominus qui cuncta hæc licet ardua iure meo exigere valeo. * Certè vox *sicut* non æqualitatem, sed similitudinem significat. Non diliges sicut agros, ac vineas, quibus non expetis bonum; sed sicut te ipsum, cui bonum appetis.] Porrò amici nomine quilibet intelligitur, quo cum in natura rationali communicas. * Quot dignoueris naturæ rationalis, tot tibi numerabis amicos.] * Ergo & monemur inimicos etiam sicut nos ipsos seu ad similitudinem nostram diligere; quia eiusdem sunt humanitatis.

Non omnis qui init tribunal iustitiæ gerit affectu, sed vindictæ sæpè.

Qui seruat inimicitias se exponit contagin.

Amicus diligendus ad æqualitatem, sed ad similitudinem.

Quilibet homo homini debet esse amicus.

19. LEGES MEAS, &c] Hasce, quas iam præscribam leges specialiter Reipublicæ vestræ perutiles custodiendas accipite. Cum alterius generis animantibus iumenta ac pecora tua admisceri non facias. Mulis si vteris, vel casu sint geniti, vel aliunde adducti. Cupio, vos sanctissimè iuxtà naturam institui; diuersæ autem speciei animalium ingressus contrà naturam est. Quid autem hoc ad hominis iuxta naturam institutionem conferebat? Certè quia Hebræi talia curantes, & illum animalium aspectantes congressum similia ediscerent, & imitarentur. * Iniquum quidem tàm potens exemplum est vt vel animantium brutorum imitemur actiones. Scio planè voluisse Deum hoc præcepto animalium species non confundi, seu permisceri. Agro tuo semina diuersa non committas; nec veste ex duobus diuersis texta filis

Monemur hic, & inimicos diligere, quia eiusdem sunt humanitatis.

Tam potēs iniquū exemplum, vt vel brutorū imitemur actiones.

In cũctis ad victũ,ac vestitũ pertinẽtibus commẽdabilis est simplicitas.

nempe ea lana & lino non vtaris.* Volo enim vobis vna & altera hac lege in victu, & vestitu, omnique alia re commendare simplicitatem.]

10. *Coitus cum ancilla prohibetur.*

20. 21. 23. HOMO SI DORMIERIT, &c.] Commiscetur quis ancilla siue de genere gentilium, siue ex Hebræis, quæ neque per pretium, nec per gratuitam emancipationem facta sit libera, attamen virgo nuptui apta: ambo *loris bubulis* (sic Hebr.) vapulabunt. In brutalitatis planè affectatæ captionem.* Affectata enim brutalitatis est actio liberum mancipiu (quid si Æthyopissa?) cum...] Attamen tam vir, quam fœmina sententia Iudicis ad summum singulis flagellorum quadragenis percutiendi sunt, vt non moriantur, imo nec fœde dilacerentur. At autem ideo sunt diuerberandi, quia fœmina non erat libera, & plenum sui dominium non habens domino intulit iniuriam se minus habilem reddens ad nubendum.* Quis enim vel mancipium appetat ei fœminæ colligari coniugio, quæ se alteri viro facilem exhibuit?] Vir autem vapulabit simul, qui delinquens ipse fœminam induxit ad peccatum. At pro delicto suo vltra flagellorum luitionem stuprator, cui principaliter debet imputari delictum: ad ostium Tabernaculi, vbi sacerdotali manu reliqua assolent sacrificia præsentari Domino offeret arietem. Sacerdos autem pro offerente, eiusque crimine exorabit: & repropitiabitur ac dimittetur ei, ne eum puniat Deus in hac vita: per gratiam etiam, & infusionem charitatis, si verè contritus huc obtulerit sacrificium.* En oblationis, seu eleemosynæ lucra licet in peccato gerantur. Assolet benignissimus Deus temporaria supplicia remittere offerentibus.]

Nec mācipiū appetit eam ducere tōiugẽ quæ se·l. teri facilem exhibuit.

Deus ob eleemosynas,licet adsit offerẽs in peccato, assolet supplicia tẽporaria remittere.

11. *Lignorum præputia cædenda, quarti anni fructus sacerdotibus dicādi.*

23. QVANDO INGRESSI FVERITIS, &c.] Quando regionem Chananitidem fueritis ingressi, & ligna pomifera plantaueritis: auferetis præputia eorum, quæ tribus prioribus annis ex quo ligna plantastis, seu inseruistis, in arboribus erumpunt, scilicet gemmas, è quibus flores, ac frondes efformantur. Voluit Deus arbores hac ceremonia, perinde ac puerorum circumcisione, coli: congrue tamen ad arborum naturam; nam earum fructus primi magis aquosi, & indigesti, ideóque insalubriores sunt posterioribus.* Quænam, precor ex re Sacramentorum salus animæ obueniat, si ad signandos salutares corpori fructus arborum Circumcisionis nomen materialiter insonat?] At poma, gemmæ, seu præputia trium priorum annorum, quæ ex arboribus eruperint, erunt vobis immundæ: nec edetis ex eis, ne videamini Gentiles, qui fructus primitiuos reputant fortunatos, imitari.

Vel nomine materialiter sonante Sacramenti salus homini adstruitur.

24. QVARTO AVTEM ANNO, &c.] Quarto igitur anno, quo ligna fructifera fructus bonæ digestionis, ac sanitati conuenientes incipiunt producere: fructus hosce in laudem Domini consecrabitis, vt scilicet sacerdotibus velut primitiæ ac decimæ offerantur. Profecto quarto anno soli sacerdotes absumere poterant, laici minimè.* Attamen illud ipsum laicos eo anno fructibus non potiri, vt in ius sacerdotum cederent,

Quod Ecclesiæ fructuum tonsũ das, affert agri tui fertilitatem.

proximi, sequentiúmque annorum fertilitatem procul dubio afferebat.]

25. QVINTO AVTEM, &c.] Iam anno quinto vesci poteritis lignorum fructibus mundis vobis: & ad vendendum postmodum congregare.* Vestra enim trium annorum ad implendam legem abstinentia, anníque quarti facta oblatio adeò fertiles reddet arbores, vt ad vescendum & reponendum, si vendere lubeat, poma exponantur.] Ego Dominus quem honorastis & qui vestrum munus accepi: qui arboribus vestris tribuam meæ gratitudinis abundantiam.

Implenti legem,& danti eleemosynā bona multiplicantur.

26. NON COMEDETIS, &c.] Haud edetis quidquam, quod sit mixtum, præparatum, aut coctum cum sanguine: cùm ad magis vitandum vobis agnatam crudelitatem, tum ob reuerentiam sanguinis, qui specialiter in sacrificium Domino offertur.* Priuilegium ineffabile edendi sanguinem sacrificij maximi solis Christicolis præparatur, queis indictum: *Bibite ex eo omnes*] Non studeatis augurijs, volentes de futuris contingentibus, vel de rebus occultis per inspectionem auium, seu aliorum animalium gressibilium, quæ nullam habent cum rebus quas inquiritis, connexionem. Nec obseruabitis somnia quasi in eis adsit Numen aliquod res indicans, quarum somnia non sunt causa, vel affectus.

12. *Esus sanguinis, augurium, & somniorum obseruatio prohibetur.*

Solius Christicolæ priuilegium est, sanguinẽ sacrificij edere.

NEC IN ROTVNDVM, &c.] Lxx. *Non facietis nōn* (*rotunditatem ex coma vestra.* Nam Ægyptij totum caput attōdent particula dumtaxat intonsa relicta, vel in vertice, vel in sincipite, ex qua cirrus capillorum exsurgit: ideoque hunc vobis morem interdico. Nec barbam radetis, tondere quidem permitto, vsque ad extremam cutem radere veto Apparere enim barbā oportet, quæ, est virilitatis insigne.* An decens viro, formam fœmineam æmulari? Hinc adolescentum fœminea circa comæ nutritionē lanuginis vero destructionem damnantur studia.]

13. *Tonsio capitis in rotundum, & rasio barbæ vetatur.*

Dānātur studia adolescẽtū qui curant comā nutrire, lanuginē destruere.

28. ET SVPER MORTVO NON INCIDETIS, &c] Quando contigerit, aliquem propinquorū, seu amicorū obire diem, non incidetis præ doloris magnitudine vnguibus, aut dentibus, aut gladio carnem vestram: neque figuras aliquas plagarum ferro impressas, quasi in propinqui, aut amici monumentum, aut stigmata cultris & lanceolis in obsequium dæmonis, qui humani sanguinis profusione delectatur, perficietis gentilium ritus æmulantes, qui nesciunt piè, ac religiosè amicorum perferre decessum. Ego Dominus imperans, cui circa amicos debet cedere affectus. Mos hic erat gentilium in funeribus, lanceolis aut gladiolis brachia, alias vè corporis partes certis notis compungere, & sanguinem in mortuorum honorem, & mœroris argumentum elicere.* O quot venæ scinderentur non in mœroris, sed in exorbitantis gaudij ex morte propinqui respirationem! Non omnes lacrymæ in funeribus mœroris indicia, sed exultationis sunt documenta.]

14. *Gentilicus luctus interdicitur.*

Fictæ plerūque lacrymæ in propinquorum funeribus.

29. NE PROSTITVAS FILIAM, &c.] Filiam tuam ne ad scortū inducas, meretrix vna multos inficiet habitatores, & terra piaculis exundabit

15. *Ingens nefas, filiam prostituere.*

Cum matrē suam filiam viderit prostitui, existima terram omnino corruptam diluuioque obnoxiam.

exundabit.* Existima terram omnino esse cōtaminatam, & diluuio obnoxiam, omni carne viam suam corrumpente, cum videris matrem suam filiam prostituere. Vnum hoc piaculum sufficit omnem terram inficere, & Deum quodammodo ad illam trahere pœnitudinem: *Pœnitet me fecisse eos.*

16. *Sabbata custodiēda, exhibenda reuerentia sanctuario.* Festorum custodia. Templi reuerentia.

30. SABBATA MEA, &c.] Quælibet festa à me instituta custodire curate, meum reueremini Sanctuarium nec accedentes immundi, nec curiosè scrutantes, nec illud cum fas non est, ingredientes. * Vacate ergo ab operibus prohibitis in quibusuis anni festiuitatibus, sanctuariumque meum metuite domum illius Domini, qui domus suæ zelo absumitur.

17. *Ad Magos, & Ariolos non accedendū, senes honorandi, aduena benignè excipiendus.*

31. NON DECLINETIS &.] Haud Pythones (sic Hebr.) adeatis, qui dæmonem habent familiarem maximè ventriloquum, ex ventre scilicet quasi ex vtre confuso sono loquentem. Nec ab Ariolis, qui ex victimis immolatis diuinant, euentus exquiratis eorum impietate polluendi sordibus sceleris grauissima ex consultatione Magorū, ac Ariolorum contracti. Ego Dominus cuncta sciens, qui vobis quæcunque ad salutem vestram scire vos oporteat, reuelabo

32. CORAM CANO, &c.] Senibus exhibe reuerentiam, e sede consurgens, vt senex eam valeat occupare Time Dominum præcipientem, vt senes honore afficiantur. Ego Dominus senum contemptores puniturus.* Vt exterreat verbum inculcauit, *Time Dominum, Ego Dominus.* Quasi suam quodammodo multiplicet Deitatis potentiam, vt contemptores senum supplicio afficiat.

Quasi suam Deus multiplicat potētiam, vt contemptores senum supplicio afficiat.

33. 34. SI HABITAVERIT ADVENA, Si aduena circumcisus proselytus factus apud vos habitatorem gesserit, & moratus fuerit inter ciues per contractuum, ac collocutionis communionem: non ei exprobrabitis, georilem, aut canem compellando, vel quidquam aliud ignominiosum, sed inter vos adsit tanquam indigena, ei honorem, ac mutuam beneuolentiam impertiendo, non secus ac si de genere vestro produisset, vnde velut vosmetipsos familiari ex bonorum communicatione diligetis: memores vtique, vos apud ægyptios extitisse aduenas.* Certè, natura excitante homo iis condolet, quos eisdem calamitatibus quos ipse passus fuit videt obnoxios.] Ego Dominus Deus vester, qui ex Ægypto deduxi, quique aduena huiusmodi in filios meos, fratresque vestros adoptaui.

Memor pristinæ tuæ calamitatis, proximo eandem patienti condolebis.

18. *In pōdere, ac mensura nihil inique gerendum.*

35. 36. 37. NOLITE FACERE, &c.] Nihil iniquum in iudicio geratis: nec in regula qua mensuratis, vlna scilicet sit deceptio, iusta mensura vtimini: nec in pondere seu *lapidibus* (sic Hebr.) quibus pro ponderibus vti soletis, oneres scilicet maiori, vel minori pondere nō appendatis: nec vasis mensuratiuis defectuosis vtamini. Statera sit iusta nec ad dexteram, nec ad sinistram vel parum inclinata: æqua sint pondera quæ in statera apponuntur; nam ex cuiusuis horum inæqualitate in quibusuis appensis mercibus iniustitia fieri: Rectus sit modius, æquus sextarius. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Ægypto, vbi de iniustitia vobis in ponderibus, ac mensuris illata querebamini; ne igitur de vestra iniquitate querantur concines. Omnia mea obseruate præcepta, & vniuersa iudicia circa diuini cultus ceremonias, & circa mutuum inter vos conuictum custodire satagite.* *Ego Dominus*, qui difficilia licet, fieri iubeo, sed auxiliis validioribus ad difficiliora quæque succurram.

Ad agendā difficiliora Deus, validiora impēdit auxilia.

CAPVT XX.

Mortis pœna indicitur iis, qui liberos suos idolo Moloch litauerint, qui Magos, ac Ariolos adierint, qui parentes maledictione percusserint, vel queisdam nefariis coitibus sese contaminauerint.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Hæc loqueris filiis Israël: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. 3 Et ego ponam faciem meam contra illum: faciamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit Sanctuarium meum, ac pollucrit nomen sanctum meum: 4. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperiū meū, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: 5. ponam faciem meam super hominem illum, & super cognationem eius, succidamque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. 6. Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi. 7. Sanctificamini & estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester. 8. Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. 9. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis eius sit super eum. 10. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera.

11. Qui

11. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. 12. Si quis dormierit cum nuru suâ, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. 13. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. 14. Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. 15. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. 16. Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. 17. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi sui, eo quòd turpitudinem suam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam. 18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsáque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. 19. Turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. 20. Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit, ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. 21 Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erunt. 22. Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi. 23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. 24. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle, ego Dominus Deus vester, qui separaui vos à ceteris populis. 25. Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo: & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore, & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. 26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à ceteris populis, vt essetis mei. 27. Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

COMMENTARII.

1. *Prohibĕtur Hebræi filios Moloch idolo immolare, pœna grauissima indicta.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST, &c.] Deus sic Mosi: Hæc filiis Israël indices, vt si non virtutis amore flectuntur, saltem pœnæ formidine ad legis obseruationem adducantur. Homo de Hebræorum populo, quibus hæc lex principaliter est imposita: & de aduenis, qui de gentilitate ad Iudaismum conuersi apud Hebræos habitant, ausus fuerit filiorum suorum aliquem, seu filiarum idolo Moloch immolare, morte irremissibiliter moriatur, sententia Iudicis præeunte. Plebs omnis eum lapidibus obruet. * Cur non vni carnifici occidendus traditur, sed populo cuncto? Quia impius ille omni populo extitit exitialis. Supplicio enim assolet Deus communitatem ob vnius socij delictum afficere.] Ego autem aliud horribilius addam supplicium, faciem enim iracundia succensam horribilibus effectibus ostentabo. Illum enim de populo succidam, quomodo frondes assolent à trunco secari igni aptæ pascendo; eo quod filium, aut filiam idolo offerendo, ac immolando, Sanctuarium meum quasi contaminatum iudicauerit, meas negligens religiones, eis idola præferens: ac polluerit nomen meum, seu leges meas quantum in ipso est, profanauerit. * Si extra Templum litare idolis, idem est, ac Templum contaminare: quid si intra Templum audeas Veneri cultum exhibere, dum colloquiis impudicis vacas, aut immodesto studes aspectui?]

Vnus impius in omnem peccat communitatem, quia hæc à Deo propter vnum sociū impium punitur.

Templum profanatur, dum extra illud Moloch idolo litatur: quid si intra Templum Veneri litetur?

4. 5. QVOD SI NEGLIGENS POPVLVS, &c.] At si populus contempserit imperium meum, nec lapidare curarit idololatram Moloch cultorem: ego horribilius irascar, nec solum reum commouam, verùm & cognationem flagellabo: ipsumque & cunctos, qui subscripsere crimini, vt Molocho gereretur obsequium, pariter interficiam. Premo particulam, *Succidam ipsum, & omnes, qui consenserunt ei.* An non potuit sine consentientibus filium Molocho litare? * Certè vix paterfamilias potest delinquere, quin & vxorem & familiares trahat ad eundem affectum delinquendi. Subditi enim Primorum assolent actiones æmulari.]

Subditi Præsules delinquentes æmulantur.

6. ANIMA, QVÆ DECLINAVERIT, &c.] Homo, qui ad Magos dæmonis, familiares, ad Ariolosque ex victimis immolatis diuinantes accesserit, eisque adhæserit familiariter: iræ meæ horribiles experietur effectus; eum enim de medio populi extractum, interficiam * Et quidem idem prorsus est, te à fideli communitate separari, & interfici. * Dum enim sociis pius adhærescis, eorum defende

2. *Ad Magos & Ariolos prohibetur accessio.*

Idem est, te à communitate separari, & perire

defenderis sanctitate. Vnde apposite scriptura hominis necem illa phrasi explicauit *Peribit interficiam de medio populi.*]

7 8. SANCTIFICAMINI, &c]Ego Dominus Deus vester sanctus sum, ergo operæ pretium est vos studere sanctitati; ne videamini Deitatis conuictæ minimè sanctæ sectatores.

Ex subditorum moribus dominorum gesta pensantur. Deus auxilium dat, vt quæ iubet exequamur.

* Ex subditis enim assolent Dominorum gesta pensari.]Præcepta, quæ præscripsi, custodire satagite, nec difficilem existimetis eorum custodiam; * Ego enim Dominus, qui iubeo, & volo esse sanctos consequenterque auxilium validum impendam.]

3. *Moritur qui parentis maledicit.* Reatum sanguinis contrahis, quoties parentibus te irreuerentè grauiter ostentas.

9. QVI MALEDIXERIT &c.] Occidatur, qui ausus fuerit parenti maledicere. Patrem aut matrem maledictione affecit, sit super eum reatus, & pœna sanguinis seu mortis, quam meruit. * Nihil enim sic neci violentæ aptatum, quam in parentes iactare maledicta. Reatum sanguinis contraxisti, quotiens parentibus te irreuerentem grauiter ostentasti. Quod si Iudicis sententia non peris, Deus vindex exsurget.

4. *Adulterium prohibetur, incestus damnatur.*

10. SI MOECHATVS, &c.] si quis cum vxore alterius, nempe cum vxore proximi sui rem habuerit: vterque adulter obruatur lapidibus. Pœna enim lapidationis, quæ in dantes semen Moloch statuitur, ad sequentes casus referenda. Annoto verba illa: *si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum vxore proximi sui.* * Cur quod satis expresserat vna oratione, altera inculcauit? * Certe vt criminis exprimeret fœditatem, dum proximi aduotauit iniuriam. O quam iniquè proximum læsisti, à quo sic lædi te grauissime ferres!]

Quam inique adulter proximum suum lædit, à quo sic lædi, grauissimè ferret.

11. QVI DORMIERIT CVM, &c.]Qui cum nouerca sua, etiam mortuo parente, rem habuerit, & reuelando nouercæ turpitudinem patris turpitudinem reuelarit: *(mariti enim censetur vxoris libido propter coniugij colligationem)] ambo morti addicantur, & pœna sanguinis tanti delicti obruat infamiam.

Coniugum Identitas.

12. SI QVIS DORMIERIT, &c.]si quis suam accesserit ad nurum ob strictissimæ affinitatis iura violata, etiam si adulterium non interuenerit, mortuo filio, moriatur vterque; quia scelus infandum sunt operati. * Quid parente illo iniquius, qui filij honorem, cuius aduersus alios custos esse debuerat, tam fœde turpauit?]

Iniquissimus parens, qui filij honorem deturpare audet.

5. *Occiduntur sodomitici criminis rei, qui filiã ducit supra matrem comburendus.*

13. QVI DORMIERIT CVM, &c.] Qui sodomitico fuerit crimine pollutus cum socio piaculi de medio tollatur: quia vterque crimen est operatus, cuius ipsa vel nominatio pestifera est. Pœna sanguinis vindicet crimen dignati sexus masculini maximam iniuriam irrogans.

14. QVI SVPRA, &c] Qui vnius fœminæ maritus, eius filiam simol ducere ausus fuerit: vel colligatus filiæ, etiam matrem duxerit: graue piaculum perpetrauit affinitatis iura destruens. Tauri ergo sceleris reus cum matre & filia, si vtraque matrimonio infando consensit, igni viuus committatur: nec tantum delictum in medio vestri permanebit nec delinquentium reliquia superent, vnde vestra ad huiusmodi facinora propensio ad simile piaculum adducatur. * Ideo quidem apud nostrates sodomitici criminis rei comburuntur, ne apud populum Christicolam tam infandi delicti memoria relinquatur: & à natura quodammodo penitus exturbetur, qui se naturæ ostentauit osorem.]

Nefandi criminis rei comburuntur, ne memoria relinquatur hominis osoris naturæ.

6. *Moritur qui coit cũ pecore.*

15. QVI CVM IVMENTO, &c.]Qui cum iumento, pecore, alia vè irrationalium speciæ animantium coierit, extrudatur è viuis: & ad maiorem criminis detestationem occidatur pecus ne sceleris memoria ex pecoris reficeretur aspectu. At si fœmina adeo turpis, vt ei det ingenium libidinis quonammodo possit iumento succumbere: simul cum eo internecabitur. * Eorum sanguis sit *super eos.* Cur naturam non distinxit dicens: *super fœminam, & iumentum*: sed *super eos* Quia digna est confundi in natura, quæ brutalem æmulatur actionem.

Bestialis fœmina cũ bestia æquiparatur.

7. *Occiditur, qui sorori ex patre, aut ex matre miscetur, & qui ad mẽstruatã accedit.*

17. QVI ACCEPERIT, &c.]Qui rem habuerit cum sorore ex patre, aut matre, etiam si non sit soror ex vtroque parente: & illa incestui consenserit: sese infando piaculo polluerunt contra publicam propinquissimæ consanguinitatis securitatem Vnde in conspectu populi in vindictam tanti scandali interficientur: eo quod mutuo crimini operam dedere, pœnamque iniquitatis deportabunt. * Vidisti aliquem tam impudicum fratrem, qui sorori Thamari collocauit insidias, & vi virginem oppressit: sed non facilè videris sororem crimini consentientem.

Fratris cum sororẽ commixtio nefaria ad modũ.

18. QVI COIERIT CVM, &c.]Qui ad fœminam accesserit menstruatam ipsa consentiente, & reserante sanguinis fontem: (* maximæ enim impudicitiæ signum, non se renitentem ostentare fœminam, quam natura assolet pudore suffundere, vel dum profluuius menstruus memoratur *) interficiantur ambo, quod inhonesto congressui, proli admodum noxio operam dederint. Colligo ex grauissima pœna hac Hebræis data positiua lege, illa lethale fuisse piaculum, ad menstruatam accedere, accessumque consentire.

Maximæ impudicitiæ signum menstruatam fœminam consentire congressui.

8. *Prohibetur ad materteram, & amitam accessus, & coitus cum vxore patrui, vel auunculi.*

19. TVRPITVDINEM, &c.] Ad sororem matris, aut patris tui non accedes: nec ex consequenti auunculus, vel patruus accedet ad neptem ex fratre vel sorore; quia vtrobique eiusdem consanguinitatis obstat necessitudo.* qui id gesserit, ignominiam carnis suæ nudauit, & videtur quasi cum se ipso rem habuisse propter carnis, & sanguinis, quæ inter cognatos reperitur, vnitatem] Quapropter ambo suam portabunt iniquitatem, id est, pœnam debitam pro peccato ad Iudicum arbitrium imponendam.

Quam fœdũ piaculum rẽ habere cum propinqua.

20. QVI COIERIT, &c]Rem quis habet cum patrui, vel auunculi vxore, qui quidem in eodem affinitatis secum est gradu, in quo secundum consanguinitatem est pater, vel auunculus: & ignominia cognationem suam, patruum, seu auunculum infamatum affecerit: (* Vnius enim infamia ex luxuriei macula in totam progeniem deriuatur.)]ambo sui peccati pœnam à Iudicibus taxandam deportabunt: & prætereà absque liberis morientur

Vnius infamia ex luxuriei macula deriuatur in totam progeniem.

tientus

Illegitimi filij quasi non filij.

rientur. * Nati enim ex huiusmodi intemperantia neque filij eorum nominabuntur, neque hæredes parentum existent. Vnde illegitimos filios quasi non filios parentum suorum vocitarim.

9. Prohibentur nuptiæ cū vxore fratris mortui.

21. QVI DVXERIT, &c.] Qui fratre etiam mortuo, eius duxerit vxorem, rem gerit illicitam si id propria faciat auctoritate, secus si auctoritate legis ad semen fratri sine liberis defuncto suscitandum. Extra hunc casum fratriam accipiens in vxorem, fratrem suam affi. cit turpitudine; quapropter ipse & vxor absque liberis erunt; eorum namque filij illegitimi reputabuntur, nec parentibus in hæreditate succedent.

Non sufficit leges mente obseruari, nisi opere perficiantur.

22.23.24. CVSTODITE LEGES, &c.] Toto ex corde leges meas ad ius oarotæ meotibus vestris insitum pertinentes, & iudicia, quæ Dei colendi ritum exponunt, mutuumque inter vos conuersationem dirigunt custodite: & facite. * Nec enim mente aut corde quis leges obseruat, quas non perficit opere.] Ne & vos euomat terra Chanaam, quam incolendam possidebitis, prout Chananæis continget, quos terra illa à se expellet, sicut stomachus ferme non valens prauū cibum assolet euomere. Nolite iuxta legitima, seu ritus, formamque viuendi nationum, quas expulsurus sum, vt ingrediamini, operari. Omnia enim hæc Chananæorum gessere nationes, quare eas admodum habui exosas. Vobis aurē loquor quasi his, in quibus promissiones factæ patribus adimplendæ: Possidere terram vobis exhibeodam non vestrorum intuitu meritorum: sed quasi in hæreditatem acquisitam Abrahami, Isaaci, & Iacobi iure, quo terra lacte & melle profluentem vos sum donaturus. Ego Dominus Deus vester, qui specialissimo beneficio vos à cæteris populis separaui signum Circumcisionis conferens, leges ac ritus Deum colendi, & cum proximo connectendi præscripsi. * Et quidem tunc Deus se verè Deum hominum ostentat, cum eos ab impiis separat, ne eorum contagione depereant.

Se Deum ostentat hominibus cum se se mouet ab impiorum societate.

10. Monetur, ne cibus prohibitis inficiātur, damnatur pythonicus Spiritus.

25.26. SEPARATE ERGO, &c.] In separationis ergo huiusmodi vestræ à cæteris impiis nationibus comestibile pecus ab immundo, quo vesci lex non permittit, separate: auēque immundam ab immunda secernite; ne ea eo quod non inter cibum & cibum diiudicetis animum vestrum polluatis spiritualem maculam contrahentes, seu legalem immunditiam in omnibus cibis, quos vobis pollutos esse monui. Eritis igitur mihi sancti ab omni recedentes immunditia; quia Sanctus sum ego Dominus diligens in subditis sanctitatem, odio persequens immunditiam: * propterea & separaui vos a cæteris populis, vt essetis mei, & ad me specialis munditiæ, ac sanctitudinis professione pertineretis ab impiis abstracti.

Vt simus sancti Deus nos ab impiis separat.

27. VIR, SIVE MVLIER, &c.] Vir seu mulier, in quibus diuinationis adfuerit spiritus ex pacto inito cum dæmone ad hoc, vt requisitus de rebus homini respondeat occultis: lapidibus percussi à populo moriantur: sanguinis pœna impietatis piacula vindicentur.

CAPVT XXI.

Mortuum lugere, aut interesse funeri nisi primorum consanguineorum sacerdotes prohibentur. Pontifex nec parentes quidem poterat lugere nec vxorem ducere nisi virginem, & nobilem. Sacerdotes denique omni vitio corporis debere esse immunes indicitur.

1. DIxit quoque Dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in morribus ciuium suorum, 2. nisi tantum in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre, & matre, & filio, & filia, fratre quoque, 3. & sorore virgine quæ non est nupta viro: 4. sed nec in principe populi sui contaminabitur. 5. Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras. 6. Sancti erunt Deo suo, & non pollüent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. 7 Scortum & vile prostibulum non ducent vxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo suo, 8. & panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia & ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos. 9. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. 10. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitúsque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet: 11. & ad omnem mortuum non ingredietur omnino. super patre quoque suo & matre non contaminabitur. 12. Nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ vnctionis Dei super eū est, ego Dominus 13. Virginē ducet vxorem. 14. Viduam autem & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellā de

populo

populo suo: 15. ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego Dominus qui sanctifico eum. 16. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 17. Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, 18. nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si paruo vel grādi vel torto naso, 19 si fracto pede, si manu, 20 si gibbus, si lippus, si albuginē habēs in oculo, si iugem scabiē, si impetiginem in corpore, vel herniosus. 21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo: 22. vescetur tamen panibus qui offeruntur in Sāctuario, 23. ita dumtaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet Sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos. 24. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israël, cuncta quæ fuerant sibi imperata.

COMMENTARII.

1. Ne contaminetur sacerdos in morte ciuium.

VERS. 1. 2. 3. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Deus Mosi profatur: Loquere ad sacerdotes minores, & dices: sacerdos caueat contaminari, tangendo cadauer, aut funus curando, aut illud sequendo, aut luctum gerendo, aut ingrediendo mortui ciuis domum. Attamen à lege lata excipio patrem, matrem, filium, filiam, fratrem, sororem, si virgo sit innupta. Hosce defunctos poterat lugere sacerdos, non autem vxorem, nepotem, aut neptem, quia hic illi non eapiuntur. * Si fratris ac sororis mors lugetur, cur non cōsequenter vxoris, & nepotis? Certè in re obedientiæ consequentia non valet: nec datum subdito mentem Præsulis præcipientis penetrare.]Verùm (addit) etiam si vir primarius in populo, aut qui toti præest Reipublicæ occumbat, sacerdos eius funeri non intererit. * Hebr. *Non contaminabitur Princeps in funere popularium*. Principum exaggerat morum grauitatem, quibus sacerdotalis potius videtur indici]Adnota sororem virginem posse lugeri à sacerdote, minime vxorem, in priuilegium puritatis. *Virginitas enim immortalis semper ostenditur, virgo illa soror mortua non est, sed dormit.

In re obe. dientiæ cōsequentia non valet.

Principes decent sacerdotales mores.

Virginitas est immortalis.

2. Haud radendum caput, vel barba sacerdotis.

5. NON RADENT, &c.] Furentes ob oinemiratem doloris de morte propinqui, vel amici pilos capitis, aut barbæ non euellent, nec suas facies vnguibus in mœroris signum dilacerabunt. * Gentilibus fidem resurrectionis non habentibus nimius hic, stultusque relinquatur affectus.]* Cunctis id Hebræis iam suprà prohibitum, sed speciali lege sacerdotibus imperatur; quia arctiori vinculo sacerdotes tenentur ea fugere, quæ fidei inhibent puritatem. Quidquid ad bonos mores pertinet quasi bis sacerdoti indictum existima & vt Christicolæ, & vt sacerdoti.

Nimius dolor pro mortuis gentilibus est.

Sacerdotes debent speciali lege fugere, quæ fidei inhibet puritatem.

6. SANCTI ERVNT, &c.] Remoti abstractique omnino sacerdotes erunt ab omni contaminatione, rituque Gentilium, nec polluent sacerdotalem dignitatem, Deique ipsius famam. * Quid enim hæretici, cunctique infideles de cœlesti Numine cogitabunt augustum, cuius ministri profanis moribus imbuuntur? Ad sanctitatem eos sacerrimum munus ministerium; sacrificia enim incendendo offerent, & panes propositionis Domino litant, *ideo sancti erunt*. Hebr. *Sanctitas erunt*, id est, sanctissimi, *Sanctitas ipsa*. * Requiritur, sacerdotes sanctitatem ipsam existere, ad panes propositionis offerendos? Quid quæso, requiretur ad viuificum Eucharisticum panem litandum? Plus quodammodo quam sanctitas ipsa consequenter esse deberent ad verum sacrificium, si ad typicum tanta sanctitas imperatur.

[Im]probi sacerdotes faciunt Dei [nomen] pollui.

Oportet, sacerdotes esse ipsam sanctitatem, & amplius, ad Eucharisticum panē offerendum.

7. 8. SCORTVM, ET VILE, &c.] Meretricem prostitutam, vilissimam planè fœminam, sacerdos non ducet vxorem, nec eam quæ repudii libello a marito recessit. * Consecrati enim Deo omnem debent fugere vilitatem.] An non ipsius Dei in opprobrium colligari sacerdoti eius ea, quæ vulgariter fuit prostituta, aut quæ ab alio vt imperfecta repudiata fuit? * Hinc purissimæ Mariæ conceptionis roboro veritatem. An decenter Spiritui sancto colligaretur ipsius vile ea originali culpa aliquando prostibulum?] Non planè deceret infami colligari meretrici sacerdotem, qui Deo est consecratus, & panes offert propositionis. Sint igitur sanctitate conspicui ministri mei, quia ego Dominus sanctus existo, & eis communico, si velint excipere, sanctitatem. * Deus nobis sanctitatem impertit, seu ad præcepta difficilia implenda præstat auxilium. Nostra culpa sancti non existimus.

3. Sacerdos scortū non ducet vxorem.

Sacerdotes omnē debet fugere vilitatem.

Conceptio Mariæ purissimæ veritas roboratur.

Nostra culpa sancti nō sumus, Deo auxiliū offerente.

9. SACERDOTIS FILIA, &c.] Si sacerdotis filia manifesto rea fuerit stupro, & adeò grauem ignominiam patri inussit, igni tradetur absumenda. * Certè quilibet sacerdotis domesticus delinquens, eum graui afficit nota. Quales enim familiares sunt, talem solemus familiæ Præsulem reputare.

4. Filia sacerdotis stuprum flāmis luitur.

Quales sunt domestici, talē solemus domus Præsulem reputare.

10. 11. 12. PONTIFEX, ID EST, SACERDOS MAXIMVS INTER FRATRES, &c.] Pontifex, seu maximus sacerdos qui reliquis præest sacerdotibus, qui quidem supra caput purum absque mixtione sanguinis oleum accepit effusum: cum tamen ob inferiores sacerdotes non nisi guttatim mixto cum sanguine arietis oleo fuerint sparsi: & cuius manus fuere consecratæ, habet ius vt induatur non aliquibus dumtaxat, prout inferiores sacerdotes: sed vniuersis sanctis vestibus, quæ per aspersionem olei vnctionis cum sanguine sunt sanctificatæ: is, inquam Pontifex caput suum *non decidarabit* (sic LXX) seu sua non nudabit cidari, vt è capite capillos euellat, vt id cinere in signum doloris inficiat, nec in eiusdem mœroris documentū vestimenta discindet. Ad nullam domum in qua cadauer fuerit, ingredietur:

5. Pontifex non discooperit caput, nec vestimenta scindit in funeribus; ad nullum mortuum ingreditur.

ingredietur: nè in obitu quidem parentum planget eos Pontifex externo ritu, aut signo, nec funus eorum prosequetur.* Pontifices enim, instar Melchisedechi, sine patre, sine matre, & sine genealogia nullo humanitatis respectu ferantur, si ad diuinam quandammodo naturam eleuati exponuntur.] Nec de sanctuario egredietur, si quando ibi constitutus est, contingat patrem aut matrem eius suum diem obire. Ne iniuriam inferat sanctuario illud deserendo, vt ad prohibitam accurrat actionem. * Si sanctuarium, siue Templum polluitur, dùm ex eo ad illicita patranda egrederis: quid cum in ipso illicita patias?] Dedecet quidem Pontificem oleo sancto inunctum indecenter sancta gerere, dum sanctuarium relinquit, vt mortuum parentem lugeat, & eo luctu infectus fortassè repetat sanctuarium indignè pontificia munia perfecturus. Ego Dominus, quem ineffabilis sacerdotalis deceret puritas ad obsequium.

Nihil in sacerdote humanũ sit quodammodo ad diuinã naturã euectus.

Si Templum polluitur, dũ ab ipso ad illicita patrãda egrediens, quid cũ in ipso illicita patras.

13. 14. 15. VIRGINEM DVXERIT, &c.] Pontificis sit virgo ducenda vxor, vt quæ compar esse debet Præsulis summi summam præseferat virginitatis gloriam.* Sola enim virginitas potest quodammodo sacerdotij summi honorem coæquare.] Viduam, repudiatam, vitiatamque minime admittit: sed incorruptam puellam de Israelitico genere exortam, non de aduenis à gentilitate ad Iudaismum conuersis, nè lineam generis sui, seu continuam Pontificum successionem commisceat. Nec enim Pontifex permittere debet, vt posteritas sua ad vulgus aduenarum ex parte matris vllà ratione pertineat; quia ego Dominus, qui huius legis præscripto sanctifico eum, statuẽs vt in vxore ducenda non communem ritum sequatur, non voluptati pareat, sed rationi.* O quam indecenter ad sacerdotalem dignitatẽ admittitur ex vili stirpe progenitus? Quod Deus, non permisit in typico in Christiano admittitur sacerdotio.

6. *Virginem duces vxorem.*

Virginitatis summa gloria honori summi summi antiqui sacerdotij præparatur.

Indecẽter ignobiles viri ad sacerdotiũ admittuntur.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. LOCVTVSQVE, &c.] Exposuit denique Dominus Mosi, quinam ex corporis vitio inhabiles essent sacerdotio reputandi de Aaronis genere, fatus: Aaroni sacerdotum patri dices: Homo de semine tuo (quantumcumque sit per familias diuisum) qui corporis notabilem deformitatem exposuerit siue ex superabundantia, siue ex defectu, seu etiam alicuius membri læsione prouenientem, non offeret panes Deo, quos sacerdotes per Sabbata singula recentes prioribus ablatis, apponere assolent. Nec aliud sacerdotale munus ad Dei cultum attinens poterit exercere. Tũc enim virum maculam, ex qua inhabilitas, habere existima si fuerit cæcus, quia quæ in sacerdotij ministerio contingenda sunt, non poterit aspectare; si claudus existat, si paruo, grandi vel torto naso, ex quo vultus notabiliter deformis apparet; si fracto pede, si manu non integra; si adsit vel in dorso, vel in pectore gibbus; si lippus (Hebr. *pr dag.* seu *tenerioribus oculis*) fuerit.* Lacrymæ enim sine compunctionis, aut deuotionis spiritu dedecent sacerdotem.] Ineptus similiter aderit, qui cum pupillæ nigredine mixtam albam habuerit maculam; si iugi scabie laborauerit, quãuis non sit lepra; talis námque scabies magnam complexionis annotat corruptionem, si impetiginem (Hisp. *Empeine*) habuerit, scabiem scilicet valdè siccam, per modum maculæ certa corporis in parte serpentem; si herniosus denique extiterit, seu testiculorum ægritudinem patiatur; contemptibilis enim deputabitur à vulgo, quasi debita carens integritate. Omnis igitur, qui aliquam ex præfatis, aut huiuscemodi aliam habuerit in Aaronis posteris, non accedet animantia iugulare, decoriare illa, sanguinem eorum ad expiationem profundere, & adipes, vel carnes iuxtà consuetudinem variorum sacrificiorum super altare adolere: imò nec panes Deo offeret collocando eos super propositionis mensam. Attamen, quia Aaronis filius est, datur ei copia vescendi panibus, ac cibis aliis quibuscumq; offerri in sanctuario solitis: hac quidem lege vt intrà velum, quod est ad introitum Tabernaculi, non ingrediatur, nec candelabri lucernas præparet, nec panes super mensam apponat, nec thymiama incendat, quæ omnia intra tentorium illud assolent præstari. Præterea ei indicitur, ne ad holocaustorum accedat altare, aliquod sacrificium immolaturus, qui macula laborat eum reddentem ad huiuscemodi munera inhabilem. Nec contaminare debet sanctuarium meum, illud aliquomodo reddendo contẽptibile. Ego Dominus, qui sanctifico eos, sancta, ac pura præcepta sacerdoti præscribens. * Si deformitas corporea in sacerdote adnotata contemptibile redderet sanctuarium, quid spiritualis cæcitas, scabies, omniumque defectuum colligatio? Væ sacerdotibus, qui tot laborantes defectibus, audent melius accedere ad altare, & sacratius inire sanctuarium!] cuncta ergò Moses Aaroni, filiis eius, ac populo indixit, vt omnibus dispositio cœlestis innotesceret.

7. *Leuita defectu laborãs ad altare non admittitur.*

Lacrymæ sine cõpũctionis, aut deuotionis spiritu dedecent sacerdotem.

Ad melius altare hodie sacerdotes fœdioribus spiritualibus affecti maculis accedere nõ verẽtur.

CAPVT XXII.

Immundi, & alienigenæ ab esu victimarum pacificarum, quæ sacerdoti cedunt, arcentur. Maculæ, seu vitia, quibus victimæ debeant carere, exponuntur.

1. LOcutus quoque est Dominus ad Moysẽ, dicens: 2. Loquere ad Aaron, & ad filios eius, vt caueãt ab his quæ consecrata sunt filiorũ Israel, & non contaminent nomẽ sanctificatorũ mihi, quæ ipsi offerunt, ego Dominus

3. Dic

3. Dic ad eos,& ad posteros eorum:Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Dominn. ego sum Dominus. 4. Homn de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egredietur semē quasi coitus, 5. & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus, 6. immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt: sed cùm lauerit carnem suam aqua, 7. & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. 8. Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis ego sum Dominus. 9. Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in Sāctuario, cum polluerint illud. ego Dominus qui sanctifico eos. 10. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescentur ex eis. 11. Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. 12 Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. 13 sin autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit ad domum patris sui: sicut puella consueuerat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. 14. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in Sanctuarium. 14. Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israël, quæ offerunt Domino: 16. ne fortè sustineant iniquitatem delicti sui, cùm sanctificata comederint. ego Dominus qui sanctifico eos 17. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 18. Loquere ad Aaron & filius eius & ad omnes filios Israel, dicésque ad eos: Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini, 19. vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bubus, & ouibus, & ex capris: 20. si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. 21. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. 22. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini. 23. Bouem & ouem, aure & cauda amputatis, voluntarie offerre potes, votum autem ex eis solui non potest. 24. Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis, ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis. 25. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quidquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata sunt omnia: non suscipietis ea. 26. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens. 27. Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. 28. Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. 29. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione Domino, vt possit esse placabilis, 30. eodem die comederis eam, non remanebit quidquam in manè alterius diei. ego Dominus. 31. Custodite mandata mea, & facite ea. ego Dominus. 32. Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego Dominus qui sanctifico vos, 33. & eduxi de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deum. ego Dominus.

COMMENTARII.

1. Leuita immundus debet ab oblatis abstinere.

VERS. 1. 2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS. &c.] Mone Aaron (inquit Dominus Mosi) & filios eius, vt cū ipsi immundi fuerint, abstineant ab his, quæ Deo quomodolibet fuerint ab Hebræis oblata; ne oblatis, & sanctificatis mihi notam impuritatis aspergant. * Quodammodò enim purissimæ oblationes contaminatæ esse videntur ex ministro contaminato. Vt edifcat sacerdos, quanta sacratissimum libamen afficiat iniuria, cum impurus audet ad altare accedere.

Quodāmodo cōtaminatur Eucharistia ex indigno ministro.

3. DIC AD EOS, ET AD POSTEROS, &c.] Ad filios Aaron, & ad posteros eorum dices: Omnis homo de stirpe vestra, qui accesserit ad ea, quę Deo sunt consecrata, quia oblata à filiis Israël ad Tabernaculi ostium, &

& in partem sacerdotum cedunt: in quo est immunditia secundum omne pollutionis genus, quæ in homine potest adesse: *à facie mea scindetur* (sic Hebr.) & æternum peribit, eo quod irreuerenter ad sacrum accessit edulium. * Preme illa: *Peribit coram Domino*, quæ Hebræus exposuit, *A facie mea scinditur.* A facie enim Domini hominem scindi, seu separari, idem est ac æternùm perire. Vnde reprobis indicitur sine termino perituris: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.*] Ego Dominus potentissimus ad sacrilegos puniendum.

Scindi, seu separari hominẽ à Deo idẽ est, ac æternũ perire.

4. 5. 6. 7. Homo de semine Aaron, &c.] Homo ex progenie Aaron qui lepra, aut seminis fluxu laborauerit, de sanctificatis oblationibus non edet, donec donetur sanitate. Qui occasione funeris alicuius rem immundam tetigerit (LXX. *Qui tetigerit immunditiam*) *& hominem, qui contaminare potest*, (sic Hebr.) vti leprosus, menstruata, seminifluus, cuius quidem tactus est sordidus, quia eum, quem tangit reddit immundum, ita vt non liceat ei de carnibus sacris manducare. * Crede mihi immundus redditur, qui hæret scit immundo, præcipuè si contagium ægritudo sapiat, nempe luxuriam.] Qui reptile, aut quodlibet tetigerit immundum, cuius contactus reddit hominem sordidum, vsque ad solis occasum aderit immundus, nec audebit de sanctificatis edere. At postquam carnem suam abluerit aqua, & sol recesserit, mundatus reputabitur, & poterit sanctificatis vesci, quia ad eum pertinet de cibis Deo oblatis manducare. * Non debes à sacri epuli abstinere, quia immundus extitisti, lauare, & confidenter ad mensam accede; quia cibus tuus est, si te pœnitudinis lauacrum reddidit dignum.

2. *Immũdus sacerdos nõ vescetur de sãctificatis, leprosus scilicet, &c. nisi mũdetur.*

Qui luxurioso hæret, immũditia afficitur.

Tuus cibus est Eucharistia, si ab immũditia recesseris.

8. 9. Morticinvm, &c.] Animantis mortui spontè, & à feris lacerati carnibus non vescentur, quo polluantur: ego Dominus, qui imperium indixi. Meis subiaceant præscriptis, ne peccato inficiantur, & à me in sãctuario vita priuentur, vti Nadab & Abiu alieno igne litantes, & ipsum sanctuarium crimine polluentes. Ego Dominus edocens eos, quonammodo debeant ad altare accedere, & altaris victimis frui, eosque præceptis meis in veram dirigens puritatem. Vox *& moriantur in sanctuario* redundat. Hebraice enim est, *non subiaceant peccato, & moriantur in eo.* Noster autem pro *Eo* supleuit *sanctuario.* LXX. *Moriantur propter ea*, id est, propter peccatum. * Certè sacrilegij crimen adeò animo tenaciter hæret, vt plerumque in eo impius moriatur. Vnde apposite additum est, *Et moriantur in eo*]* Horreant sacerdotes sacrilegij crimini subiacere, e quo in aliud assolent incidere, & difficiliori reddita pœnitudine, tot addunt sacrilegia, vt animus obduratus viam salutis nescire videatur.

3. *Nõ comedẽt morticinũ, nec à bestia captum.*

Sacrilegij peccatũ adeò solet tenaciter hærere animo, vt plerũq; homo in eo moriatur. Ex sacrilegiis animus obdoratur, & quasi inscius viæ salutaris redditur.

10. Omnis, &c.] Qui non fuerit de genere sacerdotali, seu de semine Aaronis de sanctificatis non comedet: qui autem moratur cum sacerdote, sed de stirpe sacerdotali non est; mercenarius, aut peregrinus, de sacris cibis edere non audebit. * Taxantur hinc seculares, qui more sacerdotali mercenarij cum sint & non filij, sine sacerdotali præparatione quotidiè sacerrimam accurrunt ad mensam reficiendi Eucharistica oblatione.

4. *Ex sãctificatis alienigena non comedit.*

Taxãtur, qui sine sacerdotali præparatione quotidiè, sacerdotali more, Eucharistiã accipiunt.

11. Qvi avtem sacerdos, &c.] Serui & vernaculi, id est serui domi nati, qui toti sunt sui Domini aut heri poterunt sanctificatis, vti dominus ipse cum suis filiis, vesci. * Vt moneantur heri, seruos, ac vernaculos vti filios habendos, si Deus eos ad cœtus colligat filiorum.]

Serui vti filij habendi.

12. 13. Si filia sacerdotis, &c.] Cum sacerdotis filia nupta fuerit ciui alienigenæ, non vescetur è sacris, quia per Nuptias iam in aliam popularem familiam commigrauit. At vxor sacerdotis iis poterit vesci; quia cum marito sacerdote vna caro censetur. * Nupta quidem tota marito cedit, nec vllum ad familiam parentum putet habere respectum, ne nimia ad domum paternam adhærentia causa sit iurgiorum.] Nec de primitiis ei dabitur vesci, id est, de primis, & electis, quæ mihi offeruntur, & sanctificantur, * Ne scilicet electi, aut præstantis epuli desiderio ad domum parentum accedat, quam ex solo honorandi parentes affectu debet inire.] Attamen si contigerit orbari marito, aut repudio affici, & absque liberis domum paternam repetere: patriis cibis vescetur, vti antè Nuptias consueuerat. Itaque omnis alienigena ab vsu sacri epuli prohibetur.

5. *Sacerdotis filia nupta nõ vescitur ex oblatis.*

Nupta tota sit mariti, ne nimia ad domũ parẽtũ inhærẽtia causa sit iurgiorum.

Filij domũ parẽtũ ineãt, honorandi eos gratia, non ab eis accipiendi munera.

14. Qvi comederit, &c.] Qui per ignorantiam (non ex contemptu, aut superbia) de sanctificatis sumpserit: totum quod abstulit, & insuper quantum quinta pars erit rei à se consumptæ, suæ negligentiæ restituet in pœnam pro iniuria Tabernaculo irrogata. Id quidem sacerdoti ad vsus vel sacerdotis ipsius, vel sanctuarij exhibebitur. Porrò si sanctificata ab illo absumpta ad sanctuarium pertinebant, vt si caput, aut caudam comedisset in sacrificio pro delicto, restitutio Tabernaculo erat facienda: si autem pertinebat ad sacerdotem, debebat sacerdoti fieri, cui etiam aries Deo litandus erat addendus vti Cap. 5. exposui.* Hinc edisce oblationis malè absumptæ defectum alius factæ oblationis resarciri libamine. Inique Eucharistiam accepisti? Te igitur ad iniuriæ illius satisfactionem ad dignam eiusdem susceptionem præpara: imo quintam adde partem, dum non semel ad mensam accesseris.

6. *Qui ignorãter nõ sãctificatis edit, soluit quintã partẽ. Haud cõtaminãda sãctificata.*

Eucharistiæ malè sumptæ piaculũ rectè, & sæpè absũptæ libamine resarciendũ.

15. 16. Nec contaminabvnt, &c.] Non audebunt contaminare sanctificata filiorum Israël comedendo illa, cum non sint de genealogia sacerdotali; ne mortem à Deo infligendam pro reatu delicti sui (quod contra præscriptum legis comedendo sanctificata perpetrabunt) sustineant. Ego Dominus qui eos salutaribus præceptis, ac ceremoniis ad sanctitudinem studeo disponere. * Et quidem cum Præsules Dei vices gerentes præcepta subditis indicunt, non vt onerent, sed vt sanctificent, procul dubio gerunt.]

Præsules præcepta indicũt subditis, nõ vt eggrauẽt, sed vt sanctificent.

17. 18. 19. 20. Locvtvsqve, &c] Loquere ad Aarõ eiusq; filios (Deus Mosi profatus cũctosq; Israëlis filios: Omnis Israelita, & proselytus, qui aut soluturus vota, aut vltroneè oblaturus; munera sãctuario litauerit: quidquid in holocaustum

7. *Quasi futura holocausti hostia.*

holocaustum Deo obtulerit victimæ erit ex masculis tantum, vitolus scilicet, agnus, aut hædus; pacifica autem, vel pro peccato etiam ex femellis poterit præparari.* Nam pro peccato victima vtriusque sexus pœnitudinis indicit maturationem.] Non differatur expiatio delicti ob masculæ oblationis defectum, sed incunctanter exeratur. Si macula aliqua mascula victima fuerit affecta, sacerdos repellet, nec Domino offeret immaculato, cui non poterit maculata victima accepta præsentari.

Maturitas pœnitentiæ indicitur peccatori.

7. Qualis Pacificorū victima.

2 . 22. 23 HOMO, QVI OBTVLERIT, &c.] Qui offerre intenderit Domino pacificā victimam aut soluturus votum, aut sponte litaturus tam de armento, quam de grege immaculatam eliget: nulla macula erit in masculo, vt Domino acceptabilis exstat. Si cæcus sit, si fractos habeat pedes, vel lumbos, vel oculum, si cicatricem ostentet, si verrucas, seu pustulas exponat, scabie, aut impetigine laboret: repellatur, nec quidquam ex eo altari Domini consecrabitis. Qui offert vltroneus bouem, & ouem, quibus sit amputata cauda, poterit afferre. Votum autem qui soluit huiusmodi victimam offerendo minime satisfacit.* Exigit enim voti religio perfectioris obsequij libamina.]

Exigit voti religio perfectioris obsequij libamina.

24 OMNE ANIMAL, QVOD, &c.] Si animans, quod vel ea contritione, tusione, aut sectione testiculis caruerit: minimè Domino offerendum; ea defectu enim virilitatis aliquam contrahunt animalia imperfectionem. Et in terra vestra, quam præparaui vobis, quamuis liceat vobis castratis vesci animantibus; offerre autem Domino nefas erit, ne expulsis gentilibus, qui talia gerebant, similes esse videamini. * Itineris, peregrinationisque molestia nescio quid excusationis suggerunt circà exactam præceptorum obseruationem. At pacifica, ac quieta inhabitatio exigit exactiorem præceptorum custodiam. Imperfectiones, inquam, quæ exponuntur ab Euangelij ministro, dum operam dat missionibus, &c. nescio quid excusationis præseferunt. Dum autem domo recluderis ab occasionibus diuerticuli abstractus, sine excusatione te imperfectum ostentas.

Qui imperfectus ostenditur dū missionibus aut excursionibus dat operā excusabilē se ostēdit, secus qui domo recluditur à diuerticulis abstractus.

8. Alienigenæ ni offeres panes.

25. DE MANV ALIENIGENÆ NON OFFERETIS, &c.] De manu gentilis in sua superstitione manentis sacrificia; quæ sunt velut panes, aut cibus Dei, mihi offerenda non accipiatis; corrupta enim, & maculata sunt, eo quod ipsi offerentes corrupti, macularique existunt: ideoque non suscipietis ea. L. a. De manu alienigenæ *non offeretis dona.* * Impiorum munera semper debēt esse suspecta. Quid enim dat impius, Quod plerumque nomos non prætendat effectus?

Impiorū dona sēper debēt esse suspecta.

26. 27. 28. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Bos, ouis, capra (Deus addidit Mosi) septem post natalitium diebus sugent vbera matris, nec ante octauum diem altari sacrentur; quia primis septem diebus fœtus est nimis tener.* Et quidem Deus amat robustam oblationem, nam qui ei sacratur, assolet laboribus agitari, ad quos validus requiritur animus.] Bos seu vacca aut ouis vna die cum fœtibus simul non immolabitur, quia crudelem hoc caponit aspectum.* O Martyrij Dei parentis diritatem! Vna die ouis purissima ac agnus sine macula Domino immolantur. agens enim necessarius dilectio legis non potuit parère præscripto.

Qui Deo sacratur assolet laboribus agitari, ad quos animus validus requiritur.

Crudelissimū Matris Martyriū vna die cū prole immolatæ.

29. 30. SI IMMOLAVERITIS HOSTIAM, &c.] Si pro gratiarū actione Deo immolaueritis victimā quæ quidem species est hostiæ pacificæ; vt possit esse placabilis, seu vobis pacis possit afferre incolumitatem: eadem die comedetis pro vt semel ac iterum est vobis indictum; non remanebit ad edulium quidquam in alterius diei proximi auroram, vti de hostia pacifica remanere permittitur, quæ ad impetrandum quoduis beneficium offerri assolet. Ego Dominus, qui præcipio, cui tot ex capitibus obedire tenemini.

9. Victima pro gratiarū actione.

31. 32 33. CVSTODITE MANDATA, &c.] Mandata quæ tuli circa ceremonias oblationum sacrarum custodire corde, & opere gerite. * Nec sufficit excipere mentis reuerentia, si operis obedientia non impleantur.] Ego Dominus, qui cupio & mente & operibus ministrari Nè per inobedientiam faciatis, vt gentes nomen meum blasphemare audeant.* Corrupti enim subditorum mores Domini maculare assolent opinionem.] Si custodiatis coram filiis Israel sanctificabor, & gloriosus beneficiorum collocatione ostendar. Ego Dominus, qui iubeo vos esse sanctos: & ex Ægypto vos abstraxi, vt vobis essem in Deum, quem speciali sacrificiorum obseruantia coleretis. Tandem & ego Dominus ineffabili præmio vestra obsequia muneratutus.

Nō sufficit mēte venerari præcepta, si opere non impleantur.

Corrupti subditorum mores dominī opinionē maculāt.

CAPVT XXIII.

Sex festorum genera, quæ Deus Hebræis præscripsit, recensentur

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ, quas vocabitis sanctas. 3. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. omne opus nō facietis in eo. sabbatū Domini est in cūctis habitationib. vestris 4. Hę sūt ergo ferię Domini sāctę, quas celebrare debetis tēporibus

 suis.

suis. 5. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum, Phase Domini est, 6. & quintadecima die mensis huius, solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. 7. dies primus erit vobis celeberrimus, sanctúsque: omne opus seruile non facietis in eo. 8. sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus: dies autem septimus erit celebrior & sanctior: nullúmque seruile opus facietis in eo. 9. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 10. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad Sacerdotem: 11. qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati, & sanctificabit illum. 12. Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini. 13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odorémque suauissimum: liba quoque vini, quarta pars hin. 14. Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete vsque ad diem qua offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctísque habitaculis vestris. 15. Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, 16. vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouum Domino 17. ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. 18. Offeretísque cum panibus septem agnus immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos: & erunt in holocaustum eum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino. 19. Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos anniculos hostias pacificorum. 20. Cúmque eleuauerit eos Sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vsum eius. 21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum: omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. 22. Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam vsque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester. 23. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 24. Loquere filiis Israël: Mense septimo, prima die mensis, erit vobis Sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum: 25. omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino. 26. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 27. Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetísque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. 28. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester. 29. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis; 30. & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. 31. Nihil ergo operis facietis in eo, legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. 32. Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis: A vespera ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. 33. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 34. Loquere filiis Israel: A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino. 35. Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo. 36. Et septem diebus offeretis holocausta Domino. dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atque collectæ: omne opus seruile non facietis in eo. 37. Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offeretísque in eis oblationes Domino, holocausta & libamenta iuxta ritum vniuscuiusque diei: 38. exceptis Sabbatis Domini, donísque vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribueritis Domino. 39. A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus. die primo & die octauo erit Sabbatum, id est requies. 40. Sumetísque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulásque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro. 41. celebrabitísque solemnitatem eius septem diebus per annum.

annum. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, 42 & habitabitis in vmbraculis septem diebus omnis, qui de genere est Israël, manebit in tabernaculis: 43 vt discant posteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cùm educerem eos de Terra Ægypti. ego Dominus Deus vester. 44 Locutúsque est Moyses super sólemnitatibus Domini ad filios Israël.

COMMENTARII.

1. *Feriæ obseruandæ exponuntur.*

VERS. 1 LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Filiis Israël præscribes (ait Deus Mosi) plura festorum genera, fatus: Hæ sunt feriæ Domini, quas sanctas oportet appellari. LXX. *Quas vocabitis conuocationes sanctas.* Hisce enim festis populus ad audiendam Dei legem conuocabatur. * Et quando ex verbi sacri prolatione sanctitas in fidelium mente non adstruitur? Sanctas vocabitis cum conuocatus fuerit in eis populus ad concionem, ad sacrificia, ad preces * Si te sanctè die in festo non geras, à Dei feria aufers sanctitatem.] Sex diebus poteritis opera seruilia gerere, dies autem septima, quia Sabbati est requies, Sancta vocabitur. Hebr. *Sabbatum Sabbati*, aut *requies quietis*, id est, summa quies. * Vt taxentur, qui vel paruo temporis interstitio seruili operi diebus festis vacant: summa enim illa quies Sabbati violatur vel leui contra legis præscriptum actione.] Vocabitur ergo hic dies sanctus, id est: sanctus erit, meo cultui dicatus. Sæpè in sacris vocari, pro *esse* sumitur. Isa. 9. 6 *Vocabitur Admirabilis*, id est, *erit*. * Vox diuina illud nominat, quod vere existit: humana autem adulatrix multa vocat, quæ omnimoda vacuitate laborant. Vnde humanam commendationem omnino vacuam appellarim] Nullum opus geretis in Sabbato, nec accendetis ignem, nec cibos coquetis, &c. Sabbatum enim est Domino dicatum in cunctis domibus vestris priuatis. In Tabernaculo enim sacerdotes sacrificiis erant intenti, nec ideo violabant Sabbati religionem.

Verbi sacri auditio mentem sanctificat.

Si sanctè te nō geris in die festo, ab eo aufers sanctitatem.

Violatur festi summa quies vel leui præcepti violatione.

Vox diuina vocat quæ sunt: vox humana vocat, quæ non existunt. Vnde vacua humana commendatio.

5.6.7.8. MENSE PRIMO QVARTA DECIMA, &c.] Mense Nisan (partim Martio partim Aprili nostro respondet) decima quarta die mensis *inter duas vesperas* (sic Hebr.) scilicet inter occasum solis & noctem, festum Paschatis est. Porro quinta decima die proxima Azimorum erit solemnitas. Azimorum dies cum Paschate incipiebant decima quarta die mensis primi ad vesperam secundam seu decimæ quintæ diei initio: & per septem dies proferebantur, qui proinde Paschales erant appellati, quibus panes azimos seu non fermentatos edebant. Septem itaque diebus azima comedetis. * Mortificationis enim operibus apprimè Dei solemnitas celebratur.] Ex septem diebus Azimorum prima erit celeberrima & sancta * Nulla enim mihi celebritas præparatur nisi sit cum sanctitudine colligata. * Quænam ergo ex taurorum agitatione, ex profanis comediis festis celebritas addici potest, si sanctitas necessariò ab huiusmodi spectaculis ablegatur. Tunc autem celebris admodum erit primus dies Azimorum, si ab omni opere seruili abstinentes Deo obtuleritis holocaustum, quod septem diebus iugiter offerendum est. At septimus dies erit vobis celebrior aliis intermediis, ac sanctior: æque verò celebris, & sanctus ac primus. *Sanctior*, addidit cum *celebrior* præmisit: non *celebrior*, *& sanctior*; quia celebritas maior, aut minor festorum ex maiori, aut minori sanctitate adstruitur] Nullum opus seruile geretis, opera non seruilia permitto. Profectò tantum in Sabbato, & expiationis die ab omni prorsus opere cessandum erat, etiam à coquendis eduliis: hoc autem festis licebat in aliis.

Mortificationis operibus apprimè celebrantur festa.

Nulla Deo celebritas dici nisi sit cum sanctitate coniuncta.

Deo inuisa agitatio taurorum, & comedia profana.

Maior, aut minor festi celebritas ex maiori, aut minori sanctitate nostra adstruitur.

9.10.11 12. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c. Rursum Dominus Mosi, Loquere, inquit, Hebræis: Cum Chananitidem regionem fueritis ingressi, & terræ segetes messuetitis, manipulos spicarum hordei, quod Martio exeunte & ineunte Aprili in Palestina maturescit, accipite, & primitias messis ad sacerdotem afferte, qui quidem manipulum in cōspectu meo offerendo eleuabit: vt altero die Sabbati, id est, secundo Azimorum die pro vobis sit Numini gratum, ab ipsoque acceptetur: & ritu iam præscripto (Cap 2. 14. illum sacerdos Domino dedicabit. At eodem die, quo manipulus hordeaceus consecratur, agnus perfectus, integerque anniculus ad holocaustum Domini immolabitur. Hebr. pro *Acceptabile sit* sacrificium *pro vobis*, habetur, *Ad voluntatem vestram*, id est, eleuatus ille manipulus seu primitiarum oblatio sit voluntaria, non exactione extorta. * Vt hinc subtaxentur, qui censurarum vi coacti primitias, & decimas reddunt Ecclesiæ] Porro idem est voluntariè afferri ac acceptabilem esse oblationem * Nihil enim acceptabile Deo, nisi spontè offeratur: quod autem voluntariè litatur, eo ipso Domino acceptabile esse perhibetur.] * Ego autem aptius particulam, *Ad voluntatem vestram* addiderim illi, *Vt acceptabile sit*; id est, vt oblatio illa acceptabilis sit Deo iuxta offerentis beneplacitum, largiente Deo, quod offerens expetere videatur.] * Et quomodo Deus accipere à nobis posset, nisi ad dandum quodammodo obligaretur?] * Ideo Iudices abstineant à muneribus, semper enim assolent iuxta offerentium beneplacitum acceptari.

2. *Primitiæ messis Deo offerendæ.*

Primitiæ & decimæ voluntariè sūt afferendæ ad Ecclesiam.

Quod spōte offertur Deo est acceptabile.

Deus acceptans oblationem nostrā, largitur quidquid expetimus.

Acceptare munus idem est ac obligari ad largiendum.

Iudices fugiant acceptare munera, ne offerētis beneplacita exhibeant.

13.14. ET LIBAMENTA &c.] Cum agno simul sacrificiō farreum offeretur, duæ scilicet decimæ similæ oleo subactæ, vt corā Domino incendantur in odorē suauissimū: & libamina vini quasi sextarij triplicis. Ex segete autem collecta non edetis polenta, id est, hordeū tostū, nec farinā in pultes dedoctā, ac coctā vsque ad assignatum hunc diem, quo ex messe manipulum præscriptum Deo reddatis largitori. * Proderit enim ad vitam ducendam, quod post gratitudinis sacrificiū edulium præparabitis.] Profectò primitiæ, ac decimæ, suo tēpore Deo

Prodest ad vitam ducendam, quod comeditur, post datas Deo primitias.

litatæ efficiunt totam messem proficere, totam fælicitati vindemiam. * Cum autem serò, & cogente censura, deferuntur, & anni præterlapsi fructus funestant, & futuri spem reddunt inanem.] Hoc præceptum sit Israëlitico populo, dum durarit, æternum.

Decimæ, ac primitiæ serò & coactè allatæ præteritos funestant fructus, futurorum spem reddūt inanem.

15. 16. 17. 18. NVMERABITIS ERGO, &c.] Ab altero die Sabbati, (non propriè Sabbati dicti sed Sabbati, id est, Paschatis, & solemnitatis Azymorum) seu à secundo die Azymorum, quo obtuleritis spicarum manipulum, septem hebdomadas, id est quadraginta nouem dies numerabitis, quibus addetis diem vnum, & in quinquagesimo hoc die Deo nouum sacrificium offeretis, nempè nouorum panum primitias, vti in festo Azymorum nouarum frugum primitias oblaturi estis, idque ex omnibus habitaculis seu familiis vestris; quia nullus paterfamilias ab huiusmodi oblatione esse debet immunis. * Ex qua quidem omnis fælicitas familiæ profluet. Vndè ad quem attinet familiæ fælicitati studere, pertinet primitias Ecclesiæ præparare.] Duos igitur panes primitiarum offeretis non ad adolendum super altare, sed vt sacerdotum cedant in vsum Ex duabus decimis similæ fermentatæ debent confici ex farinæ flore, & co-qui, vt in primitias Domini deferantur. Cum panibus autem septem agnos integros, sine macula, non maiores vno anno, nec minores octo diebus offeretis, vitulum vnum de armento, de grege duos adiicite arietes in holocaustum aptandos vna cum libamentis suis, quæ simila, vino, oleo, thure, & sale debent constare, omniaque in odorem suauissimum Domino cedent; nec enim minus erunt accepta, quam suaueolentia hominibus esse solent aromata.

3. *Septē Hebdomadæ.*

Felix redditur familia ex oblatione primitiarū.

19. 20. 21. FACIETIS ET HIRCVM, &c.] Sacrificabitis & hircum, (Hebr. *hircum caprarum*) id est, hircum nouellum, seu hædum adhuc matrem sequentem, pro peccato: duos autem agnos anniculos pro pacificorum hostia litate. Cum autem sacerdos pacificæ hostiæ victimam leuauerit coram Domino simul cum primitiarum panibus, sacerdotis hostia cedet in vsum. Portò panes, quos leuasset sacerdos pura tres vel quatuor, ipsi sacerdoti cedebant, reliqui in reliquos sacerdotes æqualiter diuidebantur: vti & aliæ primitiæ. * Vt sciat sacerdos, non sibi soli datarum operam ministerio, sed sociorum vtilitati debere operam exhibere.] Hunc itaque Pentecostes diem celeberrimum, & sanctissimum appellabitis: ac proinde ab omni opere seruili abstinebitis. * Si superlatiuæ voci celebritas diei addicitur, superlatiuæ voci sanctitas addicatur. Nec enim vlla celebritas festo inerit, quæ ex sanctitate celebrantium non prouenit.] Hoc legitimum, seu decretum lege constitutum non quomodolibet immutandum, sed erit sempiternum; vbique enim terrarum, Republica vestra durante, tenebimini diem Pentecostes præfata solemnitate celebrare.

4. *Dies Pentecostes.*

Non sibi soli sacerdos dat operā ministerio, sed sociorū vtilitati studet.

Celeberrimū est festum, si sāctissimum sit.

22. POSTQVAM AVTEM, &c.] Cum messi segetum vestrarum operam dederitis, (quod fit duorum festorum tempore) non omninò agrum demeteretis, sed messem in fine & angulis fundi relinquetis: nec remanentes spicas, quæ falcem messorum solent effugere colligatis; sed inopi ac peregrino dimittite. * Vt scilicet ex eleemosynæ opera messis fælicitet horreo condatur. Quam sapienter agricolæ assolent, dum messis in area exponitur, Regularibus, aliisque pauperibus impertire frumentorum in omnium fructuum planè conseruationem.] Ego Dominus Deus vester qui vos donaui fructibus, hanc mihi in paupere exigo pensionem.

Qui in area dat pauperibus particulā messis, fælicitet ad horrea deportabit fructus.

23. 24. 25. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Persequens Deus solemnitatum obseruandarum ab Israëlitis præscriptionem Mosi fatur: Filiis Israël indicere oportet, quonammodo festum tubarum in memoriam liberationis Isaac ab immolatione, & quod illius loco immolatus fuit aries per tubam cornuam significantis debeant celebrare. Mense septimo (Ethanim Hebræis, seu Thisri, Latinis Septembri) prima die mensis erit vobis Sabbatum, seu festum solemne, quod tubarum clangore, ac sacrificiorum oblatione obseruari præcipio. Erit mihi memoriale clangentibus tubis. Sicut enim homo cum exaudit tubæ sonitum prouocatur: ita Deus quasi recordabitur vestri beneficia conferendo obedientiæ ac deuotionis intuitu, qua ea die corneas tubas clangeris. Hoc festum sanctum, id est, Deo, eiusque cultui dicatum appellabitur. Vt autem sanctitas haud solo vocabulo nitatur, ab omni opere seruili abstinebitis, & holocaustum Domino, scilicet, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos. Septē cū suis libamētis litabitis. * Tūc enim festum sanctum verè appellatur, cum in eo sancta geruntur opera.]

5. *Festū Tubarum.*

Dies festus tunc verè sanctus est, cū in eo sācta geruntur opera.

26. 27. 28. 29. 30. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Deus Mosi festum quartum præscribit obseruādum nempe propitiationis, seu expiationis. Dies decimus mensis huius septimi erit expiationis Hebræis, ac proinde celeberrimus debet censeri, ac dignissimus celebrari. * Nullos certè Christicolæ lætior dies illo, quo à peccatorum sordibus abluitur. Vnde meritò pœnitudo prodigi reuertentis symphoniæ sonitu celebratur.] Tam celebris dies sanctus vocabitur, quia diuino cultui totus debet esse sacratus. * Certè Confessionis dies totus sanctus esse deberet, ne vlli actioni vacares, quæ gratitudinis non haberet affectum. Eo die affligetis animas vestras abstinentes à cibo, & potu, nullúmque solatium capientes. * Pœnitendo enim ad animi expiationem debet asperitas operum colligari. Opera enim pœnalia prementia corpus animo ingerunt doloris affectum.] Holocaustum Domino offeretis tam illud quod expiationis iure debetur, quam quod huiusce festiuæ solemnitatis ritu est offerendum. Hac die nullum opus seruile geretis, imo nec aliis operibus etiam non seruilibus vacare licebit; quia dies expiationis est, in quo à cibo, ac potu, & consequenter ab edulioorum apparatione oportet abstinere. * Vt Dominus Deus vobis propitius ostendatur, qui orantes cum afflictione corporis, ieiunio, & cilicio libentissimè exaudit.] Qui die hac afflictus non fuerit ieiuniis, corporisque castigationi intendens de populo peribit vno ex iis generibus

6. *Festū Expiationis.* Confessionis dies lætissimus, quia animus expiatur à sordibus.

Confessioniā dies totus Deo est ūdicādus.

Afflictio corporis ingerit & pœnitentiæ doloris affectum.

Oratio in ieiunio, & cilicio libentet à Domino exauditur.

moreis

mortis, quæ soleo occulto iudicio meo malis infligere. Et qui operis quidquam gesserit, etiam in his quæ ad edulium pertinent, vel Iudicum sententia, seu pœna lethali alia à me infligenda de Israëlitico populo delebitur.

31. 32. NIHIL ERGO, &c.] Nullum opus hac die gerendum est, & in cunctis generationibus vestris hæc lex obseruabitur. Sabbatum hoc, seu solēnitas est requietionis * Quia cum fit expiatio, animus, onere peccati deposito, ablegata delinquendi molestia, veraciter requiescit.] Requiescat ergo corpus ab operibus seruilibus, & quæ ad edulium attinent cum requie animus donatur in veracis huiusce requiei documentum. At non requiescat à pœnalibus actionibus; affligendæ enim animæ vestræ dum corpus ieiunio, cilicio, verbere contunditur. * Quomodo requietionis dies, si homines afflictionibus inquietantur? Certè quia vera tunc geritur quies, cum pœnitentiæ operibus affligamur.] Die nona mensis afflictio huiusmodi inchoabitur; ab vnóque Solis occasu vsque ad alterum omnes solemnitates vestras celebrabitis.

Cum animus expiatur, peccati onere deposito, requiescit.

Quia vera quies, cum pœnitentiæ operibus affligamur.

7.

33. 34. 35. 36. ET LOCVTVS EST, &c.] Deus Mosi festum Tabernaculōrum (*Scenopegia* dicitur) indicit. Die quintadecima (filiis Israël præscribe) huius septimi mensis festiuæ dies Tabernaculorum celebrabuntur in memoriam meæ protectionis erga vos, quos ita deducam per desertum, vt sine domibus, annos quadraginta, hyeme, & æstate viuetis: & ad gerendas gratias pro frugibus toto anno collectis. * Priusquam beneficiū accipiamus, nobis actio gratiarum indicitur, vt sciamus, hac pensione diuinis nos donari muneribus.] Septem dierum interstitio hoc festum celebrabitur. * Quadraginta enim annorum beneficium diuturnioris temporis exigit gratitudinem; quæ quidem debet morem gerere beneficij.] Dies prima celeberrima, & sanctissima appelletur, ab omni seruili opere abstinete, edulia solummodo poterunt præparari. Diebus septem hisce holocausta Domino litabitis. At post exactum septem dierum curriculum alia festiua dies, nempe octaua elucescet celeberrima ac sanctissima velut prima, in eáque holocaustum Domino litabitis. * Nec enim solemnis Deo dies erit, si à fideli cultore munus non offeratur.] Ergo festiuam diem celeberrimam efficies si holocausto Eucharistico des operam, aut oblationē farinæ pauperibus impendas. Hic planè dies quasi octaua festi Tabernaculorum, *erit cœtus atque collecta*, (non à collectione pecuniæ) quia Hebræi congregabūtur, & conuenient, vt Deo gratias agant, quod post peregrinationem in deserto Tribus Israëliticæ promissā peruenerūt in terrā. Octaua enim hac die à seruili opere abstinebitis.

Festū Tabernaculorum.

Priusquam beneficia accipiamus, nobis actio gratiarum indicitur. Gratitudo morē beneficij gerat.

Dies solemnis operam da holocausto Eucharistico, aut oblationē farinæ impēde pauperibus.

37. 38. HÆ SVNT, &c.] En ferias seu solemnitates Domini, Azymorum, Hebdomadarum, Clangoris, Expiationis, & Tabernaculorum, quas quidem ob sacrificiorum, & ceremoniarum sanctitatem celeberrimas, ac sāctissimas appellabitis. Oblationes Domino, holocausta, & libamenta diuersa pro solemnitatum diuersitate præparabitis. Quæ quidem oportet offerri præter sacrificia, quæ Sabbato offeruntur: & præter dona vestra, quæ vel ex voto, vel sponte Deo litare consuescitis. * Solemniores enim dies specialis obsequij sunt munere colendi quotidianis exercitamentis superaddito.

Diebus solēnibus addēda quotidianis exercitamentis specialis obsequii litatio.

39. 40. 41. 42. 43. 44. A QVINTO DECIMO, &c] Post cunctus ergo fructus vestros congregatos à decima quinta die mensis septem dierum festum celebrabitis. Dies primus festi Tabernaculorum, & octaua huius festi vobis erit vt Sabbatum, siue requies; ab omni enim seruili opere abstinebitis. At die illo primo Tabernaculorum arboris pulcherrimæ nempe citri (sic Hebræi) accipite, ramos palmarum, & ligni densarum frondium id est myrti (sic Chald.) & salices de torrente cædite: & gestantes ramos hosce, ac fructus in Sanctuario coram Domino saltabitis. Solebant veteres sua solemnia celebrare tripudiis. 4. Reg. 6. 14. * Saltatio, ac tripudium non solum a Deo permittitur, sed hîc iubetur, vt doceat licere hominibus iucunditatis excitamenta, dum modo modestia non absit, profante Apostolo, *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete: modestia* tamen *vestra nota sit omnibus.*] Hanc solemnitatem quotannis septem dierum cursu celebrabitis; dum Israëlitica præscripta vigebunt hoc legitimē perdurabit. Mense ergo septimo celebranda vobis indicuntur plures solemnitates, scilicet Tubarum Prima die, Expiationis decima, Tabernaculorum decimaquinta. Septem diebus in vmbraculis habitabitis (in morē tabernaculorum ramis appositis) non quidem continuè (nec enim carcerem, sed festum indico) & de nocte in illis commorando; sed aliquanto tempore interdiù residentes. Omnis, qui ad genus pertinet Israëliticum non aduena, nec proselytus in tabernaculis manebit præscripto temporis spatio: vt posteri vestri ediscant, memoriæque teneant, me Hebræos fecisse absque victus, ac vestitus inopia in tabernaculis habitasse, cum eos de terra Ægypti eductos in Palestinæ adduxi regionem. ego Dominus Deus vester institutionis festorum auctor, ideo eas toto ex corde obseruare tenemini. Porrò implens præceptum sibi à Deo iudictum, Moses Hebræis circa cultum festorum præfata dogmata intimauit.

8.

Cūcta hæc Moses Hebrais indixit.

Non prohibet Deus saltationes, ac tripudia, sed modestiam indicit.

CAPVT XXIV.

Quale debeat esse oleum ad sacras lucernas, quales propositionis panes, aperitur. Blasphemus Dei iussu lapidandus exponitur.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, 3. extra velum testimonij in tabernaculo fœderis

deris. Ponétque eas Aaron à vespere vsque ad mane coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus vestris. 4. Super cãdelabrũ mundissimũ ponentur sẽper in conspectu Domini. 5. Accipis quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: 6. quorum senos altrinsecus super mẽsam purissimam coram Domino statues: 7. & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini. 8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno: 9. eruntque Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto: quia sanctum sanctorum est de sacrificijs Domini iure perpetuo. 10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelita. 11. Cumque blasphemasset nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (vocabatur autẽ mater eius Salumith, filia Dabri de tribu Dã) 12. Miseruntque eum in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. 13. Qui locutus est ad Moysen, 14. dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. 15. Et ad filios Israel loqueris: Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suũ: 16. & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eũ omnis multitudo, siue ille ciuis siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. 17. Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. 18 Qui percusserit animal, reddet vicariũ, id est, animã pro anima. 19. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei. 20. fracturã pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualẽ inflixerit maculã, talẽ sustinere cogetur. 21. Qui percusserit iumentũ, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. 22. Æquũ iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester. 23. Locutusque est Moyses ad filios Israel: & eduxerunt eum, qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARII.

1. *Quale oleũ ad sacras lucernas.*

VERS. 1. 2. 3. ET LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Hęc Moysi Dominus profatur: Cum sacrificia, ac sacrę ceremonię à sacerdotibus nomine totius populi erunt obeundæ, æquum est populum sumptus necessarios exhibere. Iube eis igitur *oleum purum* (sic Hebr.) *contusum in lumen*, scilicet pilo contusum, non torculari, aut mola expressum, quod ita ab amurca non est repurgatum.* Cum videris Regulares tuum accedere ad ostium postulaturi, non graueris; si enim tuo nomine quotidie sacrificia litant, necessaria eis teneris impendere.] Sit itaque oleum id de oliuis purissimum, defæcatissimum ad lucernas Tabernaculi succendendas *Nec enim aptandum lampadibus sacris, quod ad vescendum est oleum ineptum.] Si purissimum fuerit, lucidum erit, id est, ad lucendum aptum *iugiter*, seu singulis noctibus à vespere vsque ad mane; extra velum testimonij, id est, extra sanctum sanctorum. Apponetque eas Aaron, & filij eius, quorum istud est munus, à vespere vsque ad mane: ac similiter mane iterum collocabit eas vsque ad vesperum; vt coram Domino possint fulgurare ritu perpetuo non ad libitum vestrum immutando, sed quandiu vestræ Reipublicæ durabit status, permansuro.

Da Regularibus necessaria subsidia, cum tuo nomine sacrificia litẽt.

Non aptes lãpadis oleũ ineptum ad edulium.

4. SVPER CANDELABRVM, &c.] Præfatæ lucernæ supra candelabrum mundissimum constans auri talento semper apponentur, vt nocte ac die in conspectu Domini è regione mensæ panum propositionis, quæ in anteriori parte Tabernaculi adest, elucescant. *Non sufficit, sacra vasa ex pretiosiore constare materia, si sordida exponantur. Aureum candelabrum indiget repurgari, vt decenter lucernas excipiat.]

Non sufficit preciosa esse vasa Templi in super debent repurgari.

5. 6. 7. ACCIPIES QVOQVE, &c.] Accipies farinam purissimam & ministerio Caathitarũ (quæ vna ex familijs Tribus Leui) conficientur & coquentur duodecim propositionis panes, quorum vnusquisque erit librarum ferè tredecim cum dimidia continens duas decimas, seu quintam partem ephi. Porro vnum ephi tres continet modios, hoc est, vncias 960. frumentique nostratis libras sexaginta, vnus enim modius frumenti libras viginti habet. At quod deest ad numerum vnciarum (aliquot enim deesse supputanti apparebit) addendum propter aquæ pondus farinæ mistę nam tribus farinæ vncijs panis fere quatuor vnciarum conficitur. Hosce panes duodecim duobus ordinibus æqualibus & eleuatis super mẽsam auream quam abstersione purissimam reddes, coram Domino appones, ante velum propitiatorij intra Tabernaculum. Super panes autem thus lucidissimum in vasis aureis repositum collocabis, vt panis hic sit loco memoriale iugis oblationis, quam Hebræi hoc pane Domino litant. Mensa ergo purissima panis excipitur, & super panem thus lucidissimum apposité collocatur: Eucharistia enim & corde mundissimo excipienda, & post eius sumptionem

2. *Panes duodecim super mẽsam apponẽdi.*

thus

thus orationis ad gratiarum actionem adolendum est.]

8. 9. Per singvla Sabbata, &c.] Ne nimium deficcentur panes, aut corrumpantur hi duodecim panes per singula Sabbata mutantur. * Nec enim panis ex eleemosyna dandus est sacerdotibus, aut pauperibus, ita est desiccandus, vt vix canibus prosit, recens sit & speciali studio subactus, quia Domino præparatur edulium.] A filiis Israël hotum panu materia excipiatur, ita vt qualibet Tribus farinam puriſſimam ad vnum panem conficiendum exhibeat: panes verò à Leuitico illo genere conficiantur. * Hinc moneo fœminas pietate conſpicuas, gratum Deo munuſculum præparare, ſi farinam puriſſimam ad Euchariſticam oblationẽ immittant.] Hi ergo panes à filiis Iſraël oblati lege ſempiterna, erunt quaſi ſymbolum perpetuum fœderis initi interme, & populum, illiúſque perpetuò ingerent memoriam. Cedent autem panes hi in vſum Aaronis, ac filiorum & poſterorum eius, vt comedant eos in atrio Tabernaculi Sabbato, & thus repoſitum inſuper, Domino adoleatur Nec extra atrium panes propoſitionis edentur, quia res eſt ſanctiſſima inter Domini ſacrificia primatum obtinens, vnde à ſolis ſacerdotibus eorúmque filiis maſculis in atrio Tabernaculi panes comedendi. * Excluditur à participatione Euchariſtici panis quidquid maſculum non eſt, propoſitum non delinquendi fœmineum ab hac menſa ablegandum.]

Pane dandus sacerdotibus, aut pauperibus, non est deſiccandus, quia Domino præparatur edulium.

Piè fœminæ offerũt farinam ad Eucharisticã oblationem.

Propoſitum nõ delinquendi, ſeu fœmineum, ſeu debile, ablegatur à menſa Euchariſtica.

10. 11. Ecce avtem, &c.] Certè ad cuiuſdam ſuppinati operis executionem filius mulieris Iſraelitidis, ſed ignobilis ex paterna proſapia: vt pote quem mater eius ſiue matrimonio coniuncta, ſiue aliter de viro Ægyptio inter filios Iſraël pepererat. * Profectò probabiliter aſſeruerim, ex illicita commixtione illum ſemi Hebræu prodiiſſe; blaſphemi enim, aut nominis diuini deturpatores infame indicant natalitium.] Hic ergo ira commotus in caſtris, vbi multi aderant teſtes, eſt cum viro Iſraëlita iurgatus, cuius tam patet, quam mater erant ex filiis Iſraël. * Probaneequidem nobilem viri eius natalem modeſta verba; nec enim prouocatus in blaſphemiam proſiliit.] Cumque blaſphemaſſet, verbiſque contemneret excellentiſſimum inter omnia diuina nomina illud *nomen Iehouah*, & maledixiſſet ei, vilipendens, ac deſpiciens eius ineffabilem maieſtatem, qui tali nomine deſignatur: ad Moyſem ſupremum iudicem eſt adductus, & cui reſeruatum docauſis ad Deum pertinentibus iudicare. * Commendabilis illorum zelus, qui blaſphemiam audientes, reum adduxerunt ad Iudicem. Quos quidem æmulaberis, ſi quando aliquem impudentet iurantem audieris, eum prudenti affeceris correptione.] Profectò mater impudentis blaſphemi huius *Salumith*, id eſt, *pacifica* appellabatur. * Miror, ex pacifica matre filium obiurgatorem, ac iracundum exortum eſſe: filij enim plerumque aſſolent matriſſare.] Erat autem hæc mulier filia Dabri de Tribu Dan. * Quam appoſitè ex eadem Tribu Antichriſtus & homo blaſphemus exoriri prædicantur. Antichriſtus enim nominibus blaſphemiæ decorandus.]

3. Blaſphemi ſupplicium.

Blaſphemi, & nominis diuini deturpatores arguũt infime natalitium.

Probat ſe nobile, qui vel prouocatus, maledictis nõ irat.

Cõmẽdabiles, qui audiẽs aliquẽ iuramenta iactãtem, eũ afficit correptione.

Filij aſſolent matriſſare.

Blaſphemus, & iurator Antichriſti referent mores.

12. 13. 14. Miservntqve evm, &c.] Detruditur blaſphemus in carcerem, donec à Domino Moſis ſententia acciperent, quidnam de reo gerendum fuiſſet. * Et quidem quidquid Præſul imperat, à Deo iuberi eccedendum.] Dominus ergo ſic Moſi locutus: Blaſphemiæ reus (Hebr. *Qui perforauit illud nomen*) extra caſtra educatur, & omnes qui audiere blaſphemiam eius capiti manus apponant, teſtantes, ſe audiuiſſe blaſphemiam, & impio capiti deberi pœnam. * Et quando publicè deliquiſſe ſuper caput impij ad lethalem ſententiam non recidit?] Aut certè manus ſuper eius caput apponant peccaturi hoc ritu, vt Deus in eum omnem peccati pœnam deuoluat, ne regionem, aut populum propter vnius ſcelus malis immiſſit atterat. * Quotiens delinquit vnus, & in omnem Vrbem vindicantis Dei ira deſæuiit? Mox itaque blaſphemum vniuerſus populus lapidabit. * O tempora, quando ſi Chriſticola blaſphemans eſſet lapidibus percutiendus, lapides procul dubio deficerent. Nec ſe impunem eſſe blaſphemus agnoſcat; ſemper enim vidi blaſphemis & iuratoris vitam, famam, ſubſtantiam cœlitus dilapidari, cúmque miſerè meſſem grandine vulneratam imitari.]

Quidquid Præſul imperat, à Deo ipſo iubetur.

Publice peccare nunquã nõ recidit ſuper impij caput.

Vno peccante ſæpe in omne populum Dei ira deſæuit.

Nunquã non blaſphemi, ac iuratores diminutus lapidantur.

15. Et ad filios, &c.] Filiis Iſraël dices: Qui auſus fuerit in Deum maledicta iactare, ſuper caput ſuum ipſam maledictionem ſuſtinabit; tanquam delicti pondus deportabit, quod eum coget prouolui, & ab hominibus conculcari. *Viue* (liceat vulgaritee exponere) *arraſtrado el blaſphemo y iurador.* Preme Hebræi vocabuli vim. *qui perforabit illud nomen.* * Profectò perforat blaſphemus, & iurator nomen Dei, & quod in oſſibus non potuit militum rabies, poteſt quodammodo iurator in nomine.] *Portabis* (inquit) *peccatum ſuum.* * En pœna iuratoribus ſemper indicta, portare ſuum peccatum: permitti, vt vna blaſphemia alia flagelletur. Vnde ſi videris hominem tertio quoque verbo iurare, aut peierare, diuinum ſupplicium horribile recognoſce. Pœna enim iuratoris eſt, multa bumeris eius iuramenta velue ſarcinam apponi: *Portabit peccatum ſuum.*]

Perforat, & quaſi cõminuit iurator Dei nomen.

Pœna iuratoris horribilis eſt, permittatur multorũ iuramentorum deportare.

16. Et qvi blasphemaverit, &c.] Et qui blaſphemia Dei nomen affecerit, non pœna arbitraria plectatur, ſed ad criminis execrationem, & horrorem quilibet de populo arripiat lapides, & cuncti ita habeant blaſphemum percutiendi. * Fideles enim omnes debet diuini nominis iniuria afficere, quaſi ſinguli ſimul vulnerarentur.] Cuiuſuis autem conditionis reus exiſtat, ciuis ſcilicet, aut peregrinus æqualẽm debet pœnam lapidationis ſubire. Qui blaſphemauerit nomen Domini vel abnegans quod ei conuenit; vel aſſerens quod non conuenit morte moriatur.

4. Morte moritur, qui blaſphemat, occidit hominẽ, occiditur: oculum pro oculo, &c.

Omnes fideles debet diuini nominis iniuria vulnerare.

17. 18 19. 20. 21. 22. 23. Qvi percvsserit, &c.] Qui iniuſtè hominem interimit, occidatur. At ſi poſt percuſſionem grauem quidem mors non fuerit ſecuta, ſolum ad taliunis iram tenebitur. Qui percuſſerit lethaliter animal, vicarium reddat, id eſt, animam pro anima, ſeu animal viuum pro occiſo animante. Qui maculam ciui irrogauerit

proximum

proximum scilicet percussione, aut vulnere deformans, talionis pœnam subire cogetur. Etenim fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Quale inflixisse vulnus constiterit, tale sustinere, & contra passi pœnam subire cogetur. Qui occiderit iumentum, aut percusserit ita, vt reddatur inutile: aliud reddet animal tanti pretij, quanti erat illud antequam percuteretur: & percussum percutientis cedet vtilitati pecus. Qui autem percusserit hominem, etiamsi neque oculum, neque dentem, neque membrum aliud commouat: nihilominus pro mensura iniuriæ punietur. Æquum inter vos adsit semper iudicium absque vlla personarum acceptatione: siue peregrinus, siue ciuis deliquerit. Cui quidem iudicij æqualitati vos oportet acquiescere, quia ego qui isthæc iubeo, sum Dominus Deus vester.

Porrò Moses ad Hebræos cuncta quæ Deus imperarat, populo edixit, præcipueque quæ circa blasphemi punitionem à Domino audierat. Vnde educitur qui blasphemauerat extra castra de more eorum, qui morti erant addicendi: at in totius multitudinis conspectu lapidibus sub iacuit à populo immissis, Israelitico populo cœlesti imperio obsequium præstante. Non dubium, contra proximum iniurias accrescere, quia talionis pœna non viget *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Attamen si cordatus exaudit illam sententiam: *Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei:* videbit apertius nullam ab homine in proximum iniuriam geri, quæ in irrogantis non recidat caput, Deo ipso inferente supplicium, quod morem iniuriæ gerere videatur.

Deus afficit talionis pœna puniens qui proximo iniurias irrogat.

CAPVT XXV.

Duplex annua solemnitas à Domino instituitur, altera remissionis anni septimi, altera Iubilei.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: 2. Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizes Sabbatum Domino. 3. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligésque fructus eius, 4 septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini: agrum non seres, & vineam non putabis. 5. Quæ sponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terræ est: 6. sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te: 7. iumentis tuis & pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum. 8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem: 9. & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. 10. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redíet ad familiam pristinam: 11. quia iubileus est & quinquagesimus annus. Non seretis neque metetis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, 12. ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comederis. 13. Anno Iubilei redient omnes ad possessiones suas. 14. quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum Iubilei emes ab eo, 15. & iuxta supputationem frugum vendet tibi. 16. Quanto plures anni remanserint post Iubileum, tanto crescet & pretium: & quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit: tempus enim frugum vendet tibi. 17. Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. 18. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore. 19. & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. 20. Quod si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras? 21. Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: 22. seretisque anno octauo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. 23. Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. 24. vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. 25. Si attenuatus frater tuus vendide-

ris

rit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. 26. sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire: 27. computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. 28. quòd si non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vsque ad annum Iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. 29 Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus: 30. si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo. 31. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur, si antè redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum. 32. Ædes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi: 33. si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël. 34. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. 35. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, 36. ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. 37. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges. 38. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt darem vobis Terram Chanaan, & essem vester Deus. 39. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, 40. sed quasi mercenarius & colonus erit: vsque ad annum iubileum operabitur apud te, 41. & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. 42. mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra Ægypti. non veneant conditione seruorum: 43. ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. 44. Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt. 45. Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos: 46. hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. fratres autem vestros filios Israël ne opprimatis per potentiam. 47. Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: 48. post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, 49. & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, 50. supputatis dumtaxat annis à tempore venditionis suæ vsque ad annum iubileum: & pecunia, qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij supputata. 51. Si plures fuerint anni, qui remanent vsque ad iubileum, secundùm hos reddet & pretium. 52. si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, 53. quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo. 54. Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis. 55. Mei enim sunt serui, filij Israël, quos eduxi de terra Ægypti.

COMMENTARII.

1. *Sabbatum custodiendum vt Chanaan, id est terra quiet. Hebr. zee quiet, qui proximo fructificat, spiritualibus aliquando exercitiis dum operā.*

VERS. 1. 2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Adhuc commoranti Mosi apud montem Sinai sic Dominus: Filiis Israël hæc inculcabis: Cum terram Chananitidē obtinueritis pacificè à vobis incolendam, à me donandam obseruate Sabbatum terræ, facite, vt terra septimo anno quiescat. Fructus enim post vnius anni quietem vberiores accurrunt.* Qui proximo fructificat, aliquando, sabbatizet oportet spiritualibus exercitiis hebdomadæ vnius vacans spatio, sic vires colliguntur, sic vberiores fructus præparantur.]

*Ideo Societas Iesu proximis addicta instruendis speciali præscriptione annis singulis spiritualibus exercitiis hebdomadæ saltem vnius studet, vt fructus exerat vberiores in proximorum vtilitatem.

Societas Iesu annis singulis Sabbatizat, spiritualibus exercitiis studens.

2. *Terra requies annō septimo.*

3. 4. 5. 6. 7. SEX ANNIS SERES AGRVM, &c.] Sex annis à tempore, quo cœperis terram colere agrum tuum omni præmissa cultura seres: & totidem circa vineam operas exeres, fructusque & horreo, & vinaria recondes. At annus septimus terræ requiem indicet: vnde nec agro grana sparges, nec abscindes è vinea. At quæ spontè absque hominum cultura profert humus ex messis prælapsæ reliquiis, non metes solito messis apparatu agricolæque agnata auaritia: & vuas primitiarum tuarum (Hebr. נזירך *Nezirecha*, id est, *vuas Nazaræorum tuorum.*) siue vites tuas Nazaræas

Nazaræorũ referentes imaginem, palmitib. quasi coma nõ: putatis, non colliges apparatu vindemię, & auaritiæ: annus enim requietionis terræ est cuius fructus à Domino sine industria cultoris percepti debent non solum fundi, aut Vineæ domino, sed & pauperibus poni.* audiant hæc Episcopi, quibus sinè labore humus germinat fructus vberrimos; strictiori enim lege tenentur non metere, non auarè colligere; sed sibi & pauperibus apparare.] Tibi, igitur], famulis, ancillis, mercenariis aduenis, pecoribusque, quæ absque industria humana adnascuntur, cibum exhibeant. Non enim appropriandi fructus anni septimi dominis prout reliquorum annorum fructus adscribuntur: sed communes esse oportet.* Certe quanto fructus labore tuo minori vberiores exurgunt, tanto largius pauperibus exhibendi.

Debẽt Episcopi quæ nõ seiẽtes, neq; putantes fructũ recipiũt sibi, & paupe rib. apparare.

Quanto vberiores labore tuo minori fructus exurgũt, tãto largius dan di pauperib.

8. 9. 10. 11. 12. NVMERABIS, &c.] Septem hebdomadas annorum, quæ conficiunt quadraginta nouem annos, numerabis: eoque anno quadragesimo nono exeunte, buccina clanges, vt promulges, annum sequentem quinquagesimum fore Iubilei annum. Incipiet autem annus Iubilei simul ac buccina fuerit indictus; quod fiet post scænopegiæ dies octo absolutos propitiationis tempore, seu in die festo expiationis, quod decima die mensis septimi celebrabitur. Porro annum quinquagesimum sanctificabis seu denuncians mihi sanctum, ac dicatum esse, vel populum huiusce anni præparans celebritati. Annum cuncti Hebræi remissionis eum vocitabunt, quia Iubilei annus est: & proclamabis, illo anno fore seruitutum, debitorum, & bonorum, quæ ad alios transierunt, remissionem. Est enim Iubileus, (Hebr. יובל *iobel* à radice יבל quæ significat adducere cum lætitia, ac iubilo) annus scilicet adducens lætitiam libertatis, rei lætæ, & omnium votis expetitæ.* Et quidem Iubileus, qui hominem expiat a crimine, iubilum animo meritò ingerit; quia si ex seruitute peccati mœror, ex libertate iubilus profluit pœnitenti.] At quia in terræ partione singulis familiis possessiones attribuendæ erant (id Iosue gessit) Iubilei anno homo reuertetur ad possessionem suam bona scilicet immobilia, agrum, domum, &c. quæ quidem ad primum dominum tempore hoc sine vllo pretio redibunt. Si enim Hebræi suas vendiderint possessiones, venditio non erit absoluta, sed ad tempus, scilicet vsque ad Iubilei annum. Ista vero venditionis ratio instituta, nè Tribus confunderentur, vt familiæ honestæ, & nobiles in sua honestate conseruarentur, vtque scirent Hebræi, se non tam dominium terræ suæ habere, quã vsum.* O tempora cum primogenia hæreditas, imo Regia substantia venditur, nec Iubilei annus expectatur! solummodo tot peccatorum replicatos mœror potuit omninò à Regnis Iubilei seu libertatis iubilum ablegare.] Porro vniuersæ familiæ ad suas redibunt possessiones ob Iubilei sanctitatem. Hoc igitur anno fructus sponte nascentes, & obuios comedetis carpendo, non metendo, aut vindemiando: nec enim serendis agris anno hoc quinquagesimo, nec putandis viribus danda opera

4. *Agnus Iubilei.*

Ex Iubileo Iubilus, quia à peccati seruitute liberamur.

Ob peccata Regna à Iubilei iubilo sũt priuata.

13. 14. 15. 16. ANNO IVBILEI REDIANT OMNES, &c.] Iubilei itaque anno, eo ipso quod annus Iubilei est, absque vlla mercedis, aut pretij commutatione, cuncti suas redeant ad possessiones. Quando ciui tuo aliquã possessionem venderis, aut emeris ab eo priusquam annus Iubilei aduenerit, ne fratrem contristes maiori aut minori iusto pretio tradens, aut accipiens. Iuxta numerum annorum qui desunt vsque ad annum Iubilei emes à ciue, & ei vendes; quo propius distabit ille annus, res minori pretio vendenda, & quo longius distabit, vendenda maiori, & iuxta supputationem fructuum, qui eo tempore intermedio colligi possunt; vendis enim, aut emis fruges, non possessionem. Quando igitur anni ante Iubilei indictionem sunt plures tanto crescet & fructuum pretium; & quanto minus temporis numeraueris inter rei distractionem & Iubileum, tanto minoris & emptio constabit; cum non sit simpliciter venditio, sed quasi locatio, tempus enim frugum vendit tibi, aut à te emit, non rei substantiam.

4. *Redit possessio Iubilei anno.*

17. 18. 19. NOLITE AFFLIGERE, &c]Nolite contribules vestros afflictione afficere aut debitum rei pretium iuxta frugum copiam, & Iubilei distantiam imminuentes, aut possessionem contrà ipsius Iubilei præscriptum non reddentes: si non timeat vnusquisque eum, qui iniuriam patitur: timeat Deum potentem horribile infligere supplicium. * Iniuria enim in proximum seuerissime à Domino vindicatur.] Præcepta mea moralis vna cũ ipso rationis lumine indita implere, & iudicia tàm ad Dei cultum, quam ad lites spectantia custodite: *vt possitis* in terra promissa patribus vestris sine vllo terrore hostium habitare, & terræ vberrimæ fructibus vsque ad saturitatem potiri. * Nec enim præceptorum Dei violator potest sine terrore habitare, nec terræ saturari redditibus; timor enim & inopia sequitur delinquentem, peccatumque agrorum inhibet vbertatem. Fructibus itaque præceptorũ obseruatores satiabimini nullius hostis impetum formidantes.* Dum enim hostiũ instat incursio, nec saturitatis est tempus, nec suauis bucella potuit inferre voluptatem.

Iniuria in proximũ seuerissime à Deo vindicatur.

Delinquẽtem sequitur timor, & inopia.

Tẽpus belli ineptũ ad saturitatem.

20. 21. 22. QVOD SI, &c.]Si dixeritis, Quonammodo poterimus obseruare præceptũ non serendi ac metendi septimo anno; quia si non serimus, neq; metimus, & quæ sponte germinantur, non possunt sufficere: quid nam edemus? Ego quidem anno sexto meam impertiar agris benedictionem, vt ipsi fertiles vberiori meo ex munere donentur vbertate, vt fructus trium annorum simul valeant proferre.* Si impudica obiecerit fœmina: Legi castitatis præstans obsequium, quid comedam? quibus induar? O stulta, an non Dei benedictio vberiorem, ac securiorem tibi exponit annonam? Te benedictio Dei vacuam relinquet, quæ *implet omne animal benedictione*? Anno octauo seretis & vsque ad messem fructus vberrimi anni sexti interea esui vestro sufficient

5. *Quid anno septimo edendum.*

Haud dicas, Quid comedã, si legẽ castitatis impleo? te enim Dei benedictio implebit, quæ omne animal implet benedictione.

ficient vsque ad annum nonum. Veteribus vescemini, donec tellus noua parturiat.

6. *Sub redemptionis conditione vendenda terra, non in perpetuum.* Deus bona hominibus commodata largitur, ei sunt reddenda. Cur ergo ea dispendis.

23.23. TERRA QVOQVE, &c.] Possessio quælibet immobilis, quæ instar terræ fixa est, haud à priori possessore penitus abdicatur, quia mihi soli competit directum eius dominium, vtpotè illius Creatori, & conseruatori, & quia bona cuncta hominibus commodata largior. O; quam iniquè dispendis, quod à Deo mutuatum accepisti procul dubio reddendum.] Vos autem aduenas & colonos reputate, quibus vsumfructum Chananitidæ terræ concessi. Vnde quælibet possessio vestra in regione adiacens si ad subuentionem pauperum, & vt habeant quibus valeant suæ succurrere egestati, vendi oporteat, sub redemptionis conditione vendetur, vt scilicet non solum anno quinquagesimo redeat ad Dominum; sed etiam ante illum annum redimi valeat. * O tempora, quando ob inopiam miseri agricolæ sine spe redemptionis possessiones diuendunt, penitusque egestati adduntur interminabili: nec Iubilei multiplicati sufficiunt, vt fiat pauperi dilapidatæ substantiæ restitutio.]

Miseri agricolæ sine spe redemptionis fundos vendunt nec sufficit Iubileus, vt fiat eis in vsque emptionis restitutio.

25.26.27.28. SI ATTENVATVS, &c.] Si frater, seu proximus tuus in facultatibus attenuatus inopia pressus possessionem suam stabilem, & immobilem diuendiderit, & propinquo eius placuerit eam redimere, poterit plane, nisi adsit alius magis propinquus, qui eiusmodi velit redimere possessionem. At si venditor propinquum non habet qui rem venditam velit redimere, ac proinde possessio apud emptorem maneat: & ipse venditor in pinguiorem deueniens fortunam, pretium ad redimendum habeat manu quidem, seu labore, industria, aut erogatione acquisitum: non integrum venditionis pretium soluere compelletur; sed computentur fructus, qui singulis respondens anois ex eo tempore, quo vendidit, seruata integri pretij proportione, quod accepit ad annos qui vsque ad Iubileum erant futuri; & quod reliquum est vltrà portionem pretij quæ correspondet tempori quo emptor rem habuit, reddet emptori, sicque suam recipiet possessiunculam minori pretio soluto, quam pro ea acceperat, in gratiam paupertatis. * Gratia enim, quæ pauperis cedit in obsequium, velut rigorosa est iustitia.] Quod si venditoris manus non inuenerit, seu non habuerit, vnde pro redemptione rei pretium exhibeat: emptor possessione illa vsque ad Iubilei annum & non vlterius potietur. Personante enim Iubilei tuba omnis possessio vendita ad possessorem pristinum, qui primò alienauerat omninò redibit * Personante Iubilei seu misericordiæ tuba, redit res legitimo possessori, & totiens clangente tuba iudicij, Ecclesia dum clamitat, *Erunt signa in sole & luna*, quomodo creditoribus non fit restitutio?] * Profectò Iubilei tempus instar debitoribus, vt restituant ablata: & tamen post multorum Iubileorum celebritatem res apud possessorem retinetur iniquum.

Gratia pauperi facta velut rigorosa est iustitia.

Personante Iudicij tuba debet fieri creditoribus restitutio. Iubilei tempus instar debitoribus, item ablata restituenda.

29.30. QVI VENDIDERIT DOMVM, &c.] Existentem non in ruribus, sed intra Vrbem quis vendidit domum, vnius anni interstitio redimendi licentiam habebit. At si anno exacto non redemisse domum comperiatur, emptor pacificè tanquam absolutus Dominus eam possidebit, & posteris eius in perpetum ius cedet hæreditarium. Nec ad pristinum dominum etiam in Iubileo redibit. * Profectò si integro anno corpus tuum animi domum diuendis voluptati, nec pœnitentiæ pretio redimis saltem sacra hebdomada: ita assolet possessoris Diaboli seu voluptatis ius (iniuriam dixerim) roborari, vt nec in Iubileo primo fiat Domino restitutio, Terminationis enim anni sacrilega confessio, & Communio tam difficilem pertinacis animi reddunt pœnitudinem, vt quasi ius perpetuum voluptas acquirat.

Sacrilega Confessio ac Communio terminationis anni seu hebdomadæ sacræ, velut impossibilem reddit pœnitentiã quodammodo.

7. *Domus rurales venduntur in perpetuum.*

31. SIN AVTEM IN VILLA, &c.] Si domus ruralis fit, seu villæ non muratæ, iure agresti vendetur; & prout fundi immobiles, qui quolibet tempore ante Iubileum redimi valent, & si non redimantur, saltem Iubilei anno ad Dominos redeunt: sic domus ruralis si ante annum illud redempta non fuerit, seu iusto pretio recompensata: Iubileo indicto, ad possessorem pristinum reuertetur. Profectò statutum in domibus vrbanis vt post annum redimi non possint, vt frequentiores redderentur Vrbes; libentius enim quis domum emet, si sciat, stabilem sibi fore possessionem. Hac itaque lege ad emendas domos intra muri ambitum inuitabantur emptores: non sic ad emendas rurales domus, vt communitatis bonum commendaretur.* Grata enim admodum Numini ciuium colligatio; ingratus autem, qui à communitate abstractus nisi ad meditationem, aut relaxationem animi ædificat sibi solitudines.] Simul etiam retrahebantur à vendendo domorum Domini, cum scirent se eas in perpetuum amissuros. * Quomodo audes, te diuendere Diabolo tam vili pretio, si non scis, num te in æternum amitties? An te aliquando recuperabis?] Addo, id factum, quia per possessiones, siue domos vrbanas non distinguebantur familiæ: vnde sine confessionis periculo venditio in perpetuum permitti poterat.

Grata Deo communitatis colligatio, abstractio à communitate ingrata est.

Quam stultè te Diabolo vendis ignorans an te recuperabis aliquando.

8. *Domus Leuitarũ semper redimi possunt.*

32.33. ÆDES LEVITARVM, &c.] Non solum rurales, sed & vrbanæ Leuitarum domus semper redemptionis priuilegio potientur. Si autem redemptæ non fuerint anteà, in Iubileo redibunt ad dominos; quia Leuitæ alias possessiones non habent, quam domos. Quemadmodum ergo aliorum possessiones redeunt ad dominos, ita domus Leuitarum, quæ possessiones eorum vnicæ sunt, ad eos redire debent. * Certè domus vnica deberet esse sacerdotis possessio. O tempora, quum aurum, argentum, agri, greges, census vix Leuiticam auaritiam satiat.] Habeant sacerdotes aurum, argentum, frumentum, lanam, vinum, census; sed non possideant, sint pauperes facultatum huiusmodi possessores.

Sacerdos solum deberet possidere domum. Habeant sacerdotes facultates, sed pauperes sint earum possessores.

9. *Suburbana Leuitarum non veneunt.*

34. SVBVRBANA AVTEM EORVM, &c.] Leuitarum verò suburbana, seu spatia Vrbi adiacentia, & quasi sub eius mœnibus sita, à Leuitis minimè diuẽdãtur, nec illa quomodolibet permittantur alienare; quia possessio sempiterna est data toti communitati filiorum Leui, vt ibi pecora eorum depascãtur.

Nullus Regularis, aut ciuis ex antiquitatis iure præsumat, cómunitatis bonis sic potiri, ac si sibi vnicè cederent.

* Si habent suburbana Leuitæ, quonammodo dicuntur vnicè domos possidere? Quia quod est communitatis, meum vnicè non est. Vt subtraxentur socij, qui sic iure præsumpto antiquitatis frui communibus bonis intentant, ac si sibi vnicè pararentur.]

10.
Vsura prohibentur.

35. 36. 37. 38. SI ATTENVATVS FVERIT, &c.] Si frater, seu proximus tuus fuerit ad paupertatem redactus, & manu infirmus, ita vt labore corporis victum sibi parare non valeat: & ideo quasi aduenam & peregrinum exulem à propriis sedibus tua in vrbe receperis, vt tecum degat: non accipias ab eo plusquam ei mutuo dedisti. Excipiendus itaque in vrbem pauper vt ex pietate ciuium viuat, qui quidem infirmus manu sit, nec possit manuum industria, seu corporis labore annonam acquirere. * Nec oportet, permitti in vrbibus diuagari homines ex otiositate magis, quam ex necessitate inopes.] Dei itaque timor cauere te faciat ab opprimendo vsuris fratrem tuum, vt viuere possit apud te, qui quidem alioqui recedet, non potens vsurarum tolerare molestiam. * Cur existimas euacuari oppida? Quia agricolæ aufugiunt non valentes dominorum tolerare exactiones] Non exhibebis ei ad vsuram pecuniam aliquid vltra sortem, quam mutuasti, recipiens: & frugum superabundantiam non exiges pro commodato hordeo, vel tritico. Ego Dominus Deus vester sum, qui hæc iubeo; cuique arctissimo vinculo obedire tenemini, vtpote qui eduxi vos de Ægypto vt exhiberem vobis regionem Chananitidem lacte ac melle diffluentem; cuius liberalitatis exemplo vos proximis munificos debetis ostentare: maximè cum vos ex Ægyptiaca seruitute eduxerim, vt essem vester Deus; méque munificentissimum speciali munificentiæ cultu adoraretis. * Et quidem Dei in nos munificentia ad munificentiam adhortatur in pauperes.]

Nõ permittãtur diuagari in Vrbe pauperes, qui infirmi manu non sint.

Depopulatur Oppida vsurarũ exactio.

Dei in nos munificẽtia ad munificẽtiã in pauperes adhortatur.

11.
De eo, qui se alteri vendit.

39. 40. 41. 42. 43. SI PAVPERTATE COMPVLSVS VENDIDERIT, &c.] Si contigerit, hominem aliquem adeò deprimi paupertate, vt tibi sese diuendat: non est à te opprimendus mancipiorum seruitute: sed sit tibi velut mercenarius, aut colonus, qui ad tempus tantum manere assolet, & mercede agros cólere accepta; & si septimo anno egredi noluerit, (iuxta legem Exod. 21.6.) Solummodo apud te operari cogetur vsque ad Iubilei annum; postea autem liber cum liberis ad patrum possessionem remeabit. Huiusmodi enim homines mei sunt serui & à me ab Ægyptiaca seruitute redempti: ideoque non debent seruorum conditione venundari. * Vt mancipium non opprimas Christicolam, hac mente adduceris: Christi seruus est, ab ipso redemptus à diaboli seruitute. Quomodò vt mancipium opprimam eum, qui vera potitur libertate?] Nè igitur afflictione eum per potentiam afficias, aut retinens seruitute, aut duris premens laboribus; sed metuito Dominum qui iniuriam seruo suo illatam non desinet vlturam. * Meum, inquis, seruum opprimo. Porrò Deus, Meũ, inquit, seruum à tua exactione vindicabo.*

Mãcipium à Christo redẽptũ debes benigne amplecti, non opprimere.

Deus seruũ suũ à tua vindicabit exactione.

12.
De Nationibus futura erant mãcipia.

44. 45. 46. SERVVS &c.] Mãcipia, quę habueritis, sint ex circunstantibus gentiliũ nationibus, & de proselytis, qui licet conuersi sint ad Iudaismum, agnati enim sunt seruituti, & ideo nihil prohibet quominus semper seruituti addicantur. Qui seruitutem peccati originalis ex vitiata progenie exortus incurrit, etiam post redemptionem nescio quid (sic fari liceat) seruitutis primæ sapit: * Hinc pugnax exsurgo, vt Deiparam à communi clade defendam. Illud enim, conceptam fuisse mancipium, etiam post redemptionem, ac sanctificationem nescio quid seruile exponit.] Gentiles quidem, & proselyti, & qui ex his apud Chanaan fuerint exorti serui vestri addicentur, quos hereditario iure transmitteris ad posteros, & quandiù ipsi vixerint, possidebitis. At fratres vestros Hebræos ne per potentiam opprimatis vobis seruos vltra tempus debitum efficiendo.

Deipara ab origine libera fuit, quia si cõcepta mãcipiũ nescio quid postea seruil exponeret.

47. 48. 49. 50. SI INVALVERIT APVD, &c.] Pono, manum aduenæ, seu opera conuersi alicuius de gentilismo ad Iudaismum adeò præualeant vt diuitijs plena exponatur: & Hebræum inopia pressum se ei, aut cuipiam de stirpe eius diuendidisse. Certè post venditionem redimi poterit, quamuis aduena venditus Hebræo redimi nequeat. * Fidelis enim natio priuilegiis semper est honoranda. Ideo vel nomen Catholici, ac Christianissimi Imperij vbique terrarum tam venerabile meruit insonare.] Cui libuerit ex cognatis vel affinibus, redimat eum, etiam si primaria propinquitas non intercedat, scilicet redemptionem gerere potest patruus, patruelis, imò quilibet consanguineus, seu affinis. At si à nullo propinquorum venditus redimatur, & ipse sese redimere valuerit, se redimet non soluendo integrum, quo venditus est, pretium: sed tantum annis à tempore venditionis vsque ad Iubileum supputatis, & alio ex capite pecunia, qua fuerat venditus iuxtà annorum numerum, & ratione mercenarij supputata. Vt hac ratione sciri valeat, quantum pecuniæ collatæ in venditione vnicuique anno eorum, pro quibus facta est venditio, respondeat.

Fidelis natio priuilegiis sẽper est honoranda.

51. 52. 53. 54. 55. SI PLVRES, &c.] Vsq; ad Iubileũ supersunt plures anni? Plus pretij tenearis exoluere. Sunt pauci? Cum eo, à quo seruus Israelita emptus est, ponet rationem iuxtà annorum numerum, quibus suo hero seruiuit, & reddet emptori pretium respondens annis vsque ad Iubileum remanentibus mercibus, quibus ante seruiuit, computatis. Vendidit se quis siclis quadraginta, cum adhuc quadraginta anni essent vsque ad Iubileum: seruiuit annis viginti; pro reliquis annis viginti satis erit viginti siclos in eius redemptionem exhibere. Non affliges enim violenter, nec permittes, vt ob dissimulationem tuam proximus tuus ab aduena grauiter opprimatur tuo in conspectu. Quod si omninò præfata ratione redimi nequiuerit, quia vel caret cognatis, vel inopia laboret, vel ipse careat redemptionis pretio: anno saltem Iubilei liber cum liberis suis egredietur. Mei enim sunt

filij

filij Israel, quos iore belli mihi mancipaui, quum eos de Ægypto excitatis podigijs, delectis hostibus redemptos ed uxi. Fideli cuique mancipium Christicolam haberi sic dies obitus Iubilei annus, & redimat seruum, ob reuerentiam eius, qui prius cruore redemerat dominum, & mancipium à dira peccati, ac dæmonis seruitute]

Fideli obeū[…] sit illa di[…]es Iubilei […]usad re[…] mendi[…] [illegible]

obsequium eius, qui cruore redemerat dominum, & mācipium.

CAPVT XXVI.

Hebræis legis obseruatoribus Deus viginti octo benedictiones promittit; pluribus maledictioni us efficiendos legis asserit violatores.

1. EGo Dominus Deus vester: Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim sum Dominus Deus vester. 2. Custodite sabbata mea, & pauete ad Sanctuarium meum, ego Dominus. 3. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis 4. & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. 5. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit, sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. 6. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. 7. Persequemini inimicos vestros & corruent coram vobis, 8. persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. 9. Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. 10. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis. 11. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiicier vos anima mea. 12. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus. 13. Ego Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. 14. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, 15. si spreueritis, leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum: 16. ego quoque hæc faciam vobis: Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur, 17. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiiciemini his qui oderunt vos. Fugietis, nemine persequente. 18. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra. 19. & conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboque vobis cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam. 20. Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. 21. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagis vestras in septuplum propter peccata vestra: 22. immittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ. 23. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: 24. ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra. 25. inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. Cúmque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium, 26. postquam confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non saturabimini. 27. Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me: 28. & ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, 29. ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum & filiarum vestrarum. 30. destruam excelsa vestra, & simulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, 31. in tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam Sanctuaria

vestra, nec recipiam vltra odorem suauissimum. 32. Disperdámque terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cúm habitatores illius fuerint. 33. Vos autem dispergam in Gentes, & euaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. 34. Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis 35. in terra hostili sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quod non requieuerit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea. 36. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent, nullo persequente, 37. & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum inimicis audebit resistere. 38. peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet. 39. Quòd si & de iis aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua affligentur: 40. donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. 41. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis. 42. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero: 43. quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eò quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. 44. Et tamen etiam cùm essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum, 45. & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu Gentium, vt essem Deus eorum ego Dominus. Hæc sunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & filios Israël in monte Sinai per manum Moysi.

COMMENTARII.

1. *Non facienda idola, festa custodienda, reuerendum sanctuarium, promiscul. tori expositis.*

VERS. 1. EGO DOMINVS DEVS, &c.] Hæc vobis præcipio Dominus Deus vester, in quem tota mente intendere tenemini: Idola minimè confingetis manuum vestrarum opus adoraturi: nec titulos (Hebra. *statuam*) columnas scilicet idolorum statuas sustinentes erigatis, nec in terra vestra exponetis lapidem in idoli speciem conformatum. LXX. *Lapidem scopum*, lapidem, videlicet eminentem, quem instar scopi assidue intueamini, & obseruetis ad colendum in eo idolum. * Non te pudet, à gentilibus lapidem vel scopum semper aspectari, cùm in Deum verum tàm serus intendas? Certe Deitas adoranda idem est ac scopus, in quem assiduè intendere debeamus.] Haud igitur lapidem, ligna, æs adoretis, ego enim Dominus Deus vester, cui soli honor debetur adorationis.

Deitas, instar scopi, in quē assiduè intēdere debeamus.

2. *Festa custodienda, reuerendum Sāctuariū.*

2. CVSTODITE SABBATA MEA, &c.] Sabbata siue festa vobis indicta obseruate, & Sanctuarium reueremini. * En totius obseruantiæ legis epilogum. Nam qui perfectè festa custodit, & Templum reueretur, se ostentat pietate conspicuum, & totius legis obseruatorem; secus festorum, & Templorum contemptores: impij enim ostenduntur agnati quidem legis totius violationi.] Ego Dominus in festis honorandus, & Sanctuarij incola, quem & in festis colitis, & in Sanctuario reueremini.

Qui festa obseruat, & Tēpla reueretur ostēdit se totius legis probabiliter esse custodem. Festorum, & Tēplorū vio.

3. 4. 5. SI IN PRÆCEPTIS, &c.] Si præceptis moralibus lege naturæ inditis obsequamini, si mandata tam ceremonialia, quam iudicialia custodiatis, & impleatis operibus: (* Nec enim sufficit reuereri leges, si actionibus reuerentia non exponatur. Ideo addidit: *Et feceritis ea*, nè fides, ac reuerentia sufficere videretur.)] suis temporibus pluuiæ profluet opportunitas ad terræ fœcunditatem, quo ferax cuncta germina exponet in agris, omnes fructus ostentabit in hortis. Antequam trituram absolueritis, iam instabit vindemia: tanta erit fructuum copia; vt antequam vuas collegeritis iam tempus aderit sationis. Vnde cibo, & potu vsque ad satietatem abundabitis. Nec satietas timore perturbabitur, ab habitatione vestra deturbatis hostibus, quiquidem aut contra vos non audebunt insurgere, aut irruentes facillimo negotio superabuntur. * Profectò terræ sterilitas, ac grassantia bella ex ciuium piaculis exoriuntur.] Cum promittitur satietas ex fructuum vbertate simul pax asseritur futura. * Dum enim pax à ciuibus ablegatur, nulla potest adesse satietas, facultatibus à bello consumptis. Vnde Dauid abundantiam pacis appellauit: *Et abundantia pacis*, quæ quidem in bello minimè potest reperiri.]

lator, legis expositus totius contemptor.

Non sufficit erga legem fides, & reuerentia si opera desint.

Bella & sterilitas ex peccatis oriuntur.

Dum pax ablegatur nulla potest esse satietas.

6. DABO PACEM, &c.] Absque vlla bellorum ciuilium perturbatione fines vestri pace fruentur. Absque nocturni hostis pauore lectulum cubitis, ac somno indulgebitis. Bestias exitiales, quæ veneno, vel feritate assolent territare ciues, ablegabo, nec timebitis hostium incursus. Crescit oratio, exitialior enim hominum hostium quam ferarum occursio.]

3. *Pax adstruenda Hebræis, quorū pauci multis hostibus exitiales Israelis felicitas innuitur.*

7. 8. Perse

7. 8. PERSEQVEMINI, &c.] Hostes dum fueritis: persecuti, tam victores vos ostentabitis, vt deleti ac extincti semper illi vestro in conspectu corruant. Quinque Hebræis militibus centum alieni superabuntur: & centum filij Israël decem millia hostium profligabunt. Tam ingens robur vobis fideliter exequentibus diuina præcepta a Deo exhibebitur, vt non solum æquali armatorum numero confligere possitis, verum & vnus vestrum contra centum ex hostibus consistere, eosque valeat superare. * Non superat hostes multitudo militum, sed fidelitas. Vnde Reges magis consulant militum pietati, quam multitudini, Gedeon cum trecentis innumeros Madianitas strauit. Iudic. 7. 22.] Cadent igitur innumeri inimici vestri vestro in conspectu extrialiter vulnerati.

Nõ superat hostes multitudo militum, sed fidelitas.

9. 10. RESPICIAM, &c.] Vos aspiciam vtiliter, nam crescere, multiplicari, ditarique faciam. * Et quando Deus respicit, & non omnimodam abundantiam exponit?] Instar stellarum multiplicabimini ob insignem fœtuum propagationem pactum complens, quod cum patribus inij, si obseruatores legis extiteritis. Annona abundabitis, quam absumere totam non poteritis, sed eam diutissimè asseruare cogemini, aut nouis fructibus superuenientibus despicere & abijcere. * Et quando hominum agnatæ varietati noua non placuere

Deus respiciẽs nos facit omnibus abundare,

Hominum varietati sẽper noua placent.

3. Deus Hebræos de Ægypto eduxit, qui quidem delinquentes percutiet ingratos.

11. 12. 13. TABERNACVLVM, &c.] Tabernaculum meum, vbi me præsentem exhibeo in medio vestri ad totius populi eruditionem, ac protectionem collocabo, vosque minime abiiciam, sed constanter diligam, & tuebor. Si Tabernaculum aderat, si Templum inter Hebræos extollebatur: quonammodo promittit legis obseruatoribus Tabernaculum apponendum? * Certe quia, infideli populo, Templa perseuerant; sed Deus in eis habitans minimè protegit legis suæ violatores. Vnde eis Templum materialiter solùm extruitur, dum pertinaciter delictis hærescunt. Vobis adero, inambulans vtique non locum mutando, sed vnicuique vestrũ, necessaria ministrando, instar illius, qui hinc atque illuc discurrens locorum prouidet vnicuique: & Deus vester ero curam vobis exhibens specialem; quia vos populus meus specialem cultum mihi litantes. * Nam qualem te Deo exhibueris, talem tibi experieris.) Ego Dominus Deus vester, quem credere debetis ad præstandum omnia, quæ huiusque promisi, paratum: cum sim, qui vos de Ægypto eduxi, ne gentilibus impiis seruiretis: & vincula colli vestri comminui vt erecti incidere valeretis.* O quam curuos nos peccati vincula pondere immenso reddidere!] Quam magno beneficio Dominus nos hisce vinculis liberauit! vnde gratitudinis ergò debemus legis obsequium præstare.

Horribilia trãsgressori legis supplicia expenduntur.

Peccatoribus Tẽpla solum materialiter extruuntur.

Talis tibi Deus, qualis tu Deo existeris.

Curui peccatores ex põdere immẽso criminũ

Debemus obedire legib[us] … [illegible] qui nos … liberauit.

14. 15. 16 Quod si voluntati meæ non acquieueritis, nec feceritis mandata moralia iure ipsius naturæ instituta, & contempseritis leges, quæ ad meum cultum spectant, & iudiciorum ac litium ritus non obseruaueritis, omittens aliquod præceptum ex iis, quę à me præscripta didicistis, & si non seruaueritis pactum meum, vt promisistis, sed quasi nihilum æstimaueritis: non solum benedictiones, quas retuli, non exhibebo, sed insuper incommoda, quæ sequuntur, inferam. visitabo vos seu puniam *velociter* * O quanta Dei ira, cum velociter supplicium infligit, qui segniter, & gressu senili assolet ad supplicia procedere!] Vos itaque in egestate fructuũ loco abundantiæ temporalium bonorum, quã promisi custodientibus legem meam, percutiam.* Iustitiam enim sequitur abundantia, peccatum egestas] Puniam item *ardore* (Hebr. [illegible] *chaddachat*, *altera* siue *morbus regius*) id est, morbo regio, qui oritur ex accensione, & oculis maximè insidet; vnde oculi vestri obruentur caligine, & vitæ vestræ comminuentur. Preme particulas *Qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras.* * Et quomodo poterat cœcitas sine animarum exitio constare?]* Certe ardorem, qui excœcat mentem, & animas consumit, ac destruit, luxuriam affirmarim.] Frustrà sementem tellluri tradetis; vobis enim nullius erit vtilitatis, fructibus ab hoste terram vestram inuasuro vorandis. Vt duplicata tortura afficiamini dùm videritis & vos fame perimi, & hostem vestris frugibus satiari. * Nec excidat à memoria vox illa Hebræa *chaddachat*, siue *morbus regius*, qui quidem *oculos conficere*, seu *excæcare* dicitur. Et quidem cœcitas Regius est morbus. Reges enim plerumque cœcitate laborant; nec enim Regni strages aspectant, quas adulatio satagit operire.]

Segniter assolet Deus ad supplicia procedere.

Iustitiam sequitur abũdãtia, peccatũ egestas.

Ex cœcitate animi exitiũ.

Luxuriæ ardor excœcat mẽtẽ, & animã destruit.

Cœcitas est morbus Regius, seu Regũ est.

17. PONAM FACIEM, &c.] Ad modum irascentis faciem meam contra vos apponam, vt deleamini. * Si solus irati Numinis aspectus tam horribilis impio, quid cum partoriens clamet. *Discedite maledicti?* Quid cum peccatores diro verbere percutiantur. Certe vt horrore homines concutiantur Dominus minitatur: *Tunc videbitis Filium hominis venientẽ.* tunc scilicet statuet faciem contra vos.] Non subiiciemini his, qui vos diligunt: sed his qui exitiali vos prosequuntur odio, quod grauiorem vobis inferet seruitutem. Seruire amanti, nobilis gratitudo: inimico præstare obsequium, intolerabilis exactio.* Vt peccator vicem suam doleat, qui vltroneus seruit inimicissimo, dum seruire posset ei, cuius *iugum suaue*, cuius seruitus Regnum.] Ob timorem diuinitus incussum,* & ob infirmitatem ex crimine profluentem, *nemine persequente*, fugam inibitis.]

Iudicij nouissimi horror.

Peccator vltroneus inimico seruit.

Ex peccato formido.

18. 19. 20 SIN AVTEM NEC, &c.] Si post tot laborum supplicia adhuc vos duros ostentaritis ad obediendum mihi; vehementer multiplicabo correptiones, & supplicia, vt criminum vestrorum multiplicationem contundant. Superbam vestram duritiem laboribus crescentibus conteram. * Vndenam, precor, tot tribulationibus populus Christicola hac tempestate affligitur; nisi quia multiplicatæ iniquitati morem gerunt supplicia?] Ferreum experiemini cœlum, terram æneam; quia nec è cœlo pluuias immittam, nec terra fruges proferet.* Ferreo cœlo ænea est necessariò terra. Vndenam ho-

Multiplicatã iniquitate, multiplicãtur & pœnæ.

mines virtutum germina proferent, si cœlestis pluuiæ, seu sacri verbi, orationisque vnda non fuerint irrigati.] Labor subigendæ telluris, ac serendi opera, putandi exercitamentum, fodiendi molestia feretur incassum; quia nec tellus messes, nec ligna poma proferent. * A crimine etenim sterilitas.

A peccato sterilitas.

℣. 21. 22. SI AMBVLAVERITIS, &c.] Si mihi adhuc aduersi, & inobedientes fueritis, nec mihi obsequium præstare volueritis, audientes præcepta mea: adhuc plagas multiplicabo in criminum vindictam. Immittam bestias feritate horribiles, quæ & vos, & pecora vestra comminuant, vnde ad paucitatem cuncta redigantur. * Imminutionem enim ciuium omnium rerum imminutio sequitur.] Viæ vestræ desertæ fient, nemo enim audebit propter ferarum incursus gerere excursiones. * O Hispanica florentissima Regna, video plagas tuas *in septuplum* iam additas; tanta enim ciuium, ac rerum imminutatio illam sententiam asserunt: *Ad paucitatem cuncta redigant.* An non peccatorum accruationem tot ærumnarum sequitur accruatio. Dum igitur peccata multiplicantur, cuncta imminuuntur.

Imminutionem ciuium omniū rerū imminutio sequitur.

Ad paucitatem cuncta in Regnis reducuntur ob peccatorū multiplicationem.

23. 24. 25. 26. QVOD SI NEC SIC, &c.] At si tot plagis vulnerati, adhuc resipiscere nolueritis, sed mihi fueritis aduersi: ego aduersus incedam quasi hostes vos inuadens, puniens, ac vulnerans, & grauibus, multiplicibusque plagis percutiam ob vestram iniquitatem. Gladius mei fœderis vindex stringetur, cumque irruentibus hostibus vestras in ciuitates, ac Oppida ad alias Vrbes munitissimas confugeritis, si non hostis, pestis vos comprehendet, & innumeris tabe consumptis, reliqui imbelles ex imminutione militum, ac contagij timore, hostium manibus tradentur, & trucidabuntur. Baculum panis, qui vitæ est fulcimentum, confringam, & annonæ ingens erit defectus adeo, vt decem fœminæ tam paucos panes ex modica farina conficiant, vt pluribus furnis non indigeant ad coquendum; sed omnes simul vno in clibano decoquant, & reddant, ac distribuant panes domesticis non pro vescentium libito sed ad pondus exiguum]; quapropter comedetis, & non saturabimini; quia exigua admodum portio famem quidem euacuabit, non extinguet. * O Christiani populi calamitatem supremam, cum Dominus Eucharistici panis sic baculum, aut robur confringit, vt quotidie comedens homo, minimè saturetur. Id enim assolet ab humorum corruptione (morum dixerim) prouenire.

Magna calamitas cum comedens quotidie panem Eucharisticum non satiatur: assolet id à morum corruptione prouenire.

27. 28. 29. 30. 31. 32. SIN AVTEM NEC PER HÆC AVDIERITIS ME, &c.] Attamen si tot inflictis incommodis, adhuc renueritis mihi obedire: sed persistentes in cordis prauitate contra me ambulaueritis: ego aduersum vos incedam in furore contrario, ira enim mea vestris contraria votis existet, & aliis innumeris plagis vestram corripiam iniquitatem. Septem plagas, siue innumera mala vobis inferam, dum tam dira fame vos afficiam, vt filiorum ac filiarum vestrarum carnibus vesci cogamini. An non id omnium plagarum colligatio?] Excelsa vestra seu columnas, ac Delubra in quibus colitis simulacra destruam, idola confringam, vt supremo dolore afficiamini. * Si priuari hominem idololatram simulacris, tam horribilis æstimatur pœna: quid verò Numine Christicolam priuari? Lethali crimine quantum in te est, Deum à tuis commodis turbas omnino, & quasi, ad id munus, in nihilum redigis.] Excisis fanis ad quæ implorantes idolorum auxilia confugieris inter ruinas deperibitis: & abominabitur vos anima mea tanquam quid putridum adeò habens exosos, vt Vrbes vestræ vertantur in eremum, vobis aut diræ neci traditis, aut hostilem translatis ad terram. Quid plura? Desertum efficiam sanctuarium, ita vt nemo ad sacras propter solemnitates litaturus, nec ego sacrificiorum, ac thymiamatis suauissimis delectet suffimentis. Destruam Vrbes vestras, illarum ædificia incendio, aut ruina comminuendo, & ad tantam redigam desolationem, vt vel inimici vestri aspectantes ruinarum reliquias, stupore corripiantur, cum ad eam venerint incolendam. Vos autem maiori reliquos ærumna, ingentiori malo superstites in Gentes dispergam, apud quas non vtcumque captiui detinebimini, sed euaginato gladio vos inimicos persequar hostiliter. Terra Chanaan deserta relinquetur, Vrbes enim, & Oppida adeò obruentur horroris caligine, vt nec barbari audeant inibi collocare tuguria. * Quis enim vel barbarus non contremiscat cum viderit homines ab irato Numine flagellari?

Suprema pœna est, hominem Deo priuari.

Vel barbarus timet, dū videt peccatores à Deo flagellari.

34. 35. 36. 37. 38. TVNC PLACEBVNT, &c.] Tunc grata erit Chananitidi solitudo, vobis enim vacabit eiectis: vnde requiescet in Sabbatis solitudinis suæ, quæ in vestris Sabbatis non requieuit, eo quod illi septimi anni quietem ob auaritiam abstuleritis. Labor igitur seruitutis vestræ, cum apud Gentes degeritis, erit telluri requies. An putatis reliquos ex Hebræis solo seruituris perpetiendos incommodo? Porrò apud hostium regiones eorum corda faciam tanta formidine concuti, vt folij sonitus volitantis illis sit stricta machæra, & nullo concidant persequente. Corruent singuli super fratres suos eo quod nimio pauore percussi gerent se se quasi bella fugientes, qui in inuicem offendere, & cadere assolent super alterum: Nemo vestrum sufficienti se robore pollere videbitur, vt hostibus valeat obsistere, etiam cum non adest decertandi opportunitas. * O ingens formidinis documentum! Quis enim adeò imbellis, & formidolosus, qui cum pace fruitur, non se militem gerat hostibus superiorem?] Inter Gentes peribitis, & vos hostilis terra absumet nunquam ad Chananæam regressuros.

Formidolosus dū pace fruitur, se militē iactat validissimū.

5.

39. 40. 41. 42. 43. QVOD SI ET DE IIS ALIQVI REMANSERINT, TABESCENT IN INIQVITATIBVS SVIS IN TERRA INIMICORVM SVORVM, ET PROPTER PECCATA PATRVM SVORVM, ET SVA AFFLIGENTVR, &c.] Pono ex Hebræis aliquos remansuros: hi quidem propter peccata sua tabe paulatim consumentur. * Nec enim vis externa necessaria est ad peccatoris deletionem, aut comminutionem: ipsum enim

Illis orantibus, Deus miserebitur.

Peccatū pestifera est tabes paulatim comminuens peccatorem.

enim peccatum pestiferi morbi exerit vices, ad ruinam inferendam.] In terra inimicorum suorum propter patrũ crimina filij affligentur. Vt moneantur parentes, abstinere a delictis quæ vel in liberis vulnerantur.] Addent illi & propria piacula, vt afflictio validior insurgat. * Quidquid enim alieno crimine patimur, non ita sauciat præcordia, dum videmus propter aliena piacula innocentiam contundi.] Afflictio hæc eos coget sua crimina, maiorumque iniquitates conficeri, quæ in me perpetrarunt pertinaci cõsuetudine in me rebellantes. *Fęlix ærumna afflictio beata, quæ peccatorem ad viam exerit salutarem?] Ego igitur contra eos, qui cõtra me ambulauerint, inambulabo, adeòque constanti verbere puniã, vt inducam eos in terram hostilem, ibique vehementer extorquam, donec incircumcisũ, ac protetua mens erubescat. Tunc orabunt pro impietatibus suis.* Rubor enim ex delicti fœditate assolet mentem ad pœnitudinem excitare.] Memorem tunc me ostendam obseruatione fœderis mei, quod de custodiendo, ac protegendo populum istum cum Iacob proprio Israelitarum patre, cum Isaac, & Abrahã pepigi. Terræ quoque memor ero ad eam cultores, & habitatores suos reducendo, quæ cum relicta fuerit ab eis complácebit sibi in sabbatis suis, seu quasi delectabitur pro quiete sibi data loco annorũ Iubilei, & remissionis, quos Iudæi obseruare tenebantur: vnde terra illa erit solitudine affecta propter illos annos, quibos coli minimè debuisset. * Si delectabitur terra quiete illa à Iudæis deserta, quomodo Deus promittit se terræ recordaturum, vt rursum Hebræos ad illam adducat? Equidem quia pœnitentes erant reuersuri. Fatigatur terra impiis habitatoribus, requie potitur, cum iustis seruit, cum pro iustis aratro, cum ligone percutitur. Ipsi vero Iudæi laboribus afflicti pro peccatis veniam exorabunt, dolẽtes, quod mea abiecerint iudicialia præcepta, & leges meas, quæ pro diuini cultus decentia à me sunt institutæ, contempserint. * Hinc laborum perpendatur veritas; assolet enim flagellis à Domino inflictis, animi pertinacia confringi.]

Cũ flagellamur ob aliena crimina innocentes, minius percutimur.

Afflictio peccatorem ad viã adducit salutarem.

Rubor ex fœditate peccati mẽtẽ excitat ad pœnitentiã.

Vel terra quiescit, cum iustis seruit quæ impiis grauatur habitatoribus.

Labores cõfringunt animi pertinaciam.

44. 45. Et tamen, &c.] Tam mirabili erga eos afficior pietate, vt cum apud terram hostilem mihi inuisam commorabuntur, tamen eos non penitus abiiciam (præteritum pro futuro ponitur more prophetico, *Non penitus abieci*) Mirum prorsus diuinæ erga eos indulgentiæ documẽtum, non abiicere penitus eos, inter improbos commorantes. * Sicut enim societas sanctorum Deum allicit, vt peccatoribus misereatur: malorum societas eum prouocat, vt dirius insurgat puniturus.] Nec sic eos à me despectos ostentaui, vt omninò cõsume rentur, vnde promissio facta parentibus irrita deperiret. * Sum enim Dominus, cuius solius proprium promissis stare. Homines facile promittunt, sed difficilè assolent, aut nũquam implere.] Deus ergò, & Deus eorum fœderis mei pristini recordabor initi, quando eos de terra Ægypti in conspectu Gentium eduxi. * Illud enim Deum homines eduxisse à seruitute idẽ est, ac pactum inire cum eis, se eis miseraturũ, si quandù ex fragilitate ceciderint. Cum igitur Deus ex Ægypto deduxit Hebræos videntibus Ægyptiis, idem fuit ac pactum inire cũ eis, se illis miseraturum.* Non excidas animis qui ex sæculo eductus apud terram promissionis, seu Religionem aliquando e gratia prælius fragilitate cecidisti. Qui te eduxit ex Ægypto, quodammodo pactum iniuit, se tui miseraturum. Ad preces igitur accurre, vt venia doneris, ego Dominus, qui promisi, & implere dignabor.] Hæ itaque sunt iustæ minæ, ac pœnæ quas Deus legis intentat, & infligit violatoribus: quásque filiis Israel quasi per se ipsũ intimauit apud Sinai montem Mose internũcio. * Cum enim amicus *alter ego*, dum, internuncio Mose, hæ pœnæ Hebræis intimantur *inter se & filios Israel* hæc gesta esse veraciter asseritur. Apte *inter se & filios Israel*. * Nec enim oportebat futuram Hebræorum ingratitudinem antè eorum iniquitatem sic reuelari publicè, vt hostibus innotesceret. Vt doceamur inter nos & ipsos solum, ierrantes esse corripiendos.]

Societas piorũ Deũ allicit, vt indulgeat peccatoribus: societas autem malorũ eum excitat ad diriorẽ vindictam.

Solus Deus infallibiliter implet, quod promittit.

Qui te è seculari Ægypto eduxit, quasi pactũ iniuit, se tui (si aliquãdo cecideris) miseraturũ. Nõ desperes, qui in Religione cecidisti.

Dei amicus quasi Deus ipse.

Corripe errãtes inter te & ipsos solum.

CAPVT XXVII.

Votorum commendatur obseruatio, & quidnam pro eius redemption e gerendum, præscribitur, si tamen vota queant remitti, sunt enim nonnulla, quæ nequeunt redimi. Decimarum denique solutio indicitur.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Homo qui votum fecerit, & spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. 3. Si fuerit masculus à vigesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram Sanctuarij: 4. si mulier, triginta. 5. A quinto autem anno vsque ad vigesimum, masculus dabit viginti siclos: femina decem. 6. Ab vno mense vsque ad annum quintũ, pro masculo dabuntur quinque sicli: pro femina, tres. 7. Sexagenarius & vltra masculus dabit quindecim siclos: femina decem. 8. Si pauper

pauper fuerit, & æstimationem reddere non valebit, stabit coram Sacerdote: & quantum ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit. 9. Animal autem, quod immolari potest Domino, si quis vouerit, sanctum erit, 10. & mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec peius bono. quòd si mutauerit: & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. 11. Animal immundum, quod immolari Domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante Sacerdotem. 12. qui iudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium. 13. quod si dare voluerit is qui offert, addet supra æstimationem quintam partem. 14. Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino, considerabit eam Sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium, quod ab eo fuerit constitutum, venumdabitur: 15. sin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra, & habebit domum. 16. Quod si agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino: iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium, si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venumdetur argenti. 17. Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere potest, tanto æstimabitur. 18. sin autem post aliquantum temporis: supputabit Sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt, numerum vsque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. 19. Quòd si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum. 20. Sin autem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venumdatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit: 21. quia cùm iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet Sacerdotum. 22. Si ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus fuerit Domino, 23. supputabit Sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. 24. in iubileo autem reuertetur ad priorem Dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in sortem possessionis suæ. 25. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. 26. Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere: siue bos, siue ouis fuerit, Domini sunt. 27. Quod si immundum est animal, redimet qui obtulit, iuxta æstimationem tuam, & addet quintam partem pretij, si redimere noluerit, vendetur alteri quantocumque à te fuerit æstimatum. 28. Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. 29. Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur. 30. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. 31. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum. 32. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. 33. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur: si quis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. 34. Hæc sunt præcepta, quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israël in monte Sinai.

COMMENTARII.

1\. *De Voto & sponsione, eiusque redemptione.*

VERS. 1. 2. 3. 4. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Moysi Deus profatur: Hæc indices Hebræis: Homo qui votum emiserit, aut spoponderit se ipsum diuino seruitio mancipare, vt scilicet aquas deportet, vel ligna ad sanctuarium; vt verrat atrium, vt subseruiat Leuitis: & redimere se voluerit à voti obligatione: sub æstimatione, quæ hic taxatur pretium exhibebit. Si fuerit masculus ab anno vigesimo vsque ad sexagesimum quinquaginta siclos iusti ponderis sanctuarij exhibebit argenteos. Si autem fuerit fœmina cuiusuis ætatis, triginta præstabit. * Votum enim aut promissio fœminæ non tanti est ponderis adiudicanda, cum ex fœminea soleat leuitate profluere.

Votum, aut promissio fœminarū, solet ex Leuitate profluere.

5\. A QVINTO AVTEM, &c.] Si parentes quinquennem, qui vsu rationis caret vouere non potest, Deo deuouerint infantem; pro masculo viginti sicli, pro fœmina decem exponentur. Si puellulum vnius mensis vsque ad annum quintum parentes deuouerint: quinque sicli pro masculo, tres pro fœmina exhibebuntur. At sexagenarius & vltra, qui ad decrepitam tendit ætatem, si masculus sit, quindecim siclos, si fœmina, decem reddere tenebitur. * Sexagenarius itaque minus reddit quam masculus à vigesimo vsque ad sexagesimum exclusiue; quia senilis ætatis labores facilius remittendi.]

Senilis ætatis labores facilius remittendi.

8\. Si

8 SI PAVPER FVERIT, &c. Si qui vouit fuerit pauper, & non potuerit voti exhibere æstimationem: ad sacerdotem etiam minorem accedet, eo tempore ministrantem, qui quidem pensata vouentis penuria, & rerum exigentia decernet, quid ille proferre debeat: & tantundem solummodo tali debit. * O si paupertati agricolarũ sic à Principibus consuleretur. Præfecti debuissent eorum pensare inopiam, ne tributorum plus redderent, quam valent.]

Agricolarũ pensetur inopia, ne ab eis plus tributi exigatur, quã reddere valeãt.

9. 10. ANIMAL AVTEM, &c.] Vouet quis animal ex iis, quæ ex legis præscripto possũt Domino immolari erit sanctum, id est agnatum sacrificio, & immolationi, & mutari non poterit alio pro illo exposito qualecumque sit illud aut maioris pretij, aut minoris. * Cauet enim hoc symbolo Legislator, nè cum te Religionis holocausto deuoueris, & potes Domino immolari, credas satisfacere promissioni, dum æstimationem cogitas exhibere.] Tẽpurariis muneribus Deus non delectatur, ipsũ hominem expetit offerri. At si animal, quod quis vouit, forte mutauit, Deo officiatur vtrũque, nec licebit ad vsus deflectere profanos. * Sola enim intentio oblationis rem constituit augustã. Ergo structior iure sanctus iam Domino Religiosus iniquissime ad profana teneret.]

Si te Deo vouisti, vt Religionis seruitiis holocausto, te ipsum redde, nec cogites aliud manus pro te litare.

Sola intentio offerẽdi rẽ aliquam, eam reddit augustam, & sanctam.

11. 12 13. ANIMAL IMMVNDVM, &c.] Vouet autem quis immundum animans, quod ex legis præscriptione immolationi est ineptũ: ad sacerdotem accurrat, qui postquam adiudicauerit an animal possit offerri, nec ne, pretium pro voti commutatione decernet. Si animal immundum erat, cur adhuc sacerdotali subest iudicio, vt decernat, *vtrum bonum sit, an malum?* * Vt edoceamur, eadem ipsa, quæ nobis aut mala, aut bona esse quasi euidenter apparent, sacerdotis, seu Confessarij iudicio deferenda. Multa enim bona reputamus, scilicet reuelationes, illustrationes: quæ sacerdotali iudicio peculiaris circumstantiis, mala esse comperiuntur; & è contra multa nobis ingerunt suspicionem, quæ sacerdotali sententia approbantur.] At si pretium à sacerdote assignatum vouens reddere paruerit, quintam adhuc partem supra æstimationem exhibebit; * nè faciles sint vouentes ad redimendum, quod semel Deo votum erit.] Non potest iumentum immolari? poterit ad Sanctuarium deportare ligna, poterit Leuitis deseruire.

2. *Qui vouit animal immundum.*

Etiam ea quæ euidẽtia esse iudicamus circa spiritualia incremẽta, debemus ad sacerdotem deferre, vt iudicet, quid credere teneamur.

Ne sis facilis, ad redemẽdũ, quod semel Deo vouisti.

14. 15. HOMO SI VOVERIT, &c.] Domum suam quis Domino per votum consecrauit: eam sacerdos attente consideret, vtrum magni, an parui sit pretij: & iuxta sacerdotalem æstimationem in vsum sacrum venundabitur. Attamen si vouens, eam voluerit pretio redimere, addita quinta parte supra æstimationem, domu rursum iam sua potietur. * Ediscant Confessarij, non ostentari nimium mites circà votorum commutationes, nè indulgentia nimia, vouentes faciat ad implenda promissa spe commutationis segniores.]

3. *Si vouit quis domũ, venũdatur sacerdote valorẽ taxante.*

Cõfessarij nè sint nimium mites ad votorũ cõmutationem.

16. 17. 18. 19. 20. 21. QVOD SI AGRVM, &c.] Si quis agrum, quem vt suum, & proprium possidet Deo vouet, & consecrat: eius pretium iuxta mensuram sementis debet æstimari. V. g. terra est sufficiens triginta modios hordeaceæ sementis excipere? Quinquaginta argenteis siclis annuis venundetur. Quod si agrum vouerit ab inchoantis Iubilei anno, tanti æstimetur, quantum sine vllo respectu valere potest. Vt scilicet pro agro, qui triginta modiis hordei seritur, dentur quinquaginta anni sicli: & sic proportione de reliquis. Sin autem quis agrum suum vouerit; nec redemerit à sacerdotibus: cum annus Iubilei aduenerit, non recipiet agrum suum; & si sacerdotes antè annum Iubilei agrum illum vendiderint, anno Iubilei ad ipsos sacerdotes redibit: non autem ad priorem dominum. Verum quia Leuitæ possessiones habere non possunt, cum in anno Iubilei agrum illum receperint, vendent alicui ex ea Tribu, ex qua erat primus possessor, ne Tribuũ possessiones cõfũdãtur. Igitur si ille, qui vouerat voluerit agrũ redimere, addita quinta parte æstimatæ pecuniæ, eũ possideat. At si redimere nequiuerit, & cuivis alteri fuerit venditus: nullus poterit redimere, nisi ille qui vouit, quia aduentante Iubilei anno ager Domino consecratur, eiusque ius sacerdotum cedit ad vsum.

4. *Quis vouit agrũ iuxta mẽsurã sementis pretiũ æstimetur.*

22. 23. 24. SI AGER EMPTVS, &c.] Si quis emit agrum, *& non de possessione maiorum,* id est, & antè quam à venditore redimatur, & in eius maiorumque possessionem redeat, vouerit illum Domino: Sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad Iubileum supputet pretium: & Domino litabit, ager autem, Iubileo aduentante, ad priorem Dominum, qui vendiderat, redibit: quia qui vouet, non poterit aliud per votum offerre, quam ius, quod habebat possidendi vsque ad annum illum quo omnia ad proprios Dominos suos reuersura.

25. OMNIS ÆSTIMATIO, &c.] Quælibet æstimatio gerenda siclo Sanctuarij ponderetur, non quod diuersum habeat à vulgari siclo valorem: sed quia in sanctuario legitimum pondus asseruatur, vt monetæ adulteræ reformentur. * Quid, quæso apud sanctuarium pondus legitimum residere significat? Mores sacerdotales sæcularibus moribus magisterium exhibeant, vt hi iuxtà illorum regulam efformentur.]

Mores sacerdotales sæcularibus magisteriũ, ac regulam exponunt.

26. 27. PRIMOGENITA, QVÆ AD, &c.] Quæ Domino sunt immolanda necessario ratione primogenituræ, nemo voto sanctificet. Proh Dei noua in lege pietatem, qui etiam quæ èx præcepto tenemur reddere, sub votum cadere non dedignatur! * Vnde perfectionis studiosi, qui iam cunctas legis obseruationes Deo veluti primogenita litarunt, assolent votum addere, ad meritorum incrementum. Domino bouis aut ouis reddendum primogenitum est, ideóque voto offerre non cures. Si autem animal primogenitum fuerit immundum, qui obtulit, redimere poterit illud iuxtà tuam, ô Mose & vicariorum tuorum æstimationem, quinta pretij parte superaddita. Si redimere nequeat, poterit alteri vendere, non tenebitur; nam si is, qui obtulit, redimere noluerit, nihil obstabit, quominus animal illud sibi sacerdos valeat retinere. Porro si vendere alteri voluerit, id iuste poterit iuxta tuam æstimationem pretium exhibente, qui emit.

Laudabiliter voto obstrĩmas, quod ea lege teneris obseruare.

28. Omne

5.

Votũ anathematis non venditur, nec redimitur.

Religiosorũ Vota anathematis sũt vnde anathema erit violator.

28. 29. 30. OMNE, QVOD, &c.] Omnia, quæ Deo vouentur eo genere voti, quod dicitur ἀνάθεμα Græce, Hebr. חרם *cherem*) *anathema*, vendi aut redimi non poterit, quia hæc est (statuente me) peculiaris huius voti natura, vt quod per illud vouetur, absolutè, perfectè, & irreuocabiliter Deo debeat consecrari.* Existimet Religiosus, se vota anathematis emisisse, cum paupertatem, castitatem, ac obedientiam perpetuam obtulit: vnde anathema erit, si anathematis violet promissionem] Itaque siue homo siue animal, siue ager voto anathematis fuerit oblatus, nec vendi, nec redimi valebit Et omnis consecratio (Hebr. *cherem* seu *anathema*) quæ ab homine consecrata fuerit, si occidi possit, aut si occidere liceat, vt si sit mundum animal aut si hostes fuerint morti à me addicti, occidatur, minime redemptionis gratia potietur. Porro huius exemplum habes Num. 21. 2. vbi Chananæi ab Hebræis voto *Cherem* deuoti ad internecionem fuere succisi. Sic quidquid semel fuerit Domino consecratum per modum execrationis ad diuinæ iræ ostensionē, sanctum sanctorum Domino erit, instat enim rerum sanctissimarum, nulla tenus ad vsus connecti licebit humanos: sed penitus deleri, ac destrui * Ec coinam humanæ poterit vtilitati cedere quod execrationis tabe fuerit affectum.]

Quod execrationis tabe affectum est, nulli vsui humano vtile esse poterit.

31. 32. 33. 34. 35. OMNES DECIMÆ TERRÆ, &c.] Omnes decimæ, quæ de fructibus telluris obuenient tam de frugibus, quam de pomis arborum, Domini sunt iure speciali, quia sibi eas Conditor reseruare voluit: & illi ad Leuitarum victum sanctificantur. Si quis voluerit suas redimere decimas, etiam valorem decimarum reddet, & addet insuper quintam partem. Nunquam voles redimere quod Domino fructuum debes, nisi addito pretio. Quia dum ex redemptione decimæ curas tibi aliquod acquirere commodum, eo ipso incommoda præparas subeunda.] Quidquid decimum venerit, in sigillata enumeratione, boum, ouium, & caprarũ, quæ pastoris regimini subdūtur, quasi sanctum Domino in Leuitarum iura transeat Haud eligetur inter bonũ aut malũ, nec fiet discrimen inter pingue, ac macilentum, nec altero commutabitur, sed quod sorte contigerit, exhibebitur. Cæterum si quis mutauerit animal veniens decimo loco volueritque pro eo aliud exhibere: in auaritiæ pœnam, absque recuperationis spe, amittet vtrumque, iuriique addicetur Leuitarum. Nè ansa exhibeatur eligendi Domino deterius animans, ex hominũ auaritia, nec melius animal sibi volt Dominos separari. *Bono aliquãdo renũcia, ne malo ansa valeat exhiberi.] Hæc sunt præcepta, quæ intra vnius anni spatiũ apud mōtē Sinai, vbi castra metatus est populus (à tertio die tertij mensis anni primi egressionis de Ægypto vsque ad vigesimam diem mensis secundi, anni secundi) Hebræis suo nomine indicenda Mosi præscripsit.

Cum aliquid ob tuum cōmōdum decimarũ redimere curas, incōmoda potius acquiris.

Aliquando bono renũcia, ne malo ansa exhibeatur, nisi ex lege renearis.

LIBER

LIBER QVARTVS COMMENTARII LITTERALES, ET MORALES IN NVMEROS.

PROLVSIO.

Liber hic Græcè & Latinè Numeri inſcribitur, quia à cenſu, & numeratione populi incipit, & quia multæ numerationes hoc libro percenſeantur, Bellatorum, Primogenitorum, Leuitarum, in deſerto Manſionum. Dum video Hebræos bellatores, primogenitos, Leuitas, deſertique manſiones ad numerum efferri, exulto de Dominæ meæ Deiparæ immenſitate, cuius priuilegia, ac gratiæ nullatenus poſſunt numeratione æquari. Quare Berſabee merito appellatur à Richardo Laur. lib. 2. de Laud. Mar. *Ipſa eſt Berſabee, id eſt, puteus ſeptem, quæ peperit ſufficientiam omnem.* Puteus ſeptem dicitur, quia hic numerus in ſacris pene innuit infinitatem. Tam immenſæ ſunt huius ſalutaris putei vndæ, vt proferens omnium ſufficientem gratiam, quæ eius interceſſione præſtatur, ipſe profunditatem, ac immenſitatem pelagi imitetur. Vnicum illud Mariæ numerum recognoſco: *Septem*, id eſt, omnium numerorum gratiarum, & priuilegiorum pene infinitudinem.

Rihard. Laur.

CAPVT I.

Numerus Hebræorum à vigeſimo anno, & ſupra per ſingulas Tribus initur, Leuitis exceptis 603550. ſunt inuenti.

1\. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorum ex Ægypto, dicens: Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſraël per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum, quidquid ſexus eſt maſculini 3. à vigeſimo anno & ſupra, omnium virorum fortium ex Iſraël, & numerabitis eas per turmas ſuas, tu & Aaron. 4. Eruntque vobiſcum principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis. 5. quorum iſta ſunt nomina De Ruben, Eliſur filius Sedeur. 6. de Simeon, Salamiel filius Suriſaddai. 7. de Iuda, Nahaſſõ filius Aminadab. 8. de Iſſachar, Nathanaël filius Suar 9. de Zabulon, Eliab filius Helon. 10. Filiorum autem Ioſeph, de Ephraim, Eliſama filius Ammiud De Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. 11. De Beniamin, Abidan filius Gedeonis. 12. de Dan, Ahieſer filius Amiſaddai. 13. de Aſer, Phegiel filius Ochran. 14. de Gad, Eliaſaph filius Duel. 15. de Nephtali, Ahira filius Enã. 16. Hi nobiliſſimi principes multitudinis per tribus & cognationes ſuas, & capita

exercitus Israël: 17. quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine: 18. & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum, à vigesimo anno & supra, 19. sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai. 20. De Ruben primogenito Israëlis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentium ad bellum, 21. quadraginta sex millia quingenti. 22. De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vegesimo anno & supra procedentiū ad bellū, 23. quinquaginta nouem millia trecenti. 24. De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes, qui ad bella procederent, 25. quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. 26. De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationum suarum. per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 27. recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. 28. De filiis Issachar, per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum, à vigesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederent, 29. recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti. 30. De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 31. quinquaginta septem millia quadringenti. 32. De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo annno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 33. quadraginta millia quingenti. 34. Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 35. triginta duo millia ducenti. 36. De filiis Benjamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 37. triginta quinque millia quadringenti. 38. De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 39. sexaginta duo millia septingenti. 40. De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 41. quadraginta millia & mille quingenti. 42. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 43. quinquaginta tria millia quadringenti. 44. Hi sunt, quos numerauerunt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israël singulos per domos cognationum suarum. 45. Fuerúntque omnis numerus filiorum Israël per domos & familias suas à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, 46. sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. 47. Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. 48. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 49. Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel: 50. constitue eos super tabernaculum testimonij & cuncta vasa eius, & & quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. 51. Cùm proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigét: quisquis externorum accesserit, occidetur. 52. Metabuntur autem castra filij Israël vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitū suū. 53. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij. 54. Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

COMMEN

COMMENTARII.

I. Numerãdi masculi Hebræorũ.

VERS. 1. 1. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Apud Sinai desertum (dum duodecima mansione populus potiretur) in sancto sanctorum, & Propitiatorio, secundi mensis die prima anno secundo egressionis Israëlitarum ea Ægypti captiuitate, hæc Dominus Mosi profatur: Vniuersæ cõgregationis Hebræorum per cognationes & familias summam percense, nominum expressione. Vt quemadmodum in deserto hoc alius census populi fuit initus ante fabricam Tabernaculi pro contributione ad eandem excitandam: nunc secundo populus numeretur ad castra melius, & ordinatius instruenda, & vt exactius constet populi numerus, aptiusque castra circa Tabernaculũ disponãtur. *Addidetim, & vt Moses Præsul subditos cunctos ex nomine nosceret quomodo eum Rector subditum diriget ad salutem, cuius non solum mores non vidit sed nec audiuit appellationem. At hæc recensio sit Israëlis filiorũ. Nulli enim proselyti, aut Ægyptij, aut ex aliis gentibus oriundi, quorum magna inter Hebræos multitudo, sunt numerandi. * Apud Deum minimè agit numerum, qui pleno ore verè Israëlita non possit appellari. Iusti solummodo in Dei catalogo recensentur.] Omnes masculi à vigesimo anno & supra per turmas suas, seu *per vexilla* (sic Chald.) Omnes Israëlitæ à te & Aaron adnumerentur, qui apti bello comperiantur. Fœminæ, & pueri ad bella inepti, hic autem summa virorum fortium, quorum vsus in bello esse poterat etat ineunda. * Quam inepte ad temporaria certamina coguntur iouenes indisciplinati, & qui incapaces sunt eruditionis? Certe vidi pueros ad exercitum trahi. Quidnam paruulus ille nisi fugæ timulum meditabitur?] Porro ætas à vigesimo anno & supra apta militiæ: omnes qui numerati sunt erant fortes viri Israël beneficio cælesti. *Non erat in Tribubus eorum infirmus.* *qui se ad obeunda bella strenuũ viderit, intelligat cœlesti munere accepisse, & actioni gratiarum studium impendat.

Præsul subditos ex nomine agnoscat.

Dei catalogus solos iustos recẽset & numerat, & scribit.

Inepte pueri coguntur ad exercitũ nihil nisi fugã meditaturi.

Strenuitas ad bella diuino speciali munere accipitur.

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ERVNTQVE VOBISCVM, &c.] Dixi, ô Mose, te & Aaronem futuros numeratores præcipuos. Attamen quasi coadiutores, ac ministri vestri ad id munus aderunt Principes Tribuũ ac domorum; vt ex relatione & directione primogenitorum commodius populi descriptio perficiatur, primogeniti enim dicuntur esse Principes in cognationibus seu Tribubus suis: quorum en nomina. Elisur filius Sedeur ea Tribu Ruben, Salamiel filius Surisaddai de Tribu Simeon, Nahasõ filius Aminadab de Tribu Iuda, Nathanael filius Suar, de Tribu Isachar, Eliab filius Elõ de Tribu Zabulon, Elisama filius Ammiud de Ephraim filio Ioseph, Gamaliel filius Phadassur de Manasse Ioseph eiusdem filio, Abidan filius Gedeonis de Tribu Beniamin, Ahiezer filius Amisaddai de Tribu Dan, Phegiel filius Ochran de Tribu Aser, Eliasaph filius Duel de Tribu Gad, Abira filius Enan de Tribu Nephehali. * Adnoto, primogenitos domus Principes vocitari, quos Dominus iubet Mosi, ac Aaroni in recensione Hebræorum addici, & quia maiores natu honorandi & quia immediati familiæ Rectores aptius agnoscerent, quinam essent adnumerandi. Cum aliquod ad munus capetieris recte virum eligere, *ad illos, quibus eligendi nota aptitudo, accurre.]

I. Principes Tribuũ cum Mose numeraturi assignãtur.

Familiarum Principes cõsulẽdi, ad electionẽ gerendã viri ministerio addicendi.

16. 17. 18. 19. HI NOBILISSIMI PRINCIPES MVLTITVDINIS PER, &c.] Hi erant nobilissimi Principes Tribuum, primogeniti scilicet, qui directe à Patriarchis Ruben, Iuda, &c. primogenitorum procedunt ea linea. Et Principes familiarum illius familiæ primogeniti. Pro *Hi nobilissimi* Hebr. est, *Hi inuitati*, quæ quidem vox *inuitati* pro magnatibus nominatis, illustribus, aut fama inclytis accipitur. *Hi enim inuitantur, & ad illustria, & commoda quæque (haud pauperes & despecti) vocantur, & eliguntur.] * Solus Deus pauperes inuitat ad cœnam, & qui Dei spiritu agitur. Hi simul erant Duces, & capita exercitus Israël. Quos quidem Principes tulerunt Moses, & Aaron vt numerarent ipsi, & cum Mose, ac Aarone omnem vulgi multitudinem numerarent. * Prius apte ad numerum adducitur qui alios est numeraturus. An licebit ludere verbis vulgaris idiomate? *De primero cuenta de si, quien laba de contara otros.*] Debito ordine dispositos cunctos congregauerunt mensis secundi prima die præfati anni secundi ab egressione ex Ægypto. Eo enim ipso die, quo Deus præceptum dederat Moses, & Aaron Israëlitarum cœperunt gerere numerationem *Ad fidelitatem serui non solum attinet executio, sed celeritas. Numeratio itaque geritur recensitis Hebræis per Tribus suos, domos, familias capita? & facta vniuersorum tàm in communi, quàm in particulari computatione, describuntur singulorum nomina à vigesimo anno & supra, vti Deus Mosi imperarat Numeratique sunt apud Sinai desertum tot viri Israëlitæ, quot inibi prius, antequam Tabernaculum construeretur, fuerant recensiti.

Nobiles idẽ quod inuitati. Hi enim, (non pauperes) ad quæque cõmoda eliguntur. Solus Deus suã inuitat inopes ad cœnam. Numeretur prius qui alios est numeraturus.

Seruum fidelẽ decet executio, Domini imperij, & celeritas impletionis.

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. DE RVBEN PRIMOGENITO, &c.] Tribus & Patriarchæ ordine thori adnumerantur, primo filij vxoris Liæ, tum filij Rachelis, tandem filij ancillarum. De Ruben ergo primogenito Iacobi secundum ætatem, quamuis non secundum dignitatem primogenito. * (Ille à parente, primogenitus reputetur, & præcipuè honoretur, quem non ætas, sed merita cunctis fratribus præposuere.) facta numeratione per generationes, familias, ac domos (generatio hîc latius patet, quam familia, ac domus, & vna generatio, seu gens plures familias, domosque amplectitur.) à vigesimo anno & supra inuenti sunt appositi bello quadraginta sexmillia quingẽti viri, haud numeratis senibus reliquisque

Ille à parente primogenitus reputetur, quẽ non ætas, sed merita omnibus fratribus præponant.

proucctæ ætatis imbecillibus. De filiis Simeon, qui sub vexillo Rubenitarum castrametabantur, apti ad bellum inuenti sunt quinquaginta nouem millia trecenti. De filiis Gad, qui vna cum Rubenitis, ac Simeonitis plagam castrorum meridianam postea occuparunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta. De filiis Iuda vexillum ad Orientalem plagam expandentibus recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. De filiis Issachar vexillum Iudæ sequentibus, quinquaginta quatuor millia quadrigenti. De filiis Zabulon Iudæ etiam sociis quinquaginta septem millia quadringenti fuére annumerati.

32. 33. 34. 35. 36. 37. De filiis Ioseph, filiorum, &c.] Iam Rachelis vxoris filij recensentur. De Ioseph nepotibus filiis quidem Ephraim cenentibus vexillum occidentale à vigesimo anno & supra ad bellum appositi recensiti sunt quadraginta millia quingenti. At de nepotibus Ioseph filiis quidem Manasse, qui socij aderant Tribus Ephraim, triginta duo millia ducenti. De filiis autem Beniamin simul cum præcedentibus propetantibus, triginta quinque millia quadringenti annumerati fuere.

38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. De filiis Dan per generationes, &c.] Filij ancillarum iam procedunt ad numerum. Porto de filiis Dan partem castrorum Aquilonarem occupantibus à vigesimo anno & supra ad certamina apti annumerati sunt sexaginta duo millia septingenti. De filiis Aser sub vexillo Dan militantibus, quadraginta millia & mille quingenti. De Nephthali autem filiorum Dan, & Aser sociis quinquaginta tria millia quadringenti recensiti fuere. Hi sunt, quos Moses, Aaron, & duodecim Israel Principes annumerarunt, prius singulos per domos Tribuum suarum diuidentes, & postea vnumquemque expresso nomine ad censum reuocantes. Igitur recensiti cuncti à vigesimo anno & supra ad certamina appositi hunc expleuére numerum: sexcenta etia millia quingenta quinquaginta. 604550.

47. 48. 49. 50. Levitæ autem in Tribu familiarum, &c.] Porrò Leuitæ in Tribu familiarum suarum cum reliquis Tribubus annumerati non fuére, quia in castrorum metatione cum aliis Tribubus non collocabantur, eo quod circa ipsū Tabernaculum eius ministeriis versabātur deputati; ideoque à duodecim Tribubus secreti fuerunt tanquam pars, & Tribus Domini, eius dicata obsequiis. * Cum populus omnis ad certamina procedit, vult Dominus sacerdotalem ordinem sacro solùm ministerio addici, nihil de bellica expeditione curare. Profectò dum temporaria subsidia à sacerdotibus exiguntur, iam certo modo cōguntur ad bella procedere, contra Dei præscripta.] * Dei tribus solummodo debet extensis manibus cum Mose dimicare gladio precum.] Ideo Dominus Mosi præfatur: Abstine à Leui-

Dū sacerdotes ēporaria subsidia cogūtur ad certamina tedere, eo no modo ad bella procedere cōpelluntur. Sacerdos solū debet dimicare precib.

ticæ Tribus numeratione, nec summam Leuitarum cum Israel filiis commisceas: longè diuersum munus, longe diuersa sit æstimatio. Eos constitue Tabernaculi accolas, vasorum eius, ac externarum ministrationum curam exerant singuli iuxta functionem suam. Ipsi Tabernaculum deportabunt, quando castra erunt dimouenda, & vasa ministrationum sanctuarij: & intendentes diuino coltui in his, quæ lex vnicuique præscripserit, adstarunt iac per gyrum Tabernaculi metabuntur figentes tentoria sua in atrij circuitu à parte illius externa: ad quem locum nullatenus aliis Israelitis patebit accessus. * En sacerdotum separationem Non gerit sacerdos cum sæculari cœtu numerum; ad altiorem ordinem pertinere quis dubitet? An Angelus, an Deus vulgarem vertetur in numerum? An non Dominus dictauit, *Ego dixi, Dij estis?* * Cur ergò tam stricta est sacerdotibus, & Religiosis cum vulgatibus homuncionibus consuetudo?] Qui præcipit Leuitas cum sæcularibus militibus haud numerari, præcessum eorum ordinem, & ministerium profitetur.

Sacerdos Angelus imo Deus cū sæcularibus numerū gerit

Taxatur sacerdos, & Religiosus ex arcta cū sæcularibus consuetudine.

51. 52. 53. 54. Cum proficiscendum fuerit, deponent Levitæ Tabernaculum, &c] Cum campus ademit proficiscendi, nube id indicante per recessum sui de super sanctuarium: Leuitæ deponendo Tabernaculo operam expedant, sumptisque vectibus & cortinis, ac vasis vniuersis, deferent ea per viam, & cum metandum fuerit, in loco à columna designato, Leuitæ erigent iterum sanctuarium iuxtà debitum situm, ac dispositione. Quisquis autem ex externis qui non fuerit è Tribu Leui aliquam harum functionum exercere ausus fuerit, ob temerariam præsumptionem neci tradatur. Metabuntur autem, seu figent populares qui Leuiticum non spectant ad ordinem, vnusquisque per turmas, & cuncns, id est, *per vexilla sua* (sic Hebr.) castra sua, atque exercitum suum in certo, ac determinato locouersus vnam, vel alteram orbis plagam præfixo. Profectò Leuitæ *per gyrum Tabernaculi* tentoria versus omnes mundi plagas collocabunt.* An licebit Iesuitæ, asserere Leuiticum, seu sacerdotalem, aut Clericalem Societatis Iesu ordinem præsignati, cuius institutio, *diuersa* orbis *loca peragrare* vbique tertarū commorari, vbi maius cœlestis gloriæ obsequium, & proximorum speratur vtilitas?] Hunc situm Leuitæ teneant, ne manus Domini indignatio super filiorum Israel multitudinem sæuire contingat. Proculdubio enim Dominus indignabitur sæcularibus, si vnusquisque in castrametatione situm sibi lege præscriptum non seruet, & locum Leuitis deputatum contingere audeat. * Dei etenim indignatio super eos, qui à sacerdotali iure vel particulam detraxetint.] Excubent Leuitæ in custodiis, & vigiles serui caueant, nè quisquam de populo ad Tabernaculum accedat. * O Legis gratiæ benignitatem! sacerdotes nostri Templorum custodes deputantur, non

4. Leuitarum munus.

Clericalis Iesuitarū ordo nō arctatur loco vni, diuersis mundi plagis addicitur, vbi vberior Dei gloria, & proximi vtilitas.

Dei indignatio super eos, qui à sacerdotali iure aliquid detraxerint.

non vt ostium claudant, sed vt recludant eius cardines: non vt multitudinem arceant ab accessu, sed vt cunctus sacratissimam inuitent ad mensam]Gessere igitur filij Israel tam populares, quam Leuitæ cuncta quæ Deus Mosi imperauerat. Scio, postmodum inuidentes Leuitarum dignitatem à diuino desciuisse præscripto. Cur ergo asseritur, quæ Dominus præceperat Mosi, gessisse? Quia instar roris mane per transeunns; adimplere; quæ ei diuinitus, erant indicta proposuere.* Voluntas apud Deum actio perfecta reputatur.

Apud Deum voluntas actio perfecta censetur.

CAPVT II.

Ordinem castrorum duodecim Tribuum Israel circum Tabernaculum, quatuor in acies quatuor mundi plagis respondentes Deus disponit.

1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur filij Israël, per gyrum tabernaculi fœderis. 3. Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. 4. & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti. 5. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanaël filius Suar. 6. omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quatuor millia quadringenti. 7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. 8. Omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti. 9. Vniuersi qui in castris Iuda annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. 10. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur: 11. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti. 12. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai: 13. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecenti. 14. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. 15. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta 16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur. 17. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. 18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud, 19. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. 20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum Princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. 21. cunctúsque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt triginta duo millia ducenti. 22. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis. 23. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti. 24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. 25. Ad Aquilonis partem castrametati sunt filij Dan, quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. 26. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. 27. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. 28 cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia mille quingenti. 29. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 30. cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti. 31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. 32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. 33. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Mosi. 34. Feceruntque filij Israël iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorũ.

COMMENTARII.

1. *Militũ castrorũ Iudæ summa.*

VERS. 1. 2. DIXITQVE DOMINVS &c.] Singuli Hebræi (Deus Mosi, & Aaroni profatur) iuxtà vexillum suum in signis domus patrum suorum (Hebr. sic.) ita castrametabuntur circa Tabernaculum, vt ab illo per vnum milliare ab omni latere recedant, dũ Leuitæ soli proximi adsunt Tabernaculo, & extrò, quippe illius excubitores. * Tunc enim castris Tabernaculum protectionem expedit, cum ei reuerentiæ obsequium litatur.]

Tẽplũ protegit sæculares qui ei reuerẽtiã exhibent.

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. AD ORIENTEM, &c.] Ad Orientem in parte anteriori Tabernaculi Iudas seu Tribus Iudæ figet tentoria vniuersæ Tribu per turmas exercitus distributa, vnicuique familiæ, & domui propria mansione adscripta. Tribus Iudæ filiorum erit Princeps ac Dux Nahasson filius Aminadab vt pote originem ducens à Iuda per lineam primogenitorum & ipse primogenitus. Porrò omnium Iudæ Tribus filiorum numerus militum 74600. Iuxta Tribũ Iudà castrametati sunt quotquot fuerant recensiti de Isachar Tribu, quorum Princeps, ac Dux extitit Nathanaël filius Suar; at pugnatorum numerus, 54400. At in Tribu Zabulon, qui simul cum Isachar sub Iudæ vexillo residebat, Princeps ac Dux fuit Eliab Helon filius: omnes autem pugnatores ad exercitũ Zabulon pertinentes adfuere 57400. Vniuersi igitur sub vexillo Tribus Iudæ apti certamini extitére tam ex proprijs filijs, quam ex vna, & altera sibi coniunctis: 186400. Hi per familias, cum mouenda erunt castra primi, relicta statione procedere debebunt, si quidem vt plurimum Orientem versus ibunt, & hæc castrorum, ac Tabarnaculi fœderis pars est anterior. * Quam aptè Regia Tribus prima progreditur, vt ad Regis exemplum omnis populus componatur.] * Si quiescit primus prò Regiæ dignitatis merito, & primus exurgat ad progrediendum, & si occasio tulerit ad decertandum.

Regia Tribus prima progrediatur, vt ad eius exẽplũ populus cõponi possit.

Rex primus quiescat, sed & primus decertet.

2. *Militum Tribus Rubẽ summa.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16 IN CASTRIS, &c.] In castris Rubenitarum, quæ sub secundo vexillo sita esse debent, ad Meridianam plagam respectu Tabernaculi testimonij, aderit Princeps Elisur Sedeur filius. At cunctus exercitus pugnatorum huiusce Tribus, qui iam fuerant annumerati, 46500. Castrametati sunt iuxta exercitum Ruben viri bellatores ex Tribu Simeon, quorum Princeps Salamiel filius Surisaddai, militans sub vexillo Ruben: & vniuersi pugnatores annumerati extitére 59300. At in Tribu Gadditarum obtinente mãsionem sub eodem vexillo Rubeo in parte Australi, Princeps surrexit Eliasaph Duel filius: & cunctus annumeratus exercitus expleuit numerum 45650. Omnes igitur, qui recensiti sunt in castris Ruben, ex Rubenitis, Simeonitis, & Gadditis coactis, numero extiterunt, 151450. Hi igitur secundo loco semper post tres Orientales Tribus proficiscentur. In exercitu Orientali præcessit Iudæ Tribus, deinde Isachar, tandem Zabulon? In exercitu Meridiano Tribus Ruben præcedat, Simeon subsequatur, Gad huic ad hærescat * Ne confusio in exercitu ansam præbeat exitio.

Cõfusio in exercitu exitio ansam præbet.

17. LEVABITVR AVTEM TABERNACVLVM, &c.] Tabernaculum dissolutum à Leuitis deportabitur secundum distincta eorum ministeria (Cap sequenti Deus singulis distribuit.) Iidem Leuitæ, qui officium erigendi habuerint habebunt & deponendi. Igitur Tabernaculum per familias leuetur, prout vnicuique competit ex officio, non quidem confusè & indistinctè, sed sigillatim per turmas eorum, ita vt in vna Caathitæ, in alia Gersonitæ, & Meraritæ procedant in alia, præcedentibus eos sex præfatis Tribubus, aliisque sex subsequentibus. Singuli ergo non mixti, & absque distinctione, sed per loca & ordines suos proficiscentur.

3. *Militũ castrorũ Ephraim summa.*

18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. AD OCCIDENTALEM, &c.] Castra filiorum Ephraim Occidentalem plagam sortientur tertium principale vexillum expandentes, quorum Princeps Elisama filius Amiud. Omnes huiusce Tribus pugnatores 40500. extitére. Sub eorum vexillo castrametata est Tribus Manasse fratris dignitate minoris ipsius Ephraim, cuius Princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. Hic exercitus milites 32200. exposuit. Porro in Tribu filiorum Beniamin, quæ vna cum Tribu Manassæ sub vexillo Ephraim posteriorem Tabernaculi partem obseruabat, Princeps extitit Abidan Gedeonis filius. Omnes eius milites 30400 numerum expleuerunt, Vndè omnes qui annumerati sunt in castris Ephraim tres præfatas Tribus complectentibus fuere 108100. per turmas suas seu facta trium turmarum colligatione. Hi quidem tertij proficiscentur, nempe post Iudæ ac Rubeni vexilla.

5. *Militũ castrorum Dã sũma.*

25. 26. 27. 28 29. 30. 31. AD AQVILONIS PARTEM, &c.] Filij Dan quartum vexillum principale expandentes, Aquilonarem tenuere plagam: eorum Princeps Ahiezer filius Ammisaddai; vniuersi autem huiusce Tribus pugnatores fuerunt 62700: sub ipsius Dan vexillo quotquot aderant de Tribu Aser, fixére tentoria: quorum Princeps fuit Phegiel Ochran filius: pugnatores cuncti 41500. Tribus filiorum Nephtali Danitis, & Aseritis hærentium Princeps surrexit Ahira filius Enan; Omnes autem viri pugnatores 53400. Omnes igitur, qui in castris Dan partem, Tabernaculi Aquilonaris custodientibus annumerati sunt, extitére 150600 Hi quidem nouissimi proficiscentur, cum mouenda erunt castra. Hic itaque est completus numerus filiorum Israël non quidem vniuersorum, sed eorum dumtaxat, qui à vigesimo anno & supra recensiti fuére per domos cognationum suarum, & turmas diuisi exercitus, qui scilicet in sufficienti ætate constituti discerni, ac computari potuerunt ad exercitus bellatorum efformandos: hi inquam fuére 603550. Cur tot bellatores, cum nondum bella ingruerent, præparantur? * Quia post belli indictionem

ab hostibus factam, non benè manus comparantur, non aptè bellatores addicuntur certamini. Pacis tempore prudens Princeps comparando studet exercitui.] * Cuncti exercitus potentissimi ordo annotandus. Non multitudo vincit inordinata, sed ad ordinem reducta. Ideo Ecclesia militans castrorum aciei ordinatæ comparatur.] * Dum autem Tribus Tribubus adhærescunt, & ternæ castrametantur, asseritur, exercitus pacem, & concordiam necessariam esse ad victoriæ triumphus.] Affirmant Hebræi in vexillo Iudæ fuisse Leonem; Ruben Hominem; Ephraim Bouem; Dan Aquilam. * Animantia ne curtus gloriæ Dei vexillis bellicis exponuntur? Ita plane, cum exercitus ad Dei gloriam, Tabernaculi, seu fidei protectionem, non ad vindictam, aut prauos affectus, aut futilia, & conficta iura comparantur. Tunc enim ad Dei gloriam, & Dei gloriæ promotione decertatur.]

Pacis tēpore exercitus cō parādus, non in ipsa bellorū instātia.
Non vincit castrorum exercitus multus, sed ordinatus.
Pax & concordia exercitus necessaria ad victoriam.
Cū fides protegitur, Dei gloriæ promotione decertatur, iustissiméque colligantur exercitus.

6\.

33\. 34. LEVITÆ AVTEM NON SVNT NVMERATI INTER FILIOS, &c.] Inter Israël filios non sunt recensiti Leuitæ; sicut enim Dominus Mosi præceperat, longe superior habita est Leuitarum ratio. Cuncta Dei imperia Hebræi circa ordinem castrametandi, & proficiscendi, impleuerunt. Per turmas enim suas, seruata debita Tribuum dispositione, & ordine cognationum castrametati sunt, & profecti præterea per familias, ac domos patrum suorum. * Præcedentia, quæ tibi ex patris tui domo, & ex genenealogiæ tuæ præstantia obuenit, magni à te ducenda est, nec facilè eius iuri debes renunciare.]

Leuitæ nō sūt annumerati.
Omnia gessere Hebræi.
Ducenda est magni præcedētia, quæ tibi obuenit ex genealogia tua: nec facilè iuri eius debes renunciare.

CAPVT III.

Leuitas Deus & sibi deposcit, & suo cultui mancipat totius Israëlis primogenitorum loco. Viginti duo millia Leuitæ deprehenduntur esse, quibus sacrarum supellectilium custodia distribuitur.

1\. HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. 2. Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar 3. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & q[illegible]um repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. 4. Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. 5. Locutúsque est Dominus ad Moysen dicens: 6. Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubent, 7. & obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, 8. & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius 9. Dabísque dono Leuitas 10. Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. 11. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 12. Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filiis Israël, eruntque Leuitæ mei. 13. Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti: sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israël ab homine vsque ad pecus, mei sunt; ego Dominus. 14. Locutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: 15. Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & supra. 16. Numerauit Moyses, vt præceperat Dominus. 17. & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. 18. Filij Gerson: Lebni & Semei. 19. Filij Caath: Amram & Iesaar, Hebron & Oziel. 20. Filij Merari: Moholi & Musi. 21. De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: 22. quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem millia quingenti. 23. Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem, 24. sub principe Eliasaph filio Laël. 25. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, 26. ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. 27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua 28. omnes generis masculini ab vno mense & supra,

 octo

octo millia sexcenti habebunt excubias Sanctuarij, 29. & castrametabuntur ad meridianam plagam. 30. Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel. 31. & custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria & vasa Sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiuscemodi supellectilem. 32. Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ Sanctuarij. 33. At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Musitæ recensiti per nomina sua. 34. omnes generis masculini ab vno mense & supra, sex millia ducenti. 35. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga septemptrionali castrametabuntur. 36. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent: 37. Columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. 38. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est ad Orientalem plagam, Moyses & Aaron cum suis, habentes custodiam Sanctuarij in medio filiorum Israel: quisquis alienus accesserit, morietur. 39. Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyses & Aaron, iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & supra, fuerunt viginti duo millia. 40. Et ait Dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab vno mense & supra, & habebis summam eorum. 41. Tollésque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. 42. Recensuit Moyses, sicut præceperat Dominus, primogenitis filiorum Israel. 43 & fuerunt masculi per nomina sua, à mense vno & supra, viginti duo millia ducenti septuaginta tres. 44. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 45. Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, eruntque Leuitæ mei, ego sum Dominus. 46. In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, 47. accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram Sanctuarij. Siclus habet viginti obolos. 48. Dabísque pecuniam Aaron & filiis eius, pretium eorum qui supra sunt. 49. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerant à Leuitis. 50. pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexagintaquinque siclorum iuxta pondus Sanctuarij, 51. & dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

COMMENTARII.

1. *Aaronis filii uncti.*

VERS. 1. HÆ SVNT GENERATIONES, &c.] Hi sũt filij Aaronis & Mosis qui nati iam fuerant in die, quo apud montem Sinai Mosi Dominus fuit prolocutus. Nam cum Tribus Leuiticæ personæ superius recensitæ non sunt, ne sacerdotes vulgarem numerum sortirentur: hic eas oportet annumerare. Porrò licet filij Aaronis tantum recenseri videantur, tamen, dum sermo geritur de Leuitis Amramitis, vtriusque generatio exprimitur: hi enim sunt filij Aaronis, ac Mosis, qui patrem Amram habuere. Geritur autem initio Capitis specialis filiorum Aaron mentio, quia si sacerdotium sunt adepti: posteri verò Mosis, qui in inferiori Leuitarum gradu hæserunt, cum reliquis Leuitis Caathitis sunt annumerati. * Aptè enim Aaronis sacerdotes filij legislatoris ac Ducis Mosis posteros præcesserunt. Omnis enim sæcularis potestas debet sacerdotali dignitati submitti.] Imo si Mosis filij ex Leuitico Ordine, licet inferiori in gradu, non essent, nullatenus vel post Aaronis filios eundem aptarentur in numerum. En nomina filiorum Aaronis: Primogenitus Nadab, cuius fratres Abiu, Eleazar, & Ithamar. Quorum propria nomina præ cæteris Leuitis exponuntur, quia sacerdotali dignitate decorati fuere. * Hinc sacerdotij intuere excellentiam. Nam quos Deus ex nomine nouit, hos admodum declarat angustos, cum secularium vulgo minimè computandos anonymo.] Hæc, inquam nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui inuncti fuerunt, & quorum manus cum consecratæ sunt, tum olei vnctione, tum donis repletæ apparuere. Consecrare manus, idem est ac replere? * Quam appositè! illud enim ipsum, te consecrari ad Episcopale, ac sacerdotale munus, idem debet esse, ac manus plenas muneribus ostentari ad inopum subleuationem.] Diuitiæ sacerdotum manus repleant non præcordia. Decet enim sacerdotium munificentiæ facilitas, dedecet auaritiæ reclusio.]] Quonammodò autem si manus sacerdotales plenæ euacuantur ex inopum subleuatione, adhuc plenæ ostentantur? Certè quia diuitiæ pauperibus expositæ nunquam imminuuntur.

Omnis sæcularis potestas debet sacerdotali dignitati submitti.

Sacerdotes Deus nouit ex nomine cum vulgo minimè colligandos.

Idem est, te consecrari in Episcopum, ac sacerdotem, ac manus habere plenas ad subleuandum pauperem.

Diuitiæ sacerdotales sint in manu, non in corde.

Nunquam euacuantur manus subsidium pauperi elargientis.

* 4. MORTVI SVNT ENIM, &c.] Porrò

tò Eleazar & Ithamar functi sunt sacerdotio Aaronis parentis ministerio; quia Nadab & Abiu primò initiati, ac inuncti, cum ignem peregrinum seu vulgarem offerrent, coram Tabernaculo cœlitus fuerūt exitialiter vulnerati, nec liberos moriens reliquerunt hæredes. * Quidquid sæculare est, ab altari reputa peregrinum. Quam ineptè ornantur altaria profanis imaginibus: quam non piè profanis vestibus lacertimæ induuntur imagines.]

Omnis profanus ornatus ab altari est peregrinus.

6. 7. 8. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] A profano Israëlitarum cœtu segrega Tribum Leui, & *applica* ministerio Sanctuarij. * Applicatio enim, seu accuratum studium decet eos, qui sacris deseruiunt, vt perfectè ministeria exerantur. Stare fac in conspectu Aarō sacerdotis, vt ex officio ad id muneris parati ei ministrent, & vigilias super custodia Tabernaculi gerant, nè aliquis de populo ad sanctuarium accedat; & obseruent, operéque expleant quidquid ad cultum pertinet multitudinis, scientes se addictos, vt nomine totius populi cultum, ac reuerentiam Domino coram Tabernaculo exhibeant. Vndè cum Leuitæ seu Clerici desides circà cultum sacrum, circa altarium ornatum, &c. ostentatur, populus ipse deses exponitur. Queratur ergo populus de deside ministro, ne cuncti ciues simul cum illo puniantur.] Ipsi Tabernaculi vasa custodiant, ...es in ministerio eius non quidem ministrando sanctuario, sed executioni mandando ea, quæ ad ministerium requisita præsupponuntur.* Indecens enim est, apud altare quodlibet interstitium ex præparationis defectu proueniens.]

2. *De Tribu Leui applicanda.* Religiosi & sacerdotes applicentur ministerio studiosé.

Sacerdos nomine totius populi altari ministrat, vnde desidia eius cuncto populo attribuitur.

Indecens apud altare quælibet morula ex præparationis defectu proueniens.

9. DABISQVE DONO, &c.] Leuitas Aaroni offeres, ac sacerdotibus, vt eis seruiant, idque gratis, & sine pretio. Iam enim filij Israël Leuitas sacerdotibus tradidere, vt hac donatione Aaroni facta, à Deo primogenitos suos redimerent. (patet id n. 45.) * Et quidem Deo filium vnum litare, vt sacerdotali ordini seruiat; vt Regulari instituto subdatur, assolet primogenitum prosperare, domúsque interminabilem fælicitatem adstruere.] Hebraicè pro *Quibus traditi sunt à filiis Israel*, apposuére, *Dati, dati*. Geminatio Hebræis æquipollet vniuersitati, ac si diceret, Dati omnes nullo dempto. Ego autem existimo referri ad externam, & internam traditionem. *Dati, dati*, non solum externa exhibitione: sed intentione interna. Multi enim coacti munus offerunt, Deus autem internum amat affectum; nec æstimat munus, quod datum manu, animo retinetur. Aaronem itaque ac filios eius non modò qui à te iam sunt sacerdotio initiati, verum etiam omnes posteros super cultum sacerdotij constitues vt mihi hoc munere fungantur. At externos, qui de genere Aaron non procedens, ausus fuerit se se sacerdotali officio ingerere, morte quidem, tantæ temeritatis pœna Iudicum sententia, vulnerabitur. * Nunquam non lethalis animo ausus sacrilegus plerumque & corpori exitialis existit.]

3. *Aarō, ac filij eius cōstituendi super sacerdotij cultū. Leuitæ autē eis dātur pro primogenitis Israel.*

Litare Deo vnū ... aut Clericatui, ac Regulari institutioni assolet primogenitū prosperare, domui fælicitatem adstruere.

Datum, datū æstimatur à Deo, id est, quod volūtate exhibetur non quod datum manu, animo retinetur.

Sacrilegium sæpè lethale animo, sæpe exitiale & corpori.

11. 12. 13. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus sic Mosi: Ego auferri statui Leuitas à filiis Israël præ aliis Tribubus propter vindictæ cœlestis zelum, quem in idololatras tempore adorationis vituli exposuére. Tuli autem eos pro omni primogenito, qui aperit vuluam in Hebræis, nempe pro primogenitis matrum quamuis non sint patrum primogenita. Eruntque Leuitæ mei, quia speciali iure ad me pertinebunt, & speciali eos prosequar prouidentia. * Qui enim Deo offertur, ad Dei pertinet specialissimo iure ditionem; Deus autem quod suum est speciali custodit studio] Meum est enim omne primogenitum non tantum iure creationis, sed peculiari liberatione, ac redemptione, cum ab Angelo percutiente Israëlitarum primogenitos eripui. Deus primogenitos liberauit à clade? Debétur Deo cūcta primogenita gratitudinis retributione. * Dilectissimum (ex. gr.) tuum Deus lethalis ægritudinis liberauit à vulnere: debes ergo filios tuos reliquos sic educare, vt speciali affectu tuo diuino obsequio emancipentur. Manum, oculum, aliudvè membrum Deus donauit sanitate: cuncta membra diuino seruitio litentur.] Mihi sanctificari volo quidquid ab homine, iumento, pecude, ac pecore primò in Israël exoritur. Mei sunt, quia ego Dominus, & iusto hoc meo præcepto ita fieri iubeo.

Si Deo te litas, Deus quod suū est, speciali custodiet studio.

Gratitudinis ergo omnia mēbra diuino obsequio lita, cū vnū Deus ab ægritudine liberauit.

14. 15. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Rursum Dominus Mosi apud montem Sinai, Filios Tribus Leui annumerare iubet per domos patrum, ac familias suas, ab vno mense & supra vsque ad quamcumque ætatem, in reliquis iuxta formam totius populi annumerationis, quam simul cum Aarone, ac duodecim Tribuum Principibus perfecisti. Sumpta autem ab hac ætate Leuitarum dinumeratio, quod etiam primogeniti post vnum mensem redimerentur. (infra cap. 18. 16.) * Temporariæ militiæ robusta annorum saltem viginti requiritur ætas: spirituali autem tenerrima est accommodatior. Vnde clamat Dominus, *Sinite, paruulos venire ad me.*]

4. *Filii Leui annumerantur.*

Spirituali militiæ tenerrima ætas accōmodatior est.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. NVMERAVIT MOYSES, &c.] Iuxta Dei præceptum Moses Leui filios annumerauit, & inuenti sunt Leuitæ omnes, qui erant filij, posterique Gerson, Caath, & Merari. Porrò de Gerson inuenti sunt non quidem in vita, nam pridem obierant, sed in censu hoc & numero Lebni, & Semei. De Caath autem Amram, Iesaar, Hebron, & Oziel. De Merari denique Moholi, & Musi à quibus planè vniuersæ familiæ Leuiticæ originem traxére. Nam de Gerson duæ familiæ procedunt, Lebnitica, & Semeitica à Lebni, & Semei filiis eius: quarum sexus masculus ab vno mense & supra hunc numerum expleuit: 7500. * Ante mensem quidpiam Deo non licebat offerri, quia antè id tempus dubia admodum animantis vita. Non ducit Conditor muneris dubietatem.]

Deus nō ducit muneris dubietatem.

23. 24. 25. 26. HI POST TABERNACVLVM, &c.] Castrametationem filiorum Gerson siue Lebniticæ familiæ Dominus præscripsit, fatus: Hi post Tabernaculum metentur ad Occidentem medij existentes inter castra Ephraim & Tabernaculum: aderuntque sub Principe Eliasaph Laël filio, & agent excubias, soliciteque circa ea, quæ sunt in Tabernaculo fœderis inuigilabunt, custodientes accuratè ipsum Tabernaculum seu cortinas Tabernaculum constituentes, ac coriorum operimentum; asseruabunt simul tento-

5. *Hi post tabernaculū metantur.*

rium,quod per funiculos, & annulos trahitur,dum extenditur, vel colligitur aut plicatur antè fores tecti fœderis; custodient & cortinas atrij,ac tentorium,quod pro foribus appenditur in introitu Tabernaculi,& quidquid cortinarum,operimentorum,tentoriorum,vel aliorum velaminum ad ritum pertinet altaris,seu ad funes extédentes Tabernaculi operimenta ne contrahantur in rugam,aut à vento impellantur. Omnia itaque vtensilia Sanctuarij & mollia,velamenta scilicet in conseruationem,ac decorem Tabernaculi addicta ad Gersonitas pertinent. Non solum præcipuæ Tabernaculi columnæ,tabulata, cortinæ tectoria custodiæ accuratæ traduntur:sed & funiculi,& annulli:vno enim filamine,aut annicu, lo deficiente, perfectio tantæ machinæ corruere videtur * Fabricæ spiritualis nulla est superflua perfectionis particula,qua deficiente imperfectum redditur Tabernaculum; quia bonum ex integra causa,exigno malum ex defectu.

Spiritualis fabricæ si accurata custodia; quia vel paruulo ex defectu im. perfecta redditur.

17.28.29. 30. 31. 32. COGNATIO CAATH,&c.]Familia Caath autem populos Amramitas Iesaaritas, Hebronitas, & Ozielitas à filiis Caath, Amrã,Iesaar,Hebron,& Oziel, complectetur. Hæ sunt familiæ Caathitarum per nomina sua recensitæ. Omnes generis masculini; qui ab vno mense & supra inuenti sunt in quatuor Caathitarum familiis, octo millia sexcenti extitere. Hi habebunt excubias,id est,Sanctuarij custodiã quoad vasa quæ sequuntur,& castrametabuntur ad Meridianam plagam propius Tabernaculum quam Ruben, cuius vexillum, in eadem plaga manere iussi. Princeps Caathitarum aderit Elisaphan Oziel filius. Custodient autem hæ quatuor familiæ cum sibi à sacerdotibus tradita fuerint ad portandum, Arcam,Mensam,Candelabrum,altaria thymiamatis,& holocaustorum: & vasa Sanctuarij in quibus ministratur,vt thuribula,tridentes,fuscinolas, & alia huiusmodi:& velum; quod oppanditur Sancto sanctorum: huic enim inuoluetur Arca à Caathitis portanda. Alia vela omnia à Gersonitis deportabuntur;cunctamque huiuscemodi supellectilem,vt Labrum æneum,& alia omnia,quæ ad atrij compositionem, vel Tabernaculi non spectant. Porrò Princeps Principum Leuitarum (cui tanquam domino famulari debent,& ministrare Leuitæ) Eleazar filius Aaronis sacerdotis super excubitores custodiæ Sanctuarij præerit,vt videat, an aliquis suo muneri desit. * Aptè Principibus Princeps vigil addicitur, vt meminerint, sibi iudicium præparari.] Speciatim autem Templi,seu Ecclesiæ custodes supremum habent Principem,cui strictissimam reddent commissi muneris rationem.

6. Familia Caathitarum.

Principes habent Principẽ cœlestẽ,cui tradituræ potestatis rationem reddent. Præcipue Ecclesiastici Præsules hoc timeãt tribunal.

33.34.35. 36. 37. 38. 39. AT VERO DE MERARI, &c.]De Merari denique aderunt populi Moholitæ,& Musitæ per sua annumerati nomina,à duobus nepotibus Leui scilicet Moholi,ac Musi ducentes originem. Ex hisce duabus familiis masculi ab vno mense & supra extitere 6200. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel exsurgat. Porrò hi, in plaga Septentrionali metabuntur inter castra Dan & Tabernaculum.Custodię autem eorum, huc merisque eradantur tabulæ Tabernaculi, vectes, columnæ, ac bases earum, omniaque, quæ ad cultum seu constructionem Tabernaculi pertinent:nec non columnæ atrij per circuitum appositæ cum basibus suis, ac paxillis, qui ad funes intendendos, columnas firmandas,& atrij velamina, ne vento nimium agitentur, figuntur. Moses quidem & Aaron cum filiis suis antè Tabernaculum, id est, ad plagam Orientalem castrametabuntur, [Tabernaculi gerentes custodiam in medio filiorum Israël,nempe in digniori, & excellentiori loco vt sacerdotalem decet statum.]* Profectò sacerdotum velut cor in medio populi residens,è quo vis deriuatur ad subditos.]* Corpus sine corde ostentatur exan[...]è sine sacerdote populus cogitur deperire.* Dum cor dolet, reliqua membra misere exagitantur?Saucio ex piaculo sacerdote,cuncti subditi vulnere afficiuntur lethali quodammodo, cordi suo motem gerentes.]Quisquis à familia sacerdotali alienus locum illum ad castrametandum inierit, in pœnam temeritatis suæ Iudicis sententia trucidabitur. Omnes Leuitæ à Mose,& Aaron annumerati ab vno Mense & supra masculino è sexu fuerunt 22000.

Sacerdotalis status dignori loco addicendus. Sacerdotium est cor,e quo virtus ad subditos deriuatur. Sine sacerdote populus perit. Sacerdote delinquente, quasi corde subditi lethali vulnere afficiuntur.

40.41. 42 43. ET AIT DOMINVS, &c.] Recensé,inquit Mosi Dominus, primogenitos masculos filiorum Israël ab vno mense & supra, & eorum catalogum retinebis. Tollesque Leuitas mihi, ad commutandum eos pro Primogenitis omnibus Hebræorum.Ego Dominus,cui iure liberationis factæ in Ægypto debentur primogenita: Simul Leuitarum pecora separabis,vt mihi cum ipsis Leuitis quasi dedicentur sintque mea, sicut ipsi Leuitæ mei sunt.Attamen non est facta ista separatio pecorum,vt Domino per sacrificia cederent. Si non cessere Domino per sacrificia, cur sibi aptari pecora Leuitarum imperauit? * Certè vt innuat etiam id, quod sacerdotis cedit in vsum Dei esse,] Cũ poteris ò sacerdos, bonis Ecclesiæ,existima ex Dei cedere peon, ne superfluis sumptibus patris cœlestis substantiam dissipes. * Aptius adhuc asseuerim bona sacerdotum, ant clericorum Dei esse, & ad vsum Dei, ac sacerdotum aptanda. Comedat & induatur clericus, sed Deus simul edat,ac vestiatur in paupere.] Sicut ergo Dominus iusserat, Moses primogenitos Hebræorum annumerauit è duodecim Tribubus:& masculi ab vno mense & supra inuenti fuêre 22273. quos oportebat in Leuitas commutari.

8. Numerari subentur primogeniti masculi.

Existimet sacerdos, edere, ac vestiri è Dei penu. Bona enim Ecclesiæ Dei sũt. Deus simul in paupere comedat & induatur, dũ sacerdos reddit pauperi,quod superfluit ex Ecclesiæ bonis.

44 45.46.47.48. 49.50 51. LOCVTVSQVE EST, &c.] Separa(Dominus Mosi fatur) Leuitas viginti duo millia,quos; demptis primogenitis, recensuisti, & meo eos cultui applica pro primogenitis filiorum Israël: & pecora Leuitarum pro pecoribus primogenitorum:eruntque mei Leuitæ prout esse debuissent omnes primogeniti Israël, si,facta non fuisset huiusmodi permutatio: Ego specialiter eorum Dominus. At quia omnes Leuitæ viginti duo millia fuerunt, Primogeniti autem Hebræorum viginti duo millia ducenti septuaginta tres:cum Leuitæ dandi sint mihi pro primogenitis,superest,vt pro illis ducentis septuaginta tribus qui Leuitarum excedunt numerum,satisfiat.Iubeo ergo,& hi primogeniti

9. Tollẽdi pro primogenitu Leuitæ.

7. Familia Merari.

mogeniti quinque siclis integris iuxtà Sanctuarij pondus in singula capita persolutis redimantur. Porrò siclus legitimi ponderis tã in rebus sacris quam profanis viginti obolos cõtinet. Quam pecuniam Aaroni, ac filiis eius sacerdotibus exhibebis, vt pote pretium eorum, qui supra numerum Leuitarum existunt. Æquum planè est hosce siclos porrigi sacerdotibus, quia loco primogenitorum exhibentur, qui si de facto offerrentur, deberent sacerdotum famulatui addici, quemadmodum cæteri Leuitæ, qui loco aliorum primogenitorum ad seruiendum sacerdotibus applicantur. * Vt videas, quid Religioni debeas, cum aut Religiosum moniris reduces ad sæculum, aut te vtilem ac sumptibus collegij edoctum subtrahis Religioni.] Tulit ergo Moses pecuniã eorum, qui numerum viginti duorum millium Leuitarum superauerãt, seu eorum, quos redemerant à Leuitis pro Hebræorum primo genitis. Si enim à consortio Leuitarum hi redempti non fuissent, vna cum Leuitis in operibus Sanctuarij debuissent ministrare. Tulit inquam Moses mille trecẽtos sexaginta quinque siclos iuxtà legitimum Sanctuarij pondus, & Aaroni ac filiis ad eorũ vsum impendit statuẽs iuxta imperiũ Domini cõmutationis, ac redemptionis primogenitorum legem.

Qui se subtrahit Religioni, aut facit, aliquẽ è Religione egredi, debet subdi ei emolumenta.

CAPVT IV.

Octo millia quingenti octoginta Leuitæ ab anno trigesimo annumerantur, quibus Tabernaculi, cum mouenda sunt castra, committitur port..nda supellex.

1 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 2. Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas, 3. a trigesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum 5. ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluéntque eo arcam testimonij, 6. & operient rursum velamine ianthinarum pellium, extendéntque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes: 7. Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, & cyathos & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: 8. extendéntque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes. 9. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt, 10. & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes. 11. Nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducéntque vectes. 12. Omnia vasa, quibus ministratur in Sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducéntque vectes. 13. Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, 14. ponéntque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac rridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. 15. Cúmque inuoluerint Aaron & filij eius Sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur: Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: 16. super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quæ in Sanctuario sunt. 17. Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicẽs: 18. Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: 19. sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt: ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. 20. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur.

rientur. 21. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas, 23. à triginta annis & supra: vsque ad annos qninquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. 24. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, 25. vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, 26. cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, & vasa ministerij, 27. iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. 28. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis: erúntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 29. Filios quoque Metari per familias & domos patrum suorum recensebis, 30. à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. 31. Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, 32. columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. 33. Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 34. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, 35. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: 36. & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. 37. Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses, & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. 38. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum, 39. à triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: 40. & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta: 41. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. 42. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum, 43. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: 44. & inuenti sunt tria millia ducenti. 45. hic est numerus filiorum Merari quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. 46. Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses, & Aaron & principes Israel, per cognationes & domos patrum suorum, 47. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, 48. fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. 49. Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

COMMENTARII.

1. Sūma filiorū Caath, & cultus

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Mosi & Aaroni Dominus affatur: De familia Caath separa viros à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum, vt eorum humeri grauioribus oneribus addici possint, & partes Tabernaculi deportare, cum mouenda sint castra. Hosce itaque anumera, & assigna, vt stent seu ministrent in Tabernaculo. Asportationi grauis ponderis robustior aptè addicitur ætas. * Quam inepta antè annum trigesimum ætas ad pondus grauissimum præsulatus.] Cani, ais, sunt sensus hominis. Non inficior; sed prudentia iuuenis non sufficit, si deficit experientia, cuius vi sunt onera eleuanda.

Nō aptè ad regiminis onus leuandū infirma iuuenū eligitur ætas.

Onera Præsulatus nō tā prudētia quā experientia leuat.

4. 5. 6. 7. 8. HIC EST CVLTVS FILIORVM, &c.] Hoc est ministerium, hæc functio Caathitarum: Quando mouenda erunt castra Aaron & filij eius etiam minores sacerdotes sanctum sanctorum ingredientur ad illud deponendum. Licet enim Hebræis apud Chanaan existentibus soli Pontifici summo licebit semel in anno ingredi sanctum sanctorū, aliquid dandum necessitati itineris. * Vt edoceamur veniam aliquam circa Regularis instituti rigorem dandū esse viatori. Deponent velum, quod diuidit sanctum sanctorum à sancto, eoque Arcam testimonij obuoluent, rursum operientes ianthinarum pellium tegumento,

2. Arca, ac Mēsa obuelanda.

Dāda aliqua venia circa Regularis instituti asperitatem viatori.

tegumento, non illo, quo Tabernaculum tegitur, sed alio proprio. Nam & Mensa, & Candelabrum, & reliqua suum habebant ex ianthinis pellibus operimentum. Desuper autem pallium, seu velamen proprium non ex pellibus, sed *totum* è filis hyacinthini coloris compositum (Hebr. תכלת *thechelet* quod fila, non תחש *tachas*, quod pelles eo colore tinctas, significat.) expandent. * Quod pretiosum est, pluribus est operimentis velut, custodiis obtegendum, nè vel aspectu iniquo possit deturpari. Arcana tibi sit virginitatis puritas multis velaminibus obtegatur, quæ infici assolet aspectu.] * Sed cur pulchra velamina vt pote hyacinthina fila, ac rubricatæ pelles præparantur? Nunquam tam appositè vna virtus obtegitur, ac custoditur, quam cum altera virtute velut obuoluitur.] * Castitas (v. gr.) intacta, ac pulchra exponitur, cum modestiæ pulchro velamine obtegitur.] Inducent vectes non in Arcam, quia iam sunt inducti, & nunquam extrahuntur: sed inducent, seu component intra eadem velamina, quibus Arca contegitur, præter eas tamen vectium partes, quæ humeros baiulantium prement, & ab Arca hinc indè longius excurrent. Mensam propositionis etiam pallio obuoluent hyacinthino cum ea apponentes thuribula, mortariola, seu scutellas, quibus simila in sacrificiis excipitur, cyathos ad vina, ac libamina, craterésque ad vsum eundem. Panes propositionis semper in mensa aderunt, etiam cum deportatur, & de loco ad locum transfertur. * Hinc sacerdotes iter agentes monemo, quotidie sacro agendo studium impendere ad viæ nunquam non periculis plenæ protectionem. Secularis autem laudabiliter, vtilitérque sacro interesse profecturus.] Desuper pallium coccineum extendent, quod rursum ianthinarum pellium (Hisp. *Guadamecil*) operient tegumento: inducéntque vectes, aptéque component, vt queat humeris Mensa deportari.

Virginitas pretiosa ob tegēda multis velaminibus.

Virtus aptè vi[rtute] alia obtegitur, & custoditur.

Castitas velamine modestiæ obtegenda.

Iter agens Missā quotidie celebra[t] sacerdos, secularis audi[t]...

9. 10. 11. 12. 13. 14. SVMENT ET PALLIVM HYACINTHINVM, &c.] Sumant Aaron, ac filij eius sacerdotes pallium seu velamen hyacinthinum, quo Candelabrum altrum in parte Australi Sanctuarij situm operient, cum lucernis, seu vasis paruis aureis, in quibus profunditur oleum, & lychnum apponitur: & forcipibus ad scindendum lychnum ardens addictis, & emunctoriis, quibus quæ emuncta sunt, debent extingui: & cunctis olei vasis, quæ ad concinnandas lucernas necessaria exponuntur. Hæc cum ipso Candelabro componantur, & ianthinarum pellium subsinè operimento. Inducent autem vectes, non quidem in annulos, quibus Candelabrum caret; sed ipsi Candelabro alligabuntur, aut Candelabrum super eos imponetur. Sic L X X. *Et imponent illud super vectes.* Cui non facili oi sarcina, appositis annulis, præparatur? * Semper quod lucidum est deportantis humeris grauius pondus addicit. Si subditus lucet, si ad ornamentum Religionis fulgores emittit, amplius est à Præsule sustentandus. Altare thymiamatis, quod aureis est laminis obtectum hyacinthino vestimento

3. Candelabrū operiendū.

to innoluent simili superioribus, & extendent desuper (non inuoluent) ianthinarum pellium operimentum. Nec enim omnia dignæ sunt, ve rebus nimium hæreant augustis: alia induunt, alia cooperiunt, hyacinthinum vestimentum induit altare, pellis ianthina tegit. * Nobilem nobilis delige ad intima amiculum, famulis vtere ad externa. Dedecet enim virum aureum vili tomnè pelle circumdari.] Vectes simuliter adaptabunt, ad altaris deportationem. Omnia supellectilia, quibus Deus in Sanctuario colitur, labrum scilicet æneum, vestes sacerdotales, & si quæ sunt, iacinthino pallio inuoluent, & desuper ianthinas pelles extendent, vectésque alligabunt, vt valeant humeris deportari, cum non liceat in plaustris deferre. * Ineptè enim vas illud æneum vbi homines diluuntur, quo quidem Confessio designatur, committeretur brutis, cuius administrationem tanta decet sapientia.] * Subtraxentur hinc Episcopi, qui labrum hoc Sacramentorum scilicet administrationem magis brutorum plaustro, quam humeris apponunt humanis, dum, sacerdotibus insipientibus tàm difficilem exhibent potestatem.] Sed & altare holocaustorum (quod antonomasticè ob excellentiam sacrificiorum, quæ in eo offeruntur *altare* vocitatur) mundabunt cinere, quando ex loco, vbi peracta sunt sacrificia, dimoueri contigerit. * Tam contagiosa ne peccatorum symbola, vt vel æneo infectio quodammodo hæreat altari lexiuióque indigeat?] * Certe cineris aspersio, seu mortis memoria aginatum est lexiuiom ad æneum altare, sinè conscientiam pertinacem abstergendum.] post abstersum cinere altare, id vestimento purpureo obuoluent. * Vt Regia purpura ex cinere edificat complicari, & obuolui.] Collocabunt simul omnia, vasa, seu instrumenta ænea, quibus in eius ministerio vtuntur nempe ignium receptacula, fuscinulas, tridentes, vncinos, & batilla, (Hispanicè, *Badiles.*) Cuncta altaris huiusce vasa, aut instrumenta ænea, vel ferrea ianthinarum pellium velamine operient, & inducent vectes intra ipsum velamen vt velatum altare queat in vectibus deportari.

Dedecet virū aureū vili amicorum pelle intimè obuolui.

Ad admini[strationē] Sacramentorū eligantur sapientes.

Taro Præsules, qui magis bruto[rū] plaustra, quā hominū humeros eligūt ad Sacramētorum deportatione[m].

Tā contagiosa peccati symbola, vt altare æneum quodammodo inficiant.

Mortis memoria pertinax consciētia abstergi[t].

Purpura seu Rex è cinere edificat plicari, ac deprimi.

15. 16. CVMQVE INVOLVERINT AARON, ET FILIJ EIVS SANCTVARIVM ET OMNIA VASA EIVS IN COMMOTIONE CASTRORVM; TVNC INTRABVNT FILIJ CAATH VT PORTENT INVOLVTA, &c.] Cumque inuoluerint Aaron & filij sacerdotali dignitate decori sanctuarium, seu partes sanctuarij præcipuas, Arcam, Candelabrum, altare vtrumque, ac labrum æneum; ac præterea innoluerint omnia vasa minus principalia, cum castra fuerint amouenda: tunc filij Caath in Tabernaculum adhuc erectum intrabunt, vt innoluta deportent cuncta præfata, excepta Arca testamenti quæ si numeros sacerdotum adsit, ab eis erit baiulanda. Nam quod sacratius est dignioribus humeris committendum. Hinc D. Iosephi mei dignitatem contemplare, cui sanctam Arca Maria si non ex Ægypto in Chanaan, è Chanaan baiulanda traditur in Ægyptum.] Caathitæ itaque vasa sanctuarij non attingent de

4. Sacerdotes inuoluunt sāctuariū, filij Caath portant, super hos Eleazar.

Iosephi dignitas, cui traditur Arca Maria in Ægyptum baiulanda.

hotæ prætextu sollicitudinis, ad deportandum illa, antè quam sint operta, ne morte puniantur. E Tabernaculo fœderis aspo... ndo de loco in locum hæc sint onera Caathitarum. Super quos principalius quidem, & immediate (nam mediate etiam stirpes Gersonitas, & Meraritas) aderit Eleazar filius Aaronis quantum ad iurisdictionem sanctuarij, licet quantum ad cultum totum temporalium Caathitarum Princeps Elisaphan filius Ozielis existat. Ad cuius certè Eleazari curam ad concinnandas lucernas pertinet *oleum, nempe prouidere, ne vnquam deficiat oleum, quod ipse, & alij sacerdotes lucernis infundant: & compositionis incensum, seu compositum thymiama, quod sacerdotes mane ac vespere altari possint aureo litare: & sacrificium, quod semper offertur, Hebr. *Mincha*) simila scilicet, quæ ad offerendum cum iugi holocausto assolet afferri: & oleum vnctionis, quo, quando consecrantur, debent sacerdotes inungi & quidquid ad cultum Tabernaculi pertinet, præbendo, ac custodiendo materiam ad omnes Tabernaculi ministrationes necessariam: omniumque vasorum, quæ in sanctuario sunt Eleazar curam tenetur exercere. Si deportanda vasa hæc Caathitis tradantur, quoquomodo Eleazari ad curam spectant. * Quia Præsul ipse Caathitis addicitur. Omnia autem subditorum onera Præsulis humeris deportantur. Nam si subditus non se gerit ministrum strenuum, ratio est à Præsule exigenda.]

Subditorū onera est Præsulis sarcina: & defectus subditi Rectori tribuitur.

17. 18. 19. 20. Locutusque est Dominus ad Moysem, et Aaron, &c.] Deus Mosi, ac Aaroni rursum affatur: Ne permittatis Caathitas perdi, & occidi à me, quod procul dubio fiet, si contingere sancta sanctorum, id est vasa Tabernaculi sanctissima audeant, antequam obuoluantur. *O sacerdos ad quem pertinet sanctuarij cura noli perdere subditum, illum immittendo ad sanctuarium Eucharisticum, vt illud sæpius, quam oportet, attingat. Contactus hic, seu nimia familiaritas assolet lethalis nonnunquam ea coacta dispositione existere.] Aaron ac filij eius Tabernaculum fœderis, ac sanctum sanctorum imbuent: ipsique Caathitarum sarcinas, vasa operient, ociâ quoquam eorum valeant aspectari: & diuident, quid portare quis debeat, ne contentio excitetur. *Laudabilis admodum societatis Iesv institutio, qua ad Præpositum Generalem attinet Præsulatuum singulis onera adscribere, ne ambitioni, aut contentioni exhibeatur occasio, si aut immediati superioris iudicio, aut subditorum suffragiis esset Rector eligendus. Alij autem nulla curiositate videant quæ in sanctuario adsunt, prius quam inuoluantur, alioqui morientur, sic plane postea accidit Bethsamitis exitio affectis, quod Arcam Domini nudam anderent aspicere. 1. Reg. 6. Hebt. בלע *balath* deuorare, ac operire significat. *Non videant, cum operientur, ac deuorabuntur*, addit Hieron. *curiositate.* * Mysteria, ac sacrament a nostra cum deuorantur, simul aperiuntur. Ne ergo audeas curiositate denudare, quam operiam speciebus velamine Deus tibi dat Vorandam Eucharistiam.]

5. *Caathita inuctur, curiose Tabernaculi non aspiciare.*

Caueat sacerdos, ne subditū per dat eū immittēdo sępius, quā oportet, ad Tabernaculum Eucharisticū.

Prudētissime societatis Iesu Prouinciales & Rectores à Pręposito Generali assignantur, ne detur cōtētionibus locus.

Eucharistia operta vorandur: id est, curiositate non denudanda est vorator.

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Locutusque est Dominus ad Moysem, &c.] Gersonitarum autem officium indicaturus Dominus, Mosi profatur. Eo ordine, quo filios Caath recensuisti, filios Gerson recense, videlicet per domos familias, cognationes: & computa eos, ab anno trigesimo ad quinquagesimum. Ne aut ætas iunior, aut senior, onere indicendo succumbat. * Deus enim humanis viribus pondus legis accommodat, nec supra vires sibi cognitas aliquid grauaminis imponit.] Numera omnes, qui ingrediuntur, & ministrant, seuqui apti sunt ministrare in Tabernaculo, eius onera deportando. Hoc est officium, cui debent incumbere Leuitæ familiæ Gersonitarum in castrorum mutatione, scilicet Tabernaculi de bysso retorta hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto opere plumario perfectas cortinas apportare: & tectum fœderis ex vndecim sagis consitum: item operimentum aliud de arietum rubricatis pellibus, quod tertio loco operit Tabernaculum: nec non velamen ianthinum, quod est supremum sanctuarij opertorium: tentoriumque simile cortinis prioribus, quod in introitu Tabernaculi ante quatuor columnas de setim oppanditur: præterea cortinas atrij, seu tentoria de bysso retorta, & velum, quod auolat in ipsius atrij introitu è regione ostij Tabernaculi. Omnia itaque, quæ ex velaminibus, & cortinis atrij ad altare pertinent holocaustorum: & præterea funiculos, & vasa ministerij, sic instrumenta mollia appendendis cortinis dicata, iubente Aarone, & filijs eius, filij Gerson deportabūt; qui quidē agnoscāt oportet, cui debeant oneri humeros submittere, Quomodo enim debita soluent, quæ num debeant ignorant. *Hinc reprehendo Parochos, qui tardiores mysteria fidei, & legis præscripta negligunt edocere.] *Hic est cultus*, (Hebr. עבדת *haboda* id est, *ministerium*,) hoc est ministerium, à Gersonitis in Tabernaculo persiciendum, ad cuius accuratiorem executionem, sub manu, seu speciali imperio Ithamar Aaronis filij erunt. Sicut enim Eleazar Caathitis, sic Ithamar Gersonitis præerit. *Fideliores enim ministri studiosius inuigilant, si nouerint præsulis oculos aspectare, cui debeant rationem reddere ministerij.]

6. *Summa Gersonitarū, & officium.*

Humanis viribus Deus pōdus legis accōmodat.

Taxantur parochi, qui non docent præscripta legis negligunt edocere.

Vel serui fideles accurati⁹ inuigilāt si sciant adesse Præsulē cui debeant rationē ministerij reddere.

29. 30. 31. 32. 33. Filios quoque Merari per familias, et domos patrum suorum, &c.] Filios denique Merari, tertiam familiam Leuitarum per parentum domos recensebis post completum trigesimum annum vsque ad quinquagesimum, sub qua quidem ætate annumera omnes, quos ingredi oportet ad sui executionem ministerij. Itaque particula illa: *Qui ingrediuntur ad officium ministerij sui*, idem est, ac *Quos oportet ingredi.* Si non dum ingressi sunt ad ministerium, cur iam ingressi annotantur? *Qui ingrediuntur*. Certè vt

7. *Summa Meraritarum eorumque officium.*

vt ministrorum Dei diligentia exponstus tant enim studio, ac iprompritudioe ad ministeria aceurrunt, vt omne futurum velocissimo prænenıant obsequio.] Hæc fuoe onera eorum: Res duras Tabernaculum componentes deportabunt tabnlas de auratas, quadraginta & octo, & vectes Tabernaculi per medium tabularum transeuntes ad eas continendum: colomnas, ac bases earum: nec non atrij colomnas id circueuntes, & cffotmantes, cum basibus, paxillis, qui affixi sunt columnis cortinas atrij continentibus, & funibus necessariis. Omnem supellectilem accipient ad numerum, sicque deportabunt; vt sciri valeat quid detur, & quid recipitur, vt reddatur. * Ad numerum oportet accipias Dei munera, vt scias quid debess gratitudinis reddere effectu.] En Meraritarum officium, ad cuius perfectionem aderunt sub manu, seu regimine Ithamar, cui etiã Gersonitę submitendit.

Ad numerum accipe Dei munera, vt scias, quid debeas gratitudinis reddere affectu.

34. 35. 36. 37. Recensvervnt igitvr, &c.] Moses igitur, Aaron ac assignati Synagogæ Principes numeratores recensuerunt filios Caath prius quam alios Leuitas, quia ad onera insigniora deportanda erant assumpti. * Ad præstantiora munia debent prius Præsules subditos aptiores eligere, & meritorum viribus pondera accommodare.] Annumerarunt autem eos per patrum suorum domos à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum omnes valentes viribus, & qui apti erant ad huiusmodi ministerij laborem: & inuenti sunt 2750. Hic est numerus populi Caath valentis Tabernacoli sacra onera deportare. Hos annumerauere Moses, Aaron, ac Principes Tribunm iuxta sermonem Domini, siue imperium, qui per Mosem, vt ita fieret significauit.

8. *Filij Caath recensentur.*

Eligẽdi prius ad prestantiora munia ministri.

38. 39. 40. 41. Nvmerati svnt ex &c.] Annumerati post Caathitas sunt Meraritæ per domos patrum à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum, omnes qui pollent viribus ad supellectilium deportationem, & hunc numerum expleuere: 2630. Hic est Gersonitarum populus à Mose, Aarone, Principibusque ex præcepto Domini annumeratus.

9. *Gersonitæ & Meranitæ annumerantur.*

42. 43. 44. 45. Nvmerati svnt, &c.] Denique annumerati fuere Merari filij per domus paternas à trigesimo vsque ad quinquagesimum annum, omnes apti huic Tabernaculi ministerio: & inuenti sunt 3200. Quãuis enim in paruulorum numero a Caathitis, & Gersonitis Meraritæ exederentur: ipsi tamen illos virorum numero superabant Ne quia nouissima veniret ad numerum à primis despiceretur * sæpe vltimo loco collocari incedunt, qui primo adscribi possent. Ergo hos nouissimos primos existimarim.] En numerum filiorum Merari, quos Moses, Aaron, ac numeratores Principes recensuere ex Dei præcepto Mosi exposito.

Sæpe nouissimo loco apparent, qui primo collocari possent Ergo hos primos existima.

46. 47. 48. 49. Omnes, qvi recensiti svnt, &c.] Omnes itaque Leuitæ annumerari à Mose Aarone, ac Principibus Tribuum per cognationes, & patrum domos à trigesimo vsque ad quinquagesimum annum ponderibus apportandis appositi, *simul* id est summis superioribus collectis, extitére, 8580. Iuxta præceptum Domini, & non gloriolæ inanis affectu recensuit eos Moses, vnicuique imperando, & munus, in quo ministrare singuli debebant, iniungendo. * Pluris enim ducitur à subdito præceptũ, quod non generatim cũctis indicitur, sed particulariter singulis intimatur

10. *Omnes Leuitæ annumerati.*

Pluris à subdito ducitur preceptũ quod nõ generatim cuoctis indicitur, sed specialtim singulis intimatur.

CAPVT V.

Immundi propulsari iubentur è castris. Lex zelotypiæ sancitur, qua vxores de adulterio suspectas mariti maledictas per aquas explorent.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Præcipe filijs Israel, vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo: 3. tam masculum quàm feminam eiicite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerim vobiscum. 4. Fecerúntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Mosi. 5. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 6. Loquere ad filios Israel: Vir, siue mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere: & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint 7. confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper, ei in quem peccauerint. 8. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdoris, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. 9. Omnes quoque primitiæ, quas offerent filij Israel, ad sacerdotem pertinent: 10. & quidquid in Sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. 11. Locutusq; est Dominus ad Moysẽ, dicens: 12. Loquere ad Dominus ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, cuius vxor errauit, maritũq; cõtẽnẽs 13. dormierit cũ altero vi-

exercitus Israël: 17. quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine: 18. & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum, à vigesimo anno & supra, 19. sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai. 20. De Ruben primogenito Israëlis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra, procedentium ad bellum, 21. quadraginta sex millia quingenti. 22. De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vigesimo anno & supra procedentiũ ad bellũ, 23. quinquaginta nouem millia trecenti. 24. De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes, qui ad bella procederent, 25. quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. 26. De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 27. recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. 28. De filiis Issachar, per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum, à vigesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederent, 29. recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti. 30. De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 31. quinquaginta septem millia quadringenti. 32. De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 33. quadraginta millia quingenti. 34. Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 35. triginta duo millia ducenti. 36. De filiis Benjamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 37. triginta quinque millia quadringenti. 38. De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 39. sexaginta duo millia septingenti. 40. De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 41. quadraginta millia & mille quingenti. 42. De filiis Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 43. quinquaginta tria millia quadringenti. 44. Hi sunt, quos numerauerunt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israël singulos per domos cognationum suarum. 45. Fuéruntque omnis numerus filiorum Israël per domos & familias suas à vigesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere, 46. sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. 47. Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. 48. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 49. Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel: 50. constitue eos super tabernaculum testimonij & cuncta vasa eius, & quidquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. 51. Cùm proficiscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigent: quisquis externorum accesserit, occidetur. 52. Metabuntur autem castra filij Israël vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitũ suũ. 53. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonij. 54. Fecérunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARII.

I. Numerādi masculi Hebræorū.

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Apud Sinai desertum (dum duodecima mansione populus potiretur) in sancto sanctorum, & Propitiatorio, secundi mensis die prima anno secundo egressionis Israëlitarum ex Ægypti captiuitate, hæc Dominus Mosi profatur: Vniuersæ cōgregationis Hebræorum per cognationes & familias summam percense, nominum expressione. Vt quemadmodum in deserto hoc alius census populi fuit initus ante fabricam Tabernaculi pro contributione ad eandem excitandam: nunc secundo populus numeretur ad castra melius, & ordinatius instruenda, & vt exactius constet populi numerus, aptiusque castra circa Tabernaculū disponātur. * Addiderim, & vt Moses Præsul subditos cunctos ex nomine nosceret quomodo cum Rector subditum diriget ad salutem, cuius non solum mores non vidit sed nec audiuit appellationem. At hæc recensio fit Israëlis filiorū. Nulli enim proselyti, aut Ægyptij, aut ex aliis gentibus oriundi, quorum magna inter Hebræos multitudo, sunt numerandi. * Apud Deum minimè agit numerum, qui pleno ore verè Israëlita non possit appellari. Iusti solummodo in Dei catalogo recensentur.] Omnes masculi à vigesimo anno & supra per turmas suas, seu *per vexilla* (sic Chald.) Omnes Israëlitæ à te & Aaron adnumerentur, qui apti bello comperiantur. Fœminæ, & pueri ad bella inepti, hic autem summa virorum fortium, quorum vsus in bello esse poterat erat ineunda. * Quam inepte ad temporaria certamina coguntur iuuenes indisciplinati, & qui incapaces sunt eruditionis? Certe vidi pueros ad exercitum trahi. Quidnam paruulus ille nisi fugæ rimulam meditabitur?] Porro ætas à vigesimo anno & supra apta militiæ: omnes qui numerari suot erant fortes viri Israël beneficio cælesti. *Non erat in Tribubus eorum infirmus.* * qui se ad obeunda bella strenuū viderit, intelligat cœlesti munere accepisse, & actioni gratiarum studium impendat.

Præsul subditos ex nomine agnoscat.

Dei catalogus solos iustos recēset (Dei numerat, & scribit.

Inepte pueri coguntur ad exercitū nihil nisi fugā meditaturi.]

Strenuitas ad bella diuino speciali munere accipitur.

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ERVNTQVE VOBISCVM, &c.] Dixi, ô Mose, te & Aaronem futuros numeratores præcipuos. Attamen quasi coadiutores, ac ministri vestri ad id munus aderunt Principes Tribuū ac dumorum; vt ex relatione & directione primogenitorum commodius populi descriptio perficiatur, primogeniti enim dicuntur esse Principes in cognationibus seu Tribubus suis: quorum en nomina. Elisur filius Sedeur ex Tribu Ruben, Salamiel filius Surisaddai de Tribu Simeon, Nahasō filius Aminadab de Tribu Iuda, Nathanael filius Suar, de Tribu Isachar, Eliab filius Elō de Tribu Zabulon, Elisama filius Ammiud de Ephraim filio Ioseph, Gamaliel filius Phadassur de Manasse Ioseph eiusdem filio, Abidan filius Gedeonis de Tribu Beniamin, Ahiezer filius Amisaddai de Tribu Dan, Phegiel filius Ochran de Tribu Aser, Eliasaph filius Duel de Tribu Gad, Ahira filius Enan de Tribu Nephthali. * Adnoto, primogenitos domus Principes vocitari, quos Dominus iubet Mosi, ac Aaroni in recensione Hebræorum addici, & quia maiores natu honorandi & quia immediati familiæ Rectores aptius agnoscerent, quinam essent adnumerandi. Cum aliquod ad munus expeteris recte virum eligere, ad illos, quibus eligendi nota aptitudo, accurre.]

I. Principes Tribuū cum Mose numeraturi assignātur.

Familiarum Principes cōsulēdi, ad electionē gerendū viri ministerio addicendi.

16. 17. 18. 19. HI NOBILISSIMI PRINCIPES MVLTITVDINIS PER, &c.] Hi erant nobilissimi Principes Tribuum, primogeniti scilicet, qui directe à Patriarchis Ruben, Iuda, &c. primogenitorum procedunt ex linea. Et Principes familiarum illius familiæ primogeniti. Pro *Hi nobilissimi* Hebr. est, *Hi inuitati*, quæ quidem vox *inuitati* pro magnatibus nominatis, illustribus, aut fama inclytis accipitur. * Hi enim inuitantur, & ad illustria, & commoda quæque (haud pauperes & despecti) vocantur, & eliguntur.] * Solus Deus pauperes inuitat ad cœnam, & qui Dei spiritu agitur. Hi simul erant Duces, & capita exercitus Israël. Quos quidem Principes tulerunt Moses, & Aaron vt numerarent ipsi, & cum Mose, ac Aarone omnem vulgi multitudinem numerarent. * Prius apte ad numerum adducitur qui alios est numeraturus. An licebit ludere verbis vulgaris idiomate? *De primero cuenta de si, quien laba de tomara otros.*] Debito ordine dispositos cunctos congregauerunt mensis secundi prima die præfati anni secundi ab egressione ex Ægypto. Eo enim ipso die, quo Deus præceptum dederat Moses, & Aaron Israëlitarum cœperunt gerere numerationem * Ad fidelitatem serui non solum attinet executio, sed celeritas. Numeratio itaque gerunt recensitis Hebræis per Tribus suos, dumos, familias capita? & facta vniuersorum tàm in communi, quàm in particulari computatione, describuntur singulorum nomina à vigesimo anno & supra, vti Deus Mosi imperarat Numeratique sunt apud Sinai desertum tot viri Israëlitæ, quot inibi prius, antequam Tabernaculum construeretur, fuerant recensiti.

Nobiles idē quod inuitati. Hi enim, (non pauperes) ad quæque cōmoda eliguntur.

Solus Deus suā inuitat inopes ad cœnam.

Numeretur prius qui alios est numeraturus.

Seruum fidelē decet executio, Domini imperij, & celeritas impletionis.

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 17. 28. 29. 30. 31. DE RVBEN PRIMOGENITO, &c.] Tribus & Patriarchæ ordine thori adnumerantur, primo filij vxoris Liæ, tum filij Rachelis, tandem filij ancillarum. De Ruben ergo primogenito Iacobi secundum ætatem, quamuis non secundum dignitatem primogenito. * (Ille à parente, primogenitus reputetur, & præcipuè honoretur, quem non ætas, sed merita cunctis fratribus præposuere.) facta numeratione per generationes, familias, ac domos (generatio hîc latius patet, quam familia, ac domus, & vna generatio, seu gens plures familias, domosque amplectitur.) à vigesimo anno & supra inuenti sunt appositi bello quadraginta sex millia quingēti viri, haud numeratis senibus reliquisque

Ille à parente primogenitus reputetur, quē non ætas, sed merita omnibus fratribus præponant.

prouectæ ætatis imbecillibus. De filiis Simeon, qui ſub vexillo Rubenitarum caſtrametabantur, apti ad bellum inuenti ſunt quinquaginta nouem millia trecenti. De filiis Gad, qui vna cum Rubenitis, ac Simeonitis plagam caſtrorum meridianam poſtea occuparunt, quadraginta quinque millia ſexcenti quinquaginta. De filiis Iuda vexillum ad Orientalem plagam expandentibus recenſiti ſunt ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti. De filiis Iſachar vexillum Iudæ ſequentibus, quinquaginta quatuor millia quadrigenti. De filiis Zabulon Iudæ etiam ſociis quinquaginta ſeptem millia quadringenti fuére annumerati.

32. 33. 34. 35. 36. 37. DE FILIIS IOSEPH, FILIORVM, &c.] Iam Rachelis vxoris filij recenſentur. De Ioſeph nepotibus filiis quidem Ephraim tenentibus vexillum occidentale à vigeſimo anno & ſupra ad bellum appoſiti recenſiti ſunt quadraginta millia quingenti. At de nepotibus Ioſeph filiis quidem Manaſſe, qui ſocij aderant Tribus Ephraim, triginta duo millia ducenti. De filiis autem Beniamin ſimul cum præcedentibus propeantibus, triginta quinque millia quadringenti annumerati fuere.

38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. DE FILIIS DAN PER GENERATIONES, &c.] Filij ancillarum iam procedunt ad numerum. Porro de filiis Dan partem caſtrorum Aquilonarem occupantibus à vigeſimo anno & ſupra ad certamina apti annumerati ſunt ſexaginta duo millia ſeptingenti. De filiis Aſer ſub vexillo Dan militantibus, quadraginta millia & mille quingenti. De Nephthali autem filiorum Dan, & Aſer ſociis quinquaginta tria millia quadringenti recenſiti fuere. Hi ſunt, quos Moſes, Aaron, & duodecim Iſrael Principes annumerarunt, prius ſingulos per domos Tribuum ſuarum diuidentes, & poſtea vnumquemque expreſſo nomine ad cenſum reuocantes. Igitur recenſiti cuncti à vigeſimo anno & ſupra ad certamina appoſiti hunc expleuére numerum: ſexcenta tria millia quingenta quinquaginta. 603550.

47. 48. 49. 50. LEVITÆ AVTEM IN TRIBV FAMILIARVM, &c.] Porrò Leuitæ in Tribu familiarum ſuarum cum reliquis Tribubus annumerati non fuére, quia in caſtrorum metatione cum aliis Tribubus non collocabantur, eo quod circa ipſū Tabernaculum eius miniſteriis verſabātur deputati: ideoque à duodecim Tribubus ſecreti fuerunt tanquam pars, & Tribus Domini, eius dicāta obſequiis.* Cum populus omnis ad certamina procedit, vult Dominus ſacerdotalem ordinem ſacro ſolùm miniſterio addici, nihil de bellica expeditione curare. Profectò dum temporaria ſubſidia à ſacerdotibus exiguntur, iam certo modo coguntur ad bella procedere, contra Dei præſcripta.] * Dei tribus ſolummodo debet extenſis manibus cum Moſe dimicare gladio precum.] Ideo Dominus Moſi profatur: Abſtine à Leuiticæ Tribus numeratione, nec ſummam Leuitarum cum Iſrael filiis commiſceas: longè diuerſum munus, longe diuerſa ſit æſtimatio. Eos conſtitue Tabernaculi accolas, vaſorum eius, ac externarum miniſtrationum curam exērant ſinguli iuxta functionem ſuam. Ipſi Tabernaculum deportabunt, quando caſtra erunt dimouenda, & vaſa miniſtrationum ſanctuarii: & intendentes diuino cultui in his, quæ lex vniculque præſcripſerit, aderunt: ac per gyrum Tabernaculi metabuntur figentes tentoria ſua in atrij circuitu à parte illius externa: ad quem locum nullatenus aliis Iſraelitis patebit acceſſus. * En ſacerdotum ſeparationem Non gerit ſacerdos cum ſæculari cœtu numerum; ad altiorem ordinem pertinere quis dubitet? An Angelus, an Deus vulgarem vertetur in numerum? An non Dominus dictitauit, *Ego dixi, Dij eſtis?* * Cur ergò tam ſtricta eſt ſacerdotibus, & Religioſis cum vulgaribus homuncionibus conſuetudo?] Qui præcipit Leuitas cum ſæcularibus militibus haud numerari, præcelſum eorum ordinem, & miniſterium profitetur.

> Dū ſacerdotes tēporaria ſubſidia coguntur ad certamina reddere, certo modo ad bella procedere cōpellantur. Sacerdos ſolū debet dimicare precibus.

> Sacerdos Angelus imo Deus cū ſecularibus numerū gerit.

> Taxatur ſacerdos, & Religioſus ex arcta cū ſecularibus conſuetudine.

51. 52. 53. 54. CVM PROFICISCENDVM FVERIT, DEPONENT LEVITÆ TABERNACVLVM; CVM, &c.] Cum tempus aderit proficiſcendi, nube id indicante per receſſum ſui deſuper ſanctuarium: Leuitæ deponendo Tabernaculo operam expediant, ſumptiſque vectibus & cortinis, ac vaſis vniuerſis, deferent ea per viam, & cum metandum fuerit, in loco à columna deſignato, Leuitæ erigent iterum ſanctuarium iuxtà debitum ſitum, ac diſpoſitione. Quiſquis autem ex externis qui non fuerit è Tribu Leui aliquam harum functionum exercere auſus fuerit, ob temerariam præſumptionem neci tradatur. Metabuntur autem, ſeu figent populares qui Leuiticum non ſpectant ad ordinem, vnuſquiſque per turmas, & cuneos, id eſt, *per vexilla ſua* (ſic Hebr.) caſtra ſua, atque exercitum ſuum in certo, ac determinato loco verſus vnam, vel alteram orbis plagam præfixo. Profectò Leuitæ *per gyrum Tabernaculi* tentoria verſus omnes mundi plagas collocabunt.* An licebit Ieſuitæ, aſſerere Leuiticum, ſeu ſacerdotalem, aut Clericalem Societatis Ieſu ordinem præſignari, cuius inſtitutio, *diuerſa* orbis *loca peragrare* vbique terrarū commorari, vbi maius cœleſtis gloriæ obſequium, & proximorum ſperatur vtilitas?] Hunc ſitum Leuitæ teneant, ne manus Domini indignatio ſuper filiorum Iſrael multitudinem ſæuire contingat. Proculdubio enim Dominus indignabitur ſæcularibus, ſi vnuſquiſque in caſtrametatione ſitum ſibi lege præſcriptum non ſeruet, & locum Leuitis deputatum contingere audeat. * Dei etenim indignatio ſuper eos, qui à ſacerdotali iure vel particulam detraxerint.] Excubent Leuitæ in cuſtodiis, & vigiles ſerui caueant, nè quiſquam de populo ad Tabernaculum accedat. * O Legis gratiæ benignitatem! ſacerdotes noſtri Templorum cuſtodes deputantur, non

> 4. *Leuitarum munus.*

> Clericalis Ieſuitarū ordo nō arctatur loco vni, diuerſis mundi plagis addicitur, vbi vberior Dei gloria, & proximi vtilitas.

> Dei indignatio ſuper eos, quia à ſacerdotali iure aliquid detraxerint.

non vt ostium claudant, sed vt recludant eius cardines: non vt multitudinem arceant ab accessu, sed vt cunctos sacratissimam inuitent ad mensam.]Gessere igitur filij Israël tam populares, quam Leuitæ cuncta quæ Deus Mosi imperauerat. Scio, postmodum inuidentes Leuitarum dignitatem à diuino descriptio præscripto. Cur ergo asseritur, quæ Dominus præceperat Mosi, gessisse? Quia instar roris mane per transeuntis; adimplere; quæ ei diuinitus, erant indicta proposuere.* Voluntas apud Deum actio perfecta reputatur.

Apud Deum voluntas actio perfecta reputatur.

CAPVT II.

Ordinem castrorum duodecim Tribuum Israel circum Tabernaculum, quatuor in acies quatuor mundi plagis respondentes Deus disponit.

1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: 2. Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabuntur filij Israël, per gyrum tabernaculi fœderis. 3. Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. 4. & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti. 5. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanaël filius Suar. 6. omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quatuor millia quadringenti. 7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. 8. Omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti. 9. Vniuersi qui in castris Iuda annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. 10. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur: 11. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti. 12. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai: 13. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecenti. 14. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. 15. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta 16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur. 17. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. 18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. 19. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. 20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum Princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. 21. cunctúsque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt triginta duo millia ducenti. 22. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis. 23. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti. 24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. 25. Ad Aquilonis partem castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. 26. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. 27. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser: quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. 28 cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia mille quingenti. 29. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 30. cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquaginta tria millia quadringenti. 31 Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. 32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. 33. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Mosi. 34. Feceruntque filij Israël iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorũ.

COMMENTARII.

1. *Militũ castrorũ Iudæ summa.*

VERS. 1. 2. DIXITQVE DOMINVS &c.] Singuli Hebræi (Deos Mosi, & Aaroni profatur) iuxtà vexillum suum in signis dōmus patrum suorum (Hebr. sic.) ita castrametabuntur circa Tabernaculum, vt ab illo per vnum milliare ab omni latere recedant, dũ Leuitæ soli proximi adsunt Tabernaculo, & atrio, quippe illius excubitores. * Tunc enim castris Tabernaculum protectionem expedit, cum ei reuerentiæ obsequium litatur.]

Tẽplũ protegit sæculares qui ei reuerẽtiã exhibent.

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. AD ORIENTEM, &c.] Ad Orientem in parte anteriori Tabernaculi Iudas seu Tribus Iudæ figet tentoria vniuersa Tribu per turmas exercitus distributa, vnicuique familiæ, & domui propria mansione adscripta. Tribus Iudæ filiorum erit Princeps ac Dux Nahasson filius Aminadab vt pote originem ducens à Iuda per lineam primogenitorum & ipse primogenitus. Porrò omnium Iudæ Tribus filiorum numerus militum 74600. iuxta Tribũ Iudà castrametari sunt quotquot fuerant recensiti de Isachar Tribu, quorum Princeps, ac Dux extitit Nathanaël filius Suar; at pugnatorum numerus, 54400. At in Tribu Zabulon, qui simul cum Isachar sub Iudæ vexillo residebat, Princeps ac Dux fuit Eliab Helon filius: omnes autem pugnatores ad exercitũ Zabulun pertinentes adfuere 57400. Vniuersi igitur sub vexillo Tribus Iudæ apti certamini extitére tam ex proprijs filijs, quam ex vna, & altera sibi coniunctis: 186400. Hi per familias, cum mouenda erant castra primi, relicta statione procedere debebunt, si quidem vt plurimum Orientem versus ibunt, & hæc castrorum, ac Tabernaculi fœderis pars est anterior. * Quàm aptè Regia Tribus prima progreditur, vt ad Regis exemplum omnis populus componatur.]* Si quiescit primus prò Regiæ dignitatis merito, & primus exurgat ad progrediendum, & si occasio tulerit ad decertandum.

Regia Tribus prima progreditur, vt ad eius exẽplũ populus cõponi possit.

Rex primus quiescat, sed & primus decertet.

2. *Militum Tribus Rubẽ summa.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. IN CASTRIS, &c.] In castris Rubenitarum, quæ sub secundo vexillo sita esse debent, ad Meridianam plagam respectu Tabernaculi testimonij, aderit Princeps Elisur Sedeur filius. At cunctus exercitus pugnatorum huiusce Tribus, qui iam fuerant annumerati, 46500. Castrametari sunt iuxta exercitum Ruben viri bellatores ex Tribu Simeon, quorum Princeps Salamiel filius Surisaddai, militans sub vexillo Ruben: & vniuersi pugnatores annumerati extitére 59300. At Tribu Gadditarum obtinente mãsionem sub eodem vexillo Ruben in parte Australi, Princeps surrexit Eliasaph Duel filius: & cunctus annumeratus exercitus expleuit numerum 45650. Omnes igitur, qui recensiti sunt in castris Ruben, ex Rubenitis, Simeonitis, & Gadditis coactis, numero extiterunt, 151450. Hi igitur secundo loco nempè post tres Orientales Tribus proficiscentur. In exercitu Orientali præcessit Iudæ Tribus, deinde Isachar, tandem Zabulon? In exercitu Meridiano Tribus Ruben præcedat, Simeon subsequator, Gad huic ad hæresc at * Ne confusio in exercitu ansam præbeat exitio.

Cõfusio in exercitu exitio ansam præbet.

17. LEVABITVR AVTEM TABERNACVLVM, &c.] Tabernaculum dissolutum à Leuitis deportabitur secundum distincta eorum ministeria. (Cap sequenti Deus singulis distribuit.) Iidem Leuitæ, qui officium erigendi habuerint habebunt & deponendi. Igitur Tabernaculum per familias leuetur, prout vnicuique competit ex officio, non quidem confusè & indistinctè, sed sigillatim per turmas eorum, ita vt in vna Caathitæ, in alia Gersonitæ, & Merarițæ procedant in alia, præcedentibus eos sex præfatis Tribubus, alijsque sex subsequentibus. Singuli ergo non mixti, & absque distinctione, sed, per loca & ordines suos proficiscentur.

3. *Militũ castrorũ Ephraim summa.*

18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. AD OCCIDENTALEM, &c.] Castra filiorum Ephraim Occidentalem plagam sortientur tertium principale vexillum expandentes, quorum Princeps Elisama filius Amiud. Omnes huiusue Tribus pugnatores 40500. extitére. Sub eorum vexillo castrametata est Tribus Manasse fratris dignitate minoris ipsius Ephraim, cuius Princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. Hic exercitus milites 32200. exposuit. Porro in Tribu filiorum Beniamin, quæ vna cum Tribo Manasse sub vexillo Ephraim posteriorem Tabernaculi partem obseruabat, Princeps extitit Abidan Gedeonis filius. Omnes eius milites 30400 numerum expleuerunt, Vndè omnes qui annumerati sunt in castris Ephraim tres præfatas Tribus complectentibus fuere 108100. per turmas suas seu facta trium turmarum colligatione. Hi quidem tertij proficiscentur, nempe post Iudæ ac Rubeni vexilla.

5. *Militũ castrorum Dã summa.*

25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. AD AQVILONIS PARTEM, &c.] Filij Dan quartum vexillum principale expandentes, Aquilonarem tenuere plagam: eorum Princeps Ahiezer filius Ammisaddai; vniuersi autem huiusce Tribus pugnatores fuerunt 62700: sub ipsius Dan vexillo quotquot aderant de Tribu Aser, fixére tentoria: quorum Princeps fuit Phegiel Ochrãn filius: pugnatores cuncti 41500. Tribus filiorum Nephtali Danitis, & Aseritis hęrentium Princeps surrexit Abira filius Enan; Omnes autem viri pugnatores 53400. Omnes igitur, qui in castris Dan partem, Tabernaculi Aquilonaris custodientibus annumerati sunt, extitére 150600 Hi quidem nouissimi proficiscentur, cum mouenda erunt castra. Hic itaque est completus numerus filiorum Israël non quidem vniuersorum, sed, eorum dumtaxat, qui à vigesimo anno & supra recensiti fuére per domos cognationum suarum, & turmas diuisi exercitus, qui scilicet in sufficienti ætate constituti discerni, ac computari potuerunt ad exercitus bellatorum efformandos: hi inquam fuére 603550. Cur tot bellatores, cum nondum bella ingruerent, præparantur? * Quia post belli indictionem

ab

Pacis tẽpore exercitus cõparãdus, non in ipsa bellorũ instãtia. Non vincit castrorum exercitus multus, sed ordinatus. Pax & concordia exercitus necessaria ad victoriam. Cũ fides protegitur, Dei gloriæ promotione decertatur, iustissiméque

ab hostibus factam, non benè manus comparantur, non aptè bellatores addicuntur certamini. Pacis tempore prudens Princeps comparando studet exercitui.] * Cuncti exercitus potẽtissimi ordo annotandus. Non multitudo vincit inordinata, sed ad ordinem reducta. Ideo Ecclesia militans castrorum aciei ordinatæ comparatur.] * Dum autem Tribus Tribubus adhærescunt, & ternæ castrametantur, asseritur, exercitus pacem, & concordiam necessariam esse ad victoriæ triumphos.] Affirmant Hebræi in vexillo Iudæ fuisse Leonem; Ruben Hominem; Ephraim Bouem; Dan Aquilam. * Animantia ne cuiusquam gloriæ Dei vexillis bellicis exponuntur? Ita plane, cum exercitus ad Dei gloriam, Tabernaculi, seu fidei protectionem, non ad vindictam, aut prauos affectus, aut futilia, & conficta iura comparantur. Tunc enim ad Dei gloriam, & Dei gloriæ promotione decertatur.]

colligantur exercitus.

6.

33. 34. LEVITÆ AVTEM NON SVNT NVMERATI INTER FILIOS, &c.] Inter Israël filios non sunt recensiti Leuitæ; sicut enim Dominus Mosi præceperat, longe superior habita est Leuitarum ratio. Cuncta Dei imperia Hebræi circa ordinem castrametandi, & proficiscendi, impleuerunt. Per turmas enim suas, seruata debita Tribuum dispositione, & ordine cognationum castrametati sunt, & profecti præterea per familias, ac domos patrum suorum. * Præcedentia, quæ tibi ex patris tui domo, & ex genenealogiæ tuæ præstantia obuenit, magni à te ducenda est, nec facilè eius iuri debes renunciare.]

Leuitæ nõ [illegible] annumerati. Omnia gesſere Hebræi.

Ducenda est magni præcedẽtia, quæ tibi obuenit ex genealogia tua: nec facilè iuri eius debes renunciare.

CAPVT III.

Leuitas Deus & sibi deposcit, & suo cultui mancipat totius Israelis primogenitorum loco. Viginti duo millia Leuitæ deprehenduntur esse, quibus sacrarum supellectilium custodia distribuitur.

1 HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. 2. Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar 3. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. 4. Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. 5. Locutúsque est Dominus ad Moysen dicens: 6. Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubent, 7. & obseruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, 8. & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius 9. Dabisque dono Leuitas 10. Aaron & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. 11. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 12. Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filiis Israël, eruntque Leuitæ mei. 13. Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti: sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israël ab homine vsque ad pecus, mei sunt; ego Dominus. 14. Locutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: 15. Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & supra. 16. Numerauit Moyses, vt præceperat Dominus. 17. & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. 18. Filij Gerson: Lebni & Semei. 19. Filij Caath: Amram & Iesaar, Hebron & Oziel. 20. Filij Merari: Moholi & Musi. 21. De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: 22. quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem millia quingenti. 23. Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem, 24. sub principe Eliasaph filio Laël. 25. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, 26. ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius 27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua 28. omnes generis masculini ab vno mense & supra,

octo millia fexcenti habebunt excubias Sanctuarij, 29. & castrametabuntur ad meridianam plagam. 30. Princépfque corum erit Elifaphan filius Oziel. 31. & cuftodient arcam, mensámque & caodelabrum, altaria & vafa Saoctuarij, in quibus miniftratur, & velum, cunctámque huiufcemodi fupellectilem. 32. Princeps autem principum Leuitarum Eleazar filius Aaron facerdotis, erit fuper excubitores cuftodiæ Saoctuarij. 33. At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Mufitæ recenfiti per nomina fua. 34. omoes geoeris mafçulioi ab vno menfe & fupra, fex millia ducenti. 35. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga feptemptrionali caftrametabuntur. 36. Erunt fub cuftodia eorum tabulæ taberoaculi & vectes, & columnæ ac bafes earum, & omoia quæ ad cultum huiufcemodi pertioent: 37. Columnæque atrij per circuitum cum bafibus fuis, & paxilli cum fuoibus. 38. Caftrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id eft ad Orientalem plagam, Moyfes & Aaroo cum fuis, habentes cuftodiam Sanctuarij in medio filiorum Ifrael: quifquis alienus acceflerit, morietur. 39. Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyfes & Aaron, iuxta præceptum Domini per familias fuas in genere mafculino à menfe vno & fupra, fueruot viginti duo millia. 40. Et ait Dominus ad Moyfen: Numera primogenitos fexus mafculini de filiis Ifrael ab vno menfe & fupra, & habebis fummam eorum. 41. Tolléfque Leuitas mihi pro omni primogeoito filiorum Ifrael. 42. Receofuit Moyfes, ficut præceperat Dominus, primogenitis filiorum Ifrael. 43 & fuerunt mafculi per nomina fua, à menfe voo & fupra, vigiori duo millia ducenti feptuagiota tres. 44. Locutúfque eft Dominus ad Moyfen, dicens: 45. Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Ifrael, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum, erúntque Leuitæ mei, ego fum Dominus. 46. In pretio autem ducentorum feptuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Ifrael, 47. accipies quinque ficlos per fingula capita ad menfuram Saoctuarij. Siclus habet viginti obolos. 48. Dabífque pecuniam Aaron & filiis eius, pretium eorum qui fupra fuot. 49. Tulit igitur Moyfes pecuniam eorum qui fuerant amplius, & quos redemerant à Leuitis. 50. pro primogeoitis filiorum Ifrael, mille trecentorum fexagintaquinque ficlorum iuxta pondus Saoctuarij, 51. & dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbum quod præceperat fibi Dominus.

COMMENTARII.

1. *Aaronis filii multi.*

VERS. 1. HÆ SVNT GENERATIONES, &c.] Hi fūt filij Aaronis & Mofis qui nati iam fuerant in die, quo apud montem Sinai Mofi Dominus fuit prolocutus. Nam cum Tribus Leuiticæ perfonæ fuperius recenfitæ noo funt, ne facerdotes vulgarem numerum fortirentur: hic eas oportet annumerare. Porro licet filij Aaronis tantum recenferi videantur, tamen, dum fermo geritur de Leuitis Amramitis, vtriufqoe generatio exprimitur: hi enim funt filij Aaronis, ac Mofis, qui pātrem Amram habuere. Geritur autem initio Capitis fpecialis filiorum Aaron mentio, quia fi facerdotium funt adepti: pofteri verò Mofis, qui in inferiori Leuitarum gradu hæferunt, cum reliquis Leuitis Caathitis funt annomerati. * Aptè enim Aaronis facerdotes filij legiflatoris ac Ducis Mofis pofteros præcefferunt. Omnis enim fæcularis pōteftas debet facerdotali dignitati fubmitti.] Imo fi Mofis filij ex Leuitico Ordine, licet inferiori in gradu, non effent, nullatenus vel poft Aaronis filios eundem aptarentur in numerum. En nomina filiorum Aaronis: Primogenitus Nadab, cuius fratres Abiu, Eleazar, & Ithamar. Quorum propria nomina præ cæteris Leuitis exponuntor, quia facerdotali dignitate decorati fuere. * Hinc facerdotij iimare excellentiam. Nam quos Deus ex nomine nofcit, has admodum declarat auguftos, cum fecularium vulgo minimè computandos anonymo.] Hæc, inquam nomina filiorum Aaron facerdotum, qui inuncti fuerunt, & quorum manus cum confecratæ funt, tum olei vnctione, tum donis repletæ apparuere. Confecrare manus, idem eft ac repleri? * Quam appofitè! illud enim ipfum, te confecrari ad Epifcopale, ac facerdotale munus, idem debet effe, ac manus plenas muneribus oftentari ad inopum fubleuationem.] Diuitiæ facerdotum manus repleant non præcordia. Decet enim facerdotum muoificentiæ facilitas, dedecet auaritiæ reclufio.]] Quonammodò autem fi manus facerdotales plenæ euacuantur ex inopum fubleuatione, adhuc plenæ oftentantur? Certè quia diuitiæ pauperibus expofitæ nunquam imminuuntur.

Omnis fæcularis poteftas debet facerdotali dignitati fubmitti.

Sacerdotes Deus nofcit ex nomine cum vulgo minimè colligandos.

Idem eft, te confecrari in Epifcopū, ac facerdotem, ac manus habere plenas ad fubleuandū pauperem.

Diuitiæ facerdotales fint in manu, non in corde.

Nunquam euacuantur manus fubfidium pauperi elargientis.

* 4. MORTVI SVNT ENIM, &c.] Porrò

τοῦ Ἐλεαζαρ & Ithamar functi sunt sacerdotio Aaronis parentis ministerio; quia Nadab & Abiu primò initiati, ac inuncti, cum ignem peregrinum seu vulgarem offerrent, coram Tabernaculo cœlitus fuerūt exitialiter vulnerati, nec liberos muneris reliquerunt hæredes. * Quidquid sæculare est, ab altari reputa peregrinum. Quam ineptè ornantur altaria profanis imaginibus: quam non piè profanis vestibus sacerrimæ induuntur imagines.]

Omnis profanus ornatus ab altari est peregrinus.

2. *De Tribu Leui applicanda.*

Religiosi & sacerdotes applicentur ministerio studiosè.

6. 7. 8. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] A profano Israëlitarum cœtu segrega Tribum Leui, & *applica* ministerio Sanctuarij. * Applicatio enim, seu accuratum studium decet eos, qui sacris deseruiunt, vt perfectè ministeria exerantur. Stare fac in conspectu Aarō sacerdotis, vt ex officio ad id muneris parati ei ministrent, & vigilias super custodia Tabernaculi gerant, nè aliquis de populo ad sanctuarium accedat; & obseruent, operéque expleant quidquid ad cultum pertinet multitudinis, scientes se addictos, vt nomine totius populi cultum, ac reuerentiam Domino coram Tabernaculo exhibeant. Vndè cum Leuitæ seu Clerici desides circà cultum sacrum, circa altarium ornatum, &c. ostentatur, populus ipse deses exponitur. Queratur ergo populus de deside ministro, ne cuncti ciues simul cum illo puniantur.] Ipsi Tabernaculi vasa custodiant, [...] ..es in ministerio eius non quidem ministrando sanctuario, sed executioni mandando ea, quæ ad ministerium requisita præsupponuntur. * Indecens enim est, apud altare quodlibet interstitium ex præparationis defectu proueniens.]

Sacerdos nomine totius populi altari ministrat, vnde desidia eius cuncto populo tribuitur.

Indecens apud altare qualibet morula ex præparationis defectu proueniens.

9. DABISQVE DONO, &c.] Leuitas Aaroni offeres, ac sacerdotibus, vt eis seruiant, idque grātis, & sine pretio. Iam enim filij Israël Leuitas sacerdotibus tradidere, vt hac donatione Aaroni facta, à Deo primogenitos suos redimerent. (patet id n. 45.) * Et quidem Deo filium vnum litare, vt sacerdotali ordini seruiat, vel Regulari instituto subdatur, assolet primogenitum prosperare, domúsque interminabilem fœlicitatem adstruere.] Hebraicè pro *Quibus traditi sunt à filiis Israel*, apposuére, *Dati, dati*. Geminatio Hebræis æquipollet vniuersitati, ac si diceret, Dati omnes nullo dempto. Ego autem existimo referri ad externam, & internam traditionem. *Dati, dati*, non solum externa exhibitione: sed intentione interna. Multi enim coacti munus offerunt, Deus autem internum amat affectum; nec æstimat munus, quod datum manu, animo retinetur. Aaronem itaque ac filios eius non modò qui à te iam sunt sacerdotio initiati, verum etiam omnes posteros super cultum sacerdotij constitues vt mihi hoc munere fungantur. At externus, qui de genere Aaron non procedens, ausus fuerit se se sacerdotali officio ingerere, morte quidem, tantæ temeritatis pœna Iudicum sententia, vulnerabitur. * Nunquam non lethalis animo ausus sacrilegus plerumque & corpori exitialis existit.]

3. *Aarō, ac filij eius cōstituendi super sacerdotij cultū. Leuitæ autē eis dātur pro primogenitis Israel.*

Litare Deo vnū filiū aut Clericalem, aut Regulari instituto, solet primogenitū prosperare, domui fœlicitatem adstruere.

Datum, datū æstimatur à Deo, id est, quod volūtarie datur. [...] non quod datum manu, animo retinetur.

Sacrilegium sæpe lethale animo, sæpe exitiale & corpori.

11. 12. 13 LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus sic Mosi: Ego auferri statim Leuitas à filiis Israël præ aliis Tribubus propter vindictæ cœlestis zelum, quem in idololatras tempore adorationis vituli exposuére. Tuli autem eos pro omni primogenito, qui aperit vuluam in Hebræis, nempe pro primogenitis matrum quamuis non sint patrum primogenita. Eruntque Leuitæ mei, quia speciali iure ad me pertinebunt, & speciali eos prosequar prouidentia. * Qui enim Deo offertur, ad Dei pertinet specialissimo iure ditionem; Deus autem quod suum est speciali custodit studio] Meum est enim omne primogenitum non tantum iure creationis, sed peculiari liberatione, ac redemptione, cum ab Angelo percutiente Israëlitarum primogenitos eripui. Deus primogenitos liberauit à clade? Debētur Deo cūcta primogenita gratitudinis retributione. * Dilectissimum (ex. gr.) tuum Deus lethalis ægritudinis liberauit à vulnere: debes ergo filios tuos reliquos sic educare, vt speciali affectu tuo diuino obsequio emancipentur. Manum, oculum, aliudvè membrum Deus donauit sanitate: cuncta membra diuino seruitio litentur.] Mihi sanctificari volo quidquid ab homine, iumento, pecude, ac pecore primò in Israël exoritur. Mei sunt, quia ego Dominus, & iusto hoc meo præcepto ita fieri iubeo.

Si Deo te sistas, Deus quod suū est, speciali custodiet studio.

Gratitudinis ergo omnia mēbra diuino obsequio litā, cū vnū Deus ab ægritudine liberauit.

14. 15. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Rursum Dominus Mosi apud montem Sinai, Filios Tribus Leui annumerare iube per domus patrum, ac familias suas, ab vno mense & supra vsque ad quamcumque ætatem, in reliquis iuxta formam totius populi annumerationis, quam simul cum Aarone, ac duodecim Tribuum Principibus perfecisti. Sumpta autem ab hac ætate Leuitarum dinumeratio, quod etiam primogeniti post vnum mensem redimerentur. (infra cap. 18. 16.) * Temporariæ militiæ robusta annorum saltem viginti requiritur ætas: spirituali autem tenerrima est accommodatior. Vnde clamat Dominus, *Sinite, paruulos venire ad me.*]

4. *Filij Leui annumerantur.*

Spirituali militiæ tenerrima ætas accōmodatior est.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. NVMERAVIT MOYSES, &c.] Iuxta Dei præceptum Moses Leui filios annumerauit, & Inuenti sunt Leuitæ omnes, qui erant filij, posterique Gerson, Caath, & Merari. Porrò de Gerson inuenti sunt non quidem in vita, nam pridem obierant, sed in censu hoc & numero Lebni, & Semei. De Caath autem Amram, Iesaar, Hebron, & Oziel. De Merari denique Moholi, & Musi à quibus planè vniuersæ familiæ Leuiticæ originem traxére. Nam de Gerson duæ familiæ procedunt, Lebnitica, & Semeitica à Lebni, & Semei filiis eius: quarum sexus masculus ab vno mense & supra hunc numerum expleuit: 7500. * Ante mensem quidpiam Deo non licebat offerri, quia antè id tempus dubia admodum animantis vita. Non ducit Conditor muneris dubietatem.]

Deus nō ducit muneris dubietatem.

23. 24. 25. 26. HI POST TABERNACVLVM, &c.] Castrametationem filiorum Gerson siue Lebniticæ familiæ Dominus præscripsit, fatus: Hi post Tabernaculum metentur ad Occidentem medij existentes inter castra Ephraim & Tabernaculum: aderúntque sub Principe Eliasaph Laël filio, & agent excubias, soliciteque circa ea, quæ sunt in Tabernaculo fœderis inuigilabunt, custodientes accuratè ipsum Tabernaculum seu cortinas Tabernaculum constituentes, ac cortinarum operimentum; asseruabunt simul tento-

5. *Hi post tabernaculū metantur.*

rium

rium,quod per funiculos , & annulos trahitur,dum extenditur , vel colligitur aut plicatur antè fores tecti fœderis; custodient & cortinas atrij,ac tentorium,quod pro foribus appenditur in introitu Tabernaculi,& quidquid cortinarum,operimentorum,tentoriorum,vel aliorum velaminum ad ritum pertinet altaris,seu ad funes catédentes Tabernaculi operimenta ne contrahantur in rugam, aut à vento impellantur. Omnia itaque vtensilia Sanctuarij & mollia,velamenta scilicet in conseruationem,ac decorem Tabernaculi addicta ad Gersonitas pertinent. Non solum præcipuæ Tabernaculi columnæ,tabulata , cortinæ tentoria custodiæ accuratæ traduntur:sed & funiculi,& annulli:vno enim filamíne,aut annicu. lo deficiente , perfectio tantæ machinæ corruere videtur. * Fabricæ spiritualis nulla est superflua perfectionis particula,qua deficiente imperfectum redditur Tabernaculum; quia bonum ex integra causa,exigum malum ex defectu.

Spiritualis fabricæ sit accurata custodia; quia vel paruulo ex defectu imperfecta redditur.

27.28.29. 30. 31. 32. COGNATIO CAATH,&c.]Familia Caath autem populos Amramitas Iesaaritas , Hebronitas , & Ozielitas à filiis Caath , Amrá,Iesaar,Hebron,& Oziel, complectetur Hæ sunt familiæ Caathitarum per nomina sua recensitæ. Omnes generis masculini ; qui ab vno mense & supra inuenti sunt in quatuor Caathitarum familiis, octo millia sexcenti extitere. Hi habebunt excubias,id est,Sanctuarij custodiã quoad vasa quę sequuntur,& castrametabuntur ad Meridianam plagam propius Tabernaculum quam Ruben , cuius vexillum , in eadem plaga manere iussi. Princeps Cathitarum aderit Elisaphan Oziel filius. Custodient autem hæ quatuor familiæ cum sibi à sacerdotibus tradita fuerint ad portandum , Arcam,Mensam,Candelabrum,altaria thymiamatis,& holocaustorum :& vasa Sanctuarij in quibus ministratur,vt thuribula,tridentes,fuscinulas , & alia huiusmodi:& velum , quod oppanditur Sancto sanctorum : huic enim inuoluetur Arca à Caathitis portanda. Alia vela omnia à Gersonitis deportabuntur;cunctamque huiuscemodi supellectilem, vt Labrum æneum,& alia omnia,quæ ad atrij compositionem , vel Tabernaculi non spectant. Porrò Princeps Principum Leuitarum (cui tanquam domino famulari debent,& ministrare Leuitæ) Eleazar filius Aaronis sacerdotis super excubitores custodiæ Sanctuarij præerit,vt videat , an aliquis suo muneri desit. * Aptè Principibus Princeps vigil addicitur, vt meminerint , sibi iudicium præparari.] Speciatim autem Templi,seu Ecclesiæ custodes supremum habent Principem,cui strictissimam reddent commissi muneris rationem.

6. *Familia Caathitarum.*

Principes habent Principẽ cœlestẽ,cui creditæ potestatis rationem reddent. Præcipue Ecclesiastici Præsules hoc timeãt tribunal.

33.34.35. 36. 37. 38. 39. AT VERO DE MERARI , &c.]De Merari denique aderunt populi Moholitæ,& Musitæ per sua annumerati nomina, à duobus nepotibus Leui scilicet Moholi,ac Musi ducentes originem. Ex hisce duabus familiis masculi ab vno mense & supra extitere 6200. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel exsurgat. Porrò hi in plaga Septentrionali metabuntur inter castra Dan & Tabernaculum.Custodię autem eorum , numerisque tradantur tabulæ Tabernaculi , vectes , columnæ , ac bases earum , omniaque, quæ ad cultum seu constructionem Tabernaculi pertinent:nec non columnæ atrij per circuitum appositæ cum basibus suis , ac paxillis , qui ad funes intendendos , columnas firmandas,& atrij velamina , ne vento nimium agitentur , figuntur. Moses quidem & Aaron cum filiis suis antè Tabernaculum , id est , ad plagam Orientalem castrametabuntur , *Tabernaculi gerentes custodiam in medio filiorum Israël,nempe in digniori, & excellentiori loco vt sacerdotalem decet statum.]* Profecto sacerdotum velut cor in medio populi residens,è quo vis deriuatur ad subditos.] * Corpus sine corde ostentatur exanime ? sine sacerdote populus cogitur deperire.] * Dum cor dolet , reliqua membra misere exagitantur?Saucio ex piaculo sacerdote,cuncti subditi vulnere afficiuntur lethali quodammodo, cordi suo morem gerentes.]Quisquis a familia sacerdotali alienus locum illum ad castrametandum inierit , in pœnam temeritatis suæ Iudicis sententia trucidabitur. Omnes Leuitæ à Mose,& Aaron annumerati ab vno Mense & suprà masculino è sexu fuerunt 22000.

7. *Familia Merari.*

Sacerdotalis status digniori loco addicendus. Sacerdotum est cor,e quo virtus ad subditos deriuatur. Sine sacerdote populus perit. Sacerdote delinquente, quasi cuncti subditi lethali vulnere afficiuntur.

40.41. 42 43. ET AIT DOMINVS , &c.] Recense,inquit Mosi Dominus , primogenitos masculos filiorum Israël ab vno mense & supra,& eorum catalogum retinebis. Tollesque Leuitas mihi , ad commutandum eos pro Primogenitis omnibus Hebræorum.Ego Dominus,cui iure liberationis factæ in Ægypto debentur primogenita: Simul Leuitarum pecora separabis,vt mihi cum ipsis Leuitis quasi dedicentur sintque mea , sicut ipsi Leuitæ mei sunt.Attamen non est facta ista separatio pecorum,vt Domino per sacrificia cederent. Si non cessere Domino per sacrificia, cur sibi aptari pecora Leuitarum imperauit ? * Certè vt innuat etiam id , quod sacerdotis cedit in vsum Dei esse.] Cũ poteris ô sacerdos , bonis Ecclesiæ,existima ex Dei edere penu , ne superfluis sumptibus patris cœlestis substantiam dissipes. * Aptius adhuc asseruerim bona sacerdotum , aut clericorum Dei esse , & ad vsum Dei , ac sacerdotum aptanda. Comedat & induatur clericus , sed Deus simul edat,ac vestiatur in paupere.] Sicut ergo Dominus iusserat , Moses primogenitos Hebræorum annumerauit è duodecim Tribubus:& masculi ab vno mense & supra inuenti fuére 22273. quos oportebat in Leuitas commutari.

8. *Numerari iubentur primogeniti masculi.*

Existimet sacerdos, edere, ac vestiri è Dei penu. Bona eorum Ecclesiæ Dei sũt; Deus simul in paupere comedat & induatur, dũ sacerdos reddit pauperi,quod superfluit ex Ecclesiæ bonis.

44 45.46.47.48. 49.50 51. LOCVTVSQVE EST , &c.] Separa(Dominus Mosi fatur) Leuitas viginti duo millia,quos; demptis primogenitis,recensuisti , & meo eos cultui applica pro primogenitis filiorum Israël : & pecora Leuitarum pro pecoribus primogenitorum:eruntque mei Leuitæ prout esse debuissent omnes primogeniti Israël, si facta non fuisset huiusmodi permutatio : Ego speciali iure eorum Dominus. At quia omnes Leuitæ viginti duo millia fuerunt , Primogeniti autem Hebræorum viginti duo millia ducenti septuaginta tres:cum Leuitæ dandi sint mihi pro primogenitis,superest,vt pro illis ducentis septuaginta tribus qui Leuitarum excedunt numerum,satisfiat.Iubeo ergo,& hi primogenitis

9. *Tollẽdi pro primogenitis Leuitæ.*

mogeniti quinque siclis integris iuxtà Sanctuarij pondus in singula capita persolutis redimantur. Porrò siclus legitimi ponderis tã in rebus sacris quam profanis viginti obolos cõtinet. Quam pecuniam Aaroni, ac filiis eius sacerdotibus exhibebis, vt pote pretium eorum, qui supra numerum Leuitarum existunt. Æquum planè est hosce siclos porrigi sacerdotibus, quia loco primogenitorum exhibentur, qui si de facto offerrentur, deberent sacerdotum famulatui addici, quemadmodum cæteri Leuitæ, qui loco aliorum primogenitorum ad seruiendum sacerdotibus applicantur. * Vt videas, quid Religioni debeas, cum aut Religiosum monitis reducis ad sæculum, aut te vtilem ac sumptibus collegij eductum subtrahis Religioni.] Tulit ergo Moses pecuniã eorum, qui numerum viginti duorum millium Leuitarum superauerãt, seu eorum, quos redemerant à Leuitis pro Hebræorum primogenitis. Si enim à consortio Leuitarum hi redempti non fuissent, vna cum Leuitis in operibus Sanctuarij debuissent ministrare. Tulit inquam Moses mille trecẽtos sexaginta quinque siclos iuxtà legitimum Sanctuarij pondus, & Aaroni ac filiis ad eorũ vsum impendere statuẽs iuxta imperiũ Domini cõmutationis, ac redemptionis primogenitorum legem.

Qui se subtrahit Religioni, aut facit, aliquẽ è Religione egredi, debet subdi ei emolumenta.

CAPVT IV.

Octo millia quingenti octoginta Leuitæ ab anno trigesimo annumerantur, quibus Tabernaculi, cum mouenda sunt castra, committitur port..nda supellex.

5. Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 2. Tolle summam filiorum Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas, 3. a trigesimo anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum 5. ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluéntque eo arcam testimonij, 6. & operient rursum velamine ianthinarum pellium, extendéntque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes: 7. Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, & cyathos & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: 8. extendéntque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes. 9. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt, 10. & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes. 11. Nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducéntque vectes. 12. Omnia vasa, quibus ministratur in Sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducéntque vectes. 13. Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, 14. ponéntque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. 15. Cúmque inuoluerint Aaron & filij eius Sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa Sanctuarij, ne moriantur: Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: 16. super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniúmque vasorum quæ in Sanctuario sunt. 17. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicẽs: 18. Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: 19. sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum, Aaron & filij eius intrabunt: ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. 20. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in Sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur.

rientur. 21. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas, 23. à triginta annis & supra : vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. 24. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, 25. vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum, tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, 26. cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, & vasa ministerij, 27. iubente Aaron & filiis eius, portabunt filij Gerson : & scient singuli cui debeant oneri mancipari. 28. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis : eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 29. Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis, 30. à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. 31. Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, 32. columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. 33. Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 34. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, 35. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: 36. & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. 37. Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses, & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. 38. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes & domos patrum suorum, 39. à triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: 40. & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta : 41. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. 42. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum, 43. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: 44. & inuenti sunt tria millia ducenti. 45. hic est numerus filiorum Merari quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. 46. Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses, & Aaron & principes Israel, per cognationes & domos patrum suorum, 47. à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, 48. fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. 49. Iuxta verbum Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

COMMENTARII.

1. Sũma filiorũ Caath, & cultus

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Mosi & Aaroni Dominus affatur: De familia Caath separa viros à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum, vt eorum humeri grauioribus oneribus addici possint, & partes Tabernaculi deportare, cum mouenda sint castra. Hosce itaque annumera, & assigna, vt stent seu ministrent in Tabernaculo Asportationi grauis ponderis robustior apte addicitur ætas. * Quam inepta ante annum trigesimum ætas ad pondus grauissimum præsulatus.] Cani, ais, sunt sensus hominis Non inficior; sed prudentia iuuenis non sufficit, si deficit experientia, cuius vi sunt onera eleuanda.

Nõ aptè ad regiminis onus leuandũ infirma iuuenũ eligitur ætas.

Onera Præsulatus nõ sola prudẽtia quã experientia leuat.

4. 5. 6. 7. 8. HIC EST CVLTVS FILIORVM, &c.] Hoc est ministerium, hæc functio Caathitarum : Quando mouenda erunt castra Aaron & filij eius etiam minores sacerdotes sanctum sanctorum ingredientur ad illud deponendum. Licet enim Hebræis apud Chanaan existentibus soli Pontifici summo licebit semel in anno ingredi sanctum sanctorũ, aliquid dandum necessitati itineris. * Vt edoceamur veniam aliquam circa Regularis instituti rigorem dandũ esse viatori. Deponent velum, quod diuidit sanctum sanctorum à sancto, eoque Arcam testimonij obuoluent, rursum operientes ianthinarum pellium tegumento,

2. Arca, ac Mẽsa obuelanda.

Dãda aliqua venia circa Regularis instituti asperitatem viatori.

tegnmento, non illo, quo Tabernaculum tegitur, sed alio proprio. Nam & Mensa, & Candelabrum, & reliqua suum habebant ex ianthinis pellibus operimentum. Desuper autem pallium, seu velamen proprium non ex pellibus, sed *totum* è filis hyacinthini coloris compositum (Hebr. תכלת *thecheles* quod fila, non תחש *tachas*, quod pelles eo colore tinctas, significat.) expandent. * Quod pretiosius est, pluribus est operimentis velut, custodiis obtegendum, nè vel aspectu inimico possit deturpari. Arcana tibi sit virginitatis puritas multis velaminibus obtegatur, quæ infici assolet aspectu.] * Sed cur pulchra velamina ex pote hyacinthina fila, ac rubricatæ pelles præparantur ? Nunquam tam apposite vna virtus obtegitur, ac custoditur, quam cum altera virtute velut obuoluitur.] * Castitas (v. gr.) intacta, ac pulchra exponitur, cum modestiæ pulchro velamine obtegitur.] Inducent vectes non in Arcam, quia iam sunt inducti, & nunquam extrahuntur: sed inducent, seu component intra eadem velamina, quibus Arca contegitur, præter eas tamen vectium partes, quæ humeros baiulantium prement, & ab Arca hinc indè longius excurrent. Mensam propositionis etiam pallio obuoluent hyacinthino cum ea apponentes thuribula, mortariola, seu scutellas, quibus simila in sacrificiis excipitur, cyathos ad vina, ac libamina, cæteráque ad vsum eundem. Panes propositionis semper in mensa aderunt, etiam cum deportatur, & de loco ad locum transfertur. * Hinc sacerdotes iter agentes muneo, quotidie sacro agendo studium impendere ad viæ nunquam non, periculis plenæ protectionem. Secularis autem laudabiliter, vtilitérque sacro intererit profecturus.] Desuper pallium coccineum extendent, quod rursum ianthinarum pellium (Hisp. *Guadamecil*) operient tegumento : inducéntque vectes, aptéque component, vt queat humeris Mensa deportari.

Virginitas pretiosa ob tegēda multis velaminibus.

Virtus aptè virtute alia obtegitur, & custoditur.

Castitas velamine modestiæ obtegenda.

Iter agens Missā quotidie celebret sacerdos, sacrum audi, sæcularis.

9. 10. 11. 12. 13. 14. SVMENT ET PALLIVM HYACINTHINVM, &c.] Sumant Aaron, ac filij eius sacerdotes pallium seu velamen hyacinthinum, quo Candelabrum aureum in parte Australi Sanctuarij situm operient, cum lucernis, seu vasis paruis aureis, in quibus profunditur oleum, & lychnum apponitur: & forcipibus ad scindendum lychnum ardens addictis, & emunctoriis, quibus quæ emuncta sunt, debent extingui: & cunctis olei vasis, quæ ad concinnandas lucernas necessaria exponuntur. Hæc cum ipso Candelabro componantur, & ianthinarum pellium subsint operimento. Inducent autem vectes, non quidem in annulos, quibus Candelabrum caret; sed ipsi Candelabro alligabuntur, aut Candelabrum super eos imponetur. Sic LXX. *Et imponent illud super vectes.* Cur non facilior sarcina, appositis annulis, præparatur ? * Semper quod lucidum est deportantis humeris grauius pondus addicit. Si subditus lucet, si ad ornamentum Religionis fulgores emittit, amplius est à Præsule sufferendus. Altare thymiamatis, quod aureis est laminis obtectum hyacinthino vestimento inuoluent simili superioribus, & extendent desuper (non inuoluent) ianthinarum pellium operimentum. Nec enim omnia digna sunt, vt rebus nimium hæreant augustis: alia induunt, alia contegunt, hiacinthinum vestimentum induit altare, pellis ianthina tegit. * Nobilem nobilis delige ad intima amicum, famulis vtere ad externa. Dedecet enim vitum aureum vili intimè pelle circumdari.] Vectes similiter adaptabunt, ad altaris deportationem. Omnia supellectilia, quibus Deus in Sanctuario colitur, labrum scilicet æneum, vestes sacerdotales, & si quæ sunt, iacinthino pallio inuoluent, & desuper ianthinas pelles extendent, vectésque alligabunt, vt valeant humeris deportari, cum non liceat in plaustris deferre. * Inepte enim vas illud æneum vbi homines diluuntur, quo quidem Confessio designatur, committeretur brutis, cuius administrationem tanta decet sapientia.] * Subtraxerent hinc Episcopi, qui labrum hoc Sacramentorum scilicet administrationem magis brutorum plaustro, quam humeris apponunt humanis, dum, sacerdotibus insipientibus tàm difficilem exhibent potestatem.] Sed & altare holocaustorum (quod antonomasticè ob excellentiam sacrificiorum, quæ in eo offeruntur *altare* vocitatur) mundabunt cinere, quando ex loco, vbi peracta sunt sacrificia, dimoueri contigerit. * Tam contagiosa ne peccatorum symbola, vt vel æneo infectio quodammodo hærescat altari lexiuióque indigeat ?] * Certe cineris aspersio, seu mortis memoria agnatum est lexiuium ad æneum altare, siuè conscientiam pertinacem abstergendum.] post abstersum cinere altare, id vestimento purpureo obuoluent. * Vt Regia purpura ex cinere ediscat complicari, & obuolui.] Collocabunt simul omnia, vasa, seu instrumenta ænea, quibus in eius ministerio vtuntur nempe ignium receptacula, fuscinulas, tridentes, vncinos, & batilla, (Hispanicè, *Badiles.*) Cuncta altaris huiusce vasa, aut instrumenta ænea, vel ferrea ianthinarum pellium velamine operient, & inducent vectes intra ipsum velamen, vt velatum altare queat in vectibus deportari.

3. *Cādelabrū operiendū.*

...ius qui ...sustie... à Præsule.

Dedecet vitū aureū vili amicorum pelle intimè obuolui.

Ad administrationē Sacramentorū eligantur sapientes.

Taxo Præsules, qui magis brutorū plaustra, quā hominū humeros eligūt ad Sacramētorum deportationem.

Tā cōtagiosa peccati symbola, vt vel altare æneum quodammodo inficiant.

Mortis memoria pertinax consciētia abstergitur.

Purpura seu Rex è cinere ediscit plicari, ac deprimi.

15. 16. CVMQVE INVOLVERINT AARON, ET FILII EIVS SANCTVARIVM ET OMNIA VASA EIVS IN COMMOTIONE CASTRORVM : TVNC INTRABVNT FILII CAATH VT PORTENT INVOLVTA, &c.] Cumque inuoluerint Aaron & filij sacerdotali dignitate decori sanctuarium, seu partes sanctuarij præcipuas, Arcam, Candelabrum, altare vtrumque, ac labrum æneum; ac præterea inuoluerint omnia vasa minus principalia, cum castra fuerint amouenda : tunc filij Caath in Tabernaculum adhuc erectum intrabunt, vt inuoluta deportent cuncta præfata, excepta Arca testamenti quæ si numerus sacerdotum adsit, ab eis erit baiulanda. Nam quod sacratius est dignioribus humeris commitendum. Hinc D. Iosephi mei dignitatem contemplére, cui sanctior Arca Maria si non ex Ægypto in Chanaan, è Chanaan baiulanda traditur in Ægyptum.] Caathitæ itaque vasa sanctuarij non attingent de-

4. *Sacerdotes inuoluunt sāctuariū, filij Caath portant, super hos Eleazar.*

Iosephi dignitas, cui traditur Arca Maria in Ægyptum baiulanda.

vt ministrorum Dei diligentia exponatur tanto enim studio, ac promptitudine ad ministeria accurrant, vt omne futurum velocissimo præueniant obsequio.] Hæc sunt onera eorum: Res duras Tabernaculum componentes deportabunt tabulas deauratas, quadraginta & octo, & vectes Tabernaculi per medium tabularum transeuntes ad eas continendum: columnas, ac bases earum: nec non atrij columnas id circueuntes, & efformantes, cum basibus, paxillis, qui affixi sunt columnis cortinas atrij continentibus, & funibus necessariis. Omnem supellectilem accipient ad numerum, sicque deportabunt, vt sciri valeat quid detur, & quid recipitur, vt reddatur. * Ad numerum oportet accipias Dei munera, vt scias quid debeas gratitudinis reddere effectu.]En Meraritarum officium, ad cuius perfectionem aderunt sub manu, seu regimine Ithamar, cui etiã Gersonitę submitendit.

Ad numerum accipe Dei munera, vt scias, quid debeas gratitudinis reddere effectu.

34. 35. 36 37. RECENSVERVNT IGITVR, &c.] Moses igitur, Aaron ac assignati Synagogæ Principes numeratores recensuerunt filios Caath prius quam alios Leuitas, quia ad onera insigniora deportanda erant assumpti. * Ad præstantiora munia debent prius Præsules subditos aptiores eligere, & meritorum viribus pondera accomodare.] Annumerarunt autem eos per patrum suorum domos à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum omnes valentes viribus, & qui apti erant ad huiusmodi ministerij laborem: & inuenti sunt 2750. Hic est numerus populi Caath valentis Tabernaculi sacra onera deportare. Hos annumerauere Moses, Aaron, ac Principes Tribuum iuxta sermonem Domini, siue imperium, qui per Mosem, vt ita fieret significauit.

8. *Fil. Caath recensetur*

Eligẽdi prius ad prestãtiora munia ministri.

38. 39. 40 41. NVMERATI SVNT EX &c] Annumerati post Caathitas sunt Meraritæ per domos patrum à trigesimo anno vsque ad quinquagesimum, omnes qui pollent viribus ad supellectilium deportationem, & hunc numerum expleuere: 2630. Hic est Gersonitarum populus à Mose, Aarone, Principibusque ex præcepto Domini annumeratus.

9. *Gersonitæ & Meraritæ annumerantur.*

42. 43. 44. 45. NVMERATI SVNT, &c.] Denique annumerati fuere Merari filij per domos paternas à trigesimo vsque ad quinquagesimum annum, omnes apti huic Tabernaculi ministerio: & inuenti sunt 3200. Quãuis enim in paruulorum numero à Caathitis, & Gersonitis Meraritæ exederentur: ipsi tamen illos virorum numero superabant Ne quia nouissima veniret ad numerum à primis despiceretur * sæpe vltimo loco collocari incedunt, qui primo adscribi possent. Ergo hos nouissimos primos existimarim.]En numerum filiorum Merari, quos Moses, Aaron, ac numeratores Principes recensuere ex Dei præcepto Mosi exposito.

Sæpe nouissimo loco aptãtur, qui primo collocari possẽt Ergo hos primos existima.

46. 47. 48. 49. OMNES, QVI RECENSITI SVNT, &c.] Omnes itaque Leuitæ annumerati à Mose Aarone, ac Principibus Tribuum per cognationes, & patrum domos à trigesimo vsque ad quinquagesimum annum ponderibus apportandis appositi, *simul* id est summis superioribus collectis, extitére, 8580. Iuxta præceptum Domini, & non gloriolæ inania affectu recensuit eos Moses, vnicuiq; imperando, & munus, in quo ministrare singuli debebant, iniungendo.* Pluris enim ducitur à subdito præceptũ, quod non generatim cũctis indicitur, sed particulatim singulis intimatur

10. *Omnes Leuitæ annumerati.*

Pluris à subdito ducitur preceptũ quod nõ generatim cunctis indici tur, sed speciatim singulis intimatur.

CAPVT V.

Immundi propulsari iubentur è castris. Lex zelotypiæ sancitur, qua vxores de adulterio suspectas mariti maledictas per aquas explorent.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Præcipe filijs Israel, vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo: 3. tam masculum quàm feminam eiicite de castris, ne contaminent ea cùm habitauerim vobiscum. 4. Fecerúntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Mosi. 5. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 6. Loquere ad filios Israel: Vir, siue mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere: & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint. 7. confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper, ei in quem peccauerint. 8. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. 9. Omnes quoque primitiæ, quas offerent filij Israel, ad sacerdotem pertinent: 10. & quidquid in Sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. 11. Locutusq; est Dominus ad Moysẽ, dicens: 12. Loquere ad Dominus ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, cuius vxor errauit, maritũq; cõtẽnẽs 13. dormierit cũ altero vi-

go,& hoc maritus deprehendere nō quiuerit, sed latet adulterium,& testibus argui nō potest, quia non est inuenta in stupro: 14. si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, 15. adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium: 16. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, 17. assumétque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. 18. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit. 19. adiurabitque eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. 20. Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subiacebis: Det te Dominus in maledictionem, exemplúmque cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum,& tumens vterus tuus disrumpatur. 22. ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen: 23. Scribétque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, 24. & dabit ei bibere. Quas cùm exhauserit, 25. tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita dumtaxat vt prius, 26. pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. 27. Quas cùm biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionē, & in exemplum omni populo. 28. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. 29. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, 30. maritúsque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt: 31. maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

COMMENTARII.

1. *Immundi è castris exturbādi.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Mosi profatur: Cum duplex sit immunditia legalis, lenior vna, quæ arcet à Téplo, non autem ab hominum conuictu, nec per contagionem deriuatur in alios: alia grauior, & quæ alios inficit: filiis Israël præcipe, vt à castris, & à conuictu masculum aut fœminam lepra infectam, aut seminis fluxu laborantem exturbent; ne habitantes vobiscum omnem cœtum inficiant. * Si inficit corpora leprosi, ac seminiflui societas; quanto dirius animum peccator inficiet auaritiæ lepra, tabe luxuriæ. Cur ergo huiusmodi Vrbium exitium non turbatur è castris?]

Turbandi ex Vrbe peccatores publici infecturi procul dubio ciues.

4. 5. 6. 7. 8. FECERVNTQVE ITA FILII ISRAEL, ET EIECERVNT EOS EXTRA CASTRA, SICVT LOCVTVS ERAT DOMINVS MOYSI &c.]

2. *Gerēs proximo iniuriā restituat.*

Præcepto Domini per Mosem expresso Hebræi illico paruerunt, extrà castra turbantes immundos. Dominus autem rursum Mosi, loquere (ait) Israëlitis: Vir aut mulier cum gesserint aliquod ex hisce piaculis, quæ assolent *hominibus* accidere, cum fecerint scilicet aliquam iniuriam proximo. An ira & luxuries sunt peccata, quæ solent accidere hominibus. Omne, quod est in mondo id est omnia crimina ad illa tria reducuntur, de quibus Ioannes: Concupiscentia carnis, oculorum, & superbia, seu ira. * Porro peccata iracundiæ, ac luxuriei non accidunt hominibus iam ex ipso iræ, & immunditiæ piaculo mutatis in bruta.] Cum gesserint, inquam, aliquod iniuriæ in proximum crimen, & per negligentiam aliquod Domini præceptum fuerint transgressi eorum, quæ ad ius erga proximos diriguntur, atque delicto se polluerint, scientes vetitum esse, sed præceptum seruare negligentes, quanquam minime ex contemptu peccantes: peccatum suum Deo, aut sacerdoti confiteantur. * Si ante Confessionis Sacramentalis institutionem, necessaria erat illa confessio piaculi ad remissionem: post indictam Confessionem sacramentalem putas piacula haud Confessione præmissa vel in re, vel in voto posse remitti?] Facta autem confessione piaculi, qui iniuriam proximo intulit, reddet ipsū caput, seu rē ablatam, addens insuper quintam partem pro satisfactione, & compensatione ei, quem iniuria læsit. * O tempora, cum non solum non quinta pars redditur ad compensationem, sed nec caput seu res ablata restituitur.] Certè non

Iracundiæ & luxuriæ peccatū non accidit hominibus, quia illud perpetrantes mutantur in bestias.

Cōfessionis necessitas ad peccati remissionem.

Nō solū capitale restituēdū est, sed & dāna resarcienda.

non ablata solum res, sed & pro damnis debet compensatio proximo exhiberi. * Quam à salute discedunt diuites, qui vix ... heredibus imperant capitale debitoribus exhiberi, quod nunquam aut sero solui assolet] Porro si non fuerit, qui recipiat, quia non constat, quisnam is, qui iniuriam est passus, vel non sit consanguineus aut propinquus, qui in defuncti locum recipiat, quod restituitur, sacerdotis cedet in vsum. * Sacerdos enim Dei est vicarius, & velut Dei hæres constituitur.] Ariete tamen excepto; nam si res furto ablata fuerit aries, & nemo sit, cui restituatur: Domino sacrificabitur, vt pro expiatione delinquentis sit hostia placabilis * Ex peccati, seu furti materia Deo potest victima acceptabilis offerri, si id lites alicui, quod non valet restitui creditori.

Periculosa salus diuitis, qui iubet hæredibus capitale solui restituere debitoris.

Sacerdos Dei est hæres.

Ex furti materia potest Deo placabilis hostia litari.

3\.
Primitiæ sacerdoti cedunt & quicquid in Sanctuario offertur.

9\. ... OMNES QVOQVE PRIMITIÆ, &c] Omnes primitiæ, quas Hebræi offerre assolent non vltronei, sed ex legis præscripto, sacerdoti cedunt, vt ex illis alatur. & quidquid in Sanctuarium offertur à singulis, & non mittitur in gazophylacium, sed traditur manibus sacerdotis: ipsius erit; Dum tamen offerens expresse non asserat, se id ad vsum Tabernaculi, seu Templi exhibere: tunc enim non sacerdotis, sed Sanctuarij, aut Templi vertetur in vsus. * Moneantur hic sacerdotes, iniuste ab ipsis detrahi, quod Templi fabricæ, aut ornatui assolet exhiberi ... Templo semper superstiti esse restituendum.

Iniuste sacerdos detrahit quod Templi fabricæ, aut ornatui datur: & restituendū est ipsi.

4\.
Zelotypiæ sancitur lex.

11\.12 13.14. 15. 16. 17. LOCVTVSQVE EST DOMINVS AD MOYSEM, &c.] Mul... Dominus profatur: Hebræis indices. Mulier, quæ se adulterio contaminarit maritumque contempserit. * Nam quæ m...tum æstimat, nec amore alieno, nec muneribus in errorem adducitur.] Porro conuenienter mulier adultera errare dicitur. * Errore enim afficitur thalami violata fide. Errore afficitur, dum voluptate vili percepta, tot se exponit periculis. Errore afficitur, dum sibi persuadet, amasij promissiones implendas.] Quæ igitur contemnens maritum, adhæserit amasio actione iniqua, quam maritus suspicionibus actus haud quiuerit deprehendere; latens enim adulterium non potest testibus reserari, quia in adulterio deprehensa non est: si zelotypiæ Spiritus, seu dæmon zelotypiæ. (* Annon Diabolus ille affectus, qui homines efficit energumenos?)] Virum aduersus vxorem exagitanecit, quæ quidem aut verè deliquit, aut falsæ suspicionis gladio vulneratur. Quomodo falsa suspicione appetitur, si dicitur errasse? *Vir, cuius vxor errauerit.* * Errauit planè falso mariti iudicio, qui leues suspiciones, de zelotypi ingenio, iniquas tam actiones existimat. Vnde semper vxor marito huiusmodi semper errat] Adducet ergo maritus dubius de vxoris iniquitate eam ad sacerdotem, & sati farinæ hordeaceæ pro ea decimam partem offeret. Certè satum inter aridorum mensuras annumeratur, & tres continet modios. Hebr. *Epha*, Græcè *Ephi*. * Aptè hordei farina pro adultera litatur; nam si error est adulterium, triticum hominis cibum ignorat, quæ tanto errore intellectus deflectit ad bruta.] Super huiusmodi farinam hordeaceam zelotypiæ oblationem oleum non profundet. * Quia oleum misericordiæ typus, à qua zelotypus versatur alienus.] Nec thus imponet: * Quia thus bonæ Symbolum famæ, quam omnino maritus sola suspitione comminuit.] * Vt edicant vxores, suspitionibus ansam non exhibere ex licentia linguæ aut oculorum immodestia; famā enim nuptæ fœminæ vitrum est volatile, quod vel auræ halitu comminuitur.] Non igitur oleum, aut thus deuotionis adhibeatur, quia zelotypiæ est sacrificium, & oblatio inuestigans adulterium, non verò misericordiam impetrans ex affectu, ac deuotione offerentis, vti reliqua sacrificia. Offerat itaque fœminam sacerdos, & eam ad altare holocaustorum applicet ante Tabernaculi ostium Assumetque aquam sanctam de labio æneo ad vsus sacros præparatam: in vase fictili non in aliquo ex vasis aureis, in quibus simila sacrificiorum offertur ad adulterij vituperium; siue vt maritus fœmineæ fragilitatis memor conceptam temperet iracundiam. * Si fragilitate terrea fœminæ innititur robur, quidni virorum machinis quateretur?] Addet terræ de pauimento atrij, vbi existunt vir & vxor, particulam, * vt signetur, adulteram esse vilem, instar pulueris, qui pedibus calcatur, iuxtà illud: *Mulier fornicaria quasi lutum conculcabitur.* Eccl. 9.] Terram itaque ex atrio Tabernaculi, vbi hæc exercebitur ceremonia, assumptam sacram mittet in aquam.

Zelotypis homines efficit velut energumenos.

Qui zelotypiæ afficitur spiritu, semper iudicat, vxorem errasse.

Luxuries facit mulierē ad bruta deflectere.

Zelotypus sine misericordia.

Mulieris fama sola suspicione læditur.

Fama fœminæ nuptæ vitrum est volans quod auræ halitu comminuitur.

Quam fragilis fœminea constantia, misceture terreno vasculo.

Qam vilis adultera fœmina.

18\.19.20. CVMQVE STETERIT MVLIER IN CONSPECTV DOMINI, DISCOOPERIET, &c.] Cumque mulier in conspectu Domini astiterit, nempe apud ostium Tabernaculi, vbi Deus specialiter adesse censetur: Sacerdos fœmineum discooperiet caput, vt hac ceremonia mulier intelligat, se coram Deo adesse, cui nihil opertum: etsi crimen contraxit, illud confiteatur. Dum enim crimen opertum est, nec confessione reseratur: caput est discoopertum, id est, rea conscientia exponitur, operienda, si confessione crimen aperiatur. Confessio enim operit crimen, quod publicat abnegatio. Deinde super manus fœminæ apponet sacrificium recordationis, quo quidem sacrificio oratur Deus, vt velit puniendo ostendere, se recordari adulterij, vel fælici partu fœminæ innocentiam testari, si apud virum suum falsu venit in suspicionem. * Siue exoratur Deus, vt creaturæ illius recordetur, quam planè ob crimen patratum ad nihilum reductam è Dei quodammodo excidit memoriali.] Apposito ergo super fœmineas manus recordationis sacrificio, & zelotypiæ oblatione, sacerdos aquas tenebit amarissimas vase fictili immissas: amarissimas quidem, cùm quia maledictionibus sacerdotis quasi erant onustæ, ac grauidæ; tùm quia epotæ ab adultera amaritudine magna eam afficient. * Ecclesiæ maledictiones time, cùm excommunicationis verbis potus

5\.
Amaritudo aquæ nocet adulteræ, non innocenti.

Confessione aperire peccatum, idem est, quod operire.

Peccator ob crimen in nihilum deturbatur.

Quā amarus excommunicatis vinctus onustus maledictionibus.

tus, ac cibus maledicitur. O quam amarus victus, quam exitialis vitæ aderit, si grauidus maledictionibus prælibatur?] *Profecto existimarem, sacrificium illud recordationis coram amarissimis aquis eo dirigi, vt Deus mulieres nuptas cum tentamine afficiuntur, nè excidant, recordari faciat amaritudinum, quibus erunt epotandæ, si voluptati indulgent. Nam mariti suspiciones, rixæ, minæ necisque pericula an non amarissimæ vndæ calix est? Tenens itaque sacerdos amarissimas aquas, in quibus iam maledicta congessit, fœminam adiurabit. Fatus: si læso maritali thoro, non es alieno polluta, tibi aquæ hæ ex maledictis amarissimæ non nocebunt, *eris innoxia* (sic L X X.) At si virum tuum contempsisti, ab ipso declinans, & viro alteri admixta, es: hisce subiace maledictis. * Preme verbum, *si declinasti a viro tu.* Declinare, idem est, ac lento gradu à dilectione mariti deuiare. Vnde debent nuptæ totum studium exhibere, ne vel gressu vnico à dilectione auertantur: ex declinatione enim tandem gignitur adulterium.].

Si recordaretur fœmina nuptæ amaritudinis epotandæ ab ipsis, si voluptati indulgerent, nō auderent crimina perpetrare.

Vxor nō repente auerti tus ad adulterium lento gressu declinat, vnde nec vno gradu debet à dilectione mariti deuiare.

21. 22. 23. 24. 25. 26 DET TE DOMINVS, &c.] Tot maledictionibus repleatis, vt reddat te cunctis velut normam cunctorum qui maledictionibus vulnerantur in populo suo: ita vt his dicatur: quæ vobis contingat, quod illi fœminæ contigit impudicæ. Faciat fœmur tuum putrescere, eo quod ipsum turpiter fuerit ad libidinem denudatum: & vterus tuus, vbi adulterinus fœtus erat suscipiendus, dirumpatur. Aquæ maledictæ tuum profluant in ventrem ad nocendum, & vtero tumente, fœmur putredine conficiatur. Tunc respondebit mulier: Fiat, fiat. At sacerdos in libello, seu chartula (Hebr. ספר sepher, id est, librum appellant quidquid inscribitur) ista maledicta, seu imprecatoria verba, & delebit ea (recenter enim scripta) amarissimis chartulam aquis abluendo, in quas congesserat maledicta: & adulteræ dabit potare. Quas cum fœmina ad haurien dum assumpserit, prius tamen quam bibat, sacerdos de manu eius vas hordeaceæ farinæ tollet, quæ offerri debet in sacrificium zelotypiæ, illud in Domini conspectu, seu coram Tabernaculo eleuabit, imponetque illud super altare: ita dumtaxat, vt antequam residuum sacrificij cedens in partem sacerdotis, apponatur sanctificationis gratia super altaris partem aliquam: sacerdos ipse sacrificans pugillum sacrificij de oblatione tollat, & id super altarè incendat, quemadmodum in sacrificio similæ obseruare præcepi: & mox amarissimas aquas fœminæ exhibeat hauriendas, continentes scilicet atrij puluerem, & sacerdotis execrationes.

27. 28 29. 30. 31 QVAS CVM BIBERIT, &c.] Profecto cum fœmina aquas epotabit si spreto viro, rea fuit adulterij, ea maledicta quæ sacerdos expressit exhauriet; aquæ enim maledictæ ad præcordia refluent, & instar veneni pestiferi comminuent, inflatoque ventre fœmora computrescent: eritque mulier omni populo in sibilum, in maledictionem, in exemplum. Attamen si polluta non fuerit, nec adulterij rea, erit innoxia, & filios emittet vberiori ad concipiendum à Deo accepta facultate in solamen afflictionis, & vt a viro in posterum impensius magis fœcunda diligatur. Idque illi continget eo anno, prole mascula suscepta. * Haud desperet afflictus, munere vberrimo cœlesti laborum assolet molestia compensari.] * Ediscant vxores maritorum zelotypiæ tolerare patienter effectus, Deus enim earum exprimit innocentiam, dum tot amarissimis ex maritorum iniurijs, aquis epotis, se patienter sustinere exponunt. Hoc quidem est amarissimas aquas innoxie bibere & se innocentes ostentare.] Ista igitur est lex zelotypiæ, qua inquiri licitè potest, an suspicio à viro concepta de fœmina, vera, nec ne. Si adulterij fuerit crimine infecta, maritusque zelotypiæ spiritu seu suspicione adulterij vxoris concitatus coram ostio eam Tabernaculi adduxerit, gesseritque sacerdos cuncta præfata, ac in lege præscripta, maritus absque culpa erit, etiamsi vxor exinde moriatur, quia vsus est iure suo; illa autem suæ iniquitatis pœnas exoluit.

Afflictio vberrimo Dei munere cōpensatur.

Dum vxores iniurias mariti zelotypi patienter sufferunt, aquas amarissimas bibūt innoxie & [illegible] tes exponuntur.

CAPVT VI.

Nazaræorum votum, consecratio, ceremoniæ, formaque benedictionis, qua sacerdotes benedicturi erant populo, recensentur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen dicens: 2. Loquere ad filios Israël: & dices ad eos, Vir, siue mulier, cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare: 3. à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vua exprimitur, nō bibent: vuas recentes siccasque non comedent 4. cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quidquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent. 5. Omni tempore

separationis

separationis suæ nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius. 6. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, 7. nec super patris quidem & matris, & fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. 8. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. 9. Sin autem mortuus fuerit subitò quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illicò in eadem die purgationis suæ, & rursum septima. 10. In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ, sacerdoti in introitu fœderis testimonij. 11. facietque sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo quia peccauit super mortuo: sanctificabitque caput eius in die illo: 12. & consecrabit Domino dies separationis illius offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. 13. Ista est lex consecrationis. Cùm dies, quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, 14. & offeret oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam, 15. canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum: 16. quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum. 17. Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. 18. Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. 19. Et armum coctum arietis, tortámque absque fermento vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius. 20. Susceptáque rursum ab eo eleuabit in conspectu Domini: & sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere Nazaræus vinum. 21. Ista est lex Nazaræi, cùm vouerit oblationẽ suã Domino tẽpore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius. iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. 22. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 23. Loquere Aaron & filiis eius: Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis eis: 24. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. 25. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. 26. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. 27. Inuocabúntque nomen meum super filios Israël, & ego benedicam eis.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus rursum Mosi: Hæc Hebræis profare: Vir, siue mulier, cum emiserint votum Nazaræi, vt separent se à communi hominum consuetudine, ac viuendi ratione, & consecrent se Domino à communibus circa victum commodis abstinebunt. * Nec enim cœlesti spiritu adducitur, qui abstractus à communi viuendi ratione Separationem, omnibus vult frui commoditatibus. Hi Regularium nomen ambiunt, & honorem, non ipsam regulam amplectuntur.] Vndè à vino, omni que liquore inebriante debent abstinere, siceram scilicet, vinumque minimè potabunt. Hebr. שכר *scechar* Græce μὴ θυεια id est, *inebriatiuum*. * Prima lex Nazaræorum inebriatiuo vti liquore. * Nihil enim ita absonum viro aut fœminæ Domino consecratæ, ac ebrietatis vel leuis suspicio.] Hebræi pro patria ... *...ficentur* scripsere, *Cum se ... erint*, vel *mirificauerint sed ad vouendũ*. Nihil enim mirabilius, quam sæculi renunciare commodis, & Regularem inire institutionem. Vnde de Diuis à sæculo separatis sapiens; *Beatus vir, qui post aurum non abijt, &c. Quis est hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua?* Acetum autem ex vino, aut ex qualibet alia potione, quæ inebriandi vim exerat: & quidquid de vua exprimitur, siue *de madefactione vuarum* (sic Hebr. id est, quidquid de vuis madefactis, & aqua dilutis post primam meri expressionem, exigitur (Latinè *Lora*, Hispanicè *Desfensa*) non bibent: vuas recentes, siccásque non edent cunctis diebus, quibus ex voto Deo consecrantur. Quidquid ex vinea quiuerit germinare fructuum ab vua passa vsque ad acinum (L X X. γίγαρτον *granum*) quod intra vuæ folliculum latitat sibi sciuerint esse prohibitum. Ne scilicet acino ex liquore vuæ hærens dulcedo ad vuæ esum exciter, & paulatim ingeratur ebrietas. * Ex leni enim piaculo perfecti non semel in grauissima crimina prolabuntur.]* Præcipuè hæc lex effugiẽdi le-

Perfecti abstineant à piaculo leui, è quo in grauissima prolabentur ad semel.

nia piacula abstractis à sæculo indicitur, quia Diabolus nō studet perfectos repente efficere miquna, quod difficillimè assequi valeret: sed ex acinorum gustu curat animum ad vnam afficere, ex vua sæpe degustata, tandem gurgite obruit ebrietatis. Alia lege sæcularibus tentamina ingerit; eos repentè adducit ad merum, quia contemnunt ab vuis, ac acinis abstinere, id est, leuia crimina vitare contemnunt.

Perfectos diabolus nō repētè ad ebrietatē allicit, sed acinum afficere tentat & ex leui piaculo ad graue adducit.

§. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. OMNI TEMPORE SEPARATIONIS SVÆ, &c.] Omni tempore, quo, ad seruiendum Domino specialissimè, separatur à reliquorum communi viuēdi ratione, nec nouacula radet caput, nec forcipe capillum tondebit. Crescente cæsarie capitis se Nazaræum dicatum Domino ostentabit. * Hunc externum Nazaræatus insigne, quod interna approbant documenta virtutum. Vtinam in aliquibus tota vis regularis institutī in sola barbæ aut comæ prolixitate (vt in Samsone) non residet! *Sanctus erit crescente cæsarie*. Minimè, nisi simul virtutes accrescant.] Omni consecrationis suæ tempore siue perpetuo consecratus sit, siue terminabilis sit voti obligatio: ad domum, in quo aliquis mortuus iacuerit non ingredietur. In hoc enim Nazaræus summo æquabitur sacerdoti: & verumque id conuenit propter consecrationem; licet diuersi generis in vtroque, vtramque tamen sumin genere summam. Tam abstractum volo Nazaræum à cadauere, vt nec patris, matris, fratris, sororisque debeat funeri interesse; contaminabitur enim si adsit; quia coma intonsa super caput eius est, quæ ostendit, illum esse Domino separatum, coronatum, & consecratum (in hoc cæsariem itor præcipuam Nazaræatum ceremoniam extitisse.) Omnibus diebus suæ consecrationi à profana conuersatione abstractus, perfectæ puritati studebit fugiens cadauerū contagium. Quod si quisquam casu coram eo repente fuerit morte correptus: consecratio capitis eius eò polluetur. Vnde mox cæsaries quasi polluta est abrādenda, vt noua succrescat, & dies Nazaræatus irriti censebuntur, cogeturque de nouo tempus voti inchoare. Intelligendum hoc de eo, qui Nazaræus ad tempus fiebat, nam perpetuus, quomodocumque polluerētur, non radebatur. * Si inculpabilis cadaueris aspectus irritos efficit Nazaræatus dies: quid si Nazaræus, si Religiosus Deo dicatus ipse lethali crimine moretur fœtidum in cadauer? Irritos existimet sui Nazaræatus dies, & citet fermentiùs de nouo tempus voti inchoare.] * Certè tam strictè illa fugiendi cadauera præceptio monet Religiosos, qui ea instituti tione proximorum conuersioni non vacant, à sæculari abstrahi debere consuetudine; ne tractu lethalium criminum aspectatio eis ingerat corruptionem. Cæterum septima die rursum abradet caput, vt capilli particula, quæ erat abscondita exponatur, & abstrahatur, ne vel minima pars infectæ comæ perseueret in capite, è qua possit tota coma peruerti. * Nulla penitus consuetudinis sit particula reliqua, nè contagione afficiat totam iam sanitate dona-

a.

Nazaræus intēsa ca, non gradietur ad mortuū nō ingreditur.

Non facit Nazaræū, aut religiosū comæ aut barbæ prolixitas, sed virtutū Decorē.

Si aspectus inculpabilis cadaueris irritos generit Nazaræatus dies: quid si Religiosus lethali crimine veritur in cadauer.

Religiosi, qui proximorum cōuersioni nō vacāt, fugiāt sæcularium cōsuetudinē; ne lethalia criminum vera cadauera, videntes, polluantur.

tæ animi cæsariē.] At octauo die duos turtures, seu duos columbarū pullos offeret sacerdoti in introitu Tabernaculi; sacerdos autē vnū instituet, aut pullum columbæ pro peccato sacrificabit, holocaustū dicabit alterum: precetque pro Nazaræo profunder; quia contaminatus est super mortuo, noxāmque item expiet. Sanctificabitque caput eius in illo die, id est, eo ex tempore sursum incipiet tempus quo se Nazaræum fore vouerat, numerare: & consecrabit Domino per deprecationem præfatam dies separationis suæ, vt iterum sit Nazaræus vitam exciens separatam; pro eo efficietque eiusmodi sanctificationi offerens agnum, qui nec maior sit vno anno, nec vno mēse minor, in sacrificium pro peccato. Quibus peractis Nazaræus poterit votum suæ separationis explere, ita tamen, vt dies priores irriti fiant; si enim votum fuerit temporale, ab hac die debet sui Nazaræatus tempus computare; quoniam polluta est sanctificatio eius, ac priorde nihil sibi præterita prosunt obseruatio; tenetur enim Nazaræus sanctus esse cunctis diebus suæ separationis. * Hinc moneantur qui post diuturnam iustam planè viuendi rationem, tentamine afficiuntur, vt delicto inficiantur. O quam stultum, est tot iustitiæ tempora breuissima voluptate irrita facere.

Vitiū perfectè abradēdū, nec particula reliqua tenēt fierit totus animus.

Quā stultum est ob voluptatē breuissimā diuturnæ iustitiæ tēpus irrita facere.

§. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21 ISTA EST LEX CONSECRATIONIS, &c.] Hæc est lex consecrationis, quam Nazaræus consecratus Domino obseruare tenetur quando suum explet votum, vt à separatione Nazaræatus possit ad communem vitæ formam remeare. Cum dies, quos ex voto decreuerat, complebuntur, suam in sanctuarium oblationem apportet, sacerdosque eum ad ostium Tabernaculi adducet, & ibidem existente Nazaræo, eius Domino oblationem liter, vt ex ea cunctis sacrificiorum que ante genera offerri. Offeret namque agnum perfectum anniculum in holocaustum Domino: ouem anniculam atque vili prorsus læsione pro peccato addicat in hostiam, ad negligentiarum, quas separationis tempore contexit, emundationem, arietemque integrum & perfectum pacificæ applicet hostiæ pro gratiarum actione quod illum Dominus ad completionem voti perduxit. * Beneficium enim Dei est maximum, perfecisse votum, ex quo tanta præmij vis percipienda.] Purro in oblationem vlterius præfata, canistrum panum azimorum, qui oleo sine conspersi, sine subacti: & lagana absque fermento oleo inuncta (membranulæ quædam ex farina, & aqua) nec non singulorum libamina sacrificiorum, scilicet similam, vinum, oleum, salque addat: offeratque sacerdos in manibus suscipiens, & coram Domino præsentans: litetque tam sacrificium ouis pro peccato offerendæ, quàm sacrificium agni in holocaustum mactandi; arietem insuper hostiam pacificam Domino offerat, ea ponens simul azimorum canistrum, & libamenta similæ, olei, vini, thuris, & salis, quæ ea more in singulis animalium sacrificiis debentur. Hæc quidem oblationes accessoriæ erant, & secundariæ, sed sine quibus hostia pacifica non offerebatur.

3.

Cōsecratiōnis Nazaræorū lex.

Magnum Dei beneficium est perfecisse votum, ex quo tanta vis præmij percipienda.

ferebatur. *Litare intendis animum orationis, aut meditationis studio? Stude libamina adducere, id est, eas, quas D. Ignatius *Additiones* vocitat, adimplere, sine quibus pacificè orationis exercitamentum non offeretur.] Tunc Nazaræus a sacerdote exerente nouaculam cæsarie spoliabitur ante Tabernaculi ostium: tolletque sacerdos capillos, & in Dei honorem comburendos super ignem altaris apponet, ne igne profano capilli sanctificati exurantur. Assumet deinde armum arietis coctum aqua feruida, siue elixatum. (sic Hebr. vox בשל *basal*, & Græcè ἑφθὸς) tortamque, seu panem, aut crustulam absque fermento unam de canistro, & laganum azimorum unum, in manuque Nazaræi collocabit, post capillorum abrasionem, susceptaque hæc rursū ab eo, in conspectu Domini eleuabit, & sanctificata, id est, quidquid eleuauerit, & eleuando Deo obtulerit, & consecrauerit sacerdoti ipsi eleuanti cedent, nempe tam pectusculum, quam fœmur, siue armum (Hebr. sic, & Lxx. *βραχίονα*, id est, *brachium*) Post hæc Nazaræus se reportet sicut vnum ex aliis, potestque & vinum potare, & vinearum fructibus vesci. Hæc Nazaræus, qui votum expleuit, præstare debet, vt à Nazaræatus separatione possit ad vitam transire communem, exceptis his, quæ inuenerit manus eius, id est, ad quæ spōte secum votum emisit, se voluit obstringere. Votum enim priuata lex est, quæ iuxtà vouentis mentem accipit interpretationem. * Attamen non ineptè particulam illam: *Exceptis his, quæ inuenerit manus eius*, ad opera pererogationis allicio. Cum enim gratitudinis debita munera litamus, æquum est, vt voluntarium aliquod offeramus munus in grati expressionem affectus.] *Nam si gratiarum actionis est oblatio, plus nos gratos exponit voluntarium obsequium, quam ex præscripto legis actiones] Cuncta hæc exeret Nazaræus ad sanctificationis suæ perfectionem. (Hebr. *Iuxta legem Nazaræatus sui*) quæ scilicet spectat eius in sanctitate status illius temporis perfectionem.

Sacrificium non perficitur sine oratione, nec oratio sine additionibus, id est, sine Additionum impletione.

Pererogationis hæc voluntaria, ac vltronea virtutis opera operamus, qui gratitudinis litamus sacrificium. Voluntaria obsequia plus nos gratos ostendunt, quam opera ex legis præscripto.

4. *Modus benedicendi Israelitas præscribitur.*

22. 23. 24. 25. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Iudicauit Dominus Mosi formā qua sacerdotes debeant Israëlitas sacrificia litantes benedicere. Loquere, (inquit) Aaroni, ac filiis eius sacerdotibus: sic benedicetis Hebræis, quando quidpiam obtulerint, vel alia ex causa benedici debeant. *Certè munerum oblatio præstantissima est benedictionis causa. Nam cum Deus aliquid accipit in Templo, aut in paupere, ad benedictionum retributionem illicò præparatur.] Benedicat tibi Dominus bona spiritualia, quæ verè bona sunt, largiendo, quæ quidem & temporaria commoda sequantur. *Hæc à Deo eleemosynæ retributio non solum centuplum temporarium, sed & spiritualia bona, quibus vita cōparatur æterna.] Et custodiat te per doni perseuerantiæ collationem. *Quid enim prodest, bonis cūctis oppleri, si ob perseuerantiæ defectū amittis?] Deus tibi faciem suam hilarem, propitiam, benignam ostendat. Hebr. *Illuminet Dominus faciem suam super te*, id est, Dominus sit tibi instar lucis, aut lucernæ, quæ tuos omnes dirigat actus. *Quid tibi proderit, ex Ægypto migrasse, viāq; salutarē iniisse, si lucis cœlestis colūna non diriges?] Tui Deus misereatur condonando crimina, pœnam pro eis debitam remittendo. Conuertat Dominus vultum suum ad te, consoletur, adiuuet, protegat. Hæc omnia Deus efficit ad nos conuersus, contrariis his auersus exercet. * Vnde qui se pressum aduersis viderit desolatum, conscientiam discutiat, an Deus sit ex piaculo auersus?] Det tibi pacem mentis scilicet, & corporis. * Quam eximium pax bonum, quod pro tot tantarumque benedictionum coronide offertur!] Inuocabunt denique sacerdotes, cum benedicent Israëlis filiis, nomen meum tetragrammaton. *Ex Dei nomine sacratissimo omnis benedictio confirmatur.* In nomine Iesu omnis benedictio reconditur.] *Si profundendum benedictiuois oleum, simul nomen effundendum est; vt per Dominum nostrum Iesum cunctis cœlestibus bonis repleamur.] Et ego benedicam eis conferendo bona, quæ sacerdotes supra populum imprecantur. *Vt magni ducas Episcopali interesse benedictioni, & à templo non recedere *Ite, Missa est*, audito; sed expectare, donec sacerdos proferat, *Benedicat vos omnipotens Deus &c.*]

Deū aliquid à nobis accipere in Tēplo, aut in paupere, idē est, ac benedicendum præparari.

Eleemosynæ retributio temporaria commoda, vitaque æterna.

Perseuerantiæ donum, magna Dei benedictio.

Cœlestis lucernæ ad percurrendā viam salutis necessitas.

Desolatio ex crimine.

Pax bonum eximium.

Ex Dei nomine omnis benedictio confirmatur.

Si profundēdæ benedictiones, simul nomini Iesu oleum effundendū.

Magni ducenda Episcopi aut sacerdotis post Missam benedictio.

CAPVT VII.

Duodecim Tribuum Principes recèns erecto Tabernaculo sua dona, ac victimas offerunt.

1. Actum est autem in die quā compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud, vnxitque & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius. 2. Obtulerunt principes Israël & capita familiarum, qui erant per singulas tribus, præfectique eorum qui numerati fuerant, 3. munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. 4. Ait autem Dominus ad Moysen: 5. Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui. 6. Itaque cùm suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit

dit eos Leuitis. 7. Duo plaustra, & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebant necessarium. 8. quatuor alia plaustra & octo boues dedit filiis Merari, secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. 9. Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: quia in Sanctuario seruiunt, & onera propriis portant humeris. 10. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem suam ante altare. 11. Dixitque Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. 12. Primo die obtulit oblationem suam Naasson filius Aminadab de tribu Iuda. 13. fueruntque in ea, acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 14. mortariolum ex decem siclis aureis, plenum incenso: 15. bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 16. hircumque pro peccato: 17. & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque. hæc est oblatio Nahasson filij Aminadab. 18. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar, 19. acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 20. mortariolum aureum habens decem siclos, plenum incenso: 21. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 22. hircumque pro peccato, 23. & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. 24. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon, 25. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 26. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 27. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 28. hircumque pro peccato: 29. & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filij Helon, 30. Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur, 31. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos: phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 32. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 33. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 34. hircumque pro peccato. 35. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisur filij Sedeur. 36. Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Surisaddai, 37. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 38. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 39. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 40. hircumque pro peccato: 41. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filij Surisaddai. 42. Die sexto princeps filiorum Gad, Eliasaph filius Duel, 43. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 44. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 45. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 46. hircumque pro peccato: 47. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliasaph filij Duel. 48. Die septimo princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammiud, 49. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 50. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 51. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 52. hircumque pro peccato: 53. & in hostias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisama filij Ammiud.

54. Die

54. Die octauo princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur, 55. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 56. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 57. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 58. hircúmque pro peccato: 59. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadassur. 60. Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis, 61. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificiō: 62. & mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 63. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 64. hircúmque pro peccato: 65. & in hostias pacificorum boues duos arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. 66. Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammisaddai, 67 obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium: 68. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 69. bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 70. hircumque pro peccato: 71. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos quinque: hæc fuit oblatio Ahiezer filij Ammisaddai. 72 Die vndecimo princeps filiorum Aser, Phegiel filius Ochran, 73. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus, Sanctuarij; vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium. 74. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 75. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 76. hircumque pro peccato: 77. & in hostias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. 78. Die duodecimo princeps filiorum Nepthali, Ahira filius Enan, 79. obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus Sanctuarij, vtrumque plenum simila oleo conspersa in sacrificium: 80. mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso: 81. bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: 82. hircumque pro peccato: 83. & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. 84. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die qua consecratum est, acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: 85. ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnum acetabulum, & septuaginta siclos haberet vna phiala: id est, in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringinti, pondere Sanctuarij. 86. mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere Sanctuarij: id est, simul auri sicli cētum viginti, 87. boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum: hirci duodecim pro peccato. 88 In hostias pacificorum, boues viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando vnctum est. 89. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.

COMMENTARII.

1 *Opus Tabernaculi*. Vers. 1 Factum est autem in die, &c.] sa die, quo Moyses ministerio Beseleel, ac sociorum eius Tabernaculi opus perfecit, erexit illud, inunxit, ac cum omni supellectili sanctificauit, altariaque cum omnibus suis vasis expoluit: Principes Israël duodecim Tribuum gratitudinis ergo nouam Deo donum muneribus oblatis saluere iussérunt. Et quidem Templi, aut altaris noui dedicatio dignè tunc celebratur, cum Dino habitatori Templi, aut altaris munera offeruntur.] Principes itaque Israel, capita Tribuum duodecim, Ducesque eorum, qui fuére recensiti, sex plaustra tecta cum duodecim bobus obtulerunt: tecta quidem, ne vasa instrumentumque sacrum, quod illis erat conuehendum posset conspici à populo, neué lædecentur ab imbre,

Dedicatio Templi, aut altaris dignè celebratur, cum munera offeruntur.

Sacri ornatus nō debēt profanis vsibus inseruire.

aut æstu. * Non vult Deus, vulgariter sacra vasa circumferri, sacrosque ornatus profanis vsibus deseruire. Auleis ne sacris aptè sæcularium parietes ad profana ornantur spectacula? Absit omnino.] Lxx. sic: ἁμάξας λαμπηνικάς, siue *illustrium virorum*, seu *fœminarum vehicula*, (*Coches* Hisp.) Templum ne vehicula profana ingrediuntur? * Innuitur planè illustribus viris, aut fœminis vehendis haud inique adaptari vehicula. Recipiuntur in Templum, imo proclamabit Elias cœlestem viam terere currus, ad cœlumque posse homines deportare.] Vnum plaustrum obtulere duo Duces, nè si quilibet vnum offerret, plaustra superabundarent, quæ non ad deportandum omnia onera Tabernaculi, sed ad aliqua supellectilia expressa, in signū deuotionis Ducum offerebantur. * Nec Deus vult, apud domum suam currus superabundare. Subtaxantur Principes, qui non decentiæ aut necessitatis, sed ostentationis inanis gratia vacua vehicula exponunt, equisque alendis impendunt, quod pauperibus sacrare debuissent. Quam impie vacuos currus alis, dum vacuos pauperes implere debuisses.] Vnum simul bouem singuli non ad sacrificium, sed vt bini sex plaustra, seu carpenta deportarent, in conspectu Tabernaculi obtulerunt.

Currus, thedæ vehicula nobiliū recipiūtur in Templū, imo ad cœlum properare possunt.

Subtaxantur Principes, qui vacuos currus, seu vehicula alunt, pauperes vacuos dum debuissent implere.

4. 5. 7. 8. 9. AIT AVTEM DOMINVS &c.] Dominus Mosi subdubitanti, an deberet recipere plaustra, profatur: Plaustra a piis Principibus accipe, ac trade Leuitis, vt singulorum muniis præscriptis inseruiant. * Nec enim Deus vult non toti oneri humeros addi ere, leuamine afficit laborantes, fragilitatis conscius humanæ.] Duo ergo plaustra quatuorque boues Gersonitis exhibuit iuxta onerum grauitatem. * Cum enim Deus te ad aliquod aduocat ministerium, auxilia maiora aut minora iuxtà negotij adijcit grauitatem.] * Non cures Præsulatus onus tuis viribus impar excutere; qui grauissimum onus tuis humeris apponendum censuit, addet & plaustra auxiliorum iuxta muneris exigentiam.] Quatuor alia plaustra, bouesque octo tradidit Moses Meraritis; quia grauiora habebant onera deportanda, nempe omnes tabulas, columnas, bases &c. Certè existimo quatuor hisce plaustris omnia imponi Meraritarum onera non potuisse, sed quædam ab eis debuisse humeris apportari. Quatuor itaque plaustra Meraritis cessere iuxta officium, ac *ministerium* suum: (sic pro *cultu* Hebr.) sub manu quidem, seu cura, potestate, ac præfectura Itamar sacerdotis Gersonitæ, ac Meraritæ sacra onera, vasa, supellectilia plaustris, & humeris apportabant. * Cum enim sunt onera à subditis deportanda, necessarius Præfectus, qui an adijciantur humeris singulorum recognoscat.] * Dum enim singuli commissis ponderibus humeros submittunt, tota communitas alleuatur.] Caathitæ à Mose plaustra, ac boues non accepere; quia in sanctuario seruiunt, & ad sacratiora onera deputantur. Ea autem, quæ ad sanctuarium pertinent, non plaustris vehenda, sed humeris erant apportanda, ob ipsorum sanctitatem, & reuerentiam.

2. *Plaustra Leuitis aptantur.* Nō vult Deus, homines toti oneri submittere humeros.

Deus auxilia maiora, aut minora exhibet, iuxta ministerij traditi grauitatem. Nō te abstrahas à Præsulatu quē vires superare existimas, Deus addet & plaustra.

Assignādi qui præsint apportandis oneribus subditorum. Alleuatur cōmunitas dū singuli commisso pōderi submittūt humeros.

Alis Ecclesię munia possunt rudio-

* Sunt onera Ecclesiæ, quę plaustro tradi possint, siue rudioribus, & insipientioribus committi: at supellectilia sanctuarij, siue sacramentorum ministeria non plaustro boum, sed sapientum sunt humeris apponenda.

ribus cōmitti, at sacramētorū onera nō bobus, sed hominib. sapientibus sūt tradenda.

10. 11. IGITVR OBTVLERVNT, &c] Itaque Duces dedicationis altaris holocaustorū die, nō solū sex plaustra obtulerunt, sed alia munera incœperunt offerre. Altaris, inquam, holocaustorum, quod præter inunctionem cum aliis Tabernaculi vasis communem, specialem aliam dedicationem habebat septem dierum interstitio quotidianam scilicet Inunctionem & sacrificia superius Exod. 29. 36. & 37.) expressa. Vnde quotidie in Tabernaculi totius, sed maxime huiusce altaris dedicationem Tribuum Principes vicissim, & viritim sua munera offerebant. Dixit igitur Deus Mosi: singulis Duces singulis diebus in altaris holocaustorum dedicationem munera litent. * Nec enim tanti Deus æstimat semel munus oblatum, quanti pietatem ac munificentiā illam, quæ nouo quotidie ad donandum resurgit affectu. In quotidianæ quidem eleemosynæ commendationem.

3. *Incipiunt Principes, munera offerre.*

Quotidianas eleemosynæ largitiones Deus magni ducit.

12. 13. 14. 15. 16. 17. PRIMO DIE &c.] Tribus igitur Iuda Princeps Nahasson filij Aminadab Dux melioris vexilli, scilicet Orientalis, die prima suam exposuit oblationem * Primus enim in nobilitate Regum parente, primum se debuit ostentare munificum. Regium quippè ingenium quantum habet augusti, tantū de munificentia tenetur exprimere:] Dona ergo Nahasson fuere acetabulum argenteum, scutella vide licet ampla aptaque ad recipiendū similam pondere centum triginta siclorum. Porro huiusmodi acetabula cum essent argentea non fuisse reor in sanctuarij vsus cum omnia sanctuarij vasa aurea sciam extitisse: idem de phialis oblatis affirmo. Fuere ergo in vsus atrij, & altaris holocaustorum. * Pudeat hinc eos, qui sacerrimo IESV sanguinis ministerio ænea vasa dicant, cum propria mēsa ad merum immoderatè epotandum scyphos ostentet argenteos.] Item phiala argentea vini libationibus alias dicata septuaginta habens siclos ponderis sanctuarij legitimi; vtrumque autem vas tam acetabulum, quam phiala plenum erat simila oleo conspersa, apta quidem sacrificio materia Nec enim deceret inara altare fieri muneris præparationem. * Prius quàm te orationis exercitamento Domino offerre ad Templum accedas, stude oleum similæ cōmiscere, id est, animū deuotione perfūdi.* Siue ante orationis tēpus meditationis materiā iā præparatā defer, ne locus detur tepiditati.] Addidit mortariolum paruum, & aureum, decem siclis aureis constans plenum incenso. Obtulit præterea animantia immolatitia ad singula sacrificiorum genera, vide licet bouem de armento, seu tenerum vitulum adhuc cum matre pascentem; arietem, & agnū anniculum ad holocaustum, hircumque pro peccato. Ad sacrificium autem pacificorum pro gratiarum actione duos boues, quinque arietes, hircos, ac agnos anniculos totidem obtulit Hæc Nahassonis filij Aminadab prædiues oblatio.

4. *Oblatio Nahassō de Tribu Iuda.* Primus in nobilitate, primus est in munificētia.

Carpantur sacerdotes, qui sacerrimo sanguini Christi ænea vasa dicant, cum eorum mēsa scyphos exponat argenteos.

Antequā ad Tēplum accedas, procura deuotionis oleo animum perfundi. Præpara meditationis materiam ante orationis tempus,

Iuata

Iuxta substantiæ vim, dãda Deo, seu pauperi munera.

Iuxtà substantiæ, * seu diuitiarum vim explicanda Domino moneta. Non te pudet ô diues, teruntium dare inopi, quod muuusculum via egenus pauperculo socio auderet exhibere.]

5\. *Oblatio Nathanael de Tribu Issachar.*

58\. 19. 20. 21. 22. 23. SECVNDO DIE, &c.] Die secunda Princeps Tribus Issachar Nathanael Suar filius obtulit acetabulum argenteum centum supra triginta siclorum, argenteam phialam iuxta pondus Sanctuarij septuaginta siclos appendentem: vasi vtroque pleno simila oleo subacta ad sacrificium; mortariolum, seu paruam phialam auream decem siclorum plenam incenso. In holocaustum autem bouem, arietem, agnumque anniculum detulit: pro peccato hircum offerendum, ad sacrificium pacificorum duos boues, quinque arietes, hircos, agnósque anniculos totidem. En Nathanaelis filij Suar, Issachar Principis oblationem.

6\. *Oblatio Eliab de Tribu Zabulon.*

22\. 23 24. 25. 26. 27. 28. 29. TERTIO DIE, &c.] Die tertia Eliab filius Helon Princeps Tribus Zabulon acetabulum, phialam, mortariolum eiusdem materiæ & ponderis, & ad triplex sacrificium similia obtulit animantia, quæ priores Principes detulere.

7\. *Oblatio Elisur de Tribu Ruben.*

31\. 32. 33. 34. 35. DIE QVARTO PRINCEPS FILIORVM RVBEN, &c.] Quarta die Elisur filius Sedeur Princeps Tribus Ruben oblator accessit, ac trium præcedentium Principum oblationem æmulatus est.

8\. *Oblatio Salamiel de Tribu Simeon.*

36\. 37. 38. 39. 40. 41. DIE QVINTO PRINCEPS FILIORVM SIMEON, &c.] Dies quinta elucescit, & Salamiel Surisaddai filius Princeps Tribus Simeon similia altari munera dicat.

9\. *Oblatio Eliasaph de Tribu Gad.*

42\. 43. 44 45. 46. 47. DIE SEXTA, &c.] Cum sexta dies aduenit præparata totidem vasa eiusdem materiæ, ac ponderis, totidem ad triplex sacrificium victimas Eliasaph Duel filius Princeps Tribus Gad sanctuario litauit.

10\. *Oblatio Elisama de Tribu Ephraim.*

48\. 49. 50. 51. 52. 53. DIE SEPTIMO, &c.] Septimum diem colendum assumpsit Elisama filius Ammiud Princeps Tribus Ephraim, dedicationisque solemnia totidem vasis totidem animantibus decorauit.

11\. *Oblatio Gamaliel de Tribu Manasse.*

54\. 55. 56. 57. 58. 59. DIE OCTAVO, &c.] Octaua adueniente die accessit ad sanctuarium Gamaliel filius Phadassur Princeps Tribus Manasses, & præcedentium imitatus est prædictam oblationem.

12\. *Oblatio Abidan de Tribu Beniamin.*

60\. 61. 62. 63. 64. 65. DIE NONO PRINCEPS, &c.] Nona dies colenda traditur Abidan filio Gedeonis Principi Tribus Beniamin: & præparans vasa, animantiaque similia Tabernaculo sistitur.

13\. *Oblatio Ahiezer de Tribu Dã.*

66\. 67. 68. 69. 70. 71. DIE DECIMO, &c.] Decimæ diei ornator assurgit Ahiezer filius Ammisaddai Princeps Tribus Dan, & totidem vasa ex argento, & auro totidem ac priores obtulit ex armento, ac gregibus animantia.

14\. *Oblatio Phegiel de Tribu Aser.*

72\. 73. 74. 75. 76. 77. DIE VNDECIMO, &c.] Phegiel filius Ochran Princeps Tribus Aser vndecimam diem dedicationis reddidit celebrem haud dissimilem oblationem Tabernaculo dicans.

15\. *Oblatio Ahira de Tribu Nephthali.*

78\. 79. 80. 81. 82. 83. DIE DVODECIMO, &c.] Dies tandem duodecima luxit, & Ahira filius Enan Princeps Tribus Nephthali duplex argenteum vas, vnum aureum eiusdem ponderis ac priora: eademque ad triplex sacrificium pecora, similes pecudes consecrauit. * Profecto tam similia donaria studiosam admodum offerentium innuunt præparationem.] * Fælix temporis interstitium, quod Deo præparando muneri impenditur.] * Si Duodecim Tribuum Principes eadem Domino vasa ponderis eiusdem, similia animantia litarunt, cur Moses toties sermonem inculcauit eundem? Quia tàm difficile hominibus, munera exhibere, præcipue magnifica, vt vix post tam exactam munerum expressionem, & inculcationem ad imitationem horum Principum alliciamur.

Studiosa præparatio muneris dicandi Deo laudatur.

Inculcantur munera à singulis Principibus oblata: quia tam difficile hominibus dare, vt vix post tot expressa exẽpla ad dandũ Deo alliciamur.

16\. *Hæ duodecim Principũ Tribuũ oblationes, earumque pondera, & numerus.*

84\. 85. 86. 87. 88. HÆC IN DEDICATIONE ALTARIS OBLATA SVNT, &c.] Hæc quidem ad summam redacta à Principibus duodecim Tribuum Israel Domino fuere sacrata in die illo magno duodecim dierum locum colligente, quo altare dedicatum est: Acetabula argentea duodecim, totidem argenteæ phialæ, & aurea mortariola. Cuiuslibet acetabuli pondus centum triginta sicli: cuiuslibet phialæ septuaginta: sicli autem omnium argenteorum vasorum duo millia quadringenti ex sanctuarij integritate. Cum autem duodecim mortariola aurea, quæ incenso plena oblata sunt, singula decem probatos siclos æquarent, omnium pondus centum viginti aurei sicli erat. Porro ad holocausti oblationem, de armento duodecim sunt vituli abstracti, totidemque arietes & anniculi agni de grege, quæ quidem animantia sunt cum præscriptis litata libamentis, nempe simila, vino, oleo, thure, sale iuxta mensuram in lege præscriptam. Pro peccato autem duodecim hirci adlati fuere. Ad hostias demum pacificorum viginti quatuor vituli, sexaginta arietes, hirci ac agniculi totidem fuerunt expositi. Hæc ad reuerentiam, & honorem tantæ solemnitatis in dedicatione altaris, cum fuit vnctum, à Principibus fuere sacrata. At cum Moses Tabernaculum ingrederetur, & ad Propitiatorium accederet, vt consuleret Oraculum: vocem in aere efformatam auribus percipiebat de propitiatorio procedentem quod supra Arcam testimonij inter duos aderat Cherubinos: vnde & Mosi loquebatur Deus in Sancto sanctorum super propitiatorium sedens ministerio Angeli verba desuper efformantis. * O quam fælicitet cuncta geret Princeps Hebræorum, qui nihil vnquam, inconsulto Oraculo, disposuit! Ediscant Præsules ad precum recurrere oraculum, priusquam subditis imperia proferant.]

Præsules debẽt ad oratioñe accurrere prius quam subditis proferant imperia.

CAPVT VIII.

Deus Candelabri, ac lucernarum situm in Tabernaculo, & ritum consecrationis Leuitarum exponit.

1. LOcutusque est Dominus ad Moysen dicens: 2. Loquere Aaron, & dices ad eum: Cùm posuerit septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, vt lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt. 3. Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi. 4. Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes, quam cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. 5. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 6. Tolle Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos 7. iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, 8. tollent bouem de armentis, & libamentum eius similam oleo conspersam: bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato: 9. & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. 10. Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponent filij Israel manus suas super eos, 11. & offeret Aaron Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius. 12. Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, vt depreceris pro eis. 13. Statuesque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos Domino, 14. ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei. 15. & posteà ingredientur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi. Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel. 16. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. 17. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificaui eos mihi: 18. & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel: 19. tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium. 20. Feceruntque Moyses & Aaron, & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi: 21. purificatique sunt, & lauerunt vestimenta sua. Eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis, 22. vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius. Sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. 23. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 24. Hæc est lex Leuitarum, A viginti quinque annis & supra, ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis. 25. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt: 26. eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata: opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitis in custodiis suis.

COMMENTARII.

1. *Cãdelabri erectio.*

VERS. 1. 2. 3 LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c. Moysi sic Dominus: Aaroni Pontifici, cuius munus est, sacerdotibus inferioribus indicere, quæ eos gerere oporteat, hæc profare: Cum tu per te ipsum, vel filiorum ministerio septem lucernas, quas sacerdotes inferiores diebus singulis tenentur componere, collocaueris: Candelabrum aureū septem hasce lucernas ostentans apud Australem partem exterioris Tabernaculi erigatur. Hoc igitur præcipe filiis tuis, qui ingressuri sunt ad candelabrum aureum componendū, vt lucernæ illius non circumquaque, sed ad vnam certam partem contra boream, seu versus Aquilonem è regione propositionis panū respiciant ad Mensā, quæ in parte septētrionali Tabernaculi apponitur, vt vnicum Candelabrum in parte Meridionali collocatum

rorum,

totum exterius Tabernaculum valeat illuminare. * Porrò lucerna, fulgentissima licet, si circumquaque lumen emittat, & non ad vnum tendat scopum; ad singula vim exeret infirmiorem. Rarò vidi ingenia intenta pluribus, in singulis augustos exponere effectus.] * Super candelabrum sacrum lumen appositum solam debet respicere Mensam, Dei cultum promouere, Sacramentorum, præcipuè Eucharistici panis ornare mysteria. Tunc lucerna suum exerit munus, cum Deo soli experit elucere.] Gessit Aaron, quod imperauit Dei nomine Moses: lucernas enim sic apponi iussit, vt panum Mensam aspectarent. * Tunc enim lucerna candelabro apposita augustissimos fulgores emittit, cum ad præceptum Domini accenditur, & assignato à Deo locatur in situ.] * Eligit lucerna situm ad lucendum? Videat ne tenebræ sint, quos ipsa fulgores somniauit.]

Ingenium intentum pluribus in singulis lucem exprimit infirmiorem. Côcionatoris lux soli cupiat, studeatque Domino elucescere.

Ex præcepto Dei lucerna in situ ab ipso assignato collocanda est, vt luceat. Lucerna tenebratur, si pro libito eligat situm ad lucêdum.

4. Hac autem erat factura, &c.] Profectò hæc erat fabrica Candelabri descripti generatim: Constructum erat ex auro ductili, ita vt percussione mallei omnes illius partes educerentur tam medius stipes, quam cuncta, quæ ex vtroque calamorum latere exoriebantur: scilicet calami ipsi, scyphi, sphærulæ, ac lilia: omnia quidem ex ductili auro perfecta fuerant iuxta exemplar, quod Deus Mosi in Sinai vertice exposuit. Sic planè Moses Beseleel, & Oliab industria Candelabrum fuit operatus. * Ex auro ductili (non fusili) malleorum replicato vulnere instrumentum lucendi perficitur. Scientia qui lucere conetur, laboris, studiique malleo deducat ingenium; nemo enim repente summus.]

Labore, ac studio acquirit fulgorê, qui ex sapiêtia lucere conatur.

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Et locutus est Dominus, &c] Consecrationis Leuitarum ritum Deus Mosi præscripsit. Tolle Leuitas separans eos à reliquis Hebræis, & vt specialia munera valeant exercere, eos à sordibus in conuersatione sæculari contractis purifica. * Leuitis enim ex sæcularium consortio nunquam non maculæ contrahuntur. Vt sacerdotes ediscant à sæcularibus recedere] Vt igitur purificentur Leuitæ à sæculari cœtu separantur. * Sæcularis namque conuersatio locus est ad purificationem gerendam ineptus.] * Vnde studens purificationi, domum deserat, ad Ecclesiam properet, ad Monasterium Regularium se recipiat, ad Iesu Societatem spiritualibus exercitiis operam daturus, separetur. Iuxta hunc ergò ritum Leuitæ purificandi sunt: Aspergantur aqua lustrationis, quæ mixta est cineribus rufæ vitulæ extrà castrà crematæ, instituta scilicet ad legales immunditias auferendas. * Nullum enim lexiuium fortius ad extrahendum hominis maculas quam ex cineribus mortis memoria.] Mox omnes pili carnis Leuitarum abradendi in integræ puritatis documentum. * Nec enim mortua corpuscula apud Leuitas sunt inuenienda, qui ad vitam ex munere sacro immortalem transit, effecti scilicet Angeli, in Diuos immutati.] Cumque diluerint vestes suas communi vnda, & aspersione aquæ rasionéque pilorum, & ablutione vestium, in quarum ceremoniarum ritu sita est legalis mundities, purificati fuerint: tollant bouem de armento, vt in holocaustum offerant, simúlque libamentum eius, sine quo nequit litari holocaustum, videlicet similam oleo conspersam cum vino, thure, ac sale accessoriis. Tu autem bouem de armento alterum accipies, vt in sacrificium offeras pro peccato. Cur tollit Moses vitulum de armento vt pro peccato Leuitarum offerat, & non potius Leuitæ ipsi. * Certè vt innotant ipsios Ecclesiæ commodum quæstúmque esse magnum, si Leuitæ sine crimine in Dominico conspectu sistantur. Vnde Ecclesiæ sumptu debet huiusmodi Clericalis puritas comparari.] Tunc Leuitas coram Tabernaculo fœderis applicabis, eos faciens atrium saltem successiuè ingredi: si simul omnes atrium nequeat excipere. Quæ quidem præsentatio geri debet omni multitudine Israëlitarum aduocata; ab eis enim Leuitæ loco primogenitorum debent offerri. * Omnibus commodis Leuitæ, siue Clerici redundarent, si sæculares recordarentur, eos suos velut primogenitos existere, quos alere debeant. O tempora, cum sæculares potius se Clericorum putant esse primogenitos, qui debeant Ecclesiæ sumptibus exsatiari!] * Quotiens ob Religiosum, aut sacerdotem vnum Domino dicatum, Deus totam progeniem prosperitate donat eius primogenitos custodiendo? Si ergo debes sacerdoti, ac Religioso tui primogeniti protectionem, eius debes commodis inuigilare causa gratitudinis.] Cum ergo Leuitæ fuerint ad ostium Tabernaculi coram Domino præsentati, filij Israël manus suas super eos apponent, vt significent, & testentur, se Leuitas contribules suos à se abdicare, & Domino quasi munus, ac sacrificium offerre in eiusque dominium, ac ministerium offerre. * Cur ergò post omnimodam huiusmodi traditionem factam reperis propinquum sacerdotem, aut Religiosum, vt tuis commodis inseruiat, vt temporaria curet emolumenta, tuísque litibus, non sine regularis instituti iactura, assideat?] Et offeret Aaron Leuitas, ac si aliquod munus in conspectu Domini offerret; ipsi námque dati sunt munus Domino à filiis Israël, vt seruiant ministerio eius erigendo, ac deponendo Sanctuarium, illud in itinere deportando, & metando in illius circuitu ad custodiam. Leuitæ quoque super capita boum suas manus apponent, bos namque est Leuitarum sacrificium, sicut Leuitæ ipsi quoddam populi sacrificium erunt: vnde vtrobique super capita manuum aderit impositio. Hac quidem Leuitæ testentur se Domino ipsa in boum victima offerre, vt sanctuarij ponderibus humeros adiiciant. * Super te ipsum ô bos Euangelice, manus appone cum te victimam Deo sacris initiatus obtuleris, te existima existere sacris oneribus mancipatum.] Ex bobus autem sacrificabis non per te ipsum sed per Aaronem (dictum námque

Ritus consecrationis Leuitarû. Ex cõsortio sæcularium sacerdotibus maculæ côtrahuntur.

Sæcularis côuersatio nõ est apta animi purificationi. Exercitia spiritualia Societatis côferunt ad purificationê animi.

Mortis memoria lexiuium est fortissimum, ad tollêdas animi maculas.

Leuiticus ordo quasi immortales facit homines, Angelos, Diuos.

Magnus Ecclesiæ quæstus, si Clerici sint à peccato immunes.

Clerici sunt velut sæcularium primogeniti, alêdi quidê ab ipsis.

Si Religioso, aut sacerdoti debes tui primogeniti protectionê, eius cômodis inuigilare debes.

Tollant sæculares, qui post oblatû Deo propinquum sacerdotê, aut Religiosum, cû repetunt, vt suis sæcularibus cômodis inseruiat.

Existimet se sacerdos bouê esse, sacris oneribus mâcipatum.

num. 11. *Offeret Aaron Leuitas.* Attamẽ probabile reor ipsũ Mosẽ sacrificasse, quod noster LXX. quoque videtur indicare.) vnũ hostiã pro peccatò, & alterũ in holocaustũ Domini, vt harum victimarũ, quę Leuitæ litant occasione pro eis deprecetur de more ministrorum sanctuarij, qui pro offerentibus hostias exorant. * Nec enim decet sacerdotes, à fidelibus munus accipere, & non mox pro offerentibus deprecari.

Sacerdotes accipiẽtes à fidelibus munus, debent pro illis exorare.

13.14.15.16.17.18. STATVESQVE, &c.] Leuitas itaque sacerdotũ, quibus subministrare tenẽtur, potestati trades: & cõsecrabis nõ inunctione aliqua vti sacerdotes, sed quasi oblatos Domino, ita vt traditione ipsa, qua Deo offerũtur, diuino cultui dicati permaneant, nõ amplius ad laicorũ cõuersationẽ redituri, & separabis eos de medio filiorũ Israel non quidem quantũ ad mutuã confabulationẽ, & cõmunicationẽ; sed vt sine mei, meo vtrique ministerio vacantes. * Non interdicitur sacerdoti, aut Religioso cũ secularibus cõmerciũ ad communes salutationes, ad gerenda negotia: sed sic se gerere debent, vt sine Dei, nunquamque à diuina recedant speciali dominatione.] Post hæc habebunt facultatẽ ingrediendi Tabernaculum, quãdo mouẽda sint castra, vt portationi sãctuarij, & supellectiliũ eius possint inseruire. Sic namque ab immũditiis secularis vitę purificabis, ac cõsecrabis eos, seu dicabis in Domini oblationẽ, quia donati sũt mihi à filiis Israel loco primogenitorum speciei humanæ, qui de matrũ vteris primo egrediũtur. Accipe ergo eos ad hoc vt quemadmodũ primogeniti filiorũ Israel seruire meo in Tabernaculo tenebãtur, eo quod fuerint à vastatoris Angeli vulnere redẽpti: ita Leuitæ loco primogenitorum eiusmodi ministerium gerere teneatur. Mea sũt enim speciali titulo redẽptionis omnia primogenita Hebręorũ tã ex hominibus quã ex iumẽtis: quapropter iure optimo patiar pro eis mihi Leuitas vendicare. Profectò ex die, qua Ægypti primogenitũ omne percussi vestrorum immunitate, eos cunctos meo specialiter addixi, in egregiæ libertatis documẽtũ: & Leuitas in cõmutationẽ elegi pro cunctis Hebræorũ primogenitis, ob zelũ iustum quẽ ostentarunt, adoratores vituli vulnerantes ensi; domui Aaronis tradidi, vt pro primogenitis, quos populus reddere tenebatur, ad seruiendũ in sanctuarij ministerio, mihi expediant obsequia. Ad hæc Leuitas de medio Israelitarũ mihi asciui, vt possint pro secularibus deprecari, si quando laicus, & profanus sacro officio contra præceptum meũ se præsumpserit immiscere. * Vndè cũ aliquis ad sacerdotiũ, aut Regulare assumitur institutum, debent omnes è populo exultare, pro piaculis enim eorum nouus Deo precator additur.

Sacerdos, aut Religiosus sic se gerat cum secularibus, vt semper Dei esse videatur.

Cũ aliquis fit sacerdos, aut Religiosus omnis populus exultet quia pro eius peccatis nouus peccator Deo addicitur.

3. *Leuitæ seruiunt pro Israel in Tabernaculo.*

20. 21. 22. FECERVNTQVE MOYSES, ET AARON, &c.] Circa Leuitarum Deo oblatorum ritus Moses, Aaron, ac filij Israël gessere quæ Dominus iusserat: purificati sunt lustrationis vnda, cutis abrasione, vestiumque ex lauacro puritate. Eleuauitque, id est, obtulit (oblata Domino solebant eleuari) eos Aaron in conspectu Domini. * Quicumque ad Leuitarum ministerium assumitur, sciat se ab inferis ad supernũ vertitẽ eleuari. Et pro eis exorauit, ad Deu precatus vt eorum acceptaret emundationem, illique purificati digne, & impune suis, in Tabernaculo, ministeriis officium impenderent. Quæcumque Deus Mosi circa Leuitarum consecrationẽ præcepit, data sũt executioni. Crediderim, nõ multos nũc Leuitas cõsecratos, sed quot ad præsentẽ necessitatẽ ministerij Tabernaculi necessarij erant. * Vereor, ne propter nimiã Clericorũ consecrationem Templo non seruitium necessarium præparetur, sed ipsorum necessitatibus occurratur. Multi enim ad Ecclesiastica munera accurrunt nõ vt seruiãt Ecclesiæ, sed vt sese propria expediant ab inopia.

4. *Quæ Domini præcepit executioni dantur.*

Qui ordinem Leuiticũ, seu Clericatũ init sciat se ab inferis ad superna eleuari.

Multi veniũt ad sacerdotium non ob Ecclesiæ obsequium, sed ob propria tẽporaria cõmoda.

23. 24. 25. 26. LOCVTVSQVE EST DOMINVS DICENS, &c] Ætatem, qua vigere deberent Leuitæ consecrandi, Deus Mosi præscripsit, profatus: Hæc est lex Leuitarum distinguens eos, qui consecrandi sunt, ab ijs, quos consecrare non licet. Postquam vigesimũ quintum impleuerint annum, accepabuntur ad hoc, vt ministrent, quando debitã ætatem attigerint, nempe trigesimum præscriptum annum compleuerint, fœderis Tabernaculo. At cum quinquagesimum ætatis annũ expleuerint, ætate iam ac robore declinare incipiente, seruire cessabunt in erectione, depositione, ac deportatione Tabernaculi: attamen fratrũ suorũ aderunt coadiutores in his, in quibus prouectio ætatis ministrare permittet: custodient scilicet quæ sibi fuerint commendata ex rebus, quas alij Leuitæ deportare tenentur; opera autem ipsa quæ prius facere solebant, cum vires erant integræ, non efficiant. * Iniquũm ne cogi in Religione senem eadem ac iuuenes præstare circa instituti asperitates? Videtur iniquum.] * Liceat hoc ex capite meam Societatem laudibus attollere, cuius viri longæui indè probantur decrepitam attigisse ætatem, quod vltronei strictioribus asperitatis legibus præcinguntur.] Sic ergo dispones Leuitis, vt scilicet custodiant Tabernaculi vasa ea ætate, & modo, quem iam præscripsi. Cur non dixit *In custodia sua*, sed *In custodijs suis*? Quia variis familiis varia danda erant, vt custodirentur: vnde plures essent custodiæ. * Ministro Domini circa temporalia, Coadiutori fratrum suorum haud vnica custodia committitur, sed plures. Sciat, qui coadiutor est tẽporalis fratrũ, seu patrum suorum cunctis officiis, ac ministeriis se prõptissime daturum obsequium. Hoc monitum Societatis Iesu coadiutoribus tẽporalibus omniumque Religionum laicis fratribus indicendum.]

5. *Lex circa ætatem Leuitarum.*

Iniquũ cogi senes ad iuuenum labores.

Societatis Iesu viri inde senes se probant, quod vltronei strictioribus asperitatis legibus præcinguntur.

Societatis Iesu coadiutores tẽporales cunctis officiis se prõptos debent exhibere.

CAPVT

CAPVT IX.

Apud Sinai imperat Dominus Pascha secundum celebrari. Ductrix totius itineris nubis Columna describitur,

1. LOcutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo, dicens: 2. Faciant filij Israël Phase in tempore suo, 3. quartadecima die mensis huius ad vesperam, iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. 4. Præcepitque Moyses filiis Israël vt facerent Phase. 5. Qui fecerunt tempore suo: quartadecima die mensis ad vesperam, in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filij Israël. 6. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, 7. dixerunt eis: Immundi sumus super anima hominis. quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israël? 8. Quibus respondit Moyses: State vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis. 9. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 10. Loquere filiis Israël: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino 11. in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud: 12. non relinquent ex eo quidpiam vsque mane, & os eius non confringent, omnem ritum Phase obseruabunt. 13. Si quis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit. 14. Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta ceremonias & iustificationes eius. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ quàm indigenæ. 15. Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vesperè autem super tentorium erat quasi species ignis vsque manè. 16. sic fiebat iugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. 17. Cúmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israël: & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. 18. Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: 19. & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, erant filij Israël in excubiis Domini, & non proficiscebantur 20. quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. 21. Si fuisset nubes à vespere vsque manè: & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem recessisset, dissipabant tentoria. 22 Si verò biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra. 23. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erántque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moysi.

COMMENTARII.

1. *Pascha secunda iubet Deus celebrari.*

VERS. 1. 2. 3. LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Locutus est Dominus Mosi nonnulla, quæ in superioribus omiserat, nunc autem per recapitulationem indixit apud desertum Sinai anno secundo postquam filij Israël ex Ægypto processerant, mense primo, cum proxima esset luna quartadecima mensis eiusdem: Celebrent filij Israël Pascha tempore debito, id est, quartadecima die mensis huius ad vesperam, siue *inter duas vesperas* (sic Hebr.) De hoc mense speciatim profatur, quia sequentibus annis quamdiu in deserto manserunt, nec celebrasse Pascha, nec plura alia legalia obseruare iussi fuerunt ob itineris quidem incommoda. * O quanta Deus indulget viatori! Ipse dignouit hominum fragilitatem, & viæ deserti pericula vnde mitius discutit crimina, & benignius veniam exponit. Fiat (addit) Phase iuxta omnes ceremonias, & iustificationes quas in Ægypto institui, & modo habita loci, ac temporis ratione commode poteritis obseruare. * Mandata Dei iustificationes appellantur, quod sine illis rectè, iustè

Multa Deus homini viatori indulget.

Cuilibet ceremoniarum obseruationi sua respondet iustificatio, cui præmiũ speciale respondet.

Iudæ vexillum quod primũ obtinebat locum cæteras Tribus antegrediens: tunc filij Israël proficiscebantur, eam capientes viam, quam nubes ostendebat: & in loco assignato ab stante nube, ibi castra locabant, secundum formam, quam nubes ad manendum inuitare solebat: interdum enim quiescebat nubes ad hoc dumtaxat, vt Hebræi cibos sumerent: interdum verò vt nocturno sopori vacarent: interdum tandem vt castra diutius figerentur, ac mansionem gererent. Vnde ex imperio Domini profectioni sese accingebant, & ex eiusdem iussione morabantur. Angelus enim dirigens nubem nec illam mouebat, nec ab illius motu cessabat nisi Domino imperante. * Hinc obedientiæ filij edißcant Præsulum diligenti nubi studiosè parere, quam sciunt à Domino dirigendam.] Cunctis diebus, quibus stabat nubes pendens, eleuata supra Tabernaculum, eodem loco, ac situ, dispositio neque eis constituta manebant Hebræi; & si casus ferret, vt multo tempore nubes supra Tabernaculum moraretur: aderant Israëlitæ in excubiis Domini, sistebant scilicet quasi excubantes, & aduigilantes, & nubem an moueretur obseruantes: & in hisce stationibus & mansionibus aderant, quas sine Dei iussione relinquere non poterant. Ad imperium Dei erigebant tentoria, & extendentes ea castrametabantur; & ad imperium illius deponebant, scientes quidem nullatenus, nisi Deo iubente columnam nubis quiescere, aut volitare.

Prelatus nubes est, quã Deus dirigit, vnde ei parẽdũ studiosè.

21. 22. 23. SI FVISSET NVBES A VESPERE VSQVE MANE ET STATIM DILVCVLO TABERNACVLVM RELIQVISSET, PROFICISCEBANTVR, &c] Si nubes à die vsque mane per vnius duntaxat spatium noctis in Tabernaculo moraretur, & statim diluculo Tabernaculum relinqueret, coniectabant moram illam nocturnam non fuisse ad mansionem, sed ad soporis quietem, ac proindè omittentes erigere Tabernaculum, cui inuolutu nubes insederat, profectioni se dabant; & si post diem & noctem recessisset, quia etiam in hac breui temporis mora & Leuitæ Tabernaculum, & Israëlitæ sua castra fixissent: dissipabant tentoria Adeò diuino imperio populus existebat obediens. * Cur ad exiguam vnius diei mansionem tanta Tabarnaculi machina tanto labore erigitur? Certe vt vel vnica sine Templo dies viatoribus innuetetur infausta.] Si vero biduo, aut mensis vnius interstitio, vel diuturniori tempore supra Tabernaculum nubis columna fulguraret: eodem in loco Hebræi morabantur, nec accingebantur itineri. Porrò statim, recedente nube, mouebantur & castra ad strepitum buccinæ, quo sacerdotes castrorum motum multitudini intimabant. Per verbum Domini nubis ore loquentis castramètabantur & iussione illius iter arripiebant: aderántque intentis animis, vt edißcerent, quando nam moueri deberent aut quiete potiri, iuxta Dei iussionem per Mosem indictam.

6. *Ad pergẽdũ ad sistẽdũ Hebrai nubis cõtẽplantur aspectum.*

Vel vna sine Tẽplo dies viatori homini est infausta.

CAPVT X.

Duas argenteas tubas Deus iubet efformari, earumque vsum edocet. Inflatis tubis, se columna nubis mouente, ex Sinai in Pharam Hebræi castra dimoueri iubentur.

1. LOCVTVSQVE est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. 3. Cúmque increpueris, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. 4. Si semel clangueris, venient ad te Principes, & capita multitudinis Israël. 5. Si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam, 6. In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem, & iuxta hunc modum reliqui facient, vlulantibus tubis in profectionem 7. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt. 8. Filij autem Aaron sacerdotes clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. 9. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. 10. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, caneris tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ego Dominus Deus vester. 11. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: 12. profectique sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. 13. Moueruntque castra primi iuxta

imperium

imperium Domini in manu Moysi. 14. Filij Iuda per turmas suas: quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. 15. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. 16. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. 17. Depositúmque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson & Merari. 18. Profectique sunt & filij Ruben, per turmas & ordinem suum: quorum princeps erat Helisur filius Sedeur. 19. In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. 20. Porrò in tribu Gad erat principes Eliasaph filius Duel. 21. Profectique sunt & Caathitæ portantes Sanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. 22. Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. 23. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. 24. & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. 25. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisadai. 26. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. 27. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. 28. Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. 29. Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli. 30. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. 31. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. 32. Cumque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus: dabimus tibi. 33. Profecti sunt ergo de Monte Domini viam trium dierum, arcáque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum. 34. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cùm incederent. 35. Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. 36. Cùm autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Deus Mosi profatur. Iube efformari tibi, ad quem attinet cura profectionis populi duas tubas ex argenteis laminis malleorum contusione deductis, ad conuocandú populum, vt moueat castra, vt festa celebret, vt ad sacrificia præparetur, vt ad bella accingatur. Porro ideo iubeo ex argento perfici ob cultus diuini reuerentiam, & vt magis sonoræ vocem emittant. * Vox subditos excitatura ad profectionem, ad quietem, ad festorum obseruationem, ad sacrificia, ad bella debet esse sonora, dulcis debet existere. Nec benè auribus subditi ferrea vox insonat, nec eum vltroneum ad actiones indictas adducit. Magis illa fuga aderit, quam profectio.] Cum ergo tubis increpueris, non in vlulatu conciso minutissimarum vocum eleuando, & deprimendo: sed in voce plana, & æquali; tunc congregabitur ad te omnis turba ad Tabernaculi ostium intra & extra atrium à parte anteriori Sanctuarij, quo conuenire debet populus, quando eum oportet verba Dei exaudire. Si semel clangeris, vna tantum vice, ac planè: tunc venient ad te Principes & capita multitudinis. * Augustiores enim faciliùs ad obedientiam excitantur. Et dum vulgares subditi post prolixum tubarum sonitum post replicata Præsulis * imperia vix exurgunt; Principes, seu nobiles, ac ingenui ad primum leue signum voluntatis Rectoris incunctanter imperatæ incumbunt actioni.] At tamen si prolixior, seu cum maiori detentione, quam cum Principes aduocantur, & concisior in partes minutissimas eleuantes, & deprimentes sonitum clangor increpuerit: signum sit amotionis castrorum; vnde in primo huius formæ sonitu castra mouebunt primi, qui ad Orientalem plagam metantur, scilicet Tribus Iuda, Issachar, & Zabulon, seruato inter sese ordine, quo sub Orientali vexillo castrametantur.

1. *Duæ tubæ argenteæ efformãda.*

Præsulis vox, vt excitet vltroneos subditos, debet esse argẽtea. Vox ferrea magis fugat, quã allicit.

Nobiliores subditi ad primũ leue signũ volũta-

-tis Præsulis incũctanter præcepta incũbunt actioni.

6. 7. 8. IN SECVNDO, &c.] At in secundo sonitu, & pari vlulatu tubarum, qui iuxtà formam prioris clangoris debet efferri, tentoria leuabunt, qui ad Meridiem morantur, nempè Tribus Ruben, Simeon, & Gad: & iuxta hunc ritum reliquæ Tribus exurgent, nequaquam procedentes nisi vlulantibus ad profectionem tubis; vt vnumquodque vexillum separatim excedat, nec sit inter milites vnius vexilli, & alterius immixtio. * Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor exaudietur. An idem signum datur populo, ac Principibus & capitibus multitudinis? *Si semel*, inquit, *clangueris, venient ad te Principes*: & *Quando congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit.* Ergo ad vnicum clangorem & Principes ve-

2. *De sonitus tubarum varietate.*

nunt,& populus aduocatur. Porro Hebr. *si vna tuba clanxeris.* Qui vna tuba canit, semel canit ; qui vero duplici bis canit , etiamsi simul sonum edat. Ergo cum aduocantur Principes, vnica tuba clangendum est:cum autem populus, duarum tubarum non erit simplex sonus, sed bis vna ex altera est canendū. *Ad adducendos principes vnius tubæ , vnius Præsulis vnicum sufficit signum, ad adducendos populares obedientiæ duplicatur sonitus. Vix post replicata imperia vulgaris subditus adducitur.] Ad filios autem Aaron seu ad sacerdotes attinebit,hisce clangere tubis , siue in castrorum motu,siue alias , quia eis solummodo in vasis sacris ministrare licet , quales hæ buccinæ debent existimari.Eritque id lege statutum sempiternum vestris in generationibus,nequaquam pro libito mutandum,quamdiu Reipublicæ vestræ durarit status. * Hinc ipsam commendauit admodum legem , nam quæ facilè immutatur à Præsule , non magni æstimatur à subdito.

Vt ingenuus & nobilis subditus ad ducatur vnius Rectoris vox sufficit vna vox: ad adducendum vulgare vix imperij sufficit replicatio.

Lex,quæ facile immutatur à Præsule,non magni æstimatur à subdito.

9.10.11. SI EXIERITIS,&c.] Si ad certamen processeritis de terra Chananitide contra hostes non quidem aduersus vos exurgentes,sed tenitentes se vobis submittere,vlantibus seu duabus, seu pluribus tubis clangetis:& Dominus recordabitur vestri in prælio,cum ex præcepto eius tubas facitis personare. *Victoriam obedientis victorias loquitur; illa enim ipsa tubæ ex obedientiæ præscripto vox erit victoriæ celebratio.]* Hinc edisce cymbalorum clamantium tempestatis instantia,vtilitatem ; recordatur Deus hominum , vt eos eruat a procellæ imminentis horroribus] At si quando epulum solemne, & factum ex hostiis pacificis instruxeritis,siue epulum,quod præuio fit sacrificio,illudque claudit:quale erit in Regum consecratione,pariter in Kalendis, seu in Nœmenia,aut nouilunio , primo scilicet die mensis Lunaris die vtique Iudæorum festo:tubis super holocausto ac pacificis victimis personabitis,vt obedientiæ huiusce actio Deum excitet,vt vestri misereatur : ego Dominus Deus vester , qui obedientiæ placor actionibus.

3. Clāgendū tubis,cum ad bella processerint,& in epulis, ac Kalendis.

Nunquā nō obedientia vincit hostes.

Cymbalorū tēpore procellarū sonus commendatur.

11. 12.13. 14. 15.16. 17. ANNO SECVNDO,&c] Anno igitur secundo ab egressione ex Ægypto,die mensis secundi vigesima columna nubis Hebræorum ductrix fuit de Tabernaculo fœderis eleuata , mox tubis clangentibus in profectionis signum, filij Israel à deserto Sinai recedentes perrexere in Pharan solitudinem locum , qui postea dictus est sepulchra concupiscentiæ:in quo consilens nubes Hebræis desertum tertiam assignauit mansionem. Primi ergo mouerunt Orientales castra,iuxta Domini imperium,quod per Moisem ministrum suum dederat , filij Tribus Iuda prout erant distincti per familias,ac domus,ita vt hi,qui ex vna erant familia castris, qui ex aliis erant,minimè miscerentur.*Intra eandem progeniem augustior honor vni , quam alteri debet iuxta merita antiquitatis , seu muneris exhiberi.] Horum Princeps aderat Nahasson Aminadab filius,illemet qui in annumeratione præfata Principi extiterat. In Tribu filiorum Issachar sub vexillo Iudæ militantium Princeps extitit Nathanaël Suar filius. Tribui vero Zabulon Princeps adfuit Eliab filius Helon.

4. Eleuatur nubes , & mouēt. castra primi.

Intra eādem progeniem vni debetur honor augustior , quam alteri ex merito antiquitatis,ac muneris.

Depositum est Tabernaculum, & atrium constans ex velaminibus , tabulis & columnis erectis,& extentis:quod portantes egressi sunt Gersonitæ,& Meraritæ non statim post Iudæ vexillum : sed post vexillum Ruben in medio castrorum vna cum aliis Leuitis.

18. 19. 20. 21. PROFECTIQVE SVNT, &c.] Profecti sunt immediatè post Tribum Zabulon filij Ruben tenentes vexillum Australe,& procedebant per familias , & ordinem suum mox vt secundas buccinarum clangor insonuit. Horum Princeps aderat Helisur filius Sedeur. In Tribu autem filiorum Simeon qui locij Rubenitarum in vexillo annumerabantur,Princeps extitit Salamiel filius Surisaddai. Profecto in Tribu Gad , quæ sexta erat in ordine profectionis Principatum tenebat Eliasaph filius Duel. Perrexereque post duorum sex tribus vexillorum & Caathitæ portantes vasa,quæ Tabernaculo,& atrio claudebantur ; quæ quidem ob ipsorum sanctitatem conuenientes *Sanctuarium* debent vocitari. Porro tam diu Tabernaculum apportabatur cum rebus ad illud pertinentibus , quamdiu nubis columna consistens non assignabat erectionis locum,quo quidem Hebræos manere oportebat. * Deus enim in Tabernaculo consistens cum ambulante ac peregrinante pergit, cum quiescente sistit Israëlita. Quam dulce exilium , cuius incommoda tam assiduo , tam benigno auxiliatore cōmite tolerantur.

5. Profecti sunt Rubenitæ,& Caathitæ.

Exilij hæc incommoda Deo comite dulcorātur.

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. MOVERVNT CASTRA , &c.] Mouerunt castrà post Leuitas in medio totius multitudinis comprehensos filij Ephraim per domos suas tertium vexillum deferentes In quorum exercitu Dux erat Elisama filius Ammiud. Porro in Tribu filiorum Manasse pertinentium,ad Ephraim Occidentale vexillum Princeps extitit Gamaliel filius Phadassur.Et in Tribu Beniamin, quæ fuit nona in ordine procedendi , Dux aderat Abidan filius Gedeonis. Nouissimi castrorum omnium filij Dan per domos , ac familias suas perrexerunt : in quorum vexillo tres,quæ aderant Tribus ex ancillis processerant aliis plane indigniores & ignobiliori in loco collocati * Quinam,quæso,Tribui Dan,è qua Antichristus processurus est, nisi ancillarum nati adhærescerent. Hæreticorum sanè viles asseclæ & plerumque ex infami exoriri progenie] Porro in Danitarum exercitu Princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. In Tribu autem filiorum Aser ducatum gessit Phegiel filius Ochran. Et in Tribu filiorum Nephthali , quæ in duodecimo loco totam castrorum multitudinem terminabat , Princeps adfuit Ahira filius Enan. Hi sunt castrametandi , ac proficiscendi modi filiorum Israël,secundum distinctione Tribuum familiarum, ac domorum, quando tendebant per desertum in terram promissionis.

6. Mouēt castra Ephraimitæ,& Danitæ.

Plerumquē asseclæ hæreticorū viles sunt,ex infami ehl progenie.

29.30.31.32. DIXITQVE MOYSES, &c.] Aderat Hobab filius Raguel seu Iethro soceri Mosis frater Sephoræ vxoris eius, qui post reditum patris Iethro in terram natiuitatis suæ cum Sephora sorore remanserat , & cum Mose cognato ad ministrandum populo necessaria ad sacrificia , azimos scilicet , & similam , vinum, oleum, thus & sal ad libamina,ex locis proximis Sinai solitudini.Huic volenti

7. Rogat Moses Hobab cognatū, vt secum progrediatur.

volenti in terram suam remeare, cum vidit castra parare profectionem, Moses profatur: Pergimus ad locum, quem non fortitudo nostra, sed Dominus daturus est nobis: socius esto noster, vt tibi nobiscum sortem exhibeamus; quia Dominus bona Israëli promisit, quæ infallibiliter assequemur. At illa respondit. Licet teneor sororis dilectione, & filiorum eius: tamen tecum non pergam, sed reuertar in patriam; homini enim apud suos delicatè, ac ingenue nutrito non potest non esse molestum, diutius extra propria immorari.

Exitialis patriæ, ac domus amor multos à sacra militia deterruit.

* O exitialis patriæ, ac domus amor, quot homines à sacra militia deterruisti!] Replicat Moses non tam anxius de commodis viæ qui itineris ductores Columnam, seu Dominum habebat, quam de cognati sui salute, credens quod si Hobab inter Iudæos moraretur, facile ex societatis beneficio Iudaicos verteretur ad ritus.

Sociorũ piorum actiones magisterium exhibent pietatis.

* Sociorum enim actiones piorum magisterium exhibent pietatis.] Noli, inquit, à nobis recedere; tu enim nosti, quibus in locis per desertum castra figere debeamus: videlicet si ad dexteram, vel ad sinistram loci nobis diuinitos ostensi ad manendum, adsint propinqua pascua, ligna, aquæ, farina, & alia (excepto quotidiano mannæ cibo ad prouisionem castrorum necessaria. Ductor eris noster non quidem in procedendo, sed in prouidendo ea quæ versus vnam vel alteram partem manentis nubis queunt reperiri. Certè vt eum ad manendum alliceret fortiter, aptè ei Ducem fore promisit.

Præsulatus spes homines arripit ad ardua quæque.

* Nil enim sic assulet homines arripere ad ardua quæque, quam spes Præsulatus] Cumque nobiscum veneris non prout cum aliis alienigenis tecum agemus, sed quidquid optimum fuerit ex opibus, quas tam in Vrbibus, Oppidis, vineis, & agris: quam in pecoribus, pecuniis, ac rebus mobilibus, nobis in terra Chananitide traditurus est Dominus, tibi exhibebimus. Tacuit Hobab, acceptans vtique pollicitationem sibi à Mose qua si totios multitudinis nomine factam: abiitque cum Hebræis in terram promissam.

In fideles multi æstimant, téporalia bona.

* Et quomodo non acquiesceret gentilis, cui ducatus honor, cui diuitiarum commoda promittuntur? Qui enim infidelitatis cæcitate laborat, bonis temporalibus adhærescit.

33. 34. 35. 36. PROFECTI SVNT, &c.] Igitur post tempus vnius ferè anni satis inibi vtiliter absumptum de monte Domini Sinai Israelitæ recesserunt, & post trium dierum viam exaratam, illam tenuere mansionem, quæ postea ex euentu illud sortita est nomen: *Sepulchra concupiscentiæ.* Certe Arca fœderis legis continens tabulas pactum inter Deum & Israelitas obfirmantes deportata à Caathitis in castrorum fronte, & à Mose, ac sacerdotibus comitata, populum præcedebat.

Ducatus legis omnis promotionis initium est.

* Omnis enim prosperitatis, omnis fælicis promotionis initium est legis ducatus.] Hoc autem non semper contigit, sed dumtaxat per tres dies, quibus immoratus est populus tendens à monte Sinai vsque ad sepulchra concupiscentiæ: tunc enim præcessit Arca prouidens castrorum locum.

Legis obseruatio prouidet hominib. commoda.

* Innuens vtique, legis obseruationem obseruatoribus commoda prouidere.] Nec non Domini nubes ab Angelo ductore mota super eos volitabat per diem, dum progrederentur, noctuque dum somnum captabant custos aderat dormientium. Porro cum Arca à Leuitis eleuaretur super humeros, profectura, Moses acclamat. *Exurge, Domine*, velut præparatos ta ad præcedendum nos in Arca in qua specialiter tua gloria resplendet: *& dissipentur inimici tui.* populi nobis aduersantes: & qui te in nobis odio persequuntur, timore perculsi tua à facie recedant. Cum autem à Caathitis deponeretur onus sacerrimum, vt in loco consistendorum castrorum consisteret, Moses deprecabatur: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*, nec vltra progrediste: sed qui cum pergentibus profectus es, cum quiescentibus dignare quiescere; vt quemadmodum in præcedentibus mansionibus egisti, castra ab ingruentibus malis custodias.

Iter facturus inuocato Deo procede, & quiesce.

* Edisce iter facturos, Deo inuocato, procedere, Deo quiescere inuocato; quia nec processio, nec quies sine Numine proficit.

CAPVT XI.

Ob defatigationem, & ob carnis carentiam populus obmurmurat, oneri Mosis leuando septuaginta viri prophetico donantur spiritu, coturnices integro mense immittuntur, Iudæi autem igne cœlesti, aliisque plagis ob murmurationem vulnerantur.

1. INterea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus iratus est. Et accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. 2. Cúmque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. 3. vocauitque nomen loci illius, Incensio: eò quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini. 4. Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens, iunctis sibi pariter

pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? 5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepe, & allia. 6. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. 7. Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellij 8. Circuibátque populus & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. 9. Cúmque descenderet nocte super castra ros descendebat pariter & Man 10. Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias singulos per ostia tentorij sui. Iratúsque est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est. 11. & ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? 12. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? 13. Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. 14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. 15. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis ne tantis afficiar malis. 16. Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciésque ibi stare tecum, 17. vt descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradámque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. 18. Populo quoque dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes, ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis. 19. non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, 20. sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eò quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto? 21. Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? 22. Numquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? 23. Cui respondit Dominus: Numquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrùm meus sermo opere compleatur. 24. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. 25. Descendítque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. 26. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculũ. 27. Cumq; prophetarẽt in castris, cucurrit puer, & nũtiauit Moysi, dicẽs: Eldad & Medad prophetant in castris. 28. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. 29. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum? 30. Reuersúsque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. 31. Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantũ vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. 32. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum. 33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. 34. Vocatúsque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

COMMEN

COMMENTARII.

I. *Igne corripiuntur obmurmuratores, orãte Mose, absorpta est flamma.*

VERS. I. Interea ortum est murmur &c.] Dum filij Israel triduum dierum viam conficerent, prius quam illius pertingerent ad terminum, murmur populi exortum est non detrahere præ malitia volentium, sed quasi dolentium pro itineris defatigatione, quia tres continuos dies cum paruulis iumentis, ac farcinis ambulauerant. Murmurauerunt autem contra Dominum, eo quod ad eius imperium velociter, vel tardè nubes ductrix peruolabat. Quod populare murmur cum ad Dei aures (nostro loquitur more) peruenisset, succensus est ira: & succensus in eis ignis, ingens à Domino profectos extremam castrorum partem absumpsit, in qua erant (verosimiliter) Ægyptij, qui Israelitas ad hanc obmurmurationem incitauerant. * Excitatores enim ad piacula grauius ac præ-

Incitatores ad crimina grauius, & præ; roperè puniuntur. Puniuntur & qui fingunt, seu affectant laborē in obedientia.

properè à Domino puniuntur.] Fortasse etiam & aliqui, qui lassitudinem simulabant, in extrema acie flamma fuerunt absumpti. * Qui enim laborem in obedientia fingunt, seu affectant cœlestis iræ experiuntur effectus.] *Ignis Domini* idem est, quod ingens, vehemens, terribilis. Sic vocitantur *Cedri Dei*, *Montes Dei*, id est Cedri magnæ, Montes excelsi.] * Magnum horribile supplicium obmurmuratoribus contrà Deum, siue, contra Præsulem præ-

Horribile supplicium obmurmuratibus contra Præsulē præstatur,

paratur.

2. Cumque clamasset, &c.] Populus cunctus videns flammæ cœlestis horrorem, ad Mosem territus inclamauit, qui quidem ad omnis tribulationis medicameo accurrit, Dominum scilicet exorauit, & mox ignis terra vnde prodierat, fuit absorptus. Hebraica vox ypv significat *in profundum deprimi*. In profundum ergo depressus est ignis, qui è profundo prodierat ad puniendum murmuratores. * Tartarea enim flamma prosilit ad absumendos eos, nec expectat eorum descensionem in tartarum. Velut damnatum iudica detractorem; quanto impetu descender in gehennam, quem quæsitura gehennalis flamma tam edax assurgit?

Tartarea flāma assurgit vt quærat murmuratores, nō expectās eorū descensum.

2. *Vulgus flet memor carniū, & olerum.*

3. 4. 5. 6. Vocauitque nomen &c.] Locus ille ab igne absumente extremam castrorum portionem appellatus est *Incensio*: qui à pœna gulæ post modum *Sepulchra*. concupiscentiæ fuit vocitatus; vnus namque atque idem est locus, sicut & Iudæorum murmur. Existimo totum locum *Sepulchra concupiscentiæ* dictum fuisse, partem verò eiusdem loci, quæ conflagrauit igne *Incensio* esse appellatam. Nec enim totum erat totam plagam sed desertum illud Incensio vocitari, si pars eius solummodo igne conflagrauerat. * Edisce, non totam communitatem infamari debere ob vnius sen alterius subditi conflagrationem.] Qui deliquit luxuriei flamma correptus, as pellerur *Incensio*: tota autem sanctorum communitas quæ tacta non est igne, haud

Nō est infortūnāda tota socieas cōmunitas, quia vnus, aut alter libidinis flāma cōflagrauit.

noteiur & nomine. Nec mirum Dominum ad iracundiam fuisse excitatum; volgus quippe ægyptiorum, qui Hebræorum, castra sequebantur carnium, & cæparum ægypti desiderio flagrauit. Quamuis enim Hebræi suos secum greges ducerent, tamen promiscuum illud vulgus carnes in potestate non habebat: & si aliqui ex ægyptiis gregem aliquem possiderent, eum integrum ad promissam terram cupiebant adducere intetim Manna victantes. * Hoc auaritiæ ingenium, prius fame deperire, velle, quam peculium imminuere.] Sedebat ergo vulgus Ægyptiorum, quibusdam Hebræis (quibus nec *Iupiter placebat* Liceat Hispanico idiomate exprimere *Que estabā assentados*) adhærentibus: sedés præ lassitudine, aut desidia, & flens præ libidine profabatur: O quis nos carnium solido expleat alimento? Recordamur enim piscium quibus apud ægyptum vili pretio, & quasi nullo vescebamur; cucumerum, peponum, porrorum, cæparum, & alliorum quam dulcis sapor, quam amara memoria! Anima, seu appetitus noster languet, nauseat, & quasi exarescit. Fatemur Manna hosce exhibere sapores: optamus tamen non tam in sapore, quam in colore, exterioriique ciborum forma varietatem: vt simul cum ventre etiam oculi, & manus explerentur. Cibos hic leuissimus nec oculos nec manus replens, ventrique quodammodo sine materia, & substantia solos sapores impertiens, nos afficit fastidio, & impellit ad nauseam. Quidquid substantiæ hoc cibo reeludatur, oculi nostri nil nisi Man, aspectant. * O volgaris excogitatio! rusticæ mentis ista querela, quæ verum Manna Eucharisticum accipiens, fastidio afficitur, quia oculi solum Man respiciant. Hic quidem panis est *vitæ*, & *intellectus*; à discerentibus enim, à sapientibus absomptos, maioris æstimatur, dum minorem pectori ingerit grauitatem cunctis illud spiritualibus saporibus explens.

Auarus mauult fame perire, quam imminuere peculium.

Eucharistiæ cus panis vt. ræ, & intellectus, qui sine vētris expletione, mētē confirt saporibus spiritualibus exsatiat.

7. 8. 9. Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris, &c.] Porro Man forma & pondere erat instar seminis coriandri: colore autem bdellium æmulabatur; bdellium autem vnguis refert colorem, estque candidum, & pellucidum. Facilius dixeris exiguæ margaritæ (ut sic sic) granula imitari. Porrò populus castra circuibat, eo quod tantum in castrorum circuitu Man exciderer. * Castrorum robur, circulātisque corona ex pane Eucharistico, quo quidem Imperium Austriacum illustrissimis stipatur victoriis, dum pane cœlesti milites roborati properant ad certamina.] Colligentes itaque Man mola, aut mortariolo conterebant, coquentes in vase, vt tortulas perficerent, quæ quidem crustolæ oleatæ ac melle inunctæ gustum referebant. Cumque nocturna instantia pruina profluerent Mannæ proferens stramentum, immediatè Man affluebat. * Mannæ Eucharistici stramentū animi puritas pœnitudinis ex lauacro.

Eucharistiā Mā Austriaci exercitus robur.

Eucharistiæ Mannæ stramētū animæ Puritas.

10. 11. 12. 13. 14. 15. Audivit, &c.] Moses ergo flentem populum præ deside-

rio

rio carnium exaudiuit singulos quidem tabernaculorum in ostiis existentes, publicantes tam vile desiderium, tam infamem exponentes eiulatum. Vnde & Dominus fuit magna succensus iracundia, & Mosi visa est intolerabilis gubernatio. * Meritò Dominus ira afficitur, dum lacrymæ alias pretiosissimæ ob vilia temporaria incommoda profunduntur.] * Et dum quæ in occulto miseri deberent piacula concupiscentiæ gerere, ad concitorium ostia properantes, manifesta efficiunt vniuersi populi in scandalum.] * Præcipue autem carnis desideria, quæ naturam hominum tam fœde deturpant, deberent cordis adytis intercludi.] * Profectò Mosi Præsulatus intoleranda videtur, subditos querulos iniustè obmurmurare.] Eos velut paruulos humeris reportat, eos pane cœlesti exsatiat, eos ab hostibus validè defendit, & ob carnium defectum non substantialem, sed accidentalem (quia carnis omnis Man gustum referebat aliena in forma) querelas excitant, & aduersus Prælatum obmurmurant? O intolerabilis Præsulatus! Fatur itaque Moses: Cur ô Domine, mihi seruo tuo addidisti afflictionem? Quare hoc ex capite me inuisum tibi exponis, grauissimum Præfecturæ onus dum iniungis? An concepi omnem hanc multitudinem velut mater existens: aut genui eam sicuti naturalis pater, vt dicas omhi: Porta eos in sinu tuo, seu inter brachia tua, quemadmodum nutrix solet infantulum deportare de omnibus prouidet, gestat, attendit, ne inducatur ad planctum; & defer in terram, pro qua patribus iurasti, quod eam posteris exhiberes.* Rogitas quando nam Deus Mosi imperauit, vt patris, ac matris in morem populum vlnis deportaret? Certè cum eum Præsulem populi constituit. Idem enim Rectorem esse, ac debere subditis paternum, maternumque affectum ostentare.] Vndenam, obsecro, possum tantæ multitudini carnium acquirere alimoniam, quos difficilè etsi exiguum explerent numerum valerem gregum pecoribus, aut pecudibus exsatiare, præcipue cum carnium hoc gerat esus, vt appetitus dirius accendatur in crastinum: * In deliciarum carnis documentum, quæ quidem, instar hydropici, sitiuor ex potu.] Flent vilitet illi, voce, gestuque contra me conclamantes: Da nobis carnes, vt comedamus, acsi eis cuncta defecisset annona, vt eis esset fame pereundum. Adhuc postquam Iethro socri mei consilio Iudicibus electis minora negotia commisi, haud possum solus omnem hunc populum sustinere: nec enim grauia quæque negotia valeo absque intolerabili molestia perficere. Attamen, si æquum iudicas, ab hoc difficili admodum non liberet onere, quandiu vitam egero: obsecro, vt interficias; dulcius enim mihi mortem oppetere, quam in continuo impatientiæ periculo versari. Mihi te circa rem, quam expostulo, beneuolum exhibe, ne tot tantisque incommodis afficiar. Petens vt mori liceret, piaculóne se Moses infecit? Leuis, aut nulla pusillanimitatis culpa: ideo non reprehendit illum Dominus, sed con-

Irrifur Deus, dum pretiosę lacrymæ ob incommoda vilia dispendantur.

Et dum peccatores publicè delinquunt aliorū scandalo.

Carnis desideria abscondenda, ne deturpent hominis naturam.

Intolerabile prorsus, ob murmurare subditos ob res leuissimas contra Rectoré prouidū,& benignum.

Idem est, Rectorem esse,ac debere subditis, paternū,maternumque affectum ostentare.

Deliciæ carnis ex potu sitiunt, in morē hydropis.

solatur. * Tam difficile, tam periculosum regendi munus, vt indifferentiæ defectus quodammodò tam perfecto obedienti imperfectionis notam non inducat, cum postulat prius mori, quam Præsulem agere.]

Quodāmodo imperfectione, ô indifferétie, perfecto obedienti, se indifferenté non ostédere circa Prælatum.

16. 17. Et dixit Dominus ad Moysem: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac Magistri et duces eos, &c.] Congrega (inquit Dominus Mosi) septuaginta viros de senibus Israel, quos tu noueris senes esse. * Nec enim sufficit canis honestari, vt sint senes: cani enim sunt hominis sensus. Noueris que Magistros. (Hebr. *Præfectos, Rectores*) Ætas, & vsus necessarius in his, qui ad regimen assumuntur. * Communicandus erat eis Spiritus gubernationis, sed Spiritus hic iam eos Magistros, ac Præfectos requirebat. Vt edoceantur electores, non omnia è Spiritu petenda, sed quærendos viros, quos experimentum ostenderit aptos.] Porro Spiritus Mosis viris aptis & vsu expertis communicatus est. Hosque ex Israël semine ad ostium Tabernaculi adduces, facitque ibi tecum commorari. vt descendam, columnam nubis, in qua ducem vestrum ago, inclinando, & alloquar tibi, audientibus ipsis. Tūc accipiam de Spiritu tuo prophetico (colligo ex n. 25.) quo scis populum regere, dubia explicare, occulta cognoscere, futura præuidere, & Dei laudes, eodem dictante, exequi: & eis impendam, vt possint tecum onus regiminis sustinere, ne oneri solus cogaris humeros addicere. Profectò solus qui prophetico Spiritu polleret, dignè posset Præsulatus munus obire.]* Vnde excusabiles planè multi circa regimen defectus, qui præter intentionem Rectoris qui non est Propheta, solent accidere. * Attamen licet Propheta non sit, nec videns subditi præcordia, aut futuros euentus, vt cautelam gerat, sic subditum, quem agnoscit alicui affectui agnatum, regere studeat, ac si futuros euentus aspiceret.] Aufert Dominus de Spiritu Mosis cum addit regiminis coadiutores, vt innuat Spiritum communicare Præsulibus iuxtà subditorum regendorum pondus: pondere ergo imminuto imminuitur & Spiritus Præsulatus. * Sciat qui difficile vocatur ad regimen, Spiritum sibi dandum à Domino maiorem, aut minorem iuxta ponderis grauitatem.] Chaldæus vertit, *Augebo de Spiritu, qui est super te, & ponam super eos.* Nec enim tollitur à Mose gubernationis vis, sed illa ipsa augetur vt coadiutoribus impendatur. * Cum Præsul ministrò aut coadiutori suo de sua tribuit potestate portionem aut totam communicat, de sua non detrahit, sed potius exaugет, quam habebat, potestatem, vt sit quasi duplex iam communicata Rectoris potestas.] Profectò vox Hebraica אצל *azer* significat auferre Spiritum, quomodo Spiritus sumitur pro respiratione, & labore Liceat vulgariter explicare: *Quitare de*

5\. *Congregari iubet Dominus populi senes, vt de Mosis Spiritu senes applicantur.*

Non efficiūt cani senes, sed mores.

Quærendi ad regimen viri quos electores dignouerint esse aptos.

Nec enim omnia spiritui relinquēda.

Excusabiles multi defectus Præsulis,qui Propheta nō est.

Vt cautam se gerat erga subditos,sic Præsul agat, ac si videret.

Iuxtà pōderis grauitaté dat Deus Præsulibus maiorē,aut minoré Spiritum.

Rector, qui suo ministro, aut coadiutori totam suā communicat potestatem,non imminuit, sed auget eam.

De Escobar & Mendoz. in Pentatheuc. Tom. I.

tu azezo, y fatiga, y partirella con otros. Aptius significat *appropinquare*, & *communicare*, vt ex vna lucerna aliæ accenduntur sine lucernæ primæ imminutione. * Rectoris lucerna tam fulgida manet post communicatam reliquis lucem, ac si incommunicabilis recluderetur.

Rectoris lucerna tam fulgida manet post cõmunicatam lucẽ ministro, ac si in cõmunicabilis clauderetur.

18. 19. 20. POPVLO QVOQVE DICES SANCTIFICAMINI: &c.] Populo profaberis: Præparate vos. (sic Chald. vertit, quia *Sanctificari* in sacris nonnunquam significat *comparare se.*) * Et quid nam agimus, dum sanctificationi studemus, nisi nos ad rationem reddendam Domino præparare?] Cras carnes absumitis; audiui enim vos ad carneum edulium exprimentes hisce vocibus appetitum: O quis nos carnium epulo satiaret? Aptius apud Ægyptiam terram commorabamur, vbi & carnium & piscium, & olerum fruebamur edulio. Vobis ergo Dominus carnes exponet absumendas non vno aut altero die, non quinque, decem, aut viginti diebus: sed integri mensis diebus concupitam vobis mensam apponet. * Ex vnius enim diei vbertate beneficij cœlestis generatur vbertas.] Tanta erit satietas, vt carnium particulæ vestris è naribus emittantur, instar vomentium, qui non solum per os, sed ex abundantia per nares etiam solent indigestos cibos emittere. Carnium igitur vertentur in nauseam, eo quod repuleritis Dominum, (dum anima vestra super cibum cœlicum nauseauit. * Vt nausea vna altera vindicetur) qui in medio vestri adest, paratus in necessitatibus succurrere: & viliter coram eo fleueritis, clamantes: Pœnitet nos ex Ægypto prodiisse. * Conqueri de cibo non ne puerilem exponit affectum? Ergo plusquam puerilis querimonia est, non de cibi defectu, sed de cibi qualitate editis eiulatibus succlamare. Preme particulam *Eo quod repuleritis Dominum qui in medio vestri est.* Cum Deus, seu eius vicarius Præsul inter subditos commoratur, vt eius commodis prouideat, quasi repellitur & contemnitur à subditis qui queruntur de alimoniæ defectu. * Iniuria enim afficitur Rector, dum subditi falsò innuunt communitati necessaria deficere.

6. *Promittitur populo esus carnium.*

Sanctificando nos, ad reddendam Deo rationẽ præparamur.

Dei ex beneficio vno aliud ingeneratur.

Peccato agnata pœna.

Queri de cibi qualitate plusquam puerilẽ exponit affectum.

Rector iniuria afficitur, cũ subditi falsò innuunt, cõmunitati deficere necessaria.

21. 22. 23. ET AIT MOYSES, &c.] Moses respondet Domino: sexcenta millia peditum, seu armatorum Hebræorum adsunt, (nam fœminarum, senum, puerorum, seruorum, & ægyptiorum numerus ad trigesies centena millia quisnam ambigat excreuisse;) & tu asseris, integro eis mense carnium epulum præstiturum? Annon solum armenta, ac greges nostri comminuendi, sed & aliunde multitudo pecorum adducenda, vt eis sufficiat ad edulium? An (hyperbolicè loquitur) omnes pisces maris præcepti tui retibus extrahentur, vt possint tot homines exsatiari? Miraris; Dominum ad iracundiam minime prouocatum ex Mosis sermone, quod nescio quid minus fidelitati consonum sapiebat? Non miteris, Præsul enim alias egregius in multis est à Domino sufferendus. In hoc vel illo Rector minime prudens inuentus est, tollatur, deponatur è munere. Non approbo decretum, Rectori enim alias probo multa impunitas exhibenda.] Dominus ergo Mosi, An, inquit, Dei inualidam adiudicas potestatem. Nunc aspicies meum sermonem esse Deificum mox opere complendum. * Deus enim non tam verbis loquitur, quam actionibus.] Hebr. *Videbis, num pretiosum tibi sit verbum meum*: id est, non otiosum, sed opere impletum. * Certè pretiosa illius sunt verba, qui opere complet, quod promittit: viles ac sine vllo pretio inanes dixero promissiones.]

7. *Deus dubitãti Mosi respõdet.*

Rectori alias probo, licet in aliquibus deficiat, parcendum.

Deus nõ tam verbis loquitur, quam operibus.

Pretiosũ habẽdum est verbum eius qui implet, quod promisit.

24. 25. VENIT IGITVR MOYSES, ET NARRAVIT POPVLO VERBA DOMINI, CONGREGANS, &c.] Ex conspectu Domini Moyses ad popolum accessit, quem colligari iussit, & ei Dei verba cuncta retulit, in quorum executionem de Hebræorum senioribus, seu viris prudentioribus ac legis obseruantioribus septuaginta selegit, & circa Tabernaculum consistere iussit. Dominus autem è nubis columna est Mosi locutus, ex eius spiritu faciens in septuaginta primores dilatari, vt velut septuaginta Moses exsurgerent. At cum spiritus sanctus requieuisset in senibus, diuino instinctu diuinas eruperunt in laudes: nec eos amplius spiritus ille propheticus, quem ad populi regimen acceperant destituit. * Quilibet prudens Præsul prophetat, cum futuros præuidet euentus subditorum conscius ingenij. Ex. gr. Nouit subditum voluptatum amatorem, & tamen laxas eis impendit habenas, nec à fœminarum retrahit consuetudine: quis non videat iuficiendum.

9. *Congregat Moses septuaginta viros, quos Deus spiritu Mosis donat.*

Quilibet Prudẽs Præsul prophetico spiritu quodãmodo donatus est circà subditorũ regimen.

26. 27. 28. 29. REMANSERANT AVTEM IN CASTRIS DVO VIRI, QVORVM VNVS, &c.] Duo viri electi quidem à Mose ad Præsulatum cum reliquis senioribus, Eldad & Medad remanserant in castris ex humilitatis affectu, dum se honore tanto arbitrantur indignos: nec ad Tabernaculum cum sociis accesserant. Attamen Domini spiritus eorum præcordia repleuit, & prophetauerunt in castris in diuinas laudes prorumpendo. * Laudandi qui humilitatis affectu fugiunt Præsulatus infulis ornari. Attamen qui Dei vices exerit eos in dictum arripiat ad munus.] Ideo dum abscondunter Prælatorum spiritu donantur * Moneo Præsules spiritum Prælatoræ esse diuinas laudes decantare. Qui orationis est studiosus, aptus regimini ostentatur; oratio enim edocet Præsules gubernationis scientiã.] Audiens igitur Iosue filius Nun ex lectissimis Moysis ministris Eldad & Medad prophetantes, incunctanter properauit ad Mosem, fatus: Eldad, & Medad te absente in castris ausi sunt prophetare. Scio, alios sexaginta octo seniores, te præsente, in Tabernaculo prophetare tibi quasi coniuncti, & subiecti: hi vero te inscio, te absente prophetant. Prohibe ergo eos, ne eorum ausus sit tuæ authoritatis imminutio. Quam aptè Iosue electus ex pluribus vocitatur, id est

Orationis studiũ est spiritus præsulum, qui edocet gubernationem.

intimus, maxime Mosis familiaris Hebr. *Ex electis eius iuuenibus*, ac ministris, & inter eos lectissimus, & charissimus. * Proprium est eius qui intime familiaris est, amici, aut Domini tuendæ authoritati studere.] * O quam à diuina familiaritate alieni, qui audientes Dei nomen linguis peierantibus deturpari, zelo honoris Domini non succenduntur, vt blasphemos conentur prohibere!] Profecto Moses, Quid, inquis, mihi zelas Principatum, aut prophetiæ spiritum à me non profluentem? Profluxit plane à me, augens enim Dominus meum spiritum in hosce à Tabernaculo abstractos effudit. Quid si præter viros à me electos seniores, omnes viderem prophetantes? Vtinam omnes diuinas concinant laudes, & prophetico donentur spiritu. * Proprium est eorum, qui pleni sunt, omnium expetere plenitudinem. Vacui pauperis animi est, ex aliorum queri plenitudine.]

Fidelis seruus curat Domini tuendi aut honorem. Qui audiens iurantē non prohibet, Dei seruus fidelis non est.

Pleni nō queruntur de aliorū plenitudine, sed qui se vacuos donis aspiciant.

30. 31. 32. REVERSVSQVE EST, &c.] Post hæc Moses & sexaginta octo seniores Hebræorum ex Tabernaculo ad circumiacentia castra fuit reuersus. Ventus autem præter naturæ ordinem à Deo immissus arreptas trans Rubrum pelagus coturnices quæ eius assolent in litoribus abundare, detulit, ac demisit in castra circumcirca per tantum spatij quantum vna solet die perfici. Volabant auiculæ duobus cubitis altitudine super terram, & non eleuatius, vt ab omnibus tam masculis, quam fœminis mediocris ætatis caperentur. Surgens ergo populus tota die illa, qua Moses vna cum senioribus de ostio Tabernaculi est regressus in castra, & nocte immediate sequenti, dieque altera congregat vnusquisque coturnicum multitudinem qui parum, decem coros, ita vt desumptæ coturnices possent ad victum vnius mensis vsque ad nauseam sufficere; & sic cauerunt eas prius iugulatas, & exenteratas extendentes illas per gyrum castrorum; ob multitudinem enim nequibant intra castra extendi, & desiccari. Copiam volucrum indicabo. Corus triginta modios continebat. Do, in quolibet modio tantum viginti fuisse coturnices, perinde ac modius viginti libras continet frumenti: sequitur, quemlibet colligentem triginta modios sex millia coturnicum collegisse: & consequenter, vnum hominum millionem sex millia collegisse milliones: ac proinde totum populum, qui tres capitum milliones explebat, decem & octo millia millionum illarum volucrum collegisse. Siccauerunt itaque eas ne putrescerent, sed in sequentes dies possent asseruare. * Dum affluunt dona cœlestia, stude collectioni, sciens, abundantiam penuriæ existere prophetiam.

10. *Coturnicum ad castra volatus.*

Abundantia prophetia penuriæ est.

33. 34. 35. ADHVC CARNES ERANT, IN DENTIBVS, &c.] Expleto mense, quo carnibus coturnicum saturati sunt, vt promiserat Dominus: non eis ille cibus defecerat, sed adhuc vel post nauseam & fastidium coturnicibus vesci affectabant. Quorum impudentia Dominus prouocatus ad iram horribili plaga populum vulnerauis, è qua plurimi interierunt. * Diuina nimium iracundia succenditur, dum peccator postquam voluptatibus vsque ad nauseam indulsit, adhuc crimini affectat indulgere.] Puto plagam illam magnam ignem fuisse, qui iam precibus Mosis repressus fuerat, & absorptus. * Cum imminens ira aut plaga fuerit à te precibus, aut eleemosynis abstracta, caue tibi à recidentia in piacula: ignis enim non est extinctus, sed absconditus rursum exiturus vt absumat ingratos.] Porro locus ille, desumpta nominis ratione ab euentu, *Sepulchra concupiscentiæ* est appellatus. Ibi enim Hebræi, qui huiusmodi desiderio nec fuerant maculati, nec post mensem expletum carnem ex cibo absumpserant, sepelierunt eos qui desiderauerant, & petierant, quique post expletum mensem adhuc edere non timebant. Egreditur illico populus è sepulchris concupiscentiæ timens, ne simul deperirent. Societas enim vel cadaueris hominis iniusti inficit iusti incolumitatem.] In Haseroth Hebræi deuenere, vbi decimam quartam gessere mansionem.

11. *Inde egressi Hebræi, in Haseroth deuenere post plagam ob immoderatū carniū affectū inflictionem.*

Prouocatur deus ad iradū peccator post quam diu vsque ad nauseam voluptati indulsit, adhuc affectat indulgere.

Si à te plaga abstrahitur pœnitente, ne rursum delinquas: ignis enim extinctus non est sed absconditus.

Vel cadauer iniusti iustū inficit.

CAPVT XII.

Maria ob murmurationem in fratrem Mosem & corripitur lepra, & orante Mose, sanatur.

1. LOcutáque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam, 2. & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, 3. (erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabātur in terra.) 4. statim locutus est ad eū, & ad Aarō & Mariā: Egredimini vos tantū tres ad tabernaculū fœderis. Cūque fuissēt egressi, 5. descendit Dominus in colūna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocās Aaron & Mariam. Qui cum issent; 6. dixit ad eos: Audite sermones meos: Si quis

fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. 7. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: 8. ore enim ad os loquor ei: & palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? 9. Iratusque contra eos, abiit: 10. nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, 11. ait ad Moysen: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus, 12. ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ: ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. 13. Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam. 14. Cui respondit Dominus: Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & posteà reuocabitur. 15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

COMMENTARII.

1. *Maria, & Aaron obmurmurãt cõtra Mosem.*

VERS. 1, 2. LOCVTAQVE EST MARIA, &c.] Sephora Madianites Æthiopissa eo quod vxor esset Mosis sese Mariæ (crediderim) præferebat: quod hæc æquo animo ferre non poterat * (Inter leuiores, & gloriosos leuis frequenter est dissidiorum occasio!)] Vnde Maria fratrem Aaronem concitauit ad murmur, ex hoc præcipue rea. * Grauiori enim crimine maculatur, qui obmurmurationis ansam exhibet. Materia autem murmuris fuit fratria Æthiopissa. Porrò in Hebræo verbum etiam est generis fœminini. *Maria, & Aaron locuta est.* Quam aptè! * Vir enim, qui cum muliere ad murmurandum colligatur, muliebrem naturam videtur induisse. Imo ipsa obmurmurationis noxa muliebris quidem est.] Verbum autem illud: *Propter vxorem eius Æthiopissam* sic Hebræus scripsit: *Quia duxerat vxorem Æthiopissam*, id est, Madianitidem. Vocatur autem Æthiopissa ea Æthiopia, quæ à diuinis literis, & à profanis scriptoribus in Asia ponitur. Chaldæus verò pro Æthiopissa *pulchram* apposuit. * Quam agnata fœminis iurgiorum occasio pulchritudo: *Sobre si es mas hermosa.*] Dixerunt autem, Num solus Moses propheta? Non ne & nos similiter prophetauimus? an non diuino spiritu afflati in diuinas laudes erupimus? Num nos Dominus alloqui aliquando dignatus.

Inter leuiores, & glores sæpe leuis dissidiorum occasio.

Grauius peccat, qui ansã præbet murmurationis.

Propriũ est fœminarum vitium obmurmuratio.

Vir qui murmurat fœmina ostendtur.

Pulchritudo fœminis est agnata causa iurgiorum.

2. *Iubẽtur Moses, Aarõ & Maria pergere ad Tabernaculum.*

3. 4. 5. QVOD CVM AVDISSET DOMINVS, &c.] Cum murmur Dominus audisset, quia Moses mitissimus erat & audiens iurgia fratris ac sororis aduersum se, ac vxorem, iniuriam non vlciscitur, ideo illius suscipit patrocinium. * Cùm actus iniuria obticeo, horribilior vindicta præparatur, Deo gladium stringente, vt iniuriatori vulnus infligat.] Mitissimus itaque erat Moses omnium, qui in terra morabantur. Hanc de se Moses tandem scripsit à vanitate alienus, quia calamus à Spiritu sancto impellebatur. * Nec deceret virum perfectum sese proprio ex marte commendare.] * Nec Spiritus sanctus ad laudes eius calamum impelleret, si Mosem non vidisset propriæ laudis osorem.] Statim ergò, excitato murmure, Deus Mosi Aaroni, ac Mariæ profatur: Egredimini tantum tres de tentoriis vestris, & ad Tabernaculum accedite. Tres tantùm aduocantur, ne domestici iurgij vicini certiores efficiantur. * Vt vociferantes fœminas pudeat, oborto vicinorum scandalo, iurgia excitare.] Et nè peccatũ Aaronis sacerdotis coram arbitris carperetur. Murmurationis enim vitium in sacerdote nec nominari debet. Egressis itaque Mose, Aaron, & Maria, vt Domini obedirent imperio, Dominus seu Angelus motor columnæ, qui Deum repræsentabat, ipsa in columna descendit, & in introitu Tabernaculi Mosem, Aaronem, ac Mariam aduocauit.

Cũ iniuriam nõ vlciscitur iustis, Deus suscipit patrocinium rei, vindex exsurgens.

Non decet virũ perfectũ sese cõmendare.

Nõ laudaretur à Deo, si nõ esset ipse laudis osor.

Taxantur fœminę iurgia excitãtes scandalo vicinorum.

Nec nominetur in sacerdote murmurationis vitiũ.

6. 7. 8. QVI CVM ISSENT, DIXIT AD EOS, &c.] Cum ergo Aaron, & Maria cum Mose propius ad columnam nubis accessissent, Fatur Dominus: audite internis auribus exaudiendi: Quilibet inter vos Propheta Domini, qualis vterque vestrum existit, me in imaginaria, vel intellectuali repræsentatione, raptúque videt; illi enim per visibiles dumtaxat species, visu vel auditu perceptibiles mysteria oculta reuelabo: vel per somnium loquar ad illum, in phantasiam, vel in interenos sensus immittens species. At augustior admodum seruus meus Moses, qui in toto Hebræorum cœtu est fidelissimus. * Nec enim meam deceret pietatem, seruo fideliori præstantiora amicitiæ non exponere documenta.] Ore enim ad os ei loquor; per sublimius mentis illustrationem ei supernaturalia reuelo mysteria, absque vllo specierum sensibilium ministerio: & *palam* comparatione communis modi, quo ab aliis Prophetis aspector, ac non per ænigmata, & figuras subobscuras, ac corporeas prout vulgares Prophetæ Dominum videt, sed intellectualiter. Quare ergo, cum ita sit, non timuistis tanto meo Prophetæ Mosi detrahere? * Omnis detractio Deo inuisa, sed speciatim quæ contrà præstantes sanctitate viros excitatur.] Cur, quæso, Moses fuerit aduocatus cum Aaron & Maria taxandis eratur? * Crediderim, vt Deum iratum fusis precibus deliniret. Mitissimus enim pro persecutoribus exorante mirabili virtutis inere

3. *Domini sermo ad delinquẽtes seu Mosis panegyris.*

Fideliori seruo Deus præstãtiora amicitia exhibet documenta.

Detractiõ cõtra viros sanctos Deo admodum inuisa.

Qui pro persecutoribus orat, merita accumulat.

incremento.] Delinquentes ergo adducit Dominus, vt reprehendat, iustum autem vt ei ansam ad iustitiæ incrementum exhibeat.

4. *Recedit nubes, Maria apparet lepra cādēs.* Magnū Dei irati documētū, à peccatore recedere. Cū Maria à nobis abligatur extremè Dei iræ est documētum.

9. 10. 11. 12. IRATVSQVE CONTRA EOS, ABIIT, &c.] iratus itaque contra murmuratores abiit, disparuit nullo expectato responso, nec satisfactione, instar hominis vehementer irati. * Et certè illa ipsa recessio ab eis, magnum fuit irati Numinis documentum.] Nubes quoque, quæ aderat, seu adesse solebat super Tabernaculum, & descenderat ad ostium, de ostio Tabernaculi recessit, & locum rediuit in pristinum. * Nihil magis caotatum quam nubem illam Deiparæ imaginem extitisse. O extremè irati Domini indicamentum, quum nubes Maria à peccatoribus ablegatur!] En soror Mosis Maria, statim ac nubes excessit, mutato naturali carnis colore in candorem lucentem ex interna humorum corruptione, lepræ plaga vulnerata apparuit. Porrò cum Aaron eam infectione perfusam aspectaret, similis pœnæ timore perculsus, (quam expertus non fuerat, quia à Maria excitatus obmurmurauerat) & sororis compassione affectus, Mosi profatur: Precor mi Domine, ne nobis hoc piaculum imputes, nec permittas, vt condigna patiamur; stultè enim sine rationis perquisitione & quasi indeliberatè deliquimus.* Nec enim tanto supplicio dignum crimen, quod non affectatur in facto.] Nē fiat soror nostra velut mortua, lepra carnes illius excedente: vel mortua morte ciuili ob leprosorū à reliquorū cœtu separationem. * Mortuum reputa illum, qui à fidelium sociorum cœtu separatur.] * Proh Religiosi à Societatè IESV ob piaculi affectationem dimissio! cum æstima quasi mortuum, ad nihilum vltrà nisi conculcationi deseruiet insepultus.] Ne etiam permittas vt abortiuum fieri, quod de matris vulua assolet exturbari.

Nō tāta pœna dignū crimē, quod nō affectatur in facto.

Qui à fideliū societate ablegatur, velut mortuus est.

Qui à Societate IESV dimittitur, quasi mortuus ad nihilū valet vltra.

Quemadmodū enim fœtus immaturus membra retinet imperfecta: ita, ni succurras, nostræ eueniet sorori: etenim iam medium carnis eius à lepra est deuoratum, tota carne penitus absumenda, si ferre neglexeris opem.

5. *Clamat Moses ad Deū, & Deus respōdet septē diebus separandā.*

13. 14. 15. CLAMAVITQVE MOYSES, &c.] Moyses ad Dominum inclamauit affectuosa prece profusa. Deus, inquit, obsecro, sanitate dona iam pœnitudine sororem affectam. Cui Dominus, Si pater Mariæ eam candido aspersisset sputo: septem diebus saltem debuisset ob ruborem abscondi: quanto magis cum ego eam candenti lepra quasi sputo profuderim? A cœtu Hebræorum septem diebus abstrahatur & post dies hosce euolutos donata sanitate redibit. * Nec enim decet Magistratus sororē à communi legis asseruari supplicio.] Extra castra igitur Maria excluditur diebus septem; populus autem de loco illo abstractus non est à nube ductrice, donec, elapsis, à Deo curata est, & reuocata. * O Dei populum consistentem, nec properantem, dum Maria non Mosis soror, sed Filij Dei Mater vti leprosa cum Euæ filiis lepra infectis excluditur. Ad perfectionis cumulum non ascendes, dum tibi Maria lepra candens apparet] Profectò in sororis Aaron reuocatione obseruatæ non sunt ceremoniæ, & expiationes leprosis præscriptæ. (Leu. 14.) ipsa enim Dei sanatio per miraculum, & reuocatio sufficiens lustratio, ac expiatio fuit. * Quid de Maria Deiparente dixerim? An reuocata fuit ad castra? Certè à Domino Maria separata fuit extra castra, ne communi hominum infectione afficeretur, si Maria Mosis soror abducta fuit ne alios inficeret. At post illud instans primum ab infectione communi libera mox rediuit ad homines, vt Christum eniteretur lepræ communis lustrationem.]

Nō decet, propinquum Magistratus asseruari à communis legis pœna.

Dei populus electus non proficit in perfectionis via dū credit Mariam Dei Matrē esse leprosam.

Maria extrā hominū cœtū educitur ildū cōcipitur: ne inficiatur lepra communi.

CAPVT XIII.

Exploratores in Chananæam immittuntur à Mose, vt terræ ediscerent vbertatem: qui redeuntes, botrum ingentis ponderis adducunt in vecte, sed metum ingentioris ponderis in animo referunt. Populus autem, qui deberet ex terræ allici vbertate, ex hostium exaggerato robore deterretur, & ad seditionem concitatur.

1. PRofectusque est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. 2. ibique locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 3. Mitte viros, qui considerent Terram Chanaam, quam daturus sum filiis Israël, singulos de singulis tribubus; ex principibus. 4. Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. 5. De tribu Rubē, Sāmua filiū Zechur. 6. De tribu Simeō, Saphat filiū Huri. 7. De tribu Iuda Caleb filiū Iephone. 8. De tribu Isachar, Igal filiū Ioseph. 9. De tribu Ephraim, Osee filium Nun. 10. De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu. 11. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. 12. De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. 13. De tribu Dan, Ammiel filiū Gemalli. 14. De tribu Aser, Sthur filiū Michaël. 15. De tribu Nephthali, Nahabi filiū Vapsi. 16. De tribu Gad, Guel filiū Machi. 17.

hęc sũt virorũ nomina quos misit Moyses ad considerandã terrã: vocauitque Osee filiũ Nun, Iosue: 18. misit ergo eos Moyses ad cõsiderandam Terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam.] Cúmque veneritis ad montes, 19. considerate Terram, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit, an infirmus: si pauci numero an plures: 20. ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: 21. humus, pinguis an sterilis: nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt. 22. Cúmque ascendissent, explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. 23. Ascenderúntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac, nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. 24. pergentésque vsque ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt: 25. qui appellatus est Nehelescol, id est, Torrens botri, eo quod botrum portassent inde filij Israël. 26. Reuersíque exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita. 27. venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israël in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ: 28. & narrauerunt, dicentes: Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. 30. Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus vero moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. 31. Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. 32. Alij verò, qui fuerunt cum eo dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. 33. Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Israel dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: populus, quem aspeximus proceræ staturæ est. 34. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

COMMENTARII.

1. Venit populus in pharã, Exploratores immittuntur.

VERS. 1, 2, 3. PROFECTVSQVE EST, &c.] De Haseroth, vbi fuit decimaquarta mansio, populus venit in desertum Pharan, & apud Rethma tentoriis collocauit decimaquinta plauè mansione. Ibi Dominus est Mosi locutus: Petiit populus, vt exploratores immittantur in Chananæam à te consultus, annuo. Mitte ergo ex Principibus Israël non summis, (aliis enim nominibus vocantur) sed ex primariis singulos viros ex Tribubus singulis qui terram Chananitidem, quam Hebræo daturus sum populo diligenter aspectent, & oculati testes terræ proferant vbertatem. * Quam aptè Principes immittuntur ad veritatis testimonium, agnata enim nobilitati veritas, sicut vulgaritati mendacium.]

Agnata nobilitati, veritas sicut vulgaritati mẽdacium

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. FECIT MOYSES, &c.] Daturus igitur executioni Moses, quod Dominus imperarat, de vltima deserti Pharan mansione, scilicet de Cadesbarne viros ex Tribubus primores ad explorandam terram promissionis immisit, quorum en nomina, E Tribu Ruben Sammua filius Zechur immittitur. E Tribu Simeon Saphat filius Huri explorator exponitur. E Tribu Iuda Caleb filius Iephone hoc suscipit munus, qui quidem postea ex diuisoribus terræ Chanaan præcipuus extitit. E Tribu Issachar Igar filius Ioseph eligitur. E Tribu Ephraim Osee filius Nun Mosis famulus ab eoque præcipue dilectus assignatur. E Tribu Beniamin Phalti filius Raphu pergit. E Tribu Zabulon Godiel filius Sodi se accingit itineri. E Tribu Ioseph, quantum ad patrem Principatus, seu sceptri Manasse, Gaddi filius Susi arripit viam. E Tribu Dan Ammiel filius Gemali muneri addicitur. E Tribu Aser Sthur filius Michaël egreditur. E Tribu Nephthali Nahabi filius Vapsi properat. E Tribu Gad Guel filius Machi idem suscipit ministerium. Hæc ergo sunt nomina exploratorum, quos ad terram considerandam Moses immisit, neminem quidẽ è Leuitarum familia, quia nec Leuitæ inter duodecim Tribus computantur, è quibus iussit Deus exploratores mitti. * Nec oportebat, Leuitas sacris ministeriis addictos terræ studere speculationi. Sacerdotalis conuersatio in superis à terrenis abstracta.] * Sine ideo Leuitæ terram illam non inuiserunt, quia sortem illius non erant, prout aliæ Tribus acceperunt. Solummodo ad inuidiam explorabis, quod non licebit possidere.] Profecto Moses Osee nomen in Iosue mutauit, addita initio nominis litera *Iod*, vt certiorẽ de

2. Duodecim exploratorũ nomina.

Sacerdotalis conuersatio in superis à terrenis abstracta.

Ad inuidiam exploras quod tibi possidere non licet.

de Chananæis victoriam polliceretur, Osee enim significat *Salua*, Iosuë verò *quo saluabit*. * Duces fortissimi, quorum ex victoriis celeberrima nomina debent ad certamina imminui; ipsum enim nomen victoriarum præsagium exponit.] Præterea Moses dum nomen immutat, docet, à Deo bonum bellorum exitum expectandum; addita enim nomini Iosuë prima litera nominis Dei tetragrammati sumpta cum reliquo nomine videtur hunc sensum exhibere: *Dei salus*, seu *saluator à Deo datus*. * Si à Deo solo victoria quomodo sine Deo superabit exercitus? quomodo Duces vel fortitudine celebres, sine Deo, piaculis scilicet fœdati, victorias ex hostibus reportabunt.] * Denique prævidebat Moses prophetico Spiritu, Iosue siue *Iesum* hunc (sic LXX. vocitant) Iesu Seruatoris fore typum, (Hebr. idem vtriusque nomen est, iisdemque literis, ac punctis scribitur: ישוע *iescua*) qui quidem fidelem populum, hostibus inuisibilibus superatis, nos cœlestem adducet ad patriam.]

> *Dux, cuius est bre nominis, in sit ipso nomine victoriarum præsagium exponit.*
>
> *Si à Deo victoria, quomodo sine Deo vincet exercitus?*
>
> *Iesu verus nos cœlesti adducet ad patriam.*

> 3.
> *Officium exploratoribus iniunctum.*

18.19.20.21. MISIT ERGO MOYSES, &c.] Duodecim ergo ex Tribubus Israel primores viros ad considerandam Chananæam immisit, profatus: Ducentes viam per meridionalem plagam, montium cacumina scandite, vnde situs locorum commodius spectare valeatis. Considerate terram qualis sit, num sit montuosa, an nimis plana. Contemplamini populi habitatoris qualitatē, an fortis, plurimisque vallatus munitionibus infirmus & absque præsidiis, si pauci numero, an plures, quod ex numero, magnitudineque Vrbium, ac Oppidorum, quæ e locis eminentibus intuebimini, explorare poteritis. Ipsa terra quatum ad aëris salubritatem à vobis consideretur, sit ne bona, an mala; contingit enim interdum terram fructuum feracem habitatoribus incommodam ob cœli intemperiem existere. Vrbes quales, verum muris cinctæ, an sine muro, cum corona hostium tempora corona cingenda promittant. Humus simul aspiciatur, num pinguis, an sterilis in ferendis fructibus: verum sit nemorosa, an arboribus careat; omni ex parte qualitas terræ nobis valeat innotescere * O quot debent præcedere documenta, priusquam rem, quæ longe est dissita, cognoscamus: Quomodo ergo tam lenibus oculis cordis proximorum sedes occulta indicare?] Confortamini non timentes per terram illam hostilem incedere; quia Dominus mittens vos auxilio vos allurget. * Qui à Deo mittitur ad ardua, quæquam nonnime hostium vereatur incursus, qui enim muros difficile inuadere, promittit, se futurum protectorem.] Veritatem constantior fit, de telluris vbertate opinio è fructibus eius allatis. * Certior enim opinio, quæ ex operibus, quam quæ ex sermonibus confirmatur. Erat quidem tempus, (scilicet mensis Iunii) quando iam præcoquæ seu primæ ante alias vuæ coctæ, vesci poterant, ideo aptè Moses sibi ab exploratoribus deferre fructibus poposcit adduci. * Soli enim Domino licet ficus exquirere; cum non sit tempus ficorum, id est, opera perrogationis à fidelibus exhiberi.

> *Tantus ... indi... ... Deus qui ... mittit ... protectorem fore promittit.*
>
> *Certior opinio, quæ ex operibus, quam quæ verbis confirma.*

22.23.24.25.26.27. CVMQVE ASCENDISSENT, &c.] Cumque in Chananitidem ascendissent regionem, deserto Pharan, vbi Hebræi morabantur celsiorem, terram explorauerunt incipientes à Chananæorum meridianu latere, nempe à deserto Sin in Cadesbarne quinta decima populi Israëlitici mansione: vsque Rohob, quod versus Septemtrionem terram terminat Chananitidem, & intrantibus Emath occurrit. Ascenderunt itaque ad meridiem, & declinantes nunc versus Orientem, nunc versus Occidentem, vt commodius cuncta lustrarent, ad Hebron scesserunt, vbi degebant tres viri è genere giganteo, exploratorum horror, Achiman, Sisai, & Tholmai nepotes ac posteri gigantis Enac Hebronitæ. Nec mirum gigantum hac in Vrbe vigere reliquias, erat enim Hebron celebratissima, & antiquitate præclara, septem namque annis ante antiquissimam Tanim Vrbem Regiam & præcipuam Ægypti condita est. Pergunt exploratores, & dum ad locum castrorum reuerterentur, vsque ad Torrentem botri sic postea ob abscissum botrum vocitatum, peruenere. Videntes autem Hebræi in illo Chananæorum confinio miram fructuum adesse fœcunditatem, palmitem cum vua abscidentes, quem ob botri pendentis pondus eximium duo viri deportarunt in vecte in pinguedinis terræ illius documentum. De malis quoque granatis, & de ficis iuxta iussionem Mosis detulerunt; qui quidem locus postea Nehelescol, id est, Torrens botri fuit vocitatus, eo quod Hebræi exploratores inde tam miræ magnitudinis botrum tecidissent. * Nobilis planè nominis à fructu eximio, ab illustrissimo opere origo, non à somniato vanitatis stemmate.] Reuersi tandem exploratores post quadraginta dies omni regione lustrata, non per terminos in circuitu, sed per medium eius tendendo: venerunt ad Mosem, & quo fuerant immissi, & ad Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel apud desertum Pharan consistētem, quod quidem quantum ad eam sui partem, quam exploratores petierunt, est in Cades; id enim namque locum, ex quo missi fuerant à Mose, & Aaron, redirent. Locutique eis, ac omni multitudini, quæ viderant in Chanaan retulerunt, terræque fructus ostentarūt. * Quomodo omni multitudini, quæ exaudire non poterat, fuere locuti? Certè mitos terræ fructus exponendo. Fructuum enim seu operum vocalissimus est aspectus.] * Vt autem mirè de vbertate terræ Chananitidis euulgarent, satis fuit, fructum mirum obiicere. Quæ enque de terra promissa Dominus prædixit, Patriarchæque decantauerunt, hi fructus vera pronunciant.] * An terra illa, de qua Dauid perclamabit, *Benedixisti Domine, terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob*, lacte, ac melle difluens existit peccati originalis captiuitate penitus, quam prænotet ablegata, aurefla? *E qua natus est Iesus*, qui quidem *botrus Cypri in vineis Engaddi*. Qualibet mirs de Maria enulgata hic fructus affirmat.

> 4.
> *Explorauerūt terram, fructusque retulerūt.*
>
> *Nobilis origo omninò ab opere egregio.*
>
> *Vocalia sūt opera, & à videntibus exaudiūtur.*
>
> *E fructibus terræ dignoscitur vbertas.*
>
> *E botro Iesu agnoscitur terram esse semper benedictam, ab originali captiuitate liberam.*

28.29.30. ET NARRAVERVNT, &c.] Legationis suæ exploratores enarrant euentum. Venimus, inquiunt, ad quam ò Moses nos emisisti illam exploraturos; quæ quidem re vera lacte diffluit ac melle, vt fructuum vbertima

> 5.
> *Exploratores affirmant terrā lacte & melle fluere, sed habitatores fortissimos nimis esse.*

vbertima ſuauitas atteſtatut, cuios hic botrus, hæc malogranara, hi ficus teſtes exponimus. Vtioam cultorea taoi ſuaues haberet! E forti egreſſa eſt dulcedo: habet enim terra cultores, ſeu habitatores fortiſſimos, Vrbes munitiſſimas. Stirpem Enac gigantis vidimus, quæ ſicut cæteris hominibus eſt corpore maior, ita & viribus robuſtior exponitor. Amalech, quem in Raphidim hoſtem nacti ſumus, habitat in meridiana Chananææ plaga. Hethæus, Iebuſæus, & Amorthæus, imo & Pherezæus incolunt in montanis verſus Septemtrionalem terræ promiſſæ plagam. Chananæus verò in Orientali plaga iuxta mare mortuum, & Geneſareth pelagus commoratur, & domos eius diluunt Iordanis fluenta. Cum igitur à parte Occidentali terram Chanaan Mediterraocum mare cingat, nullo ex latere tanto populo patet aditus ingreſſuro, niſi fortè excitato miraculo, aggreſſurus obtineat.

6.

Cõprimit Caleb populi murmur.

31. 32. 33. 34 INTER HÆC CALEB, &c.] Ioter hæc Caleb, cui ſocium ſe Ioſue præbuit, vt compeſceret murmur populi, qui ex narratione legati loquuti oriebatur contra Moſem, qui eos ex ſecuriori eduxerat Ægypti ſeroitute, profatur: Aſcendamus in Paleſtinam, & terram nobis à Deo promiſſam poſſideamus; viribus enim, & armis eam poterimus obtinere.*Maximi mométi eſt, vt exercitui correpto formidine animus addatur, robuſta procerum confidentia, valida Ducom conſtantia.] Alij verò qui fuerant cum eo nempe decem reliqui exploratores murmur populi confirmantes, dictitabant: Nequaquam poterimus tenere Paleſtinam, quia ab incolis robore ſuperamur. Terræque, quam inſpexerant, detraxerunt eius famam deturpantes apud Hebræos.*Quid egregium opinionum varietate non ſubijt iniuriam? Terra (inquiunt mendaciter) quam luſtrauimus, adeò inſalubris eſt, noxia, ac peſtilens, vt ſuos voret habitatores. Populus autem proceriſſima corporis mole exſurgit. Monſtra quædam Enac gigantis ſobolem vidimus inſtar turrium aſcendere: quibus comparati, quaſi locuſtæ videremur exiguæ.*O quantas exaggerationes vilis timor excogitat! quot hyperboles nimias acervat! Ex procera magnitudine deterremini?* In bello brachiorum longitudo non ſuperat, ſed animi magnitudo. Exiguo in corpore virtus vnita aptior planè certamini. An non Hebraice *Gigantes* נפלים *nephilim* dicuntur, id eſt, *Cadentes*? Qui vel ipſo cadunt in nomine, quid non cadent in viribus: quid non excidet in certamine? Et quando ſuperbia cadens non obijcitur?

Animum addit exercitui timore correpta robuſta Ducum confidentia.

Omnia egregia opinionum ſubeũt iniuriam.

Timor excogitat exaggerationes.

Non fortior eſt, qui procerior.

Statura gigantea cadens dicitur, quia eſt dit ſuperbia.

C A P V T XIV.

Obmurmurantes Hebræos & in Ægyptum regredi volentes Dominus perderet niſi Moſes oraret. Attamen contra præceptum in hoſtes pugnatum euntes à Chananæis, & Amalecitis conciduntur.

1. IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, 2. & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filij Iſraël, dicentes: 3. Vtinam mortoi eſſemus in Ægypto: & in hac vaſta ſolitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram iſtam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi noſtri ducantur captiui. Nonne melius eſt reuerti in Ægyptum? 4. Dixeruntque alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. 5. Quo audito Moyſes & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſrael. 6. At verò Ioſue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipſi luſtrauerant terram, ſciderunt veſtimenta ſua, 7. & ad omnem multitudinem filiorum Iſrael locuti ſunt: Terra, quam circuimus, valde bona eſt. 8. ſi propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. 9. Nolite rebelles eſſe contra Dominum: neque timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem ita eos poſſumus deuorare: recessit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere. 10. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſrael. 11. Et dixit Dominus ad Moyſen: Vſquequo detrahet mihi populus iſte. Quouſque non credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis. 12. Feriam igitur eos peſtilentia, atque conſumam: te autem faciam principem ſuper gentem magnam, & fortiorem quam hæc eſt 13. Et ait Moyſes ad Dominum: Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxiſti populum iſtum, 14 & habitatores terræ huius, qui audierunt quod tu Domine in populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna

lumna ignis per noctem: 15. quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: 16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: idcircò occidit eos in solitudine. 17. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens: 18. Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. 19. Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundùm magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsque ad locum istum. 20. Dixitque Dominus: Dimisi iuxta verbum tuum. 21. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. 22. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, 23. non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. 24. Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc, quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. 25. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. 26. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 27. Vsquequò multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui. 28. Dic ergo eis: Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. 29. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, 30. non intrabitis Terram, super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. 31. Paruulos autem vestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam: vt videant Terram, quæ vobis displicuit. 32. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. 33. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, 34. iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis Terram: 35. annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: 36. quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet, & morietur. 37. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala, 38. mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. 39. Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. 40. Locutúsque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. 41. Et ecce manè primò surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. 42. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? 43. Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. 44. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corrueris, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. 45. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. 46. Descenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. IGITVR VOCIFERANS, &c.] Nocte illa omnis turba verbis territa exploratorum, magno edito vlulatu vociferata est: & magna pars populi rursum aduersus Mosem Ducem obmurmurauit. Vtinam (inquiunt, animi desperatione) diem nostrum Ægyptiorum mancipia egissemus: & nunc, infeliciter superstites, vtinam hac vasta in solitudine, quæ nullum solatium exponit miseris, depereamus. Voti compotes extiterunt, eadem, quam postulauerant pœna affecti, omnes enim desertum sepelivit. * Caue, nè tibi iniquas imprecationes proferas, quæquidem non semel tuum recident super caput.] Satius nobis, in eremo morte perimi, quã terram hanc ineuntes hostium gladio exitialiter vulnerari, vxoribus, ac liberis nostris apud promissam terram ægyptiacam captiuitatem subeuntibus. An non melius in Ægyptum rursum remeare lateribus addicendi, quam nouis inseruire tyrannis

1. Populi desperatio.

Sæpe imprecationes iniquæ supra caput proferentis recidunt.

volenti in terram suam remeare, com vidit castra parare profectionem, Moses profatur: Pergimus ad locum, quem non fortitudo nostra, sed Dominus daturus est nobis: socius esto noster, vt tibi nobiscum fortem exhibeamus; quia Dominus bona Israëli promisit, quæ infallibiliter assequemur. At illa respondit. Licet teneor sororis dilectione, & filiorum eius, tameo tecum non pergam, sed reuertar in patriam; homini enim apud suos delicatè, ac ingenue nutrito non potest non esse molestum, diutius extra propria immorari.

Exitialis patriæ, ac domus amor, multos à sacra militia deterruit.

* O exitialis patriæ, ac domus amor, quot homines à sacra militia deterruisti!] Replicat Moses non tam anxius de commodis viæ qui itineris ductores Columnam, seo Dominum habebat, quam de cognati sui salute, credens quod si Hobab inter Iudæos moraretur, facile ex societatis beneficio Iudaicos vertetetur ad ritus.

Sociorũ piorum actiones magisterium exhibent pietatis.

* Sociorum enim actiones piorum magisterium exhibeot pietatis.] Noli, inquit, à nobis recedere; tu enim nosti, quibus in locis per desertum castra figere debeamus: videlicet si ad dexteram, vel ad sinistram loci nobis diuinitus ostensi ad maneodum, adsint propinqua pascua, ligna, aquæ, fatina, & alia (excepto quotidiano mannæ cibo ad prouisionem castrorum necessaria. Ductor eris noster non quidem in procedendo, sed in prouidendo ea quæ versus vnam vel alteram partem maneotis nobis queunt reperiri. Certè vt eum ad maneodum alliceret fortiter, aptè ei Ducem fore promisit.

Præsulatus spes homines arripit ad ardua quæque.

* Nil enim sic assolet homines arripere ad ardua queque, quam spes Præsulatus] Cumque nobiscum veneris non prout cum aliis alienigenis tecom agemus, sed quidquid optimum fuerit ex opibus, quas tam in Vrbibus, Oppidis, vicis, & agris: quam in pecoribus, pecuniis, ac rebus mobilibus, nobis in terra Chananitide traditurus est Dominus, tibi exhibebimus. Tacuit Hobab, acceptans vtique pollicitationem sibi à Mose qua si totius multitudinis nomine factam: abiitque cum Hebræis in terram promissam.

In fideles malũ æterni manet, tẽpora-

* Et quomodo non annueret gentilis, cui ducatus honor, cui diuitiarum commoda promittuntur? Qui enim infidelitatis cæcitate laborat, bonis temporalibus adhæ[r]escit.

ria bona.

33. 34. 35. 36. Profecti svnt, &c.] Igitur post tempus vnius ferè anni satis ibi vtiliter absumptum de monte Domini Sinai Israelitæ recesserunt, & post trium dierum viam exaratam, illam tenuere mansionem, quæ postea ex euentu illud sortita est nomen: *Sepulchra concupiscentiæ.* Certe Arca fœderis legis continens tabulas pactum inter Deum & Israelitas obfirmantes deportata à Caathitis in castrorum fronte, & à Mose, ac sacerdotibus comitata, populum præcedebat.

Ducatus legis omnis promotionis initium est.

* Omnis enim prosperitatis, omnis fælicis promotionis initium est legis ducatus.] Hoc autem non semper contigit, sed dumtaxat per tres dies, quibus immoratus est populus tendens à monte Sinai vsque ad sepulchra concupiscentiæ: tunc enim præcessit Arca prouidens castrorum locum.

Legis obseruatio prouidet hominib. commoda.

* Ionueos vtique, legis obseruationem obseruatoribus commoda prouidere.] Nec non Domini nubes ab Angelo ductore mota super eos volitabat per diem, dum progredecentur, noctuque dum somnum captabant custos aderat dormientium. Porro cum Arca à Leuitis eleuaretur super humeros, profectura, Moses acclamat. *Exurge, Domine*, velut præparans ea ad præcedendum nos in Arca in qua specialiter tua gloria resplendet: *& dissipentur inimici tui.* populi nobis aduersantes: & qui te io nobis odio persequuntur, timore perculsi tua à facie recedant. Cum autem à Caathitis deponeretur onus sacerrimum, vt in loco consistendorum castrorum consisteret, Moses deprecabatur: *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*, nec vltra progrediare: sed qui com pergentibus profectus es, cum quiescentibus dignare quiescere; vt quemadmodum in præcedentibus mansionibus egisti, castra inoocto nos ab ingruentibus malis custodias.

Iter factorus procede, & quiesce.

* Edisce iter factorus, Deo inoocato, procedere, Deo quiescere iouocato; quia nec processio, nec quies sine Numine proficit.

CAPVT XI.

Ob defatigationem, & ob carnis carentiam populus obmurmurat, oneri Mosis leuando septuaginta viri prophetico donantur spiritu, coturnices integro mense immittuntur, Iudæi autem igne cœlesti, aliisque plagis ob murmurationem vulnerantur.

1. Interea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus iratus est. Et accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. 2. Cúmque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. 3. vocauitque: nomen loci illius, Incensio: eò quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini. 4. Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio, sedens & flens, iunctis sibi pariter

pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? 5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepe, & allia. 6. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. 7. Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdellij. 8. Circuibátque populus & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. 9. Cúmque descenderet nocte super castra ros descendebat pariter & Man. 10. Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias singulos per ostia tentorij sui. Iratúsque est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est. 11. & ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? 12. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? 13. Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus. 14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. 15. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis ne tantis afficiar malis. 16. Et dixit Dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciésque ibi stare tecum, 17. vt descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradámque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. 18. Populo quoque dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes, ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis. 19. non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, 20. sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eò quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto? 21. Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? 22. Numquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? 23. Cui respondit Dominus: Numquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrùm meus sermo opere compleatur. 24. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. 25. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. 26. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculũ. 27. Cumq; prophetarẽt in castris, cucurrit puer, & nũtiauit Moysi, dicẽs: Eldad & Medad prophetant in castris. 28. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. 29. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum? 30. Reuersusque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. 31. Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantũ vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. 32. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum, qui parum, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum. 33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. 34. Vocatusque est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

COMMEN

COMMENTARII.

1. *Igne corripiũtur obmurmuratores, orãte Mose, absorpta est flamma.*

VERS. 1. INTEREA ORTUM EST MURMUR &c.] Dum filij Israel trium dierum viam conficerent, prius quam illius pertingerent ad terminum, murmur populi exortum est non detrahere præ malitia volentium, sed quasi dolentium pro itineris defatigatione, quia tres continuos dies cum paruulis iumentis, ac sarcinis ambulauerant. Murmurauerunt autem contra Dominum, eo quod ad eius imperium velociter, vel tardè nubes ductrix peruolabat. Quod populare murmur cum ad Dei aures (nostro loquitur more) peruenisset, succensus est ira: & succensus in eis ignis, ingens a Domino profectos extremam castrorum partem absumpsit, in qua erant (verosimiliter) Ægyptij, qui Israelitas ad hanc obmurmurationem incitauerant. * Excitatores enim ad piacula grauius, ac præproperè à Domino puniuntur.] Fortasse etiam & aliqui, qui lassitudinem simulabant, in extrema acie flamma fuerunt absumpti. * Qui enim laborem in obedientia fingunt, seu affectant cœlestis iræ experiuntur effectus.] *Ignis Domini* idem est, quod ingens, vehemens, terribilis. Sic vocitantur *Cedri Dei*, *Montes Dei*, id est Cedri magnæ, Montes excelsi.] * Magnum horribile supplicium obmurmurantibus contrà Deum, siue, contra Præsulem præparatur.

Incitatores ad crimina grauius, & præproperè puniuntur. Puniuntur & qui fingunt, seu affectant laborẽ in obedientia.

Horribile suppliciũ obmurmurãtibus contra Præsulẽ præparatur.

2. CUMQUE CLAMASSET, &c.] Populus cunctus videns flammæ cœlestis horrorem, ad Mosem territus inclamauit, qui quidem ad omnis tribulationis medicamen accurrit, Dominum scilicet exorauit, & mox ignis terra vnde prodierat, fuit absorptus. Hebraica vox שקע significat *in profundum deprimi*. In profundum ergo depressus est ignis, qui è profundo prodierat ad puniendum murmuratores. * Tartarea enim flamma prosilit ad absumendos eos, nec expectat eorum descensionem in tartarum. Velut damnatum iudica detractorem; quanto impetu descendet in gehennam, quem quæsitura gehennalis flamma tam edax assurgit?

Tartarea flãma assurgit vt quærat murmuratores, nõ expectãt eorũ descensum.

2. *Vulgus flet memor carniũ, & olerum.*

3. 4. 5. 6. VOCAVITQUE NOMEN &c.] Locus ille ab igne absumente extremam castrorum portionem apellatus est *Incensio*: qui à pœna gulæ post modum *Sepulchra concupiscentiæ* fuit vocitatus; vnus namque atque idem est locus, sicut & Iudæorum murmur. Existimo totum locum *Sepulchra concupiscentiæ* dictum fuisse, partem verò eiusdem loci, quæ conflagrauit igne *Incensio* esse appellatam. Nec enim iustum erat totam plagam seu desertum illud Incensio vocitari, si pars eius solummodo igne conflagrauerat *. Edisce, non totam communitatem infamari debere ob vnius seu alterius subditi conflagrationem.] Qui delinquit luxuriei flamma correptus, appelletur *Incensio*: tota autem sanctorum communitas quæ tacta non est igne, haud noteror & nomine. Nec mirum Dominum ad iracundiam fuisse excitatum; vulgus quippe Ægyptiorum, qui Hebræorum castra sequebantur carnium, & cæparum Ægypti desiderio flagrauit. Quamuis enim Hebræi suos secum greges ducerent, tamen promiscuum illud vulgus, carnes in potestate non habebat: & si aliqui ex Ægyptiis gregem aliquem possiderent, eum integrum ad promissam terram cupiebant adducere interim Manna victantes. * Hoc auaritiæ ingenium, prius fame deperire, velle, quam peculium imminuere.] Sedebat ergo vulgus Ægyptiorum, queisdam Hebræis (quibus nec *Inpuer placebas* Liceat Hispanico idiomate exprimere *Que estabã nescotetos*) adhærentibus: sedẽs præ lassitudine, aut desidia, & flens præ libidine profabatur: O quis nos carnium solido expleat alimento? Recordamur enim piscium quibus apud Ægyptum vili pretio, & quasi nullo vescebamur; cucumerum, peponum, porrorum, cæparum, & alliorum quam dulcis sapor, quam amara memoria! Anima, seu appetitus noster languet, nauseat, & quasi exarescit. Fatemur Manna hosce exhibere sapores: optamus tamen non tam in sapore, quam in colore, exteriorique ciborum forma varietatem: vt simul cum ventre etiam oculi, & manus expleantur. Cibus hic leuissimus nec oculos nec manus replens, ventrique quodammodo sine materia, & substantia solus sapores impertiens, nua afficit fastidio, & impellit ad nauseam. Quidquid substantiæ hoc cibo recludatur; oculi nostri nil nisi Man, aspectant. * O vulgaris excogitatio! rusticæ mentis ista querela, quæ verum Manna Eucharisticum accipiens, fastidio afficitur, quia oculi solum Man respiciunt. Hic quidem panis est *vitæ, & intellectus*; à discernentibus enim, à sapientibus absumptus, maioris æstimatur, dum minorem pectori ingerit grauitatem cunctis illud spiritualibus saporibus explens.

Non est infamãda tota sãcta cõmunitas, quia vnus, aut alter libidinis flãma cõflagrauit.

Auarus mauult fame perire, quam imminuere peculium.

Eucharisticus panis vitæ, & intellectus, qui sine ventris expletione, mẽtẽ cunctis saporibus spiritualibus exsatiat.

7. 8. 9. ERAT AUTEM MAN QUASI SEMEN CORIANDRI, COLORIS, &c.] Porro Man forma & pondere erat instar seminis coriandri: colore autem bdellium æmulabatur; bdellium autem vnguis refert colorem, estque candidum, & pellucidum. Facilius dixeris exiguæ margaritæ (al Iosar) granula imitari. Porrò populus castra circuibat, eo quod tantum in castrorum circuitu Man excideret. * Castrorum robur, circularisque corona ex pane Eucharistico, quo quidem Imperium Austriacum illustrissimis stipatur victoriis, dum pane cœlesti milites roborati properant ad certamina.] Colligentes itaque Man mola, aut mortariolo conterebant, coquentes in vase; vt tortulas perficerent, quæ quidem crustulæ oleatæ ac melle munctæ gustum referebant. Cumque nocturna instantia pruina profluerer Mannæ proferens stramentum, immediatè Man affluebat. * Mannæ Eucharistici stramentũ animi puritas pœnitudinis ex lauacro.

Eucharisticũ Mã Austriaci exercitus robur.

Eucharistici Mannæ stramẽtũ animi puritas.

10. 11. 12. 13. 14. 15. AUDIVIT, &c.] Mosis ego flentem populum præ deside-

rio

rio carnium exandiuit singulos quidem tabernaculorum in ostiis existentes, publicantes tam vile desiderium, tam infamem exponentes eiulatum. Vnde & Dominus fuit magna succensus iracundia, & Mosi visa est intolerabilis gubernatio. * Meritò Dominus ira afficitur, dum lacrymæ alias pretiosissimæ ob vilia temporaria incommoda profunduntur.] * Et dum quæ in occulto miseri deberent piacula concupiscentiæ gerere, ad tentoriorum ostia properantes, manifesta efficiunt vniuersi populi in scandalum.] * Præcipue autem carnis desideria, quæ naturam hominum tam fœde deturpant, deberent cordis adytis intercludi.] * Profectò Mosi Præsuli res intoleranda videtur, subditos querulos iniuste obmurmurare.] Eos velut paruulos humeris reportat, eos pane cœlesti exsatiat, eos ab hostibus validè defendit, & ob carnium defectum non substantialem, sed accidentalem (quia carnis omnis Man gustum referebat aliena in forma) querelas excitant, & aduersus Prælatum obmurmurant? O intolerabilis Præsulatus! Fatur itaque Moses: Cur ô Domine, mihi seruo tuo addidisti afflictionem? Quare hoc ex capite me inuisum tibi exponis, grauissimum Præfecturæ onus dum iniungis? An concepi omnem hanc multitudinem velut mater existens: aut genui eam sicuti naturalis pater, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, seu inter brachia tua, quemadmodum nutrix solet infantulum deportare de omnibus prouidet, gestat, attendit, ne inducatur ad planctum; & defer in terram, pro qua patribus iurasti, quod eam posteris exhiberes. * Rogitas quando nam Deus Mosi imperauit, vt patris, ac matris in morem populum vlnis deportaret? Certe cum eum Præsulem populi constituit. Idem enim Rectorem esse, ac debere subditis paternum, maternumque affectum ostentare.] Vndenam, obsecro, possum tantæ multitudini carnium acquirere alimoniam, quos difficilè etsi exiguum explerent numerum valerem gregum pecoribus, ac pecudibus exsatiare, præcipue cum carnium hoc gerat esus, vt appetitus dirius accendatur in crastinum: * In deliciarum carnis documentum, quæ quidem, instar hydropici, sitiunt ex potu.] Flent viliter illi, voce, gestuque contra me conclamantes: Da nobis carnes, vt comedamus, acsi eis cuncta defecisset annona, vt eis esset fame pereundum. Adhuc postquam Iethro socri mei consilio Iudicibus electis minora negotia commisi; haud possum solus omnem hunc populum sustinere: nec enim grauia quæque negotia valeo absque intolerabili molestia perficere. Attamen, si æquum iudicas, ab hoc difficili admodum non liberer onere, quamdiu vitam egero: obsecro, vt interficias; dulcius enim mihi mortem oppetere, quam in continuo impatientiæ periculo versari. Mihi te circa rem, quam expostulo, beneuolum exhibe, ne tot tantisque incommodis afficiar. Petens vt mori liceret, piaculóne se Moses infecit? Leuis, aut nulla pusillanimitatis culpa: ideo non reprehendit illum Dominus, sed consolatur. * Tam difficile, tam periculosum regendi munus, vt indifferentiæ defectus quodammodò tam perfecto obedienti imperfectionis notam non inducat, cum postulat prius mori, quam Præsulem agere.]

Irascitur Deus, dum pretiosæ lacrymæ ob incommoda vilia dispergantur.

Et dum peccatores publicè delinquunt aliorū scandalo.

Carnis desideria abscondenda, ne deturpent hominis naturam.

Intolerabile prorsus, ob murmurare subditos ob res leuissimas contra Rectoré prouidū & benignum.

Idem est, Rectorem esse, ac debere subditis, paternū, maternumque affectum ostentare.

Deliciæ carnis ex potu sitiunt, in morē hydropis.

Quodāmodò imperfectionē non inducit perfecto obedienti, si indifferenté non ostēdere circa Prælatum.

16. 17. ET DIXIT DOMINVS AD MOYSEM: CONGREGA MIHI SEPTVAGINTA VIROS DE SENIBVS ISRAEL, QVOS TV NOSTI, QVOD SENES POPVLI SINT, AC MAGISTRI ET DVCES EOS, &c.] Congrega (inquit Dominus Mosi) septuaginta viros de senibus Israel, quos tu noueris senes esse. * Nec enim sufficit canis honestari, vt sint senes: cani enim sunt hominis sensus. Noueris que Magistros. (Hebr: *Præfectos, Rectores*) Ætas, & vsus necessarius in his, qui ad regimen assumuntur. * Communicandus erat eis Spiritus gubernationis, sed Spiritus hic iam eos Magistros, ac Præfectos requirebat. Vt edoceantur electores, non omnia e Spiritu petenda, sed quærendos viros, quos experimentum ostenderit aptos.] Porro Spiritus Mosis viris aptis & vsu expertis communicatus est. Hosce ex Israël semine ad ostium Tabernaculi adduces, facitoque ibi tecum commorari, vt descendam, columnam nubis, in qua ducem vestrum ago, inclinando, & alloquar tibi, audientibus ipsis. Tūc accipiam de Spiritu tuo prophetico (colligo ex n. 25.) quo scis populum regere, dubia explicare, occulta cognoscere, futura præuidere, & Dei laudes, eodem dictante, exequi; & eis impendam, vt possint tecum onus regiminis sustinere, ne oneri solus cogaris humeros addicere. Profectò solus qui prophetico Spiritu polleret, dignè posset Præsulatus munus obire.] * Vnde excusabiles planè multi circa regimen defectus, quæ præter intentionem Rectoris qui non est Propheta, solent accidere. * Attamen licet Propheta non sit, nec videns subditi præcordia, aut futuros euentus, vt cautelam gerat, sic subditum, quem agnoscit alicui affectui agnatum, regere studeat, ac si futuros euentus aspiceret.] Aufert Dominus de Spiritu Mosis cum addit regiminis coadiutores, vt innuat Spiritum communicare Præsulibus iuxtà subditorum regendorum pondus: pondere ergo imminuto imminuitur & Spiritus Præsulatus. * Sciat qui difficile vocatur ad regimen, Spiritum sibi dandum à Domino maiorem, aut minorem iuxta ponderis grauitatem.] Chaldæus vertit, *Augebo de Spiritu, qui est super te, & ponam super eos.* Nec enim tollitur à Mose gubernationis vis, sed illa ipsa augetur vt coadiutoribus impendatur. * Cum Præsul ministro aut coadiutori suo de sua tribuit potestate portionem aut totam communicat, de sua non detrahit, sed potius exauget, quam habebat, potestatem, vt sit quasi duplex iam communicata Rectoris potestas.] Profectò vox Hebraica אצל *azer* significat auferre Spiritum, quomodo Spiritus sumitur pro respiratione, & halitu. Liceat vulgariter explicare: *Quitare de*

5. *Congregari iubet Dominus populi senes, vt de Mosis Spiritu senes impleantur.*

Non efficiūt cani senes, sed mores. Quærendi ad regimen viri quos electores dignouerint esse aptos. Nec enim omnia spiritui relinquenda.

Excusabiles multi defectus Præsulis, qui Propheta nō est. Vt tamen se gerat erga subditos, sic Præsul agat, ac si videret.

Iuxtà ponderis grauitatē dat Deus Præsulibus maiorē, aut minorē Spiritum.

Rector, qui suo ministro, aut coadiutori totam suā communicat potestatem, non imminuit, sed auget eam.

 tu

intimus, maxime Mosis familiaris Hebr. *Ex electis eius iuuenibus*, ac ministris, & inter eos lectissimus, & charissimus. * Proprium est eius qui intime familiaris est, amici, aut Domini tuendæ authoritati studere.] * O quam à diuina familiaritate alieni, qui audientes Dei nomen linguis peierantibus detrapari, zelo honoris Domini non succenduntur, vt blasphemos conentur prohibere!] Profecto Moses, Quid, inquit, mihi zelas Principatum, aut prophetiæ spiritum à me non profluentem? Profluxit plane à me, augens enim Dominus meum spiritum in hosce à Tabernaculo abstractos effudit. Quid si præter viros à me electos seniores, omnes viderem prophetantes? Vtinam omnes diuinas concinant laudes, & prophetico donentur spiritu. * Proprium est eorum, qui pleni sunt, omnium expetere plenitudinem. Vacui pauperis animi est, ex aliorum queri plenitudine.]

Fidelis seruus curat Domini tueri authoritatem. Qui audiens iurantē non prohibet, Dei seruus fidelis non est.

Pleni nō quærunt de alio rū plenitudine, sed qui se vacuos donis aspectant.

10. *Coturnicum ad castra volatus.*

30. 31. 32. Reversusque est, &c.] Post hæc Moses & sexaginta octo seniores Hebræorum ex Tabernaculo ad circumiacentia castra fuit reuersus. Ventus autem præter naturæ ordinem à Deo immissus arreptas trans Rubrum pelagus coturnices quæ eius assolent in litoribus abundare, detulit, ac demisit in castra circumcirca per tantum spatij quantum vna solet die perfici. Volabant auiculæ duobus cubitis altitudine super terram, & non eleuatius, vt ab omnibus tam masculis, quam fœminis mediocris ætatis caperentur. Surgens ergo populus tota die illa, qua Moses vna cum senioribus de ostio Tabernaculi est regressus in castra, & nocte immediate sequenti, dieque altera congregat vnusquisque coturnicum multitudinem qui parum, decem coros, ita vt desumptæ coturnices possent ad victum vnius mensis vsque ad nauseam sufficere; & sic cauerunt eas prius iugulatas, & exenteratas extendentes illas per gyrum castrorum; ob multitudinem enim nequibant intra castra extendi, & desiccari. Copiam volucrum indicabo. Corus triginta modios continebat. Do, in quolibet modio tantum viginti fuisse coturnices, perinde ac modius viginti libras continet frumenti: sequitur, quemlibet colligentem triginta modios sex millia coturnicum collegisse: & consequenter, vnum hominum millionem sex millia collegisse milliones: ac proinde totum populum, qui tres capitum milliones explebat, decem & octo millia millionum illarum volucrum collegisse. Siccauerunt itaque eas ne putrescerent, sed in sequentes dies possent asseruare. * Dum affluunt dona cœlestia, stude collectioni, sciens, abundantiam penuriæ existere prophetiam.

Abundantia prophetia penuriæ est.

33. 34. 35. Adhuc carnes erant, in dentibus, &c.] Explero mense, quo carnibus coturnicum saturati sunt, vt promiserat Dominus: non eis ille cibus defecerat, sed adhuc vel post nauseam & fastidium coturnicibus vesci affectabant. Quorum impudentia Dominus prouocatus ad iram horribili plaga populum vulnerauit, è qua plurimi interierunt. * Diuina nimium iracundia succenditur, dum peccator postquam voluptatibus vsque ad nauseam indulsit, adhuc crimini affectat indulgere.] Puto plagam illam magnam ignem fuisse, qui iam precibus Mosis repressus fuerat, & absorptus. * Cum imminens ira aut plaga fuerit à te precibus, aut eleemosynis abstracta, caue tibi à recidentia in piacula: ignis enim non est extinctus, sed absconditus rursum exiturus vt absumat ingratos.] Porro locus ille, desumpta nominis ratione ab euentu, *Sepulchra concupiscentiæ* est appellatus. Ibi enim Hebræi, qui huiusmodi desiderio nec fuerant maculati, nec post mensem expletum carneo ex cibo absumpserant, sepelierunt eos qui desiderauerant, & petierant, quique post expletum mensem adhuc edere non timebant. Egreditur illico populus è sepulchris concupiscentiæ timens, ne simul deperirent. Societas enim vel cadaueris hominis iniusti inficit iusti incolumitatem.] In Haseroth Hebræi deuenere, vbi decimam quartam gessere mansionem.

Inde egressi Hebræi, in Haseroth deuenere post plagā ob immoderatū carniū affectū infli-ctionem.

Prouocatur deus ad iradū peccator post quam diu vsque ad nauseam voluptati indulsit, adhuc affectat indulgere.

Si à te plaga abstrahitur pœnitente, ne rursum delinquas: ignis enim extinctus non est sed absconditus.

Vel cadauer iniusti inficit.

CAPVT XII.

Maria ob murmurationem in fratrem Mosem & corripitur lepra, & orante Mose, sanatur.

1. Locutáque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam, 2. & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, 3. (erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabātur in terra.) 4. statim locutus est ad eū, & ad Aarō & Mariā: Egredimini vos tantū tres ad tabernaculū fœderis. Cūque fuissēt egressi, 5. descendit Dominus in colūna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocās Aaron & Mariam. Qui cum issent; 6. dixit ad eos: Audire sermones meos: Si quis

fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. 7. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: 8. ore enim ad os loquor ei: & palàm, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? 9. Iratusque contra eos, abijt: 10. nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, 11. ait ad Moysen: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus, 12. ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ: ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. 13. Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam. 14. Cui respondit Dominus: Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & posteà reuocabitur. 15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

COMMENTARII.

1. *Maria, & Aaron obmurmurãt cõtra Mosen.*

Inter leuires, & glores sæpe leuis diffidiorum occasio.

Grauius peccat, qui ansã præbet murmurationis.

Propriũ est fœminarum vitium obmurmuratio.

Vir qui murmurat fœmina ostenditur.

VERS. 1. 2. LOCVTAQVE EST MARIA, &c.] Sephora Madianites Æthiopissa eo quod vxor esset Mosis sese Mariæ (credidero) præferebat: quod hæc æquo animo ferre non poterat *: Inter leuires, & glores leuis frequenter est diffidiorum occasio.] Vnde Maria fratrem Aaronem concitauit ad murmur, ex hoc præcipue rea. * Grauiori enim crimine maculatur, qui obmurmurationis ansam exhibet. Materia autem murmuris fuit fratria Æthiopissa. Porro in Hebræo verbum etiam est generis fœminini. *Maria, & Aaron locuta est.* Quam aptè! * Vir enim, qui cum muliere ad murmurandum colligatur, muliebrem naturam videtur induisse. Imo ipsa obmurmurationis noxa muliebris quidem est.] Verbum autem illud: *Propter vxorem eius Æthiopissam* sic Hebræus scripsit: *Quia duxerat vxorem Æthiopissam*, id est, Madianitidem. Vocatur autem Æthiopissa ex Æthiopia, quæ à diuinis literis, & à profanis scriptoribus in Asia ponitur. Chaldæus verò pro Æthiopissa *pulchram* apposuit. * Quam agnata fœminis iurgiorum occasio pulchritudo: *Sobre si es mas hermosa.*] Dixerũt autem, Num solus Moses propheta? Non ne & nos similiter prophetauimus? an non diuino spiritu afflati in diuinas laudes erupimus? Num nos Dominus alloqui aliquando dignatus.

Pulchritudo fœminis est agnata causa iurgiorum.

2. *Iubẽtur Moses, Aarõ & Maria pergere ad Tabernaculum.*

Cũ iniuriam nõ vlcisceris inimicis, Deus suscipit patrocinium tui, vindex exsurgens.

Non decet virũ perfectũ sese cõmendare.

Nõ laudaretur à Deo, si nõ esset ipse laudis osor.

3. 4. 5. QVOD CVM AVDISSET DOMINVS, &c.] Cum murmur Dominus audisset, quia Moses mitissimus erat & audiens iurgia fratris ac sororis aduersum se, ac vxorem, iniuriam non vlciscitur, ideo illius suscipit patrocinium. * Cùm actus iniuria obticeo, horribilior vindicta præparatur, Deo gladium stringente, vt iniuriatori vulnus infligat.] Mitissimus itaque erat Moses omnium, qui in terra morabantur. Hanc de se Moses tandem scripsit à vanitate alienus, quia calamus à Spiritu sancto impellebatur. * Nec deceret virum perfectum sese proprio ex marte commendare.] * Nec Spiritus sanctus ad laudes eius calamum impelleret, si Mosem non vidisset propriæ laudis osorem.] Statim ergò, excitato murmure, Deus Mosi Aaroni, ac Mariæ profatur: Egredimini tantum tres de tentorius vestris, & ad Tabernaculum accedite. Tres tantùm aduocantur, ne domestici iurgij vicini certiores efficiantur. * Vt vociferantes fœminas pudeat, oborto vicinorum scandalo, iurgia excitare.] Et nè peccatũ Aaronis sacerdotis coram arbitris carperetur. Murmurationis enim vitium in sacerdote nec nominari debet. Egressis itaque Mose, Aaron, & Maria, vt Domini obedirent imperio, Dominus seu Angelus motor columnæ, qui Deum repræsentabat, ipsa in columna descendit, & in introitu Tabernaculi Mosem, Aaronem, ac Mariam aduocauit.

Taxantur fœminæ iurgia excitãtes scandalo vicinorum.

Nec nominetur in sacerdote murmurationis vitiũ.

3. *Domini sermo ad delinquẽtes seu Mosis panegyris.*

6. 7. 8. QVI CVM ISSENT, DIXIT AD EOS, &c.] Cum ergo Aaron, & Maria cum Mose propius ad columnam nubis accessissent, Fatur Dominus: audite internis auribus exaudiendi: Quilibet inter vos Propheta Domini, qualis vterque vestrum existit, me in imaginaria, vel intellectuali repræsentatione, raptúque videt; illi enim per visibiles dumtaxat species, visu vel auditu perceptibiles mysteria oculta reuelabo: vel per somnium loquar ad illum, in phantasiam, vel in internos sensus immittens species. At augustior admodum seruus meus Moses, qui in toto Hebræorum cœtu est fidelissimus. * Nec enim meam deceret pietatem, seruo fideliori præstantiora amicitiæ non exponere documenta.] Ore enim ad os ei loquor; per solius mentis illustrationem ei supernaturalia reuelo mysteria, absque vllo specierum sensibilium ministerio: & *palam* comparatione communis modi, quo ab aliis Prophetis aspector, ac non per ænigmata, & figuras subobscuras, ac corporeas prout vulgares Prophetæ Dominum videt, sed intellectualiter. Quare ergo, cum ita sit, non timuistis tanto meo Prophetæ Mosi detrahere? * Omnis detractio Deo inuisa, sed speciatim quæ contrà præstantes sanctitate viros excitatur.] Cur, quæso, Moses fuerit aduocatus cum Aaron & Maria taxandi erant? * Credidero, vt Deum iratum fusis precibus deliniret. Mitissimus enim pro persecutoribus exorauit mirabili virtutis incre

Fideliori seruo Deus præstãtiora amoris exhibet documenta.

Detractiõ cõtra viros sanctos Deo admodum inuisa.

Qui pro persecutoribus orat, merita accumulat.

incremento.] Delinqnentes ergo adducit Dominus, vt reprehendat, iustum autem vt ei ansam ad iustitiæ incrementum exhibeat.

4. *Recedit nubes, Maria apparet lepra cãdes.* Magnũ Dei irati documẽtũ, à peccatore recedere. Cũ Maria à nobis ablegatur extremè Dei iræ est documẽtum.

9. 10. 11. 12. IRATVSQVE CONTRA EOS, ABIIT, &c.] Iratus itaque contra murmuratores abiit, disparuit nullo expectato responso, nec satisfactione, instar hominis vehementer irati. * Et certe illa ipsa recessio ab eis, magnum fuit irati Numinis documentum.] Nubes quoque, quæ aderat, seu adesse solebat super Tabernaculum, & descenderat ad ostium, de ostio Tabernaculi recessit, & locum rediuit in pristinum. * Nihil magis cantatum quam nubem illam Deiparæ imaginem extitisse. O extremè irati Domini indicamentum, quum nubes Maria à peccatoribus ablegatur!] En soror Mosis Maria, statim ac nubes excessit, mutato naturali carnis colore in candorem lucentem ex interna humorum corruptione, lepræ plaga vulnerata apparuit. Porrò cum Aaron eam infectione perfusam aspectaret, similis pœnæ timore perculsus, (quam expertus non fuerat, quia à Maria excitatus obmurmurauerat) & sororis compassione affectus, Mosi profatur: Precor mi Domine, ne nobis hoc piaculum imputes, nec permittas, vt condigna patiamur; stultè enim sine rationis perquisitione & quasi indeliberatè deliquimus.* Nec enim tanto supplicio dignum crimen, quod non affectatur in facto.] Nè fiat soror nostra velut mortua, lepra carnes illius excedente: vel mortua morte ciuili ob leprosorũ à reliquorũ cœtu separationem. * Mortuum reputa illum, qui à fidelium sociorum cœtu separatur.] * Proh Religiosi à Societate IESV ob piaculi affectationem dimissio! eum æstima quasi mortuum, ad nihilum vltrà nisi conculcationi deseruiet insepultus.] Ne etiam permittas vt abortiuum fieri, quod de matris vulua assolet extrusbari.

Nõ tãta pœna dignũ crimẽ, quod nõ affectatur in facto.

Qui à fideliũ societate ablegatur, velut mortuus est.

Qui à Societate IESV dimittitur, quasi mortuus ad nihilũ valet vltra.

Quemadmodũ enim fœtus immaturus membra retinet imperfecta: ita, ni succurras, nostræ eueniet sorori: etenim iam medium carnis eius à lepra est deuoratum, tota carne penitus absumenda, si ferre neglexeris opem.

5. *Clamat Moses ad Deũ, & Deus respõdet septẽ diebus separandã.*

13. 14. 15. CLAMAVITQVE MOYSES, &c.] Moyses ad Dominum inclamauit affectuosa prece profusa. Deus, inquit, obsecro, sanitate dona iam pœnitudine sororem affectam. Cui Dominus, Si pater Mariæ eam candidò aspersisset sputo: septem diebus saltem debuisset ob ruborem abscondi: quanto magis cum ego eam cadenti lepra quasi sputo profuderim? A cœtu Hebræorum septem diebus abstrahatur & post dies hosce euolutos donata sanitate redibit. * Nec enim decet Magistratus sororẽ à communis legis asseruari supplicio.] Extra castra igitur Maria excluditur diebus septem; populus autem de loco illo abstractus non est à nube ductrice, donec, elapsis, à Deo curata est, & reuocata. * O Dei populum consistentem, nec properantem, dum Maria non Mosis soror, sed Filij Dei Mater vti leprosa cum suis filiis lepra infectis excluditur. Ad perfectionis cumulum non ascendes, dum tibi Maria lepra candens apparet.] Profectò in sororis Aaron reuocatione obseruatæ non sunt ceremoniæ, & expiationes leprosis præscriptæ. (Leu. 14.) ipsa enim Dei sanatio per miraculum, & reuocatio sufficiens lustratio, ac expiatio fuit. * Quid de Maria Deiparente dixerim? An reuocata fuit ad castra? Certè à Domino Maria separata fuit extra castra; ne communi hominum infectione afficeretur, si Maria Mosis soror abducta fuit ne alios inficeret. At post illud instans primum ab infectione communi libera mox rediuit ad homines, vt Christum eniteretur lepræ communis lustrationem.]

Nõ decet, propinquum Magistratus asseruari à communis legis pœna.

Dei populus electus non proficit in perfectionis via dũ credit Mariam Dei Matrẽ esse leprosam.

Maria extrã hominũ cœtũ educitur dũ cõcipitur: ne inficiatur lepra communi.

CAPVT XIII.

Exploratores in Chananaeam immittuntur à Mose, vt terræ ediscerent vbertatem: qui redeuntes, botrum ingentis ponderis adducunt in vecte, sed metum ingentioris ponderis in animo referunt. Populus autem, qui deberet ex terræ allici vbertate, ex hostium exaggerato robore deterretur, & ad seditionem concitatur.

1. PRofectusque est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. 2. ibique locutus est Dominus ad Moysen, dicens: 3. Mitte viros, qui considerent Terram Chanaam, quam daturus sum filiis Israël, singulos de singulis tribubus, ex principibus. 4. Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. 5. De tribu Rubẽ, Sãmua filiũ Zechur. 6. De tribu Simeõ, Saphat filiũ Huri. 7. De tribu Iuda Caleb filiũ Iephone. 8. De tribu Isachar, Igal filiũ Ioseph. 9. De tribu Ephraim, Osee filium Nun. 10. De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu. 11. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. 12. De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. 13. De tribu Dan, Ammiel filiũ Gemalli. 14. De tribu Aser, Sthur filiũ Michaël. 15. De tribu Nephthali, Nahabi filiũ Vapsi. 16. De tribu Gad, Guel filiũ Machi. 17.

hęc sũt virorũ nomina quos misit Moyses ad considerandã terrã: vocauitque Osee filiũ Nun, Iosue: 18. misit ergo eos Moyses ad cõsiderandam Terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam.] Cúmque veneritis ad montes, 19. considerate Terram, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit, an infirmus: si pauci numero an plures: 20. ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: 21. humus, pinguis an sterilis: numerosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt. 22. Cúmque ascendissent, explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. 23. Ascenderúntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac, nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. 24. pergentésque vsque ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt: 25. qui appellatus est Nehelescol, id est, Torrens botri, eo quod botrum portassent inde filij Israël. 26. Reuersíque exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita. 27. venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israël in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ: 28. & narrauerunt, dicentes: Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. 30. Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus vero moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. 31. Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. 32. Alij verò, qui fuerunt cum eo dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. 33. Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Israel dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: populus, quem aspeximus proceræ staturæ est. 34. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

COMMENTARII.

1. Venit populus in pharã. Exploratores immittuntur.

VERS. 1. 2. 3. PROFECTVSQVE EST, &c.] De Haseroth, vbi fuit decimaquarta mansio, populus venit in desertum Pharan, & apud Rethma tentoria collocauit decimaquinta planè mansione. Ibi Dominus est Mosi locutus: Petiit populus, vt exploratores immittantur in Chananæam à te consultus, annuo. Mitte ergo ex Principibus Israël non summis, (aliis enim nominibus vocantur) sed ex primariis singulos viros ex Tribubus singulis qui terram Chananitidem quam Hebræo daturus sum populo diligenter aspectent, & oculati testes terræ proferant vbertatem. * Quam aptè Principes immittuntur ad veritatis testimonium, agnata enim nobilitati veritas, sicut vulgaritati mendacium.]

Agnata nobilitati, veritas sicut vulgaritati mẽdacium.

4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17. FECIT MOYSES, &c.] Daturus igitur executioni Moses, quod Dominus imperarat, de vltima deserti Pharan mansione, scilicet de Cadesbarne viros ex Tribubus primores ad explorandam terram promissionis immisit, quorum en nomina, E Tribu Ruben Sammua filius Zechur immittitur. E Tribu Simeon Saphat filius Huri explorator exponitur. E Tribu Iuda Caleb filius Iephone hoc suscipit munus, qui quidem postea ex diuisoribus terræ Chanaan præcipuus extitit. E Tribu Issachar Igal filius Ioseph eligitur. E Tribu Ephraim Osee filius Nun Mosis famulus ab eoque præcipue dilectus assignatur. E Tribu Beniamin Phalti filius Raphu pergit. E Tribu Zabulon Godiel filius Sodi se accingit itineri. E Tribu Ioseph, quantum ad partem Principatus, seu sceptri Manasse, Gaddi filius Susi arripit viam. E Tribu Dan Ammiel filius Gemali muneri addicitur. E Tribu Aser Sthur filius Michaël egreditur. E Tribu Nephthali Nahabi filius Vapsi properat. E Tribu Gad Guel filius Machi idem suscipit ministerium. Hæc ergo sunt nomina exploratorum, quos ad terram considerandam Moses immisit, neminem quidẽ è Leuitarum familia, quia nec Leuitæ inter duodecim Tribus computantur, è quibus iussit Deus exploratores mitti. * Nec oportebat, Leuitas sacris ministeriis addictos terræ studere speculationi. Sacerdotalis conuersatio in superis à terrenis abstracta.] * Sine ideo Leuitæ terram illam non inuiserunt, quia sortem illius non erant, proue aliæ Tribus accepturi. Solummodo ad inuidiam explorabis, quod non licebit possidere.] Profecto Moses Osee nomen in Iosue mutauit, addita initio nominis litera *Iod*, vt certiorẽ de

2. Duodecim exploratorũ nomina.

Sacerdotalis conuersatio in superis à terrenis abstracta.

Ad inuidiam exploras quod tibi possidere non licet.

de Chananæis victoriam polliceretur. Osee enim significat *Salua*, Iosue verò *qui saluabit*. * Duces fortissimi, quorum ex victoriis celeberrima nomina debent ad certamina immitti; ipsum enim nomen victoriarum præsagium exponit.] Præterea Moses dum nomen immutat, docet, à Deo bonum bellorum exitum expectandum; addita enim nomini Iosue prima litera nominis Dei tetragrammati sumpta cum reliquo nomine videtur hunc sensum exhibere: *Dei salus*, seu *saluator à Deo datus*. * Si à Deo solo victoria quomodo sine Deo superabit exercitus? quomodo Duces vel fortitudine celebres, sine Deo, piaculis scilicet fœdati, victorias ex hostibus reportabunt.] * Denique præuidebat Moses prophetico Spiritu, Iosue siue *Iesum* hunc (sic LXX. vocitant) Iesu Seruatoris fore typum, (Hebr. idem vtriusque nomen est, iisdemque literis, ac punctis scribitur יהושע *iescua*) qui quidem fidelem populum, hostibus inuisibilibus superatis, nos cœlestem adducet ad patriam.]

Dei, cuius celebre nomen est, ipso in nomine victoriarum præsagium exponit.

Si à Deo victoria, quomodo sine Deo vincet exercitus?

Iesu verus nos cœlesti adducet ad patriam.

3. Officium exploratoribus iniunctum.

18.19.20.21. MISIT ERGO MOYSES, &c.] Duodecim ergo ex Tribubus Israel primores viros ad considerandam Chananæam immisit, profatus: Ducentes viam per meridionalem plagam, montium cacumina scandite, vnde situs locorum commodius spectare valeatis. Considerate terram qualis sit, nimis ne montuosa, an nimis plana. Contemplamini populi habitatoris qualitatē, an fortis, plurimisque vallatus munitionibus: an infirmus & absque præsidiis. Si pauci numero, an plures, quod ex numero, magnitudineque Vrbium, ac Oppidorum, quæ è locis eminentibus intuebimini, explorare poteritis. Ipsa terra quātum ad aëris salubritatem à vobis consideretur, sit ne bona, an mala; contingit enim interdum terram fructuum feracem habitationi incommodam ob cœli intemperiem existere. Vrbes quales, vtrum muris cinctæ, an sine murorum corona hostium tempora corona cingenda promittant. Humus simul aspiciatur, vtrum pinguis, an sterilis in ferendis fructibus: vtrum sit nemorosa, an arboribus careat; vt omni ex parte qualitas terræ nobis valeat innotescere. *O quot debent præcedere documenta, priusquam rem, quæ longe est dissita, cognoscamus. Quomodo ergo tam leuibus indiciis cordis proximorum audes occulta iudicare?] Confortamini non timentes per terram illam hostilem incedere; quia Dominus mittens vos auxiliator assurget. * Qui à Deo immittitur ad ardua quæque immune hostium vetearum incursus; qui enim munus difficile iniungit, promittit, se futurum protectorem.] Vt autem constantior sit, de telluris vbertate opinio è fructibus eius afferte. * Certior enim opinio, quæ ex operibus, quam quæ ex sermonibus confirmatur. Erat quidem tempus, (scilicet mensis Iunij) quando iam præcoquæ seu primæ ante alias vuæ coctæ, vesci poterant, ideo apte Moses sibi ab exploratoribus de terræ fructibus poposcit adduci. * Soli enim Domino licet ficus exquirere, cum non sit tempus ficorum, id est, opera peterogationis à fidelibus exhiberi.

Transmittitur [illegible] indi[illegible] [illegible] ita [illegible] [illegible] concilia. Deus qui ardua sibi iniungit simul se protectorem fore promittit.

Certior opinio, quæ ex operibus, quam quæ ex verbis confirma.

[illegible] soli [illegible] opera [illegible] erogationis.

22.23.24.25.26.27. CVMQVE ASCENDISSENT, &c.] Cumque in Chananitidem ascendissent regionem, deserto Pharan, vbi Hebræi morabantur celsiorem, terram explorauerunt incipientes à Chananæorum meridiano latere, nempe à deserto Sin in Cadesbarne quinta decima populi Israëlitici mansione: vsque Rohob, quod versus Septentrionem terram terminat Chananitidem, & intrantibus Emath occurrit. Ascenderunt itaque ad meridiem, & declinantes nunc versus Orientem, nunc versus Occidentem, vt commodius cuncta lustrarent, ad Hebron accesserunt; aderant tres viri è genere giganteo, exploratorum horror; Achiman, Sisai, & Tholmai nepotes ac posteri gigantis Enac Hebronitæ. Nec mirum gigantum hac in Vrbe vigere reliquias; erat enim Hebron celebrarissima, & antiquitate præclara, septem namque annis ante antiquissimam Tanim Vrbem Regiam & præcipuam Ægypti condita est. Pergunt exploratores, & dum ad locum castrorum reuerterentur, vsque ad Torrentem botri sic postea ob abscissum botrum vocitatum, peruenere. Videntes autem Hebræi in illo Chananæorum confinio miram fructuum adesse fœcunditatem, palmitem cum vua abscidentes, quem ob botri pendentis pondus eximium duo viri deportarunt in vecte in pinguedinis terræ illius documentum. De malis quoque granatis, & de ficis iuxtà iussionem Mosis detulerunt; qui quidem locus postea Nehelescol, id est, Torrens botri fuit vocitatus, eo quod Hebræi exploratores inde ramum miræ magnitudinis botrum tecidissent. * Nobilis planè nominis à fructu eximio, ab illustrissimo opere origo, non à somniato vanitatis stemmate.] Reuersi tandem exploratores post quadraginta dies omni regione lustrata, non per terminos in circuitu, sed per medium eius tendendo: venerunt ad Mosem, à quo fuerant immissi, & ad Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel apud desertum Pharan consistētem, quod quidem quantum ad eam sui partem, quam exploratores petierunt, est in Cadesi; ad eum namque locum, ex quo missi fuerant à Mose, & Aaron, rediere. Locutique eis, ac omni multitudini, quæ viderant in Chanaan retulerunt, terræque fructus ostentarūt. * Quomodo omni multitudini, quæ exaudire non poterat, fuere locuti? Certè miros terræ fructus exponendo. Fructuum enim seu operum vocalissimus est aspectus.] * Vt autem mira de vbertate terræ Chananitidis eunlgarent, [illegible] fuit, fructum mirum obiicere. Quæcunque de terra promissa Dominus prædixit, Patriarchæque decantauerunt, hi fructus vera pronunciant.] * An terra illa, de qua Dauid exclamauit, *Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob*, lacte, ac melle diffluens existit peccati originalis captiuitate propinquam premeret ablegata, auersa? *E qua natus est Iesus*, qui quidem *botrus Cypri in vineis Engaddi*. Quælibet mira de Maria eunlgata hic fructus affirmat.

4. Explorauerūt Terram, fructusque retulerūt.

Nobilis origo nominis ab opere egregio.

Vocalia sūt opera, & à videntibus exaudiūtur.

E fructibus terræ dignoscitur vbertas.

E botro Iesū agnoscitur Mariam terram esse semper benedictam, ab originali captiuitate liberam.

28.29.30. ET NARRAVERVNT, &c.] Legationis suæ exploratores enarrant euentum. Venimus, inquiunt, ad quam ô Moses nos emisisti illam exploraturos; quæ quidem re vera lacte diffluit ac melle, vt fructuum

5. Exploratores asseruunt, terrā lacte & melle fluere, sed habitatores fortissimos nutrire.

vberrima suauitas attestatur, cuius hic botrus, hæc malogranata, hi ficus testes exponimus. Vtinam cultores tam suaues haberet! E forti egressa est dulcedo: habet enim terra cultores, seu habitatores fortissimos, Vrbes munitissimas. Stirpem Enac gigantis vidimus, quæ sicut cæteris hominibus est corpore maior, ita & viribus robustior exponitur. Amalech, quem in Raphidim hostem nacti sumus, habitat in meridiana Chananææ plagâ. Hethæus, Iebusæus, & Amorthæus, imo & Pherezæus incolunt in montanis versus Septemtrionalem terræ promissæ plagam. Chananæus verò in Orientali plaga iuxta mare mortuum, & Genesareth pelagus commoratur, & domos eius diluunt Iordanis fluenta. Cum igitur à parte Occidentali terram Chanaan Mediterraneum mare cingat, nullo ex latere tanto populo patet aditus ingressuro, nisi forte excitato miraculo, aggressurus obtineat.

6. *Cōprimit Caleb populi murmur.*

30. 31. 32. 33. 34 INTER HÆC CALEB, &c.] Inter hæc Caleb, cui socium se Iosue præbuit, vt compesceret murmur populi, qui ex narratione legati loquuti oriebatur contra Mosem, qui eos ex securiori eduxerat Ægypti seruitute, profatur: Ascendamus in Palestinam, & terram nobis à Deo promissam possideamus; viribus enim, & armis eam poterimus obtinere.* Maximi momēti est, vt exercitui correpto formidine animus addatur, robusta procerum confidentia, valida Ducum constantia.] Alij verò qui fuerant cum eo nempe decem reliqui exploratores murmur populi confirmantes, dictitabant: Nequaquam poterimus tenere Palestinam, quia ab incolis robore superamur. Terræque, quam inspexerant, detraxerunt eius famam deturpantes apud Hebræos.* Quid egregium opinionum varietate non subijt iniuriam? Terra (inquiunt mendaciter) quam lustrauimus, adeò insalubris est, noxia, ac pestilens, vt suos voret habitatores. Populus autem procerissima corporis mole exsurgit: Monstra quædam Enac gigantis sobolem vidimus instar turrium ascendere: quibus comparati, quasi locustæ videremur exiguæ.* O quantas exaggerationes vilis timor excogitat! quot hyperboles nimias acervat! Ex procera magnitudine deterremini?* In bello b[...]chiorum longitudo non superat, sed animi magnitudo. Exiguo in corpore virtus vnita aptior planè certamini. An non Hebraice *Gigantes* נפלים *nephilim* dicuntur, id est, *Cadentes*? Qui vel ipso cadunt in nomine, quid non cadent in viribus: quid non excidēt in certamine? Et quando superbia cadens non obiicitur?

Animum addit exercitui timore correpta robusta Ducum confidentia.

Omnia egregia opinionem subeūt iniuriam.

Timor excogitat exaggerationes.

Non fortior est, qui procerior.

Statura gigantea cadens dicitur, quia cadit superbia.

CAPVT XIV.

Obmurmurantes Hebræos & in Ægyptum regredi volentes Dominus perderet ni si Moses oraret. Attamen contra præceptum in hostes pugnatum euntes à Chananæis, & Amalecitis conciduntur.

1. IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, 2. & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israël, dicentes: 3. Vtinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nonne melius est reuerti in Ægyptum? 4. Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. 5. Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. 6. At verò Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, sciderunt vestimenta sua, 7. & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circuimus, valde bona est. 8. si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. 9. Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est, nolite metuere. 10. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis cunctis filiis Israël. 11. Et dixit Dominus ad Moysen: Vsquequo detrahet mihi populus iste. Quousque non credent mihi, in omnibus signis quæ feci coram eis. 12. Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quam hæc est 13. Et ait Moyses ad Dominum: Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxisti populum istum, 14 & habitatores terræ huius, qui audierunt quod tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna

lumna ignis per noctem: 15. quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: 16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: idcircò occidit eos in solitudine. 17. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens: 18. Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. 19. Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundùm magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsque ad locum istum. 20. Dixitque Dominus: Dimisi iuxta verbum tuum. 21. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. 22. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, 23. non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. 24. Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc, quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. 25. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. 26. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 27. Vsquequò multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui. 28. Dic ergo eis: Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. 29. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, 30. non intrabitis Terram, super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Iosue filium Nun. 31. Paruulos autem vestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam: vt videant Terram, quæ vobis displicuit. 32. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. 33. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, 34. iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis Terram: 35. annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: 36. quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet, & morietur. 37. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam Terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala, 38. mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. 39. Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. 40. Locutúsque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. 41. Et ecce manè primò surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. 42. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? 43. Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. 44. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. 45. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. 46. Descenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos vsque Horma.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. IGITVR VOCIFERANS, &c.] Nocte illa omnis turba verbis territa exploratorum, magno edito eiulatu vociferata est: & magna pars populi rursum aduersus Mosem Ducem obmurmurauit. Vtinam (inquiunt, animi desperatione) dum nostrum Ægyptiorum mancipia egimus: & omnes, infœliciter superstites, vtinam hac vasta in solitudine, quæ nullum solatium exponit miseris, depereamus. Voti compotes extiterunt, eadem, quam postulauerant pœna affecti, omnes enim desertum sepeliuit. * Caue, nè tibi iniquas imprecationes proferas, quæquidem non semel suum recident super caput.] Satius nobis, io eremo morte perimi, quá terram hanc ineuntes hostium gladio exitialiter vulnerari, vxoribus, ac liberis nostris apud promissam terram ægyptiacam captiuitatem subeuntibus. An non melius in Ægyptum rursum remeare lateribus addicendi, quam nouis inseruire tyrannis

1. Populi desperatio

Sæpe imprecationes iniquæ supra caput proferentis recidunt.

Peccatores bonā ducūt esse captiuitatem.

tyrannis. * *Nonne*, aiunt, *melius est, vt reuertamur in Ægyptum?* cum aptius profarentur: *Nonne minus malum est &c.* Proh peccatorum stultitiam! Bonam ducunt esse captiuitatem apud Amalechitas, qui apud Ægyptios meliorem asserunt seruitutem. * Seruituti agnati, nunquam expetunt non seruire.]

Peccator sæpe seruire, vitiis expetit.

2. Curat Moses populum ...

4. 5. 6. 7. 8. 9. DIXERVNTQVE ALTER, &c.] Alter ad alterum vulgares tetrici musitabant: Ducem constituentes in Ægyptum redituri moliamur. * Quis autem reuertentibus præbuisset annonam? An rebellibus Deus manna pluisset? Quomodo Rubrum transmisissent pelagus? Impiorum nunquam non stulta cogitatio, semper errans obicitur. Audientes Moses, & Aaron populi Duces, male sannam subditorum votum, coram Hebræorum cœtu pronos se dederunt in terram, deprecaturi Dominum, ne vindictam in murmuratores immitteret, vti apud sepulchra concupiscentiæ gesserat. * Delinquens enim subditus Præsulē efficit precatorē. Siue (ex aliorum mente) Præsules prociderunt, vt à populo supplices exorarent, ne iniquo proposito operā expedirent. * Aliquando enim Rector debet à præcepto abstinere subditumque rogare. * Certè habitus supplex ille non est contemptus, sed humilitatis.] Interea Iosue & Caleb, qui & terram Palestinæ lustrauerant, audita sociorum relatione sinistra, populique desperationem aspectantes præ nimio dolore illatæ Deo iniuriæ, sua scidere vestimenta, profati: Terra, cuius ambitus gressibus æquauimus latitudinem, valde bona est, non deuorat habitatores suos, sed fertilissima vberes eis fructus vorandos exponit. Si Dominus sit propitius neque illum vestris oblocutionibus pergatis irritare, ea fœliciter potiemur: ab eoque donabimur humo; quæ præ vbertate, suauitateque fructuum lacte diffluit, & melle. Nolite rebelles contra præscripta Domini ostentari renuentes cœpta perficere: nec terreamini robore ciuium Palestinæ exaudito, * Fama nunquam non ex formidantium labiis mentiente.] Certe eos veluti panem subiro, & absque labore vllo possumus deuorare, Numine propitio. Diuino illi præsidio sunt destituti; quia didicimus, hoc anno sanctum illum Iobum virum patientissimum, qui iuxta Iordanem habitabat, obiisse, cuius præsentia; cuius præcibus Palestini protegebantur. * Iustus enim præstantis virtutis ciuium est, aduersus ingruentia incommoda munimentum.] LXX. habent, *Recessit ab eis tempus*, quo quidem à Domino donabantur, vt possent ad meliora adduci. * Quam magnum supplicium est, nostentipore priuari, pretiosissimo quidem ad pœnitudinis operationem. Recedente à nobis hoc tempore, recedit Domini præsidium.] Nobiscum Dominus, cum timore afficiamini?

Delinquens subditus Præsulē efficit precatorem.

Debet aliquādo Præsul rogare subditum.

Rogare Præsulē nō est cōtéptus, sed humilitas.

Sæpe est fama crescit formidantis, mentiens.

Iustus præstantia virtutis ciuiū est munimētum.

Recedente tēpore à nobis, quo possumus conuerti, recedit & præsidiū.

3. Conatur vulgus Iosue, & Caleb lapidibus obruere, irato Numine.

10. 11. 12. CVMQVE CLAMARET, OMNIS, &c.] Clamitat multitudo, arripiens lapides, vt Caleb & Iosue, qui obmurmurantibus resistebant exitialiter vulnerarent. At perterriti diuino prodigio à proposito cecidit, ingens enim splendor magnificam Dei præsentiam indicans columna nubis iodicans subito super tectum Tabernaculi apparuit cunctis Hebræis, qui propè atrium Sanctuarij de more aderant congregati. Dominus autem vel intellectuali allocutione, vel per Angelum nubis motorem Mosi profatur: Vsquequo his ingratus populus irritabit me? Quousque non credet mihi circa ea, quæ præstare promisi: dum tot signa, & prodigia à me excitata & eorum ingratitudinem, & meam potentiam manifestat? Feriam igitur eos pestilenti morbo, atque omnino comminuam; te autem Principem efficiam familiæ augustioris, ac fortioris, quæ ex te nascetur, vel cui tu imperes. * Tam iniucundum est Præsuli antiquo à Præsulato deponi, vt cum subditi à Mose tolluntur vt puniantur, & pereant: necessum fuerit ad eius solatium ei Dominum præcelsiorem Præsulatum promittere: Certè (vt non de sanctissimo Mose, sed de aliis loquar Rectoribus) qui din Prælatus extitit, difficile degit sine subditis. *No se halla sin mandar.*

Iniucundum admodū est Prælato antiquo, à Præsulatu deponi.

4. Curat Moses Dei iracundiā precibus flectere.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. ET AIT MOYSES, &c.] Moses igitur vehemens precator profatur ad Dominum: si hoc facis, (particula illa: *Vt audiant Ægyptij* trunca est oratio per aposiopesim) audient Ægyptij, de quorum Vrbibus populum eduxisti: audient & incolæ Palestinæ Amalecitæ, & Chananæi, qui iam famæ vocibus didicerant, te, Domine, ex nimia erga eos charitate specialius hoc in populo commouisti ex pluribus beneficiis ostentatione: vt pote qui facie ad faciem à nobis videaris, dum perspicuis signis tuam præsentiam manifestas; quique nube per interdiu Angeli eos ab hostium incursione defendas, & die noctuque columna nubis, eademque ignis assiduum te ductorem exponis. Audientes igitur Ægyptij, ac Palestini hostes tui te tantam multitudinem Hebræorum comminuisse tanta facilitate ac si vnum hominem vulnerares: nomen tuum blasphemabunt, prolocuturi: Quia potens non fuit, populum suum in promissam inducere Chananæam, ideo in solitudine interemit. Magna igitur, Domine, tua fortitudo appareat, iram vincendo, & difficultates ex hostibus, ex itinere, ex ingratitudine, & duro Hebræorum ingenio superando. * Profectò Deus potentiam suam ingratis parcendo specialissime manifestat.] Vnde Moses ad id Dei potentiam magnificari precatur. Fortitudo, inquam, tua ad parcendum, ad implenda promissa magnificetur. Iurasti enim, seu asseueratione summa testificatus es ad me ferendum tuum dicens: Dominus patiens longanimiter sufferens peccatores, multæ misericordiæ ac proinde multa ignoscens iniquitati, auferens cuncta scelera: nullumque innoxium & impunitum derelinquens ex his, qui in te delinquerint, sed iudicium cum pietate temperans. * Vnde cum vindictam exigere decernis, non illam subitò, & quasi cum furore perficis: sed diu eam differs, vt pote qui visitas per temporalium pœnarum exactionem peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem, in ipsa pœnæ dilatione: & gratuitaris præpa ans supplicij compensationem, & tempus prosciens pœnitudinis.] Dimitte, obsecro, obmurmurantis populi crimen, quod toties iteratum non nisi secundum magnitudinem misericordiæ tuæ remitti valet.

Dei potentia magnificatur, dum parcit ingratis.

Cum differt Deus vindictam, tempus dat pœnitentiæ, & gratuitis suppliciȷ compensatione præparat.

Replicata crimina difficilius à Domino condonantur.

ler. * Replicata enim crimina difficilius à Domino condonantur.] Miserere etiam nunc, sicut misertus es egredientibus ex Ægypto vsque ad locum istum. * Accepisse à Deo benignissimo beneficium remissionis sæpe, argumentum est, quo eum ad vlteriorem veniam exigimus; quo conuincimus eum, vt iterum parcat errantibus.] Preme particulam, *Sicut iurasti*. An iurauerat Dominus? Minime, sed illius asseuerationi par fides adhibenda est ac iuramento. * Fideles, Dei æmulatores non necessum est iuramento dicta, aut promissa confirmare: simplex eorum dictum aut promissum debet iusiurandum reputari.] Roga, cur Moses vt Deum alliciat ad miserationem, eius iustitiam memorarit? *Qui visitas peccata patrum in filios*. Porro non quod Moses hoc optet, cum contrarium postulet; sed quia Deus hæc sibi epitheta (Exo. 34.6.) tribuerat, iisque, cum inuocaretur, voluit nominari. * Addo, & quia qui punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem: cum se iustum ostentat: debet etiam cum se misericordem exponit: patrum virtutes in filiis vsque in plures generationes reuereri, vt delinquentibus ignoscat.]

Sæpe repetere nobis Deü, argumentum est, quo cōuincimus eü, vt iterum parcat.

Fideles, æmulatores Dei non debent iure iurando dicta confirmare, eorum simplex assertio iusiurandum est.

Deus reuereatur virtutes patrum in filiis vsque in plures generationes vt delinquentibus ignoscat.

20. 21. 22. 23. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Dominus Mosi profatur: Dimisi populi iniquitatem non puniam, vt petiisti. * *Dimisi*, ait non Dimittam: Ne orationis fructum Deus differre videatur.] Dimisit iam Dominus cum primum Moses precator assurrexit. Per vitam meam iuro, me adeo mirabiliter esse operaturum vti immittam populum in Chananæam, vt vniuersa terra nominis mei gloria impleatur.* Cum enim beneficia Deus impertit, se gloriosum ostentat. Cum peccata dimittit, & ignoscit ingratis, tunc Dei gloria exorbitare dicitur. Attamen omnes illi homines, qui aspectarunt signa & portenta, quæ maiestatis meæ argumenta extitere & in Ægypto, & in solitudine, & me iam multis vicibus tentauerunt, præceptis meis non obsequentes: terra, quam eorum patribus promisi, nunime potientur; nec eorum exploratorum, qui detraxerunt mihi, dum terram lacte ac melle fluentem insalubrem esse & habitatores suos vorare confinxerunt, terram Chananitidem quisquam aspectabit. * Preme particulam, *Et tentauerunt me iàm per decem vices*. Peccatori præfigitur numerus peccatorum.] per decem vices me populus despexit? quem ab introitu terræ promissæ deturbabo. An qui per vices innumerabiles deliquia speras futura felicitate esse fruiturum? Quis sciat, an Deus post decem crimina vsque ad vndecimum expectabit? Profecto seruus meus Caleb, qui plenus alio spiritu, bono scilicet obediētiæ, magnanimitatis, fidei, ac fiduciæ, me secutus est, iussa mea faciēdo, nō obloquēdo, bonū exitum sperando, & alios ad spem erigendo in terram, quam lustrauit, inducam eiusque filios saluberrima fertilissima Palestina donabo. * Nihil enim sic Dominum ad munerandum allicit, quam alios ad virtutem erigere, & contra obloquentes veritatis causam propugnare.] Hebraice pro *Seruum meum Caleb inducam, &c.* est *Et seruo meo Caleb calcaneum*, id est, *merces in* calcanei formam, quæ cum sine terminatione sequatur; vt qui piè, fideliter, & viriliter terram Chananitidem explorator calcauit, circuiuit: præmio calcanei, id est, nunquam non prosequentis muneretur. * Præmium siquidem iustitiæ respondet non solum quoad substantiam, sed & modum videtur æmulari. *Esuriunt? saturabuntur: vrgent? consolabuntur: misericordes sunt: misericordiam consequentur*. Nullum vel accidens iustitiæ sine munere præteritur.]

5. *Dimittit, Deus, minax tamen.* Deus nō differt orationis ferentis fructum.

Cum Deus beneficia impertit ingratis, tunc eius gloria exorbitare dicitur.

Peccatori præfinitur, vel præfigitur numerus peccatorum, post quæ damnationi addicitur.

Deū allicit ad munerandum, alios ad virtutē allicere, & causam veritatis propugnare.

Præmium respondet virtuti & quoad substantiam & quoad modum.

25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. QVONIAM AMALECITES, &c.] Amalecitæ, & Chananæi proximarum vallium adsunt habitatores, ideo ne eorum gladio concidatis, ad solitudinem remeare oportet die crastina Rubri maris viam arripientes. Iam populus in Rethma, & Cades peruenerat, proximéque aderat a terra promissa: tantum enim intererant Idumææ montes; in pœnam ergo eos reuocat in solitudinē * Magnum planè irati Numinis est documentum, Deum permittere, vt à perfectionis via homines retrocedant.] Portò Dominus rursum est Mosi, ac Aaroni locutus sententiam mortis latam in detractores confirmaturus: An hæc pessima multitudo aliquando cessauit aduersum me obmurmurare? Querelas Hebræorū ingratorum audiui, quod eos eduxerim de Ægypto. * Ingrato enim beneficiū querelæ materiam exponit] Indica ergò eis pœnam, qua sunt exitialiter vulnerandi. Per vitam meam iuro, quod sicut toto mentis affectu magnáque animi perturbatione expetistis, idque *audiente me*, id est, intra Tabernaculum, vbi habito (* Delinquere in conspectu habitaculi Domini siue in Templo vbi Dominus specialiter commoratur, grauissima criminis circunstantia.)] sic vobis efficiam. An non dixistis, potius velle hac in vasta solitudine deperire, quam terram vobis initæ promissam: id igitur proculdubio præstabo. * Fuge in te maledicta iactare, quæ quidem plerumque supra caput occidunt imprecantis.] Apud hanc solitudinem vestra cadauera coniacebunt, quia prope Cadesbarne, vbi triginta & octo annorum manebit populus, moriemini. Omnes, qui annumerati estis viri dumtaxat duodecim Tribuum, &, quamuis non fueritis à viginti annis & supra numerati contra me tamen obmurmurastis, terram non possidebitis, pro qua quasi eleuata manu in altum, iuraui, quod ea vos essem donaturus. Solus Caleb Iephone filius, & Iosue filius Nun, qui honorem meum viriliter zelauerunt, in terra vobis promissa faciam habitare. * Profectò inter Dei beneficia annumero, donari hominem salubris vberísque terræ habitatione.] Paruulos autem vestros, de quibus irrationabiliter timore perculsi dictitastis prædam hosti futuros, in Chanaan introducam, vt eam terram, quæ vobis velut insalubris displicuit, velut habitatorum voratrix horrori extitit, valeant possidere. Vestra dum cadauera extra sepulchra terræ Chanaan mirum in modum à Patriarchis exoptata in solitudine à feris conculcantur. * Hinc fidelium studium de sepulcro extruendo apud patriam humum inter maiorum ossa commendo.]

6. *Pessima multitudo in solitudine iacebit.*

Irati Numinis documētum est, Deū permittere, vt quis à via perfectionis retrocedat.

Ingrato beneficiū querelæ materiā exponit.

Delinquere in Templo grauissima criminis circumstantia.

Maledicta cadere solēt in caput imprecantis.

Dei beneficiū est hominē donari salubris, vberísque terræ habitatione.

Laudabile studiū extruēdi sepulchrum apud patriā humū inter maiorum ossa.

33. 34. 35. FILII VESTRI ERVNT, &c.]

Filij

Filij vestri apud eremum vagi procedent annis quadraginta, & pœnam fornicationis vestræ seu præuaricationis, ac declinationis à mea lege portabunt, donec parentum cadauera sine Sepulchri honore iacere conspiciant. Profectò Hebræi ex Ægypto decimaquinta die mensis primi fuerunt egressi: transierunt autem Iordanem, & ingressi sunt Chanaan decima die mẽsis primi anno quadragesimu primo ab egressu (Ios. 4. 19.) Itaque desunt quinque dies ad quadraginta annos explendos. * En ob decem virorum obmurmurantium piacula tota Hebræorum communitas, flagellatur.]* Quam stultè Principes fideles & sancti conqueruntur de communi calamitate, quia iustè degunt: si sæpe ob paucorum subditorum crimina totum pœna vulneratur imperium. Vnde debent, vt supplicium terminetur; terminandis subditorum piaculis studere.], Annus vnus vnius diei explorationis terræ gressus affliget. * Vt nouerint impij, æternitatis horrere vindictam, si vel in hoc sæculo dies vnus malitia tot dierum tortura vindicatur.] Quadraginta annis pœnam vestrorum criminum recipietis, scietisque euidenter diuinam hanc esse vindictam. Sicut enim expressi verbis, sic actione complebo; pessima hæc multitudo apud solitudinem comminuetur, priusquam castra perueniant ad torẽtem Zareth, quẽ post trigesimam octaua mansionem estis transituri.

Ob paucorũ subditorum crimina totũ supplicio vulneratur imperium.

Dent operã Principes peccata subditorum terminare, vt flagellorũ diritas terminetur.

Horreat pœnã æternam peccato vni eo respõdentẽ, ex multiplicata huius sæculi vnius diei impietatis supplicio.

8.

Decẽ exploratorum cõturbantiũ populũ exitium.

36. 37. 38. IGITVR OMNES VIRI, &c.] Itaque vt supplicium à ducibus impietatis inciperet decem viri, qui ad lustrandam Palestinam fuerant immissi, & qui redeuntes ad murmur, & querelas populum incitarunt confingentes: terram insalubrem existere filiorum suorum voratricem: subita morte puniti sunt, Iosue filio Nun, & Caleb filio Iephone exceptis. *Duces, seu Præsules edisc[ant] prios affici supplicio, horribiliori quidem, qui alios ad piacula adducunt, præcipuè ad murmurationem & detractionem.

Qui alios ad murmurationẽ adducunt primi, & horribilius puniuntur.

39. 40. LOCVTVSQVE EST MOYSES VNIVERSA, &c.] Verba hæc sententiam mortis continentia Moses expressit Hebræis, & populus profusis lacrymis ingentem edidit eiulatum. Horroris enim dogmata ad lacrymas excitant peccatores. * Ille concionator egregius, qui auditores curat ad lacrymas compunctionis allicere, cœlesti supplicij peccatis respondentis proferens horrorem.] Porrò qui prius auersi, & refugientes se ostenderant, nunc præcipites, sine consilio, nutu, opeque Dei primo mane surgentes verticem montis Idumææ scandunt, vt sic statim in Chananæam penetrarent, in vtroque domino inobedientes. * Nunquam non errat subditus cum sine Dei nutu Præsulis ex ore expresso, etiã ad superiorẽ virtutum verticẽ ascẽdere studet. Ascensio illa prorsus erit descensio Parati sumus, inquiunt, ascẽdere ad Chanaan, iuxta Domini imperiũ priorẽ cõtumaciã emẽdaturi. * Cõtumacia emendatur, non cum subditus ad primum prosilit imperium, postquam Præsul diuersa præcepit, sed cũ se indifferentẽ & paratum exprimit ad vtrumque.] Ideo autem (addunt) parati sumus *quia peccauimus.* Qui consilium subtraxaui præcepa non possum non sententiæ seu clausulæ huius externam pulchritudinem commẽmorare. * Paratus enim debet esse homo ad quælibet difficilia quia deliquit.

9.

Se paratum exponit ascẽdere ad promissam Terrã populus lugẽs.

Proferat cõcionator cœlestis supplicij horrorem vt auditorum lacrymas excitet.

Sine Dei nutu ex ore Rectoris expressa subditus nec ad eleuationem, virtutũ verticẽ ascẽdat.

Cõtumacia prior emẽdatur, cũ subditus se indifferẽtẽ exponit Præsuli.

Paratũ se debet exponere ad difficilia quælibet, quia peccasti.

41. 42. 43. QVIBVS, &c.] Moses igitur curans populum præcipitem infrænare, Quare inquit, decedendo de castris absque præuia columna victrice, contrariumque præcipiente Domino, iter aggredimini, quod vobis non cedet in prosperum, quin potius accedet in exitium? * Subdito enim nulla sine obedientiæ præscriptione prosperitas.] Nolite in montana Chananæorũ scendere; non enim est vobiscum Dominus ad protegendum ob piaculum murmuris. * Licet enim fleueritis, & professi fueritis, vos deliquisse: non omnes lacrymæ, crimina diluunt, sed quæ ex cordis profunduntur affectu. Non omnis confessio (*Peccauimus*) peccatorum Deum ausculum allicit, sed quæ cum pœnitudine prælapsi criminis, & cum correctionis proposito geritur. Quod nam autem propositum adest, cum noua Domini iussa violantur? Impetuosum itaque votum ascendẽdi continere, ne hostili gladio feriamini. Amalecites & Chananæus adsunt in parte illa, versus quam pergere conamini, quorum gladio multi ex vobis procul dubio corruent, quod noluistis Domino iubenti, ne ascendatis, acquiescere: & quia vobiscum ad ferendum auxilium non erit qui ab inobedientibus longè recedit.

10.

Curat eos reprimerè Moses, ne gladio pereant.

Nulla subdito prosperitas sine obedientiæ præscriptione.

Nõ omnes lacrymæ diluũt peccatũ, sed quæ ex cordis affectu fundũtur.

Nõ omnis cõfessio Deũ placat, sed quæ cũ proposito correctionis geritur.

44. 45. AT ILLI CONTENEBRATI, &c.] At Hebræorum plurimi excæcati inobedientia, & cupiditate penetrandi in Chanaan, non acquieuerunt præcepto Domini, Mosisque monito: montisque scanderunt verticem, in quo Amalicitæ, ac Chananæi habitabant. Cum autem nec Arca testamenti ductrix præcessisset nec Moses precator adstasset, quiquidem cum Arca remansit in castris: facile Amalicitæ, & Chananæi per dorsum montis in sublime nitentes Hebræos deturbarunt, ac ceciderunt: reliquos autem, qui non ceciderant, persecuti sunt vsque Horma, locum scilicet qui ita post modum est appellatus. (Num. 21. 3) à strage ibi ab Hebræis edita, vel etiã ab hac clade nomen aptè potuit inuenire; *Horma enim Anathema* significat. * Et quando inobedientia anathemati non subiicitur. Loco illius particulæ: *Contenebrati*, Hebræus *Roborati.* scripsit. * Quam aptè robor militum idem quod tenebræ! Videntur enim vel fortissimi milites semper in tenebris militare; quia eorum gesta non videntur à Principe, vt condigno munere donentur.

11.

Hebræi cõtenebrati ascenderũt in montis verticẽ, & percussi sũt ab hostibus.

Inobediẽtiã anathemati subiicitur.

CAPVT

CAPVT XV.

Singulis hoſtiis libaminum menſura præſcribitur. Lex de panum, meſſis, & vuarum primitiis effertur. In ſabbato colligens ligna iubetur lapidari.

1. LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 2. Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Cùm ingreſſi fueritis Terram habitationis veſtræ, quam ego dabo vobis, 3. & feceritis oblationem Domino in holocauſtum, aut victimam, vota ſoluentes, vel ſponte offerentes munera, aut in ſolemnitatibus veſtris adolentes odorem ſuauitatis Domino, de bobus ſiue de ouibus: 4. offeret quicumque immolauerit victimam, ſacrificium ſimilæ, decimam partem ephi, conſperſæ oleo, quod menſuram habebit quartam partem hin: 5. & vinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ dabit in holocauſtum ſiue in victimam. Per agnos ſingulos & 6. arietes erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum, quæ conſperſa ſit oleo tertię partis hin: 7. & vinum ad libamentum tertiæ partis eiuſdem menſurę offeret in odorem ſuauitatis Domino. 8. Quando vero de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiam, vt impleas votum vel pacificas victimas, 9. dabis per ſingulos boues ſimilę tres decimas conſperſę oleo, quod habeat medium menſurę hin: 10. & vinum ad liba fundenda eiuſdem menſurę in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino. 11. Sic facies 12. per ſingulos boues & arietes & agnos & hœdos. 13. Tam indigenę quam peregrini 14. eodem ritu offerent ſacrificia. 15. Vnum preceptum erit atque iudicium tam vobis quam aduenis terrę. 16. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 17. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: 18. Cum veneritis in terrã, quam dabo vobis, 19. & comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino 20. de cibis veſtris. Sicut de areis primitias ſeparatis, 21 ita & de pulmẽtis dabitis primitiua Domino. 22. Quod ſi per ignorantiam prętereritis quidquam horum, quę locutus eſt Dominus ad Moyſen, 23. & mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltra, 24. oblitáque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, & ſacrificium eius ac liba, vt ceremonię poſtulant, hircumque pro peccato: 25. & rogabit ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſrael: & dimittetur eis, quoniam non ſponte peccauerunt, nihilominus offerentes incenſum Domino pro ſe & pro peccato atque errore ſuo, 26. & dimittetur vniuerſę plebi filiorum Iſrael: & aduenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam. 27. Quod ſi anima vna neſciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato ſuo: 28. & deprecabitur pro ea ſacerdos, quod inſcia peccauerit, coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. 29. Tam indigenis quam aduenis vna lex erit omnium, qui peccauerint ignorantes. 30. Anima vero, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, (quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit) peribit de populo ſuo. 31. verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. 32. Factum eſt autem, cum eſſent filij Iſrael in ſolitudine, & inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbati, 33. obtulerunt eum Moyſi, & Aaron & vniuerſæ multitudini. 34. Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eo facere deberent. 35. Dixitque Dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra 36. Cumque eduxiſſent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus eſt ſicut præceperat Dominus. 37. Dixit quoque Dominus ad Moyſen: 38. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: 39. quas cum viderint, recordẽtur omniũ mãdatorũ Domini: nec ſequãtur cogitationes ſuas & oculos per res varias fornicãtes, 40 ſed magis memores præceptorũ Domini faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo. 41. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt eſſem Deus veſter.

COMMENTARII.

1. Libamētorū mēsura exponitur.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Deus Mosi (ante discessum planè de monte Sinai in Tabernaculo fœderis) profatur: Hebræis ceremonias quasdam in oblationibus sacrificiorum obseruandas indices. Cum ingressi fueritis Chananæam, vbi necessaria pro sacrificiis vobis suppetent: & oblationem Domino in holocaustum super altare incendendum gesseritis: aut mactaueritis victimas seu ad promissionem implendam, seu vltroneè offerentes: aut in solemnitatibus lege præscriptis immolaueritis animalia odorem Deo suauissimum de bobus, siue de ouibus adolentes: quicumque immolauerit victimam minimam, scilicet agnum aut hœdum, oniculam lactentem, offeret sacrificium similæ, (quod holocaustis tantum & victimæ pacificæ non autem victimæ pro peccato erit adendum) decimam scilicet partem ephi, seu gomor. Porro purificata hæc farina erit subacta oleo, quod quartam partem hin, seu tres sextarios Hebræos, vncias scilicet quadraginta, id est, tres libras, ac vncias quatuor æquet: & vinum ad fundenda libamina. Simila itaque sale, & oleo commista victimæ cremandæ imponetur, & super hæc vinum profundetur. At per agnos singulos, & arietes, quæ sunt animalia mediocria, non sufficiet sacrificium similæ modo præscriptum, sed addendum ex similæ quantitate; agno iam validiori, vel ariete sacrificium similæ duarum decimarum est offerendū, quæ quidem farina pura tritici erit subacta oleo tertiæ partis hin; maiori enim similæ quantitati maior debet olei quantitas respondere, & vinum ad libamentorum conficiendum similiter tertiæ partis eiusdem mensuræ libabit, vt aliqua eius pars super altare in Odorem suauissimum Domino cremetur. Cur autem similę triticeę sacrificium holocaustis, & victimæ pacificæ, non autem victimæ pro peccato addi soledat?* Certè quia farina sincerrima Eucharistici panis typus, debet iàm animum peccato supponere immunem, tantaque puritate nitidum, vt nulla adsit ad piacula connotatio.]* Quare verò de similæ quantitate additur non solum arieti, & agno? Vt innuatur, imperfectorum pusillitatem supplendam aliquando esse vberiori Eucharistiæ frequentia; pusilli enim magnifiunt frequenti similæ sacrificio.* Hinc raro spirituales parentes, qui solummodo perfectis vitiis ac fœminis frequentem vsum Eucharistiæ concedunt. Eucharisticus enim panis, qui perfectis dat incrementa virtutum, pusillis exhibet perfectionem.

Eucharistia animū supponit omnimoda puritate nitidū vt recipiatur.

Imperfectorū pusillitas aliquādo supplēda Eucharistiæ frequētia.

Dāda Eucharistiæ frequētia imperfectis, vt perficiantur.

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. QVANDO VERÒ DE BOBVS FECERIS &c.] At cum de bobus præparas holocaustum, aut hostiam vt votum impleas, vel pacificas victimas pro singulis bobus animantibus vtique grandioribus similæ subactæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin, tres decimas præparabis, & vini ad liba fundenda mensuram eandem, quæ quidem omnia in oblationem suauissimi odoris Domino litabuntur. Cum igitur bouem, arietem, agnum, hædum obtuleris, vnà cum quolibet eorum modo tibi præscripto offeres libamenta: vt quo maior est hostia maius etiam libamen afferatur. Profectò tam indigenæ ex parentibus Iudæis exorti, quam peregrini de gentilitate ad fidem conuersi eodem ritu offerent sacrificia. Vnum præceptum ac iudicium sit omnibus qui vni subiiciuntur credulitati. * Nihil enim sic communitatem turbat, quam à lege communi subditum aliquem se peregrinum ostentare. * Si præceptum proselyto inferiori imponitur, & indigenæ primori imponatur, ne exemptionis indulgentia iustæ sit in communitate querimoniæ principium.

Cōmunitatē cōturbāt, subditū aliquē à cōmuni lege eximi.

Præcepta imponātur æqualiter inferiori, & primori subdito.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. LOCVTVS EST DOMINVS AD MOYSEM, &c.] Locutus autem Dominus legem de panum primitiis, sic Mosi profatur: Hebræis præscribe: Cum in terram Chananitidem patribus vestris promissam, qua vos donabo veneritis, & Iordane transmisso de panibus illius regionis comederitis: quasdam farinæ prælectas portiones Leuitis separabitis exhibendas, quasi panum ex die coctorum primitias. Quemadmodum de fructibus areæ, & torcularis primitias mense septimo præparatis vltra eas, quas in die Azimorum de spicis virentibus adducitis, & vltra eas, quas in solemni Pentecostes de panibus noviter confectis Domino offertis: ita & de pulmentis, seu rebus ex farina confectis, nempe de panibus Domino primitiua litabitis.* Tibi sit insuauis quotidianus panis, ex quo Dominus in sacerdote, aut in paupere portionem non accipit.

2. Panū primitia separanda Deo.

Insuauis tibi sit quotidianus panis, ē quo Deus in sacerdote, aut in paupere portionē nō accipit.

22. 23. 24. 25. 26. QVOD SI PER IGNORANTIAM PRÆTERIERITIS, &c.] Quod si tota filiorum Israel multitudo per ignorantiam peccauerit violando quidquam præceptorum Domini, quæ per Mosem indixit à die, quo cœpit imperare: offeret vitulum comburendum extra castra; suauissimum Domino in odorem, & sacrificium eius farreum, libaminaque olei, ac vini, de ceremoniarum exigentia: hircumque pro peccato. Ac sacerdos, qui perficiendis huius sacrificij ceremoniis adfuerit, pro omni Hebræorum multitudine deprecabitur, & peccatum non imputabitur eis, quoniam non sponte, sed ex ignorantia, vel ex passione, & non omninò scientes, ac volentes deliquerunt; nihilominus offerre debent victimam, quæ incendatur, & litetur Domino, pro se, ne iterum in priora labantur, & pro peccato, ac errore suo, vt eis remittatur: & dimittetur Hebræis cunctis, & aduenis ex gentilitate conuersis, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam illa, quæ hoc ritu venit expianda. Porro verba illa: *Nihilominus offerentes incensum Domino pro se, & pro peccato, atque errore suo* sic Hebraice efferuntur: *Et ipsi offerent oblationem suam sacrificium incensum*

3. Oblatio peccatū per ignorantiā.

incensum Domino peccatum suum coram Domino pro errore suo. Quomodo peccatum ipsum offertur veluti incensum pro errore? Quia illud ipsum, peccatum exponere, manifestare, aut profiteri, holocaustum est Domino gratissimum.

Confessio & manifestatio peccati est Deo gratissimum holocaustum.

27. 28. 29. QVOD SI ANIMA, &c.] Quod si vna particularis persona inconsideratione dignitatis, & excellentiæ Legislatoris deliquerit, pro peccato suo capiam anniculam præsentabit. Sacerdos autem, quando sacrificium obtulerit, pro huiusmodi delinquente precabitur, quod inscius peccauerit; nam si ex superbia ac rebellione deliquisset, nec deberet pro illo exorare, nec sacrificium Domino offerre. * Oratio enim, ac sacrificium humili pœnitenti peccatori proficit, non proteruo.] Impetrauitque ei veniam, illiq; dimittetur non tam sacrificij virtute, quam offerentis pœnitudine, ac deuotione. Tam Hebræis, quam proselytis vna lex erit delinquentibus per ignorantiam quantum ad offerendi sacrificia pro peccatis obligationem; hæc enim lex inter pœnalia computatur.

4. *Oblatio peccantis venium per ignorantiā.*

Oratio, ac sacrificiū humili, ac pœnitenti proficit, nō proteruo.

30. 31. ANIMA VERÒ, &c.] Homo denique, qui per superbiam volens se à diuinæ legis obedientia subtrahere, aliquod piaculum perpetrauerit, siue ciuis ille sit de Patriarcharum genere, siue peregrinus ad Iudaismum ex gentibus conuersus (quoniam aduersus Dominum rebellauit volens se quasi præcelsum eximi à lege) de populo suo deperibit, nec ei aliqua hostia suffragabitur. Præcepta enim Domini contempsit, fecitque irrita non quoad obligationem, sed quo ad eius finem & vsum, qui est Deo obedire. * Profectò contemnere leges, idem est quodammodo, ac irritas facere. Ex. gr. apud Regularium communitatem lex silentij seruandi facillime violatur; quid illud, nisi irritam legem ostentare? Ergo quoad vsum & finem lex fit irrita ex facilitate violantium.] Idcircò in tanti pœnam sceleris è fidelium catalogo delebitur, & è viuis exturbabitur, & pœnam pro peccato debitam subibit. * Vides, piacula ex superbia, & contempto exitiali supplicio puniri. Perit proculdubio Religiosus, qui ex regularum contemptu delinquit; paulatim enim ad præceptorum recidit violationem, vndè miserabilius animo, quam corpore deperit.

5. *Peribit, qui peccauerit per superbiā, Dominique præcepta cōtēpserit.*

Quasi irrita fit lex (v. gr. silentij) ex violatorum facilitate.

Religiosus qui ex cōtēptu regularū delinquit, animo demum perit.

32. 33. 34. FACTVM EST AVTEM, &c.] Cum autem Israelitæ apud deserta commorarentur, Sabbatum obseruarent quo ad vacationem ab operibus, licet non quo ad sacrificia: accidit, vt hominem colligentem ligna in die Sabbati inuenirent, zelo autem pio, legisque violatæ vindicatores ad Moysem, Aaronem, omnemque multitudinem reum arripuere. * Vtinam omnes Christicolæ legis zelo flagrarent, studerentque publicorum criminum inferendo supplicio.] Pij Hebræi illi vltro pergunt ad Iudices accusaturi Sabbati violatorem, Christicolæ autem, (proh dolor!) rogati, ac compulsi à Iudicibus, vt sibi cognita (imo & cunctis ciuibus) publica flagitia aperiant, se mutos ostentant; vnde probationis defectu flagitium publicum non punitur. Recluditur Sabbati violator in carcerem dubij quidnam circà primam agnitam sancti diei violationē aduersus reum gerere debuissent. Hebræus pro *ligna* scripsit *stipulas*. Colligebat leues ille facili labore stipulas, & tamen pœnæ exitiali addicitur. * An leue piaculum, tam graui pœna iustè vindicatur? Cum leges recens latæ sunt, grauiori pœna sunt transgressiones puniendæ leuiores, vt subditi horrore affecti, ad grauiora piacula prosilire non audeant.

6. *De homine quodā colligente in Sabbato ligna.*

Laudatur qui affectus pio zelo ad Iudices accurrit, vt publica flagitia sua accuset.

Dū lex recēs lata est, leues culpæ puniēdæ sūt graui pœna, in ciuiū horrorē ne grauiora crimina perpetrent.

35. 36. 37. DIXITQVE DOMINVS &c.] Dominus dubitanti Mosi profatur: Sabbati violator neci addicendus meritò, quia ob exiguum lucrum non timuit Sabbati polluere sanctitatem. Extra castra educitur, & lapidibus obruatur à turba. Miser foras adducitur, & lapidibus vulneratus sicut Dominus iusserat, interire cogitur. * Quam iustè è viuis tollitur, qui colligens ligna, labore deliquit. Nec dignus venia, qui non quietis commodis affectus, sed susceptis laboris molestiis delinquere affectat.

Quam inexcusabilis est, qui labore delinquit.

38. 39. 40. 41. DIXIT QVOQVE &c.] Deus addidit Moysi: Filiis Israel indices, vt fimbrias per palliorum angulos quatuor, ad eū modum quo in extremitate telarum fila quædam extare assolent. Fimbriæ, seu vittæ hæ sint violacei coloris, cœlestis scilicet, vt videntes cœli siue præmij cœlestis futuri imaginem mandatorum Domini recordentur. * Stultus seu impius erit ille, quē cœlestis aspectus ad Præceptorum Dei obseruandorum recordationem non alliciat.] Gestent, inquam, Hebræi has fimbrias, vt iis admoniti legis Domini, non sequantur cogitationes, & curiositatem cordis sui & oculorum concupiscentiam, quas sequentes à Dei præceptis aberrent, & tanquam fornicarij alieno rerum concupitarum amore, & peccatis polluantur. * Preme illud: *Et oculos per res varias fornicantes.* Aptè oculorum piacula fornicationis, id est actionis vocabulo designantur, quia ex visu solet cor hominis ad impudicas actiones illicò proripi. Lasciuos admouit oculos? Quam illicò prodibit iniquitas! Porrò fimbriarum aspectu proprij habitus Hebræorum memores præceptorum Dei facient ea, scientes habitū huiusmodi eos ostendere à gentilibus separatos, vero Numini addictos. * O si aspectus Regularis indumenti te à seculari cœlestium obliuione seiungeret, præceptorumque instituti memor eis exhiberes obsequium! Vt addictus strictæ Regularū obseruationi Regularem inspice fimbriam, sacrum intuere vestimentorum.] Quid ni à vobis exigerem mei, cœlestiumque rerum recordationem, si Deus sum vester, qui vos ex Ægyptiaca seruitute educens, meo seruitio mancipaui?

Aspectus cœli addacit nos ad memoriā præceptorum Dei obseruandorum.

Ex libidinoso visu, illicò luxuries ad actus nefarios prodit.

Vt Regularis instituti tui sis memor, vel obserues ea, Regularem inspice fimbriam.

CAPVT XVI.

Core, Dathan, & Abiron Mosi, ac Aaroni rebellant sibi Principatum, ac sacerdotium ambientes: sed à terra viui absorbentur sociis igne cælesti sublatis. Rursus murmurat populus, & rursum ignis cælestis experitur, effectus quidem Mosis extinguitur precatione.

1. ECce autem Core filius Isaar, filij Caarh, filij Leui, & Darban atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Phelerh de filiis Ruben, 2. surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilij per nomina vocabantur. 3. Cumque stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur eleuamini super populum Domini? 4 Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: 5. locutusque ad Core & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei. 6. Hoc igitur facite: Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum: 7. & hausto cras igne ponite desuper thymiama corã Domino: & quẽcumque elegerit, ipse erit sanctus: multum erigimini filij Leui: 8. Dixitque rursum ad Core: Audite filij Leui: 9. Num parum vobis est quod separauit vos Deus Israël ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? 10. Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis, 11. & omnis globus tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron vt murmureris contra eum? 12. Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus. 13. Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? 14. Reuera induxisti nos in Terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum, an & oculos nostros vis eruere? non venimus. 15. Iratusque Moyses, valde ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quod ne asellum quidem vmquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. 16. Dixitque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. 17. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. 18. Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron, 19. & coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. 20. Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait: 21. Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. 22. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? 23. Et ait Dominus ad Moysen: 24. Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core, & Dathan & Abiron. 25. Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, 26. dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. 27. Cumque recessissent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum vxoribus & liberis, omnique frequentia. 28. Et ait Moyses: In hoc scietis, quod Dominus miserit me vt facerem vniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: 29. Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & ceteri visitari solent, non misit me Dominus: 30. Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viuentes in infernum, scietis quod blasphemauerint Dominum. 31. Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus

pedibus eorum: 32. & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum. 33. descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. 34. At vero omnis Israël, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne forte & nos terra deglutiat. 35. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum: 36. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 37. Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucque dispergat: 38. quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas, & affigat altari: eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel. 39. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari: 40. vt haberent postea filij Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius loquente Domino ad Moysen. 41. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens. Vos interfecistis populum Domini. 42. Cumque oriretur seditio, & tumultus incresceret, 43. Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt operuit nubes, & apparuit gloria Domini. 44. Dixitque Dominus ad Moysen. 45. Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque iacerent in terra, 46. dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. 47. Quod cum fecisset Aaron & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama: 48. & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. 49. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core 50. Reuersusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quieuit interitus.

COMMENTARII.

1. *Core, Dathan, Abiron, & alij surrexerunt cōtra Mosē, & Aaron ambientes Præsulatū.*

VERS. 1.2. ECCE AVTEM, &c.] Core Mosis, ac Aarō cōsobrini (quia duorū fratrum erant filij Amram, & Isaar) & Dathan ac Abiron fratres filij Eliab, & Hon filius Phaleth Rubenitæ Mosi, ac Aaroni rebellarunt, non tam illius Principatum quam huius sacerdotium ambiētes, quasi illud a se primogenitis vtique indigne fuisset ablatum, maxime vero Core qui primogenitus Exo. 6. 18.) vocitatur. Hosce Duces Ducenti quinquaginta filij Israel viri nominis (sic Hebr.) celebres primores, & senatores, qui ad consilium solebant euocari, sequuntur. * Principum enim augustiorum exemplum inferiores primores assolent æmulari, quasi vilescat Equestris ordo, si Ducum, ac Principum non referat actiones.]

Equites Ducū, ac Principum augustiorum curāt act ones imitari.

3. CVMQVE STETISSENT ADVERSVM MOYSEM, AT AARON DIXERVNT, &c.] Hi itaque vnius scilicet Core ore Mosi, ac Aaroni profantur: sufficiat vobis, vt priuati viuatis, & vestra sitis sorte contenti; quia omnis hæc Hebræorum multitudo, populus sanctus est Deóque per veram fidem, religionem, cultum, & pactum in Sina initum deuinctus, & quasi æque ac vos ô Moses, & Aaron, consecratus: & in ipsis est Dominus, qui illis adest, beneficiisque prosequitur. Quare ergò super populum Domini vnus Princeps, alius Pontifex eleuamini vobisque & Principatum, & Pontificatum arrogatis? * Quam cœca est ambitio, quæ nec aliorum discutit merita, nec Dei noscit electionem, nec sancti gregis Pastori tradendo callet œconomiam.]

Ambitio cœca est, merita non noscit aliena.

2. *Moses facit omnes illos coram Deo statui.*

4. QVOD CVM AVDISSET, &c.] Audiens Moses rebellium sententiam, pronus ilicò cadit in faciem Dominum oraturus, vt seditionis impetus inhiberet. * Sanctorum quippe est, pro persecutoribus exorare.] Locutus postmodum ad Core, & ad omnem rebellium multitudinem. Prius orat, deinde loquitur. * Nā cum sermo difficilis præparatur oratio est præmittenda.] Mane, inquit, Dominus ostendet, qui sint eius, & exteriori signo exponet, quem velit sibi in sacerdotem sanctificari, aptari in Principem; vnóque, & altero fungi ministerio solummodo poterunt ij, quos Deus ipse ad hoc delegerit.* Stulte ambitiosus nullum non mouet lapidem, vt augusto muneri præficiatur, cum Dei solius sit electio. An Deus flectendus iniquis precibus? An munere corrumpendus.]

Sanctorum est, pro persecutoribus orare.

Ad difficilē sermonem proferendū, præmittēda oratio.

Stulte ambitiosus procurat, præfici augusto muneri, si Dei solius sit electio.

6.7. HOC IGITVR FACITE, &c.] Hoc gerēdum vobis indicam: Core, Dathan, Abiron, Hon, reliquique asseclæ thuribulis ignem sacrum apponant, quo thymiama coram sancto sanctorum iuxta altare rhymiamatis incendatur: & quem signo visibili Dominus elegerit

elegerit, ipse aderit segregatus, & electus à Deo ad sacerdotium, & Principatum. Multum erigimini filij Leui, *multum vobis* (sic Hebr.) sumitis, & arrogatis, vltra modum scilicet superbitis. Preme particulam, *Ipse erit sanctus*, id est, sacerdos *segregatus*. Idem enim est, sacerdotem esse, ac segregari à populo. * O quam ineptè sacerdotes augustissimi nostri adeò sæcularibus addicuntur, vt non segregati Deo, sed à Deo segregati esse videantur, plus sæcularibus propinquis applicari ad temporaria eis à pauperibus ablata impendenda, quam antè consecrationem.]

Sacerdos idē ac segregatus Deo. Nostri (heu) sacerdotes videntur nō segregati Deo, sed à Deo segregati sæcularibus magis addicti.

8. 9. 10. 11. DIXITQVE RVRSVM AD CORA: AVDITE FILII LEVI, &c.] Moses igitur ad Core, Aures, ô Leui filij (ait) verbis meis præbere. Etiam vobis sufficere debuisset à Deo fuisse à populo separatos, sibique speciali iure addictos vt Leuitico ministeri circa Tabernaculi obsequium operam daretis. * Ambitionis ingenium prælapsa beneficia non æstimat, semper anxia ad futurā.] * Ideò autem nihili præterita ducit, quia mundialia cuncta nunquam videntur esse bona, nisi cum experiuntur; possessio enim eorum aperuit inanitatem.] Nunquid existimas, ô Core, quod Dominus idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos Leuitas sanctificando vos, & separando ab alijs de populo, vt vobis etiam vltra sacerdotium vobis indebite vindiceris, & vt omnis globus seu congregatio tua ducentorum quinquaginta trium (Duces Dathan, Abiron, & Hon etiam annumero) virorum qui tecum rebellarunt, stet contra Dominum, vt eius dispositionem conetur infringere? quid est enim Aaron, vt ausus fuerit sacerdotium vsurpare tantúmque munus absque Dei iussione exercere? Cur ergo ob eam causam contrà eum obmurmuratis? * Certè qui se sacerdotij seu Præsulatus muneri ingerit, dignus admodum est, qui obmurmurantium linguis vulneretur. Impudentissimæ enim vanitatis est, se aptum tam difficili muneri existimare]

3.
Mosis sermo ad ambitiosos.
Ambitionis ingeniū prę-lapsa beneficia nō ęstimat.
Mūdi bona cuncta cum possidentur] apparent inania.

Dignus, qui murmurantorum linguis vulneretur, qui se ingerit Præsulatus muneri.

12. 13. 14. MISIT ERGO MOYSES, &c.] Moses igitur nuncium ad Dathan, Abiron, ac Hon immisit, (nam Core solus aderat) iubens, vt ad se accederet. Ast illi superbo sermone mentis expressére proteruiam, fantes: Nolumus venire. Quasi parum esset, ô Mose, nos è terra Ægypti veraciter lactis, mellísque riuulis irrigata, vt in solitudine interimeres: addis etiam tui æterni molestiam Præsulatus, nos non ciues æstimans, filios, aut fratres: sed flagellans mancipia. Re vera nos in terram lactis ac mellis riuis dilutam adduxisti (sarcasmus est) Hæccine in deserto est terra illa fertilissima, in quam te nos inducturum iactitabas? Diuites nos agrorum, ac vinearum possessione reliquisti. Num nos oculis vis orbare (*quieres nos sacar los ojos*) ne tuas imposturas intueamur? Ad te venire noluimus, nec tuis imperiis obedire. * Desperata subditi salus cum obedientiæ comminuit habenas.]

4.
Aduocantur Dathā & Abiron, ac superbe respondēt.

Desperata subditi inobedientis salus.

15. 16. 17. IRATVSQVE MOYSES, &c.] Superba rebellium Ducum seditionis responsio ad iracundiam Mosem Principem adduxit. * Est enim laudabilis ira zelo legis, Deíque honoris accensa.] Dominum ergo precatur: Ne sacrificia, seu thurificationes eorum gratanter aspicias. (Certè non illi victimas, sed thymiama solummodo obtulere.) Tu scis ô Domine, nec vilissimum vnquam ab auarissima eorum manu accepisse: & tamen non ideo eorum quemquam vacuamea manu afflixisse. * Præsulis enim probi manus ex munerum defectu non obdurescit ad infligenda vulnera.] * Si eleemosynæ subsidia non aderant, quomodo orationis thymiama proficeret?] Fatur itaque Moses ad Core: Die crastina tu, & rebellium cunctorum congregatio coram Domino iuxta altare thymiamatis hic state, ibi, Aaron à vobis separatus. Vos ducenta quinquaginta thuribula fumare igne facite immisso: non quidem sumpto de sanctuario, sed quæ seditiosi vobis fabricastis. Etiam Aaron suum sacrum thuribulum sacerdotali manu teneat. * Miror, solummodo ducenta quinquaginta assignari thuribula, cum præter ducentos quinquaginta rebelles primores Core, Dathan Abiron, & Hon thuribula sua tenentes addiderint eorum numerum. Certè Ducum rebellionis thuribula non speciatim memorantur; quia proba, aut iniqua subditorum actio tota Præsulis est. & actio Præsulis tota est subditorum. Thuribula ergo Præsulis, seu iniquæ thurificationes iàm censentur in subditis.]

5.
Orat Moses ne Deus eorum sacrificia suscipiat.

Laudabilis ira ex zelo legis.

Probi Præsulis manus ex munerum defectu nō durescit ad infligenda vulnera.
Oratio ex eleemosyna efficax.

Probæ, seu iniquæ subditorū actiones Præsulē referunt operantem.

6r

18. 19. 20. 21. QVOD CVM FECISSENT, &c.] Porro Core accurrit ad sociorum rebellium turbam, vt eos coram stante Mose, & Aaron faceret apparere, ipse autem timore perculsus non adfuit. Dathan, Abiron, & Hon ex contumacia venire noluerunt. Itaque ducenti quinquaginta viri illi ad ostium Tabernaculi conuenere cunctísque in nubis columna specialis fulgor apparuit præsentiæ Dominicæ assertor. Dominus ergò Mosi ac Aaroni profatur: separamini de medio congregationis huius sacerdotium ambientium: & populi, qui illis adest, eísque fauere non veretur: vt eos vtique repente disperdam. *O quam vtilis impio proborum societas, si dum vnus aut alter adest, Deus horribili iracundia accensus non prosilit in impios!] * An non posset Deus impios obruere repentina clade, asseruatis Mose, & Aaron? Non vult Deus miracula sine necessitate exponere. Mirum autem esset quodammodò si pereuntibus impiis, omnes eorum socij non disperderentur] *Magis enim piis nocet improborum societas, quā prodest impiis iustorum consortium.]

Re fiē & belles disperdūtur.

Vtilis admodum impiis proborū societas.
Muū placo, pereuntibus impiis socios eorū nō deperire.

Plus nocet iusto societas impij, quā impio prodest iusti cōsortium.

22. QVI CECIDERVNT PRONI, &c.] Illico igitur Moses, & Aarō de agnata Præsulibus erga subditos pietate proni in faciē precaturi ceciderunt proclamantes. Potentissime Deus, qui omnem animam humanam condidisti, quique carnis spiritum, seu intima carnis scrutaris, mentem hominum, propensiones, vota cognoscis: an vno delinquente, vel altero contra omnes tua conflagrat iracundia? Pauci peccarunt, ad illos ira pertinet. Congregatio hæc non sicut illi contumax, sed leuius deliquit rerum adducta nouitate: digna ergò, cui ignoscas. * Si ducenti quinquaginta quatuor deliquerunt, quonammodo vnum solummodo Moses asserit deliquisse? Profectò quia

Qui Doctor aut Doctor est criminis cōmunitatis quasi solus deliquit.

cum

cum aberrat communitas Ductor ac Doctor criminis solùs delinquere videtur: ipse enim est quodammodo totius peccatum communitatis.] * Et quia vnum Ducis delictum videtur omnium communitatis criminum malitiam exponere.

Ductor peccati multorũ, omnium suo in crimine videtur peccata exponere.

23. 24. 25. 26. 27. ET AIT DOMINVS, &c.] Iube (inquit Dominus Mosi) vt cunctus populus à tentoriis Core, Dathan, Abiron, Honque separetur hominum vtique propterea quod capita seditionis extiterant, impiorum. * Quænam enim maior impietas quã totam communitatem iustorum conturbare?] Surgit Moses, ad Dathan, & Abiron tabernacula pergit, senioribus seu primoribus Israel, seu assignatis à Domino Iudicibus sequentibus, fatur autem ad turbam: A tabernaculis impiorum hominum semouemini, noliteque quidquam eorum contingere, ne pœnæ eorum criminis fiels participes. * En cur communibus calamitatibus peccatori immissis etiam iusti premuntur, quia cum peccatore commorantur. Triticum zizaniis admistum zizaniorum extirpationis pericula subit.] Recessit admonita turba à Core, Dathan, Abiron, Honque tentoriis per circuitum; ipsi autem rebellium Duces se se in introitu papilionum cum vxoribus, liberis, omnique famulorum, ancillarum, paruulorum frequentia, seu satellitio, exposuerunt.

Impietas magna, communitatem conturbare.

Iusti premuntur peccatoris incommodis, quia cum ipsis degunt.

28. 29. 30. ET AIT MOYSES, &c.] Moses profatur: Volo signum euidens vobis exponere, me à Domino immissum fuisse, vt vniuersa præstarem, quæ in vestri ex Ægypto eductione, totoque meo ducatu, ac præsertim circa Aaronis, & filiorum eius in sacerdotes electione gessi. Si Duces hi cœcorum rebellium consueta hominum plaga, cuiusmodi est pestis, fames, bellum, interierint, credite, me à Domino non immissum, nec ritè omnia præstitisse. At si Dominus extraordinariam excitauerit plagam, vt si terra, facta voragine os suum aperuerit, eosque, & omnia, quæ ad illos pertinent deglutierit, ipsique descenderint viui in infernum: sit vobis documentum, me immissum ad Dominum, eosque Dominum blasphemia irritauisse. Opus enim Dei, scilicet Aaronis calumniati sunt sacerdotium: idque non Deo, sed Mosi, eiusque fauori iniusto tribuerunt. An non hoc blasphemare? Blasphemia enim est, cum opus Dei dæmoni, aut homini tribuitur. * Ediscant subditi, detractiones suas, communitatis conturbationes; obmurmurationes Præsulis famam deturpantes in Deum esse blasphemias, seu ingentem Dei iniuriam.

Subditorum obmurmuratio famam Præsulis deturpans velut blasphemia in Deũ.

31. 32. 33. 34. 35. CONFESTIM IGITVR, &c.] Dixit Moses, & confestim terra dirupta sub eorum pedibus, illos cum tentoriis eorumque substantia vorauit. Vxores enim, filij reliquique familiares peccati participes fuerant rebellibus consentientes, & illorum conatus approbantes: ideoque Dominus eadem illos pœna inuoluit. * Et quando, precor, nutante familiæ capite, non omnis simul familia nutat, & corruit? Profectò paruuli, qui per ætatem peccare non poterant, etiam absorpti sunt; vt in iis parentes punirentur. * Vel morienti enim parenti molesta, ac dura est mors filiorum: quid patri superstiti? si diutius filij vixissent? parentes impios probabiliter fuissent æmulati.] * Rarò enim filius impij cum lacte non epotat impietatem] * Ergo ingens Domini misericordia fuit; immaturè filios esse arreptos, ne parentum imitatores æterno exitio addicerentur.] Certè qui corporibus non pepercit, animis pepercisse quis dubitet? nam per remedium legis naturæ ab originali expiatos credibile est, licet Circumcisio in deserto non fuerit vsurpata. Descenderunt itaque absorpti à terra viui in infernum (propriè dictum) actu quidem inchoato, non perfecto: operti que sunt humo, terra, quæ discesserat, hiatum suum concludente, & de medio multitudinis perierunt. Pereuntium clamore cum terram concuti præsentirent, perterriti Israelitæ per gyrum adstantes fugam arripuere profantes: Ne forte simul à terra deglutiamur. Profectò ex altari holocaustorum, ex quo ignem petebant, ad adolendum thymiama, egressa flamma vorax ducentos quinquaginta viros, qui se ad offerendum thymiama comparabant absumpsit. * Cum enim contra altare deliquerit, criminis pœna ex altari procedet. Quam stultus, qui audet lædere altaris iura, si tam promptum vindictæ ignem souet altare.]

Familiares Domini familiæ mores imitantur. Vel morienti parenti dura est filij mors.

Rarò impij filius non bibit cũ lacte impietatem. Misericordia Dei, multi filij paruuli arripiuntur.

Si contra altare delinquis, ex altari criminis pœna procedet.

36. 37. 38. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Deus Mosi locutus: Eleazaro sacerdoti Aaronis filio iube, vt thuribula rebellium, quæ inter flammas incendij iacent, attollat, ignemque huc illucque dispergat, ne absumantur omnino liquefacta vtique vi ignis, terræque rimulis absorpta; quoniam sanctificata sunt, dum Deus in impios vindictam exercuit. * Quasi sanctitas sacrorum vasorum polluatur, dum iniqui ministri non puniuntur. O sacerdos, calici inferens iniuriam, cum indignè ad altare accedis, quomodo non times, Deum in exitio tuo sanctificaturum esse suum calicem, quem sacrilegò tu polluisti?] In laminas itaque thuribula ab Eleazaro producantur holocaustorum altari affigendas; (sanctificata enim iam etiam sunt, quia iussa Tabernaculo offerri.) vt filij Israël aspectantes has laminas, impiorum supplicij recordentur, ab huiusmodique abstineant impietate. * Et quidem impiorum prælapsa supplicia mentis oculis exposita furoris animi morbis medicamina præparant. En cur Societatis IESV Concionatores assolent suppliciorum exempla auditoribus enarrare, vt impiis sint in laminas redacta thuribula ad iræ cœlestis contra impietatem monimentum.

4.
Iubet Deus Eleazarum thuribula tollere, & ea producere in laminas, ad supplicij monimentũ.

Sanctitas vasorum sacrorum quodammodo polluitur, dum iniquus minister non punitur.

Societas Iesu narrat suppliciorũ exempla, vt sint auditoribus thuribula in laminas redacta ad iræ cœlestis monimentum.

39. 40. TVLIT ERGO, &c.] Tulit igitur Eleazar de loco, vbi incendium grassatũ fuerat, ænea thuribula, in quibus ducenti quinquaginta viri, quos absumpserat flamma, ausi fuerant offerre: & in laminas redegit, & affixit altari. * Cuius ornatus egregius proculdubiò est impietatis punitæ commemoratio.] Vt haberent scilicet Hebræi muros, admonitores, nè quis alienigena, siue qui Aaronis filius nõ est, audeat non solum ad alia sacerdotalia munia, sed neque ad incensum Domino, offerendum, accedere; ne forte si id attentare præsumat,

Ornatus egregius altaris est punitæ impietatis commemoratio.

morte corripiatur, sicut Core, omnesque socij eius fuere correpti; loquente vtique, seu aperiente Domino Mosi miraculosi supplicij modum, eoque Domini præscripta exequente.

41. 42. 43. 44. 45. MVRMVRAVIT, &c.] Non dum ex alieno periculo sapiēs Hebræorū populus, seu maxima eorum pars, sequenti die, cum paulisper timor præteritæ punitionis est intermissus, contra Mosem, & Aaronem obmurmurauit. * Facilè suppliciorum memoria aboletur, ideo Præsules debent eam frequenter, pœnis additis, refricare.] Vos (inquit turba) Domini populum Leuitas scilicet Deo dicatos precum remissione, aut crudeli imprecatione interemistis. * Fateor, sæpe peccatores ex defectu sacerdotis, aut iusti precantis miserè deperire.] Seditio exoritur, Mose & Aarone se iuste defendentibus, in eosque verbis aspersis exurgente multitudine. Cùm autem tumultus popularis inuelesceret per continuum murmuris, additis vocibus nouorum ciuium, incrementum. Moses, & Aaron non valentes populi vim repellere, ad Tabernaculum quasi ad diuina protectione munitum asylum aufugerunt. * Templum sit tibi ab hostibus agitato asylū, quo aufugiens, minimè fracto corde, aut pressus timiditate videberis; sed fortitudinis documenta expones.] Postquam autem ingressi sunt Tabernaculum, nubis columna, seu nubes alia cœlitus demissa illud operuit: & ita apparuit fulgida, vt in ea potuerint aspectatores gloriā Domini contemplari, quasi in signo diuinæ præsentiæ manifesto. Dominus itaque Mosi profatur: Recedite de medio huius improbæ multitudinis, nec in Tabernaculo, quod in medio castrorum est, precaturi pro populo maneatis; etenim vltra Partem illam, quam combussi, & submersi, etiam nunc reliquam comminuam multitudinem. * Preme particulam, *Etiam nunc* Ac si diuinæ iracundiæ summa esset manifestatio, supplicio addere supplicium, qui tam pronus est ad misericordiam.

8.

Murmurāt Hebræi cōtra Mosē, & Aaron Numine irato.

Facilè suppliciorum memoria abolitur, ideo debet refricari.

Ex defectu sacerdotis, seu iusti precantis sæpe peccator deperit.

Nō est ignauis, ad Teplū aufugere, sed fortitudinis documētum.

Magnū diuinæ documētū est, addi supplicium, supplicio.

46. 47. 48. 49. 50. CVMQVE, &c.] Cumque Moses & Aarō in terra suppliciter Dominum pro incolumitate delinquentis populi deprecantes: reuelatumque Mosi esset, Hebræos nihilominus plaga horribili vulnerandos, Aaroni profatur: Aureum illico attolle thuribulum, quod thymiamatis seruit altari, & hausto igne de altari holocausti, incensum immitte, perge citò ad populum, vt pro miseris deprecetis Sinnorulis vitæ dum pergis; priusquam rogaturus accedas, conflagrabunt, inueniesque nō asseruandos precum vi superstites, sed humanda semiusta cadauera; iā enim egressa ira a Domino, seu ab altari flamma plurimos de populo conuertit in cineres. Currit Aaron ad mediam multitudinem, ad eam, inquam, multitudinis partem, quam iam vastabat incendium à Domino suscitatum, obtulit thymiama, stansque inter populi combustam, & non combustam multitudinem, pro populo deprecatus est, ne Dei ira vlterius populū cōminueret: & plaga cessauit, igne quidē extincto. Porro qui percussi fuēre quatuordecim millia supra septingentos homines numerantur, ex numero expunctis, qui pridie in seditione Core ac sociorum eius deperierant. Denique Aaron ad Mosem; qui iuxta ostium Tabernaculi aderat, rediit, postquam quieuit interitus. Remanserat quidem in Sanctuario Moses pro cessatione plagæ efficacius inibi precaturus. * Addit etenim vim orationi loci sanctitas.] Si licebat tantum offerri thymiama apud thymiamatis altare, quomodo Aaron extra illud ausus est offerre? Quia id ei Moses ex diuina iussit inspiratione, ostendens vtique ignis sacri dignationem vasis sancti pietatem, pergentium ad populi habitacula in leuamen egentium. * O sanguinis, ac corporis Dominici vas properans ad tuguria! O ineffabilem Domini dignationem.

9.

A Mose Aaron rogaturus pro populo immittitur, precatur, & plaga cessat.

Oratio in Tēplo efficacior

Ineffabilis Domini in Eucharistia dignatio pergētis ad hominum tuguria.

CAPVT XVII.

E duodecim virgis à duodecim Principibus Tribuum coram Domino appositis sola virga Aaronis floret, & germinat, eoque mirabili effectu Aaronis sacerdotium confirmatur.

1. ET locutus est Dominus ad Moysen, dicens 2. Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. 3. nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas seorsum familias continebit: 4. ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar ad te. 5. quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. 6. Locutusque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron. 7. Quas cùm posuisset Moyses corā Domino in tabernaculo testimonij. 8. sequenti

8 sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt. 9. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israël: viderúntque & receperunt singuli virgas suas. 10. Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij: vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israël: & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. 11. Fecitque Moyses sicut præceperat Dominus. 12. Dixerunt autem filij Israël ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes periuimus. 13. Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur: num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus.

COMMENTARII.

1. *Accipiuntur à duodecim Tribuũ Principibus totidẽ virgæ, & coram Deo apponuntur.*

Ad honoris munia non iubet proceritas, sed vel in vulgari merita conferant.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. ET LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Deus Mosi prosatur intendens Hebræorum intercidere querimonias circa Aaronis sacerdotium: Hebræis loquere, & à duodecim Tribuum Principibus totidem virgas (aut scipiones) accipe, in quarum summitate nomen Principis Tribus scribendum est: *in virga* autem *Leui* (sic Hebr.) nomen inscribatur Aaronis, quælibet autem vnius Tribus virga cunctas seorsim familias eiusdem Tribus continebit. Ne videatur vel infima Tribus familia à tanto excludi sortis honore.* Iusta obiicitur querimoniæ causa, cum ad honoris munia solatuuar proceritas, non merita vel in volgari conferunt. Duodecim ergo virgas in Tabernaculo coram Arca collocabis, vbi ex Cherubinorum alis ad te loquar. Virga illius viri, quem ex duodecim ad sacerdotale munus elegerim, flores proferet, fructus exponet; quo quidem miro effectu a me faciam quiescere querimonias eorum, qui aduersum vos frequenter obmurmurant. Cur non dixit, *Et cohibebo à vobis querimonias*, si contra Mosem, & Aaronem illi oblatrabant? Certè cum aduersus Præsules murmur, aut querimonia excitatur, Deus ipse percutitur.]

Querimonia cõtra Præsulẽ, aduersus Deum est querimonia

2. *Sola Aaronis virga germinat.*

6. 7. 8. 9. LOCVTVSQVE EST MOYSES, Moses itaque Dei præscriptum indicit Hebræis, duodecimque Principes Tribuũ ei virgas exhibuere, extiteruntque præter virgam Aaron virgæ duodecim. Annumerato enim Leui Tribu aderant Tribus tredecim, (nam Tribus Ioseph erat bipartita, Ephraim scilicet, & Manasse.) Pro Tribu ergo Leui posita est virga Aaronis, quæ fuit decimatertia. Moses igitur tredecim scipiones in Tabernaculo coram Domino apposuit, regressus autem die sequenti virgam Aaronis, qui in domo, seu Tribu Leui erat primogenitus, inuenit gemmina protulisse, duodecim reliquis pressis siccitate. Protulerat virga Aaronis (sic Hebr.) germẽ, expresserat flores, ediderat amygdalas triplicis miraculi expositione; nam & arida virga flores protulit, hæ conuersæ statim in flores fuere, & hi in fructus.* Vt scilicet innueretur, sacerdotale munus non in percutienti virga, sed in fructifera arbore designari. Sacerdos non siccitate expressa sed succo exposito subditos continebit.]* Egregia illa sacerdotalis potestas, quæ comedi possit, non timeri.] Siccos ergo scipiones reliquos Moses à conspectu Domini auferens Israël Principibus reddidit, suum pulchrum Aaroni, qui quidem receperunt. Virga infructifera quæ non germinat à cõspectu Domini deturbatur, qui quidem vacuos despicit adoratores.* O quam insignis ille Princeps, qui comeditur! Ideo optima Iosephi potestas in triticeo manipulo designatur. Ideo Christus vetus panis absumptus à subditis Rex Regum meritò nuncupatur. Haud probus ille Præsul est, quem subditi deglutire non valent. Liceat Hispanè exponere. *Mal Prelado es aquel, à quien no pueden tragar los subditos.*

[Sa]cerdotium [no]n percu[ti]ente virga, sed in arbore fructifera signatur.

Sacerdotalis potestas augusta, quæ possit comedi, non timeri.

Egregius ille Princeps qui à subditis comeditur. Haud autem probus ille, aquien los subditos no pueden tragar.

3. *Iubet Deus Aaronis virgam in Tabernaculo asseruari.*

10. 11. 12. 13. DIXITQVE DOMINVS, &c.] Mosi denique Dominus: Virgam, inquit, fructibus plenam, quam Aaroni reddidisti, refer ad Tabernaculum, vt ibi rebellionis præsente asseruetur in signũ: & querimoniæ Hebræorum quiescant, ne cogar rursum rebelles interimere. Quonammodo virgæ germinantis præsentia continebit oblatratores? Certè dum miraculi recordantur, agnoscent Aaronem à Domino electum, non ab homine designatũ.* Nunquam non querelæ sedabuntur, si videns socium inferioris forsaisè meriti tibi, reliquisque Præpositum, recordaris, à Præsule Dei vices gerente nominatum.] Porrò Moses Tabernaculo germinantem virgam restituit, sicut Dominus imperarat. At filij Israël ex proxima clade perterriti, conclamarunt ad Mosem: En tot homines superioribus cladibus sunt absumpti, vt populus deficere videatur. Quicũque non initiatus, & Deo non vocante, ad Tabernaculum accedit, mortis subit supplicium. An omnes sumus cœlesti ira delendi? Precamur ergo, tuis precibus, si quod malum impendeat, auerti. Multum planè proficient Mosis preces, sed recta vestra magis proderit operatio. Clade corripiuntur, qui obmurmurant, qui non initiatus, & Deo non vocante ad Tabernaculum accedit? Non igitur obmurmuretis, non indebito modo accedatis, & non timebitis, ne Dominus in vos alia aliqua plaga deseuiat.]* Ingratitudinis vitio inueterati, velut impossibile existimant vel timoris freno contineri. Iam se Hebræi omnino reputant absumptos, quia se rursum æstimant delinquentes.

Non queretis de Præposito inferioris meriti; si memineris tibi à Deo nominatum.

Quam difficile vincitur prauus delinquendi habitus.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Sacerdotibus Deus in alimoniam, victimas, primitias, cæterasque oblationes consignat, Leuitis vero decimas ea lege, vt ex decimis decimas selectiores ipsi dent Sacerdotibus.

1. DIXITQVE Dominus ad Aaron: Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri. 2. sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sume tecum, præstóque sint, & ministrent tibi: tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. 3. Excubabuntque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi; ita dumtaxat, vt ad vasa Sanctuarij & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. 4. Sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus ceremoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. 5. Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israël. 6. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israël, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius. 7. Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur. 8. Locutusque est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. 9. Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. 10. In Sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi. 11. Primitias autem, quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. 12. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. 13. Vniuersa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos: qui mundus est in domo tua, vescetur eis. 14. Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. 15. Quidquid primùm erumpit è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, omne animal quod immundum est, redimi facias, 16. cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere Sanctuarij. Siclus viginti obolos habet. 17. Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino, sanguinem tantum eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem Domino. 18. Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erunt. 19. Omnes primitias Sanctuarij, quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis, iure perpetuo Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. 20. Dixitque Dominus ad Aaron: in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. 21. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo seruiunt mihi in Tabernaculo fœderis: 22. vt accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum, 23. solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi, legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, 24. decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 26. Præcipe Leuitis, atque denuncia: Cùm acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, 27. vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis quàm de torcularibus: 28. & vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti. 29. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis,

optima

optima & electa erunt. 30. Dicésque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: 31. & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ: quia pretium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij. 32. Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

COMMENTARII.

1. Ad sacerdotes attinet cura circa ceremonias Leuitarum.

VERS. 1. 2. DIXITQVE DOMINVS AD AARON, &c.] Ad Aaronem Dominus profatur post confirmatum tot miraculis eius sacerdotium: Tu, filij tui, ac posteri domus tuæ pœnas dabitis, si quid apud Sanctuarium in ceremonijs delinquetur, aut si quis externus vestra negligentia se se sacris immiscere tentauerit; vos enim in sacerdotio confirmaui miraculísque auctoritatem vestram apud populum sanciui. Ad vos ergo attinet, fortiter sacerdotij iura tueri. * Rationem redditurus est sacerdos de qualibet perpetrata aut à sæcularibus, aut ab inferioribus Clericis in Templum iniquitate. Ideo enim Deus eius sanciuit auctoritatem.]* Certè apud fidelem Christicolarum populum haud sunt noua necessaria miracula ad sacerdotum auctoritatem adstruendam, si credimus sacerdotali potestate vi verborum panem Christi in corpus conuerti. Ergò qui tantam habet potestatem Regem, Principes, cunctos potest frænare, dum Templi sacerrimi iura defendit.] Sed ad maiorem auctoritatis ostensionem fratres tuos de Tribu Leui, & sceptrum, seu Tribum tuā sume, id est, omnis, Tribus potestate vtere ad sacerdotalem auctoritatē amplius adstruendam. Præsto sint Leuitæ, tibi ministrent. Pontificem enim decet famulantium apparatus. * Taxo Præsules Ecclesiæ, qui vt de sumptibus detrahant, de ministrantium tollunt auctoritate.] Attamen fratres ex Leuitico ordine debent assumere: *Sed & fratres tuos de tribu Leui sume tecum.* * Dedecet Episcopum famulis sæculari habitu ornatis stipari.] Tu autem ô Aaron, ac filij tui in Tabernaculo immediata sacra munia angustiora geretis.

Rationem reddet sacerdos de qualibet perpetrata in Tēplum iniquitate. Nostrorum sacerdotum auctoritas quotidie miraculis sancitur.

Episcopi decēti famulorū apparatu vtantur.

Dedecet Episcopos, famulis sæculari habitu ornatis stipari.

2. Leuitæ ministrabunt sacerdotibus.

3. 4. 5. 6. 7. EXCVBABVNTQVE LEVITÆ, &c.] Leuitæ prompti alacrésque aderunt vti famuli, qui heri iussa expectant, obedire parati, vt scilicet custodiant Tabernaculum, illud, cum admouentur castra, deportent aliaque cuncta Tabernaculi opera exerant hac lege, vt ad Sanctuarij vasa, & ad altare non audeant accedere, ne & ipsi, & vos morte corripiamini, illi quidem propter temerarium sacrorum attactum, vos autem quia non prohibuistis. *Grauissimo dignus supplicio sæcularis, qui sacra audet violare iura, sed non minori pœnæ obnoxius sacerdos, qui sæculares non cohibet ausus.] Tecum igitur sint Leuitæ & accuratè Tabernaculum custodiant, cunctis ceremonijs, seu religiosis ministrationibus incumbentes. Qui de alia Tribu est, vobis non admiscebitur. * Ecclesiastica enim munia haud aptè sæcularis minister obibit. Tractent fabrilia fabri.] Circà custodiam Sanctuarij à Leuitis gerendam, inuigilate, & altaris diligenti ministerio studium impendite; ne indignatio mea super filios Israel oriatur, puniturо me populum ob sacerdotū crimina, corpore pro capitibus flagellato. * O quoties tota Ciuitas vulneratur propter vnius, aut alterius sacerdotis piacula?] Fratres vestros Leuitas, quos elegi, ac segregaui de medio populi, vobis ministros, ac coadiutores assignaui, & Domino donaui, eos diuino cultui addicēs, vt munus, quæ non sunt sacerdotum propria, opus exhibeant. Tu autem quasi summus Pontifex & filij tui velut inferiores sacerdotes sacerdotiū vestrū custodite, nullatenus permittētes vt quispiā se ei ingerat alius. Omnia ergo, quæ ad cultū altaris sacrificiorum pertinēt, & intra velum, quod in ostio Tabernaculi pendet diuidens atrium à Sanctuario, adsunt, per sacerdotes administrabuntur, oblatio scilicet sacrificiorum, thymiamatis appositio, lucernarum accensio, panum, ac Propitiatorij cultus. Si quis non sacerdos ad isthæc munia accesserit obeunda, in pœnam suæ temeritatis occidetur.

Pœna dignus sacerdos, qui sæculares violantes iura Ecclesiæ non cohibet.

Non aptè obit ecclesiastica munia sæcularis minister.

Sæpe Ciuitas tota ob crimina vnius sacerdotis flagellatur.

3. Primitiæ omnes sacerdotibus præparātur, quæ in sanctuario à vnis edenda.

8. 9. 10. LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Aaroni autem Dominus: Custodem te inquit, primitiarum constitui, siue oblationum mearum. Omnia, quæ à filijs Israel mihi segregantur, & offeruntur, tibi, filijsque tuis tradidi in vsus *pro sacerdotali officio* lege perpetua, dum Hebræorum durabit Respublica. * Oportet enim, vt qui seruit altari, de altari viuat.] Non autem dixit, *pro dignitate sacerdotali*, sed *Pro officio sacerdotali*. Dignitati sufficiat honor, officio autem Ecclesiæ redditus assignentur, id est, qui suum gerit officium ex altario viuat, non qui seruitio aptus, validus viribus, deses sedet, dum coadiutor cuncta exponit officia. * Subtaxo hinc Ecclesiasticorum circa coadiutores addicendos sibi facilitatem. Hæc ergo accipies de his quæ segregantur, & offeruntur Domino: Victimæ quælibet, ac sacrificia ex legis oblata præscriptione: & quidquid pro peccato, & pro delicto mihi litatur, & ideo cedit in Sancta sanctorum, siue est sanctissimum: tuum erit, ac filiorum tuorum cedet in vsus. In atrio Tabernaculi iuxta holocaustorū altare comedes quidquid pro peccato, aut pro delicto fuerit oblatum hac lege, vt soli mares epulo fruantur, (ex hostia autem pacifica etiam fœminæ edebant) * O prauorum iniquitas sacerdotum Christicolarum, qui fœminas aduocant, vt ecclesiasticis oblationibus potiantur, qui iniquis fœminis præcipuam ex Ecclesiæ redditibus adscribunt portionem, dum eleuatiori voce nunc Dominus clamat: *Mares tantum edent ex eo* Quia (addit) consecratum est tibi. * Ideo fœminæ non liceat ex Ecclesiasticis redditibus edere, qui sacerdoti consecrantur. Eo autem ipso, quod sacerdotalis substantia

Sacerdos accipit Ecclesiæ redditus pro officio, pro seruitio, non pro dignitate.

Taxatur facilitas Ecclesiasticorū circa coadiutores addicendos.

Nō licet, fœminas comedere ex Ecclesiæ oblationibus. Vnde mali Clerici subtaxantur.

Sacerdotum bona danda egenis nō amasiæ.

Mulier animal rixosū. Eucharistia corda pacificantur

substantia sit, prius est sumptibus impendenda, danda pauperibus, non ancillæ.] * Porrò ex hostia pacifica aptè mulieribus edere licebat, vt rixosum animal pacifico munere frænaretur.] * Eucharistica oblatio pacifica iracundis cordibus, rixarum excitatricibus fœminis pacem immittit.

4.

Aaroni, ac filiis eius primitiæ filiorum Israel tribuenda exprimuntur.

11.12.13. PRIMITIAS AVTEM, QVAS VOVERINT, &c.] Profectò oblationes omnes, quas ex voto, aut sponte Hebræi obtulerint, tibi, filiis, ac filiabus tuis tradidi in vsus lege perpetua: vt tu ac filij tui hostiis pro peccato ac pro delicto in atrio vescamini, & reliquis & filiæ vesci possint. Qui mundus est apud domum tuam, vescetur oblationibus iis, quæ fuerint Deo immolatæ, ac sacrificatæ: nam si sacerdoti soli fuerint oblatæ, poterunt à quibusuis etiam immundis absumi. Quod pinguissimum est, ac optimum in frumento, vino, & oleo, tibi offerentium manibus tradidi. * Supponit lex, pios oblatores ex suis frugibus optima quæque separaturos, ne eorum munus, vti Caïni repellatur oblatio.] Quidquid denique primitiarum Domino offertur, tibi exposui. Porrò primitiæ distinguuntur à decimis, primitiæ sunt primi fructus, decimæ autem decima fructuum pars. Primitiæ immediatè Domino offeruntur pro frugibus terræ in gratiarum actionem: decimæ verò proximè sacerdotibus in stipendium ministerij, & in edulium dantur. Quadruplices primitias reddebant Israëlitæ, spicarum die Azimorum secunda: panum in Pentecoste: panum quod hebdomadatim pinsebant: & mense septimo in Tabernaculorum festo, post collectionem omnium fructuum tam ex messe, quam ex vindemia, eorum omnium primitias afferebant: & hæ quarti huius generis in scriptura intelliguntur, cum fit primitiarum memoria. Quænam, ais, quantitas dabatur primitiarum? Certè fructuum media inter quadraginta, & sexaginta, intra quam latitudinem quisque dabat, quod volebat: qui minimum dabat sexagesimam partem: qui plurimum quadragesimam. Vniuersa itaque frugum initia, seu primitias quæ oblata mihi fuerint, tuos cedent in vsus: ex eis autem comedere licebit apud domum tuam ei soli, qui mundus fuerit, nulla legali immunditia contracta, aut ea expiatus, edere licebit, quia mihi fuerunt, non soli sacerdoti litatæ. * O quot immundæ mulierculæ ex primitiis Ecclesiæ Christo oblatis comedunt: & si mundæ sunt, nec pollui Clerici crimine volunt, licet inopia premantur ieiunæ, recedunt. Comedunt immundi famuli, immundique sceleris administri mundis pauperibus, ac famulis ieiunantibus.

Separandum ad offerendū Deo ex frugibus optimum.

Ex bonis Ecclesiæ Deo oblatis comedunt immundi, & qui mundi esse curant, non comedunt.

14.15.16.17.18.19. OMNE, QVOD EX VOTO REDDIDERINT FILII ISRAEL TVVM ERIT, &c.] Quidquid filij Israël vouerint non ad immolationem, sed tantum ad oblationem, tibi cedet. Cuncta primogenita animalium oblata Domino siue ex hominibus siue ex pecoribus tuo iuri addicentur ea lege, vt pro hominibus primogenitis pretium accipias: & omne animal, quod immundum est non secundum speciem vt equus, aut mulus: sed per accidens, vt ouis clauda, aut cæca, redimi facias. Hominis autem redemptio (haud reliquorum animantium,) erit post vnum mensem, vnde poterit infantulus masculus primogenitus redimi ante matris purificationem, quæ die quadragesima fiet. Porrò communiter matres suam purificationem expectabant, vt primogenitum offerrent, ac redimerent, id quod beatissima Virgo gessit secuta consuetudinem. * Vt redimeret perfecto mense litarum Domino infantem deuotissimos instabat affectus: affectum tamen frænauit desiderium se communitatis accommodandi consuetudini, vt fugeret exemptiones.] Pretium verò redemptionis huius quinque siclis argenteis pondere Sanctuarij constabit. Certe siclus viginti obolos continet. * Ex pretio Deo pro tua incolumitate litando nec vnus obolus debet detrahi Redemptionis seu salutis tuæ pretium est legis obseruatio, ex quo quidem pretio nec obolum debes detrahere, hoc est, legis particulam præterire.] Boui, ouis ac capræ primogenita redimi non efficies, quia apta sacrificio sunt, ac proinde immolanda. Eorum cruorem super altare profundes, adipes Domino suauissimum incensum igni exhibebis: carnes vero tuos cedent in vsus, sicut pectusculum, & armus dexter ex hostia pacifica ita tuus est, vt quiuis mundus ex familia tua iis vesci valeat: ita hæ carnes primogenitorum mihi immolatorum erunt tuæ, vt à quouis mundo tuæ familiæ possint absumi. Omnes itaque Sanctuarij oblationes tibi, filiis, ac filiabus tuis tibi exhibui lege perpetua. Pactum enim hoc erit sempiternum, & incorruptum, quemadmodum res, quibus sal incorruptibilitatem communicat, assolent perdurare.

Deipara se communitatis consuetudinibus iustis accommodauit, vt fugeret exēptiones.

Pretium redemptionis tuæ est legis obseruatio, ex qua nec obolum debes detrahere.

5.

Nihil possideant sacerdotes, Deus pars eorum.

20.21.22.23.24. DIXITQVE DOMINVS AD AARON: IN TERRA EORVM NIHIL POSSIDEBITIS, &c.] Deus autem Aaroni profatur: In Hebræorum fratrum vestrorum terra nihil sacerdotes possideatis, nec partem hæreditatis, agros scilicet, vineas, prata inter eos habebitis. Ego pars, & hæreditas tua, id est, sacrificia, victimæ, & oblationes, quæ mihi offeruntur tua erunt hæreditas: hæc tibi abunde sufficiet. * Et quonammodo potest deficere annona, cuius Deus œconomus, ac prouisor? sacerdos suo muneri studeat, à terrenis bonis abstineat, Deus cunctis eum faciet abundare. Sæpe sacerdos quia suo muneri deest, & terrenorum acquisitioni impendit affectum, premitur paupertate.] Porrò Leuitis, (non sacerdotibus) tantum soluendæ decimæ possessionum loco, pro mercede ministerij circa custodiam ac deportationem Tabernaculi, ne à sacerdotibus eorum parcè fortassè detineatur annona. * Vnde subtaxantur, qui vni sacerdoti tot tantosque Ecclesiasticos exhibent redditus, multis inferioribus Clericis fame pressis.] Ne videlicet Hebræi seculares, custodibus, ac portatoribus deficientibus, audeant ad Tabernaculum indebitè

Si sacerdos à terrenis abstineat, Deus cunctis eum faciet abundare.

Taxatur qui vni Clerico tot redditus Ecclesiæ dat, vt multi esuriant.

accedere,

accedere, perpetrentque ausu sacrilego peccatum, quod illis causa temporanæ, & æternæ mortis existat. Soli filij Leui mihi circa Tabernaculi ministeria seruient ex munere, & mercede; vt si quid ab aliquo de populo committatur, temerè scilicet Leuitarú munia ingerente, vel vasa sacra tangente, vel atrium sanctum ineunte, id non toti populo, sed Leuitis à Deo ad pœnam imputetur, quibus ex officio incumbit, ad hæc aduigilare, secularesque arcere. * Vereor, ne tanta Templorum apud Christicolas prophanatio non tantum sæcularibus, quam sacerdotibus imputetur à Domino; vnde qui ex officio tenentur sæculares arcere seuerissime puniantur.] Lex hæc erit perpetua, dum Hebræorum Respublica perdurabit. Igitur Leuitæ nil aliud possidebunt, contenti a me illis separatis decimis, quibus a unde poterunt sibi victus & indumenti *necessaria* prouidere. * Necessariis enim Leuitæ, seu Clerici debent esse contenti, si vel Rex à Domino tantum necessaria sibi postulat exhiberi: *sed tantum victui tuo tribue necessaria.*] * Superflua quidem non decent Clericorum victum ac ornatum; quia quod ex necessarijs supersunt, non sunt Clericorum, sed inopum.

Imputãda sacerdotibus Templorum prophanatio & violatium sæcularium.

Necessariis victui & vestitui Clerici debet esse contenti. Quod superfluum est, clerici non est sed pauperum.

6\. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. LOCVTVSQVE EST DOMINVS AD MOYSEM DICENS: &c.] Deus sic Mosi Leuitis hæc denoncia: Cum à filiis Israel decimas acceperitis, rursus ex his decimas sacerdotibus exhibete: vt hoc pacto vos eo modo, quo poteritis etiam decimas Domino soluatis, reputabiturque vobis perinde ac si de areis, ac de torcularibus, si haberetis, facta à vobis esset oblatio. Decimas enim offertis ex decimis, quæ quidem tota vestra possessio est. Vnde accipientes vos de area, torculari, & vniuersis fructibus decimas, quas vobis adscripsitis: ex his decimis decimas Domino offerentes, & Aaroni sacerdoti dantes de vestris areis, torcularibus, ac vniuersis fructificationibus iam quodammodo obtulistis. * Cur autem non imperatur Aaroni, vt accipiens à Leuitis decimarum decimas, etiam harum decimarum decimam partem Domino offerat? Profecto sacerdotibus ipso munere data est strictior lex exhibendi pauperibus non solum decimarum decimas, sed quidquid ex necessariis sumptibus superesse videatur.] Non autem ex fructibus acceptis deteriora separabitis Aaroni litanda, sed potiora, sed optima. * Oblatio enim, quæ ex optimis non fit Deo, ingratitudinis ac inurbanitatis piaculi accusanda. Inurbanus Deo cœlesti Regi deteriorem cibum apponis, dum inuitas: ingratus autem fructuum Conditori corrosum triticum, vinum acidum offers.] Dicesque ad Leuitas: si ex acceptis ab Hebræis decimis optima quæque elegeritis, vt decimas earum sacerdotibus adscribatis, perinde erit vobis, (vt expressi) ac si de area, ac torculari proprio decimas Domino obtulissetis. Vos autem, decimas hasce ab Hebræis acceptas comedetis vbicumque locorum habitabitis, nec enim hi fructus ea lege absumentur, qua aliæ sunt in atrio sancto absumendæ à sacerdotibus oblationes. Preme particulam: *Et comedetis eas, Quasi de area & torculari dederitis primitias, & comedetis eas.* * si dant decimas sacerdotibus, quomodo ipsi comedent eas? Certè quia quod Domino datur minime amittitur, sed tunc veracius à largitore possidetur. Quod das pauperi, retines: id, quod vescitur pauper, & tu planè connesceris] Fruemini autem his decimarum Leuiticarum decimis, vt stipendio sustentationis pro ministeriis vestris. * Ergo Clericus non ministrans stipendia non recipit, sed Dei oblationes furatur. Hæc præstantes à delicto mortifero Core, & sociorum (sic Hebr.) abstinebitis, quod quidem perpetraretis vobis egregia, ac pinguia reseruantes; ne polluatis oblationes filiorum Israel, quod quidem faceritis, si dantibus illis optima vobis, vos sacerdotibus deterrima exhiberetis: vndè moriemini, iram meam prouocantes.

Leuitæ decimarum decimas sacerdotibus impendunt.

Sacerdoti lex ipso munere indicitur dandi pauperibus quidquid ex necessariis sumptibus superest.

Qui Deo potiora nõ offert, inurbanus & ingratus ostẽditur.

Quod datur Deo in paupere retinetur: nunquam amittitur quod exhibetur inopi.

Clericus, qui nõ ministrat, nõ recipit stipẽdium, sed furatur oblationes.

CAPVT XIX.

Parandæ lustrationis aquæ ex vitulæ rufæ combustæ cineribus ritus exponitur.

1\. LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 2. Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: 3. tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium: 4. & tingens digitum in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septem vicibus. 5. comburétque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius quam sanguine & fimo flammæ traditis. 6. Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat. 7. Et tunc demũ, lotis vestibus & corpore suo ingredietur in castra, commaculatúsque erit vsque

ad vesperum. 8. Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum. 9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. 10. Cumque lauerit, qui vaccæ portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filij Israël, & aduenæ qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo. 11. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus: 12. aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. 13. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinium, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, & peribit in Israël: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. 14. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo: Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. 15. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. 16. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. 17. Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas. 18. in quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos: 19. atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die, expiatusque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. 20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. 21. erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua: Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperum. 22. Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

COMMENTARII.

1. Vacca rufa adducẽda, immolanda, cõburenda.

1. 2. 3. 4. 5. LOCVTVSQVE EST DOMINVS &c.] Mosi, Aaronique Dominus profatur: Hæc est lex ceremonialis victimæ expiatricis, ex cuius cineribus fiet lustrationis aqua. Iube Hebræis, ad te adducere vaccam rufam ætatis perfectæ, in qua nulla adsit deformitas, non sit clauda, non cæca, non scabiosa. Licet autem aliqua sit coloris macula, non ideo reprobanda. * Homines macularum apparentias adnotant, dum Deus veram solummodò deformitatem intuetur.] Vacca autem eligenda, quæ iugum non portauerit. Neque enim decet homini seruiisse victimam, quæ Deo ad hominum expiationem seruiet. * An vitula purissima Maria, ex qua nasciturus vitulus verax hominum lustrationis equa eligeretur, si Diaboli iugum in peccato concepta deportasset? Dedeceret planè diabolo seruiisse victimam, quæ Deo ad hominum expiationem debebat inseruire.] Porrò quia hæc victima non est solemnis, & festina, vt illa debeat ab Aarone immolari: trade eis eam Eleazaro, qui lugubrem, & lustralem victimam immolet. Hic quidem extra castra immolandam educet, quia pro peccatis totius populi offerenda. Vnde & ipsa, (vt quæ in se populi susciperet peccata, valdè immunda censebitur, & sacerdos, qui illam immolabit, & qui cremabit, pariter immundi adstabunt vsque ad vesperum: * Hinc commendo meæ Societatis Iesu præscriptum, quo sacerdotes monentur spiritualibus exercitamentis incumbere studiosius, postquam diu peccatorum immolationi operam impenderint. Licet enim non adhærescat animo Euangelici operarij macula, tamen nescio quid remissionis assolet spirituali igni introduci, quæ debeat aliquorum dierum à ministerijs separatione separari.] Ergo extra castra in omnium conspectu ad Tabernaculi fores obuersus quamuis è longinquo (quippe qui extra castra aderit) digitum victimæ sanguine intinget, & septem vicibus asperget. * Discant, hinc, qui à Templo longè commorantur eo posse affectu ad eius intendere fores, vt apud ipsum existere videantur.] Immolatam sacerdos non per se, sed per alium victimam combureт, videntibus cunctis, ita quidem vt pellis, carnes, reliquus sanguis, fimus igni tradatur.

Homo apparentes annotat maculas, Deus veros intuetur defectus.

Non electa esset victima Maria ad seruiẽdũ Deo circa hominum lustrationẽ, si iugũ diaboli aliquãdo deportasset.

Post tempus conuersioni proximorũ impensum Societatis sacerdotes impensiùs exercitijs spiritualibus studeant.

Vel qui lõge à templo cõmorantur eo possunt affectu ad eius intendere fores, vt apud ipsũ existere videantur.

2. Cõburendæ vaccæ ceremonia.

6.7.8. LIGNVM QVOQVE CEDRINVM, ET HYSSOPVM, COCCVMQVE BIS TINCTVM, &c.] Lignum cedrinum imputribile auferendæ legalis corruptionis in symbolũ, & hyssopum herbam odoriferam, & fœtoris contaminationum exterminatioẽ, coccumque bis

bis tinctum, seu grana valde rubea hominis viua cruorem designantia, sacerdos in flammam, quæ vaccam absumit, immittet, ad designandum mediante vitulæ rufæ sacrificio, Israelitas a legalium corruptionum fœtore lustrari debere, in pristinamque communicationis humanæ facultatem restitui. Postmodum denique vestibus, ac corpore aquis viventibus lotis, fœtorum, seu purgati manantis post solis occasum ingredietur in castra; quia etiam post lotionem immundus censebitur. * Omnis lustratio seu aquæ, seu olei solis iustitiæ occasu, siue Christi morte perficitur.] At ille, qui vaccam combusserit quia simulem immunditiam contraxit, ac qui immolauit sacerdos, vestimenta diluet, ac corpus & usque ad vesperum erit immundus, & post ea regredietur ad castra.

Nec aquæ lustratio fine morte Iesu.

9. 10. COLLIGET AVTEM VIR MVNDVS CINERES, &c.] Vir autem qui nulla legali immunditia sit infectus cineres vaccæ colligat, & eos extra castra in loco purissimo effundat, vt à filiis Israel diligentissimè custodiantur in aquam scilicet admiscendi, quia aspersi à legali immunditia expientur, quia vacca illa combusta est, vt sit victima peccati expiatrix. * Si tanta reuerentia custodiendi cineres hi ex illo ad lustranda peccata respectu quanta quæso, decet animi submissio Dominica sacramenta quibus à criminibus expiamur?] * Nulla legis veteris ceremonia, nullum sacramentum, aut sacrificium peccata expiandi virtutem habuit; solùm enim erant signa, & protestationes Christi mysteriorum, per cuius fidem, & deuotionem tunc peccata remittebantur, propter quas scriptura illis ceremoniis protestationem tribuit scilicet non propter se, sed propter Christum, quem figurabant. cuius meritis, & virtute constat omnia peccati remissio. De nostris verò sacramentis longe alia est ratio. Habent enim suam quandam virtutem, à Christo tamen, peccata remittendi.] At qui vaccæ portauerit cineres sua diluet vestimenta & tamen vsque ad vesperum erit immundus. Profectò filij Israel, & qui ex Gentibus conuersi habitant inter eos hunc circa lustrationis aquam, vitulæque cineres ritum firmum, & immobilem obseruabunt.

3. Vir mūdus cineres vacca colliget, & effundet in loco purissimo.

Quāta animi reuerentia debet sacramentis quibus à criminibus expiamur.

Differentia sacramētorū antiquæ ac nouæ legis.

11. 12. 13. QVI TETIGERIT CADAVER HOMINIS, ET PROPTER HOC SEPTEM DIEBVS FVERIT, &c.] Verum quia hæc aqua lustralis præcipuè instituenda sit ad immunditiam contractam ex contactu mortui expiandam, (communem tamen fuisse etiam censeo ad omnium legalium immunditiarum mundationem) qui hominis cadauer tetigerit, & propterea ex legis præscriptione, septem dierum interstitio fuerit immundus: hac commistione die tertio & septimo dilutus, expiabitur. At si die tertio non fuerit aspersus, septimo emundari non poterit. * Alicuius enim immunditiæ ea qualitas est, vt non sufficiat semel aspergi; ex carnis contactu immunditia non facilè ugatu abluitur, Dauide clamante, *Lauabo per singulas noctes le-*

4. Immundi hac diluēdi aqua.

Luxuriæ immunditiā nō sufficit semel aspergi, vt expietur animus.

ctum meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo.] * Addiderim, septimum, vltimum expiationis diem immunditiæ eius non suffragari, quia enim debuerit die tertia ad lauacrum pœnitentiæ accurrere, id est, tempestiuæ conuersioni studere, ad diem mortis propositum pœnitenti protraxit.] Plerumque quidem *qui die tertio*, hoc est, tempore valetudinis, aspersus salutari vnda non fuerit, *Septima*, id est, vltimæ ægritudinis instantia, morbo mentem obnubilante, *non poterit emundari* Omnis ergò, qui homanæ animæ cadauer attigerit, & hac aqua, quæ cōmista est vitulæ rufæ cineribus non fuerit aspersus, locum sanctum violabit si eum ausus fuerit intrare: & ex Israele peribit aut Iudicis sententia, si publica fuerit immunditia, aut si occulta, Domino dirius vindicante, quia aqua lustrationis (facili medicamine) aspersus non fuit. Porrò licet Iudex non puniat, licet Deus supplicium differre disponat: horribile est erit supplicium, quod adetit immundus, & quod spurcitia super eum indeleta manebit. * Miraris, publicum peccatorem diu in criminis fœditate manere, nec à Deo Iudice integerrimo extraliter vulnerari? Magis tunc vicem miseri doleas, quia dirius ille peccato addicitur quam gehennæ. Permittete Deum, te diù impœnitentem criminibus indulgere, pœna est horribilior quam si primi criminis reum te ad tartara deturbasset.]

Plerumquè qui differt. pœnitēriam vsq; in diem suam nouissimam, nō poterit ea die emundari.

Horribilius homo, Deo Iudice, peccato addicitur, quā gehennæ.

14. 15. 16. 17. 18. 19 ISTA EST LEX HOMINIS, QVI MORITVR IN TABERNACVLO, OMNES, QVI INGREDIVNTVR TENTORIVM ILLIVS, ET VNIVERSA, &c.] Ista sit lex disponens præscribens casus, in quibus contrahitur immunditia occasione hominis mortui in tabernaculo, seu domu: & occisi aut mortui in agro: Omnes, qui ingrediuntur tentorium illius, quamdiu cadauer apud ipsum permanserit: & vniuersa, quæ ibi adsunt, supellectilia polluta erunt septem diebus. nec licebit ea humanis vsibus applicare. Vas, quod apud tentorium, seu domum (sic LXX) mortui non habuerit operculum, nec desuper ligaturam non solum erit immundum secundum se communi supellectilis immunditia, verum etiam immundam ad erit quo ad liquorem in ipso contentum, quem necessarium erit abiicere, liquida enim nequaquam subdontur lustrationi.* Non solum vas operculum debet habere, ne inficiatur, sed & ligaturam Non sufficit te opertum indumento Regulari inter mortuos animo sæculares commoratí, si deficiat constringens vestium ligatura. Ideò Dominus Euangelij insinuans indixit *Sint lumbi vestri precincti*. mortificationis quidem ligaminé.] At si in agro quis cadauer occisi aut per se mortui hominis cadauer, siue os illius, seu sepulchrum attigerit (de idololatrarum consuetudine) septem diebus erit immundus. Igitur filij Israel vt se ab huiusmodi immunditia expediant, de cineribus victimæ rufæ quæ combusta est pro peccato partem aliquam tollant, & super hos cineres in vase appositos fontium seu fluuiorum viuas aquas immitant. Mundus autem homo hyssopum hisce aquis cinere lostratorio mistis intinget

6. Quomodo de immundus ex mortui attactu mundandus.

Religioso inter peccatores cōmorāti nō sufficit, ne inficiatur, esse opertum veste Regulari, nisi ligaturam mortificationis addat.

intiogent, & vniuetſum tentorium vbi ia-cuetint mortuus aſperget, & cunctam ſupellectilem tam vaſa, quam veſtes, & homines huiuſcemodi contagione, quæ ex contactu cadaueris oritur pollutos aſpetſione irrorabit, atque hoc modo *mundus* tertio, & ſeptimo die *luſtrabit immundum*. Neque enim immundus miniſter apte immundi exerit luſtrationem.] Qui autem aſperſione hac duplici aquarum luſtratioois fuerit expiatus, poſtea eodem die ſeptimo aquis viuētibus fontium, ſeu fluuiorum ſe, ſua que diluet indumenta: & vſque ad ſoils occaſum diei *eiuſdem immundus reputabitur.

Quomodo luſtrās ipſe ab immūditia contracta ſit expiandus.

6. 20. 21. 22. Si qvis hoc, &c.] Si quis hoc ritu contempſerit expiari, à fidelium cœtu peribit, punitus ſcilicet à iudice, ſi rea conſtet: alioqui à Deo peccatorum vindice: quia ſanctuarium Domini polluit, ſe ſe circa ſanctos purificatioois ritus conteoiptorem oſtendens, vel ſe ipſum Dei ſanctuarium illicito infecit attactu, nec curauit ſtatutis diebus ſtudium impendere expiationi.

Fidelis quiſque eſt Dei ſanctuarium quod debet ab infectione cuſtodiri.

* Fidelis quiſque Dei eſt ſanctuarium, ſeu Templum quod debet ab omni cotaminatione cuſtodire. Præſcriptum hoc circa contrahendam, ex cadaueris attactu immunditiam, & circa eius luſtrationis vnda expiationem cum Republica] perdurabit Hebraica. Porro & ipſe immundus homo, qui aquas aſperſerit, indigebit ſua ablnere veſtimenta reddita planè immunda ex aliqua irrorationis excidente eaque inficiente particula. * Quænam

Aliquando dū immun-

hæc ſancta aqua quæ inficit mundum, & mundat infectum? O adminiſtrationis pœnitentiæ, luſtralis quidem aquæ, periculum! Quotiens capiatur immundus, & mundus ſacerdos ob iniquam, ſeu indebitam Dominici ſanguinis diſpenſatioonem immundus exiſtit?] Omnis autem, qui aquis expiationis fuerit aſperſus, ab immunditia priori, (verbi gratia cadaueris) mundabitur; ſed ex aquæ huius contactu aliam contrahet, quæ tantum vſque ad veſperam perdurabit. * Si inficiendus ſum (ais) ipſa purificationis aqua id eſt, ſacramentorum viu, ſatius mihi abſtinere. Abſit. Licèt enim aliquæ immunditiei notulæ veniales ex indeuotione, ſeu præparatio[n]s, aut feruoris defectu contrahantur, & veniales maculæ abluuntur, & ſpiritualia (ſi peccata lethalia non adſint) incrementa virtutum ex vberrimo fonte procedunt.] * At breuiſſimo temporis interſtitio, nempe ipſa Sacramenti receptione, leuia piacule expiantur.] Verùm quidquid tetigerit immundus immunditia illa maiori ſeptem dierum ex contactu cadaueris ſepulchri, &c. is contactu ſuo alios contaminabit homines, alia inficiet ſupellectilia At non ſolum immundus erit, qui ab immundo tangitur ſed etiam is, qui aut immundum tangit, aut rem pollutam, immunditiam contrahet vſque ad veſperam duraturam. * Si infectio legalis adeò eſt communicabilis quid ex infecto criminibus ſocio non exitialiter inficiare.]

…dus pœnitētiæ aquā luſtrali Confeſſionis expiatur, Sacerdos mundus iniquè diſpenſāns ſit immundus.

Non eſt dimittendus ſacramentorum vſus eo quod venialia circa eorum ſuſceptione piacula perpetres. Hæc leuia piacula ipſa ſuſceptione ſacramentorum expiantur.

Quam faciliter ex peccatis infecto ſocio contrahes immunditiā.

CAPVT XX.

Maria ſoror Moſis, & Aaronis moritur, populus ſiti preſſus obmurmurat ad aquas contradictionis Moſes, & Aaron Deum offendentes, à terræ promiſſæ arcentur ingreſſu, Aaron denique interit, & Rex Edom tranſitum Iſraelitis abnegat.

1. Veneruntque filij Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin, menſe primo: & manſit populus in Cades. Mortuaque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. 2. Cumque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen, & Aaron: 3. & verſi in ſeditionem, dixerunt: Vtinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino. 4. Cur eduxiſtis Eccleſiā Domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? 5. Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & addnxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? 6. Ingreſſuſque Moyſes, & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem huius populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. 7. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 8. Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis; & illa dabit aquas. Cúmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. 9. Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, 10. congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? 11. Cumque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſsæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet & iumenta. 12. Dixitque Dominus ad Moyſen

& Aaron: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. 13. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israël contra Dominum, & sanctificari sunt in eis. 14. Misit intereà nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandar frater tuus Israël: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, 15. quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Ægyptij, & patres nostros: 16. & quo modo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritque angelum, qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis positi, 17. obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. 18. Cui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. 19. Dixeruntque filij Israël: Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est: nulla erit in pretio difficultas, tantùm velociter transeamus. 20. At ille respondit: Non transibis. Statimque egressus est obuius, cum infinita multitudine, & manu forti, 21. nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitũ per fines suos. quam ob rem diuertit ab eo Israël. 22. Cumque castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom: 23. vbi locutus est Dominus ad Moysem: 24. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit Terram, quam dedi filiis Israël, eò quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis 25. Tolle Aarõ & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. 26 Cúmque nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi. 27. Fecit Moyses vt præceperat Dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. 28. Cúmque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. 29. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. 30. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta dibus per cunctas familias suas.

COMMENTARII.

1. Venit populus in desertum Sin, & in Cades, Maria moritur.

VERS. 1. VENERVNTQVE FILII, &c] Iam annus quadragesimus ab egressu Hebræorum ex Ægypto aduenerat, (Moses enim tãtum memorat gesta anni primi, secundi, & quadragesimi, quare ab hoc capite vsque finẽ Pentateuchi gesta anni quadragesimi, qui fuit vltimus peregrinationis Hebræorum in deserto, describuntur) & post multos exanthlatos labores, post multarum mansionum varios euentus, (quos Scriptura silentio premit) populus in desertum Sin aliud quidem ab illo in quo pluere cœpit manna (Exo. 16. 1.) aduentauit mense anni quadragesimi huius primo, & mansit in Cades diuersa etiam ab illa, quæ dicitur Cadesbarne, iuxta quam fuit decimaquinta mansio Nam Cadesbarne in confinio Australi terræ Chananitidis erat, Cades autem hæc longe ab illa aberat in extremis Idumææ finibus ad Austrum vergentibus collocata. (Num. 20. 16.) Inibi Hebræi magna calamitate affecti fuerunt, Maria enim Mosis, ac Aaronis soror, cum annorum centum supra triginta esset, diem suum obiuit, ac sepulchro recondita est.

Calamitas fideli populo magna est, sancto ciue priuari.

* Grauissima planè fidelis populi calamitas sancto ciue priuari, qui precibus socios protegebat.]

Reliquiæ sanctorũ Vrbiũ mœnia.

* Nec minor labor Mariæ cadauer apud Cades relictum fuisse, reliquiis enim Sanctorum instar fortissimorum mœniorum Vrbes cinguntur.]

Cadit vel sanctus populus sine Maria Deipara.

* Cadit apud Cades Maria, cadit & populus, cadit vel Diuis quodammodo spes ineundi terram promissam.] Mortua enim Maria sic ad aquas contradictionis sese Moses, & Aaron gessere, Numine læso, vt à terræ promissæ ingressu arcerentur.

Si in te ergà Mariã moriatur affectus, cœlesti non potieris hæreditate.

* Si apud te immoriatur ergà Mariam affectus & à iustitia cades, & promissa cœlesti hæreditate minimè potieris.]

2. Indiget aqua populus, Moses orat, post seditionem exortam.

2. 3. 4. 5. CVMQVE INDIGERET AQVA POPVLVS CONVENERVNT ADVERSVM MOYSEM, ET AARON: ET VERSI IN SEDITIONEM DIXERVNT, &c.] Aqua indiget populus, & solita sua ex ingratitudine, ac duritiæ cordis impatientia contra Mosem, & Aatooem insurgunt, & excitata seditione proclamant: Vtinam irato Numine ooo semel, cũ fratribus nostris aut ab igne absumpti, aut ab ore gladij voratis extincti fuissemus. Cur fidelium congregationẽ ex Ægypto iã olim ad æternum eduxistis, vt tot calamitatibus affecti moriamur, nostráque iumẽta ac pecora deperire fame, ac siti cogantur? Quare ex captiuitatis terra aliàs fructibus redundante ad locum hunc pessimum coëgistis ascendere, qui nec seri potest ex glebæ duritie, & adeo est sterilitati addictus, vt nec ficum proferat fere fructibus sine coltura onustam vbique, nec apta sit vineæ germinandæ, nec malogranata parturiat, imò nec aquam siti stillet explendæ quantumuis telluri fœcundandæ. Quod cum Moses & Aaron

exaudissent, ne crescente murmure cœlestis ira desæuiret, multitudine dimissa, ineunt Tabernaculum Domini, proni in terrã excidunt, ad Deumque clamant profati: Domine Deus, populi sitientis clamorem exaudi. Precum est clamor, non obmurmurantis multitudinis vociferatio. Eis aperire digneris aquarum latentium thesaurum: (quæ latent, nec dum aperta sunt, in thesauris Dei esse dicuntur. *Producens ventos de thesauris suis.* Psal. 134. 7.) vt scilicet donari satietate eorum obmurmuratio conticescat. Profectò mox gloria Domini in nube insolitos vibrantis radios ostentatur. * Cur si Moses profitetur populum obmurmurasse, *vt cesset murmuratio eorum*, precatur vt eius clamor à Domino exaudiatur? *Audi clamorem huius populi.* An audienda murmurationis vox? Certè Præsulis optimi ingenium ad manifesta subditi piacula excutere, eaque excusare. Vnde Moses innuit populi obmurmurationem orationem à Numine exaudiendam existere.

Præsul debet aliquãdo ad crimina subditi excusi. re, eaque excusare.

7. 8. 9. 10. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Audiente pariter Aarone Dominus Mosi profatur: Tolle virgam qua tam in Ægypto, quam in solitudine mira patrare consueuisti, tu autem & Aaron frater congregate multitudinem vt diuinæ operationis ocularis testis existat, & in conspectu eorum ad petram loquimini præcipientes in Dei nomine, vt proferat aquas; ad iussionemque vestram illa proferet vndam. * Vel lapideus subditus præcipienti in Dei nomine Præsuli obtemperat. Cum autem è petra vobis præscripto ordine aquam eduxeris, homines, & iumenta sitim extinguent. * Dona enim cœlestia inde esse innuuntur, quod omnibus vsque ad satietatem obueniant: dum dona mundialia magis sitim accendunt.] Moses igitur tulit virgam, quæ vna cum virga Aaronis germinante in interiori parte Tabernaculi aderat; & iuxta Domini præceptum multitudine coacta ante petram, duris verbis increpauit Hebræos. Audite, inquit, rebelles, potentia quidem miraculorum victi aliquando, vt Dei ditioni subderemini: sed rursum contra ipsum assurgentes increduli omnino. Num de petra hac sitis vestræ explendæ poterimus haurire liquorem? Procul dubio educemus aquas è saxo sicut in Raphidim percussione virgæ quid simile fuimus operati. * Manus enim Dei ad præstanda munera ex prima elargitione non debilitatur, sed ad plura præstanda beneficia facilior exponitur.

3. Iubetur Moses loqui ad petram vt profluerent aquæ, tollit virgam, ad populum loquitur.

Vel lapideus subditus Præsuli præcipienti in Dei nomine obtemperat.

Inde munera, cœlestia esse innuuntur, quod exsatiant.

Dei manus ex vnius beneficii elargitione facilior exponitur ad plura præstanda.

11. 12. 13. CVMQVE ELEVASSET MOYSES, &c.] Moses igitur memor percussæ olim petræ, nec omninò confisus, quod ad solam iussionem petra aquas esset prolatura, bis silicem virga percussit, & aquæ abundantissimo rigatu fuerunt egressæ, siti hominum ac iumentorum extinguendæ. Dominus illicò Mosi, ac Aaroni profatur: Quia verbis meis fidem non adhibuistis (dum promiserim ad solum sermonem vestrum saxum in fontem conuertendum,) vt me] sanctum, fidelem, potentemque Hebræis ostenderetis, hosce populos non introducetis in Chananæam trans Iordanem, esto alioquì Moses intret in terram promissam quæ Tribui Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribui Manassis cedet. * Quonammodo Moses Deum potentem ostentaret, aquas non virga sed sermone eliciendo? Profectò quia illic Præsul est potens, qui subditum verbo molli allicit ad obsequium: impotens autem innuitur, qui virgæ vi magis trahere, quam adducere videtur.] * Si autem vsurus virga non erat, Moses, quare tollere illam imperatur? Quia subditus magis ad obediendum afficitur, dum sciens Præsulem posse virga percutere, videt eum verbis amicis compellare. Ediscant Rectores, etiam cum saxeis subditis molliter, ac comiter agendum.] * Tunc Deus coram hominibus sanctificatur, honoratur: cum subdito sine molestia, ac labore vulnerum potius prouidetur.] * Præsules quidem, qui nouerint subditos vulnerare, non introducent eos in terram promissam: quia Rectoris immansuetudo potius subditum à via abducit salutari. Vndè amouetur à ducatu, ne subditus à via salutis excidat.] Profectò quidquid peccati fuerit à graui crimine Mosem, & Aaronem liberandos reor. Hæc est aqua contradictionis, vbi populus contradixit, & murmurauit. Lxx. *Aqua contentionis, & iurgij*, & sanctificatus est in Hebræis se laudabilem in mira aquarum profluxione exhibendo vt expleret ingratos. * Dum enim diuina munificentia ingrato effunditur peccatori, mirificè ostenditur commendanda.

4. Vulnerat Moses saxum, & profluunt aquæ, & cõtra Mosem & Aaron Deus irascitur.

Ille Præsul potens ostenditur, qui nõ virga, sed verbo molli subditũ allicit ad obsequium.

Dum sese subditus Præsulẽ habere virgam percutientẽ, & tamen vij verbo mei magis afficitur ad obedientiam.

Subdito prouideatur victus sine tanto labore,

Rectoris immansuetudo efficit subditum à salutari via excidere.

Diuina munificentia commendabilior ostenditur, dum profunditur ingratis.

14. 15. 16. 17. 18. MISIT INTEREA NVNCIOS, &c.] Dum quæ prædicta sunt, agerentur Moses de Cades ad Regem Idumæo. rum nuncios emisit, qui profarentur: Frater tuus Israel, qui ex tuis met parentibus Abrahamo, & Isaaco duxit originem hæc tibi nobis suo nomine iubet annunciari: Nosti nostram apud Ægyptum seruitutem ex patris nostri Iacobi, cunctaque eius progenie in Ægyptum profectione exortam. Nec ignoras diuturnam populi apud Gentes commorationem ducentorum suprà quindecim annos interstitio. Pressi calamitatibus, exactionibus acti ad Dominum ex contrito corde clamorem emisimus, quo Nomen placatum suum immisit Angelum, qui excitatis miris nos è captiuitate eduxit, viam nostram vsque in Cades, innumeris exanthlatis laboribus, dirigendo. En itaque prope Vrbem Cades, quæ in extremis tuis finibus adiacet, constituti deprecamur, vt nobis liceat per terram tuam transitum gerere, Regnum tuum viam optamus, non itineris terminum ambimus. Ab agris, ac vineis tuis recedemus, ne aut viatorum cupediæ, aut iumentorum ac pecorum nunquam satiata famea tibi inferant nocumentum: imo nec de puteis tuis aquas gratis, aut inuitis eorum possessoribus haurire licebit: via publica, qua reliqui, viatores incedere assolent, gradiemur, dexteræ ac sinistræ diuerticula declinantes, donec ditionis tuæ deseramur ad terminos. Cui Edom respondit: Per meam ditionem minimè transire licebit, si venia à vobis expectanda, at si inuitanti sine venia pergere volueritis, non amicos sed hostes

5. Moses nũtium ad Edom Regem immittit.

armatos

armatos experiemini. Nec enim vel Præsule renuente, subditorum luxuries agris parcit, aut vineis, nec sitis impatientia iuri obsequitur puteorum.

6. *Populus promittis agris ac fontibus indemnitatem. si transitus concedatur renuit Edom.*

19. 20. 21. DIXERVNTQVE FILIJ ISRAEL: PER TRITAM, &c.] Profecto, ne Edom popoli vereretur inobedientiam dum Principes offerebant indemnitatem, populus ipse promisit se tritam viam attepturum: quod si magna de.ertis loci illius aquę penuria eos cogeret ad adeundum puteos, pretió iusto exhibito aquam hominibus, iumentis, ac pecoribus hauriendam, nulla futura in pretio difficultate, dũ siti expetibilis stilla nulli pretio reputetur inferior. Vnde supra Moses, *Aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ* Sitienti thesaurus est aqua, quis thesaurum pro eius commutatione nõ facile exhibeat? * O cœlestis vnda sine pretio patens, sine commutatione profluens dum mundi bona (verius dixerim mala) tot expensis thesauris acquiruntur!] Rex Edom tenaciter hæresceens sententiæ, rursum respondit: Non transibitis. Moxque obuius Israeli animo hostili, innumerabili multitudine cinctus, magnóque militum robore horribilis præsentatur, noleos morem gerere deprecantibus, vt transitus pacificos præberetur afflictis. Ideo Israelitæ quia periculosius aliena dimicatur in patria, deflexo cursu Idumæam ad latus Orientale coguntur circuire. * Quam prudenter Hebræi aliena refuiunt in patria dimicare, vbi ciuis hostis valentior exsurgit. Patria luxuriei est meretricis Domus: fuge libidinis in regione pugnare, vbi milites validissimi periere.

Mundi bona seu mala thesauris acquiruntur, cœlestia vere bona gratis dñi exhibentur.

Ne pugnes cũ luxurie in hostis patria, aut regione.

7. *Eleazar Aaronis vestibus sacris induitur, Aarõ moritur, populus luget.*

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. CVMQVE CASTRA &c.] Cum versus partem Orientalem terræ Chananitidis de Cades castra mouissent Hebræi, dimissis ad plagam Occidentalem Amalecitis, & Aradiis trigesimam quartam tenuere mansionem in monte Hon constituti, qui in Edom finibus eleuatur. Inibi sic Dominus est Mosi locutus: Aarõ ad cœtũ sãcto. rũ patrũ, qui in sinu Arahę resideẽt, à viuis abscedat, nec enim terra, quã filiis Israël me datorum promisi potietur, eo quod incredulitatis reus fuerit, subdubitans, oũ sermone solò possent vndæ è saxo profluere, ad contradictionis aquas. * Se ostendit ineptum regimini; qui virgæ percutientis vulnere emolliendum subditum opinatur: Vnde Dei beneficio moriatur oportet, nè iterum (vt sæpe accidit) eligatur in Præsulem eo solo titulo, quod iam fuerit semel electus.] Tollantia te Aaron & filius eius, relictaque multitudine in montis Hor planitie, adducanent in verticem. Vestibus Aaron Pontificiis induator, quibus mox exues illum, filiumque Eleazarum exornabis eisdem ius Pontificium è patre in filium transferens. Aaron suum ad populum seu ad patres colligetur secundum animum, & morietur ibi secundum corpus exanime relinquendum. Executioni mandat Moses, quod Dominus imperarat, & ipse vna cum Aarone & Eleazaro montem scandunt mense quinto anni ab exito de Ægypto quadragesimi die mensis prima coram omni Hebræorum multitudine, quibus Moses indixerat, Aaronem è viuis esse auferendum. Cumque Aaronem prius vestibus Pontificiis indutum Moses iis spoliasset, Eleazarum induit, eumque (dispensante tunc dum taxat Domino in ritibus, ac ceremoniis) Pontificem exposuit. His demum perfectis, Aaron mortuus est, cum esset centum vigiori trium annorum: Sepulturæque tradita sacro cadauere, Moses cum nouo Põtifice descendit è vertice * Fælix vita quæ ad animi salutem à vindicante Domino vulneratur. O quam benigne cum his agitur, qoi' animi piacula luunt corporis vulnere!] Agnoscens igitur ex relatione Mosis ac Eleazari Aaronem occubuisse, triginta dierum spatio profluentibus lacrymis funeris iusta persoluit per cunctas familias, *omnis* enim *Domus Israel fleuit* [sic Hebr.) * Quam probus Præsul, qui à cunctis subditis desideratur! Quem omnes domus lugent, omnibus proculdubio domibus extitit subleuator.]

Dei beneficio moritur Præsul immitis, ne iterũ eligatur.

Deus benigne cũ iis agit, qui animi piacula corporis vulnere luunt.

Probus præsul, quẽ omnis domus luget defunctum.

CAPVT XXI.

Cæsis Arad Chananæo Rege, Sehon Amorrhæo, & Og Rege Basan ab Hebræis, ipsi ob aquæ penuriam, & Mannæ nauseam obmurmurantes à serpenti us vulnerantur ignitis, sed ænei serpentis sanantur aspectu.

1. QVod cùm audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & victor existens, duxit ex eo prædam. 2. At Israel voto se Domino obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. 3. Exaudiuitque Dominus preces Israel: & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema. 4. Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et

tœdere cœpit populum itineris ac laboris: 5. locutúsque contra Deum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. 6. Quamobrem misit Dominus in populum igniteos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, 7. venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Orauitque Moyses pro populo, 8. & locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. 9. Fecit ergo Moyses SERPENTEM ÆNEVM, & posuit eum pro signo: quem cùm percussi aspicerent, sanabantur. 10. Profectíque filij Israel castrametati sunt in Oboth. 11. Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine, quæ respicit Moab contra Orientalem plagam. 12. Et inde mouentes, venerunt ad Torrentem Zared. 13. Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. 14. Vnde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. 15. Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. 16. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. 17. Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebat. 18: Puteus, quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. De solitudine, Matthana. 19. De Matthana in Nahaliel, de Nahaliel, in Bamoth. 20. De Bamoth vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum. 21. Misit autem Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: 22. Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in * agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. 23. Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potiùs exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitque contra eum. 24. A quo percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon vsque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. 25. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis eius. 26. Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. 27. Idcircò dicitur in prouerbio: Venite in Hesebon, ædificetur, & construatur ciuitas Sehon: 28. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. 29. Væ tibi Moab, peristi popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. 30. Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon, lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba. 31. Habitauit itaque Israel in terra Amorrhæi. 32. Misitque Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores. 33. Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. 34. Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciésque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorũ habitatori Hesebon. 35. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

COMMENTARII.

1. Regis Arad contra Hebræos victoria, ipsiusque, Israele vouente debellatio.

VERS. 1. QVOD CVM AVDISSET, &c.] Equidem audiuit Rex Arad Chananæus, qui ad plagã meridianam terræ Chananiticæ habitabat, Israeliticum populum aduentasse ea incendentem via, per quam anno secundo ab egressu ex Ægypto exploratores in terram Chanaam penetrauetant, aduersus illum decertauit, & victor euadens reportauit spolia. * Rex qui tempore hostibus debellandis exsurgit, non repente instruxit exercitum. Quam prudens qui pacis tempore ad belli præparatur instantiam, [* Repente fortassè cogi poterit exercitus magnus numero, sed imbellis. Militaris fortitudo diuturnum exigit exercitamentum.

Prudẽs Rex qui pacis tẽpore ad belli instantiam præparatur.

Militaris fortitudo diuturnum exigit exercitamentum.

2. 3. AT ISRAEL, &c.] Porro Israel expetens hanc Aradæorum punire insolentiam.

* Nil

Insolens, qui pacificos bello lacess.

(*Nihil enim insolentius, quam pacificos bello lacessere.)] votum Domino emittens, profatur: Si Dominus populum istum dignetur meæ in manu tradere, nequaquam victoriam meum vertam in commodum, sed iustitiæ, ac religionis zelo succensus, *succidam, & anathematizabo* eos, (sic Hebr.) eorumque Vrbes funditus euertam. *Semper bellum gerentium esset, vt voti materia, de meliori scilicet bono, non vindictam expetendo, non commoda iniusta: sed religionis incrementa.] Dominus igitur populi vouentis preces exaudiuit. * (Ipsum votum emissum vices exerit orationis.)] & Chananæum, seu populum Arad, qui à Chananæis ducebat originem, exercitui tradidit Israëlitico, quem ille omnini prorsus parcens, interemit, eiusque Vrbes subuertendas curauit, vt iuxta vim voti emissi, nihil Chananæorum Israelis verteretur in commoda * Nihil sic belli iustitiam ostentat, quam militum circa prædæ commodum abstinentia.] Profectò vt supplicij illius iustissimi memoria nullis iniuriis temporis deleretur, ipso loci nomine sculpitur; appellatur enim Horma, id est Anathema, quia omnia incensa periere, nec permissum est cuiquam aliquid spolij reportare.

Semper bella gerenda essent vt voti materia, expetendo non propria iniusta cōmoda sed Dei gloriam: Voti emissere, vehus orare est.

Ostentat belli iustitiam militū circa prædę cōmodū abstinentia.

2. *Tædere cœpit populū itineris, obmurmurat.*

4.5. PROFECTI SVNT AVTEM, &c.] De monte Hor versus Salmona, & Phunon, per viam, quæ ducit ad mare Rubrum, quod iam quartò adierunt, Israëlitæ fuére profecti. Ac videntes illi se iam fuisse non semel à Cades expunctos, vbi proxima Chananæa aderat: tædere eos cœpit itineris, laboreque animis ceciderunt, verbaque impatientis cordis indicem in Deum, ac Mosem protulere. Quare nos ex Ægypto captiuos eduxisti libertate donatos vt in solitudine moreremur? Nullum malum morte dirius, ergo mitius nobis deseruire tyranno, quam uccumbere. Deest panis, aqua non subest vitæ hominis fulcimentum, cibus iste mannæ leuissimus, seu exiguæ virtutis, ac substantiæ nos ad nauseam stimulat. L x x. *ἄρτον διάκενον panem vacuum*, quasi qui hominem vacuum relinquat. *Bono sensu conuenit Eucharistiæ, quæ est panis vacuus ipsa scilicet substantia panis, Solis accidentibus reliquis: verè autem plenus omni cœlesti suauitate.

Eucharistiæ panis vacuus & plenus omni cœlesti suauitate.

3. *Igniti serpentes immittuntur, percussi serpentis ænei aspectu sanantur.*

6.7.8.9. QVAM OBREM MISIT DOMINVS, &c.] Porrò Deus vt ignitæ iracundiæ aduersum murmuratores horrorem exprimeret, serpentes immisit ignitos *prætseres* nomine (ab vrendo deducto.) Hebræi autem morsus vrentis plagas, plurimorumque mortes aspectantes formidine pressi ad Mosem properarunt, ac proclamauerunt: Deliquimus planè, contra Deum, & contra te verba iniqua iactantes: Ora ô mitis tolerator iniuriæ, vt Deus à nobis serpentes auertat, quos meritò immisit. * Vt corrodentes, ac denigrantes famam proximi serpentum denigrantium corpora nostra morsibus compensaret: vt per quæ quis peccat, diriter torqueatur.] Oranti ergo Mosi pro populo Dominus affatur: Æneam perfice serpentis imaginem, eam in sublime erectam omnibus conspicuam, trabe, aut columna subiacta appone. Qui percussus æneum serpentem aspexerit, non peribit è vulnere, haud quidem naturali virtute simulacri, sed diuino excitato miraculo ob veri serpentis in Cruce exaltandi reuerentiam. Moses ergo iussit serpentem æneum fabricari serpentibus illis ignitis assimilem, & eleuatos in ligno vt à cunctis videri posset, ægris exhibuit medicamen; quicumque enim saucius aspectabat æs, illicò sanitate donabatur. *O quam facilis per Christum nobis spiritualium vulnerum paratur medicina? solo aspectu, id est, criminum Confessione, aquæ ablutione Baptismatis, ab exitialibus vulneribus liberamur.

Per quæ quis peccat, & extorquetur.

Spiritualibus vulneribus facilis, per Christū nobis medicina paratur.

10.11.12.13.14.15. PROFECTIQVE FILII ISRAEL, &c.] De Phunon trigesima sexta memorata mansione Hebræi in Oboth fuere castrametati. Vnde egressi, in Iebarim fixére tentoria vbi trigesimam octauam mansionem perfecerunt apud solitudinem quæ Moab respicit contra Orientalem plagam, medium enim desertum hoc in quo adiacet Iebarim, inter Idumæos & Moabitas in plaga ipsius Moab Orientali conspicitur. At mouentes inde, ad torrentem Zared in extremitate solitudinis ante terræ Moab introitum existentem peruenerunt. Quem relinquentes, castrametati sunt, haud gerentes mansionem, sed transeuntes accessere ad situm solitudinis respicientem contra Arnon, rupem scilicet in sublime porrectam in deserto existentem, ac prominentem in Amorrhæi finibus, versus Orientalem duorum Regum Sehon, & Og Amorrhæorum plagam: siquidem. Arnon, è cuius regione Israëlitæ transierunt, terminus est Moab, à Moabitis diuidens Amorrhæos. Vnde ad perpetuam rei memoriam in libro bellorum Domini (fuit hic liber vetus ante Pentateuchum conscriptus; sed intercidit, sicut libri Enoch, Gad, Nathan, Addo, & aliorum, quorum facta Pagina meminit) dictitatur: Sicut debellauit, & perdidit Ægyptios in mari Rubro, ita Sehon Regem Amorrhæorum cum suis in torrentibus Arnon disperdet. Scopuli torrentium Arnon in caput hostium Israëlitici populi deuoluti eos oppresserunt, vt fluctus pelagi Rubri Ægyptios; vt requiescerent in terra eis promissa, quæ in Ar incipit, & in propriis domicilijs, quæ in finibus Moabitarum, nempe in terra duorum Regum Amorrhæorum, quæ conterminа est Moabitis, accumberent.

4. *Varia Israelis profectiones.*

16.17.18.19.20. EX EO LOCO APPARVIT, &c.] Ex eo itaque loco torrentibus Arnon proximo discedentes Hebræi versus trigesimam nonam mansionem, quam in Dibon Gad perfecerunt, venerunt ad puteum, qui eo loci datus est eis, vt siti æstuantibus succurreretur. *Promptior enim adest subleuatio laboris patientibus, quam obmurmurantibus. Vt actus ærumnis medicamine cœlesti doneris, plus patientia conferet, quam querelæ.] *Super quo*, id est, vt huiusmodi puteus Hebræis exhiberetur Dominus sic Mosi locutus: Congrega populum sitientem, nec tamen obmurmurantem, & eis aquam largiter profundam. Tunc multitudine congregata populi Principes ad iussionem Mosis suis scipionibus terram percussere, de qua subitò maxima aquarum vis profluxit: quo viso miraculo iam gratus Israël iunior hoc carmen in gratiarum

5. *Puteus apparet; canit populus. aliæ profectiones exprimuntur.*

Promptior laboris subleuatio patienti, quam obmurmuranti.

actionem

drai, quæ erat vna ex præcipuis Vrbibus suis, pugnaturus occurrit. At Dominus Mosi profatur: Ne pugnacis te terreat aspectus d[illegible]po'ui enim Regem hunc infallibiliter tibi tradere, teque omni populo, omni eius terra potiri. Sic Og debellabis, sicut Sehon Regem Amorrhæorum habitatorem Hesebon deleuisti, quod futurum tibi denuncio vt securitate victoriæ validior exercitus procedat ad pugnam. * Nisi reuelante Deo, nunquam victoriæ præsumpta certitudine procedas ad campum, licet videaris militum robore excellere; varius enim belli euentus, quo vel imbellibus militibus dat non robur, sed victoriam occasio.] Hebræi igitur Og, cum filiis suis vniuersumque eius populum vulnerarunt, ac parcentes nemini, deleuerunt: eiusque sunt potiti dicione, cuius vna pars postea Tribui Gad, altera vero dimidiæ Tribui Manasse est adscripta.

Nūquā pugnādū ceni- tudine victoriæ præsūpta ex robore militum.

CAPVT XXII.

Ariolus Balaam à Balac Moabita Rege aduocatur, vt Hebræis maledicat. Sed ariolum, probibente Deo, ne malediceret, & tamen maledicendi animo properantem Angelus per os Asinæ loquens acriter reprehendit.

1 PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. 2. Videns autem Balaac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, 3. & quod pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, 4. dixit ad maiores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab. 5. Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt vocarent eum, & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. 6. Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere & eiicere eum de terra mea. noui enim quod benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris 7. Perrexeruntque seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus. Cumque venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac: 8. Ille respondit: Manete hic nocte, & respondebo quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum: 9. Quid sibi volunt homines isti apud te? 10. Respondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, 11. dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum. 12. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo: quia benedictus est. 13. Qui mane consurgens dixit ad principes: Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. 14. Reuersi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum. 15. Rursum ille multo plures & nobiliores quã ante miserat, misit. 16. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cuncteris venite ad me: 17. paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti. 18. Respondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. 19. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus. 20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita dumtaxat, vt quod tibi præcepero, facias. 21. Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis. 22. Et iratus est Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum.

23. Cernens

23. Cernens aſina angelum ſtantem in via, euaginato gladio; auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, 24. ſtetit angelus in anguſtiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. 25. Quem videns aſina, iunxit ſe parieti, & attriuit ſedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: 26. & nihilominùs angelus ad locum anguſtum tranſiens, vbi nec ad dexteram nec ad ſiniſtram poterat deuiare, obuius ſtetit. 27. Cúmque vidiſſet aſina ſtantem angelum, concidit ſub pedibus ſedentis. qui iratus, vehementiùs cædebat fuſte latera eius. 28. Aperuitque Dominus os aſinæ, & locutum eſt: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce iam tertio? 29. Reſpondit Balaam: Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem. 30. Dixit aſina: Nónne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque in præſentem diem? dic quid ſimile vnquam fecerim tibi. At ille ait: Nunquam. 31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum ſtantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. 32. Cui angelus: Cur, inquit, tertiò verberas aſinam tuam? Ego veni vt aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihique contraria: 33 & niſi aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtenti, te occidiſſem, & illa viueret. 34. Dixit Balaam: Peccaui, neſciens quòd tu ſtares contra me: & nunc ſi diſplicet tibi vt vadam, reuertar. 35. Ait angelus: Vade cum iſtis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. 36. Quod cùm audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum eius, in oppido Moabitarum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon. 37. Dixitque ad Balaam: Miſi nuntios vt vocarent te, cur non ſtatim veniſti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? 38. Cui ille reſpondit: Ecce adſum: numquid loqui potero aliud, niſi quod Deus poſuit in ore meo? 39. Perrexerunt ergo ſimul, & venerunt in vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. 40. Cúmque occidiſſet Balac boues & oues, miſit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. 41. Manè autem facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

COMMENTARII.

1. Balac Rex timore affectus ad Proceres Madian loquitur.

VERS. 1. 2. 3. 4. PROFECTIQVE CASTRAMETATI, &c.] Profecti ergò Hebræi de Helmon, de Blathaim, ſeu de montibus Abarim, ex quibus manſionibus Sehon & Og Reges Amorrhæorum debellauerant; in campeſtribus Moab caſtrametati ſunt quadrageſimam ſecundam, deſerti vltimam, perficientes: vbi trans Iordanem Iericho ſita eſt; inter manſionem enim hanc & Iericho, quæ prima Ciuitas eſt plagæ Orientalis terræ Chanaam nil aliud mediat niſi fluuius Iordanis. Porrò câpeſtria hæc olim fuerât Moab, iâ autem erant Sehon, & eo occiſo filiorum Iſraël. Agnoſcens autem, fama vociferante Balac filius Sephor quæ geſſerat Iſraël contra Amorrhæum facinora, & quam facilè Regem Sehon, qui potentior Moabitis extiterat, quorum non minimam Regni portionem decertando acquiſierat: ſciens præterea Moabitas, quibus imperante Deo, Iſrael pepercerat, tamen in conſpectu eius tremore eſſe perculſos, quaſi tanti populi impetum ferre non valerent: ad maiores natu Madian, qui Moabitis vicini erant, animi ſtupore, ac deſperatione profatur: Populus Hebræorum omnes, qui in noſtris finibus commorantur, planè delebit; non quidem ſicut ouis vel capra, quæ herbarum ſummitates ſolummodo decerpunt, ſed quemadmodum aſſolet bos vſque ad radices gramina linguæ falce reſecare. Alij Reges gentes, quas repugnando vincunt, ſuæ adſcribunt ditioni tributis onerant; ſed vitæ parcunt; Hebræi vero cunctos ciues occidunt. * Quam aptè in ſpiritualis certaminis documentum! Cuncti comminuendi ſunt hoſtes, vna enim animi reliqua vel muliebri imbelli paſſione, victoria aſſolet infatuari.] Profectò hiſce diebus Rex Balac in Moab imperabat, vnde quia Rex erat Moabitarum ideircò cum Madianitis ſibi conterminis, ac confœderatis de remedio agebat. Quorum conſilio ad hoc fuit actus, vt negotium, quod armis perficere non poterat nempe Hebræorum interitum, ſubſidiis Magicis, & ariolorum maleficiis intentaret.

Nulles ex hoſtibus ſpiritualibus relinquedus, cõminuet. ſũ omnes, ne victor infatuetur.

2. Balac nuncios ad Balaã ariolũ immittit, vt veniens Hebræis maledicat.

5. 6. MISIT ERGO NVNCIOS AD BALAAM FILIVM BEOR ARIOLVM, &c.] Rex ergo Balac nuncios immiſit ad Balaam filium Beor, ariolum non Dei prophetam, ſed dæmonis auxilio ſe pro propheta venditantem. Hic iuxta flumen terræ Ammonitidæ, Euphratem ſcilicet, habitabat, à nunciis autem regis exaudiuit: Ex Ægypto populus aduentauit adeo innumerabilis, vt terræ ſuperficiem operire videatur, qui quidem caſtra contra me poſuit, mihi Regnóque Moabitarum imminens. Propera igitur ad me, vt huic Hebræorum populo maledicas, maledicto gerente, quod gladius perficere non poteſt.

Maledictiones ... * Si ... maledictiones timendæ exponuntur, quid Ecclesiæ aduersus contumaces iuste expetit maledictiones, & anathemata: Gladius certè vtraque parte acutus animum corpusque exitiali vulnere afficiens.] Sic fortuo rem me populum, quem non possum bellando, saltim opere tuo magico fortasse percutere potero, eumque de terra mea in cuius finibus castrametatur, exturbare. * Si in terra Balac Regis nondum morabatur exercitus Hebræorum, cur asserit è terra sua esse releganduni? Quia si hostem iuxta te esse pateris, iam intra te existere existima. Nec tuam domum, vbi occasio delinquendi moratur, degere velit, qui fines suos non vult ab hoste possideri.] Noui ò Balaam, donari benedictione eum, quem tu benedixeris: & in quem maledicta congesseris, maledictionis gladio deperiie. Nocent quidem magi, sagæque suis per dæmonem incantationibus; per quem etiam, remotis rebus nocentibus, quas applicarant, sanitati restituunt.

3. 7. 8. 9. Perrexeruntque seniores, &c.] Igitur vtriusque Regni Proceres, nempe seniores Moab, & maiores natu Madian, ad Balaami domum pertexerunt, diuinationis pretium scientes in manibus, ne ariolus ob timorem ne merces à potenti Rege denegaretur, venire recusaret. * Omnes difficultates pretio, aut præmio exposito, superantur. Quem inanus plena allicit, manus vacua retardat.] * Licet autem præmium promissum homines adferat ad laborem: tamen *pretium in manibus* attrahit efficacius.] * Ex hoc verò Balaamus ariolum se, non prophetam ostendit; quod pretio curet responsionem exhibere. Suspectus tibi sit ille, quem credebas prophetico Spiritu plenum, si eum videris ad præmij aspectum excitari. * Veniunt itaque nuncij ad Balaamum apud Aran Mesopotamiæ commorantem, eique omnia Balac Regis verba aperuere. At ille respondit: Hac nocte hoc in loco manete, & quidquid mihi oranti Dominus aperuerit, indicabo. Volebat ille hoc tempore, veri Numinis consulendi confictio prætextu, dæmonem suo de more consulere. Porro illis apud Balaamum manentibus, non Dæmon aduocatus aduenit, sed Angelus Dei personam gerens aduentauit, profatus: Hi homines, qui te quæsituri accessere, quidnam intendunt?

10. 11. 12. 13. Respondit Balac filius Sephor, &c.] Deo igitur Interroganti de re, quam ipse nouerat, ad excitandum in ariolo animi attentionem, vel vt hominis quoquo loquebatur, morem exceteret, Balaamus respondit: Balac filius Sephor Rex Moabitarum ad me Moab, & Madian Proceres immisit Indicaturos, populum de Ægypto egressum terram multitudine operire, meque à Rege ad ei maledicendum aduocari *, vt maledictis abigatur à terminis, quomodo assolet locustarum exercitus exterminari: & valeat Rex pugnans contra maledictum populum præualere. * Date mihi, benedictum exercitum aduersum maledictum decertare, id est, Christicolas contra Ecclesiæ hostes ad bella procedere: vel imbellis manus innumeta-

Omnes difficultates, præmio ex posito, superantur. Promissum præmiū alliciat ad laborē, in manibus autē attrahit. * Filium puta prophetam, qui præmio allicitur vt respondeat.

Iubet Deus Balaamo, ne maledicat populo.

Si animi hostē iuxta te pateris adesse existima, in te existaliter commorari.

Si Christicola vel imbellis cōtra innumerabilē exercitū hostiū Ecclesiæ pugnat benedictus vincet.

fities valebit delere cateruas.] Deus itaque Balaamo respondit: Noli cum nunciis ad Moabitas, ac Madianitas procedere, neque ex hoc loco, in quo consistis, populo maledicas; quia cœlesti benedictione munitur. Quamuis enim maledictio tua, ex magicæ artis obiectuationibus haud nocere possit Hebræis: nolo tamen in benedictos maledicta vel maniter iactitari. * Non officiunt iustis prauorum oblatrationes, quas tamen Deus curat prohiberi veritatis commendatori, assertor innocentiæ, iustitiæ propugnaculum.] Balaamus ergò surgens diluculo profatur ad Principes: Ad vestras redite prouincias, me hic vtique remanente; quamuis enim viam haud arripere recusarem, prohibitus sum à Domino vobiscum incedere.

14. 15. Reversi Principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum, &c.] Principes igitur ad Balac retulere: Noluit Balaamus nobiscum venire. At tamen causam subticuere redditam ab ariolo: *Prohibuit me Dominus venire vobiscum.* * Quidni aulici obliuioni tradere quidquid ad Dei pertinebat obsequium? Vbi enim Regum placita exponuntur, nihili ducunt Domini imperia.] Ideò Rex cogitans sibi forte quia pauci erant legati, vel quia minus nobiles Balaamus venire recusauerat, enimmulto plures, ac nobiliores immisit * Si Principes Regi veritatem aperuissent, tanti apparatus sumptibus pepercisset.] * Quot sumptuum est causa veritas Regi non exposita! sed quandoquidem aulici veritatis extitère assertores.

16. 17. 18. 19. Qui cum venissent, &c.] Ad Balaamum itaque illi nobilissimi accessere profati: Balac filius Sephor, hæc suo nomine tibi iussit à nobis indicari: Ne, obsecro, cuncteris, & ad me venire, in laboris enim tui præmium te paratus sum honorare magno recipiens hospitem apparatu, perspicua exhibens reuerentiæ documenta. Quod si tibi diuitiæ placeant, quidquid volueris argenti, aurique munifice exhibebo: tantum veni, & populo minaci huic congere maledicta. * Hebr. loco verbi illius: *Quidquid volueris dabo tibi*, est, *Quæcumque dixeris mihi, faciam.* Quam aptè! Reges enim dant, dum subditi voluntati submittuntur. Valeat apud Regem Balaamus, eius dictis annuat: quidquid voluerit, impendet. Et quando minister valens apud Regem, plenus regiis muneribus non simul ostenditur? Idem prorsus valere, ac ditari.] Balaamus respondit: Regum munera magni sunt æstimanda, sed diuino præscripto postponenda. Date, quod Balac posset mihi amplissimam domum suam auro, argentoque onustam exhibere: haud possem verbum Domini Dei mei immutare: neque ad id vlla ratione inducar, vt plus, vel minus loquar, quam Deus me locuturum præscripserit. (Dei iram, ac vindictam timebat.) Obsecro tamen, vti Regis placito me ostendam affectum, vos apud me etiam hac nocte commorari, vt iterum à consulto Domino agnoscam, an saltem propter improbitatem me permittat abire vobiscum. Ex hoc

Licet non officiant oblatrationes prauorum iustis, Deus curat in eos maledicta non iactari.

4. Referunt Principes Balaami responsionē. Rursū Balac plures immittit nuncios, pergit, liquuntur Ariolo. Aulici obliuiscuntur Dei iussa, vbi Regū placitum exponitur. Multorum sumptuum est causa veritas Regi non exposita. Aulicorum ingenium Regi opetiā te veritatē.

Qui valet apud Reges, simul regiis plenos ostenditur, quia idem est valere, ac ditari.

certe Balaami timore, ex crebro ad Dominum consulendum accursu, ex iterata ei Domini apparitione probabile crediderim, Balaamum non ariolum fuisse, sed de numero prophetarum, qui inter Gentes aderant, vt Sybillæ. * Inde autem commendabilem (quidquid sit de propheta, aut ariolo) expono, quod id asserat se non posse gerere quod contra Dei præscriptum esse videatur.

Iustus minister Dei id non potest gerere quod Sute non fit.

Non potero immutare verbum Domini Dei mei. * Dei pudeat ministros, dum vt Regum placitis morem gerant, diuinorum præceptorum verba immutant, vt cum iniusto Regum placito componere videantur. O quot sacra dogmata ad Principum placitum detorquentur!]

Tarântur Dei ministri qui Dei verba entant cum Regis placitis iniquè componere.

5. *Permittit Deus Balaamum cum nunciis proficisci.*

20. 21. 22. VENIT ERGO DEVS AD BALAAM NOCTE, ET AIT EI: SI VOCARE, &c.] Deus Balaamo noctu apparet, & inquit. Vocatus à Rege Procerum internuncio vibanus acquiesce, surge, vt cum eis proficiscaris, ea tamen lege, vt iussis meis exequendis te paratum exhibeas. Mane Balaamus profectus assurgit, & strata asina cum procentibus se dedit itineri. At Deus iracundia conflagrat. Quare precor? An quia mane Balaamus assurgit, vt terreno Regi obsequeretur. * Certe maturioum, seu præpropetum, diligensque officium soli Nomini litandum.] * Quam commendabilis Abrahæ mane surgentis, summo imo de nocte ad holocausti solum propetantis obedientia! Ideo vtique quia non Regi terreno, sed cœlesti obsequium parabatur.] Crediderim tamen, ideo Deum iratum, quia contra quam illi præceptum fuerat, ea mente ibat, vt Israeli malediceret. * Vorum denam mentem ille maturetat? Ex aulicorum quidem societate: *Profectus est cum eis.* Aulici enim asseclas suos sui faciunt æmulatores.] * Aut si magis placet, cupiens Balaamus à Rege in Curia honoribus, & muneribus onerari, iam incipit auertere à præsenti veritatis animum. Nec enim vna in sede morantur, Regi terreno annuere, & veritatis iura seruare. Quam difficile se Deo præstat obedientem, qui Regis mundialis temperatur ad placitum?] Angelus autem Domini contra Balaamum stetit in via, vt in assumpto corpore ex aëre efformato, se ariolo terribilem ostenderet, horrorem immitteret ei, qui asinæ insidebat, & ob illius tarditatem, vel alia ex causa se ab aliis comitibus abstraxerat, tantumque vno & altero famulo comite incedebat.

Non Regi terreno: sed cœlesti litandi diligens præproperi obsequium. Comendabilis Abrahamus de nocte cō surgens, quia Deo obsequium parabatur nō terreno Regi. Aulici asseclas suos sui æmulatores efficiunt. Non poteris Regi terreno annuere, & veritatis iura seruare.

6. *Asina diuertit à via, percutitur, loquitur.*

23. 24. 25. 26. 27. CERNENS ASINA, &c.] Cernens igitur adhuc à longe asina Angelum stantem in viâ, qua erat transeundum, & stricto gladio minitantem: se auertit è via, & nolens tendere in locum, vbi Angelus aderat, aufugit ad agrum. Quam cum diuerberaret Balaamus, & ad semitam adducere conaretur, Angelus relicto loco, vbi steterat prius, se duarum maceriarum, seu parietum, queis cingebantur vineæ, constituit in angulis. Quem asina aspiciens, curans ab eo versus alterum semitæ latus recedere: hæsit parieti, sed eorusque pedem inter parietem & latus compressum atriuit. At ille haud patienter sustinens pedis attritionem, rursus diuerberabat asinam: & nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram, nec ad sinistram viæ, quaten deb atur, poterat asina deuiare; obnius stetit. Porro videns iumentum Angelum proximius stantem sibi valde terribilem, iamia fuit affectum formidine, vt non valens pedibus consistere, sedentis pedes diris vulneratorum concidit. At Balaamus ira accensus acriori, immitius asinæ latera verberabat. * Quam sæpe hominum verberat impatientia diuini in strumenta supplicij! Dum hostem lædis, patris cælestis flagellum, quem deberes humiliter osculari, iniuste comminuis.]

Cum hoste accepte no. biscelerisema, domini supplicij instrumenta perentimus, quæ debeimus oscula- ri.

28. 29. APERVITQVE DOMINVS, &c.] Mouit Angelus asinæ linguam, vt loqueretur, sicut dæmon mouerat os serpentis cum Eua colloquentis in paradiso. At vfus Deus asinæ voce, cum quia congrue bruta mens per brutum edoceretur, tum vt erodiretur, & castigaretur auguris vanitas, qui ruditum asinæ, & auium garritum quasi omina, quæ futura significarent, obseruare solebat. Quid, inquit asina, feci tibi? Cur me vulnerasti? Cur iam tertio vulnus misero animanti addidisti? * Taxentur hinc, qui acti impatientia, muta verberant animantia: quæ quidem si os eis Dominus aperiret, de dominorum ingratitudine quererentur. An non animi ingrati facinus iumentum à quo vehitur, acriter vulnerare?] * Profecto si dominantis iniquitas subditam asinam excitat ad querelas quid non iuste queratur homo de iniqua Præsulis iniuria?] Piemenda particula, *Ecce iam tertio.* Vna, aut altera sessoris iniuria Præsulis scilicet, sufferri fortasse subditus valebit: at crebro iterata vulnera Rectoris quis vel asinus valeat tolerare?] Balaamus respondit haud pauescens asinæ loquelam, forte quia consuetudinem habebat maleficis artibus efficere, vt bruta loquerentur. Quia (inquit) commeruisti, & illusisti mihi, obedire recusans, inferens pedibus collisionem. Vtinam fustis verteretur in gladium, vt morte, non verbere punireris] Porro, si prius alibi nō audierat asinam obloquentem, in hoc cum ea colloquio furor arioli, & cæcitas eminet, qui nec bruto loquente expauit, nec causā miraculi, & significationem curauit vestigare. * Et quando inobedientiam mentis cæcitas non insequatur?]

Taxātur qui impatienter in bruta deseuiunt.

Vel bruta queruntur de Dominorum iniuria.

Quid sub dito Rectoris iterata iniurias vel subditus asinus non potest tolerare.

Inobedicas cæcus.

30. DIXIT ASINA, &c.] Replicat asina: An non animal tuum sum admodum mansuetum, cui insidere vsque in hunc diem consueuisti? Dic, quæso, num aliquando tibi obsequium abnegarim? num simile tuis pedibus vulnus inflixerim? Ac Balaamus respondit: Nunquam. Si igitur (posset asina replicare) hactenus nunquam gesserit quidquam ex his quæ modo sum operata: coniectare debetes, me non ad illudendum, neque praua inclinatione, sed ab alio compulsam id præstitisse. Hinc premens particulam *Dic, quid simile vnq uam fecerim tibi*, taxo eorum impatientiam h erorum, qui famulos in cunctis diu obsequentes, ob singulare erratum, aut vulnerant, aut è domo propulsant.

7. *Loquitur Angelus Balamo.*

31. 32. 33. PROTINVS APERVIT DOMINVS OCVLOS BALAAM, ET VIDIT, &c.] Dixit animans, & protinus Deus cœci Balaam aperuit

aperuit oculos, vt Angelum in via stantem euaginato gladio videret. Cælicolam Balaamus pronus in humum adorauit, & Angelus profatur: Cur tertio impatiens asinam fuste diuerberas? * Primus iracundiæ veniabilis quodammodò apparet effectus: sed iteratum vulnus infligentis probat iniquitatem.] Ego tuus (probabiliter quidem.) custos Angelus conatus tuos impedire conatus. * (O quoties Angelus tutelaris properantes ad vitia refrænat!)] Peruersa etenim est via tua ob peruersam intentionem, qua ad Balac proficisceris, contrariam plane præscriptioni cœlesti. Nisi asella declinasset à via dans locum iræ resistentis, & id gerens aliis ex laboribus corripuisset pedem atterendo, in terram proiiciendo: ego te occidissem, & asina viueret, quæ si non omnino mortua tua ex iracundia concidit, ita male habita euadit, vt vix viuere possit. * Certè supplicium subdito immoderate inflictum veluti occisio est.] Attamen Deus exiguam hanc tibi pœnam infligit, vt ab exitiali vulnere posses liberari. * Sæpe querimur de inflictione laborum famis, aut nuditatis: immerito plane, si quidem diriora incommoda, & sæpe æternæ flammæ diritatem effugimus, dum temporariis fatigamur ærumnis]

Ratio prima iracūdi quasi veniabilis, repetitū vulnus infligētis iniquitatem probat.

Angelus custos nos ad vitia properantes infrænat.

Supplicium subdito immodicè inflictū velut occisio est.

9\.

Se pœnitudine affectū Balaamus ostendit.

34\. 35. 36. DIXIT BALAAM: PECCAVI, NESCIENS, QVOD TV STARES, &c.] Dixit Angelo Balaamus: Peccaui ex intentione iniqua, ex impatientique asinæ diuerberatione ignorans, quod apparitio tua metum incuteret animanti, alioquin haud compulissem asinam vt per locum, vbi tu aderas gereret iter; sed continuo regrederer. Nunc autem, quod ad viæ peruersitatem attinet, si displicet tibi Numinis gerenti personam, vt ad Balac procedam, reuertar vltroneus. Vado, (inquit Angelus) cum Proceribus; nec enim iniqua profectio, si animi non adsit iniquitas. Hac lege procede, vt caueas, nè aliud, quam præscripsero tibi, loquaris, ne exitiali afficiaris supplicio. Profectus est ergo Balaamus cum Moabitarum, ac Madianitarum Principibus, qui ad eum venerant vocitandum. Cum autem Rex Balac dignouisset à præcurrentium nunciorum monitu Balaamum accedere, ad Oppidum Moabitarum, quod adiacet in extremis Arnon finibus, properauit, vt ei obuiam procederet. Eo autem loci ideo Balac constitit, vt Balaamum honore cumularet, vt magis eum ad maledicendum populo demulceret: & vt proximior fieret Hebræorum castris, quibus inferenda maledicta. * Quasi maledictio alata non sit sagitta longè dissitis vulnera infligens] * Quam facilitèr vel regia inclinatur maiestas ad demulcendum eum à quo commoda sperat!]

Maledictio alata est, longè dissitos vulnerans.

Vel maiestas submittitur ei, à quo cōmoda sperat.

37\. 38. 39. 40. 41. DIXITQVE AD BALAAM, &c.] Rex igitur Balaamo profatur: Principes immisi, vt te aduocarent nomine cupientis anxiæ te videre: cur non illicò ad me venitasti, sed desiderium morulis accendisti. An dubitasti, num possem muneribus tui itineris laborem, tui muneris officium compensare? * Principes semper expetunt, omnes suis præceptis ad nutum obedire: quælibet eis morula pro piaculo reputatur.] Balaamus respondet. Ecce adsum, sed tamen meus aduentus nihil tibi proficiet, nihil enim loqui potero, nisi quod Deus mihi promendum dictitauerit: ideo me aduocationi tuæ pigritantem ostendi. Pergunt simul ad Vrbem, quę in extremis Regni eius aderat iuxtà mansionem, in qua erant Hebræi. Occisis autem bobus, ac ouibus, Balac ob lætum aduentum Balaami festa, sacrificia, ac cōuiuium instituit: indéque munera Balaamo, Principibúsque qui illum comitati fuerant, immisit. * Fælicia tempora, cum ad regia conuiuia boues, & oues mactabantur, cum necessitati præstabatur annona, non luxuriei illectamenta.] * Preme particulam, *Cum occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & Principes munera.* Carnis bouinæ, aut ouinæ portio olim erant munera regalia Principibus impensa. O temporum malignitas, cum ad regium munus Principibus præparandum ad conuiuia extruenda necessarium est, cunctos subditos ieiunare.] At illucescente die duxit Balac Balaamum ad loca edita in quibus Delubrum aderat Baal dicatum. Fuit hic mons Abarim, qui Moabitas Sehon & Og diuidebat à Regno. Porrò iuxta montem hunc in campestribus castra aderant Hebræorum. * Haud sine pōdere prætereat illa particula: *An quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?* Hebr. *Num verè non potero honorare te.* Verus honor merces? *Honora viduas* (ait Paulus) *quæ vere viduæ sunt.* 1. Tim. 5. 3. id est, subsidia illis dato. Date enim subsidium, verè est honorare] * Tunc miles, tunc pauper subditus honoratur, cum necessaria donatur annona. Fame pereunti, quid Iacobeum, Alcantaræ, aut Calatranæ proficit nobilitatis insigne, nisi ad strictiorem ex consequentibus sumptibus paupertatem?]

10\.

Queritur Balac de Balaami aduocati mora.

Principes volūt, omnes suis ad nutū obedire præceptis.

Olim ad regia cōuiuia boues & oues parabantur O luxuries tēporis nostri.

Ad præparādū munus Principibus à Rege, necessariū est hodie, cunctos subditos ieiunare.

Dare subsidiū militi, aut subdito, vere est honorare.

Nō honoratur vere miles, cū ei datur nobilitatis insigne, sed cum eius subleuatur inopia.

CAPVT XXIII.

Balaamus Israelitis, vt putabatur maledicturus, eos opplet benedictionibus à religione, fortitudine diuinóque præsidio commendat, eorum prædicit victorias.

1\. DIxitque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos eiusdémque numeri arietes. 2. Cumque fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietē super arā. 3. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadā, si fortè occurrat

occurrat mihi Dominus, & quodcumque imperauerit, loquar tibi. 4. Cumque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutúsque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. 5. Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. 6. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: 7. assumptaque parabola sua dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & detestare Israël. 8. Quo modo maledicam cui non maledixit Deus? Qua ratione detestter, quem Dominus nõ detestatur? 9. De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. 10. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israël? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. 11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu econtrariò benedicis eis. 12. Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? 13. Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. 14. Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulo atque ariete, 15. dixit ad Balac: Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. 16. Cui cùm Dominus occurrisset, posuisséque verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. 17. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? 18. At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor: 19. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus est, & non implebit? 20. Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. 21. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israël. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. 22. Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. 23. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israël. Temporibus suis dicetur Iacob & Israëli quid operatus sit Deus. 24. Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. 25. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. 26. Et ille ait: Nónne dixi tibi, quòd quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem. 27. Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. 28. Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, 29. dixit ei Balaam: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes. 30. Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

COMMENTARII.

1. Aræ septē extruūtur, Deus Balaamo occurrit, negat posse Hebræos maledicere.

VERS. 1. 2. 3. DIXITQVE BALAAM, &c.] Igitur Regi Balac Balaamus prolatur: super huiusce mõtis verticem mihi extruere iube septem aras ob huius numeri perfectionem, quo dependentia sublunarium à septem Planetis innuitur: & totidem præpara vitulos, & arietes, vt sacrificiis expositis Dei responsa efflagitem. Balac igitur iubet septem aras præparari, occisisque hostiis super aras vitulos, & arietes apposuère, profante Balaamo ad Regem: Iuxta holocaustum, quod tui causa, & tuis sumptibus paratum est paulisper consiste, donec secretiorem quendam adeo locum Dominum consulturus, si fortè mihi Dominus dignetur occurrere vt imperet, quid tibi debeam aperire sermone.* Deus quidem non obiicitur iis, qui in frequentia hominum commorantur, sed qui solitudinis properant ad secretum.] Mentiebatur tamen ariolus, prætextu enim Domini consulendi, incantationibus solitis vacare studebat, sacrificiorum qui honorem non vero Numini, sed Baal animo sacrabat iniquo.

Deus non apparet his, qui in frequentia hominum cõmorantur, sed qui solitudinis properant ad secretũ.

4. 5. 6. 7. 8. 9. CVMQVE ABIISSET VELOCITER, &c.] Qui expetebat sibi Baal, aut dæmonem occurrere, Angelum bonum Deum referentē, forma visibili aspectauit. Mox Balaamus quasi inscio alloquitur: Septē aras extruxi, & victimas désuper imposui.* Porrò Dominus ac si mentis arioli non calleret iniquitatem, ei suggessit, eum docuit, quidnam esset sermone prolaturus.* Ediscāt Presules aliquando ad subditorũ vitia cœcurire, nimia enim cõsciētię subditi cognitio à Præsule expressa subditum

Affectent aliquando Præsules, subditorum errata nescire.

efficit

efficit insolentem: Dissimulatio autem illum solet reddere cautiorem.] Balaamus reuertitur, Regemque Balac iuxtà holocaustum inmobiliter astantem inuenit. * Reges quippe deuotos efficit tribulatio. * Omnes Moabitarum Principes socij Regi addicuntur. * Regis enim exemplum Principes edocet pietatem.] Orsus itaque Balaamus prophetare, profatur. (Vox Hebraica משל mas̃al prophetiam granem, pulchram, & acutam significat, Latine autem Hebræum huc vocabulum idem est, ac parabola.) Balac Rex Moabitarum, vt scitis, de Aran, seu Mesopotamia Syriæ, quæ ad plagam adiacet Orientalem me iussit adduci. Veni (inquit priorum nunciorum ex ore) & Iacobæo populo maledicta congere. Propera (ait, missis alijs nuncijs,) & Israelitas detestare. Quomodo autem potero maledicta iactare illi quem Deus minimè maledixit? Quo iure illum detestet, quem Deus minime detestatur? * Balaamo impio deteriores illi, qui iustis detrahere non verentur. Balaamus non potest benedicto maledicere populo: & detractores non possunt non iustos verbis inquis cunspurcare.

Tribulatio Reges efficit deuotos. Regis exemplum Principes docet pietatem.

Balaamo deteriores, qui iustis detrahere non verentur.

10. De summis silicibus videbo eum, &c.] Ex edito hoc monte Israelitici populi castra speculabor, & de collibus in campestribus consistentem contemplabor, Israel temoturus erit a gentilibus populis & dissociatus, & consortio, & inter gentiles non annumerabitur, nec inter illos cenlebitur: * Quomodo enim poterat Israeliticus pupulus fidelis Domino conseruari, si solus non existeret, si impiorum non fugeret consortium?]

2. Panegyricé inchoat Balaamus in populum Hebræum, Balac queritur, Balaã excusatur. Nõ poteris fidelis Deo existere, si impiorum non fugias consortium.

11. 12. 13. Quis dinumerare poterit, &c.] Quis annumerare poterit Israelis filios, de quorum innumerabili multitudine dictum, *Multiplicabuntur sicut puluis terræ?* (Gen. 13. 16.) & quis queat numerum stirpis Israeliticæ exponere? O si ego moriar horum iustorum morte, & nouissima ista horum nouissima æmulentur. * Familiare quippe est impijs, vitæ exitum sibi iustis parem optare, quorum tamen mores non sequuntur. Nec plerumque votis respondet euentus, mors enim vitæ probæ, aut improbæ assimilatur.] Audiens Balac inexpectatum Balaami sermonem: Quid est, loquit, quod dictitas? Te vt maledicta in meos hostes congereres, aduocaui, & tu è contrariò eis bene precaris. Balaamus respondit: An alia verba possum exprimere, nisi quæ & menti & ori à Domino suggeruntur? * Quam vera, quam prudens Concionatorum, ac Consiliariorum excusatio, si aduersus eorum sermonem querelæ excitentur! *Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus.*

Mors plerumque vitæ probæ, aut improbæ assimilatur.

Concionatorum excusatio, si querelæ excitentur: Non possum loqui, nisi quod suggerit Dominus.

14. 15. 16. 17. Dixit ergo Balac: Veni mecum, &c.] Balac ergo Balaamo dixit: Venias, quæso, comes mei locum in alterum, vnde partem exercitus Israelitici aspectans, tutum omnino non valeas intueri: inde eis congere maledicta. Superstitiosè Rex existimat, Balaamum Israeli benedixisse, quia totum castrorum ambitum in conspectu habuisset. * A communitate citat Balac Balaamum ocu-

3. Ad alium locum Balac Balaamũ inuitat planè inuiliter. Difficilè communitati sanctorum nocumentũ inferes.

los auertere, vt separatim possit Hebræis maledicere. Difficilè enim communitati sanctorum inferes nocumentum]* Imo cùm improbis communitatis sanctæ socius (si Iudas aliquis in collegio) curauerit maledicta imprecari, non putris, quia dum zizaniorum mani puli inter bona semina commorantur, Deus eos quodammodo ostendit vt triticum.] Cùmque Balac Balaamum in locum sublimem adduxisset super montis Phasga verticem, præcepit Balaam inibi alias septem aras ædificari: impositisque supra singulas vitulo, ac ariete Balac Regi profatur: Iuxta holocaustum tuum consiste, precor, dum obuiam Domino procedo, si dignetur mihi vt prius apparere. Conabatur Balaamus auguriis tentare, num Deus sibi permitteret Israelem maledictis afficere. * Id est quidem aulici vel docti vel Religiosi studium, sic Theologiam cum voluntate regia componere, vt sine enormi læsione legis possit placere Principi.] * At crediderim difficile vna io sede morari legis & Regis indemnitatem.] Obuio ariolo Deus occurrit, verbùque postea profundendum ei in ore apponens, iussit, cum ad Balac properare, eique huiusmodi sermonem exponere.

Vel impius in communitate dum adest, potius inculpamitare.

Curat aulicus vel Religiosus cõponere legis præscripta cũ voluntate Regis. Difficile salua lege, Regi placere.

18. 19. 20. 21. Reversus invenit eum, &c. Cum Balaamus regrederetur ad Regem, cum coetum Moabitarum Principibus consistentem iuxta holocaustum inuenit, & Balac Balaamo profatur: Quid à Domino audisti? At ille furibun propheteans, ait: Cor, auresque attentas præsta fili Sephor. Haud Deus veluti homo mendax, & mutabilis: si homo mentiri valet, ac mutari, Deus mentiri, ac mutari non potest. Dixit ne aliquid se facturum, & non egit? promisit, & non impleuit promissionem? Deus iussit, vt non maledicerem Israeli, neque hactenus prohibuit: omnino ergo faciet, quod dixit, neque, ne maledicam, prohibuit. Non addoctus sum vt exitiosas ad maledicendum, licet enim vltroneus ad maledicendum veniebam, Deus me adduxit velut inuitum, meamque iniquam mentem conuertit in æquam. Adeò autem meus illustratur, & ad laudem, & benedictionem Israelis incitatur a Domino voluntas, vt vix possim non benedicere.

22. 23. 24. 25 Non est idolum, &c. Intueor, (Chaldæum imitor) quoniam non adsunt in domo Iacob idolis seruientes, nec in Israël falsorum Deorum simulachra reperiuntur, pater enim Iacob, & Israel coniunxit, & apud Bethlecm pariter dumum infodit. * En Christicolæ populi D. Ignatij, Iacobi scilicet piissimi ex astu commendatio. Adeant idololatriæ Bachanalium diebus reliquiæ, sed pustquam Iacob pulchrioris Rachelis id est diuinę gloriæ amator Quadraginta horarum solemnis idolorum reliquias apud Bethleemum panis Eucharistici domum humauit, veraciter illud peruulgatur elogium: *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israel.*] Verbum Domini Dei sui est in adiutorium eorum, & cum tubæ argenteæ iussu Domini factæ personaue, rint, iubente Domino, Hebræos bellum inire, eis Rex eorum adeat auxiliator, nunquã nõ victoria potituris. * Haud sequitur fortiorè victoria

4. Panegyricum persequitur. Non est idolum in Christicola populo, post quam Ignatius Bachanalium reliquias Quadraginta horarum solemni commouit, & apud panis Eucharistici domum humauit.

ctoria, sed plerumque adscribitur iustitiæ.] Hebræorum Deus cuius fortitudo monocerotis potentissimos exponit effectus, (commendat diuinam fortitudinem expressa rhinocerotis seu monocerotis similitudine, cuius fortitudinem scriptura non semel prædicat) & in manu valida ex Ægypti captiuitate eduxit. Nulla incantatio, nullum maleficium est in Iacob, nec in Israel ars diuinandi exercitur; nec enim dæmonis consilio ad bella procedunt, sed Deo inspirante cum hoste confligunt. Temporibus suis, siue sequentibus sæculis Hebræis posteris prædicabuntur Dei erga Hebræos præstita mirabilia. Consurget populus vti leæna, quæ cum catulos lactat, & fame premitur, præ leone ferocit, & sæuit. Horribilis erigetur vt leo pugnaturus, non quiescet, donec hostes suos proterat Chananæos.

5. *Ad alium locum inaniter etiam perductus est Balaā.*

25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. DIXITQVE BALAC AD BALAAM, &c.] Videns Balac, Balaamum totum se effundere in Israëlis benedictiones, dum maledicere fuerat aduocatus, postulat ab eo vt nec maledicat, nec benedicat. Nec laudes inquit, nec vituperes, te gere neutralem: si mihi non placent maledictionis verba quæ renuis proferre, benedictionis sermo non displiceat. * Nil enim sic animum sauciat, quam inuisi elogia exaudire.] Balaamus respondit: Cur mihi id imputas culpæ, si aperui tibi, Deum linguæ, ac vocis meæ habenas moderari: vocem quidem emitto, sed Dominus organo præstat spiritum, & ad suæ voluntatis dirigit effectus.

Sauciat animū, audire Inuisi hostis elogia.

Ad quæ Balac adhuc iniquo animo stultus. Veni, inquit, & ad alium te conuenientiorem locum adducam, si forte placeat Deo, vt inde populum Hebræorum exitiali sermone disperdas. * Quàm cæcus, qui putat à loco sibi ærumnas excitari, quæ à piaculis inferuntur. Bellum, ais, infæliciter geritur, quia ab imperito Duce administratur, quia pecunia non adfuit, quia opportunitatis defuit instantia. Proh hominis dementiam! Semper hostium proferentur elogia, quia semper, læso Numine, procedis ad campum.] * Non perpetrentur à Rege, subditisque crimina, hostis haud canentur elogia.] Duxit ergo Rex Balaamum ad montis Phogor; qui respicit campestrium Moab, vbi aderant Hebræi solitudinem, verticem, locum quidem ad maledicendum accommodatum. * Phogor enim idem est, ac Priapus luxuriei Idolum. Vbi enim luxuriei addicitur animus, ibi detractioni lingua laxatur. Ideo Diues ille qui *epulabatur quotidie splendidè*, ob detractionis piacula specialissimè torquebatur in lingua.] Balaamus itaque Regi profatur: Septem alias aras ædificari iube, totidem vitulos, totidem præpara arietes: vt sacrificiis Dominum tuam adducam ad mentem. * En stultitiam sacrilegam earum mulierum, quæ vt voluptati indulgeant, lumina accendunt, munuscula litant altari.] Executioni datur Balaami petitio: extructisque aris singulis singuli vituli, singuli apponuntur arietes iuxta ritum, quem superstitiosus ariolus postulat obseruari.

Bellorū infælices euētus, hosti unque victorū elogia haud à loco aut tempore, sed à Principum populique proueniunt iniquitate. Si crimina cessent, hostiū cessabūt elogia.

Luxuriei dū accenditur animus lingua ad detractionem afficitur.

Taxantur, quæ vt voluptati indulgeāt, munuscula litant altari.

CAPVT XXIV.

Tertio & quarto Balaamus Israeli benedicit, Christūmque ex eo stellæ instar, prædicit exoriturum. Varia de Amalecitarum, Cinæorum, Hebræorum, ac Romanorum exitio prædicit.

1. CVmque vidisset Balaam quòd placeret Domino, vt benediceret Israëli, nequaquam abiit vt antè perrexerat, vt augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum, 2. & eleuans oculos, vidit Israël in tentoriis commorantem per tribus suas: & irruente in se spiritu Dei, 3. assumpta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: 4. dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius: 5. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël: 6. vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas: 7. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. 8. Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossáque eorum confringent: & perforabunt sagittis. 9. Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. 10. Iratusque Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrariò tertiò benedixisti: 11. reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. 12. Respondit Balaam ad Balac: Nónne nunciis tuis, quos misisti ad me, dixi: 13. Si dederit mihi Balac plenam domum suam

argenti

argenti & auri, non potero prætetire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar; 14. Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. 15. Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: 16. dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones Omnipotentis videt qui cadēs apertos habet oculos. 17. Videbo eū, sed nō modò: intuebor illum, sed non propè. ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. 18. Et erit Idumæa possessio eius: hereditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. 19. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. 20. Cumque vidisset Amalech, assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalech, cuius extrema perdentur. 21. Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, 22. & fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. 23. Assumptaque parabola iterum locutus est. Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? 24. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. 25. Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via, qua venerat, rediit.

COMMENTARII.

1. *Profunditur Balaamus in Israelis elogia.*

VERS. 1. 2. 3. 4. CVMQVE VIDISSET BALAAM, &c.] Cum igitur Balaamus diuina illustratione cognouisset Domino placere, vti Israelitico populo largiter benediceret: noluit, vti antea gesserat semel, ac iterum, abire *in occursum auibus* (LXX. sic) vt quæreret augurium, seu ex auium volatu, cantu aut pastu captaret diuinationem; sed vultum suum dirigens in deserta populū Israeliticum turmatim per Tribus in tabernaculis commorantem aspexit, & spiritu prophetiæ à Deo immisso actus pulchro sermone futura prædixit. Hæc, inquit, præfatus est Balaamus Beor filius; hæc prælocutus est homo, qui de aliis prophetans, ipse tamen cæcus permansit, cuius ante spiritus aduentum mentis erat oculus obturatus, deinde adueniente prophetico lumine, apertus; hæc expressit qui Domini sermonem audiuit, qui Omnipotentis intuitus est visionem, dum vidit Angelum Dei specie visibili personam gerentem: qui in alienationem excidit sensuum, & sic per lumen propheticum mentis oculi aperiuntur. Siuè aptius exponas, Qui tot in errores cadens, sic oculi eius aperiuntur. * Casus enim assolet mentis lumina cæca piaculis aperire.] Hebr. pro *obturatus est oculus*, scribitur שטן *Sathan*. Obnubilatio, aut cæcitas hominis *Sathan* est. * Cum te cæcum video, te Sathan contemplor. Obcæcantur oculi ex affectu in fœminam iniquo? Nihil in te humanum aspecto, totum te in Sathan mutatum aduerto, flagitiis agnatum.

Dum cadere permitteris, mētis oculi aperiri assolet. qui profano amore est cæcus, velut Sathanas est flagitiis agnatus.

5. 6. 7. QVAM PVLCHRA TABERNACVLA TVA IACOB, &c.] O Iacob quam speciosa sunt tentoria tua, quam pulchra tabernacula! An non nemorosæ valles arborum copia, viriditate, opacitate spectabiles oculis obiiciuntur? Ita castra Hebræorum, qui plura tabernacula intendunt, sub quorum vmbra latent, quorum species intuentium lumina pascit. Hæc tabernacula fixit Dominus, quæ nulla poterit vis conuellere. Non iam tentoria existima sed cedros tepura iuxta fluenta, quæ irrigatione proceriores fiunt, ac pulchriores. De Israelis situla aqua fluet, hoc est, sicut situla plena copiosam dat aquam, ita prosapia Israel erit fœcunda, innumerabilesque filios progignet: & semen illius multas æquabit aquas. Porrò aquarum metaphora copiosam designari prolem imo potestas populos Prou. 1. 16. & Apoc. 17. 15. patebit. Rex eius Saul Regno excidet propter Agag seruatum (1. Reg. 15.) & Regnum illius auferetur, vt Dauidi Deum timenti exhibeatur.

8 9. DEVS EDVXIT ILLVM, &c.] Deus potentissimus, cuius fortitudo rhinocerotis assolet comparari, Israelem ex Ægypto deduxit. Israelitæ gentiles hostes suos vorabunt, eorum confringent ossa, & volantibus iaculis perforabunt. Securè, instar Leonis, aut leænæ, quam nullus audet excitare prontium horrorem, vitæ exitium, quiescet Israel, hostibus eum violare non audentibus. (Hoc quidem Dauidis præcipuà, ac Salomonis tempore accidit) Qui tibi benedixerit Israel à Deo oppletur benedictionibus: qui audebit tibi maledicere, filius erit maledictionis. * Assolet enim qui sanctis, qui iustis detrahit, infæliciter vt maledictionis filius diuagari.

Qui iustis detrahit, assolet vt maledictionis filius infæliciter diuagari.

10 IRATVSQVE BALAC CONTRA &c.] Quia Balaamus plura bona nunc prænonciauit Hebræis, quam semel, ac iterum prænunciauerat, aduersum Balaamum iracundia conflagrat: & in vindictæ documentum, aut signum pœnitudinis, ac doloris complosis manibus. Ad maledicendum, inquit, meis inimicis te adduxi, quibus è contrario tertio benedixisti.

2. *Iratur Balac contra Balaamū.*

dixisti. Cum igitur præsentia tua magis mihi sit noxia, quam vtilis, te coofer in Aran. Decreueram certe te magnifice eximiis largitionibus honorare, sed Dominus, cui celebrans Hebræorum magnalia placere cnitasti, te dispositio prius vit huiuore, non permittendo tibi vt in Israelem maledicta congereres. Balaamus respondit: Non est, vnde mihi debeas irasci, si Principibus à te secundo missis sum ingenue professus: si dederit mihi Rex tantum auri, & argenti, quantum aula possit capere, non potero Domini Dei mei præterire sermonem: nec vlla ratione moueri, vt vel boni quid, vel mali ex cordis adytis transmittam ad linguam sed potius, dimisso proprio iudicio, & arbitrio, quidquid suggesserit Dominus, hoc tantummodo loquar. Verumtamen in gratiam tui postquam meum ad populum rediero, Dei spiritu me deserere a sanctorum conspectu separatum. * (Influit enim sanctorum aspectus nescio quid formidinis ad flagitia.) dabo consilium, quid populus tuus Hebræorum populo gerere possit, sequentibus post recessum meum diebus, vt scilicet per mulieres ad cultum Beelphegor Israelitas pellicias, & perdas. Hoc Balaami extitisse consilium patet cap. 31. 16.* Profecto nullum potest excogitari ad iustus disperdendos aptius consilium, quam luxuriei noxa, quæ longe à Deo voluptati addictos abducit. Hoc Diaboli consilium obiecta mulierum pulchritudine iustos a Domino subducere.

Sanctorū aspectus influit formidinem ad flagitia.

Obiecta fœminarū pulchritudine, Diabolus iustos à Deo subducit.

15. 16. 17. 18. 19. SVMPTA IGITVR, &c.] Igitur rursum Balaamus figuris, & ænigmatibus prophetice vtens proclamat: Dixit Balaamus filius Beor. Dixit homo, cuius ex vi naturali humanæ mentis obturatus est oculus ad comprehendendum ea, quæ Dei sunt. Dixit auditor sermonum Dei, qui non ex propria inuentione, sed per auditum fidei, seu prophetiæ Altissimi doctrinam agnouit, & reuelationes supernaturales Omnipotentis videt percipiendo eas intellectualiter. Qui cadens ab vsu sensuum externorum in somnum vel ecstasim, nihilominus apertos habet mentis oculos ad discernendum ab aliis rebus ea, quæ a Domino reuelantur, Videbo Christum cuius quæ modo prædico, & visione prophetica futura prænuncio, euenient quidem certo, sed non tam cito, adhuc enim à nostris longius absunt temporibus. Ex progenie Iacob stella fulgentissima Christus scilicet exorietur, quem apte stellam appellaui, quia erit lux mundi, quia ob gloriam vitæ cœlestis, miraculorum, resurrectionis, & beatitudinis stella aderit matutina. Et Christus consurget ex Israel qui virga seu sceptro (sic Hebr.) Regni sui, potestate scilicet regia Duces Moab percutiet, & atteret: suaque Dominatione ac ditione, quasi carcere, (ex Chald. sic.) coercebit, & habebit in potestate filios Seth siue omnes homines: nam omnes per Noë Sethi filij sumus: omnis enim Caini proles diluuio interiit. (Chald. *Dominabitur omnium filiorum hominum.* Cum autem Iacob typus sit omnium Israelitarum spiritu, hoc est, proborum Christi sectatorum, reproborum autem Esau: possidebit Christus non solum Israelitas, qui se illi sponte subiiciunt, sed Idumæos etiam Esau posteros rebelles, improbos quosque aut infideles, aut Christianos. Hæreditas Seir, seu Esau (dictus est Seir, quia pilosus) inimicis suis, id est, Christo & Apostolis, quos tanquam inimicos antea reputabit, cedet. Israel vero spiritualis deuicta prauitate vitiorum, fortiter se geret, viribusque magis ac magis per continuum numeri credentium incrementum præualebit. De Christianis erit qui dominetur. (Euenit hoc in Constantino, & Imperatoribus illum subsecutis) & perdat reliquias ciuitatis Romæ, Romanorum gentilismum euertens. Scio tribus hisce versibus fieri ad Dauidem allusionem, cuius res perstringuntur, & adduntur quædam, quæ magis particulatim Dauidi conueniunt, vti sunt: Percutiet Duces Moab, & erit Idumæa possessio eius: Israel vero fortiter aget. Alia vero magis proprie Christo Domino conuenire, vti sunt: *Orietur stella ex Iacob, & Perdat reliquias ciuitatis.*

3. *Rursum Balaā prophetat.*

20. 21. 22. 23. 24. 25. CVMQVE VIDISSET AMALECH, ASSVMENS PARABOLAM AIT: PRINCIPIVM GENTIVM, &c.] Cum autem Balaamus de monte altissimo, in quo erat constitutus, Amalech vidisset, prophetans, ait: Prima, ac præcipua gens, nobilissima earum, quæ circumiectas regiones habitant. Amalecitæ primi in Israelitas insurrexerunt, sero autem extremis temporibus plectentur. Ita factū sub Saul. 1. Reg. 15.* Allolet differri supplicium, sed non ideo peccatores debent securitate vti, quia horribilior tandem aduentat: *Cuius extrema perdentur.*] * Imo supplicium eorum, qui perdendi sunt, supplicio horribiliori differri assolet, vt impunitas multiplicet crimina, & pœnam adaugeat.] Vidit [Balaamus & Cinæos posteros] Iethro, qui in castris Israelitarum aderant: & prophetans proloquitur: Robustum est habitaculum tuum, quia modo inter duodecim Tribus degis, & in Chananæa, in Tribu Iuda, quæ fortissima est, habitabis. Sed etiam si in fortissimo, & munitissimo loco sedem tuam constituas, & electus fueris de nobilissima stirpe Iethro, ab Assur capieris. Salmanasar enim transferet decem Tribus Israël in terram Medorum, (4. Reg. 17.) tunc autem simul captiuitati Cinæi addicentur, id est, progenies Aber Cinæi qui ab aliis Cinæis recedet, & habitabit in sorte Nephthali.* Nec enim securitate potitur, qui à sociorum communitate recedit.] Prophetans rursum, ait: Heu, quis optabit viuere, cum tantæ Cinæorum, Amalecitarum, seu Assyriorum, Hebræorum, & Romanorum (de quibus sequitur) exponentur strages? Venient in triremibus de Italia tot, ac tam fortes milites, quod vi, & armis superabunt Assyrios efficientes illos Romanis tributarios: vastabuntque Hebræos, Vespasiano, ac Tito imperantibus, eos à propriis sedibus educendo, in perpetuum que immittendo exilium At Romani Hebræorum vastatores instar fœrentis apis, tandem ipsi peribunt, ruente Romanorum Imperio Gothis, aliisque barbaris Romam potentissimam, florentissimam, nobilissimam

4. Prophetat de Amalechitis, Cinæis, Italis, & ad propria reuertitur.

Supplicium dilatum assolet dirius obuenire.

Horribile est supplicium, differri supplicium peccatori.

Haud securus qui à cōmunitate recedit.

Agnata Regnis vicissitudo, vno ruente, alterum crescit: & è contra. Veraces relegantur ab aula. Adulationi, & mẽdacio

bilissimam occupantibus. * Ea est enim agnata Regnis vicissitudo, vno crescente alterum necessario ruit: ex vnius ruina alterum accipit incrementa.] Balaamus surrexit, post propheticum profusum sermonem, & in Mesopotamiam Syriæ honore regio vacuus reuertitur. *Nam qui Regibus aperiũt veritatẽ relegantur ab aula, vacuique excluduntur à Regno.]* In sæculari Curia soli adulationi, & mendacio sine exili periculo locus solet aptari Balac quoque affectus tristitia, quod ansam Hebræorum benedictionibus, ac elogiis præbuisset, siam redit in aulam]* Edisce precor, quanta ex murmuratione proximo infera-tur iniuria, siquidem Rex Balac putabat, se ex hostibus vindictã egregiã assumpturum, si Balaamus de illis praue loqueretur. Dirior planè est vulnere murmuratio.]

locus permanent aptatur in Curia. Malè loqui de proximo, egregia est vindicta, dirior vulnere murmuratio.

CAPVT XXV.

Israelitæ cum Madianitis fornicantur, & Beelphegor cultum expediunt, quare Principes è patibulis suspenduntur, & viginti quatuor millia iugulantur e plebe. Quia zelose occidit Principem fornicarium Phinees Eleazari Pontificis filius, pro mercede hæreditarium familiæ suæ accepit Pontificatum

1\. MOrabatur autem eo tempore Israel in Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, 2. quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. 3. Initiatúsque est Israel Beelphegor: & iratus Dominus, 4. ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel. 5. Dixitque Moyses ad Iudices Israel: Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. 6. Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. 7. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, 8. ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga à filiis Israel: 9. & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. 10. Dixitque Dominus ad Moysen: 11. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo 12. idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, 13. & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. 14 Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. 15. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarũ. 16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 17. Hostes vos sentiãt Madianitæ, & percutite eos: 18. quia & ipsi hostiliter egerunt cõtra vos, & deceperunt insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiã ducis Madian sororẽ suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

COMMENTARII.

1\. *Hebræi litãt thura Beelphegor, Principes suspẽdũtur, Dei impetu.*

Libido parẽs omnis cæcitatis. Luxuriosus verũ abnegat Deitatem.

VERS. 1. 2. 3. 4. MORABATVR AVTEM EO TEMPORE ISRAEL &c.] Eo tempore Israelitæ apud Settim, quæ est quadragesima secunda & vltima deserti mansio, commorabatur. Populus autẽ filiarum Moab, & Madian pulchritudine allicitur, & cum eis commiscetur: illæ autem iuxta consilium Balaam, quod se daturum promiserat, (Cap. 24. 14.) suos ad sacrificia iniqua pellexẽre amatores.* Cæcus enim affectus libidinis omnis parens cæcitatis existit.] * Brutescere enim efficit animum, vndè ausu insipienti inclamare non dubitat: *Non est Deus.*] Vsurpauit itaque Israel sacra idoli Beelphegor, illi se addixit, & consecrauit. * Beelphegor idem est, ac *Priapus*, seu *Deus aperiens* aut, *nudatus*, Et quandò non luxuries homines denudauit? Eos planè puritatis stola, eos valetudine, vita, fama, opibusque denudat.] Iratus ergò Dominus Musi profatur. Congrega Principes seu Iudices populi, vt illi iubeant coram sole, seu publicè suspendi eos, qui fornicationis, & idololatriæ sunt rei, scio sic ab aliis exponi: Iube suspendi ipsos Principes, qui illi fauerunt impietati, & cum deberent pro officio, non restiterunt. * Populi quidem excessus Principibus merito tribuuntur. Vndè ediscere debent, quam diligentes esse oporter, circa publica crimina vitanda, si luxuriante populo, ipsi puniuntur.] Affectis supplicio aut fornicatiis, aut Principibus annuentibus, furor meus contrà Israelem auertetur.*

Luxuries hõmines cũctis bonis denudat.

Populi piacula tribuũtur Principibus.

Tota Dei ira ex Principibus permittentibus subditorum crimina.

Delinquentibus subditis solus quodammodo Præsul peccasse videtur.

uertetur. * Quasi tota è Principibus annuentibus, seu permittentibus subditorum crimina Dei ira prodire videatur. * Cur autem non iubetur Moses subditos etiam fornicarios suspendio addici? Quia quodammodò coram Domino solus Præsul deliquisse videtur. Eius præcipitium cuinam attribuendum: ipsi ne, an cessori habenarum negligenti pressionem.

X.

Publicus scortator à Phinees interficitur viginti mil. lia pereunt.

5. 6. 7. 8. 9. DIXITQVE MOYSES AD IVDICES, &c.] Moses igitur ad Principes seu Iudices Israel, quos ad se Dei iussu vocauerat, profatur: Vnusquisque suspendendo in patibulis suos occidat proximos, quos, præuia causæ cognitione, per testium depositionem constiterit sacrificia Beelphegori litasse. Et ecce dum hęc executioni mandantur, vnus de filijs Israel transiens per mediam plateam inter Tabernaculum & castra existentem, coram fratribus suis summo omnium scandalo oborto, gratia concubitus ad scortum Madianitidem intrauit Mose quidem vidente, ac omni Hebræorum turba aspectante, qui segregati ab impijs ob plagam, quæ populum, iam vastare cœperat, antè fores Tabernaculi flebant.* Debet enim communis calamitas fideles trahere ad Delubra, vt lacrymis studeant flagrantem Dei irã extinguere.* Nec mirum, tam ingens obortum fuisse scandalum. Incredibilis enim malitia est, ciuem quemdam delinquere, indulgereque voluptati, dum voluptatis crimina in alijs puniuntur.] * Quàm impius, qui dum Regnum bellis crudelibus agitur, dum ebsumitur ad ditius supplicium nouis criminibus Deum prouocare non veretur?] Lxx. loco illius particulæ: *Intrauit coram fratribus suis ad scortum*, transferunt, *Adduxit fratrem suum ad Madianitidem* Quomodò adduxit fratrem, si ipse solus intrauit, solus ipse configitur? * Certè quia dùm quis crimini elicui dat operam, proximum exemplo idem adducit ad piaculum Vnde idem est, Israelitam illum ad scortum intrasse, ac fratrem, seu proximos adduxisse.] Vt autem exaggeret Moses impudici Israelitæ peccatum, addit *Vidente Moyse. & omni turba filiorum Israel, qui flebant.* * An nõ iniquissimi animi documentum est, audere coram ipso delinquere Iudice? An non impudentissimi peccatoris signum, publice, tanto oborto scandalo, crimina perpetrare? An non obdurati cordis indicium, in conspectu plorantium, voluptatis indulgere lætitiæ?] Profectò cum Phinees filius Pontificis Eleazari filij Aaron sacerdotis impudici viri aspectasset audaciam, Dei zelo succensus de medio multitudinis ante fores Tabernaculi adstantis surrexit, & arrepto pugione, post Israelitem in lupanar, seu Madianitidis tentorium ingreditur, & ambos simul, virum scilicet & mulierem, per ventrem vtrumque immisso pugione, vel lancea, (Hebr רמח *romach, pugio, hasta, lancea*) peremit. * Vt per quæ peccauerant, punirentur.] Cessauitque plaga à filiis Israel, quia non solum suspendio, sed etiam plaga (pestem dixerim) à Deo immissa plures fuére necati. Igitur partim plaga diuinitus emissa, partim suspendio viginti quatuor millia hominum periére. * Vnica fidelis enimi heroica actione Deus assolet non semel adduci, vt multis ignoscat delinquentibus]

Cõmunis calamitas nos trahat ad Tẽplum vt lacrymis Dei irã extinguamus.

Impius, qui dum Regnum bellis agitur nouis criminibus Deum ad ditius supplicium prouocat.

Idẽ est ie delinquere, ac proximum ad idẽ piaculum adducere.

Indicium animi impudẽtissimi, corã Iudice delinquere: scandalo oborto, peccare ploratibus alijs voluptati indulgere.

Per quæ quis peccat, & punitur.

Vnius actione heroica virtutis, Deus adduci solet, vt multis parcat delinquentibus.

10. 11. 12. 13. DIXITQVE DOMINVS AD MOYSEM, &c.] Mosi Deus profatur: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis meam iram in fornicarios, ac idololatras desæuientem Hebræos compressit, zelo enim diuino Hebræo impudico ac Madianitidi scorto exitiali zelum meum Israelitas conflagraturum extinxit. Ideirco meo ei nomine profare: Certitudinem, & securitatem pacti mei ei firmiter decerno, & quasi paciscor, promittoque illi, ipsum cum sua stirpe post patrem Eleazarum in Pontificatum successurum. Quamuis enim ad Heli, eiusque posteros, qui non erant de filijs Phinees Pontificatus transferetur: tamen postea ad posteros Phinees redibit eodem, & in eis vsque ad Christum permanebit. Tanti æstimat Deus in Pontifice zelum ad publici peccatoris vindictam. Ardeant Præsules ad crimina publica flagellanda. Quia zelo pro Domino Deo suo exarsit, & scelus Israelitici populi expiauit, dum Deum heroica illa actione ex diuini honoris zelo placauit.

3.

Phinees laudatur, eique à Deo Pontificatus promittitur.

Æstimat Deus in Pontifice zelum, ad publici peccatoris vindictam.

14. 15. ERAT AVTEM, &c.] Vt autem Hebræi, ac Madianitidis delinquentium æterna perduret infamia, eorum nomine recensentur. Vir Israelita, qui fuit cum Madianitide occisus scorto, vocabatur Zambri filius Salu, Dux de Simeonis Tribu * Nisi Moses asseteret, quis credidisset virum tanta nobilitate conspicuum tam fœdo sceleri operam expedisse? Quis non existimaret, homuncionem ex Ægyptiaca infami progenie tam viles in actus prorupisse?] Ideo scriptura ad stinendã fidem impudicũ illum Hebræum affirmat esse Ducem ex illustri progenie exortum, Porro & fœmina Madianitis, quæ cum Hebræo pariter fuit interfecta Cozbi eppellãbatur filia quidẽ Sur nobilissimi Madianitarum Principis. Quæ quidem à Mose vocitatur scortum. An quia meretricularum more scortabatur? Alij affirment. * Ego autem credidero soli huic Principi traditam, scortum meritò vocitari, cùm quæ sine secreti cautela suum recipiebat amantem, tùm quia nobilis fœminæ singularis impudicitiæ actio eam assolet cum meretricibus computare.] * Ideò, me auctore, meretrix Magdalena vocatur, quia ex nobilissima exorta progenie vnius viri cœco flagrauit amore. De quo Tom. 6. de sanct.] Cur scriptura viri ac mulieris nomina affectar aperire cum luxuriosorum soleat nomina præterire, quasi indigni sint nomine, qui brutali indulgent voluptati? * Certe quia nobilium libido vix potest dissimulari. Vulgarium enim impudicitiam silentio omnes inuoluentes, luxuriem nobilium nomine decantant expresso.

4.

Exprimuntur nomina Hebræi impudici, & scorti.

Ex vili orti progenie vilibus, seu infamibus actionibus operam impendunt.

Mulier nobilis vel vnius solùmodo viri amasia meretrix appellabatur. Magdalena quæ nõ erat scortũ, tamẽ meretrix vocitatur, quia nobilis erat vnius amasia. Impudicitia nobilium nõ potest dissimulari, decantatur ex nomine.

16. 17. 18 LOCVTVSQVE AD, &c.] Mosi autem Dominus, Hostes vos, inquit, Madianitarum gerite, hostiliterque impetitos percutite eos, quia & ipsi hostiliter contra vos exitialius insurrexerunt. animos enim vestros vt à Deo auerterent, insidiis appositis debellarunt per idolum supra montem Phogor ab ipsis adoratum, & Cozbi filiam Ducis Madiã sororem, seu gentilem ipsorum Madianitarum

5.

Indicitur Hebræis perpetua cum Madianitis hostilitas.

tum

rum, quæ in die plagæ à Deo immissæ ut sacrilegi sacrificuli Phogor punirentur, pugione Phinees confossa fuit. Cur peccatum tot puellarum Madianitidum soli Cozbi tribuitur? Quia cum esset nobilitate conspicua tanquam antesignana ac Ductrix extitit reliquarum. * Vulgares enim fœminæ facilius libidini indulgent, & difficilius à crimine semouentur: dum vident fœminam nobilem illo conspurcari contagio]Quæsierim, quare parcunt Moabitis, qui Madianitis adhærebant? Quia hi præcipuè fuerant Hebræis scandalo propter submissa scorta. * Addiderim, illis parci & in gratiam Loth, cuius posteri erant, (Deut. 2. 19.) & ob Ruth, ex qua Dauid & Christus Dominus nasciturі. Ob gratiam sancti proaui, aut posteri diui nequissimus nepus, aut proauus à Domino incolumitate donantur.] Non ignoro postea Moabitas Dauidi pœnas dedisse. * Insidiatrix enim est criminis pœna, & demùm ad percutiendam opportunitatem inuenit expectatam.]

Vulgares fœminæ facilius libidini indulgent dū vidēt fœminā nobilē cōspurcari.

Proaui sācti gratia, parcitur nepoti, & nepotis gratia parcitur aliquādo proauo. Sēper culpæ insidiatrix est pœna, & tādē inuenit percutiēdi opportunitatem.

CAPUT XXVI.

Ingressuri Hebræi terram promissam, de nouo à viginti annis & suprà per singulas Tribus annumerantur. Secundum autem hanc annumerationem eis terra diuidi iubetur, & maiori tribui maior portio, minor minori consignari.

1. POSTQUAM noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem: 2. Numerare omnem summam filiorum Israël à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. 3. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant 4. à viginti annis & supra, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus: 5. Ruben primogenitus Israel, huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: 6. & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. 7. hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est, quadraginta tria millia & septingenti triginta. 8. Filius Phallu, Eliab. 9. huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt: 10. & aperiens terra os suum deuorauit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, 11. ut, Core pereunte, filij illius non perirent. 12. Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: 13. Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. 14. hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti: 15. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: 16. Ozoi, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum: 17. Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum 18. istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit, quadraginta millia quingenti. 19. Filij Iuda, Her & Onam, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan. 20. Fueruntque filij Iuda, per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarū. 21. Porrò filij Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. 22. Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit, septuaginta sex millia quingenti. 23. Filij Issachar per cognationes suas: Thola à quo familia Tholaitarum: Phua à quo familia Phuaitarum. 24. Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. 25. hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit, sexaginta quatuor millia trecenti. 26. Filij Zabulon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum, Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. 27. hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit, sexaginta millia quingenti. 28. Filij Ioseph

Ioſeph per cognationes ſuas, Manaſſe & Ephraim. 29. De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. 30. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: 31. & Aſriel, à quo familia Aſrielitarum. & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida à quo famila Semidaitarum: 32. & Hepher, à quo familia Hepheritarum. 33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, ſed tantùm filias, quarum iſta ſunt nomina: Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therſa. 34. hæ ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum, quinquaginta duo millia ſeptingenti. 35. Filij autem Ephraim per cognationes ſuas, fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familias Thehenitarum. 36. porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. 37. hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit, triginta duo millia quingenti. 38. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. Filij Beniamin in cognationibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Ahiram à quo familia Ahiramitarum: 39. Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. 40. Filij Bela: Hered, & Noëman: De Hered, familia Hereditarum: de Noëman, famllia Noëmanitarum. 41. hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia ſexcenti. 42. Filij Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas. 43. omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat, ſexaginta quatuor millia quadringenti. 44. Filij Aſer per cognationes ſuas: Iēna, à quo familia Iēnaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum: Brie, à quo familia Brietarum: 45. Filij Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. 46. Nomen autem filiæ Aſer, fuit Sara. 47. hæ cognationes filiorum Aſer, & numerus eorum, quinquaginta tria millia quadringenti. 48. Filij Nephthali per cognationes ſuas: Ieſiel, à quo familia Ieſielitarum: Guni à quo familia Gunitarum: 49. Ieſer à quo familia Ieſeritarum: Sellem à quo familia Sellemitarum. 50. hæ ſunt cognationes filiorum Nephthali per familias ſuas: quorum numerus, quadraginta quinque millia quadringenti. 51. Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael, qui recenſiti ſunt, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta. 52. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 53. Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas. 54. Pluribus maiorem partem dabis, & & paucioribus minorem: ſingulis, ſicut nunc recenſiti ſunt, tradetur poſſeſſio: 55. ita dumtaxat vt ſors Terram tribubus diuidat & familiis. 56. Quidquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. 57. Hic quoque eſt numerus filiorum Leui per familias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. 58. hæ ſunt familiæ Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Muſi, familiæ Core. At verò Caath genuit Amram: 59. qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata eſt ei in Ægypto; hæc genuit Amram viro ſuo filios, Aaron & Moyſen, & Mariā ſororem eorū 60. De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu, & Eleazar & Ithamar. 61. quorum Nadab & Abiu mortui ſunt, cùm obtuliſſent ignem alienum coram Domino. 62. Fuerúntque omnes qui numerati ſunt, viginti tria millia generis maſculini, ab vno menſe & ſupra: quia non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cum ceteris data poſſeſſio eſt. 63. Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho. 64. Inter quos, nullus fuit eorum qui ante numerati ſunt à Moſe & Aaron in deſerto Sinai. 65. Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in ſolitudine. Nullúſque remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun.

COMMENTARII.

1. *Iubentur Hebræi rurſum annumerari.*

VERS. 1. 2. POSTQVAM NOXIORVM SANGVIS &c.] Poſtquam ſanguis eorum, qui fornicati ſunt cum filiis Madian, & Moab, profuſus eſt, Moſi, & Eleazaro ſacerdori Aaronis filio Deus locutus eſt curans populi commoda.* Nec enim Deus commodis, ſeu fælicitati Reipublicæ dat operam dū, noxio ſanguini parcitur, dum publica delicta non puniuntur.] Annumerate, inquit, omnes Hebræos maſculos à vigiti annis & ſupra per domos, per Tribus, vt appareat qui nam apti cum hoſtibus concertare. Tertius fuit hic populi cenſus in limine ter-

Dū publica delicta non puniuntur, Deus cōmodis populi, Reipublicæ fælicitati nō dat operam.

ræ.

tæ promissæ actus, vt illa inter Tribus congrue pro numero cuiusque diuidi, ac distribui posset. * A viginti autem annis & supra fit annumeratio; quia minor ætas inepta plerumque, ad arma tractanda, & bella gerenda censetur. Minoris ætatis iuuenes cum video ad exercitium trahi, potius judicarim, ad elementarium ludum flagellando quam ad campum vulnerandos instem adducendos.

Vocantur, qui impleuerunt iuuenes ad exercitu adducunt.

2. *Familia annumerandæ recensentur, ac primum ex Tribu Ruben.*

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. LOCVTI SVNT ITAQVE MOYSES, ET, &c.] Vno igitur nomine amborum verba faciente, Moses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab iuxta ripam Iordanis, quæ è regione Iericho adest, locuti sunt ad eos qui erant à viginti annis & supra, sicut iusserat Dominus, quorum hic est numerus tam secundum familias, inter quas fieri debebat terræ promissæ distributio: quam secundum personas, quæ in vnaquaque familia aptæ certamini existebant. Ruben vexillum habens ad Meridianam plagam primo fuit recensitus, eo quod, Israel primogenitus natura natalitij ordinem, licet primogenituræ non fugiit, ex piaculo, iura consecutus. * Vidi minorem à parentibus aliquando despectum filium fœlicitati additum, diuitiis ac honoribus diffluentem, præmio virtutis: dum primogenitus parentum deliciæ ob piacula paupertie conficitur. Rubeni filij quatuor, Henoch, Phallu, Esron, & Charmi, à quibus familiæ Henochitarum, Phalluitarum, Esronitarum, ac Charmitarum, processere. Hæ sunt familiæ de Tribu Ruben, cognationes autem minores illis domus vocantur, domus autem personis constituuntur: quarum numerus in Tribu Rubeo à viginti annis & supra quadraginta tria millia & septinginti triginta inuentus est. Porro Phallu secundus Rubeni filius genuit Eliab. Huius vero extitêre filij Namuel, Dathan, & Abiron. Hi sunt Dathan & Abiron Principes illi populi Hebræi, qui sacerdotium, ac gubernationem populi ambientes contra Mosem, & Aaronem in Core seditione surrexerunt, quando aduersus Dominum rebellarunt. * Surgere enim contra Prælules, est cõtra Deũ aduersus Deum est rebellare. Ideo puniti sunt à Deo, terra aperiente voraginem, & Core existentem vna cum filiis suis in tabernaculo, Dathanque, & Abiron absorbente, quando ignis ducentos quinquaginta viros ante ostium Tabernaculi ad offerendum thymiama paratos absumpsit: Et factum est grande prodigium, vt Core pereunte, à terraque pro meritis absorpto, filij eius, qui simul cum patre in eodem tentorio manebant, non deperierent. Hi seruati sunt diuino miraculo, quia patris peccato non consenserant. * Ego quidem non minus miraculum quodammodo reputo, non consensisse filios piaculo patris, quam simul à terra absorptos non fuisse. Assolent enim mores parentum filios ad imitationem potentissimè trahere.

Sæpe minor filius ex virtute prosperatur, dũ primogenitus ob vitia paupertie cõficitur.

Sorgere contra Præsules, est cõtra Deũ rebellare.

Quasi miraculũ est, filios nõ imitari parentum mores.

12. 13. 14. FILII SIMEON PER COGNATIONES, &c.] Simeon qui sub vexillo Ruben secundum tenebat locum, quinque habuit filios, Namuel, Iamin, Iachin, Zare, & Saul, è quibus Namuelitarum, Iaminitarum, Iachinitarum, Zareitarum, ac Saulitarum prodière familiæ. Scio alibi (gen. 46. 10 Exod. 6. 15.) Sex Simeonis annumerari filios, hic vero & infra (1. Paral. 4. 24.) tantum quinque memorantur; omittitur enim Ahod sextus, quia mortuus est sine liberis, vnde non habuit familiam, nec sortem in terra Chananitide. * Quasi non extiterit, oblivioni traditur, qui egregiorum operum posteritatem non relinquit. Fama non natalitium, sed opera sequitur. Hæ sunt de Tribu Simeonis familiæ, quarum numerus viginti duo millia ducenti.

Tribus Simeon familiis.

Obliuioni mox traditur qui operis alicuius egregii posteritatē non relinquit.

15 16. 17. 18. FILII GAD PER COGNATIONES, &c.] Filij Gad castra metati tertio in loco vexilli Ruben, septem extitêre, Sephon, Aggi, Suni, Ozni, seu Esebon, Her, Arod & Ariel: à quibus Sephonitæ, Aggitæ, Sunitæ, Oznitæ, Heritæ, Aroditæ, & Arielitæ processerunt. Numerus autem Gadditarum quadraginta millia quingenti.

4. *Tribus Gad familia.*

19 20. 21. 22. FILII IVDA HER, ET ONAN, &c.] Filij Iuda vexillum expandentis ad Orientem castrorum primo fuere duo, nempe Her, & Onan, qui absque liberis Chananitide in regione obierunt, priusquam Iacob in Ægyptum descenderet. Extitere tres præterea Iudæ filij Sela, Phares, Zare, è quibus Selaitarum, Pharesitarum, ac Zareitarum familiæ fuerunt exortæ. Porro ex Phares vltra eos, in quibus conseruatum est nomen & familia patris, duo alij filij processerunt, Hesron, & Hamul, à quibus Hesronitarum, & Hamulitarum familiæ prodiêre. Hæ quinque familiæ Iuda, quarum numerus, quantum ad illarum personas, fuit septuaginta sex millia quingenti.

5. *Tribus Iuda familia.*

23. 24. 25. FILII ISSACHAR PER COGNATIONES, &c.] Filij Issachar in eodem vexillo cum Iuda ad Orientem commorantes, quatuor annumerantur, Thola, Phua, Iasub, & Semran, è quibus Tholaitarum, Phuaitarum, Iasubitarum Semrahitarum erupêre familię. Omnium autem cognationum numerus militum fuit sexaginta quatuor millia trecenti.

6. *Tribus Issachar familia.*

26. 27. FILII ZABVLON PER COGNATIONES, &c.] Profecto filij Zabulon pertinentes etiam ad Iudæ vexillum per generationes suas fuerunt annumerati tres, Sared, Elon, Ialel, è quibus Sareditarum, Elonitarum, Ialelitarumque familiæ processerunt. Hæ tres dumtaxat sunt Zabulon cognationes, quæ sexaginta quingentos milites exposuêre.

7. *Tribus Zabulõ familia.*

28 29. 30. 31. 32. 33. 34 FILII AVTEM, &c.] Filij autem Ioseph, quorum vexillũ versus Occidentẽ voltabat recensiti fuerunt per generationes suas, Manasse, & Ephraim, vnũ & alterã Tribum constituentes. De Manasse ortus est Machir, à quo Machiritarum familia prodiuxit. At Machir præter alios filios, in quibus eius nomen, & familia est propagata, Galaad virum incerta Ægypti pugnatorem progenuit, à quo familia Galaaditarum cœpit. Profecto Galaad extra alios filios, qui familiæ suæ nomen obtinuêre, alios nactus est filios tantæ excellentię, vt nobilissimarum possent familiarum auctores existere. Sex eius annumerabo filios

8. *Tribus Manasse filij Ioseph familia.*

certe Balaami timore, ex crebro ad Dominum consulendum accursu, ex iterata ei Domini apparitione probabile crediderim, Balaamum non ariolum fuisse, sed de numero prophetarum, qui inter Gentes aderant, vt Sybillæ. * Inde autem commendabilem (quidquid sit de propheta, aut ariolo) expono, quòd id asserat se non posse gerere quod contra Dei præceptum esse videatur. *Non potero immutare verbum Domini Dei mei.* * Dei pudeat ministros, dum vt Regum placitis morem gerant, diuinorum præceptorum verba immutant, vt cum iniusto Regum placito componere videantur. O quot sacra dogmata ad Principum placitum detorquentur!]

Iustus minister Dei id non potest gerere quod iure non fit.

Taxantur Dei ministri qui Dei verba curant cum Regū placitis iniquè componere.

5.
Permittit Deus Balaamum cum nunciis proficisci.

20. 21. 22. VENIT ERGO DEVS AD BALAAM NOCTE, ET AIT EI: SI VOCARE, &c.] Deus Balaamo noctu apparet, & inquit. Vocatus à Rege Procerum internuncio vrbanus acquiesce, surge, vt cum eis proficiscaris, ea tamen lege, vt iussis meis exequendis te paratum exhibeas. Mane Balaamus profecturus assurgit, & strata asina cum proceribus se dedit itineri. At Deus iracundia conflagrat. Quare precor? An quia mane Balaamus assurgit, vt terreno Regi obsequeretur. * Certè matutinum, seu præproperum, diligensque officium soli Numini litandum.] * Quam commendabilis Abrahæ mane surgentis, summo imo de nocte ad holocausti locum properantis obedientia! Ideo vtique quia non Regi terreno, sed cœlesti obsequium parabatur.] Crediderim tamen, ideò Deum iratum, quia contra quam illi præceptum fuerat, ea mente ibat, vt Israeli malediceret. * Vndenam mentem ille mutauerat? Ex aulicorum quidem societate: *Profectus est cum eis.* Aulici enim asseclas suos sui faciunt æmulatores.] * Ante si magis placet, cupiens Balaamus à Regeio Curia honoribus, & muneribus onerari, iam incipit auertere à prætexto veritatis animum. Nec enim vna in sede morantur, Regi terreno annuere, & veritatis iura seruare. Quam difficile se Deo præstat obedientem, qui Regis mundialis temperator ad placitum?] Angelus autem Domini contra Balaamum stetit in via, vt in assumpto corpore ex aëre efformato, se ariolo terribilem ostenderet, horrorem immitteret ei, qui asinæ insidebat, & ob illius tarditatem, vel alia ex causa se ab aliis comitibus abstraxerat, tantumque vno & altero famulo comite incedebat.

Non Regi terreno: sed cœlesti litādū diligens præproperū obsequium.

Cōmēdabilis Abrahamus de nocte cō surgēs, quia Deo obsequium parabatur nō terreno Regi.

Aulici asseclas suos sui æmulatores efficiunt.

Non poteris Regi terreno annuere, & veritatis iura seruare.

6.
Asina diuertit à via, percutitur, loquitur.

23. 24. 25. 16. 57. CERNENS ASINA, &c.] Cernens igitur adhoc à longe asina Angelum stantem in via, qua erat transeundum, & stricto gladio minitantem: se auertit è via, & nolens tendere in locum, vbi Angelus aderat, aufugit ad agrum. Quam cum diuerberaret Balaamus, & ad semitam adducere conaretur, Angelus relicto loco, vbi steterat prius, se duarum maceriarum, seu parietum, queis cingebantur vineæ, constituit in angulis. Quem asina aspiciens, curans ab eo versus alterum semitæ latus recedere: hæsit parieti, sedentisque pedem inter parietem & latus compressum atteriuit. At ille haud patienter sustinens pedis attritionem, rursus diuerberabat asinam: & nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram, nec ad sinistram viæ, qua tendebatur, poterat asina deuiare: obuius stetit. Porro videns iumentum Angelum proximius stantem sibi valde terribilem, tanta fuit affectum formidine, vt non valens pedibus consistere, sedentis pedes dirius vulneraturum concidit. At Balaamus ira accensus acrius, immitius asinæ latera verberabat. * Quam sæpe hominum verberat impatientia diuini instrumenta supplicij! Dum hostem lædis, patris cœlestis flagellum, quem deberes humiliter osculari, insiste comminuis.]

Cum hostē accenē no. bis vulneramus, diuini supplicij instrumenta percutimus, quæ deberemus osculari.

28. 29. APERVITQVE DOMINVS, &c.] Mouit Angelus asinæ linguam, vt loqueretur, sicut dæmon mouerat os serpentis cum Eua colloquentis in paradiso. At vsus Deus asinæ voce, cum quia congrue bruta mens per brutum edocetur, tum vt erudiretur, & castigaretur auguris vanitas, qui ruditum asinæ, & aonum garritum quasi omina, quæ futura significarent, obseruare solebat. Quid, inquit asina, feci tibi? Cur me vulnerasti? Cur iam tertio vulnus misero animanti addidisti? * Taxentur hinc, qui acti impatientia, mota verberant animanti: quæ quidem si os eis Dominus aperiret, de dominorum ingratitudine quererentur. An non animi ingrati facinus iumentum à quo vehitur, acriter vulnerare?] * Profecto si dominantis iniquitas subditam asinam excitat ad querelas quid non iuste queratur homo de iterata Præsulis iniuria?] Premenda particula, *Ecce iam tertio.* Vna, aut altera sessoris iniuria Præsulis scilicet, sufferri fortasse subditus valebit: at crebro iterata vulnera Rectoris quis vel asinus valeat tolerare?] Balaamus respondit haud pauescens asinæ loquelam, forte quia consuetudinem habebat maleficis artibus efficere, vt bruta loquerentur. Quia (inquit) commeruisti, & illusisti mihi, obedire recusans, inserens pedibus collisionem. Vtinam fustis verteretur in gladium, vt morte, non verbere punireris! Porro, si prius alibi nō audierat asinam obloquentem, in hoc cum ea colloquio furor arioli, & cæcitas eminet, qui nec bruto loquente expauit, nec causā miraculi, & significationem curauit vestigare. * Et quando inobedientiam mentis cæcitas non insequatur?]

Taxātur qui impatienter in bruta deseuiunt.

Vel bruta queruntur de Dominorum iniuria.

Quid sub diris homo? Rectoris crebro iteratas iniurias vel subditus asinus non potest tolerare.

Inobediens cæcus.

30. DIXIT ASINA, &c.] Replicat asina: An non animal tuum sum admodum mansuetum, cui insidere vsque in hunc diem consueuisti? Dic, quæso, num aliquando tibi obsequium abnegarim? num simile tuis pedibus vulnus inflixerim? At Balaamus respondit: Nunquam. Si igitur (posset asina replicare) hactenus nunquam gesserit quidquam ex his quæ modo sum operata: coniectare deberes, me non ad illudendum, neque ex praua inclinatione, sed ab alio compulsam id præstitisse. Hinc premens particulam *Dic, quid simile vnquam fecerim tibi*, taxo eorum impatientiam herorum, qui famulos in cunctis diu obsequentes, ob singulare erratum, aut vulnerant, aut è domo propulsant.

7.
Loquitur Angelus Balamo.

31. 35. 33. PROTINVS APERVIT DOMINVS OCVLOS BALAAM, ET VIDIT, &c.] Dixit animans, & protinus Deus cæci Balaam aperuit

aperuit oculos, vt Angelum in via stantem euaginato gladio videret. Cælicolam Balaamus pronus in humum adorauit, & Angelus profatur: Cur tertio impatiens asinam fuste diuerberas? * Primus iracundiæ veniabilis quodammodò apparet effectus: sed iteratum vulnus infligentis probat iniquitatem.] Ego tuus (probabiliter quidem.) custos Angelus coraui tuos impedire conatus. * (O quoties Angelus tutelaris properantes ad vitia refrænat!)] Peruersa etenim est via tua ob peruersam intentionem, qua ad Balac proficisceris, contrariam planè præscriptioni cœlesti. Nisi asella declinasset à via dans locum meæ resistentis, & id gerens abs te laboribus corripuisset pedem atterendo, in terram projiciendo: ego te occidissem, & asina viueret, quæ si non omnino mortua tua ex iracundia concidit, ita male habita euadit, vt vix viuere possit. * Certè supplicium subdito immoderatè inflictum veluti occisio est.] Attamen Deus exiguam hanc tibi pœnam infligit, vt ab exitiali valuere posses liberari. * Sæpe querimur de inflictione laborum famis, aut nuditatis: immeritò planè, si quidem diriora incommoda, & sæpe æternæ flammæ diritatem effugimus, dum temporariis fatigamur ærumnis]

Ictio prima iracūdi quasi veniabilis, re-petitū vulnus infligētis iniquitatem probat.

Angelus custos nos ad vitia properantes infrenat.

Supplicium subdito immodicè inflictū velut occisio est.

9\. 34. 35. 36. DIXIT BALAAM: PECCAVI, NESCIENS, QVOD TV STARES, &c.] Dixit Angelo Balaamus: Peccaui ex intentione iniqua, ex impatientiáque asinæ diuerberatione ignorans, quod apparitio tua metum incuteret animanti, alioquin haud compulissem asinam vt per locum, vbi tu aderas gereret iter: sed continuo regrederer. Nunc autem, quod ad viæ peruersitatem attinet, si displicet tibi Numinis gerenti personam, vt ad Balac procedam, reuertar vltroneus. Vade. (inquit Angelus) cum Proceribus; nec enim iniqua profectio, si animi non adsit iniquitas. Hac lege procede, vt caueas, nè aliud, quam præscripsero tibi, loquaris, ne exitiali afficiaris supplicio. Profectus est ergo Balaamus cum Moabitarum, ac Madianitarum Principibus, qui ad eum venerant vocitandum. Cum autem Rex Balac dignouisset è præcurrentium nunciorum monitu Balaamum accedere, ad Oppidum Moabitarum, quod adiacet in extremis Arnon finibus, properauit, vt ei obuiam procederet. Eo autem loci ideo Balac constitit, vt Balaamum honore cumularet, vt magis eum ad maledicendum populo demulceret: & vt proximior fieret Hebræorum castris, quibus inferenda maledicta. * Quasi maledictio alata non sit sagitta longè dissitis vulnera infligens] * Quam facilitèr vel regia inclinatur maiestas ad demulcendum cum à quo commoda sperat!]

Se pœnitudine affectū Balaamus ostendit.

Maledictio alata est, longè dissitos vulnerans.

Vel maiestas submittitur ei, à quo cōmoda sperat.

37\. 38. 39. 40. 41. DIXITQVE AD BALAAM, &c.] Rex igitur Balaamo profatur: Principes immisi, vt te aduocarent nomine cupientis anxiè te videre: cur non illicò ad me venisti, sed desiderium morulis accendisti. An dubitasti, num possem muneribus tui itineris laborem, tui muneris officium cōpensare? * Principes semper expetunt, omnes suis præceptis ad nutum obedire: quælibet eis morula pro piaculo reputatur.] Balaamus respondet. Ecce adsum, sed tamen meus aduentus nihil tibi proficiet, nihil enim loqui potero, nisi quod Deus mihi promendum dictitauerit: ideo me aduocationi tuæ pigritantem ostendi. Pergunt simul ad Vrbem, quę in extremis Regni eius aderat iuxtà mansionem, in qua erant Hebræi. Occisis autem bobus, ac ouibus, Balac ob lætum aduentum Balaami festa, sacrificia, ac cōuiuium instituit: indéque munera Balaamo, Principibúsque qui illum comitati fuerant, immisit. * Fælicia tempora, cum ad regia conuiuia boues, & oues mactabantur, cum necessitati præstabatur annona, non luxuriei allectamenta.] * Preme particulam, *Cum occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & Principes munera.* Carnis bouinæ, aut ouinæ portio olim erant munera regalia Principibus impensa. O temporum malignitas, cum ad regium munus Principibus præparandum ad conuiuia extruenda necessarium est, cunctos subditos ieiunare.] At illucescente die duxit Balac Balaamum ad loca edita in quibus Delubrum aderat Baal dicatum. Fuit hic mons Abarim, qui Moabitas Sehon & Og diuidebat à Regno. Porrò iuxta montem hunc in campestribus castra aderant Hebræorum. * Haud sine pōdere prætereat illa particula: *An quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?* Hebr. *Num verè non potero honorare te.* Verus honor merces? *Honora viduas* (ait Paulus) *quæ verè viduæ sunt.* 1. Tim. 5. 3. id est, subsidia illis dato. Dare enim subsidium, verè est honorare] * Tunc miles, tunc pauper subditus honoratur, cum necessaria donatur annona. Fame pereunti, quid Iacobeum, Alcantaræ, aut Calatrauæ proficit nobilitatis insigne, nisi ad strictiorem ex consequentibus sumptibus paupertatem?]

10\.

Queritur Balac de Balaami aduocati mora.

Principes volūt, omnes suis ad nutū obedire præceptis.

Olim ad regia cōuiuia boues & oues parabantur. O luxuries téporis nostri.

Ad præparādū munus Principibus à Rege, necessariū est hodie, cunctos subditos ieiunare.

Dare subsidiū militi, aut subdito, vere est honorare.

Nō honoratur verè miles, cū ei datur nobilitatis insigne, sed cum eius subleuatur inopia.

CAPVT XXIII.

Balaamus Israelitis, vt putabatur maledicturus, eos opplet benedictionibus à religione, fortitudine diuinóque præsidio commendat, eorum prædicit victorias.

1\. Dixitque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos eiusdémque numeri arietes. 2. Cumque fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietē super arā. 3. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadā, si fortè occurrat

occurrat mihi Dominus, & quodcumque imperauerit, loquar tibi. 4. Cumque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutúsque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. 5. Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. 6. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: 7. assumptaque parabola sua dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & detestare Israël. 8. Quo modo maledicam cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus nõn detestatur? 9. De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. 10. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israël? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. 11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt maledicetes inimicis meis vocaui te: & tu econtrariò benedicis eis. 12. Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? 13. Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. 14. Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis suprà vitulo atque ariete, 15. dixit ad Balac: Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. 16. Cuicùm Dominus occurrisset, posuisséque verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. 17. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? 18. At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor: 19. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? Locutus est, & non implebit? 20. Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. 21. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israël. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. 22. Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. 23. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israël. Temporibus suis dicetur Iacob & Israëli quid operatus sit Deus. 24. Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. 25. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. 26. Et ille ait: Nónne dixi tibi, quòd quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem. 27. Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. 28. Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, 29. dixit ei Balaam: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes. 30. Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

COMMENTARII.

1. *Aras septẽ extruũtur, Deus Balaamo occurrit, negat posse Hebræos maledicere.*

VERS. 1. 2. 3. DIXITQVE BALAAM, &c.] Igitur Regi Balac Balaamus profatur: super huiusce mõtis verticem mihi extruere iube septem aras ob huius numeri perfectionem, quo dependentia sublunarium à septem Planetis innuitur: & totidem præpara vitulos, & arietes, vt sacrificiis expositis Dei responsa efflagitem. Balac igitur iubet septem aras præparari, occisisque hostiis super aras vitulos, & arietes apposuére, profante Balaamo ad Regem: Iuxtà holocaustum, quod tui causa, & tuis sumptibus paratum est paulisper consiste, donec secretiorem quendam adeo lucum Dominum consulturus, si fortè mihi Dominus dignetur occurrere vt imperet, quid tibi debeam aperire sermone.* Deus quidem non obiicitur iis, qui in frequentia hominum commorantur, sed qui solitudinis properant ad secretum.] Mentiebatur tamen ariolus, prætextu enim Domini consulendi, incantationibus solitis vacare studebat, sacrificiorum qui honorem non vero Numini, sed Baal animo sacrabat iniquo.

Deus non apparet his, qui in frequentia hominum cõmorantur, sed qui solitudinis properant ad secretũ.

4.5.6.7.8.9. CVMQVE ABIISSET VELOCITER, &c.] Qui expetebat sibi Baal, aut dæmonem occurrere, Angelum bonum Deum referentẽ, forma visibili aspectauit. Mox Balaamus quasi inscio alloquitur: Septẽ aras extruxi, & victimas desuper imposui.* Porrò Dominus ac si mentis arioli non calleret iniquitatem, ei suggessit, eum docuit, quidnam esset sermone prolaturus.* Ediscãt Presules aliquando ad subditorũ vitia coecurrire, nimia enim cõsciẽtiç subditi cognitio à Præsule expressa subditum efficit

Affectent aliquando Præsules, subditorum errata nescire.

efficit insolentem: Dissimulatio autem illum solet reddere cautiorem.] Balaamus reuertitur, Regemque Balac iuxtà holocaustum immobiliter astantem inuenit. * Reges quippe deuotos efficit tribulatio.] Omnes Moabitarum Principes socij Regi adduntur. * Regis enim exemplum Principes edocet pietatem.] Orsus itaque Balaamus prophetare, profatur. (Vox Hebraica משל *mascal* prophetiam grauem, pulchram, & acutam significat, Latine autem Hebræum hoc vocabulum idem est, ac *parabola*.) Balac Rex Moabitarum, vt scitis, de Aran, seu Mesopotamia Syriæ, quæ ad plagam adiacet Orientalem me iussit adduci. Veni (inquit prorsum nunciorum ex ore) & Iacobæo populo maledicta congere. Propera (ait, missis alijs nuncijs,) & Israëlitas detestare. Quomodo autem potero maledicta iactare illi quem Deus minimè maledixit? Quo iure illum detester, quem Deus minime detestatur? * Balaamo impio deteriores illi, qui iustis detrahere non verentur. Balaamus non potest benedicto maledicere populo: & detractores non possunt non iustos verbis iniquis conspurcare.

Tribulatio Reges efficit deuotos. Regis exemplum Principes docet pietatem.

Balaamo deteriores, qui iustis detrahere non verentur.

10. De svmmis silicibvs videbo evm, &c. Ex edito hoc monte Israëlitici populi castra speculabor, & de collibus in campestribus consistentem contemplabor, Israel remotus erit a gentilibus populis & ditione, & consortio: & inter gentiles non annumerabitur, nec inter illos censebitur: * Quomodo enim poterat Israëliticus populus fidelis Domino conseruari, si solus non existeret, si impiorum non fugeret consortium?]

2. *Panegyricū inchoat Balaamus in populum Hebræum, Balac queritur, Balaā excusatur.* Nō poteris fidelis Deo existere, si impiorum non fugias consortium.

11. 12. 13. Qvis dinvmerare possit, &c.] Quis annumerare poterit Israëlis filios, de quorum innumerabili multitudine dictum, *Multiplicabuntur sicut puluis terræ?* (Gen. 13. 16.) & quis queat numerum stirpis Israëliticæ exponere? O si ego moriar horum iustorum morte, & nouissima mea horum nouissima æmulentur. * Familiare quippe est impijs, vitæ exitum sibi iustis parem optare, quorum tamen mores non sequuntur. Nec plerumque votis respondet euentus, mors enim vitæ probæ, aut improbæ assimulatur.] Audiens Balac inexpectatum Balaami sermonem: Quid est, inquit, quod dictitas? Te vt maledicta in meos hostes congereres, aduocaui, & tu è contrario eis bene precaris. Balaamus respondit: An alia verba possum exprimere, nisi quæ & menti & ori à Domino suggeruntur? * Quam vera, quam prudens Concionatorum, ac Consiliariorum excusatio, si aduersus eorum sermonem querelæ excitentur! *Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus.*

Mors plerumque vitæ probæ, aut improbæ assimilatur.

Concionatorū excusatio, si querelæ excitētur: Non possum loqui, nisi quod suggerit Dominus.

14. 15. 16. 17. Dixit ergo Balac: Veni mecvm, &c.] Balac ergo Balaamo dixit: Venias, quæso, comes mei locum in alterum, vnde partem exercitus Israëlitici aspectans, totum omnino non valeas intueri: inde eis congere maledicta. * Superstitiosè Rex existimat, Balaamum Israëli benedixisse, quia totum castrorum ambitum in conspectu habuisset. * A communitate curat Balac Balaamum oculos auertere, vt separatim possit Hebræis maledicere. Difficile enim communitati sanctorum inferes nocumentum] * Innocuum improbis communitatis sanctæ locus (si Iudas aliquis in collegio) curauerit maledicta imprecari, non poterit, quia dum zizaniorum manipuli inter bona semina commorantur, Deus eos quodammodo defendit vt triticum.] Cùmque Balac Balaamum in locum sublimem adduxisset super montis Phasga verticem, præcepit Balaam sibi altas septem aras ædificari: imposuitque supra singulas vitulo, ac ariete Balac Regi profatur: Iuxta holocaustum tuum consiste, precor, dum obuiam Domino procedo, si dignetur mihi vt prius apparere. Conabatur Balaamus augurijs tentare, num Deus sibi permitteret Israëlem maledictis afficere. * Id est quidem aulici vel docti vel Religiosi studium, sic Theologiam cum voluntate regia componere, vt sine enormi læsione legis possit placere Principi.] * At crediderim difficile vna in sede morari legis & Regis indemnitatem.] Obuio ariolo Deus occurrit, verbúque postea profundendum ei in ore apponens, iussit, eum ad Balac properare, eique huiusmodi sermonem exponere.

3. *Ad alium locum Balac Balaamū inuitat plane inutiliter.* Difficile cōmunitati sanctorum nocumentū inferes.

Vel impius in communitate dum adest, potitur incolumitate.

Curat aulicus vel Religiosus cōponere legis præscripta cū voluntate Regis. Difficile salua lege, Regi placebis.

18. 19. 20. 21. Reversvs invenit evm, &c. Cum Balaamus regrederetur ad Regem, eum cinctum Moabitarum Principibus consistentem iuxta holocaustum inuenit, & Balac Balaamo profatur: Quid à Domino audisti? At ille rursum prophetans, ait: Cor, aurésque attentas præsta fili Sephor Haud Deus velut homo mendax, & mutabilis: si homo mentiri valet, ac mutari, Deus mentiri, ac mutari non potest. Dixit ne aliquid se facturum, & non egit? promisit, & non impleuit promissionem? Deus iussit, vt non maledicerem Israëli, neque hactenus prohibuit: omnino ergo faciet, quod dixit, neque, ne maledicam, prohibuit. Non adductus sum vt castigarem ad maledicendum, licet enim vltroneus ad maledicendum veniebam, Deus me adduxit velut inuitum, meamque iniquam mentem conuertit in æquam. Adeò autem mens illustratur, & ad laudem, & benedictionem Israëlis incitatur à Domino voluntas, vt vix possim non benedicere.

22. 23. 24. 25 Non est idolvm, &c.] Intueor, (Chaldæum imitor) quoniam non adsunt in domo Iacob idolis seruientes, nec in Israël falsorum Deorum simulachra reperiuntur, pater enim Iacob, & Israël communis, & apud Bethleem panis domum infodit * En Christicolæ populi D. Ignatij, Iacobi scilicet piissimi ex actu commendatio. Aderant idololatriæ Bachanalium diebus reliquiæ, sed postquam Iacob pulchritudinis Rachelis id est diuinę gloriæ amator Quadraginta horarum solemnis idolorum reliquias apud Bethleemum panis Eucharistici domum humauit, verè iterer illud peruulgatur elogium: *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulacrum in Israel.*] Verbum Domini Dei sui est in adiutorium eorum, & cum tubæ argenteæ iussu Domini factæ personauerint, iubente Domino, Hebræos bellum inire, eis Rex eorum aderit auxiliator, nunquā nō victoria potientur. * Haud sequitur fortiorē vi-

4. *Panegyricum persequitur.* Non est idolū in Christicola populo. post quam Ignatius Bachanalium reliquias Quadraginta horarum solemni comminuit, & apud panis Eucharistici domum humauit.

argenti & auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar; 14. Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. 15. Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cuius obturatus est oculus: 16. dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones Omnipotentis videt qui cadēs apertos habet oculos. 17. Videbo eū, sed nō modò: intuebor illum, sed non propè. ORIETVR STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. 18. Et erit Idumæa possessio eius: hereditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. 19. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. 20. Cumque vidisset Amalech, assumens parabolam, ait: Principium Gentium Amalech, cuius extrema perdentur. 21. Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, 22. & fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. 23. Assumptaque parabola iterum locutus est. Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? 24. Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. 25. Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via, qua venerat, rediit.

COMMENTARII.

1. *Profitetur Balaamus in Israelis elogia.*

VERS. 1. 2. 3. 4. CVMQVE VIDISSET BALAAM, &c.] Cum igitur Balaamus diuina illustratione cognouisset Domino placere, vt Israelitico populo largiter benediceret: noluit, vti antea gesserat semel, ac iterum, abire *in occursum auibus* (LXX. sic) vt quæreret augurium, seu ex auium volatu, cantu aut pastu captaret diuinationem; sed vultum suum dirigens in deserta populū Israeliticum turmatim per Tribus in tabernaculis commorantem aspexit, & spiritu prophetiæ a Deo immisso actus pulchro sermone futura prædixit. Hæc, inquit, præfatus est Balaamus Beor filius; hæc prælocutus est homo, qui de aliis prophetans, ipse tamen cæcus permansit, cuius ante spiritus aduentum mentis erat oculus obturatus, deinde adueniente prophetico lumine, apertus; hæc expressit qui Domini sermonem audiuit, qui Omnipotentis intuitus est visionem, dum vidit Angelum Dei specie visibili personam gerentem: qui in alienationem excidit sensuum, & sic per lumen propheticum mentis oculi aperiuntur. Siuè aptius exponas, Qui tot in errores cadens, sic oculi eius aperiuntur. * Casus enim assolet mentis lumina cæca piaculis aperire.] Hebr. pro *obturatus est oculus*, scribitur שתם *Sathan*. Obtulatio, aut cæcitas hominis *Sathan* est. * Cum te cæcum video, te Sathan contemplor. Obcæcantur oculi ex affectu in fœminam iniquo? Nihil in te humanum aspecto, totum te in Sathan mutatum aduerto, flagitiis agnatum.

Dum eadere permitteris, mētis oculi aperiri assolēt, qui prosano amore est cæcus, velut Sathanas est, sag eius agnatoi.

5. 6. 7. QVAM PVLCHRA TABERNACVLA TVA IACOB, &c.] O Iacob quam speciosa sunt tentoria tua, quam pulchra tabernacula! An non nemorosæ valles arborum copia, viriditate, opacitate spectabiles oculis obiiciuntur? Ita castra Hebræorum, qui plura tabernacula intendunt, sub quorum vmbra latent, quorum species intuentium lumina pascit. Hæc tabernacula fixit Dominus, quæ nulla poterit vis conuellere. Non ista tentoria existima sed cedros reputa iuxta fluenta, quæ irrigatione proceriores fiunt, ac pulchriores. De Israelis situla aqua fluet, hoc est, sicut situla plena copiosam dat aquam, ita prosapia Israel erit fœcunda, innumerabilesque filios progignet: & semen illius multas æquabit aquas. Porrò aquarum metaphora copiosam designari prolem imo integras populos Prou. 1. 16. & Apoc. 17. 15. patebit. Rex eius Saul Regno excidet propter Agag seruatum (1. Reg. 15.) & Regnum illius auferetur, vt Dauidi Deum timenti exhibeatur.

8. 9. DEVS EDVXIT ILLVM, &c.] Deus potentissimus, cuius fortitudo rhinoceroti assolet comparari, Israelem ex Ægypto deduxit. Israelitæ gentiles hostes suos vorabunt, eorum confringent ossa, & volantibus iaculis perforabunt. Secure, instar Leonis, aut leænæ, quam nullus audet excitare montium horrorem, vitæ exitium, quiescet Israel, hostibus eum viulare non audentibus. (Hoc quidem Dauidis præcipuā, ac Salomonis tempore accidit) Qui tibi benedixerit Israel à Deo oppletur benedictionibus: qui audebit tibi maledicere, filius erit maledictionis. * Assolet enim qui sanctis, qui iustis detrahit, infæliciter vt maledictionis filius diuagari.

Qui iustis detrahit, assolet vt maledictionis filius infæliciter diuagari.

10 IRATVSQVE BALAC CONTRA &c.] Quia Balaamus plura bona nunc prænunciauit Hebræis, quam semel, ac iterum prænunciauerat, aduersum Balaamum iracundia conflagrat: & in vindictæ documentum, aut signum pœnitudinis, ac doloris complosis manibus. Ad maledicendum, inquit, meis inimicis te adduxi, quibus è contrario tertio be-

2. *Irascitur Balac contra Balaamū.*

Agnata Regnis vicissitudo, vno ruente, alterum crescit: & è contra. Veraces relegantur ab aula. Adulationi, & médacio

bilissimam occupantibus. * Ea est enim agnata Regnis vicissitudo, vno crescente alterum necessario ruit: ex vnius ruina alterum accipit incrementa.] Balaamus surrexit, post propheticum profusum sermonem, & in Mesopotamiam Syriæ honore regio vacuus reuertitur. *Nam qui Regibus aperiût veritatê relegantur ab aula, vacuique excluduntur à Regno.]* In sæculari Curia soli adulationi, & mendacio sine exili periculo locus solet aptari Balac quoque affectus tristitia, quod ansam Hebræorum benedictionibus, ac elogiis præbuisset, suam redijt in aulam]* Edisce precor, quanta ex murmuratione proximo inferatur iniuria, siquidem Rex Balac putabat, se ex hostibus vindictã egregiã assumpturum, si Balaamus de illis praue, loqueretur. Dirior planè est vulnere murmuratio.]

locus permanent aptatur in Curia. Malè loqui de proximo, egregia est vindicta idinôr vulnere murmuratio.

CAPVT XXV.

Israelitæ cum Madianitis fornicantur, & Beelphegor cultum expediunt, quare Principes è patibulis suspenduntur, & viginti quatuor millia iugulantur e plebe. Quia zelose occidit Principem fornicarium Phinees Eleazari Pontificis filius, pro mercede hæreditarium familiæ suæ accepit Pontificatum

1. MOrabatur autem eo tempore Israel in Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, 2. quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. 3. Initiatúsque est Israel Beelphegor: & iratus Dominus, 4. ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel. 5. Dixitque Moyses ad Iudices Israel: Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. 6. Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. 7. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, 8. ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga à filiis Israel: 9. & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. 10. Dixitque Dominus ad Moysen: 11. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo 12. idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, 13. & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. 14 Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. 15. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobilissimi Madianitarũ. 16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 17. Hostes vos sentiãt Madianitę, & percutite eos: 18. quia & ipsi hostiliter egerunt cõtra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiã ducis Madian sororẽ suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4.

1. *Hebræi litãt thura Beelphegor, Principes suspẽdũtur, Dei impetu.*

MORABATVR AVTEM EO TEMPORE ISRAEL &c.] Eo tempore Israelitæ apud Settim, quæ est quadragesima secunda & vltima deserti mansio, commorabatur. Populus autẽ filiarum Moab, & Madian pulchritudine allicitur, & cum eis commiscetur: illæ autem iuxta consilium Balaami, quod se daturum promiserat, (Cap. 24. 14.) suos ad sacrificia iniqua pellexêre amatores.* Cæcus enim affectus libidinis omnis parens cæcitatis existit.] * Brutescere enim efficit animum, vndè ausu insipienti inclamare non dubitat: *Non est Deus.*] Vsurpauit itaque Israel sacra idoli Beelphegor, illi se addixit, & consecrauit. * Beelphegor idem est, ac *Priapus*, seu *Deus apertionis* aut, *nuditatis*, Et quandò non luxuries hominem denudauit? Eos planè puritatis stola, eos valetudine, vita, fama, opibusque denudat.] Iratus ergò Dominus Mosi profatur. Congrega Principes seu Iudices populi, vt illi iubeant coram sole, seu publicè suspendi eos, qui fornicationis, & idololatriæ sunt rei, scio sic ab aliis exponi: Iube suspendi ipsos Principes, qui illi fauerunt impietati, & cum deberent pro officio, non restiterunt. * Populi quidem excessus Principibus meritò tribuuntur. Vndè ediscere debent, quam diligentes esse oportet, circa publica crimina vitanda, si luxuriante populo, ipsi puniuntur.] Affectis supplicio aut fornicariis, aut Principibus annuentibus, furor meus contrà Israelem auerteretur.*

Libido parẽs omnis cæcitatis. Luxuriosos verã abnegat Deitatem.

Luxuries hõmines cũctis bonis denudat.

Populi piacula tribuũtur Principibus.

rum, quæ in die plagæ à Deo immissæ ut sacrilegi sacrificuli Phogor punirentur, pugione Phinees confossa fuit. Cur peccatum tot puellarum Madianitidum soli Cozbi tribuitur? Quia cum esset nobilitate conspicua tanquam antesignana ac Ductrix extitit reliquarum. * Vulgares enim fœminæ facilius libidini indulgent, & difficilius à crimine semouentur: dum vident fœminam nobilem illo conspurcari contagio]Quæsierim, quare parcitur Moabitis, qui Madianitis adhærebant? Quia hi præcipuè fuerant Hebræis scandalo propter submissa scorta. * Addiderim, illis parci & in gratiam Loth, cuius posteri erant, (Deut. 2 19.) & ob Ruth, ex qua Dauid & Christus Dominus nasciturí. Ob gratiam sancti proaui, aut postea diui nequissimus nepos, aut proauus à Domino incolumitate donantur.] Non ignoro postea Moabitas Dauidi pœnas dedisse. * Insidiatrix enim est criminis pœna, & demum ad periendum opportunitatem inuenit expectatam.]

Vulgares fœminæ facilius libidini indulgent dum vident fœminam nobilem conspurcari.

Proaui sancti gratia, parcitur nepoti, & sui nepotis gratia parcitur aliquando proauo. Semper culpæ insidiatrix est pœna, & tandem inuenit periendi opportunitatem.

CAPVT XXVI.

Ingressuri Hebræi terram promissam, de nouo à viginti annis & supra per singulas Tribus annumerantur. Secundum autem hanc annumerationem eis terra diuidi iubetur, & maiori tribui maior portio, minor minori consignari.

1. POSTQVAM noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem: 2. Numerate omnem summam filiorum Israël à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. 3. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant 4. à viginti annis & supra, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est numerus: 5. Ruben primogenitus Israel, huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: 6. & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. 7. hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est, quadraginta tria millia & septingenti triginta. 8. Filius Phallu, Eliab. 9. huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominum rebellauerunt: 10. & aperiens terra os suum deuorauit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, 11. vt, Core pereunte, filij illius non perirent. 12. Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: 13. Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. 14. hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti: 15. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: 16. Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum: 17. Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum 18. istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit, quadraginta millia quingenti. 19. Filij Iuda, Her & Onam, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan. 20. Fuerúntque filij Iuda, per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarū. 21. Porrò filij Phares: Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. 22. Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit, septuaginta sex millia quingenti. 23. Filij Issachar per cognationes suas: Thola à quo familia Tholaitarum: Phua à quo familia Phuaitarum. 24. Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. 25. hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit, sexaginta quatuor millia trecenti. 26. Filij Zabulon per cognationes suas: Sared à quo familia Sareditarum, Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. 27. hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit, sexaginta millia quingenti. 28. Filij

Ioseph

Ioſeph per cognationes ſuas, Manaſſe & Ephraim. 29. De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. 30. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Heleeitarum: 31. & Aſriel, à quo familia Aſrielitarum. & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida à quo famila Semidaitarum: 32. & Hepher, à quo familia Hepheritarum. 33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, ſed tantùm filias, quarum iſta ſunt nomina: Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha. & Therſa. 34. hæ ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum, quinquaginta duo millia ſeptingenti. 35. Filij autem Ephraim per cognationes ſuas, fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familias Thehenitarum. 36. porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. 37. hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit, triginta duo millia quingenti. 38. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. Filij Beniamin in cognationibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Ahiram à quo familia Ahiramitarum: 39. Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. 40. Filij Bela: Hered, & Noëman: De Hered, familia Hereditarum: de Noëman, familia Noëmanitarum. 41. hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia ſexcenti. 42. Filij Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas. 43. omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat, ſexaginta quatuor millia quadringenti. 44. Filij Aſer per cognationes ſuas: Iëna, à quo familia Iënaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſſuitarum: Brie, à quo familia Brietarum: 45. Filij Brie, Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. 46. Nomen autem filiæ Aſer, fuit Sara. 47. hæ cognationes filiorum Aſer, & numerus eorum, quinquaginta tria millia quadringenti. 48 Filij Nephthali per cognationes ſuas: Ieſiel, à quo familia Ieſielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: 49. Ieſer à quo familia Ieſeritarum: Sellem à quo familia Sellemitarum. 50. hæ ſunt cognationes filiorum Nephthali per familias ſuas: quorum numerus, quadraginta quinque millia quadringenti. 51. Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael, qui recenſiti ſunt, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta. 52. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: 53. Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas. 54. Pluribus maiorem partem dabis, & & paucioribus minorem: ſingulis, ſicut nunc recenſiti ſunt, tradetur poſſeſſio: 55. ita dumtaxat vt ſors Terram tribubus diuidat & familiis. 56. Quidquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. 57. Hic quoque eſt numerus filiorum Leui per familias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. 58. hæ ſunt familiæ Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Muſi, familiæ Core. At verò Caath genuit Amram: 59. qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata eſt ei in Ægypto: hæc genuit Amram viro ſuo filios, Aaron & Moyſen, & Mariã ſororem eorũ 60. De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu, & Eleazar & Ithamar. 61. quorum Nadab & Abiu mortui ſunt, cùm obtuliſſent ignem alienum coram Domino. 62. Fuerúntque omnes qui numerati ſunt, viginti tria millia generis maſculini, ab vno menſe & ſupra: quia non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cum ceteris data poſſeſſio eſt. 63. Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho. 64. Inter quos, nullus fuit eorum qui ante numerati ſunt à Moſe & Aaron in deſerto Sinai. 65. Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in ſolitudine. Nulluſque remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun.

COMMENTARII.

1. *Iubentur Hebræi rurſum annumerari.*

VERS. 1. 2. POSTQVAM NOXIORVM SANGVIS &c.] Poſtquam ſanguis eorum, qui fornicati ſunt cum filiis Madian, & Moab. profuſus eſt, Moſi, & Eleazaro ſacerdoti Aaronis filio Deus locutus eſt curans populi commoda.* Nec enim Deus commodis, ſeu fælicitati Reipublicæ dat operam dum noxio ſanguini parcitur, dum publica delicta non puniuntur.] Annumerate, inquit, omnes Hebræos maſculos à viginti annis & ſupra per domos, per Tribus, vt appareat qui nam apti cum hoſtibus concertare. Tertius fuit hic populi cenſus in limine terræ.

Dũ publicæ delicta non puniuntur, Deus cõmodis populi, Reipublicæ fælicitati non dat operam

tæ promissæ actus, vt illa inter Tribus congruè pro numero cuiusque diuidi, ac distribui posset. * A viginti autem annis & supra sit annumeratio; quia minor ætas inepta plerumque, ad arma tractanda, & bella gerenda censetur. Minoris ætatis iuuenes cum video ad exercitum trahi, potius iudicarim, ad elementarium ludum flagellando quam ad campum vulneratissimos hostem adducendos.

Traduntur, qui maioris ætatis sunt ad exercitum adducunt.

2. *Familia annumerãde recẽsentur, ac primũ ex Tribu Ruben.*

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. LOCVTI SVNT ITAQVE MOYSES, ET, &c.] Vno igitur nomine amborum verba faciente, Moses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab iuxta ripam Iordanis, quæ è regione Iericho adest, locuti sunt ad eos qui erant à viginti annis & supra, sicut iusserat Dominus; quorum hic est numerus tàm secundum familias, inter quas fieri debebat terræ promissæ distributio: quam secundum personas, quæ in vnaquaque familia aptæ certamini existebant. Ruben vexillum habens ad Meridianam plagam primo fuit recensitus, eo quod, Israel primogenitus iuxta natalitij ordinem, licet primogenituræ non fuerit, ex piaculo, iura consecutus. * Vidi minorem a parentibus aliquando despectum filium fælicitati addictum, diuitiis ac honoribus diffluentem, præmio virtutis: dum primogenitus parentum deliciæ ob piacula pauperie conficitur. Rubeni filij quatuor, Henoch, Phallu, Esron, & Charmi; à quibus familiæ Henochitarum, Phalluitarum, Esronitarum, ac Charmitarum, processere. Hæ sunt familiæ de Tribu Ruben, cognationes autem minores illis domus vocantur, domus autem personis constituuntur: quarum numerus in Tribu Ruben à viginti annis & supra quadraginta tria millia & septingenti triginta inuentus est. Porro Phallu secundus Rubeni filius genuit Eliab. Huius vero extitére filij Namuel, Dathan, & Abiron. Hi sunt Dathan & Abiron Principes illi populi Hebræi, qui sacerdotium, ac gubernationem populi ambientes contra Mosem, & Aaronem in Core seditione surrexerunt, quando aduersus Dominum rebellarunt. * Surgere enim contra Præsules, aduersus Deum est rebellare.] Ideo puniti sunt a Deo, terra aperiente voraginem, & Core existentem vna cum filiis suis in tabernaculo, Dathanque, & Abiron absorbente, quando ignis ducentos quinquaginta viros ante ostium Tabernaculi ad offerendum thymiama paratos absumpsit: Et factum est grande prodigium, vt Core pereunte, à terraque pro meritis absorpto, filij eius, qui simul cum patre in eodem tentorio manebant, non deperirent. Hi seruati sunt diuino miraculo, quia patris peccato non consenserant. * Ego quidem non minus miraculum quodammodo reputo, non consensisse filios piaculo patris, quam simul à terra absorptos non fuisse. Assolent enim mores parentum filios ad imitationem potentissime trahere.

Sæpe minor filius ex virtute prosperatur, dũ primogenitus ob vitia paupere cõficitur.

Surgere contra Præsules, est cõtra Deũ rebellare.

Quasi miraculũ est, filios nõ imitari parentum mores.

3. *Tribus Simeonis familia.*

12. 13. 14. FILII SIMEON PER COGNATIONES, &c.] Simeon qui sub vexillo Ruben secundum tenebat locum, quinque habuit filios, Namuel, Iamin, Iachin, Zare, & Saul, è quibus Namuelitarum, Iaminitarum, Iachinitarum, Zareitarum, ac Saulitarum prodiére familiæ. Scio alibi (Gen. 46. 10. Exod. 6. 15.) Sex Simeonis annumerari filios, hic vero & infra (1. Paral. 4. 24.) tantum quinque memorantur; omittitur enim Ahod sextus, quia mortuus est sine liberis, vnde non habuit familiam, nec sortem in terra Chananitide. * Quasi non extiterit, obliuioni traditur, qui egregiorum operum posteritatem non relinquit. Fama non natalitium, sed opera sequitur.] Hæ sunt de Tribu Simeonis familiæ, quarum numerus viginti duo millia ducenti.

Obliuioni mox traditur qui operis alicuius egregij posteritatẽ non relinquit.

4. *Tribus Gad familia.*

15. 16. 17. 18. FILII GAD PER COGNATIONES, &c.] Filij Gad castra metati tertio in loco vexilli Ruben, septem extitére, Sephon, Aggi, Suni, Ozni, seu Esebon, Her, Arod & Ariel: à quibus Sephonitæ, Aggitæ, Sunitæ, Oznitæ, Heritæ, Aroditæ, & Arielitæ processerunt. Numerus autem Gadditarum quadraginta millia quingenti.

5. *Tribus Iuda familia.*

19. 20. 21. 22. FILII IVDA HER, ET ONAN, &c.] Filij Iuda vexillum expandentis ad Orientem castrorum primo fuere duo, nempe Her, & Onan, qui absque liberis Chananitide in regione obierunt, priusquam Iacob in Ægyptum descenderet. Extitére tres præterea Iudæ filij Sela, Phares, Zare, è quibus Selaitarum, Pharesitarum, ac Zareitarum familiæ fuerunt exortæ. Porrò ex Phares vltra eos, in quibus conseruatum est nomen & familia patris, duo alij filij processerunt, Hesron, & Hamul, à quibus Hesronitarum, & Hamulitarum familiæ prodiére. Hæ quinque familiæ Iuda, quarum numerus, quantum ad illarum personas, fuit septuaginta sex millia quingenti.

6. *Tribus Issachar familia.*

23. 24. 25. FILII ISSACHAR PER COGNATIONES, &c.] Filij Issachar in eodem vexillo cum Iuda ad Orientem commorantes quatuor annumerantur, Thola, Phua, Iasub, & Semran, e quibus Tholaitarum, Phuaitarum, Iasubitarum Semranitarum erupére familię. Omnium autem cognationum numerus militum fuit sexaginta quatuor millia trecenti.

7. *Tribus Zabulõ familia.*

26. 27. FILII ZABVLON PER COGNATIONES, &c.] Profecto filij Zabulon pertinentes etiam ad Iudæ vexillum per generationes suas fuerunt annumerati tres, Sared, Elon, Ialel, è quibus Sareditarum, Elonitarum, Ialelitarumque familiæ processerunt. Hæ tres dumtaxat sunt Zabulon cognationes, quæ sexaginta quingentos milites exposuére.

8. *Tribus Manasse filij Ioseph familia.*

28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. FILII AVTEM, &c.] Filij autem Ioseph, quorum vexillũ versus Orientẽ volitabat recensiri fuerunt per generationes suas, Manasse, & Ephraim, vnã & alterã Tribum constituentes. De Manasse ortus est Machir, à quo Machiritarum familia profluxit. At Machir præter alios filios, in quibus eius nomen, & familia est propagata, Galaad virum in terra Ægypti pugnatorem progenuit, à quo familia Galaaditarum cœpit. Profecto Galaad extra alios filios, qui familiæ suæ nomen obtinuére, alios nactus est filios tantæ excellentię, vt nobilissimarum possent familiarum auctores existere. Sex eius annumerabo filios

Iezer, Helec, Asriel, Sechem, Semida, & Hepher, è quibus Iezeeitarum, Helezitarum, Asrielitarum, Sechemitarum, Semedaitarum, ac Hepheritarum familiæ claruere. Verum Hephet pater fuit Salphaad, qui filios non genuit, sed filias procreauit. Porrò quia deficientibus masculis filiabus paterna hæreditas adscribitur, filiarum Salphaad ecce nomina: Maala, Noa, Hegla, Melcha, & Thersa. Hæ octo recensitæ familiæ fuere Manasse, quorum numerus quinquaginta duo millia septingentos milites certamini præparat.

9. Tribus Ephraim filij Ioseph familiæ.

35. 36. 37. FILII AVTEM, &c.] Filij autem Ephraim, qui vna cum filiis Manasse sub eodem vexillo castrametabantur, per cognationes suas extitere Suthala, Bechet, qui est Bared, Thehen: à quibus tres familiæ, nempe Suthalaitarum, Becheritarum, Thehenitarum coaluerunt. Profectò Suthala primus eorum fratrum genuit Heran, à quo Heranitarum familia distincta à familia fratrum suorum, quæ nomen patris retinuit, excessit. Hæ filiorum Ephraim cognationes quatuor distinctæ familias, quarum numerus triginta duo millia quingentos milites exposuit.

10. Tribus Beniamin familia.

38. 39. 40. 41. ISTI SVNT FILII IOSEPH, &c.] Hi igitur, quos in vna, ac altera Tribu recensui, sunt filij Ioseph per familias suas. Filij vero Beniamin sub vexillo Ephraim ad Occidentem commorantes fuêre suis in generationibus annumerati quinque dumtaxat, alij enim quinque illius filij sine posteris decesseruot, aut in posteris eorum familia interiit. Qui igitur familias constituere, fuerunt Bala, Asbel, Ahiram (qui & Ahara, & Gera) Suphan (qui & Mophim, & Nohaa) & Hupham, (qui & Ophimo, & Rapha,) à quibus Belaitharum, Asbilitarum, Ahiramitarum, Suphamitarum, & Huphamitarum familiæ profluxere. Enim verò filij Bela extra fratres suos speciales familias constituentes extitêre Hered, & Nocman, Hereditarum, ac Noëmitarum Principes. His septem familiis comprehensi, Beniamitæ per cognationes suas, quorum numerus quadraginta quinque millia sexcenti.

11. Tribus Dã familia.

42. 43. FILII DAN PER COGNATIONES SVAS, &c.] Filij Dan castrametati sunt ad partem Tabernaculi Septentrionalem, quiquidem vna dumtaxat copiosa familia fuêre comprehensi. Dan itaque genuit Suham (qui & Husim) à quo Suhamitarum familia constituitur. Hæ sunt autem cognationes Dan per familias suas, quamuis enim vna solummodo familia extiterit Danitarum, plurimis è numero personarum æquoalet. Omnes igitur Dan posteri fuêre Suhamitæ, quorum numerus sexaginta quatuor millia quadringenti. * Profectò si Dan non Antichristum, sed Christum adumbraret, dum video vnam familiam multarum familiarum nomine effecti: asserere D. Francisci (Christi filij) designari familiam, cuius Spiritum vnicum tot familiæ fouent. Filius Christi Franciscus, à quo familia Franciscanorum. Annon plurimæ Religiones Spiritus Seraphici æmulatrices exurrexerunt? Ita planè, sed omnes fuêre Suhamitæ, omnes extitêre Seraphici, ad vnicam omnes Franciscanam familiam sunt referendi.

Vnica D. Francisci familia multarum familiarum est mater: omnes extitere Seraphicæ.

44. 45. 46. 47. FILII ASER PER COGNATIONES, &c.] Filij Aser vexillo Dan adscripti fuere per cognationes suas Iemna, Iesui, & Brie, seu Beria: è quibus Iemnaitarum, Iesuitarum, & Brieitarum earum duxêre familiæ. At Brie extra illos fratres, qui nomen, ac familiam patris retinuerunt, duos filios progenuit illustres Heber, & Melchiel, à quibus familiæ Heberitarum, & Melchielitarum habuere principium. Nomen autem illius filiæ Aser, quæ sola ex nepotibus Iacob Ægyptum cum auo suo est ingressa, fuit Sara. Hæ quinque extiterunt filiorum Aser cognationes, quorum numerus quinquaginta tria millia quadringenti. * Adnoto, Aser, cuius *pinguis panis* Iesum genuisse, *à quo familia Iesuitarum.* Vnde nam tam celebris, tam fortis, tam hostibus, tam Sancta, tam docta spirituali certamini Iesuitarum familia ducentes ortum, nisi ex Iesu filio diuini Aser, cuius pinguis panis filiis præparato? * Aspice fide. les vbique terrarum ad Societatis Iesu Delubra accurrentes, vt Eucharistico pane reficiantur, & proclama: O quam apertè dignosco Iesuitarum familiam ex Eucharistico pane prodiisse in mundi refectionem.

12. Tribus Aserfami. lia.

Iesuitarum familia orta à Iesu filio Aser cuius pinguis Eucharisticus panis. Nam ea pane Eucharistico se ostendit societas Iesu, dú fideles excitaned frequentem Communionem.

48. 49. 50. FILII NEPHTHALI PER COGNATIONES, &c.] Filij demum Nephthali castrametati ad Aquilonem sub vexillo Dan fuerunt recensiti per generationes suas, Iesiel, Guni, Iezer, & Selem, qui Iesielitarum, Gonitarum, Iezeritarum, ac Selemitarum familias instituerunt. Hæ quatuor sunt generationes Nephthali, filiorum autem earum numerus ad certamina quadraginta quinque millia quadringenti.

13. Tribus Nephthali familia.

51. ISTA EST SVMMA, &c.] Mortuis iam omnibus qui prima populi lustratione (cap. 1.) recensiti fuerant sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta: nouus hic census in illus institui, eo quod iam in procinctu essent, & in terram promissam ingredere, & hæc ipsis diuidi deberet. Quo lustro reperti sunt sexcenti millia mille septingenti triginta. Vnde patet, summam pugnatorum hoc quadragesimo anno initam non æquasse summam censorum prima connumeratione anno secundo egressus ex Ægypto, sed inferiorem illa mille octingentis viginti capitibus extitisse. * Si post tot, tantaque flagitia adhuc Numinis beneficiis ac pietate tam copiosus populus Chananæam ingreditur: quid, quæso, si nunquam à Domini recessisset obsequio? Porrò Reipublicæ posteritas fidelitatis gressus sectatur, dum infœlicitas iniquitati comes adducitur.

Reipublicæ felicitas sequitur delictum, infelicitas iniquitatem.

52. 53. 54. 55. 56. LOCVTVSQVE EST, &c.] Vt autem Dominus edoceret ordinem in diuisione terræ seruandum, sic Mosi profatur: Duodecim Tribubus proximè annumeratis terra diuidetur iuxta numerum vocabulorum, id est, familiarum quæ propriis vocabolis seu nominibus distinguuntur. Pluribus familiis vniuscuiusque Tribus maiorem terræ adscribes portionem, paucioribus autem minorem assignabis: Singulis autem tum hominibus, tum Tribubus

10. Præfatio familiis diuidendæ Terræ.

bobus, tum familiis, tum potius capitibus familiarum: sicut nunc censi sunt possessio tradetur, vt ipsi vlterius in singulos suæ familiæ so tem diuidant acceptam, hac tamen lege, vt sors, quæ vnicuique obuenerit, non autem libera Ducis voluntas Tribul us, & familiis diuidat terram. * Dum enim ab hominibus sit diuisio, non iuste diuidetur hæreditas, pia aut iniqua operante affectione.] Sors ergo à Deo directa iuste diuidet ciuibus iuxta cuiuslibet exigentiam. Adnotanda particula, *Pluribus maiorem partem dabis & paucioribus minorem.* Cur iustissimo Mosi hoc imperium indicitur, si ad iustitiæ prætextum attinebat pluribus plura dona adscribere? * Quia Principibus agnatum adeò inepte diuidere diuitias, vt quodammodò necessum fuerit, æquissimo Mosi Principes rectam docere diuisionem. Regnum planè diuitiis exundat, sed innumerabiles ciues cruciantur inopia ob iniquam Principum diuisionem: liceat vulgariter exprimere, *Mucha hacienda, pero mal repartida.*] Quidquid ergo sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores; nullatenus enim cuique familiæ danda est optio, sed sortis dumtaxat habenda est ratio; ne quis iniuria se affectum existimet ex speciali alicuius electione. * Communitas enim queritur non iniustè, cum particulari alicui aliqua commoditas affectate ob propriam adscribitur electionem.]

> Dū homines diuidūt temporalia bona, aequalia aut fuleret esse diuisio.
>
> Agnatum Principibus, ineptè inter subditos diuitias parti[ri].
>
> Communitas queritur, dū aequaliter commoditas nō diuiditur sortes seorsu.

57. 58. 59. 60. 61. 62. HÆC QVOQVE EST NVMERVS FILIORVM LEVI PER, &c.] Hic quoque est numerus filiorum Leui, cuius familiæ ex professo non cōputatur vt reliquæ, eo quod nōn acceperint sine sortem cum aliis Tribubus. Filij ergo Leui Gerson, Caath, & Merari: à quibus Gersonitarum, Caathitarum ac Meraritarum prodiêre familiæ. Hæ prætereà vna cum illis quas superius diffuse recensui, (cap. 3.) sunt familiæ Leui: Familia Lobni, Hebroni, Moholi, Musi, & Core. At vero Caath Leui filius pater extitit Amram qui duxit vxorem Iochabed patruelem quidem suam seu consobrinam ex matre, ex patre verò amitam; potè filiam Leui, quæ sene parente nata est in Ægypto ex sorore quadam vxoris filij sui Caath. Hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron, Moisen, ac Mariam, quæ vtroque fratre prouectioris erat ætatis. De Aaron autem orti sunt Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar; quorum duo priores nulla posteritate relicta, perierunt, quia igne alieno Domino thura litarunt. Omnes igitur qui annumerati sunt in Tribu Leui viginti tri millia masculi ab vno mense & supra. Porrò Leuitarum specialis ratio debuit haberi tam in distincta ab aliis Tribubus computatione, quam in diuersa ætatis numerandorum consideratione, quia non sūt recensiti inter filios Israel, neq; in generali istorum summa comprehensi, nec eis cum cæteris data possessio: vnde non oportuit habere ætatis annorum viginti rationem, quæ in acceptuis possessionis suæ dominium, necessaria videbatur. Scio iussisse Dominum cōmutari primogenitos Hebræorum in Leuitas viuis mensis & suprà: idque & ad paucitatem Leuitarum primogenitorum multitudini æquandam, & ad declarandam Leuitarum dignitatem. Hac de causa iubet hic Dominus eos rursum ab vno mense & suprà annumerari tāquam suos, vt potè qui olim eadem ætate redemptioni primogenitorū deseruierant. * Specialissimo enim honore dignus ostenditur, qui quomodolibet proximorum redemptioni seruit. Liceat Leuitici Ordinis siuè Societatis IESV Clericalis Religionis alumno hinc Societatem commendare, cuius filij à primo mense sic redemptioni proximorum seu conuersionis, ac salutis negotio seruierunt, vt quolibet in die anni fructus appareat, vnumque sæculum sæcula innumera complecti videatur. Si ergo qui mense primo primogenitorum redemptioni seruiere tanta digni commendatione, qui nunquam non huic ministerio student, quanto agnati exponuntur honore.]

> 55. Filij Leui Gerson, Caath, & Merari, eiusque familiæ annumerātur.
>
> Qui seruiūt proximorum redēptioni, specialissimo honore sunt digni.
>
> Dignissima honore Societas Iesv, cuius alūni ab vno mēse & supra nō quā nō proximorū redēptioni deseruiunt.

63. 64. 65. HIC EST NVMERVS, &c.] Hic est numerus filiorum Israel, non Leuitarum, quos apud campestria Moab vbi Hebræi vltimam gessere mansionem ad cā Iordanis ripam, quæ est contra Iericho, seu è regione Vrbis huiusce in altera fluminis parte, Moses, & Eleazar sacerdos descripserunt. Inter quosquidem nullus adfuit eorum, qui à Mose & Aaron, in Sinai deserto fuerant annumerati, si Leuitas excipias, ex eis enim Moses, Eleazar, Ithamar, & fortasse multi alij qui annumerati fuêrant in Sina, superstant. Prædixerat enim Dominus ob murmur populi ab exploratoribus excitatum, omnes in solitudine morituros. Nullus ergò superstes ex eis nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius, quos Dominus ab illa sententia generali exceperat, quia murmuratoribus non gessere morem. * Plerumque qui scandalo ansam proximis exhibent, ab æternæ hæreditatis promissæ prohibentur ingressu. Et autem, qui ab scandalo abstinet apponendo aliis, sine scandali, quo decidere possit periculo, promissā pate scit hæreditas.]

> 56. Hic numerus filiorū Israël in cāpestribus Moab.
>
> Scandali excitatoribus plerumque damnatio, et autem qui scandalum nō apponit aliis, sine scandalo æterna patescit hæreditas.

CAPVT XXVII.

Lex fertur propter Salpha ad filias, vt prole masculâ deficiente, in hæreditatem filiæ parentibus succedant. Terram promissam Moses iubetur ex Abarim vertice contemplari, sibique in ducatu populi Iosue substituere.

1. ACCESSERVNT autem filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: qua-

terno caruerit, adscribentur hæreditas his, qui ei proximiores inuenientur ex parte, qua ipse hæreditate potitus est, masculis. Erit autem hoc, quod de successionibus expressi, Hebræis lege perpetua sancitum, Iudicesque durante Reipublicæ statu tenebuntur iudicare sicut Dominus Mosi præcepit.

3. *Iubetur Moses Terrā Chanaã contēplari.*

Sancti Præsules delectātur, dum vidēt subditos dilectos eis bonis donādos, quibus ipsi priuandi sunt.

12. 13. 14 DIXIT QVOQVE DOMINVS, &c.] Dominus autem Mosi profatur, specialiterque ad ipsum attinentia exponit. Scande, inquit, proximi montis Abarim verticem; contemplareque inde terram, quam Hebræis sum donaturos, vt saltem aliqua voluptate in visione terræ fruaris, quã tantopere ingredi optasti, ac petiisti. * Sancti planè, à quibus inuidiæ vitium longè abest, admodum delectantur, dum vident, eis bonis, quibus ipsi priuantur, subditos potituros esse dilectos. Vnde particula illa: *Contemplare terram, quam daturus sum filiis Israel*, totam à Mose intercidit mœroris occasionem. Mei subditi terra promissa proculdubio potientur? lætus iam percurram ad lethum.] Porrò mons Abarim secundum diuersas partes, & iuga diuersa nomina habuisse lego. Vocatur Phasga, Phogor, Excelsa Baal, Nebo. Cum ergo, o Mose fueris terram promissam contemplatus, morieris in Moab, & ad Patrum Lymbum properabis, quemadmodum frater tuus Aaron profectus est. Nec enim Iordanem transibis, nec terra Chananitide potieris, sicut nec Aaron: quia in deserto Sin apud Cadesbarne deliquistis, quando Israëlitica multitudo contra me ob defectum aquarum iurgia excitauit, nec me gloriosum ostendere voluistis, à virgæ percussione abstinendo, solo vtendo sermone, vt è petra dulcis vnda proflueret. Preme illud; *Nec sanctificare me voluistis*, seu sanctum exponere. * Subditi enim cum Rectorem sanctum profitentur, qui fomentis vtitur blandis, eum autem, qui vulnerat, semper à sanctitudine, ex crudelitatis piaculo, recedere arbitrantur.] Hæ sunt (addit Moses) aquæ contradictionis, vbi filij Israel in seditionem versi contra Dominum in Cades deserti Sin fuere iurgati.

Subditi Rectorē mãsuetū sanctū esse profitētur: nō sic immitem.

4. *Petit Moses Ducem populi designari.*

15. 16. 17. CVI RESPONDIT MOYSES, &c. Moses ergo qui viuere solummodò ad Dei curabat obsequium, vt Dei voluntati morem gereret mori non recusat. At tamen gregis commodis studens Domino astatur: Dominus Deus spirituum, qui scilicet spiritus, & corda hominum nouit, & scit ad quæ quis aptus sit, prouideat virum, qui tantæ gubernationis molem sobire, & sustinere possit. * Non attendenda exterior species, sed Spiritus, sed cordis vis prospectanda, vt aptus regimini Præsul eligatur. Vnde solus spirituum, ac cordium, ponderator potest munus electoris obire.] Qui quidem electus à Domino Præsul, possit esse Dux, & ductor eorum in omni opere tam bellico, quam ciuili. Profectò verbum *Exire, & intrare ante eos*, est metaphora sumpta à pastoribus gregem educentibus. Hi enim ante eum exeunt, & intrant: atque ita eum pascunt, & regunt. * Non potest aptè Prælulatum gerere, qui se subditorum non exponit pastorem.] * Probus ergo Princeps exeat, & intret: exeat aliquando, se velut alienum ostentaro, ad piaculaque subditorum veluti cœcutiat; intret autem, ne ex absentia pastoris aliquod gregi obueniat incommodũ. Exeat, ne assidua consuetudo contemptum ingeneret; intret autem, ne absentia ingerat obliuionem.] Si ergo ô Domine, Dux à te eligendus nescit intrare, & exire, erit Dei populus sicut grex pastore carens.

Solus Deus potest obire munus eligēdi Præsulem.

Præsul sic subditorum pastor.

Probus Præsul debet intrare, & exire.

5. *Iosue filius Nun eligitur.*

18. 19. 20 DIXITQVE DOMINVS, &c.] Respondit Mosi Deus: Elige ex cunctis viris Hebræis Iosue filium Nun, virum quidem, in quo Dei adest Spiritus, id est, prudentia, pietas, fortitudo, & reliquæ virtutes Principi necessariæ. * Non enim vir ille ad regimen Dei decoratur Spiritu, qui sanctus solum est, potest namque sanctitudine fulgere, prudentia autem ad gubernandum nunimè ditari. Est ergo Dei spiritus ad sanctitudinem, & est Dei spiritus ad gubernationem.] Super virum ergo hunc prudentissimum tuam manum impone, vt hac ceremonia tuus successor instituatur, & Dux populi Hebræi assignetur, & à me gratia ad id munus opportuna impleatur. Coram sacerdote Eleazaro, omnique multitudine consistat, & cunctis videntibus, seu audientibus, ei præcepta de modo regendi populum, maximè vt eum in vera vnius Dei religione, ac lege conseruet, & promoueat, exhibebis. * Primum enim Præsulis studium debet esse, subditos ad Domini obsequium excitare.] * Premenda particula, *Dabis ei præcepta, cunctis videntibus.* Cur non dixit, Audientibus, si præcepta non videntur, sed audiuntur? Verùm quia præcepta data à Præsule, qui visus est à subditis ea opere compleuisse, potius reputantur exempla videnda; quam audiendi sermones. Vnde de exemplorum virtute animum subditorum efficacius alliciunt.] Da simul Iosuë partem gloriæ tuæ, id est, honoris, & authoritatis tuæ apud populum, vt eum futurum Principem reuereantur compelles, eumque vt talem populo proponas, & commendes: vt populus eum pro te accepiet vt Ducem, eum reuereatur & audiat. * Profectò pars gloriæ Principis præcedentis est, suum commendare successorem. Omnes enim, qui audiunt Principis prælapsi nobilitatem laudibus efferunt.] * Subtaxentur hinc Præsules, & Concionatores, qui succedentem Rectorem, aut Concionatorem studiosè non laudant, partis, imo totius suæ gloriæ iactura; ab audientibus enim inurbani, ac ignobiles æstimantur.

Nō sufficit, ad Præsulatū, sanctitudine decorari virū, si nō fulget prudētia, &c.

Primū Præsulis studiū, subditos ad Dei obsequiũ excitare.

Verba Præsulis qui visus est à subditis exēplo cōfirmare, reputātur ab eis nō tã audiēdi sermones quã exēpla videnda.

Pars gloriæ prælapsi Præsulis est, suc-cessorem cō-mendare.

Taxantur Rectores, ac Concionatores, qui successores suos studiosè non laudant.

21. 22. 23. PRO HOC SI QVID AGENDVM ERIT, ELEAZAR SACERDOS CONSVLET DOMINVM. AD VERBVM, &c.] Si quid circa populi regimen speciale agendum erit, pro hoc, id est, pro Iosuë Eleazar sacerdos Dominum consulat: Iosuë autem ad verbum Eleazari aget, quidquid gerendum sacerdos à Domino audierit. Nec quidquam inconsulto Domino Princeps aut subditi exerent. * Si nihil licet Principi gerere, nisi quod ab Eleazaro Dominum consulturo auditurus est, ad quidnam, precor, prudentia illa commendata à Domino erat necessaria? *Virum, in quo est Spiritus.* Profectò quia ad nihil adeò est necessaria prudentia

Ille magis prudens est Præsul, qui magis interrogat, nec quidquam sine Cõsultorum monitis agit.

Tt 3 viri,

viri, quam vt sciat addubitare, interrogare, sacerdotem adire, & eius monitis subiacere. Ediscant hinc Rectores frequenter Consultores adire, nec quidquam sine consilio gerere. Magis se prudentem exponit, qui magis interrogat.] Moses itaque de præcepto Domini aduocat Iosue, coram Eleazaro, ac omni Hebræorum cœtu statuit, & impositis capiti eius manibus cuncta retulit, quæ Dominus præceperat.

CAPVT XXVIII.

Sacrificia, quæ necessitate præcepti Israeliticus populus tenebatur offerre, promulgantur, nempe iuge sacrificium, Sabbati, Calendarum, Azimorum, & Hebdomadarum.

1. DIxit quoque Dominus ad Moysen: 2. Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua, 3. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: 4. vnum offeretis manè, & alterum ad vesperum: 5. decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. 6. holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimum incensi Domini. 7. & libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini. 8. Alterúmque agnum similiter offeretis ad vesperam, iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino. 9. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba 10. quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum. 11. In calendis autem offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos. 12. & tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes: 13. & decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos, holocaustum suauissimi odoris atque incensi est Domino. 14. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt: media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum, hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt, 15. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis. 16. mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit, 17. & quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur azymis. 18. Quarum dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. 19. Offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 20. & sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, 21. & decimam decimæ per agnos singulos, id est, per septem agnos. 22. Et hircum pro peccato vnum vt expietur pro vobis, 23. præter holocaustum matutinum quod semper offeretis. 24. Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto, & de libationibus singulorum. 25. Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. 26. Dies etiam primitiuorum, quando offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. 27. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem: 28. atque in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas, 29 & per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem. hircum quoque 30. qui mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum & liba eius. 31. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

COMMENTARII

COMMENTARII.

1. *Offerenda Deo suis temporibus sacrificia exponuntur.*

VERS. 1. 2 DIXITQVE DOMINVS, &c. Dum Israëliticus populus apud campestria Moab cōmoraretur anno ab egressu ex Ægypto quadragesimo, Deus Mosi profatur: Præscripturus Hebræis; quænam sacrificia tam diebus festis, offerre teneantur, eis indices: Oblationem meam, per quam mihi sacrificia redduntur, & panes similæ conspersæ oleo, quidquidque super altare adustum & incensum mihi dicandum obuenit, quod quasi odori suauissimi exponit fragrantiam, suis temporibus ex legis præscripto litare satagite. Hebr. sic. *Oblationem meam, panem meum per ignitiones meas in odorem suauitatis offerte.* * Si hominis litantis oblatio est, si eius est panis, cur Deus suam oblationem, suum panem appellat: An quia cunctorum Conditor? Certè quia licet omnium sit Dominus, id solummodo suum æstimat, quod fideles pro actione gratiarum ei præsentant.] * Addiderim, sua vocitare Dominum, quæ pro beneficiis impenduntur acceptis. quia grati animi sacrificium post beneficia accepta non datur, sed soluitur.

Deus cum sit Dominus omnium, id solummodo suum vocat, quod homines grati offerunt. Post beneficia accepta munus Deo non datur, sed soluitur.

3. 4. 5. 6. 7. HÆC SVNT SACRIFICIA, & [illegible], quæ mihi litare tenemini; Quotid[illegible] agnos, qui annum non excedant, i[illegible]tos quidem, hoc est sine deformit[illegible] ne sint cæci, claudi, scabiosi. * Nec enim Dei [illegible] oloris maculam ablegat ab altari. Sub cortice auro assolet fructus suauis adesse: sub pelle pulcherrima animus nequissimus non semel existit.] Hosce ergo agnos in holocaustum perpetuum Domino sacrabitis, vnum mane offeretis, vespere alterum, adhibebitisque in libamenta decimam ephi partem, seu vnam mensuram gomor similæ, quæ defæcatissimo subacta sit oleo iuxta ritum in holocaustis essecundi m. Porro oleum quartæ partis hin, nempe sextarij vnius & dimidij implebit quantitatem. Hoc est holocaustum illud Iuge, quod obtulisti in monte Sina adeò gratum & acceptum Deo ac si cederet in odorem sacrificij suauissimum incensi quidem in honorem Domini. Hoc igitur sacrificium Iuge, quod in Sina obtulistis, à quoque per annos triginta & octo in deserto abstinuistis apud Chananitidem offeretis. * Venia enim danda est viatori, si itineris implicatus incommodis, nonnihil de spiritualibus detrahit exercitiis.] * En vnde Dei misericordia vberrimè diffunditur in humanos: Omnes sunt viatores.] Libabitis itaque vnà cum simila ac oleo præfatis vini quartam partem hin per agnos singulos; quæ omnia oportet in Domini Sanctuario id est, in atrio, quod Sanctuario hæresciт, offerri. * Atrium enim tanta est colendum veneratione, vt meritò Sanctuarium debeat appellari. Vt subtaxentur, qui tam irreuerenter apud Templi atria, seu porticum diuagantur.

2. *Agni anniculi immolandi duo quotidie, iuge holocaustum.* Deus nō excludit ab altari coloris maculā, sed deformitatē.

Veniabilis indeuotio viatoris. Ideo Deus tam facile parcit hominibus, quia omnes sumus viatores.

Atria Tēpli adeo sunt reuerenda, vt Templum debeant appellari.

8. ALTERVMQVE AGNVM, &c.] Alterum ergo ex duobus prædictis agnum, post priorem oblationem in matutino factam, similiter ad vesperam vna cum decima similæ, partibusque olei, & vini assignatis offeretis: quæ proculdubio Numini in oblationem suauissimi odoris ex offerentium deuotione excedent. * Non solùm mane, sed & vespere Deo litanda precum sacrificia: mane quidem ad diei fælicitatem obtinendam, vespere autem ad alterius fælicis diei acquisitionem. Iuge sit sacrificium, iugis tibi fælicitas illucescet.

Iugi sacrificio oblato mane ac vespere, iugis tibi fælicitas præparabitur.

9. 10. DIE AVTEM, &c.]. Diei autem Sabbati mane tres agnos qui annum non excedant perfectos scilicet immolabitis, vnum pro iugi sacrificio, duos verò pro Sabbati solemni. Quas addetis similæ decimas, seu farinæ triticeæ à furfure repurgatæ oleo subactæ ad sacrificium accessorium faciunt: & libamina olei, & vini, quæ ex præscripto legis solent effundi. Hæc quidem omnia tam agni quam libamenta oportet offerri per singula Sabbata in holocaustum sempiternum nullatenus pro libito immutandum * Quam aptè duplex oblatio Sabbati solemni imperatur afferri; vt innuatur tunc animum vberius operaturum, cum corporis membra requiescunt.

3. *Duo insuper offerēdi agni die Sabbati.*

Diebus festis vberius operetur animus, dum requiescit corpus.

11. 12. 13. 14. 15. IN CALENDIS, &c] At in Calendis, seu primis diebus mensium (*neomenia* seu *nouilunium* dicitur) vltra ea, quæ ob alias causas offerri debere contigerit, Domino offeretis holocaustum duos de armento vitulos, vnum arietem, septem agnos qui annum non excedant: tam vero vitulos, quam arietem, & agnos oportet perfectos esse. Tres decimas similæ oleo subactæ singulis vitulis offerendis addetis: & duas decimas arieti; decimam decimæ, id est, vnum gomor (quod est decima pars ephi, quod ephi est decima pars Cori) similæ subactæ oleo singulis agnis adiicite, ita vt cuilibet agno vnum gomor similæ correspondeat. Holocaustum hoc Calendarum non minus gratū ac acceptum Numini, quam odor fragrantissimus assolet hominibus gratus existere. * Et quomodo Deo accepta admodum non adesit oblatio, quæ ei totius mensis faciat euentus.] Procedet enim plerumque, ac terminabitur ad Dei gloriam mensis, qui à Dei inchoatur obsequio Porro libamenta vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, sic præparanda, & hac mensura exponenda. Media pars hin, quæ tribus sextariis constat, singulis vitulis addicatur; tertia pars hin duos sextarios continens applicetur arieti; quarta pars hin, nempe sextarium & dimidium, cuilibet agno accommodabitur Hoc erit holocaustum, quod necessitate præcepti in nouiluniis mensium qui sibi anno properante succedunt offerre tenemini. Præterea hircus Domino pro peccatis populi generatim est offerendus in holocaustum, hoc est, holocaustum præter holocaustum (in Hebræo est, *Hircum pro peccato offeretis vltra holocaustum iuge*) cum libamentis propriis huiusmodi holocausti.) *Mincha* enim, idest, simila, vinum, & oleum in victima pro peccato minime libabantur.) * Nam si facies in oleo exhilaratur, si vinum cor hominis lætificat. qui peccati reus sacrificare intendit, nec corde lætus, nec facie hilaris ostentetur oportet.]

4. *Calendarū holocaustū.*

Mensis ille dies, qui à Dei inchoatur obsequio plerumque ad Dei gloriā procedit, & terminatur

Qui pro peccato litat, nec corde lætus, nec facie hilaris debet ostentari.

Haud verū gaudiū, vbi conſcientiæ vulnus. Inania ſunt ſolēnia, ſi offerētiū aut Cōfeſſione, aut cōtritione nō decorantur.

oportet.]* Vbi adeſt conſcientiæ vulnus, verum gaudium minimè commoratur.]* Quonam autem ſpiritu iubentur Hebræi ſingulis menſibus dum ſacrificiis dant operam, victimam pro peccato litare? Certè quia ſi ſpiritus non appareat contribulatus, reliquis Deus holocauſtis minimè delectatur. Monemur ſingulis menſibus ſaltem Confeſſionis dare operam holocauſto, inaniaque Deo eſſe ſolemnia, ſi contritione offerentium non decorantur.

5. *Phaſe Domini.*

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. MENSE AVTEM, &c.] Menſe autem primo (Hebræis, ac Chaldæis Niſan, Græcis Xanthicus, Martius Latinis quarta decima die Menſis Phaſe, id eſt, tranſitus, ſiue Paſcha Domini erit: & quinta decima die ſolemnitas præ cæteris annuis ſolemnitatibus inſignis illuceſcet. Filij Iſrael ſeptē dierū ſpatio lenticulo azimis veſcentur, vt cautū eſt in Libro Leuitici, (Cap. 23 6.) Quarum dies prima nempe decimaquinta menſis veneranda, ſanctaque erit Iſraelitis, ab omni ſeruili abſtinebitis opere, exceptis his actionibus, quæ ad ciborum præparationem diriguntur. * Nec enim Deo ingratum, Paſchatis feſto in lætitiæ documentum ſpeciali operam gerere refectioni. Sobrij hiſce diebus licet non ieiuni Domino placebitis.] Offeretis accenſum holocauſtum Domino duos de armēto vitulos, vnum arietem agnos anniculos immaculatos ſeptem. Simul litabitis ea, quæ ſimpliciter & abſolutè vocito ſacrificia, ſcilicet libamenta ſingulorum, quæ conſtare debent ex ſimila, ſeu defæcata farina oleo ſubacta iuxtà ſuperius aſſignatam menſuram: tres videlicet decimas pro vitulis ſingulis, duas pro ariete; & vnam decimam pro ſingulis agnis; vnicuique enim horū ſeptem agnorum vna debet ſimilæ decima reſpondere. Nec non tenebimini illo primo azimorum die vnum pro peccato hircum offerre, vt fiat pro veſtris criminibus expiatio.

Placet Numini Paſchalibus diebus ſpecialiter de cibo curare.

Sacrificium Euchariſticū ſolùm proficit animo expiato.

Oratio quotidiana matutina nunquam eſt tremittenda.

Neceſſariæ magis ſunt quotidianæ preces, cùm gerēda opera præceſſiora.

* Sacrificium enim farinæ Euchariſtiæ typus animis ſolùm prodeſte expiatis.] Hæc quidem omnia mane primi diei litare debetis præter holocauſtum matutinum, quod ſingulis diebus eſt offerendum.* Profectò matutinæ preces, ſeu meditatio antelucana non eſt temittenda, licèt aliis piis detur opera exercitamentis.]* Immo quia aliis piis operibus litanda ſit opera, quotidianæ illæ preces amplius ſunt neceſſariæ ad perfectiorem egregij cuiuſque operis expeditionem.] ſic facietis per ſingulos ſeptem azimorum dies vt ſine omnia præfata in nutrimentum ignis, qui ſuper altare ſemper debet ardere; & in ſuauiſſimum Domino odorem, qui de holocauſto & de ſingularum libationibus victimarum ad placandum Numen exſurget * Hebr. pro hiſce verbis, *In fomitèm ignis, & in odorem ſuauiſſimum*, lego: *Panis ſacrificij odor ſuauiſſimus Domino.* Quid panis cum ignis fomite? Certe Panis ſacrificij, nempe Euchariſtia ſacri ignis diuini amoris pabulum ſubminiſtrat. Hoc pane ignis ille veſcitur, & increſcit.

Euchariſticus panis fomes eſt diuini amoris.

6. *Pētecoſtes, ſeu primitiuorū feſtum.*

25. 26. 27. 28 29. 30. 31. DIES QVOQVE, &c.] Dies quoque ſeptimus Paſchæ azimorum celeberrimus vobis, ſanctuſque aderit. * Nec enim vlla poteſt vera eſſe celebritas, in qua ius læditur ſanctitatis. Sancta tibi pie agenti dies exiſtit? celebris proculdubio eſt. Omne opus ſeruile celeberrimo die non geretis; ſanctus enim non erit ſi criminoſa violatur actione. Dies denique primitiuorum, ſeu Pentecoſtes vel Hebdomadarum, quando nouas fruges Domino offeretis nō quidem in ſpicis, vel in granis expurgatis (prout debēt fruges in feſto azimorum offerri, ſed in panibus coctis primitiuis, expletis hebdomadibus ſeptem, dies videlicet quinquageſima à die primo azimorum, venerabilis vobis erit, & ſancta, ab omni ſeruili opere abſtinebitis, exceptis his quæ ad ciborum condimentum pertinent actionibus Holocauſtum in odorem Deo ſuauiſſimum, offeretis, vitulos nempe de armento duos, vnum arietem, agnos anniculos ſeptem immaculatos. In ſacrificiis autem eorum ſeu oblationibus ſacrificia complentibus debetis ſimilæ oleo ſubactæ tres decimas ſingulis aptare vitulis, arieti duas, agnis autem ſingulis decima decimæ partis Cori ad menſuram ſacrificiorum Calendarum, ac Paſchæ. Loquar vero de agnis, quos in hoc holocauſto dixi eſſe offerendos, qui *ſimul* ſeu *etiam*, ſunt agni ſeptem, ſicut quos Paſchatis, ac Calendarum ſolemni litari præcepi. Hircum quoque, qui pro expiatione mactatur, hac die offeretis ſuis libis addictum, præter holocauſtum ſempiternum, quod quandiu Reipublicæ veſtræ ſtatus durauerit, iugiter litare tenemini. Enim vero tam victimæ, quam earum libamina adeo erunt immaculata vt nihil offerendum aliquo naturali defectu, vlla deformitate notabili laborare videatur. * edoceantur, qui ſe victimas Numini præparant, quam inuiſi apparebunt Magiſtro puritatis immundi, cui vel materialis immunditia adeo oſtentatur ingrata.]

Nulla eſt vera celebritas, vbi in animo non eſt ſanctitas.

Quam ingratus Deo qui ſe offert immūdū cui vel materialis impuritas inuiſa eſt.

CAPVT XXIX.

Sacrificia, quæ populus Hebreus ex præſcripto legis tenebatur offerre in Tubarum ſolemni, in die expiationis, in Tabernaculorum feſto indicuntur.

1. Menſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis: omne opus ſeruile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt, & tubarum. 2. Offeretiſque holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domino, vitulum de armento vnum, & arietem vnum, & agnos annicules

anniculos immaculatos septem: 3. & in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, 4. vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem: 5. & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, 6. præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis, eisdem ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incensum Domino 7. Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile non facietis in ea. 8. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suauissimum vitulum de armento, vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 9. & in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, 10. decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem: 11. & hircum pro peccato, absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem & holocaustum sempiternum, cum sacrificio & libaminibus eorum. 12. Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea, sed celebrabitis solemnitatem Domino septem diebus. 13. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 14. & in libamentis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est, simul arietibus duobus, 15. & decimam decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: 16. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius. 17. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 18. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes, & agnos rite celebrabitis: 19. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius 20. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 21. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 22. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. 23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 24. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 25. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 26. Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 27. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 28. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 29. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 30. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: 31. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine: 32. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: 33. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, 34. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 35. Die octauo, qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, 36. offerentes holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: 37. sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: 38. & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. 39. Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris: præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

COMMENTARII.

1. *Festum Tubarum.*

VERS. 1. 2. 3. 4. MENSIS ETIAM SEPTIMI PRIMA, &c.] Mẽsis septimi (Chald. Thisri, Hebr. Ethanim, Lati. Septembris) prima dies summa digna veneratione, ac sanctitate plena vobis illucescet? ac proindè quamuis licita sit ciborum præparatio, cæterum ab omni seruili abstinebitis opere; quia dies clangoris & tubarum est, in quo tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ

corneæ gratias Deo exhibere tenemini pro liberatione Isaaci, è quo Messias erat proditurus; beneficiumque anni septimi remissionis, & quinquagesimi Iubilæi in memoriam reuocate. O quanto Dei beneficio vir Reipublicæ vtilis asseruatur!] * O quam deligenti studio beneficij remissionis criminum à nobis est refricanda memoria!] Ad huiusce solemnitatem diei holocaustum Deo suauissimi odoris ex deuotione offerentium præparabitis vnum de armento vitulum, vnum arietem, septem anni vnius perfectos agnos. Victimarum autem oblationem hæc liba comitentur. Tres decimæ similæ oleo subactæ addantur vitulo, duæ arieti, vnica agno cuique ex illis, qui non sunt singulares vt vitulus & aries, sed simul sunt septem. * De sumptu Deus ac de apparatu detrahet; sed de oblationis innocentia expressa in agnis nihil abstratu permittit. Si labores inopia detrahe de victimæ apparatu, sed adice de innocentia.] Hircum etiam qui in expiationem populi offerri assolet, pro peccato litabitis. Quod quidem holocaustum primæ septimi mensis diei est offerendum præter oblationem Calendarum, & sacrificium Iuge; hæc enim minime debeant prætermitti, etiam si cum aliis contingat hærescere. * Quia dies Communionis est, quia Diuo alicui speciale litas obsequium, non debes quotidiani exercitamenti prætermittere studium. Hoc quidem gerere oportet ex diei instantia solemnis, sed illud minimè præterire.] Porro omnes victimas, omnia vestra libamina præscriptis in Leuitico ceremoniis offerte, vt hac ratione in suauissimũ Domino odorem excedant. * Assolet enim fragrantissimum alias holocaustum vnius ceremoniæ defectu minus suaue Numini redolere. Vnde studendum sacerdotibus, nullam non Missæ ceremoniam accuratè perficere.

Magno Dei beneficio vir Reipublicæ vtilis asseruatur. Refricanda memoria beneficij remissionis criminum.

Deus de sumptu sacrificiorum detrahi permittit, sed nõ de innocẽtia.

Nõ sunt prætermittẽda quotidiana spiritualia exercitia, ob speciale in Diuũ obsequiũ, eodẽ die superueniens.

Cunctę Missæ ceremoniæ accuratissimè perficiendæ.

2. *Festum expiationis.*

7. 8. 9. 10. 11. DECIMA QVOQVE, &c.] Decima quoq; dies mẽsis huius septimi in memoriam propitiationis, qua Dominus misericorditer peccata vestra, ac Tabernaculum expiare dignatur, aderit vobis sancta, ac venerabilis: vos ieiuniis, aliisque mortificationis exercitamentis studebitis: omne opus seruile minime geretis, vt afflictionibus animi totam operam exhibeatis * Quomodò enim animæ expiatio sine animæ afflictione adsequeretur? Illam suspectã habe pœnitudinẽ, quę cũ pœnitentis afflictionibus non colligatur.] Hoc solemni Domino præparate holocaustum, suauissimum quod volitet in odorem, vnum de armento vitulum, vnum arietem, agnos perfectos & integros vnius anni septem. Victimis autem libamina addicite, tres scilicet desecatæ farinæ oleo subactæ vitulo, duas decimas arieti, vnicuique verò ex septem agnis decimam decimæ, siue Gomor vnum. Litandus simul hircus pro peccato, absque his, quæ hoc ipso in die propitiationis solent à summo sacerdote pro delicto offerri in expiationẽ populi, & Tabernaculi, videlicet vnus vitulus pro peccato, vnus aries in holocaustũ, ac duo hirci, quorũ alter immolatur, alter in captu ducitur emissarium; quę non solũ tenemini litare, sed & holocaustum sempiternum, quod mane ac vespere singulis diebus iugiter immolatur, cum sacrificio similæ triticeæ, & eorum libaminibus vino, oleo sale, ac thure.

Pœnitentia colligenda est cũ afflictionibus pœnitẽtis, seu ieiunijs, vigilijs &c.

13. 14. 15. 16. QVINTA DECIMA &c.] Quinta autem decima mensis septimi huius die quæ ob memoriam eximij beneficij, quo Deus vos per deserta sub tentoriis direxit, sancta vobis, ac venerabilis exstitet: ab omni seruili actione abstinebitis: imo Domino septem dierum solemnia faciabitis præter primu, non quidem in omnibus illis vacando a laboribus, sed sacrificia præscribenda offerendo. * Deus enim agricolarum, pauperomque artificum commoda pensat. Non vult festa multiplicati vacandi a laboribus pensione, nę otij obligatione pauper esuriat. Hinc patet, quam pie, quam prudenter Sanctissimus P. N. Vrbanus VIII Ecclesiæ Præsul a sacrificij plurimum festorum obligatione non operandi præceptum separauit: vt Diui sine inopum detrimento colerentur.] * Tentoriorum autem quodnam beneficiom? An non præstantiori beneficio Hebræi afficerentur, si per desertum omnibus refertas delicijs ducerentur ad domos? Profectu haud cognitum Dei beneficiom est nobis tegumenta ac cibos, vberrim minimè præparare, dum viatores agamus, omniaque superflua rescindere; ne nos innocentiæ stola spoliet vbertas.] Primo igitur die holocaustum Domino litabitis adeo gratum, ac si in odorem suauissimum Domino incederentur: vitulos scilicet tredecim, duos arietes, agnos anni vnius haud maculatos quatuordecim. At in libamentis comitantibus solitam quantitatem insumeris, nempe defecatæ farinæ oleo subactæ tres decimas singulis addicite vitulis, hoc est, triginta ac nouem (quatuordecim quia adsunt vituli) decimas: duas decimas vni arieti, totidem alteri, vt scilicet quatuor decimæ duplici adscribantur arieti: & decimam decimæ agnis singulis, scilicet quatuordecim decimas, quia agni quatuordecim sunt offerendi. Præterea hircum pro peccato mactabitis, præter holocaustum sempiternum duorum agnorum, qui mane ac vespere iugiter immolantur, & sacrificio similæ iugi in holocausto requisitæ, & libamina eius, quod ex vino, oleo, thure, saleque solet offerri

Festũ Tabernaculorum septẽq; eius dierum oblatio. 3.

Quam piè, ac prudẽter ablatũ est præceptũ, in aliquibus festis nõ laborãdi

Magnũ Dei beneficiũ est, viatores, solum donari necessarijs, quia noxia superflua.

17. *vsque ad* 39. IN DIE ALTERO, &c.] Altera die, quæ est Tabernaculorum secunda, vitulos duodecim de armento offeretis, arietes duos, agnos anni vnius perfectos & integros quatuordecim, hircum addite pro peccato, absque iugi sacrificio, eiusque libamentis. Porro die tertia, quarta, quinta, sexta, ac septima idem parabitis eisdem ritibus holocaustum, nisi quod ex vitulis vnum quotidie detrahetis Prima die sunt tredecim oblati vituli? die tertia vndecim, die quarta decem, die quinta nouem, die sexta octo, die autem septima septem addicantur. * Cur igitur quolibet horumce dierum non arietes, non agni, sed vituli imminuuntur? E quidem quia praui habitus designantur in vitulis qui planè sacrificiorum vsu paulatim abolentur. Vsu Eucharistiæ, habitus noxij sensim obliterantur.] Ad hæc dies octauus, qui non ad precedentem solemnitatem Tabernaculorum, sed

Eucharistiæ vsu praui habitus sensim obliterantur.

ad

ad festum Cœtus, atque Collectæ spectat, est celeberrimus vberiori reuerentia colendus. Ab omni seruili abstinebitis opere, sed Deo, ac largitioni pecuniarum ad sumptus sanctuarij vacabitis. Holocaustum Deo suauissimum in odorem litate vitulum vnum, arietem vnum, agnos vnius anni perfectos, ac integros septem: libamina verò singulorum animantium è præcedentium solemnium dierum ceremoniis edifcite; hircumque pro peccato mactabitis, absque holocausto iugi duorum agnorum matutini, ac vespertini, ac libamentis eius; hoc enim holocaustum nulla ex causa debet omitti. Festum hoc Collectæ Hebraice עצרת *hazereth*, seu *retentio* vocitetur. [Quare precor? An quia in eo retinebantur, ne opus seruile gererent? An quia retentio idem, est ac collectio? * Certè quia qui celebrarant Tabernaculorum septem diebus festum, retinebantur Hierosolymis, vt id quoque festum Collectæ colerent. Vt hinc taxabile hominum appareat ingenium, qui vi indigeant, vt ad spiritualia gaudia colligantur.] Victimas ergò iam prædictas vestris in festis litari præcipio, præterea, quæ ex voto, vel sponte in holocaustum offeretis, in sacrificiumque, id est in Mincha, in libamen, & hostias pacificas. * Non prætereat sinè pondere particula illa totiens inculcata: *Absque holocausto sempiterno*, seu Iugi sacrificio mane ac vespere litando. Non sufficeret semel monuisse? Planè dum totius hebdomadæ dies memorantur, singulorum dierum sacrificiis specialibus addicitur particula *Absq; holocausto sempiterno*, vt inouatur, quam grata sit Numini quotidiana geri solita spiritualia exercitamenta, vt nec solemnissimis delectetur plenè holocaustis, si de iugi quotidiano munere aliquid detrahatur.

Vt indigent homines, vt ad spiritualia gaudia colligantur.

Nō plenè delectatur Deus solēnissimis holocaustis, si aliquid de quotidianis spiritualibus exercitiis detrahatur.

CAPVT XXX.

Casus, quibus licitum est, iuxta legis naturalis præscriptum dictamen, irritare vota, seu iuramenta relaxare, decernuntur.

1. NArrauitque Moyses filijs Israel omnia quæ ei Dominus imperarat. 2. & locutus est ad principes tribuum filiorũ Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus. 3. Si quis virorum votũ Domino vouerit, aut se cõstrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. 4. Mulier si quippiam vouerit: & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam & tacuerit, voti rea erit: 5. quidquid pollicita est & iurauit, opere complebit. 6. sin autem, statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni, eò quòd contradixerit pater. 7. Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: 8. quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddétque quodcumque promiserat. 9. sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbáque quibus obstrinxerat animam suam, propitius erit ei Dominus. 10. Vidua & repudiata quidquid vouerint, reddent. 11. Vxor in domo viri cùm se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat. 13. sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. 14 Si vouerit & iuramento se constrinxerit vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit vt faciat, siue non faciat, 15. quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quidquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit tacuit. 16. sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem eius. 17. Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

COMMEN-

COMMENTARII.

1. *Vir vouens aut iurans.*

VERS. 1. 2. 3. NARRAVITQVE MOYSES, &c.] Apud eadē Moab campestria, vbi populus morabatur Hebræus, Moses ei omnia, quæ Dominus tàm circà sacrificia, quàm circà alia quæ ad subditos spectabant, imperarat, aperuit: & speciatim quasi dignioribus, duodecim Israelis Principibus indixit: En sermo, quem Dominus circa facultatem irritandi vota, laxandi vel iuramenta exposuit: Si quis virorum adultorum sub aliena potestate dominatiua non iam existentium, votum Domino vouerit, aliquod ei supererogatorium bonum promittens: aut se constrinxerit iuramento, iurans se facturum aliquod opus pium, quamuis non sit supererogationis: non audebit suum votum, aut iuramentum violare; sed eius impletioni litabit studium sciens dedecere virum, si vel homini promissa non impleat. * Quantum dedecus viris, qui ex animi constantia vouerunt, Deo non implere promissa!

Dedecet virū constantē nō esse circa impletionē voti.

2. *Vota ac iuramenta puellarum.*

4. 5. 6. MVLIER SI QVIPPIAM VOVERIT, ET SE CONSTRINXERIT IVRAMENTO, &c.] Mulier apud patriam potestatem existens, sub ætate puellari, siue puer in ætate puerili (vtriusque patem reor esse rationem) si votum aliquod emiserint, aut expresserint iuramentum, pater autem de voto, aut iuramento conscius subticuerit visus silentio confirmare: vouens, aut iurans puella, seu puer, votum, seu iuramentum tenebuntur implere. Sub patre etiam tutores intellige; hi enim, patre mortuo, quasi ius, & regimen succedunt in paternum. * Vt constet, quanti æstimandi tutores, & quanta reuerentia prosequendi, quos Deus loco parentum pupillorum orphanitati subleuandæ adduxit.] Quidquid igitur puella, aut puer polliciti sunt ipso *opere* compleant. * Sunt enim, qui curant vota (v. gr.) ieiunij aut peregrinationis) expressis preculis complere. Hoc quidem est verbo, non opere à votis expediri: *Opere complebunt.*] Porrò si statim vt audierit pater (intelligendum illud: *Statim* mutaliter, id est, eodem die, sequenti enim contradicere non poterat,) contradixerit; huiusmodi iuramenta, ac vota irrita, puellàque, seu puer liberi ab impletione censeantur; quia pater vtique contradixit * Paterna enim apud Deum tanti auctoritas ducitur, vt filius velut adsit diuinæ voluntatis interpres.]

Tutores loco parētū pupillorū orphanitati adducuntur.

Vota opere nō verbis cōplenda.

Pater diuinæ erga filios voluntatis interpres.

3. *Vxoris votū patria in domo manentis.*

7. 8. 9. SI MARITVM HABVERIT, &c] Mulier autem nupta in domo patris, nondum in domo mariti habitans (aliqui extendunt ad sponsam) si voto aliquo se adstrinxerit, & promissionem, quæ statim inducit obligationem ore profuderit: vir autem eius quia vxoris annuit pietati, non contradixerit: rea voti vxor tenebitur implere promissionem, nisi aliàs pater ex vi, quam habet in vota filiæ sub sua existentis potestate votum illius irritauerit. Si autem audiens vir eius aut spōsus eodem die contradixerit, & promissionem vxoris, seu sponsæ irritam exposuerit: mulier voto haud manebit obnoxia, & tamen Deum sibi propitium experietur, quia ex obedientia a pietatis propositæ recessit studio. * Obedientia enim non lædit pietatem, imò cuiusuis propositi superat perfectionem. * Potest (fateor) errare maritus, falli pater, aut tutor; sed subditus aberrare non potest cùm sinè manifesto piaculo Præsulis aptatur imperio.]

Obedientia cuiusuis propositi superat perfectionem.

Potest errare Præsul imperans, sed subditus errare nō potest.

4. *Vidua, repudiata, & vxoris in domo viri vota.*

10. 11. 12. 13. VIDVA ET REPVDIATA, &c.] Quidquid vouerint vidua, aut repudiata, reddent. Nemini enim licet earum mulierum irritas facere promissiones. Porrò cùm vxor extra paternam domum viri domo consistens se voto, aut iuramento adstrinxerit, patriæ potestati quoad irritationem minime subiacebit: solus vir poterit aut ratum gerere, aut annullare. Vnde audiens maritus, & obticens, nec contradicens, vxoris huiusce promissionem: contradicens autem eodem cognitionis die, eam nullam ostentat; quia contradictio mariti vim habet legitimæ irritationis: & Dominum propitium experietur, ac si votum impleuisset. * Deus enim promptam pij animi voluntatem opus ducit egregium.]

Deo prōpta animi voluntas opus egregiū ducitur.

5. *Exēplum adducitur ex voto ieiunandi.*

14. 15. 16. 17. SI VOVERIT, ET IVRAMENTO, &c.] At licet de quibuslibet votis hìc sermo procedat, exemplum ab abstinentia, & ieiunio peto, quia frequentia sunt hac in materia vota fœminarum. Vouet ergo, aut iurat vxor, se ieiunij, aut abstinentiæ inedia affligendam, in viri liberæ voluntatis facultate aderit obligatio fœminæ, aut absolutio. Vir audit, ac obticet, & in diem alteram differt sententiam? quidquid vouerat, vxor tenebitur reddere; quia vir quo tempore potuit irritare promissa, videlicet statim vt audiuit, non contradixit, sed illud silentio confirmauit. Quod si post diem, in qua rescivit (sic expresse LXX.) ausus fuerit contradicere: vxor excusabitur à piaculo, quia à viro impedita quod promisit præstare non potest; maritus autem peccabit contra legem hanc reuocans consensum.* Cur autem non liceat viro, sententiam in diem alteram differre? Quia displicet Domini, qui ex consilio alium abstrahit à iustitia. Si repentè vir vxorem à voto absterreret iniustè, imprudentiæ argueretur: at post initum meditationis ac consilij tempus, malitiæ exponitur accusandus. * Repentinum piaculum magis est veniæ obnoxium, quam affectata ex meditatione crimina.] En leges à Domino indictas Mosi, vt morale valeat fertiindicium inter virum & vxorem, inter patrem & filiam, quæ puellari adhuc consistat ætate, vel quæ nec dum est emancipata, aut tradita marito, quo ad votorum irritationem, vel tacitam eorum confirmationem.

Displicet Deo, qui ex cōsilio aliū abstrahit a iustitia.

Repentè delinquere magis est veniæ obnoxium, quam ex cōsilio.

CAPVT

CAPVT XXXI.

Duodecim bellatorum millia ad expugnandos Madianitas iussu Domini Moses immittit, qui mirabiliter reportata victoria præda onusti regrediuntur ad castra. Millitibus præda cedit, extractæ Sacerdotibus aptantur primitiæ, aurum omne Sanctuario litatur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Vlciscere priùs filios Israël de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. 3. Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. 4. mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israël qui mittantur ad bellum. 5. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam: 6. quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta & tubas ad clangendum tradidit ei. 7. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, 8. & reges eorum, Eui, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. 9. Ceperuntque mulieres eorum & paruulos, omniaque pecora, & cunctam supellectilem: quidquid habere potuerant depopulati sunt: 10. tam vrbes quàm viculos & castella flamma consumpsit. 11. Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, 12. & adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israël. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab iuxta Iordanem contra Iericho. 13. Egressi sunt autem Moyses, & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ, in occursum eorum extra castra. 14. Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis, & centurionibus qui venerant de bello, 15. ait: Cur feminas reseruastis? 16. Nóone istæ sunt quæ deceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? 17. ergo cunctos interficite quidquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: 18. puellas autem & omnes feminas virgines reseruate vobis: 19. & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. 20. Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis, & ligno expiabitur. 21. Eleazar quoque sacerdos, ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est: Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Moysi: 22. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, 23. & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quidquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: 24. & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati posteà castra intrabitis. 25. Dixit quoque Dominus ad Moysen: 26. Tollite summam eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: 27. diuidesque ex æquo prædam, inter eos qui pugnauerunt egressique sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem. 28. & separabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, 29. & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. 30. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorum animantium, & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. 31. Feceruntque Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus. 32. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuaginta quinque millia, 33. boum septuaginta duo millia 34. asinorum sexaginta millia & mille, 35. animæ hominum sexus feminei, quæ non cognouerant viros, triginta duo millia. 36. Dataque est media

pars, his qui in prælio fuerant, ouium trecenta triginta septem millia quingentæ: 37. è quibus in partem Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinque. 38. Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: 39. de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus: 40. de animabus hominum sedecim millibus: cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. 41. Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum, 42. ex media parte filiorum Israël, quam separauerat his qui in prælio fuerant. 43. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis, 44. & de bobus triginta sex millibus, 45. & de asinis triginta millibus quingentis, 46. & de hominibus sedecim millibus, 47. tulit Moyses quiquagesimum capur, & dedit Leuitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus. 48. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionésque, dixerunt: 49. Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. 50. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia, ac murænulas, vt depreceris pro nobis Dominum. 51. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos, omne aurum in diuersis speciebus, pondo sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. 53. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. 54. Et susceptum intulerunt in taberculum restimonij, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

COMMENTARII.

1. *Iubet Dominus puniri Madianitas de singulis Tribubus mille bellatores præparantur.*

Vers. 1. 2. Locutusque est Dominus, &c.] Deus Mosi profatur: Migraturus ad patres, prius vlcisci studé Hebræos de Madianitis; ipsi enim Israelis filios prouocauerunt, eis filias suas prostituendo ad fornicationem, & idololatriam Beelphegor.* Nō dixit vlcisccre Deum, quem illi affecerunt iniuria, sed filios Israel, iniuria enim maxima afficior, dum ab aliquo allicior ad piaculum.]* Vnde cæcitas peccatorū exponitur, qui coadiutoribus delictorū munera impendunt, queis deberent inferre supplicium.] Postquam ergo gesseris pro Israelitis de Madianitis vltionem diem tuum obibis. * Quasi huius muneris perfectionis præmium sit ipsa mors. Profectò à sæculi huius misera seruitute liberari, præmium est virtutis non iam piaculi supplicium.

Qui ab aliquo allicitur ad peccatū magna ab eo iniuria afficitur. Coadiutores delictorum supplicio deberēt vulnerari, non muneribus oppleri.

3. 4. 5. 6. Statimque Moyses, &c.] Statim Moses curat exercitum præparari anxius vtique moriendi. * Nihil enim iucundius morte iustorum, qua nunc volant ad superos gloria potituri: qua tunc ad sinum Abrahæ liberi à peccandi periculo descendebant.] Armate, inquit Hebræis, ex vobis viros, qui decertando possint Domini vltioni de Madianitis operam exhibere. Vltioni inquam, Domini, quia & Domino adiuuante facta, & quia ei est vindicata iniuria populo Domini & ipsi Domino irrogata. * Nam iniuria facta Deo irrogatur & iusto: iniuria autem facta iusto, irrogatur & Deo. Tam arcto Deus & iustus vinculo colligantur.] Singulæ Tribus mille viros sufficiant agnatos, qui pium properent ad certamen. Vt singulæ vindicandæ Tribus præstent operam ad victoriam. * Nec enim desidi corona præparatur.] Duodecim ergo Tribus totidem expeditorum ad certamina millenos exponit. Quos sub Phinees Eleazari sacerdotis filij ducatu Moses immisit, huius enim zeli experimentum ceperat, cùm scortantes pio occidit pugione. * Magni enim interest ad rectam bellorum administrationem, eos eligere Duces, quos in Regis honorem aspectaueris affectos.] * Hosti quidem plus exitialia vulnera infligit affectos in Principem, quam dirus hastæ mucro.] Traduntur Duci vasa sancta, Arca scilicet cum tabulis legis, Cherubim, ac Propitiatorio; hæc enim secum Iudæi pergentes ad certamina deferebant, * Nullum enim certamen fæliciter sine legis præsentia, id est, sine iuris prætextu perficitur.] Sacræ simul tubæ ad clangendum, ei exhibentur.* Sacer enim sonitus animos accendit ad pugnam in sacri sermonis documentum.

Liberari à sæculi seruitute defunctos præmium est virtutis. Nil iucundius morte iustorū, qua à peccandi periculo liberantur. Iniuria facta Deo irrogatur & iusto: & è conuerso.

Desidi non paratur corona

Ad bella eligēdi Duces ad Regis honorem affecti.

Plus vulnerat hostem affectus in Regē, quam gladius.

Nullum feliciter perficitur bellum sine iustitia initum.

Sacer sermo ad spirituale pugnam animos succendit.

7. 8. 9. 10. 11. 12. Cumque pugnassent contra Madianitas, atque vicissent, omnes, &c.] Igitur contra Madianitas decertant Hebræi, & vincunt. * Quam citò iustè pugnantibus victoria paratur! Cuncti viri, qui aderant in Madian, vel qui fuga non fuerant elapsi, fuerunt interfecti. * Vnde aptè dicitur. *Omnes mares occiderunt*; quia qui fugam in certamina arripiunt, mares plane non sunt, sed cum mulierculis computandi.] Occisis itaque cunctis adultæ ætatis maribus Duces seu Reguli quinque interimuntur Madianitarum, Evi alio nomine Heuæus Recem, & Sur pater Coabi Madianitidis illius, quam Phinees scortātē occiderat, & Hur & Rebe, inter quos quinque Principes totā Madian erat regio diuisa; ipsi verò Schon Amorrhæorum Regi tributa pendebant

7. *Pugnant, & vincūt, occisis Regibus, præda coacta.*

Citò paratur victoria iuste militanti.

Fugientes in certamine, mares nō sunt sed cū fœminis cōputantur.

lata. Balaamum quoque Ariolum filium Beor e Mesopotamia Syriæ in Madianitarum auxilium regressum gladio interfecerunt, ut potè insensissimum Hebræorum hostem, qui exitiali consilio impudicitiæ acrius fidelium animos vulnerarat. * Prauum enim consilium machæra crudelius] Capiuntur fœminæ, ac vtriusque sexus paruuli, pecora, ac supellectilia ad varios vsus, & quidquid possidebat hostis, depopulati sunt, secumque adduxerunt, vt cederet sibi loco prædæ, quod autem acquirere non poterant, nec adducere, combusserunt; Vrbes enim viculos; Castella dira flamma consumpsit; ne ab iis, qui aufugerant possent inhabitari. * Nec vacua hosti domus est relinquenda, sed omninò à pristinis finibus ablegandus; nè nouum apud te supellectile acquirens, assiduus animi hospes reddatur.] Omnem prædam, nempè fœminas, paruulos, iumenta, pecora ad Moysem, ac Eleazarum adduxere vtriusque Status Præsules, ad omnemque Israelitarum cœtum. * Quam probi milites, qui, inscio Principe, non fruuntur spoliis! His quidem spolium est, spolia suo principi detulisse.] * Miserebar aliquando, militem cicatricibus vulnerum plenum dum aspicerem, præmio vacuum laboris: iam affectum video munere Regio quem propter Regem vulneratum aspicio. Tunc enim se probum ostentat militem, cum solus honor vincendi tota est merces concertationis.] Reliqua autem supellectilia portauerunt ad castra, quæ tunc apud Moab campestria iuxtà Iordanem contra Iericho Vrbem Chanaan in altera parte fluminis adiacentem sita aderant; vt vxoribus, ac filiis pro solitudine, ac timore prælapsa exhiberent in præmium.

Prauũ cõsiliũ crudelius machæra.

Nec domus vacua relinquẽda est hosti, sed omninò ab animo ablegandus.

Probo militi spolium est, spolia sua Principi detulisse.

Ille plus à Rege donatus apparet, qui magis vulneratus, vacuus autẽ munere obiicitur.

3.

Queritur Moses, quod fœminæ occisa nõ fuissent.

Principes, curãt à belli periculis abstinere.

Honorãdi à Præsule laborãtes subditi.

Præmium est probi subditi scire, gesta suaà Præsule non ignorari.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. EGRESSI, &c.] Moses ergò, Eleazar Pontifex, ac cuncti Synagogæ Principes (* Quam agnatum Principibus, à belli periculis abstinere. Ideo in castris adsunt Principes, qui victori exercitui obuiam procedant.)]egressi sunt, vt victoribus ex Madian redeuntibus gratularentur. * Præsules quidem submonentes, laborantes subditos honorare. * Probo enim subdito præmium laboris est, illud ipsum agnoscere, gesta sua à Rege, aut Præsule non ignorari.] Moses iratus non militibus inferioribus, qui in culpa non fuerant, sed Principibus exercitus, Tribunis, ac Centurionibus, Cur, inquit, fœminas contrà intentionem Domini expetentis vltionem de iis, quæ deceperunt Hebræos, reseruastis? Nunne hæ sunt, in quarum punitionem, præcipue decertatio gesta, vt potè quæ filios Israel ad suggestionem Balaami impij illius arioli (qui docuit mittere scandalum coram filijs Israel) deceperunt? Hæ præuaricari vos fecerunt, Dei legem, ac pactum transgrediendo, dum immunda Phogor altaria fumare fecistis, quare è populo plaga magna percusso viginti quatuor millia virorum periére. * Quam periculosè apud te viuit fœmina, quæ tè vel semel ad piacula traxit!] Ergò cunctos interficite masculos, si qui forte de adultis manserunt, imò etiam interimite paruulos in magnam peccati parentum detestationem, & ne adolentes Israelis roborentur in hostes. * Prudens, qui paruulos necat hosticulos, nè ætate præualeant, & contra parentem eis certamina instituant. * Cum noxius paruulus affectus exoritur, est enecandus ab eo, qui non vult eum in dies conualescentem exitialem hostem experiri.] Certe mulieres & paruuli iustè in bello occidi non possunt, cùm non resistant: possunt tamen Dei iussu, qui vitæ, ac mortis est Dominus. Mulieres ergò quæ viros nouerunt, iugulate, quia per hasce Hebræi fuere decepti Puellas autem, & omnes fœminas virgines reseruate vobis, coniuges scilicet primarias, ac secundarias vobis, aut filiis vestris futuras: vel certè ancillarũ loco habendas vel diuidendas aliis. Quonammodo possent virgines reseruari? Non fuit necesse Hebræis, plusquam moralem certitudinẽ capere. Haud difficile tamen in plerisque ex ætate vix dum nubili agnoscere. * Imò alleruerim, facilè in cunctis virginitatem ex vultus modestia innotescere. Assolet enim impuditia in oculis exprimere corruptionem.] Extra castrà septem manete diebus, quibus, super mortuo durat immunditia contracta, qua vos Madianitarum certamen affecit. Qui autem præterea occiderit hominem, vel occisum attigerit, à viro mundo aquarum expiationis aspersione die tertio, ac septimo lustrabitur.

Periculosè est apud te fœmina, quæ te quando ad piacula traxit.

Interimẽdus hosticulus, siue noxius affectus cum paruulus est, ne crescẽs exsurgat in hostẽ exitialẽ.

Virginitas remo destia 'sã. guitur.

20. 21. 22. 23. ET DE OMNI PRÆDA, Quidquid autem ex omni præda aliquo modo legalem traxerit immunditiam siue sit vestimentum, siue vas, siue aliud ad humanos vsus destinatum supellex, siue captarum pellis, siuè de pilis animantium textile opus siuè ligneum vtensile, iuxtà purificationum ritus præscriptos in lege expiabitur. Hæc Moyses. At Pontifex Eleazar, permittente Mose, ad Duces, ac milites exercitus hæc adduciens, affatur: Hoc est præscriptum, quod Dominus Mosi vobis iudicendum aperuit circa purificationis ceremonias: Aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, stannum, & quidquid purificatione indigens, potest flammis absque sui purificatione addici, & aptissimo ad purificandum elemento, id est, in igne purgabitur. Quidquid autem ignem sustinere non potest, aqua expiationis vaccæ rufæ, viro mundo aspergente, sanctificabitur. * Proh illorum dementia, qui carnei cum sint, nec possint ignis sustinere efficaciam, cum lustralis aquæ cum pœnitudinis actibus tam facilè in præsenti valeant repurgari: purgatorio horribili igne postmodum expiari non timent.] Vos quoque, qui bello interfuistis, eodem ritu sanctificabimini, fontium seu riuorum aquis vestra abluentes vestimenta die septimo. Post hæc castra inire poteritis, à quibus immunditio super mortuo vos abstraxerat.

4.

Omnis præda expiatur.

Stultus qui potẽs hic aquæ purgari, differt ad purgatoriũ ignẽ expiationẽ nõ æneus, sed carneus.

24 25. 26. 27. 28 DIXIT QVOQVE DOMINVS, &c]Dominus autem, circà prædæ diuisionem solutionemque primitiarum sic Mosi profatur. Tu & Eleazar Pontifex, & omnes vulgi principes summam eorum, quæ capta sunt ab homine supremi valoris, vsq; ad infimi pretij pecus exponite Quã aptè vbi de prædæ diuisione agitur, vulgi proceres aduocãtur, vt de

5.

Præda De iussu diuiditur.

diuisionis rectitudine testes oculati existerēt, nec vulgari querimoniæ daretur occasio.] Prædam itaque omnem duas æquales diuidès in portiones, vt altera pars cedat iis, qui ad bella processerunt, altera multitudini, quæ in castris remansit. Cur præda otiantibus ciuibus exhibetur? * Profectò quia non minus belli incommodis agitantur, qui remanent in Vrbibus, quam qui ad bella procedunt. Au non tributorum exactio, propinquorum desiderium, rerum inopia sunt diriora plerumque vulneribus belli vulnera? Planè bellum pacis hodie non minus horribile, quam militaris ad certamina dira expeditio.] Fateor eùm militibus liberalius actum, quia cum essent tantum duodecim millia, multum plus prædæ singulis militibus obtigit, quam iis qui ad eam expeditionem non processerant. Partem, addit, Domino separabis eius ministris in gratiarum actionem accepti beneficij exhibendam. * Vereor, ne infælicitas belli inde ducat exortum, quia ex prædis rarò portio Domino cedit.] Partem itaque prædæ Deo dicandam hac ratione præfiges: A medietate prædæ, quæ obtigit bellatoribus, prius quam præda inter eos diuidatur vnam tolles animam de quingentis tam ex fœminis virginibus, quam ex bobus, asinis, ac ouibus, & eam Pontifici Eleazaro impendes, vt proprio, aliorumque inferiorum sacerdotum vsui adaptet; quia primitiæ, id est, *Oblatio* sic Hebr.) Domini sunt illa, ac proinde primis eius ministris adscribenda Ex media quoque parte, quam dixi multitudini filiorum Israël in castris remanenti debere contingere, hominum, boum, asinorum, ouium, cunctorũque animantium quinquagesimum caput accipies, & Leuitis, qui in circuitu atrij Tabernaculi Domini excubant in custodiis ad seculares arcendum, ac sacra onera comportanda, exhibebis.

Diuiditur præda remanentibus in castris, quia pacis bello defatigati fuere.

Belli infælicitas inde habet ortũ, quod prædæ pars Domino nõ cedit.

6.

Vis prædæ expēditur.

30.31.32.33.34.35.36.37.38 39.40.41. LOCVTVSQVE MOYSES,&c] Gessere itaque Moyses, & Eleazar vna cum vulgi Principibus prædæ, ac primitiarum diuisionem de præcepto Domini. Extitit autem præda, quam exercitus ceperat, exceptis supellectilibus, quarum vnusquisque quæ in bello rapuerat sibi retinuit de auaritia quidem militari: sexcenta septuaginta quinque millia ouium, septuaginta duo millia boum, sexaginta millia supra mille asinorum; sexus autem fœminei triginta duo millia virgines. Ex ingenti multitudine animantium æqualiter diuisa altera pars adscripta est his, qui decertauerant, nempe ouium trecenta triginta septem millia quingentæ, è quibus in oblationem Domini sacerdotibus exhibendam oues sexcentæ septuaginta quinque sunt supputatæ, oues scilicet singulas de quingentenis singulis assumendo. At de bobus triginta sex millibus, qui obtigerant bellatoribus, separati sunt sacerdotibus boues septuaginta duo: de asinis triginta millibus quingentis in sacerdotales primitias sexaginta supra vnum, asini fuerunt extracti; de virginibus autem sedecim millibus in partem Domini triginta duæ animæ cesserunt. * Proh Deus immortalis! ex tot virginibus tot fatuæ reperiuntur? ex tot animabus tam exiguus numerus Domino, seu æternæ salutis adscribitur electioni? Ne seducaris dum audis numerum prudentum virginum exæquare numerum fatuarum, (*Quinque fatuæ, & quinque prudentes.* Mat. 25.) æqualem esse prædestinatorum ac damnatorum numerum. De quingentis (heu) animabus vix vna Domini cedit in peculium, addicenda saluti] Moses igitur vim primitiarum Domini Eleazaro sacerdotum Principi, de præscripto Domini, tradidit; hasce autem primitias ex portione, quæ bellatoribus obtigerat, separauit.

Vix ex quingentis animabus vna saluatur.

41.43.44.45. DE MEDIA VERO PARTE,&c.] Porrò de altera prædæ æquali portione, quæ reliquæ multitudini obtigerat, de trecentis scilicet triginta septem millibus quingentis ouibus, de triginta sex millibus bobus, de triginta millibus quingentis asinis, de sedecim millibusque virginibus, caput quinquagesimum Moses Leuitis in Tabernaculo Dei excubantibus ex eiusdem iussu separauit exhibendum. * Maior portio Leuitis adscribitur, quia & plures sacerdotibus, & magis laborioso muneri addicti. Quam recta diuisio, cum plus laboranti subsidium assignatur vberius, nec omnia cedunt temporaria commoda Pontificibus, inferiori esuriente, & non semel Clerico mendicante.

7

Pars adscripta Leuitis.

Non omnia temporaria commoda cedant Pontificibus, inferioribus cedant & Clericis, ne cogantur mendicare.

47.48.49. CVMQVE ACCESSISSENT, &c] Accessere ad Mosem exercitus Duces, Tribuni, ac Centuriones, quibus commissa fuit duodecim millium bellatorum custodia, & directio, illi profantur: Nos serui tui numerum pugnatorum, qui sub nostro munere profecti sunt ad bellum, recensuimus, & neque vnus quidem ex itineris contingentia, aut ex conflictu bellico desideratur. Ideo in gratiarum actionem pro beneficio tanto vltronei singuli Domino offerimus, quidquid auri quiuimus ex præda colligere: nempe periscelides seu ornamenta crurum, armillas siuè sinistri ornamenta brachij, dextralia, id est, dextri brachij ornamenta, murenulas, seu ornamenta colli. * Profectò ad gratias Numini pro vitæ accepto beneficio gerendas, non vulgare quidquam, sed preciosa sunt à diuitibus munera præparanda Nam qui teruntium pauperis æstimat, diuitis repellit oblata, si auaritiam sapere videantur.] Hæc à nobis Dei nomine accipies vt pro nobis confidentius valeas deprecari. * Efficacius enim vox mediatoris resonat, dum illius, pro quo oratio geritur, plenis coram Numine manibus apparet.

8.

Aurum de præda Deo litatur.

Ex diuitibus gerentibus gratias pro vitæ beneficio accepto, Deus expetit pretiosam oblationem.

Efficacius orantis pro te vox resonat, dũ tuæ simul manus plenæ apparent.

50.51.52.53. SVSCEPERVNTQVE, &c.] Moses itaque & Eleazar sacerdos aurum in diuersas vasorum conflatorum species suscepere. Totum autem illud aurum fuit ponderis millium septingentorum quinquaginta siclorum. Vim verò huiusce muneris ingentis Tribuni, ac Centuriones, Ducesque exercitus collectam à militibus Domino detulerunt. * O tempora, cum donaria à ciuibus Regibus offerẽda collectorũ Procerum manibus hærescit adeò, vt vix exigua portio perueniat ad Regẽ.] Fuit igitur communicatũ cum tota multitudine è præda tantũ animantium, ac hominum spolium; quod enim vnusquisque rapuerat in præda aliis minime manifestauit, quia non

Ex donatiis ciuiũ dicatis Regi, vix portio exigua peruenit ad eum, suffurãtibus collectoribus.

Quod rapitur, incerto Domino, piis operibus deputandum.

non erat diuisioni obnoxium; vnde potuit quisque de eo disponere, prout voluit. * Optima dispositio, dum quod rapitur sine certo Domino piis deputatur operibus.] Porro Moses & Eleazar tam augustam filiorum Israel oblationem in testimonij Tabernaculum intulére, vt Deus eorum meminisset, ad vberioraque beneficia * eis largienda eorum gratus animus excitaret.* Gratitudo enim vni accepto beneficio exhibita munificentissimam Dei manum ingentius impellit ad alterum.

Gratitudo vnius beneficij Deū excitat ad ingentius alterū exhibendum.

CAPVT XXXII.

Filij Ruben, filij Gad, ac dimidia Tribus Manasse occasione pecorum, ac iumentorum precantur Mosem sibi duorum Regum Amorrhæorum terram pascendis aptā gregibus aptari. Iratur Moses sed tandem fœdere inito, quod Chananitidem essent debellaturi, Vrbes quas postularant, possidēdas accipiūt.

1. Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras. 2. venerunt ad Moysen, & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: 3. Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, 4. terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vbertima est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima; 5. precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. 6. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? 7. Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus? 8. nónne ita egerunt patres vestri, quando misi de Cadesbarne ad explorandā Terram? 9. Cumque venissent vsque ad Vallem botri, lustratā omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarent fines, quos eis Dominus dedit. 10. Qui iratus iurauit, dicens: 11. Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Ægypto, à viginti annis & suprà, Terram, quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, 12. præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Iosue filium Nun: isti impleuerunt voluntatem meam. 13. Iratusque Dominus aduersum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. 14. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem Domini contra Israel. 15. Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. 16. At illi propè accedentes, dixerunt: Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas: 17 nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quidquid habere possumus, erunt in vrbibus muratis, propter habitatorum insidias. 18 Non reuertemur in domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hæreditatem suam: 19. nec quidquam quæremus trans Iordanem, quia iā habemus nostram possessionem in orientali eius plaga. 20. Quibus Moyses ait: Si facitis quod promittitis, expediti pergite corā Domino ad pugnam: 21. & omnis vir bellator armatus Iordanē transeat, donec subuertat Dominus Inimicos suos. 22. & subiiciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel. & obtinebitis regiones, quas vultis, corā Domino. 23. Sin autem quod dicitis, non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in Deū: & scitote quoniā peccatū vestrum apprehendet vos. 24. Ædificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete. 25. Dixeruntq; filij Gad & Rubē ad Moysē: Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus noster. 26. Paruulos nostros, & mulieres, & pecora, ac iumēta relinquemus in vrbibus Galaad: 27. nos autē famuli tui omnes expediti pergemus ad bellū sicut tu Domine loqueris. 28. Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nū, & principib. familiarum per tribus Israel & dixit ad eos: 29. Si trāsierint filij Gad & filij Rubē vobiscū Iordanē, omnes armati ad bellū corā Domino, & vobis fuerit terra subiecta: date eis Galaad in possessionē. 30. Sin autē noluerint trāsire armati vobiscū in terrā Chanaā, inter vos habitādi accipiāt loca. 31. Respōderuntq; filij Gad, & filij Rubē: Sicut locutus est Dn̄s seruis suis, ita faciemus: 32. ipsi armati pergemus corā Domino in

terram Chanaan, & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. 33. Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben, & dimidię tribui Manasse filij Ioseph, regnum Sehon regis Amorrhęi, & regnum Og regis Basam, & terram eorum cum vrbibus suis per circuitum. 34. Igitur extruxerunt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroër, 35. & Etroth, & Sophan, & Iazer, & Iegbaa, 36. & Bethnemea, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. 37. Filij vero Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim, 38. & Nabo, & Baalmeon versis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. 39. Porro filij Machir, filij Manasse perrexerunt in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius. 40. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. 41. Iair autem filius Manasse abiit & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair, id est, Villas Iair. 42. Nobe quoque perrexit, & apprehendit Canath cum viculis suis: vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

COMMENTARII.

1. *Petunt Rubenitæ & Gaditæ regione Iazer donari.*

Affectus auaritiæ nullis satiatur diuitiarum crementis.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. FILIJ AVTEM RVBEN, &c.] Robenitæ, ac Gaditæ vna cum viris dimidiæ Tribus Manasse multa pecora, quæ ab alijs Israelitis emerant, & ipsi nutrierant, possidebant, & aderat illis (vt loquar hyperbolicè) *infinita substantia* * infinita quidem in possidentium appetitu, qui nullis diuitiarum incrementis poterat satiari.] Cumque vidissent, Iazer, & Galaad, quæ sitæ aderant in duobus Regnis Amorrhæorum ab exercito Hebræo debellatis terras aptas admodum alendis animantibus, vt pote irriguas, & graminum vbertate plenas ad Mosem, Eleazarum Pontificem, & Principes multitudinis accessere precantes; Ataroth, Dibon, Iazer, Nemra, Hesebon, Eleale, Saban, Nebo, & Beon terra scilicet vniuersa duorum Regum Amorrhæorum, quam Dominus in conspectu filiorum Israël, deuictis Sehon, & Og Regibus, exitialiter vulnerauit: regio est vberrima ad animantium nutritionem, quorum nos copia ingenti à Domino donatos fuisse profitemur. * Poterant quidem illi Iazer, ac Galaad solummodo meminisse generatim; nec specialim Ataroth, Dibon, Iazer, Nemra, Hesebon, Eleale, Saban, Nebo, ac Beon recensere: quemadmodum assolent Regis ministri, qui sub vnico nomine ignoto Principi dimidij Regni continent ditionem: & ignorans Rex quid donet, non cumolat seruum, sed Regem nouum videtur instituere. Regibus sigillatim aperienda est petitionis essentia in ipsius donationis persistentiam, nè postmodum Princeps gnarus doli, merito quasi furto ablata sibi resumat. Precamur itaque, si tibi grati existimus, nobis famulis tuis hanc terram donari in possessionem: nec facias nos transire Iordanem ad terram, quam nescimus an tot pascuis abundet.

Aperire debēt ministri sigillatim Regi, quod sibi donari postulant vt sciat Rex quod dat, & quod inique petitur, retineat.

2. *Corripit eos Moses.*

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. QVIBVS RESPONDIT, &c.] Moses respondit: Num æquum est, fratres vestros Israëlitas reli quatuor Tribuum ad pugnam, transmeato Iordane, proficisci, & vos sine labore certaminis, sine belli periculis exanthlatis Iazer, & Galaad potiri regione? * Inuidiosum est, communia alicui aptari bona sine communis laboris participio.] Cur subuertitis Hebræorum mentes incutiendo eis timorem, ne audeant in locum, quem eis præparauit Dominus, pertransire, arbitrari vos non gregum commoditate, sed formidine, ac diffidentia refugere vada experiri Iordanis, ac cum Chananæis fortissimis decertare. * Quælibet enim excusatio licet iusta eorum, qui curant à bellica expeditione liberari, ab omnibus merito formidini tribuletur. An non ita gessere patres vestri, cum exploratores duodecim ex Cadesbarne ad visendam terram immisi? Perrexere illi vsque ad vallem botri omni lustrata regione: & cum ex valle illa attulissent fructus miræ fertilitatis argumenta, non feracitatis terræ, sed feritatis habitatorum exposuere terrorem, quos subuerterũt, fregerũt, dissoluerũt (hoc significat vox Hebræa ‍מוח *cheni*) eis tã horribilem incutiẽdo timorem, vt fines terræ Chananitidis inire nõ auderẽt. Quare iratus Dominus ob cõmotionem populi iurauit, proclamis: Non latebunt homines hi qui in duodecim Tribubus Israel (haud enim loquitur de Leuitis) ex Ægypto ascenderunt ætatis quidem à viginti annis & supra, terra, quam sub iuramento pollicitus sum Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo sois à posteris possidendam, potientur; *quia me sequi noluerunt*. * Et quomodo fælicitatis patriam quibit inire, quem sine Duce Deo certum est deuiare?] Soli Caleb filius Iephone, Cenezæus & Iosue filius Nun, qui meæ paruere voluntati optatis perfruentor. Sequitur enim prosper euentus cũ, qui diuinæ subditur volũtati. Quomodo autem Deus illius respondebit optatis, qui Dei nunquam respondet imperio?] Iratus certè tunc Dominus contra Israelitas correptos formidine eos per desertum quadraginta annis circumduxit, dõnec vniuersa generatio, quæ deliquerat, consumeretur. Porro LXX. locò verbi illius: *Circumduxit enim per desertum*, sic scripsere: *Circumuoluit eos vt rhombum per desertum*. Rhombus machina quam agitando tramam glomerant in circulum. Hispanicè *Argadil.o.* * Qui contra diuinæ voluntatis præscriptum vitæ suæ filamina ducere curat, numquam

Inuidiosum est communibus quem potiri bonis, sine communis laboris participio.

Excusatio iusta licet eorum, qui à bellica expeditione eximuntur, ab omnibus merito tribuitur formidini.

Sine duce Deo certissime deuiabit.

Euentus prosper sequitur eũ qui diuinę subditur voluntati.

nunquam non rotatur vt rhombus. Ideo impij in circuitu dicuntur ambulare. Liceat exponere materna lingua. *Si empre los que hanen de la volnnt id de dios, andan al retortero.* Ecce, addit Moses, vos patrum vestrorum discipuli exsurrexistis, qui non tantum eorum peccata imitamini, sed propagatis, & augetis *Incrementa hominum peccatorum,*) vt Dominum ad flagrantiorem iracundiam aducens populum excitetis.

3. *Offerunt illi caulas pecoribus parare omnibus Vrbes paruulis, pergereque ad bellum, vt fratres Hebraos introducant ad terram promissam.*

16. 17. 18. 19. AT ILLI PROPE, &c.] At illi prope accedentes ad Mosen, quo excusatio ab eo qui illos criminis notarat, prius posset exaudiri, profantur. Pecoribus caulas, iumentis autem stabula construemus in terra, qua nos donari postulamus: paruulis nostris ac vxoribus Vrbes munitas, loca commoda ad manendum parabimus: nos autem ipsi armati, ac præcincti pergemus ad prælium.* *Nos,* inquiunt, *ipsi,* ne eorum morem æmulentur, qui belli horrore affecti substituunt milites, qui eorum nomine decertet, vt vili stipendio sibi imbellium nomen acquirant.] Et quidem hoc ad posteriorem exercitus situm properabimus, ne ingeratur de nobis suspicio quod illi pericula declinemus; sed antè filios Israel, ingentiora lubenter ambire pericula, donec fratres nostros ad loca, quæ eis apud Chananæorum obtingent, introducamus. Paruuli nostri, & quidquid ad nostram pertinet ditionem non pergent nobiscum, sed in muratis Vrbibus propter Moabitarum, Idumæorum, Chananæorum, aliorumque vicinorum hostium insidias: vnde expeditiores pergemus ad bellum, nihil deferentes nisi bellicum apparatum, nec paruulorum, ac vxorum cura grauati: quos io tuto relinquimus.* Haud strenuus miles, qui dum pergit ad certamina, aliquid se putat in patria relinquere, ad quod expetat temerè.] * Sic ad spiritualem concertationem qui aduocantur, debent omninò mundialia relinquere, ne affectus tedeundi eos faciat in certamine molliores. In domos nostras minimè reuertemur, vsque dum filij Israël exclusis Chananæis, Chananitide potiantur: nec quidquam trans Iordanem nobis precabimur adscribi, etiam si viderimus fratres latiori, ac ditiori donari hæreditate; quia iam habemus, seu ex tua munificentia speramus habere apud Fluminis Orientalem plagam nostram sortem, Galaad quæ possessionem.

Subtrahentur, qui substituunt militem qui eorum nomine pugnet.

Miles strenuus omnia relinquit in patria, & iam perisset sibi. Spirituales miles parat quum se ad expugnandum reliquit in Deculo, redituram.

4. *Annuit Moses dummodo gerant, quod promittunt.*

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. QVIBVS MOYSES; &c.] Rubenitis ergo & Gaditis Moses affatur si intendunt implere, quod promittitis, fiet quod expetitis; dimissis igitur vxoribus, liberis, pecoribus, ac iumentis in locis ad eorum custodiam appatatis expediti pergite ad pugnam coram Arca, præcessura quidem militès ad belli fælicitatem. Et omnis vir bellator Tribuum vestrarum, dimissis, quot necessarij ad Vrbes, quas occupabitis defendendas, Iordanem transeat (transierunt ex eis dumen quadraginta millia, vt patet Iof. 4. 13.) vna cum reliquis de populo, donec Dominus suos hostes subuertat, & ei omnis terra, quam vltra Iordanem promisit Hebræis, subijciatur. * Quam plus Princeps, qui mittit exercitum non hostes sibi, sed Domino subijcere, vt vi-

Dux pius Princeps, non sibi debet hostes subijcere, sed Deo, ei tribuere victoriam.

ctoria suo cedat authori.] Tunc eritis inculpati apud Deum, opere implentes, quod sub inuocatione diuina promisistis & apud Israëliticum populum, quem iniuria graui affecretis, si viderent vos sine belli periculo pacifica terræ cis Iordanem possessione potiri.* Iuste, fateor, queruntur, qui vi adducuntur ad bellum, dum aspiciunt, aptiores ad certamen corpore plerumque) pace frui.] Obtinebitis sic regiones, quas expetitis Amorrhæorum; ex Domini beneplacito. qui quidem rarum ducet hasce vobis cedere terras. Sin autê quod promittitis implere neglexeritis, nulli dubium, quin in Dominum delinquatis; vndeproculdubio horribili tanti flagitij pœna corripiemini. Ædificate igitur, seu instaurate Vrbes paruulis vestris, caulas, & stabula ouibus, ac iumentis, & quod polliciti estis implete. * Cur cum sæpe memoris geratur de paruulis, rarò fit mentio de vxoribus, quæ quidem vna cum paruulis erant relinquendæ? An quia filiorum ac matrum vnica quodammodo essentia? Ita planè.] Dixerunt ad hæc filij Gad, & Ruben, & hi, qui ad dimidiam Tribum Manasse pertinebant, promissionem confirmantes: serui tui sumus, & instar seruorum, quod nobis Dominus imperauit Paruulos nostros, mulieres, pecora ac iumenta relinquemus apud Galaad regionem (de tota Gaditarum, Rubenitarum, ac dimidiæ Tribus Manasse forte loquuntur sub nomine Galaad.) Nos autem famuli tui expediti ad certamina properabimus, sicut à te Domino præscribente audiuimus. Haud inepta quidem promissionis iam factæ confirmatio, quæ Mosi animum pacatum reddidit. * Certè dum vota renouas, dum confirmas Nuntio factam promissionem, difficilius negliges adimplere. Hinc laudabilis admodum D. Ignatij P. N. institutio, qua Societatis filij bis quotannis factam Deo renouant promissionem.

Iuste queruntur qui ad bellum ducuntur, dum vident aptiores ad certamen pace frui.

Filiorum ac matrum vnica quodammodo essentia.

Commendabilis renouatio votorũ Societatis Iesu.

5. *Iubet Moses, Rubenitis, & Gaditis terrã dari sub pacto.*

28. 29. 30. 31. 32. PRÆCEPIT ERGO, &c.] Moses igitur Eleazaro Pontifici, Iosue filio Nun futuro Præsidi, ac Principibus duodecim, qui vnà cum Eleazaro ac Iosue futuri erant nomine omnium familiarum Israëliticarum Tribuum Terræ promissæ diuisores, iussit profatus: si filij Gad & Ruben armati ad bellum coram Arca Testamenti præcedente Iordanem transmeatint: tempore quo vobis Terra subiecta fuerit, date eis Galaad, duorum Regum Amorrhæorum ditionem, possidendam. Si fidem datam fefellerint, noluerintque vobiscum ad pugnam progredi, compellite eos transire Iordanem, pugnare, & habitare vobiscum.* En Religiosi promissorum, seu votorum fidem fallentium imaginem: & præmio operi egregio respondenti priuantur, & à Rectoribus compelluntur à voluptatibus, ac commodis abstinere.] Responderunt Gaditæ, Rubenitæ cum dimidia Tribu Manasse sicut locutus est Dominus noster Moses, operabimur; præcincti armis coram Arca testamenti Ductrice in terram Chananitidem properabimus. Nobis autem nulla portio ex acquirenda nostro labore terra tribuenda est; ingenuè enim nos accepisse apud citeriorem Iordanis ripam possessionem profitemur.

Religiosus, qui vota non implet, & in, fœlicis præmio priuatur, & compellitur à Rectore à voluptatibus abstinere.

Comendabilis, qui post acceptū munus viriliter operatur. Gratitudo post acceptū munus fortius opera exerit.

* Commendabilia harum Tribuum facinora, quarum milites post acceptum præmium tam viriliter repugnarunt. Sicut enim spes muneris assolet exercere vires, immatura exhibitio mercedis brachia assolet hebetare.] * Sed huiuscemodi homines nobiles exponunt, quia contrà naturæ desidiam prævalet accepti muneris gratitudo.]

6\.

Datur Rubenitis, Gaditis, ac dimidiæ Tribui Manasse Vrbes Regis Sehō, & Og, quæ reædificantur.

33\. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. DEDIT ITAQVE MOYSES, &c.] Moses itaque Gaditis, Rubenitis, ac dimidiæ Tribui Manasses filij Ioseph tribuit Regnum Sehon Regis plagæ cuiusdam terræ Amorrhæorum, quæ ob excellentiam terra Amorrhæi solita est vocitari: & Regnum Og Regis Basan, & Vrbes vtriusque ditionis per circuitum. Extruxere igitur non de nouo, sed reædificantes munierunt Gaditæ Dibon, Ataroth, Aroër, Etroth, Sophan, Iazer, Iegbaa, Bethnemra, ac Betharan vxoribus, ac paruulis Vrbes munitas: extruxerunt & caulas pecoribus, stabula iumentis præparauerunt. At Rubenitæ instaurauerunt Hesebon, Eleale, Cariathaim, Nabo, & Baalmeon, harum Vrbium versis nominibus in alia que nomina immutatis. Profectò quia quædam ab idolis, quæ in illis colebantur nomen habebant vt Bamoth Baal, & Baalmeon. * Nulla enim impietatis reliquia dimittenda fideli, ex qua velut scintilla impia flamma resurgat.] Sabama quoque vltra præfatas Vrbes reædificarunt, huicque, & illis apposuere vocabula longe diuersa ab iis, quæ prius habuerant. Porrò filij Machir filij Manasses qui ad dimidiam Tribum Manassis ipsius pertinebant, in Galaad perrexerunt ad eam montis medietatem, quæ Regi Sehon præstiterat obsequium (nam alia medietas Regis Og paruerat imperio) & vastauerunt eam, Amorrhæis interfectis, illius habitatoribus. Ideo Moses caui montis Galaad portionem Machir filio Manasse donauit, eius scilicet posteris, seu dimidiæ Tribui Manassis ex Machir prognatæ. Iair autem filius Manassis, siue de eius genere per lineam Machir abiit, & vicos (seu loca non munita) Galaad occupauit, quos quidem Haoth Iair, siue Iair villas appellauit. Nobe quoque alius de posteris Machir perrexit, & apprehendit Chanat cum viculis suis, nominibus scilicet non mutatis, vocitauitque eam suo ex nomine Nobe.

Haud est relinquenda impietatis reliquia.

CAPVT XXXIII.

Perfecto quadraginta duarum mansionum quas gesserant Hebræi de Ægypto vsque ad fluuium Iordanis tendentes, catalogo s imperantur, vt terram Chananitidem ingressi, cunctos illius habitatores disperdant, & omnes curent idololatriæ aboleri reliquias.

1\. HÆ sunt mansiones filiorum Israël, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, 2. quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant. 3. Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die Phase, filij Israël in manu excelsa, videntibus cunctis Ægyptiis, 4 & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus (nam & in diis eorum exercuerat vltionem) 5. castrametati sunt in Soccoth. 6. Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. 7. Inde egressi venerunt contra Phiahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. 8. Profectique de Phiahiroth, transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Ethan, castrametati sunt in Mara. 9. Profectique de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum: & palmæ septuaginta, ibique castrametati sunt. 10. Sed & inde egressi fixerunt tentoria super Mare rubrum. Profectique de Mari rubro, 11. castrametati sunt in deserto Sin. 12. Vnde egressi, venerunt in Daphca. 13. Profectique de Daphca, castrametati sunt in Alus. 14. Egressique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendum. 15. Profectique de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. 16. Sed & de solitudine Sinai egressi, venerunt ad Sepulchra concupiscentiæ. 17. Profectique de sepulchris concupiscentiæ, castrametati sunt in Haseroth. 18. Et de Haseroth venerunt in Rethma. 19. Profectique de Rethma, castrametati sunt in Remmomphares. 20. Vnde egressi, venerunt in Lebna. 21. De Lebna castrametati sunt in Ressa, 22. Egressique de Ressa, venerunt in Ceelatha. 23. Vnde profecti, castrametati sunt in monte Sepher. 24. Egressi de monte Sepher, venerunt in Arada. 25. Inde proficiscentes, castrametati sunt in Maceloth. 26. Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath. 27. De Thahath

hath, castrametati sunt in Thare, 28. Vnde egressi, fixere tentoria in Methca. 29. Et de Methca, castrametati sunt in Hesmona. 30. Profectique de Hesmona, venerunt & in Moseroth. Et de Moseroth, castrametati sunt in Beneiaacan. 31. Profectique de Beneiaacan, venerunt in montem Gadgad. 32. Vnde profecti castrametati sunt in Ietebatha, 33. Et de Ietebatha, venerunt in Hebrona, 34. Egressique de Hebrona castrametati sunt in Asiongaber. 36. Inde profecti venerunt in desertum Sin, hæc est Cades. 37 Egressique de Cades, castrametati sunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom. 38. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, 39. cùm esset annorum centum viginti trium. 40. Audiuitque Chananæus, rex Arad, qui habitabat ad meridiem in terram Chanaan venisse filios Israel. 41. Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona. 42. Vnde egressi venerunt in Phunon. 43. Profectique de Phunon, castrametati sunt in Oboth. 44 Et de Oboth, venerunt in Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum. 45. Profectique de Ieabarim, fixere tentoria in Dibongad. 46. Vnde egressi castrametati sunt in Helmondeblathaim. 47. Egressique de Helmondeblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nebo. 48. Profectique de montibus Abarim, transierunt ad Campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho. 49. Ibique castrametati sunt de Bethsimoth vsque ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum, 50. vbi locutus est Dominus ad Moysen: 51. Præcipe filiis Israel, & dic ad eos: Quando transieritis Iordanem, intrantes terram Chanaan, 52. disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, 53. mundantes terram, & habitantes in ea. ego enim dedi vobis illam in possessionem: 54. quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hereditas Per tribus & familias possessio diuidetur. 55. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ: qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ: 56. & quidquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. HÆ SVNT MANSIONES FILIORVM Hebræorum, qui ductu Mosis, & Aaronis turmatim sunt ex Ægypto progressi mansiones, quas Moses iuxtà numerum castrametationum descripsit; iubente enim Domino statione ac volatu nubis, sæpe loca mutarunt. * O quam apposité viatorum proficientium processus adnotantur in gratiarum actionis documenta! De Ramasse igitur postridie agni immolati, id est, die decimaquinta primi mensis filij Israel in magna diuinæ potestatis manifestatione Ægyptiorum excitato terrore fuére profecti, Ægyptijs quidem aspectantibus, & primogenitos suos, quos Deus percusserat, sepulturæ tradentibus. Vt horror sepulturæ eos retraderet ad Hebræorum retentionem inualidos.]* Quis enim in conspectu cadaueris in proximum hostem licet inuisum audebit insurgere?] Nec enim Deus solummodo in primogenita deseuit Ægypti, sed eadem egressionis nocte Ægypti prostrauit idola. Vt sine spe solatij idololatræ peruterentur. Quomodo enim subditis laborantibus ferrent opem, qui se nequierant à vulnere liberare? * Certè sine Dei astantis auxilio, & eius præsentiæ solatio intolerabilis quæque percussio.] Exacta itaque prima illa itineris expeditione apud Soccoth fuére castrametati.

1. Mansiones Hebræorum describuntur.

Adnotantur proficientium processus ad gratiarũ actionis excitamentum.

In conspectu sepulchri nullus audebit in hoste insurgere.

Sinè adstante & auxiliante Deo intolerabilis quæq; percussio.

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. [ET DE SOCCOTH VENERVNT IN ETHAM, &c.] Prima ergo mansione de regione Gessen in Ramasse perfecta, secunda autem de Ramasse in Soccoth exacta, de Soccoth Hebræi deuenere in Etham tertiam mansionē quæ in extremis finibus Arabicæ solitudinis extra Ægypti terminos adiacet, vbi primo cœpit Angelus per diem in nubis columna, per noctem autem in columna ignis apparere. * Nec enim intrà impiæ regionis terminos cœlestis ducatus obiicitur. Ex occasione delinquendi progredere, si opportuno Dei ducatu donari desideras] Inde egressi contra Phihahiroth, quæ quasi ex opposito Beelsephon respicit, & inter hæc duo loca castrametati sunt, atque Magdalum, quj iuxta mare Rubrum huius quartæ mansionis includebat spatium. Profectique de Phihahiroth per medium Rubrum pelagus persequentibus eos Ægyptiis transmisére, ac in Sur solitudinem, quæ pars est deserti Etham

2. Septē mansiones exponuntur.

Nō obiicitur peccatori ducatus cœlestis ad progrediendū ad salutis patriā nisi ab occasione peccādi recedat.

tham deuenerunt, diebus tribus per desertum inambulantes Mara quintam mansionem tenuere, Mara inquam aquarum amaritudini nomine ab Hebræis imposito apprime congruente. * Sitis quippe, fames, cuncti temporarij defectus solo nomine ab hominum ignorantia excogitato, veritate minime sunt amari.]De Mara recedentes ad Elim vbi aderant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta venerunt sextam quidem mansionem prælapsæ correctionem amaritudinis.*Ea enim est laboris & quietis vicissitudo, vt laboris vulnus iam requiei connotet sanitatem. Sed & inde egressi super mare Rubrum, id est, iuxta sinum qui euntibus in monte Horeb occurrit, fixere tentoria, septimamque gessere mansionem. Perfecturi octauã deuenerunt de mari Rubro profecti in deserto sin, (per Samech literam initialem scribitur) quod inter Elim & Sinai adest, fuere castrametati, inibique primo cælesti pabulo fuere saturati.*Nec enim datum eis Manna, donec Ægyptiacus cibus omnino insumeretur. Haud terrena volupras, ac delitiæ celestes vna in sede morantur. Progressi ex deserto sin venerunt in Daphca nonam mansionem. De Daphca verò recedentes apud Alus decimam acturi mansionem castrametatur.

Labores cũ cti solo nomine a nobis imposito, sũt amari, re minime.

Labores connotant proxima requiē.

Haud morãtur in vna sede terrena volup tas & deliciæ cœlestes.

3.

Alus tredecim mãsiones aptantur.

14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25.26 EGRESSIQVE,&c.]Egressus autem populus de Alus, Raphidim vndecimam tenuit mansionem, vbi æstuans siti aqua è petra mirabiliter profluente satiatur.*Qui te enim viam inire efficit salutatem, necessaria vbertim curabit prouidere.]Profectusque Raphidim apud desertum Sinai duodecimam constituit mansionem, à qua non recessit, donec lex sacris araretur in tabulis, Tabernaculumque Domino cõstrueretur.*Quonamodo enim lex asseruanda ferretur, si Templi præsentia grauitatem iugi non alleuaret? Si legis molestia aggrauat humeros, adi Templum, & leuem sarcinam iudicabis.] Porro e solitudine Sinai tandem egressi Israëlitæ, trium dierum peracto itinere, die vigesima tertia mensis secundi ab exitu de Ægypto ad sepulchra concupiscentiæ deuenerunt tertiam decimam acturi mansionem. Sepulchra autem concupiscentiæ deserentes in Haseroth castrametantur quartadecima quidem mansione, vbi Maria ob murmur in Mosem fuit lepra percussa.* Nunquam enim non animus piaculorum lepra inficitur, cum à sepulchri terminis separatur. Mortis obliuio, facit animum deuiare.] De Haseroth in Rethma decimam quintam processere mãsionem.] Decimam sextam gesserunt profecti de Rethma in Remmomphares. Inde egressi Lebna decimam septimam mansionem inierunt. De Lebna decimam octauam peracturi, in Ressa fuere castrametati. Egressi de Ressa ad Ceelathã venerunt, vt decimam nonam mansionẽ perficerent. Vigesimã vero acturi de Ceelatha recedentes apud mõtẽ Sepher cõquiescunt, At de Sepher pergentes, in Arada vigesimam primam videre mansionem. Proficiscẽtes inde ad Maceloth vigesimam secundam mansionem perrexerunt. De Maceloth autem egredientes in Thahath conquiescunt, vigesima tertia mansione potituri.

Qui te facit viã inire salutẽ, necessaria prouidebit vbertim.

Præsẽtia Tẽpli alleuat legis difficultatem.

* *Mortis ex obliuione lepra piaculi animus inficitur.*

27.28.29.30 31.32 33.34.35.36.37.38.39.40. DE THAHAT,&c.]Egressus populus de Thahath vigesimam quartam stationem gessit in Thare. De Thare autem proficiscens, vigesimam quintam egit apud Methca. Perfecturos vigesimã sextam venit in Helmona. Profectus autem de Helmuna ad Moseroth vigesimam septimam stationem accessit. Relinquens Moseroth in Beniaacan octauam vigesimam exposuit, Recedens vero de Beniaacan apud montem Galgad, longe diuersum ab illo Galgad, in quem filij, Israël post Aaronis obitum deuenere, vigesimam nonam egit stationem. Exiit de Galgad & trigesimam in Ietebatha perfecit. De Ietebatha trigesimam primam in Hebrona arrigit, In Asiongaber trigesimam secundam. Ex Asiongaber autem profectus ad desertum Sin (per Tsade scribitur vt ab alio sin per Samech expresso distinguendus esse videatur) trigesimam tertiam mãsionem accessit, hæc est Cades, alio nomine Cadesbarne. Profecto Israelitæ ob murmur populi ab exploratoribus ortum triginta & octo annorum spatio haud vlterius processere, sed iussi retrocedere versus pelagus Rubrum in solitudine vsque ad annum quadragesimum persliterunt. * Murmurationis enim vitium si iustos non perdit, facit saltem eos in via perfectionis consistere.] Maria soror Mosis inibi in Domino obdormiuit & moxpopulus qui tã diu cõstiterat sursũ accinxit ad profectionẽ. An nõ ex sãctissimæ Mariæ precibus.*Certe populi sacri profectio apud iustitiæ viam Mariæ Deiparæ precarioni debetur; quæ quidem dum ad cœlos è lacrymarum valle assumitur, efficacius pro Ecclesia preces effudit.]De Cadesbarne progrediuntur Hebræi, & in monte Hor trigesima, quarta mansione constitere. Mons hic apud regionem Mosera in extremis finibus terræ Edom eleuatur. Porro Domino imperante, Pontifex Aaron Hor verticem scandit, vbi anno ab egressione ex Ægypto quadragesimo mense quinto prima die mensis, post centum viginti tres annos exactos fuit è viuis ereptus.*Fælix, qui iubente Domino, viuit, & *iubente Domino* moritur: id est, qui non sibi. sed soli Deo & vitam agit & occumbit.]*Profecto ideo annus, mensis, ac dies obitus Aaronis tam accurate assignatur, vt memoriæ iustus innuatur retinendus ad eius virtutum imitationem.] Audiuit Chananæus Rex Arad, qui ad meridiem portionis illius promissionis terræ, vltra Iordanẽ existentis adiacet, in terrã Chanaitidem Israelis filios aduenisse. *Venisse Hebræos*, id est, aduentare, ponitur enim actus perfectus pro incoato.*Certe ideo quia non solum, inquit auctore, facti dimidium, sed totum factum qui bene cœpit, habet.]

4.

Duodecim alia notantur mansiones.

Nõ pergit in via perfectionis qui vitio murmurationis inficitur.

Profectus iustorum debetur Deiparæ efficacius precãti post Assumptionem

Fælix, qui nõ sibi, sed Deo soli & viuit, & moritur

Iusti memoria colẽda ad eius virtutũ æmulationẽ.

Totũ factum habet qui bene cœpit.

41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. ET PROFECTI,&c]De monte Hor profecti Israelitæ trigesimam quintam stationem in Salmona gessere. Vnde recedentes in Phunon trigesimam sextam deuenere mansionem. Procedunt de Phunon, & in Oboth trigesimam septimam perficiunt. Et de Oboth exeuntes in Ieabarim apud Moabitarum fines existentem trigesima octaua consistunt. Profectique de Ieabarim, in Dibon gad, seu

5.

Octo aliæ mansiones obuecuntur.

Mathan

Mathmath quadragesimam nonam perfecerunt. Inde progressi, apud Helmondeblathaim, seu Nahaliel quadragesima statione fixere tentoria. De Helmondeblathaim profecti, ad montes Abarim locum Bamoth vocitatum contra Nabo peruenerunt, inibique quadragesimam primam iniere mansionem. Protendentes autem è montibus Abarim, pertexerunt ad campestria Moab ab anteriore possessore nomen sortita, quæ tamen postmodum non Regis Moab, sed Sehon Regis Amorrhæorum fuerant. Adiacebant campestria hæc suprà Iordanem, seu Iordani imminentia contra Vrbem Ierichuntinam. Ibique quadragesimam secundam diù perfecere mansionem antè quam Fluuium transmearent. Castra autem statuerunt in loco qui protenditur ad Iordanis ripam à Bethsimoth vsque ad Abelsatim, siue Setim hoc etiam nomen retinet mansio illa, quæ, in planioribus locis olim à Regibus Moabitarum possessis existebat : vbi Dominus hæc fuit Mosi locutus.

9 Iubet Deus Chananæos disperdi.

51. 52. 53. 54. 55. 56. PRÆCIPE FILIIS ISRAEL ET DIC AD EOS : QVANDO TRANSIERITIS, &c.] Meo nomine filiis Israel iube : Quando datum à me vobis fuerit, transmittere Iordanem, terram Chananitidem ineuntes cunctos illius terræ habitatores comminuite, quorum iniquitas excreuit adeò, vt mortem tam infantium, quam adultorum indictam exposcat. * Regnorum enim desolatio incolarum crimina sequitur.] Confringite *titulos*, seu lapides idolorum cultui sacratos. * Omnia à te voluptatum, aut diuitiarum adorata idola titulis sine te, conficta vanitas exponuntur.] Statuas comminuite, nulli simulacrorum parcentes imagini : omniáque excelsa, siuè Delubra quæcumque in locis excelsis erecta ad idolorum cultum deuastate: terram vtique ab impiis habitatoribus rebusque sacrilegis repurgantes : sic vos *habitantes in ea* mundi eritis; dedi enim vobis illã in possessionem, quam sorte iuxtà numerum familiarum quæ in nouem, ac dimidia Tribubus continentur, vobis diuideris. Pluribus latiorem, paucis angustiorem adscribite, singulis verò vt sors ceciderit quantum ad situm, in quo vnaquæque Tribus & familia oporteat collocari, tribuetur hæreditas, non autem quantum ad magnitudinem, aut paruitatem possessionis præstandæ : in hoc enim non sorti, sed rationis iudicio standum, magnitudinis, seu paruitatis Tribus, ac familiæ habita ratione. * O tempora, cum circa munerum diuisionem non rationi statur; sed affectus subscribitur! Hinc iustæ pauperum querimoniæ.] Per Tribus ergo, & familias possessio diuidetur iuxtà vniuscuiusque magnitudinem. Porrò si nolueritis habitatores terræ Chananitidis interficere, sed cupiditatis affectu aliquos tributarios reliqueritis : qui remanserint erunt vobis veloti claui in oculis, & lanceæ in lateribus, id est, aderunt vobis infestissimi, arma in vos distringent, & perniciem vobis adferent, non permittentes quieta vita potiri in terra habitationis vestræ. * Pauci enim discoli socij copiosam possunt communitatem perturbare.] Vnde quidquid illis cogitaueram agere, videlicet tradere eos in manus vestras comminuendos : vobis faciam; nam ex consortio illorum tam horribilia piacula perpetrabitis, vt in eorum manus detrudi mereamini. * O quam exitialis vel vnius improbi socij consuetudo !]

Regnorum desolatio ex incolarum criminibus.

Tituli sine te cuncta à te voluptatis, aut diuitiarũ idola adorata.

Munera non ex ratione, sed ex affecta distribuuntur.

Pauci discoli socij cõpiosã cõmunitatem perturbant.

Exitialis impiorũ societas.

CAPVT XXXIV.

Terræ Chananitidis termini describuntur. Quinam sint, quibus Chananæa in sortem debet cedere, & a queis Principibus diuidenda, exponitur.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Præcipe filiis Israël, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis Terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. 3. Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra Orientem mare salsissimum, qui circuibunt australem plagam per ascensum Scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniant à meridie vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque ad Asemona. 5. ibitque per gyrum terminus ab Asemona vsque ad Torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur. 6. Plága autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine clauderur. 7. Porro ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient peruenientes vsque ad montem altissimum. 8. à quo venient in Emath vsque ad terminos Sedada: 9. ibuntque confinia vsque ad Zephrona, & villam Enan, hi erunt termini in parte aquilonis. 10. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vsque Sephama, 11. & de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem Daphnim : inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth,

nereth: 11. & tendent vsque ad Iordanem, & ad vltimum salsissimo claudentur mari Hanc habebitis Terram per fines suos in circuitu. 13. Præcepitque Moyses filiis Israel, dicens: Hæc erit Terra, quam possidebitis sorte, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. 14. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manasse, 15. id est, duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. 16. Et ait Dominus ad Moysen: 17. Hæc sunt nomina virorum qui Terram vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, 18. & singuli principes de tribubus singulis, 19. quorum ista sunt vocabula: De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. 19. De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. 20. De tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. 21. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. 22. Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Hanniel filius Ephod. 23. De tribu Ephraim, Camuel filius Sephtham. 24. De tribu Zabolon, 25. Elisaphan filius Pharnach, 26. De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozá. 27. De tribu Aser? Ahiud filius Salomi. 28. De tribu Nepthali, Phedael filius Ammiud. 29. Hi sunt, quibus præcepit Dominus vt diuiderent filiis Israel Terram Chanaan.

COMMENTARII.

1. *Termini terræ ab Hebræis possidendæ exponũtur.*

VERS. 1. 2. LOCVTVSQVE EST DOMINVS, &c.] Mosi commoranti cum reliqua Hebræorũ multitudine apud Moab campestria Dominus affatur: Hæc Israelis filiis implere iubebis: Cum terram Chananitidem, quæ vltrà Iordanem adiacet, inieritis, & possessioni vestræ cesserit sorte, non putetis, vobis licere in longũ latumq; vtcumque protendi: sed terra à vobis possidenda hisce finibus terminabitur. Aptè fines occupandæ terræ statuuntur, vt scirent, quarum regionum incolas essent deleturi, & quatũ accepturi possessionem.* Vt subtaxari valeat eorum impietas, qui vt nouas possideant regiones, non dubitant innocentes incolas interimere.

Quã impij qui vt terras possideãt iniustè, nõ dubitant innocentes interimere incolas.

3. 4. 5. PARS MERIDIANA, &c.] Pars meridiana Orientem versus à solitudine Sin, quæ solitudo Pharan etiam vocitatur, & iuxta Edom adest, incipiet: quæ quidem meridiana pars versus Orientalem plagam terminos sortietur, vbi scilicet latus Orientale cum meridiano concurrere debebit, & angulum cõmunem efficere. Adest hic mare salsissimum seu lacus Sodomorum, id est, Asphaltites, vbi prius fuit Pentapolis. Salsissimum autem dicitur, quia omnia maria Iudaica salsedine superat ob sulphur, bitumen, sal, quæ in Pentapoleos incendio è cœlo deciderunt.* Peccatũ enim etiam creaturarum naturam euertit, in euersæ humanæ naturæ documentum.] Hi itaque termini quasi per gyrum cingent plagam australem, incipientes tendere à salsissimo illo pelago Asphaltite per ascensum Scorpionis, vbi montana quædam obiiciũtur, quæ Scorpionum exponunt imaginem: ac deinde australes termini continuantur ita vt transeãt in Senna, locum quemdam terræ Chanaan, & perueniant in ipsa meridionali parte vsque ad Cadesbarne; non quod Cadesbarne sit in terra Chanaan; sed quia extra eam existens à parte meridiana huius plagæ respicitur; vnde egredientur confinia: nã curuitate quadam dilatãte terram ipsam versus Occidentem continuabuntur vsque ad villam nomine Adar, & vsque ad Asemona tendent, quæ quidem Oppida ad terram attinent Chananitidem, Procederque per gyrum terminus, non rectâ linea, ab Asemona vsque ad disterminantẽ ab Asia Ægyptum torrentẽ, & maris magni seu Mediterranei littore finietur, vbi torrens ille Ægyptius se emittit in pelagus, extremumq; Nili ostium versus perficit Asiam. Porrò torrens Ægypti riuulus est, qui ex deserto profluens iuxtà Rhinocoloram in mare Mediterraneum dilabitur, terramque Tribus Iuda, & Simeon à deserto, viaque Ægypti disterminat. Cur vocatur Ægypti torrens, si ditionis Chananitidæ terminos alluit? Quia ex Ægypto procedens Ægyptiam sapit naturam, vndę vndarum qualitati semper aptè appellatio respondet.* Aduenas vidi velut indigenas ab Vrbe receptos, sed semper eos generis qualitatem sapere animaduerti.

Peccatũ vel creaturarũm naturã euertit.

Aduenæ vti indigenæ ab Vrbe recepti, semper generis saporem qualitatem.

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. PLAGA AVTEM, &c.] Plaga verò Occidentalis à mari ipso initium accipiet, & in ipso mari finẽ habebit, nec erit aliud, quo iste Occidentalis limes concludatur, quã ipsius maris littus. An totum littus Mediterranei maris datum Hebræis? Minimè sed tantùm vsque ad eã eius littoris partem, quæ Libano, aut Hor monti è regione respõdet; hinc enim Septẽtrionale terræ promissæ latus inchoatur. Profectò ad plagam Septemtrionalem termini à Mediterraneo pelago incipient tendentes rectà via vsque ad eleuatissimum Hor verticem. Hebr. הר *mons mons*, sic dictum propter Libanum & Antilibanũ duo quasi eiusdem montis iuga, seu vertices. A quo quidẽ altissimo monte veniẽt termini in Emath Vrbem in parte Aquilonari terræ promissæ iuxtà Libanum adiacentem (à Syris suo tẽpore *Epiphania* appellatã) vsq; ad terminos Sedada Vrbis aut vici ad limitẽ plagæ Septẽtrionalis existentis. Pergentq; confinia vsque ad Zephrona, & villam Enan: Hi itaque erunt termini in parte Aquilonis, omissis aliis limitibus, qui eadẽ plaga Septemtrionali poterant assignari. Inde metabuntur fines contra Orientalem plagam de villa Enan existente in angulo Aquilonari, & Orientali, vsq; Sephama:

&

& de Sephama versus latus meridionale descendent termini in Rebla contrà fontem Daphnim: indè è regione eiusdem plagæ Orientalis ad mare Cenereth peruenient, postea mare Tyberiadis ab Vrbe insigni propè illud sita vocitatum: & tendent vsque ad Iordanem maiorem, cuius decursu termini Orientales continentur, & denique salsissimo Pentapoleos mari claudentur, in quo initium terminorum meridionalium fuerat constitutum. Dixi consulto Iordanem maiorem; idem enim fluuius Iordanis minor dicitur, donec ad lacum Cenesareth, seu Genesareth perueniat: maior postquam ab eo lacu egressus, vsque ad mare mortuum decurrit. * Miror minorem fluuium ad maioris domini ingressum fuisse, & inde discessisse maiorem: nam maioris, seu ditioris vis minores assolet absorbere, maiores autem imminuere.] Hanc, quam descripsi terram, hisce conclusam finibus possidebitis. * Quam aptè fines terrenæ possessioni præscribuntor! Auaritia enim mortalium nullis terminis circumcluditur.]

assolent diuites pauperes absorbere.

Hominum auaritia nullis terminis circumcluditur.

2\. 13. 14. 15. Præcepitqve Moyses filiis Israel dicens, &c.] Præcepitque Moses Hebræis: Hæc cuius terminos modò præfixi, terra erit, quam sorte possidebitis, & quam Dominus iussit nouem Tribubus, ac dimidiæ possidendam exponi. Tribus enim Ruben, Tribus Gad, & dimidia Tribus Manasse, duæ scilicet Tribus cum dimidia iàm familiarum ac cognationum iuxta numerum, partem suam in alio terræ tractu, nempe trans Iordanem, seu contra Iericho ad ipsius Iericho Orientalem plagam receperunt.

Hæc terra possidēda à nouē Tribubus.

3\. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Et ait Dominvs ad Moysen, &c.] Mosi autem Deus, Hæc sunt; inquit, nomina virorum, qui terram promissam vobis diuident iuxtà numerum familiarum; ne auaritia sibi adscribat, ex rapina, superflua: sed necessitati, ex iusta diuisione prouideatur. * Ne ve, vt nostratibus accidit, ex diuisione Principum iniusta & diuites nauseent ex abundantia, & pauperes esuriant ex defectu.] Eleazar itaque Pontifex & Iosue filius Nun Magistratus præcipui, præerunt diuisores, ne timeatur iniuria, vbi sæculari iuri Ecclesiasticum adest arbitrium. * Venerabilis assistentiam Præsulis sæculares Principes reuerentur.] Præterea Principes assignandi non totius Tribus, sed aliquarum in sua Tribu familiarum. Quia non semper totius Tribus Princeps, id est totius Regni aut Vrbis Procer primarius aptus est moneri gubernandi. * Vnde non assumendus ad iuris administrationem procerior nobilitate ac diuitiarum facultate, sed prudentia ac virtute sublimior.] Quia igitur aptiores ad diuidendi terram munus sunt exponendi, eorum indico nomina: De Tribu Iuda Caleb Iephone filius: De Tribu Simeon, Samuel filius Ammiud; de Benjamin, Elidad filius Chaselon sunt eligendi. De Danitis autem, Bocci filius Logli: ex dimidia Tribu Manasse filij Ioseph, Haniel filius Ephod: de Ephraim eiusdem Ioseph filio, Camuel filius Septhan: de Tribu Zabulon Elisaphan filius Pharnac assignandi. De Tribu vero Issachar, Dux Phaltiel filius Ozan. De Tribu Aser, Abiud filius Salomi: De Nephthali denique, Phedaël filius Ammiud sunt præficiendi diuisioni. En duodecim viros, quibus præcepit Dominus, filiis Israël terram Chanaan diuidere: quibusque prouidit vitæ diuturnitatem ad munus perficiendum. * Et quando non Principis iusti diuisoris vita prosperatur?]

Terra diuisores ex decem Tribubus.

Iniusta nostri sæculi bonorum, diuitiarúmque diuisio.

Sæculares Principes præsertim Ecclesiastici Præsulis reuerentur.

Ad gubernationem assumendus non procerior nobilitate aut diuitiis, sed aptior virtutibus.

Vita Principis iusti diuisoris munerū prosperatur.

CAPVT XXXV.

Imperantur Tribus duodecim octoginta octo Vrbes ad habitandum, earumrumque suburbana in pastum pecorum conferre Leuitis. Quarum Vrbium sex in fugitiuorum refugium deputantur.

1\. HÆc quoque, locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem, contra Iericho: 2. Præcipe filiis Israël vt dent Leuitis de possessionibus suis 3. vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis: 4. quæ à muris ciuitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendentur. 5. contra Orientem duo millia erunt cubiti, & contra Meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque, quod respicit ad Occidentem, eadem mensura erit, & Septentrionalis plaga æquali termino finietur, eruntque vrbes in medio, & foris suburbana. 6. De ipsis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his, alia quadraginta duo oppida, 7. id est, simul quadraginta octo cum suburbanis suis. 8. Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israël, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores, singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis 9. Ait Dominus ad Moysen: 10. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan,

decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint: 12. in quibus cùm fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. 13. De ipsis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, 14. tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, 15. tam filijs Israël quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. 16. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur. 17. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. 18 Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. 19. Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, interficiet. 20. Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias: 21. aut cùm esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit: cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. 22. Quòd si fortuitu, & absque odio 23. & inimicitijs, quidquam horum fecerit, 24. & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata: 25. liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur: 26. Si interfector extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ sunt, 27. fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absque noxa erit qui eum occiderit. 28 debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere, postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam. 29. Hæc sempiterna erunt & legitima in cunctis habitationibus vestris. 30. Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur. 31. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. 32. Exules profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: ne 33. ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit. 34. Atque ita emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israël.

COMMENTARII.

1. *Vrbes aptandæ Leuitis Dei iussu.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. HÆC QVOQVE LOCVTVS EST DOMINVS, &c.] Hæc quoque locutus est Deus Mosi apud cãpestria, quæ Sehon Rex Amorrhæorum ab Israëlitis postmodum pulsus, tulerat à Rege Moab iuxtà Iordanem, in ea fluminis ripa, quæ ex parte ditionis Amorrhæorum existit contra Iericho. Præcipe, inquit, Hebræis, vt Leuitis tam sacerdotibus, quam reliquis à Leui filio Iacob originem ducentibus de possessionibus quæ sorte eis obuenerint, Vrbes impertiant ad habitandum, & Suburbana earum per circuitum; vt ipsi in Oppidis tempore, quo non tenentur Sanctuario ministrare, maneant, & Suburbana pecoribus, ac iumentis pascendis exponantur. Quæ quidem à muris Ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum communium, qui cubitis respondent, spatio tendentur, habita ratione lineæ secundum longitudinem protractæ à muro Ciuitatis versus Suburbanorum circumferentiam. Quæ tamen circumferentia octo millibus cubitorum terminabitur. Nam contrà Orientem duo millia erunt cubiti quartam circumferentiæ Suburbanorum partem constituentes. Contrà Meridiem autem similiter aderunt duo millia. At versus mare Mediterraneum, quod respicit ad Occidentem; eadem mensura ducetur; Septemtrionalis demum plaga termino finietur æquali. Aderútq; Vrbes in medio; & foris Suburbana quamuis enim Vrbes à quarũ muris mille cubiti cõputandi, inæquales existant; pensatis tamen maiori vrbe cum minori, & è conuerso, commodè pro æquali Suburbanorum mensura, octo millia passuũ circumferentia assignatur. *Leuitico Ordini ex temporarijs possessionibus sub mensura assignatur, quod sufficit. Nec enim Deus vult sacerdotem vel passu vnico ad superflua diuertere. Quidquid superfluum sacerdos appetit, auaritia est.

Sacerdotali ordini ex temporarijs dat Deus quod sufficit, nec vult vel passu vno ad superflua diuertere.

6. 7. 8. DE IPSIS AVTEM OPPIDIS, &c.] De ipsis autem Vrbibus, seu Oppidis, quæ adscribentur Leuitis, sex in fugitiuorum deputentur auxilia, separata quidem, seu secundum æquam distantiam per omnem aderunt dispersa regionem; ne liberationis difficile exponatur asylum * Tanta enim hominis desidia, vt nec salutem velit difficilè acquirere.] * Hinc nostra carpitur negligentia, qui ad facillimum pœnitentiæ suffugium tam segniter aduentamus.] Qui ergo aliquem occiderit nolens, ac nescius ad refugij Vrbes protegendus aufugiet. * Nec enim insidias proximo collocans dignus est, cui Ecclesia misereatur. At tamen

Nec salutis negotiũ volumus esse difficile.

O pœnitẽtiæ facilitas.

Tutissimo gremio etiã insidias collocantẽ ad occisionem receptat Ecclesia.

ex vbertate legis nouæ misericordia etiam voluntariè occidentem, ac insidias collocantem pio gremio mater receptat Ecclesia.] Exceptis hisce sex refugij Oppidis, in Leuitarum vsum alia quadraginta duo Oppida (vt expleant cunctæ quadragesimum octauum numerum) cum suburbanis suis intra circumferentiam octo millium cubitorum contentis. Nam residuum adiacentium præfatis Vrbibus terminorum in vsum illarum Tribuum apud quas sortes hæ Tribus fuerint constitutæ, cedere debet. Porrò Vrbes, quæ de filiorum Israel possessionibus sunt Leuitis impertiendæ, non æquali numero ab vnaquaque Tribu auferentur, ita vt quælibet Tribus quatuor Vrbes conferre teneatur; sed ab iis, qui plus habent quantum ad situm & magnitudinem terræ, plures *auferentur* Vrbes, quamuis in sorte sua pauciores habeat Vrbes, quam Tribus alia. * Non enim qui plures possidet Vrbes ditior est Princeps, sed qui vberiori agrorum latitudine fruitur. Multæ vrbes inopia pressæ, ciuibus, viduæ Regem inopem faciunt. Pauca referta & ciuibus, & facultatibus Oppida potentissimum Regem constituere quis non fateatur?] Et qui minus habet de situ, ac magnitudine terræ, Vrbes dabit pauciores. Singuli igitur Hebræi, quorum interest negotium istud, iuxta mensuram, ac latitudinem terræ hæreditaris suæ Leuitis Oppida exhibebunt.

Nō ditior Rex, qui plures vacuas possidet Vrbes, sed qui paucis refertis potitur.

Preme verbum, *Plures auferentur* si donandæ Vrbes, quonammodo ablatæ dicuntur? An quia quodcumque ciuibus indicitur exhibendum, licet *Donatiuum* vocitetur, vere est ablatio, quia, inuito Domino impenditur?] * Non abnegarim, sed crediderim tantam esse hominum auaritiam, vt etiam quod Deo exhibetur, quasi vi illatum tribuatur. Demùm partitio, seu exhibitio Vrbium ad Leuitarum habitacula non sortibus, sed Principum terram diuidentium perficietur arbitrio.

Donatiuum Regibus impensū nescio quid habet ablationis. Etiā quod Deo dāt homines velut ablatū ab ipsorū auaritia reputatur.

3. *Refugij Vrbes designatæ.*

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15 16. 17. 18. 19 AIT DOMINVS AD MOVSEN: LOQVERE FILIIS ISRAEL, ET DICES AD EOS: Dominus insuper Mosi profatur: Latutus legem circa fugitiuorum receptaculum. hæc Indices: Quando Iordanem fueritis transgressi, pacificaque Chananitidis possessione potiamini: assignate, quænam Vrbes in fugitiuorum præsidia exponantur eorum duntaxat, qui nolentes, sed casu tantùm fortuito hominem quoquomodo interemerint. In quibus quidem Vrbibus refugij cum adfuerit profugus, cognatus occisi, cui aliàs permissum est ex lege mortem vindicare nullatenus poterit eum occidere donec ipse cognatus tendat ad Iudices, ac in conspectu multitudinis adstet in loco, vbi Iudices ius dicere assolent, & causa illius adiudicetur. Tunc enim si Iudices exposuerint homicidium fuisse voluntarium, poterit homicida etiam apud refugij Vrbes ab occisi cognatis interfici: secus autem, si à Iudicibus decretum fuerit homicidium casu accidisse. Porrò de Vrbibus sex, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, quo commodius necessitatibus infortunatorum valeant deseruire, tres adeunt trans Iordanem apud terràs Rubenitis, Gadditis, ad dimidiæ Tribus Manasse adscripta, nempe Bosor, Ramoth, & Golan: tres autem in Chananitide assignabuntur. * Vt scilicet Confessionis facillimum exponant asylum.] Prædictæ sex Vrbes tàm filiis Israel, quam aduenis, peregrinis proselytis tamen, & ad Iudaïsmum conuersis. Aliqui existimant, etiam gentiles in gentilismo persistentes ius asyli habuisse. * Vt Ecclesiæ nostræ pietas exprimatur, quæ nullum repellit, omnes gremio recipit peccatores. Si quis ferro percusserit, nempe ense, lancea, aut quouis alio ferreo instrumento, & occubuerit qui vulneratus est: homicidij erit reus, eique Ciuitas refugij non proderit, moriatur igitur qui percussit, quia huiusmodi vulnus indicat percussorem occidendi animo vulnerasse. Lapide quis percutit proximum, si ictus lapide expirarit *statim*, simili morti subiacebit. Sin autem ab ictu surrexit, aut ambulauit: haud occidendus percussor, sed tantum curationis læso exsoluet expensas. (patet Exod. 21. 19.) si ligno percussus aliquis interierit, percussoris cruore vindicabitur, nec in Vrbes refugij ei alicuius momenti erit accursus. Præsumitur enim in lapidis, lignique instrumento vtentibus occidendi voluntas. Præcipio, (non solum est permissio) propinquum occisi homicidam interficere, si vel homicida in iudicio nocens fuerit declaratus, vel euidentia facti id constiterit (ex modo loquendi scripturæ colligo non esse permissionem sed præceptum)

De Escob. & Mendoz. in Pentatheuc. Tom. I.

Cōfessionis facilitas.

Ecclesiæ pietas omnes peccatores recipientis.

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. SI PER ODIVM QVIS HOMINEM IMPVLERIT, VEL IECERIT QVIPPIAM IN EVM PER INSIDIAS: AVT CVM ESSET INIMICVS, MANV PERCVSSERIT, ET ILLE, &c.] Ex odio quis proximum exitialiter impellit, aut iactu eum per insidias vulnerauerit: aut cū esset apertè inimicus manu percusserit, & ille ex huiusmodi vulnere interierit: debet præsumi, præcedentis odij occasione, præconceptaque occubuisse ex malitia: ac proinde percussor aderit homicidij reus: cognatusque occisi statim vt inuenerit eum impunè iugulabit. At si fortuitò, & absque odio, aut apertis inimicitiis quidquam horum gesserit, idque, audiente populo, seu in conspectu Iudicum illius Vrbis fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio fuerit ventilata, indéque constiterit homicidium casu euenisse; innocens de vltoris manu liberabitur, & per sententiam à Iudicibus latam, vbi patrata fuerit occisio, in Vrbem, ad quam aufugerat reducetur: inibique manebit, donec sacerdos magnus, qui antonomasticè præ cæteris sacerdotibus oleo sancto est inunctus, moriatur, id est, donec Christi morte (ratio est literalis) hominum perfecta libertas exponatur. * Proh cordis humani duritia quæ Christi sanguine non emollescit! Occumbente Domino, & pro interfectoribus exorante, inimico non parcis? Corde præditus es lapideo, cui infælicia nouissima præparantur.] Si interfector autem, extra fines Vrbium quæ aufugientibus deputatæ sunt,

4. *Queisnam immunitas Vrbium fauebit, queisnā minimè.*

Cor durum, quod die mortis Iesv inimico nō parcit, malè habebit in nouissimo.

inuentus fuerit, & processus ab eo, qui ob cognationem cum defuncto vltor est sanguinis, cognatus hic sine noxa, aut crimine homicidam interficit, nec vllæ pœnæ subiacebit. Debuerat enim profugus vsque ad Pontificis obitum in Vrbe refugij residere. Postquam autem obierit Pontifex, homicida, propriè homicida non est, cum occisionem patrarit à casu, in terram suam reuertetur, liberaque pergendi quocumque voluerit potietur libertate.

4. *Iubet Deus sôtes puniere.*

Nô licet de legis rigore subtrahere, qui paruis cômorantur in viculis.

In exiguis Collegijs Regulæ tam exactæ obseruandæ sût, ac in magnis.

Vnici testis assertio suspecta ex sêsuû deceptione.

Ad credêdû præclara de proximo vnus sufficit testis.

Ad credêdû iniqua, plures

29. 30. 31. 32. 33. 34. Hæc sempiterna, &c.] Hæc Præscriptio, quamdiu durauerit Hebraicæ Reipublicæ status, obseruabitur, eritque legitima, vt pote positiua lege sancita in cunctis vestris habitationibus. * Lex enim vilipenditur, cum solummodò augustis in Vrbibus obseruatur. Debet esse vel despectus viculus circà custodiam legum Curiæ Regalis æmulator adeò, vt subditus vnicus totius existat legis epilogatio.] * Subtaxarim hinc Regularium desidiam, qui paruis in Monasterijs commorantes, putant sibi licere aliquid de Regulæ rigore subtrahere.] Homicida sub testibus punietur, nec aliter tânquam homicidij voluntarij reus iudicabitur. * Vnici enim testis assertio ex quotidiana sensuum deceptione potest esse suspecta.] Vndè ad testimonium vnius nullus condemnabitur. * Ad credendum præclara de proximo tibi, vnus sufficiat assertor; quia perspicua est virtus, quæ alieno ex ore commendatur.] * Ad credendum autem de proximo iniqua, plures require testes; quia agnatum est homini, aut falsa exponere, aut vera corrumpere.] Pretium non accipietis ab eo, qui reus est sanguinis, pœnæ corporalis in pecuniariam pœnam gratia commutationis. * Dedecet enim filium, patris sanguinem vendere: vile est propinquo, tanti æstimare nummos, vt putet posse propinqui compensare cruorem.] Mox vt quispiam fuerit de homicidio voluntario conuictus, statim trucidabitur. Exisles, & profugi ante Pontificis obitum, etiam si exilium pecunia expeterint imminui, nullatenus suas reuertentur ad Vrbes, neque alia extra refugij Vrbes diuertent ad loca; ne polluatis terram habitationis vestræ, cui quidem sanguis profusus innocentis maculam quamdam aspergit, quæ censetur abstergi, quando homicida de medio tollitur. Nec aliter expiari potest, seu in pristinam reduci puritatem nisi profuso homicidæ cruore, aut nisi summus sacerdos fortè moriatur. * Haud sanctificatur terra iusti sanguinis profusione, sed inficitur, donec homicidæ cruore ad suam reuertitur sanctitatem. Noxiorum enim supplicium innoxij est sanguinis vindicatio: Itaq; sublata occisionis humanæ inordinatione vindicatis iustitiæ rectitudine, vestra possessio vindicabitur, me vobiscû vtique commorante, qui longè abstrahar à vobis, si vos iustitiæ aspexero violatores. * Fugit planè Deus Vrbes, vbi innoxius afficitur iniuria, & noxius minimè flagellatur.] Ego enim sum Dominus, qui inter filios Israel habito Tabernaculo hærescens & in eorum mentibus per fidem, si innoxij sanguinis fuerint zelatores.

testes requirere

Dedecet filiû Patris sâguinê vêdere

Vile est propinquo pluris æstimare nûmos quâ propinqui cruorem.

Sâguine noxio profuso innoxius cruor vindicatur, qui quidê inficit Vrbê donec sanguine noxio macula abstergitur.

Deus Vrbem fugit, vbi innoxius afficitur iniuria & noxius impunitus fruitur.

CAPVT XXXVI.

Principum Tribus Manasse precatione filiabus Salphaad præcipitur, ne alterius Tribus viros accipiant, quo possessio in patris earum Tribu maneret. Id quod alijs Tribubus similiter intimatur.

1 ACcesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutique sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerunt. 2. Tibi Domino nostro præcepit Dominus vt terrã sorte diuideres filijs Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: 3. quas si alterius tribus homines vxores acceperint sequetur possessio sua, & translata ad aliã tribum, de nostra hereditate minuetur. 4. atque ita fiet, vt cùm iubilæus, id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente, ait: Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est: Nubant quibus volunt, tantum vt suæ tribus hominibus: 7. ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: 8. & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hereditas permaneat in familiis, 9. nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, 10. vt à Domino separatę sunt. Feceruntque filię Salphaad, vt fuerat imperatum: 11. & nupserunt, Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa, filijs patrui sui. 12. de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio, quę illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. 13. Hæc sunt mandata atque iudicia, quę mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho.

COMMENTARI.

COMMENTARII.

1. *Principes dimidiæ Tribus Manasse petunt, ne liceat filiabus Salphaad extra Tribũ eligere viros.*

VERS. 1. 2. 3. 4. ACCESSERVNT AVTEM ET PRINCIPES, &c.] Principes familiarum Galaad non qui iam acceperant in terra Galaad possessionem cum Rubenitis, & Gaditis, & eam iam incolere cœperant: sed qui trans Iordanem erant accepturi, nam & hi Galaaditæ erant à primogenitore Galaad: Principes ergo familiarum, qui ad dimidiam Tribum Manasse nondum donatam hæreditate pertinebant, filij quidem Galaad filij Machir à Manasse Ioseph filio progeniti, accesserunt ad Mosem, & in conspectu filiorum Israël fuére profati: Tibi Domino nostro supremo populi Præsidi Dominus præcepit, vt terram Chanaan à nobis possidendam sorte diuideres Hebræis, qui vltra Iordanem sunt accepturi hæreditatem. Iussit quoque vt filiabus Salphaad fratris nostri, eo quod Salphaad filiis maribus qui sortiri valeant terram possessionis suæ, caruisset, portionem patri debitam exhiberes ab ea hæreditate desumendam, quæ dimidiæ Tribui nostræ è Chananitide est adscribenda. Porrò si filias Salphaad alterius Tribus viri (quod hactenus prohibitum non est) duxerint vxores, vnà cum eis ad maritos aliarum Tribuum earum transibit hæreditas, eo quod illas sua possessio sequetur, & ad aliam Tribum transibit, de hæreditate à nobis in terræ Chananitidis diuisione accipienda, portio illa immuetur. Vnde fiet, vt non solum vsque ad Iubilei annum vnius Tribus hæreditas ab alia possideatur, quod esset tolerabile: verùm cum Iubileus, hoc est, Quinquagesimus annus remissionis aduenerit, quo cæteræ possessionum alienationes rescindi præcipiuntur, sortium distributio à principio diuinitus facta confundatur, & de vna Tribu in aliam aliorum possessio pertranseat ad alios: quod intolerabile prorsus eueniet.* Patresfamilias, præcipuè Maioratus seu Primores familiarum edifcant, quam intolerabile sit filiis & nepotibus substantiã à patribus acceptam dilapidare, imminuere possessionem, eamque grauissima censuum sarcina onerare.

Taxantur familiarum Primores, qui acceptam à patribus substantiam imminuunt, aut grauant

2. *Approbatur petitio.*

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. RESPONDIT MOYSES, &c.] Moses ergò non pro arbitrio, sed Domino præcipiente, Manasse filiis respondit: [Orauit procul dubio Moses vt aptè satisfaceret Principum precationi & Dominus suggessit ei responsionem. * Nihil enim circa grauia negotia debet Princeps decernere, quod à consulto Domino non didicerit.] Aptè Tribus Manasse, vna ex duabus Tribubus filiorum Ioseph locuta est: & in confirmationem rei, quam poscit, hæc lex Salphaad filiabus a Domino indicitur: Nubant quibus voluerint.* Nec enim fœminis auferenda libertas, ad eligendos viros. Carpuntur parentes qui filias cogunt ad temporaria commoda viris, quibus non volunt, colligari connubio vnde spiritualia plerumque grauissima obueniũt incommoda.] Tantùm eis præcipitur, vt suæ Tribus viris alligentur, minimè aliarum.* Hæc lex à parentibus iniri potest filiabus, ac filiis indici: Ne huius, aut illius infamis familiæ nubatis, aut ducatis vxorem.] Suæ igitur Tribus viris colligentur ne possessio filiorum Israël de Tribu in Tribum commisceatur. Commisceretur planè, & confunderetur, si viri aliarum Tribuum Domini possessionia pertinentis ad Manasse Tribum fierent. Vt autem quod iudicatur æquum vni familiæ, impendatur & omnibus (* Ne singularitas priuilegij inuidiæ possit fomitem ministrare.) Omnes viri, si fœminas velint ducere Hebræas, de Tribu ac cognatione sua accipient vxores, quamuis non sint de eadem familia: & cunctæ fœminæ de eadem Tribu maritis tradentur, vbi rei necessitas aliud non exposcit. Quod præceptum in eam tendit rationem, vt in propriis Tribubus permaneat hæreditas, nec Tribus quantum ad possessiones misceantur: sed ita maneant vt à Domino fuére separatæ, vna quoque Tribu eam terræ habente portionem, quæ ei in prima diuisione obtigerat. Filiæ ergo Salphaad Maala, Thersa, Egla, Melcha, ac Noa iussa Domini perfecerunt Tribus suæ viris nubentes, filiis scilicet patrui sui de Tribu Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio, quæ illis à Domino iam fuerat attributa, & expositione Principum adscribenda erat, in Tribu, & familia patris earum, nempè in familia Epher, ad quam pertinebat Salphaad, permansit. Hæc sunt mãdata tam moralia, quam ceremonialia, ac iudicialia præcepta, quæ per Mosis ministerium Deus Israëlitis indixit obseruanda, dum populi multitudo apud campestria Moab iuxtà Iordanem contra Iericho existeret, vbi antè fluminis transitum vltimam perfecit mansionem.

Nihil circa grauia negotia decernat Princeps, quod à consulto Domino non didicerit.

Fœminis haud tollenda libertas nubendi cui velint

Non cogendę à parẽtibus. Parẽtes prohibere possunt filiis, ne ex infami familia vxorem ducant.

Inuidiæ fomitẽ ministrat priuilegiũ concessũ vni, & non omnibus subditis.

LIBER QVINTVS.

COMMENTARII LITTERALES, AC MORALES AD DEVTERONOMIVM.

PROLVSIO.

Liber hic voce Græca *Deuteronomium* dicitur, hoc eſt, ſecunda Lex, quia continet legis repetitionem, & inculcationem à Moſe factam. Ex Richardi Laur. mente appoſitè Deiparam legem Iſraëlitico populo datam vocitarim. *Maria eſt Lex Domini immaculata conuertens animas.* Pſal. 18. Nam qui primæ legis rigidæ admodum præſcriptione Hebræi deperiére, immaculatæ legis plenæ miſericordia Mariæ conuertentur obiectu. Dauid præcinit, *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt Ciuitatem.* Pſal. 58. Explicat Ildephonſus, Iudæi qui primæ legis rigidæ datione peruerſi (eorum iniquitate) fuerunt, ſecundæ Legis ſuauiſſimæ vi ad fidem Chriſti conuerſi eſurient panem illum, qui de cœlo deſcendit: & vt eundem accipere mereantur, Ciuitatem ſuper montem Chriſtum poſitam hoc eſt ſanctam Mariam quaſi canes circuibunt, vt quem nunc velut acerrimi venatores impiè inſectantur, tunc piè deuotionis latratibus tueantur. O Deipara Lex immaculata, quas peccatorum animas non conuertes, ſi rebelles Hebræos ad frugem adduces meliorem?

Pſal. 58. Ildephon.

CAPVT I.

Iter, caſus, geſta quadraginta annorum, quibus Hebræi per deſertum vagati ſunt, Moſes relegit. Acta apud Sinai, & Cadesbarne primo recenſet, vbi ob perfidiam exploratorum omnes ſeniores ad mortem, iuniores autem ad quadraginta annorum peregrinationem à Deo fuere damnati.

1. HÆc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſraël trans Iordanem in ſolitudine campeſtri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban, & Haſeroth, vbi auri eſt plurimum: 2. Vndecim diebus

diebus de Horeb per viam montis Seir vſque ad Cadeſbarne. 3. Quadrageſimo anno, vndecimo mēſe, prima die menſis locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael omnia quę præceperat illi Dominus vt diceret eis: 4. poſtquam percuſſit Sehon regem Amorrhæorū, qui habitabat in Heſebon: & Og regē Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in Edrai, 5. trans Iordanem in terra Moab. Cœpitque Moyſes explanare legem, & dicere: 6. Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb, dicens: Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis: 7. reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cetera quæ ei proxima ſunt campeſtria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta littus maris. Terram Chananæorum, & Libani vſque ad flumen magnum Euphratem. 8. En inquit, tradidi vobis: ingredimini & poſſidete eam, ſuper qua iurauit Dominus patribus veſtris, Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illam eis, & ſemini eorum poſt eos. 9. Dixique vobis illo in tempore. 10. Non poſſum ſolus ſuſtinere vos: quia Dominus Deus veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli, plurimi. (11. Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis ſicut locutus eſt.) 12. Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac iurgia, 13. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros & quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis principes. 14. Tunc reſpondiſtis mihi: Bona res eſt, quam vis facere. 15. Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos ſingula. 16. Præcepique eis, dicens: Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. 17. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Quòd ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. 18. Præcepique omnia quæ facere deberetis. 19. Profecti autem de Horeb, tranſiuimus per eremum terribilem & maximam, quam vidiſtis, per viā montis Amorrhęi ſicut, præceperat Dominus Deus noſter nobis. Cūque veniſſemus in Cadeſbarne, 20. dixi vobis Veniſtis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. 21. Vide Terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: aſcende & poſſide eam, ſicut locutus eſt Dominus Deus noſter patribus tuis: noli timere, nec quidquam paueas. 22. Et acceſſiſtis ad me omnes, atque dixiſtis: Mittamus viros qui conſiderent terram, & renuntient per quod iter debeamus aſcendere, & ad quas pergere ciuitates. 23. Cumque mihi ſermo placuiſſet, miſi ex vobis duodecim viros, ſingulos de tribubus ſuis. 24. Qui cùm perrexiſſent, & aſcendiſſent in montana, venerunt vſque ad Vallem Botri: & conſiderata terra, 25. ſumentes de fructibus eius, vt oſtenderent vbertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona eſt terra, quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. 26. Et noluiſtis aſcendere, ſed increduli ad ſermonem Domini Dei noſtri murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis. 27. Odit nos Dominus, & idcircò eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. 28. Quò aſcendemus? nuntij terruerunt cor noſtrum, dicentes: Maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura procerior: vrbes magnæ, & ad cęlum vſque munitæ, filios Enacim vidimus ibi. 29 Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos: 30. Dominus Deus, qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pugnabit, ſicut fecit in Ægypto cunctis videntibus. 31. Et in ſolitudine (ipſe vidiſti) portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via per quam ambulaſtis, donec veniretis ad locum iſtum. 32. Et nec ſic quidem credidiſtis Domino Deo veſtro, 33. qui præceſſit vos in via, & metatus eſt locum in quo tentoria figere deberetis, nocte oſtendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. 34. Cumque audiſſet Dominus vocem ſermonum veſtrorum, iratus iurauit & ait: 35. Non videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſſimæ terram bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris 36. pręter Caleb filium Iephone, ipſe enim videbit eam, & ipſi dabo terram, quam calcauit, & filiis eius, quia ſecutus eſt Dominum. 37. Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos. dixerit: Nec tu ingredieris illuc: 38. ſed Ioſue filius Nun miniſter tuus, ipſe intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipſe ſorte terram diuidet Iſraeli. 39.

Paruuli

Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo terram, & possidebunt eam. 40. Vos autem reuertimini & abito in solitudinem per viam Maris rubri. 41. Et respondistis mihi. Peccauimus Dómino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepir Dominus Deus noster. Cumque instructi armis pergereris in montem, 42. air mihi Dominus: Dic ad eos: Nolire ascendere, neque pugneris, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. 43. Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio Domini & tumentes superbia ascendistis in montem. 44. Itaque egressus Amorrhæus qui habitabat in montibus, & obuiam veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. 45. Cumque reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. 46. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

COMMENTARII.

1. Mosi verba apud cāpestria Moab incipiētis vtrique legē Domini explanare.

VERS. 1. HÆC SVNT VERBA, &c.] Quæ hoc Deuteronomij Libro sequuntur, sunt verba, quæ Moses cunctis fuit locutus Hebræis, cum citra Iordanem consisteret in solitudine apud Moab campestria, quæ quidem *trans Iordanem* plaga vocitatur, quia respectu terræ promissæ (iuxta quam scriptura assolet plagas, locorúmque situs consignare) regio hæc aderat trans Iordanem, è regione maris Rubri, inter Pharan Thophel, Laban, & Asseroth loca illam mansionem in qua Moses Libri huius verba profudit circunstantia: vbi *aurifodina* (sic LXX.) exponuntur vberrimæ. * Quippe legis obseruandæ indictionem non solum inuisibilia bona sequuntur, sed & temporariæ diuitiæ sectantur.]

Obseruationē legis non solū inuisibilia, sed & tēporaria bona sectantur.

2. 3. 4. 5. VNDECIM DIEBVS DE HOREB, &c.] Distabat autem locus hic vbi Moses quadragesima secunda mansione demum fixerat tabernacula, vndecim diebus de Horeb, vndecim enim dierum itinere opus erat, vt in montem Horeb quis peruenire posset, non quidem per viam, qua ductus est populus circuens Idumæam & desertum plane longissimam, sed per viam montis Seir, nempè per medium Idumææ, qua de Moab campestribus vsque ad Cadesbarne proceditur, & exinde in montem Horeb Quadragesimo anno ab exitu Hebræorum de Ægypto, mense vndecimo Hebræis Sabatha (Latinis Ianuario) prima die mensis, cùm iam iam sibi mors immineret, locutus est Moyses Israelitis, ad memoriámque eorum adduxit omnia quæ ex Domini imperio eis olim præscripserat * Admodum enim vtile, præceptorum reficare memoriam; quasi enim non dictum, quod obliuioni traditur.] * Hinc tàm frequens Concionum vsus commendabilis obijcitur.] * Aptè autem obitui proximus Moses cuncta quę olim expresserat, rursum exponit; in conspectu enim mortis & veritas differtius aspicitur, & efficacius prædicatur.] Porrò Moses populo rursum indixit Legis præscripta, postquam Sehon Rex Amorrhæorum, qui apud Hesebon Regni metropolim morabatur, & Og Rex Basan, qui in Astaroth, seu Carnaim, & in Edrai, vbi cum Hebræis decertarat, exitialiter fuere percussi. His igitur peractis, locutus est Moses, quæ hoc Volumine continentur Legis confirmans promulgationem propè Iordanis ripam priusquam ab Israelitis transmearetur, in terra campestri, quæ adest in finibus Moab. Cœpitque Moses Legem prius expressam amplius elucidare, ac nonnulla de nouo subiungere. * Aptè enim ad Legem primariam seruandam, noua præcepta indicuntur.] * Regulares hinc Præsules commendatim, qui ad Regularum exactiorem custodiam Ordinationes assolent subditis intimare.] * Verùm huiusmodi Legis repetitio apposité post Reges occisos, pacatámque gentem regionem, quia belli tumultus assolet subditos à Legis submouere custodia.]

Vtilis admodū refricatio præceptorū. Cōmēdabilis frequēs vsus cōcionum. In mortis cōspectu veritas & dissertius aspicitur, & efficacius prædicatur.

Ad legē primariam seruandā aptē noua præcepta indicuntur. Regularium Prēsules laudabiliter Ordinationes indicunt ad Regularum obseruationem. Belli tumultus efficit subditos legū violatores.

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. DOMINVS DEVS NOSTER, &c.] Cum sub verticis Horeb ditione moraremur, Deus nobis profatus: satis diù hic commorati estis, tempus est, vt hinc recedatis, & promissionis adeatis regionem. Vos conuertite, & ad iter accingite, seu intermissam resumite profectionem, vt ad montem Amorrhæorum siue Cadesbarne terræ promissæ terminos accedatis, qui quidem locus, vel Vrbs apud montes, in quibus habitant Amorrhæi, adiacet: potiemini reliquis, quæ ei Vrbi proxima sunt, campestribus, montanis, & humilioribus locis, id est, latere terræ promissæ; quod Meridiem respicit; & maris Mediterranei littora possidebitis ad Occidentalem plagam, nempè terram Chananæorum, & Libani (vbi inquam mons Libanus existit) quæ quidem plaga magni fluminis Euphratis littore terminatur. En, inquit Deus, vobis facultatem concessi, vt eam statim debellare possitis; ingredimini, & possidete eam, vt pote terram, quam sub iureiurando patribus vestris Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo ex spe dedi, & filiis eorum ex possessione tribui. Si Abrahamus, Iacobus, & Isaaccus spe sola Chananitidem possederunt, cur asserit Deus se illis eam dedisse? *Vt daret illam eis, & semini eorum post eos.* * Quia spes obtinendi præmij ita afficit animum, vt ei sit velut ipsa possessio.] Ego Dux vester tempore illo antè recessum ex Horeb vertice vobis sum affatus: Non valeo commode, & vt oporter solus regiminis pondera sustinere; quia Dominus Deus vester implens quod Abrahæ promiserat vos multiplicauit, & ad tam ingentem

2. Deus imperat, populū proficisci ad Chanaā. eaque potiri. Memorat Moses, se pe[...] impe[...] regendi conditiones.

Spes premij sic afficit animū, vt sit velut ipsa possessio.

ingentem adduxit multitudinem, vt stellarum numerum expleatis. Vtinam Deus patrum vestrorum magnum hunc numerum innumerabili adhuc prole faciat exorbitare, vosque cœlestibus benedictionibus dignetur opplere, vt stet promissioni. Preme particulam, *Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi.* * Numero, non natura Hebræi sydera æmulabantur. Nam si stellarum obsequentium Numini, in morem exercitus, proprietates explerent, innumeris subditis vnicus sufficeret Imperator. Nostra (heu) inobedientia vix plures Præsules vni subdito sufficiunt gubernando.] Non possum itaque solus tot subditorum negotia discutere, causas omnes ciuiles decernendo, nec ponderi prouidendi necessaria subsidia temporaria aptos humeros subministrare queam, nec rixas ac iurgia vestra valeo recidere. Exhibete ergo ex populo viros sapientia præditos, ac experientia gnaros, quorum mores circa Dei timorem, amorem iustitiæ, & auaritiæ odium sint manifesti vestris in Tribubus. * Quid enim proderit, hosce viros sapientia illustrari, si prauis actionibus obscurantur? Haud aptè ius dicet, qui iura non facit.] Viros huiusmodi vobis exponam Principes, vt sapientia ac sanctitate sua lites discutere, subditosque valeant moderari.

Innumeris obedientibus subditis vnus sufficit Rector, vni inobedienti vix multi Præsules sufficiunt.

Præsules sint sapientes, sed sapientia sine sanctitate quid prosit?

3. *Electi fuere Principes, approbante populo.*

14.15.16.17.18. TVNC RESPONDISTIS MIHI: BONA RES EST, QVAM VIS, &c.] Annuentes itaque prudenti soceri mei consilio, tunc mihi respondistis: Commendabile prorsus inuentum, quod experis mandare executioni. Igitur de Tribubus vestris absque vlla acceptione Tribuum (* Ne si aliquam acceptarem, exemplum Iudicibus, acceptandi personas exhiberem; Sequuntur enim electi Magistratus electorum exemplum)] Viros sapientes diuina, humanaque peritia præditos, & nobilitate conspicuos elegi. * Nobilitas enim in Præsule eum subditis reddit maiori reuerentia dignum, & ipsum, velut necessitate apposita, ad iustitiam sectandam adducit.] *Eos viros sapientes, & nobiles.* Principes secundum vnam vel alteram Principatus speciem constitui, videlicet *Tribunos* habentes sub se mille; *Centuriones*, qui centum subditis præessent; *Quinquagenarios*, qui quinquaginta imperitarent; & *Decanos*, qui decem curam gererent subditorum.* Nec enim omnes apti ad subditorum regendam multitudinem reperiuntur. Iuxta Rectorum peritiam, eis Collegia committantur.] * Ex Decano ad Quinquagenarium ascendat: ex Quinquagenario Centuriam assumat: ex Centurione Tribunus assurgat; ne incipiat ex Tribuno subditorum exitio, qui vix sufficit ad Decanum.] Ab his edocendi eratis singula, de quibus circa particularia agibilia vltra ea, quæ in lege sunt constituta, vos instrui oportebat. * Non enim sufficit Præsuli patri, inuigilare legum obseruationi, sed & subditorum circa externam politiam debet studere profectui. Id vtrique gerens, quod munus paternum sapere videatur.] Electis præcepi Magistratibus: *Audite* subditos. * Nec enim decet, Iudices contra inauditam partem procedere.] Et quod iustum visum fuerit, decernite. Persona quidem aspectanda non est, sed ius solummodo obiiciendum: siue ciuis, siue ex Iudæorum prosapia sit litigator, siue peregrè per vestram transeat regionem, aut ex gentilitate conuersus ad Iudaismum, apud vos tanquam aduena commoretur. Nulla sit personarum distantia, sed causarum dissidium ponderetur: ita paruum inopia pressum vt magnum affluentem diuitiis audietis: nec cuiusquam accipietis personam, Hebr. *Non timebitis à facie viri*, quia cum iudicatis, Dei vices geritis, cui nullum timorem incutit creatura. * Certè Iudex, qui personam acceptat, ab eius facie videtur fortitudine concuti. Te timidum, homuncionem expones, dum Dei fortissimi personam assumis?] At si difficile vobis aliquid visum fuerit ita vt quid decernere oporteat ignoretis, referte ad me tanquam ad supremum Iudicem. * Haud quidem imperitiæ Præsulis documentum, aliquid difficile esse cognoscere; imò prudentis, ac sapientis est viri, difficilium vim penetrare causarum.] * Ille prudentissimus, ac sapientissimus Rector obiicitur, qui quod difficile cognoscit, ad Præsulem augustiorem immittit, vt audiat ex illo aut sapientiori aut maiore ob munus à Deo luce donato, quid gerere oporteat.] Omnia itaque præcepi vobis, quæ gerere deberetis, ne iudicantes, à vero vos aberrare contingeret.

Sequuntur electi Iudices electorum circa acceptionem personarum exemplum.

Ad Magistratuum electionem nobilitas spectanda.

Non omnes Rectores apti ad Monasteria plurium Monachorum. A paruis Collegiis incipiant, inde si aptus inueniatur, ad maiora procedat.

Non solum Rector inuigilet legum obseruationi gerendæ à subditis, sed & eos edoceat actionum exteriorum? [illegible]

Non decet Iudi contra inauditum procedere.

Contra Iudices acceptores personarum.

Non imperitiæ, sed sapientis Rectoris est, difficultates in negotiis agnoscere. Sapiens Rector de negotiis difficilibus ad Præsulem augustiorem accurrit, vt edoceatur, quid agere debeat.

19.20.21.22.23.24.25.26.27.28. PROFECTI AVTEM DE HOREB, &c.] Post Iudicum ergo electionem, & instructionem per eremum ex serpentum multitudine terribilem admodum iter duximus, & plurimis mansionibus peractis vastam vix vicimus solitudinem, quam vidistis dum è monte Sinai per viam montis Amorrhæi seu terræ promissionis è præcepto Domini proficisceremini. Cumque ad Cadesbarne trigesimamtertiam venissemus mansionem, vobis edixi: Venistis ad locum, ex quo iam iam montem Amorrhæi estis ingressuri, quo promissionis suæ fidelissimus executor Deus noster vos est donaturus. Vide igitur ô Israel, & attento animo perpende regionem, tibi à Domino exhibendam ascende, & posside hæreditatem, qua quidem ex promissione Dei patres in filiis potientur. Quid cunctaris formidine, si Dei promissio adstruit securitatem? Accessistis ad me omnes, ne possem precaueri obsistere multitudini, profantes: Immittantur viri qui considerent terram Chananitidem, verum sit sterilis, an fertilitate conspicua? montuosa ne an plana: cincta muris, an peruia? queisnamque habitatoribus oppleatur, & renuncient nobis non satis ducatui Angeli fidentibus, quonam itinere procedere, & ad quasnam Ciuitates pergere debeamus. Haud sermo displicuit. * Nec enim quis sic cœlesti debet ducatui hærescere, vt nihil ex propria addat industria, ne deses omninò videatur.] Consulto itaque Domino, è duodecim Tribubus Israel totidem viros immisi, vt propriis testibus facilius crederetis. Qui cum perrexissent, & lustrantes Chananæam montana superassent: ad locum tandem, (qui postea ob botrum abscissum, Vallis botri fuit appellatus) deuenere; & considerata telluris abundantia, de eius fructibus decerpserunt, palmitem cum botro incredibilis ponderis,

4. *Profectio populi ex Horeb in Cadesbarne memoratur, exploratorum inculcatur historia.*

Sic cœlesti hære ducatui, vt & proprium industriam addas.

malo granata, ac ficus, vt fructus matris terræ probarent fertilitatē. *Nec enim tàm ex fama fallibili, quam ex infallibili operatione quis probatur illustris.] Nostris igitur oculis oculati testes, viuum obtulere testimonium, profantes: Optima plane tellus nobis à Domino exhibenda hoc probatur ex fructu. Attamen quia nonnulli exploratorum * adulatoris morem gerentes, qui in conspectu laudant, in absentia vituperant.]postmodum addiderunt terram illam ob æthereis intemperiem habitatorum esse voratricem, horribilibusque ciuibus oppleri: noluistis ascendere, sed promissioni Domini fidem abnegantes, apud tabernacula vestra obmurmurastis: Odit (fantes) nos Dominus, quamuis alias inclamet, se nihil odire eorum, quæ condidit. Idcircò in odij documentum nos ex Ægyptiaca eduxit regione, non vt nos terra lacte ac melle manante donaret, sed vt manibus Amorrhæorum traditos omnino deleret, (quasi non posset facilius homines sibi inuisos comminuere.) Quo ascendemus vndique nobis imminente casu.]Etenim exploratores nos terruerunt, animosque infirmarunt proclamitantes: Maxima est habitatorum Terræ Chananitidis multitudo nobis statura procerior. * Quasi vnita virtus mediocri augustius non vigeret in homine.] Vrbes magnæ & (hyperbolice loquuntur) ad cœlum vsque munitæ. Filios Enacin, Achiman vtique Sisai, & Tholmai gigantea vidimus statura ibi apud Hebron.

Nō ex fama fallibili, sed ex infallibili operatione quis probatur illustris

Adulator in conspectu laudat in absentia vituperat.

Vnita virtus in homine mediocris staturæ angustius viget

29. *vsque ad* 40. Et dixi vobis: Nolite, &c.] Vt autem vos animo consternatos ex fabulosa exploratorum enarratiune reddeterem valentiores, hæc verba profudi: Ablegate formidinem, nec Chananææ habitatores timeatis quasi valentes vobis malum inferre. Dominus Deus, *qui ductor est vestri*, ipse pro vobis dimicabit, quemadmodum cunctis aspectantibus apud Ægyptum gessit. Nempe accipiens Ductoris munus, onera non abiecit. * Ducis enim officium est, non solum præesse militibus, sed ipsos ab impugnantibus viriliter protegere.) An non ipse, ô Israel, vidisti, non solum à te Deo protegente, potentissimum Amalec debellatum, sed te à Deo in solitudine deportatum fuisse, vt assolet homo dilectissimum suum paruulum baiulare? An non te insigni prouidentia protexit in omni via, per quam profectus es, ex quo reliquisti Ægyptum, donec hanc obtineres regionem? Profecto nec sic quidem Domino Deo vestro fidistis, qui futurorum bonorum, satis ea præteritorum exhibitione firmauit. * Deus præsentis beneficij elargitione velut debitor futuri constituitur.]Præcessit vos in via, definiens situm, in quo tentoria figere deberetis, noctu vobis ostendit iter ignea rutilante columna, interdiu autem columna nubis index viæ simul solis vos potexit ab æstu. An non tam multiplicata munera præsentia firmitas erat futurorum? porro cum sermonum vestrorum clamorem Dominus audisset, quando ab exploratoribus illis decepti obmurmurastis; ita accensus Deus expresso iuramento, profatur:

5. *Recenset Moses Dei beneficia incredulis.*

Ducis officiū est, protegere milites.

Vas beneficio exhibito velut debito, redditur Deus aliud maius reddedi.

Nullus è generatione hac pessima, ingrata scilicet (* Ingratitudo generationis ipsius gloriam obscurat adeò, vt vilissima ex stirpe videatur ingratus processisse.)]ex iis qui annumerati fuere a viginti annis & supra, illa Terra optima potietur, qua sub iure iurando me patris vestros donaturum promisi. Solus Caleb Iephone filios Chananæam inibit, & quam calcauit explorator, incola possidebit, vt filijs hæreditario iure relinquat; quia Dei futuro populi Iosue solus adhæsit sub missus Nuuunts voluntati. Nec miranda ô Israel, Dei in populum indignatio ingratissimum, cum mihi quoque, qui tot crimina non perpetraram, iratus Dominus, diffidentiam, quam propter vestram explendam sitim ostendi, dixit. Nec tu Chananitidem ingredieris Iordane transmisso. Sed Iosue filius Nun minister tuus, pro te Terram promissam ingredietur. * Cum videris, iustus ob exigua piacula laboribus premi, tibi grauiora perpetranti crede horribilē imminere vindictam]* O quam acriter pūgentur domini temporarij, dùm viderint seruos, aut ministros æternæ, quam ipsi amiserunt, hæreditate potiri; Nec seruitus animo nunc concidat talia expectans, nec dominatio extollatur tali addicta timori.]Hùc (addit Dominus) exhortare persuadendo ei, vt populum regere non refugiat de prudentum consilio, eumque roborare cura auxilij cœlestis promissione: & ipse sorte Terram Israelitico populo diuidet. * O tempora, quando electores non exhortantur eligendos, nec eos roborant ad Prælaturam sustinendam, sed ipsi se robustissimos ducentes, exhortantur electores. }] * Certè tàm ingens Prælulatus pondus, vt debeat eligendus roborari præmij spe, vti valeat humeris sustinere.] Paruuli vestri, qui tempore obmurmurationis vigesimum nondum annum attigerant, de quibus dixistis de diuina diffidentes pietate, ac potentia captiuitati fore addicendos: & filij qui hodie non dum habent vsum rationis, vt bonum valeant à malo discernere, extinctis in deserto parentibus soli Chananæā ingredientur, Terræque obtinebunt, promissionem. Vos autem reuertimini à via, quæ in Terram promissam recto tramite tendit, & in Pharan abite solitudinem, eam diù circumdaturi per ripas maris Rubri. * Quonam mœrore affecti Hebræi cum mittuntur in heremum diu circumdaturi pelagus? Quid, quæso, cùm improbi tortoruti æternum detrudentur ad tartara.

Ingratitudo arguit Vilē generationē.

Dñ iustus ob leuia piacula flagellatur, peccatori horribilis imminet vindicta

Nūc nō concedat seruitus, nec dominatio extolletur, quia potest dominus damnari, seruus donari salute.

Eligēdi exhortātur electores, vt in Præsules eligātur, nō electores eligēdos

Ingēs Prelaturæ pondus.

Quātus mœror, dānatis cū æternum tortari detrudentur in tartarum.

41. 42. 43. 44. 45. 46. Et respondistis mihi: Peccavimus, &c.] Timore potius, seruili, quam filiali impulsi mihi respondistis: Coram Domino deliquimus, quare ad huiusce criminis satisfactionem Amorrhæorum montana scandemus, & sicut præceperat Dominus Deus noster, aduersus hostes dimicabimus, nihil de posteriori curantes imperio. At cum armis instructi ad concertationem pergeretis in verticem non Dei consilium, sed vehementissimam voluntatis vestræ sectantes passionem: mihi Dominus inquit: Hebræos admone: Gradum sistite nec pedes moueri, nec brachia certamini exhibeatis,

haud

haud enim procedo vobiscum, vt protegam; sed vt puniam inobedientes, dum permisero ab hostibus exitialiter vulnerari. * Non omnis aduersum hostes commeodabilis est concertatio. Contra obedientiam pugna non corona stiparur, sed vulnere afficitur.] * Edifcant, qui contra Regularis instituti præscriptionem, iubentis ad deserta pergere, eurenti ad bellum lucraturi proximos propelare. Dic ad eos: Non pugnetis, sed vacare contemplationi: non enim sum vobiscum; sine me in solitudine inueniendo, pergitis ad certamina: *Vos abite in solitudinem.*] Locutus sum, & aures non exhibuistis audiendi, sed aduersantes, (Hebr. *Exacerbastis os Domini.*) Dei repugnastis verbis, ac iussis, eumeiusque os, & vultum irritastis. Tumentes itaque superbia nimium fidentes viribus ascendistis in montem; ô quam aduerso Marte! Porro Amorrhæus de populis Chananæorum vnus, vt pote à communi Parte Cham ducens originem, qui in montibus vltra Iordanem prope desertum Pharan habitabat, egressus, & obuiam procedens, vos molto milite est persecutus vulnerando, quemadmodum apum examina magno numero ac furore in se inuolant lacessentes. Cecidit ille vos, & de Seir vsque ad illius Terræ extremitatem, quam postquam à nobis debellata est, appellauimus Horma, acriter verberauit. Cumque reuersi, ante Tabernaculum Domini ploraretis de Amorrhæis vlcisci precatores, vt liceret promissa tellure potiri, nō exaudiuit vos Deus, vt votis acquiesceret. * O quoties, ploramus fnaniter, lacrymas profundimus tēporarij vulneris ex dolore, non cordis pœnitētis affectu. Vndenam id, nisi quia monitis Dei nō acquiescētes illico corda nostra obdurauimus. Vnde Vates *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*, Psal. 44 Differentes vtique diuini moniti executionem.] Apud Cadesbarne igitur triginta & octo fere annorum interstitio sedem collocastis, haud vltra versus promissam Terram progredientes. * Nec ascendere ad perfectiora sine obedientia enitere, pœna enim ascendendi sine præscriptione obedientiæ est, *multo tempore* in imo sedere.

[Left margin notes, partly cut off: ...obe ...m pug ...coro ...iparur, ...lnere ...ur. ...ares ...ad c- ...m pe-, ...se pro ...proxi ...cōcer- ...a vebr- ...ba.]

Si differs manita Dei exequi, cosobdurabis.

Curatio ascēdere sine obedientiæ prætextu pœna est, diu in imo sedere.

CAPVT II.

Beneficiorum à Deo Hebræis exhibitorum Moses vim expendit, pugnæ contra Ammon & Moab prohibitionem memorat, Regis Sehon, ipsiusque ditionis refert expugnationem.

1. PRofectique inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus, & circuiuimus montem Seir longo tempore. 2. Dixitque Dominus ad me: 3. Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem: 4. & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau; qui habitant in Seir, & timebunt vos. 5. Videte ergo diligenter nec moueamini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. 6. Cibos emetis ab eis pecunia, & comederis: aquam emptam haurietis, & bibetis. 7. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. 8. Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elath, & de Asiongaber venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. 9 Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filijs Lot tradidi Ar in possessionem. 10. Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus, & validus, & tam excelsus, vt de Enacim stirpe, 11. quasi gigantes, crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. 12. In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi, quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus. 13. Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eum. 14. Tempus autem, quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat Dominus. 15. cuius manus fuit aduersum eos,

vt

vt interirent de castrorum medio. 16. Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores, 17. locutus est Dominus ad me, dicens: 18. Tu transibis hodie terminos Moab, vrbē nomine Ar. 19. & accedēs in vicina filiorū Ammō, caue ne pugnes cōtra eos, nec moueatis ad pręliū: nō enim dabo tibi de terra filiorū Ammō, quia filiis Lot dedi eā in possessionē. 20. Terra gigantū reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, 21. populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis, 22. sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident vsque in præsens. 23. Heuæos quoque, qui habitabant in Haserim vsque Gazan, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. 24. Surgite, & transite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum prælium. 25. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. 26. Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens 27. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. 28. Alimenta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue & sic bibemus. Tantum est vt nobis concedas transitum, 29. sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanem, & transeamus ad Terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. 30. Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritū eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. 31. Dixitque Dominus ad me. Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eam. 32. Egressusque est Sehon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa. 33. Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusque eum cum filiis suis & omni populo suo. 34. Cunctasque vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis, non reliquimus in eis quidquam. 35. Absque iumentis, quæ in partem venere prædantium: & spoliis vrbium, quas cepimus. 36. ab Aroër, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas, quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. 37. Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis vniuersisque locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4.

1. *Prohibetur populus, cōtra Moabitas, & Ammonitas dimicare.*

PROFECTIQVE INDE, VENIMVS, &c.] De Cadesbarne igitur anno ipso secundo, quo missi sunt exploratores profecti, in solitudinem Pharan venimus versus eam plagā, Rubrū quæ ducit ad pelagus, sicut (Num. 14. 25.) mihi Dominus imperarat, haud volens nos progredi vlterius donec apud eremum murmuratorum coniacerent cadauera. * Et quando obmurmuratio spiritualis viæ cursus non retardauit?] Postmodum sumus regressi in Cadesbarne: negante autem nobis transitum per suam Edon Rege ditionem, rectam viam, quæ in Terram Chanaan tendebat dimittere coacti, montē Seir, qui sub Rege Idumæorum aderat, circuiuimus, in qua quidē rotatione & in mare Rubrum regressu triginta, circiter et suprà octo annos absumpsimus. Postquam autem populum itineris ac laboris tædere cœpit, ob idque fuit serpentum morsibus correptus, mihi Deus affatur: sufficit vobis montana Seir tot annis circuisse, iam potestis versus Terram Chananitidem, quæ respectu Ægypti contra Aquilonem adest: & quia vestri misertus placaui Idumæos, vt vobis transitum concedant, quem prius negauerant, populo præcipe, profatus: Per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau (Idumæorum pater fuit Esau, qui etiam dictus est Seir, id est, pilosus Idumea autem dicitur mons, quia regio est alta, & montuosa.) filij Iacob transibitis Idumeę habitatorum; qui quidem ob victoriam de Rege Arad partam, ac reliqua mirabilia à Deo pro vobis exposita vos timebunt. Videte igitur diligenter, nè aduersus eos pugnam inire moueamini, inutiliter planè; neque enim de terra eorum vobis impendam possideodum quantum valet (prouerbialis locutio) vnius pedis calcare vestigium; quia in possessionem Esau, ac posterorum eius

Vitiū murmurationis spiritualis viæ cursus retardat.

ob

ob parentum Abraham, Isaac, ac Iacob merita, Seir dedi montana. * O quanta filiis licet improbis ex iustitia parentum Dei protectio præparatur!] Si de cibis illorum comedere volueritis ad varietatis satietatem (quod non prohibeo licet non indigebitis, cum nullatenus mannæ annona vobis sit defectura) ab eis pecunia comparabitis, aquam emptam haurietis, & bibetis. Nefas enim fidentibus vobis dum transitum concedunt, iniuriam irrogare. * Nequissimum reputaro illum, qui hospitis indulgentia abutitur ad furtum gerendum, ad filiam aut sororem deturpandam.] Porrò Hebr. pro *Aquam emptam haurietis* est, *Aquas fodietis eas in argento.* * Quid fodiendi labori cum emptione? Multum planè, quia pretio acquirere, quæ spontè assolent è cœlo diffluere, labor est magnus.] * Hinc colligo, quanta molestia populus afficiatur, dum pro vilibus mercimoniis immodica cogitur soluere vectigalia.] Dominus Deus tuus ô Israël, benedixit tibi ferens auxilium, & in omni opere manuum tuarum accrescere faciens: iter tuum nouit, seu direxit, prosperum fecit, & in eo te variis donauit beneficiis. * Dicitur Deus in sacris, eos nosse, quibus peculiariter benefacit. Eum te parentem, propinquum, aut amicum cognoscere compereris, quibus confers officia.] * Quomodo iactaris te nosse Deum, cui nullum expendis obsequium? Vndenam probas, te nosse parentes, queis egentibus nullum affers subsidium?] Si Deus itaque iter tuum nouit, eum minimè latere potuit, quonammodo hanc magnam transieritis solitudinem. Annon quadraginta annorum interstitio tecum Dominus habitauit? An non consequenter omnibus, quæ ad commodam tui sustentationem pertinere videbantur, abundasti? * Et quomodo poterat Deus adesse, & necessaria ad victum non prouidere. Hinc inopia pressi afficiuntur solatio. Curent à Deo non recedere, temporaria vbertim subsidia profluent.]

Protegit Deus filios licet improbos, plerumque ob merita parentũ.

Nequissimus, qui hospitij indulgentia abutitur ad furtũ, aut impudicitiam.

Magno labore subditus afficitur, cum cogitur pretio accipere magno viles merces.

Tributorum molestia.

Eos te noscere ostẽdis, quibus bene facis.

Deum ergo non noscis cui nõ seruis. Parentes non noscis, quorũ inopiæ non succurris.

Qui à Deo non recedit abundat necessariis.

2\.
Transiuit populus Seir, & venit ad Zared, Moabitis, ac Ammonitis incolumitate fruentibus.

8\. 9. 10. 11. 12. 13. CVMQVE TRANSISSEMVS FRATRES NOSTROS FILIOS ESAV, QVI HABITANT, &c.] Cum ergò per viam campestrem de Elath & de Asiongaber, peractis nonnullis mansionibus, pergeremus ad iter, quod per Phonon & Oboth, ac Ieabarim ducit in desertum Moab, postquam fratrum nostrorum filiorum Esau, qui habitabant in Seir, transissemus ditionem: Dominus mihi profatur: Contra Moabitas Loth filios (Moab & Ammon duo Loth filij ex duabus filiabus extitere, è quibus Moabitæ, & Ammonitæ) noli prœlium inire, etiam si inurbani renuerint populo annonam ministrare; non enim dabo tibi quidquam de eorum regione, quia Moabitis Loth filiis tradidi Ar, Moab terræ Metropolim in possessionem. * Si ergò Ar metropolim tradidit Deus Moabitis, aptè poterant Hebræi aliis Oppidis à Domino donari. Absit, quia Vrbs Metropolis, seu Curia concideret, Oppidis minoribus debellatis. O quam ineptè Curiæ incolumitati prouidetur, dum Oppidorum, Villarumque non procuratur integritas!] Porrò Deus tradidit filijs Lot Moabitis terram hanc prioribus pulsis habitatoribus. Enim cum primi regionis illius incolæ extitere, populus vtique magnus, & validus, tamque præcelsus corporis statura, vt de Enacim stirpe quasi gigantes geniti crederentur, veris quidem Enacim natis omnino similes. Emim autem ab Hebræis fuere appellati, quasi *terribiles* propter immanem proceritatem In Hebræo אימה *Ema*, *terror*. Alij deducunt ab אמה *amma*, id est, cubitus, quasi *viri cubitorum* multorum. Porrò in Seir, quam possident modò Idumæi, prius Horrhæi habitauerunt; quibus expulsis, deletisque, habitauerunt filij Esau, qui virtute sibi diuinitus collata prorsus ciues pristinos expulerunt: quemadmodum Israël in terra possessionis suæ à Domino accepta deleuit Amorrhæos, Sehónque, ac Og Terræ Principes interfecit * Hoste enim superstite, nulla pacifica possessio adstruitur. Quomodo pace potiatur animus, piaculis Regibus non deuictis?] Surgentes ergò de Ieabarim, (seu de aliqua quauis mansione) vt torrentem Zared transiremus, ad eum quidem accessi, nec tamen ibi fuimus commorati.

Vt Curiæ, seu Vrbis Metropolitanæ integritas astruatur, necessum est, Villarum integritati studere.

Nõ potest animus pace frui, piaculis Regibus non deuictis.

14\. 15. 16. 17. 18. 19. 20 21. 22. 23. 24. 25. TEMPVS AVTEM QVO AMBVLAVIMVS DE CADESBARNE VSQVE AD TRANSITVM TORRENTIS ZARED, TRIGINTA, &c.] Porrò tempus, quo de Cadesbarne, anno secundo ab exitu de Ægypto, processimus ad transitum torrentis Zared triginta supra octo annos expleuit; donec omnis generatio hominum bellatorum de Hebræorum castris absumeretur, sicut Dominus (Num. 14.) iurauerat, cuius vindex manus super eos ad supplicia desæuiit, plurimis immatura morte præreptis. Postquam autem vniuersi cecidere qui à viginti annis & supra obmurmurarunt, cum apud torrentem Zared commoraremur reliqui, Dominus mihi profatur: Tu ô Mose ductor, populo procedente, Moab hodie terminos transilire contende, pergens scilicet ad Vrbem Ar in confinibus Moabitarum sitam, à qua nomen sortitur torrens Arnon, qui à duorum Regum Amorrhæorum ditionibus diuidit Moabitas. Accedens autem ad vicinia filiorum Ammon, qui hærescunt Moabitarum lateri, caue, ne aduersum eos certamen instituas, nec affectui pugnandi morem geras, etiam si illos experiaris ingratos renuentes vtique tibi occurrere cum cibariis: quandoquidem nihil commodi sit tibi obuenturum ex pugna; nec enim tibi terræ illius particulam pedi æquandam impendam; quia filiis Loth fratribus Moabitarum eam dedidi possidendam delens prius gigantes pristinos regionis huius habitatores. Terra gigantum merito reputata est, quia in ipsa olim habitauére gigantes, quos Ammonitæ vocitant *Zomzommim*, id est, abominabiles, flagitiosos. Populus quidem erat magnus, & multus, ac proceræ longitudinis sicut veri gigantes quales filij Enacim, quos quidem Zomzommim Deus à facie Moabitarum deleuit, & Moabitas fecit regionis Zomzommim habitatores; quemadmodum se gesserat cum Esau filiis, qui in Seir habitant Moabitis, delens Horrhæos, & eorum terram

3\.
Post obmurmuratorum & diuturnam in deserto moram, populus tandẽ trãsire in Vrbem Ar iussus fuit.

præsentibus saltē bonis oppleri assolent filij impij ob paréntum pietaté.

illis impertiens, qua vel hodie potiuntur.* Huiusmodi immunitate ob Loth meritū eius donantur posteri, alias impij, qui nunquam Ecclesiam fuerunt ingressi; vt innuatur præsentibus saltem commodis sæpe oppleri filios impios ob parentum pietatem. [Nec mirum, intuitu meritorum Abrahæ, ac Lothi isthæc Dominum posteris cōtulisse, cum etiam exteras in terras non suas ob occulta iudicia introduxerit. Nam Hebræos quoque, quorum ditio ex Haserim vsque Gazam protendebatur, haud planè minimam Palestinæ portionem Cappadoces (Hebr. Caphthorim, non illi, qui per Asiam minorem ad Pontum Euxinum extenduntur, sed alij, qui Palestinam incoluere) expulerunt è patria. Hi quidem de Cappadocia egressi Hebræos deleuere, in eorum habitaculum recepti. Quorum Regnorum mutationem expono, vt certiores efficiam, Dominum propter Hebræos fideles Palestinam ab hostibus vacuaturum, si ob infidelium commoda non semel vacuauit.* Si enim impijs tot munera, quid fidelibus?]

Si impijs tot Deus impertit munera, quid fidelibus?

Surgite ergo, & torrentem Arnon transmeate. En tradidi in manu tua, Israel, Schon Regem Hesebon Amorrhæum, nam decreui eum tuæ subigere potestati: terram eius incipe possidere, & quia iam completæ sunt iniquitates eius, ob quas est expilandus ditione, aduersus eum prælium committe.* Certè Reges ob scelera Regno assolent expoliari.] Hodie incipiam terrorem ac formidinem tuam in populos totius orbis immittere, ad quos scilicet fama rerum à me pro te gestarum peruentabit; vt audito nomine tuo pauore concutiantur: & in morem parturientium, quæ simul pauore ac mœstitudine affici assolent, contremiscant, & dolore teneantur. Preme particulas, *Incipe possidere*, & *Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos.* * Tunc incipit Rex, possidere Regna hostium, cum incipit eius terror premere populos. Tot quidem, seu opinio fortitudinis ipsa est fortitudine maior.]* Incipiat lacescere terror, victoria deficere incipiet. Tunc certè prosperrimè bella geruntur, cum audito nomine Regis, aut Regni hostes totis artubus contremiscunt.

Reges ob scelera assolent spoliari Regno.

Tunc Rex incipit possidere hostiū Regna, cum incipit timeri.

Si laescat terror, deficiet victoria.

4\. *Victoria de Sehon memoratur.*

26.27.28.29.30.31. Misit ergo, &c.] Igitur de solitudine Cademoth, quæ ad Orientale latus regionis Moabiticæ adiacet, & quam perfluit torrens Arnon, ad Sehon Regem Hesebon nuncios immisi, verbis pacificis profatus: In terram Chanaan nobis à Deo promissam liceat nobis per tuam transire ditionem. Publica via gradiemur, nec lubebit, per agros aut vineas, periculosa noua getētes itinera, declinare dextera aut læua procedētes. Alimēta, si quę vltra mãna experierimus, pretio nobis exhibe exposito, vt nostris vescamur: aquam & quidquid potioni subseruiet, pecunia tribue, sicque sitim non iniustè extinguemus. Tantum petimus, vt transitu nos donari digneris, sicut fecerunt filij Esau Seir habitatores per extrema ditionis suæ permittentes exercitum nostrum properare: & Moabitæ qui morantur in Ar, a quibus aliquem transitum in limitibus Ar accepimus (paulo post tibi timentes, mutato consilio, negauerunt) donec ad Iordanis ripas accedamus, & per Orientalem plagam ad Terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis, transeamus. Renuit Schon Rex Hesebon nobis transitus veniam impertire, quia Dominus Deus tuus eius spiritum indurauerat, subtrahens speciale gratiæ auxilium quo infallibiliter emolliret: & obstinauerat cor illius sinens eum secundum duritiem suam operari (nec tamen denegans gratiam, qua si voluisset, rectum potuisset eligere.) Ideo autem Regem ita Dominus obdurauit, vt merito tuas puniendus traderetur in manus, sicut nunc aspectas * Cur dixit, *sicut nunc vides*, & non *sicut nunc vidisti*? Quia beneficij memoria nunquam vt præterita recolenda est, sed semper debet præsens, præcordiis hærescere.] Certè mox vt Rex Sehon nobis transitum abnegauit, Deus mihi profatur: Ecce cœpi tibi tradere Sehon, & terram eius: incipe, possidere eam.* Quorsum possidere incipit populus Terram Schon, si nondum certamen instituerat ad Regem debellandum? Certè quia de Regis duritiem Israel iustè se prælio committebat. Dimidium autem perficit victoriæ, qui iustè procedit ad certamen.

Beneficij accepti memoria sēper debet esse præsens.

Dimidium victoriæ perficit, qui iustè procedit ad certamen.

32.33 34.35.36.37.38. Egressusque est Sehon, &c.] Obuiam itaque nobis Sehon cunctis suis bellatoribus cinctus in Iasa, quæ ad suam pertinebat ditionem, egreditur prælium commissurus. Attamen inualidus Israeli à Deo munito nobis est ab eo traditus, eumque cu filiis, omnique populo exitialiter vulnerauimus. Vrbes tunc cepimus, carum interemptis habitatoribus viris, fœminis, paruulis.* Haud hi erant in crimine, sed parentum in eis piacula puniebantur. Idcircò quidquam in Oppidis non reliquimus, incolume. Asseruata solùm iumenta ac pecora, quæ in partem obuenere prædationum: & spolia auri, argentique, ac vniuersalium supellectilium, quæ vsui esse putarent victoribus, ex Vrbibus, quas cepimus ab Aroër, quæ adest in plaga Meridionali terræ Amorrhæorum super ripam torrentis Arnon Moabitas ab Amorrhæis diuidentis, (Oppido inquam quod in valle situm est) vsque ad Galaad, vbi ditio Og Regis Basan incipit caput attollere. Haud fuit Ciuitas, aut vicus, qui nostras victrices quiret manus effugere omnes Dominus Deus noster nobis tradidit, absque Terra filiorum Ammō, ad quam minimè accessimus, sed ad dexteram nostram versus Orientalem ac Meridionalem Amorrhæorum plagam dimisimus, cunctisque Oppidis, quæ adiacent torrenti Ieboc, & Vrbibus montanis pepercimus. Nec enim ausi sumus falcem frustra mittere in messem, à qua nos Dominus prohibuerat.* Nihil enim vtilitatis capitur ex his, quæ sine Dei vento ab hominibus acquiruntur.

5\. *Huius victoriæ præda describitur.*

Assolent in filiis innocentibus puniri parentū piacula.

Nihil vtilitatis capitur ex his, quæ sine Dei venia acquiritur.

CAPVT

CAPVT III.

Pugna contra Og Regem Basan eiusque lectus describitur. Sors duarum Tribuum & semis assignantur citra Iordanem. Moysesque Dominum, vt tandem liceat ei Terram promissam inire precatur.

1. Itaque conuersi ascendimus per iter Basan: egressusque est Og Rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. 2. Dixitque Dominus ad me: ne timeas eum, quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciésque ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon. 3. Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimúsque eos vsque ad internecionem, 4. vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore: non fuit oppidum, quod nos effugeret: sexaginta vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan. 5. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisque & vectibus, absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. 6. Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem ciuitatem, virosque ac mulieres & paruulos: 7. iumenta autem & spolia vrbium, diripuimus. 8. Tulimúsque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, 9. quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: 10 omnes ciuitates, quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam Terram Galaad & Basan vsque ad Selcha & Edrai ciuitates regni Og in Basan. 11. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. 12. Terramque possedimus tempore illo ab Aroër, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. 13. Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob: cunctaque Basan vocatur Terra gigantum: 14. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan, Hauoth Iair, id est Villas Iair, vsque in præsentem diem. 15. Machir quoque dedi Galaad. 16. Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra Galaad vsque ad Torrentem Arnon medium torrentis, & confinium vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon: 17. & planitiem solitudinis, atque Iordanem, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimum, ad radices montis Phasga contra Orientem. 18. Præcepique vobis in tempore illo dicens: Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres vestros filios Israël omnes viri robusti: 19. absque vxoribus, & paruulis, atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, 20 donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam Terram, quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam quam dedi vobis. 21. Iosue quoque in tempore illo præcepi dicens: oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es 22. Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. 23. Precatúsque sum Dominum in tempore illo, dicens: 24. Domine Deus, tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manúmque fortissimam, neque enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. 25. Transibo igitur, & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. 26. Iratúsque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi: nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. 27. Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad aquilonem austrumque & orientem, & aspice. nec enim trãsibis Iordanem istũ 28. Præcipe Iosue, & cõrrobora eum atque conforta: quia ipse præcedet populum istũ, & diuidet eis Terrã quã visurus es. 29. Mansimusque in valle cõtra fanũ Phogor.

COMMENTARII.

1. *Victoria populi de Og Rege Basā memoratur.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ITAQVE CONVERSI ASCENDIMVS, &c.] Conuersi itaque à pugna inita contra Regē Sehon ascendimus arripientes viam, quæ ducit ad Regnum Basan, Og nobiscum decertaturus nobis obuiam excessit multo milite cinctus in Edrai vna ex præcipuis ditionis suæ Vrbibus. Vt autem Dominus nos ab omni formidine liberaret. Ne (loquit mihi) timeas eum, quia meæ prouidentiæ decreto cum omni populo, ac terra sua tuæ iam subiacet potestati. Sehon Rex Amorrhæorum à te fuit exitialiter vulneratus Hesebon habitator, cedente Hebræis Regno: Og Regi Basan idem imminet futura. Spe ergò victoriæ mos robora militesad certamen.

Viriliter pugnat qui velut certā exambit victoriam.

* Nec enim viriliter repugnat, qui non velut certam exambit victoriam. Nec fefellit Oraculum, tradidit enim Deus nobis post Sehon etiam Og Regem Basan, eiusque populum eósque, parcentes nemini, vsque ad internecionem percussimus, cunctasque Ciuitates vno tempore vastauimus; etenim non cessauimus ab incœpto certamine donec vniuersas Basan Vrbes, ac Oppida subigeremus.

Vno tempore curā omnes hostes vincere.

* Victor enim stultè intermissionem gerit in triūpho. Nec temporis particula reficiendo hosti est impertienda.]

Spiritualihosti haud dādū tēpus reficiēdo.

* Id quod spirituali in certamine experimur, dum ex victorum intermissione assolet hostis roborari.] Non fuit Oppidum, quod Hebræorum effugeret potestatem, sexaginta enim Vrbes muratas cepimus, omnémque Argob regionem quæ pars est Regni Basan, subiugauimus. Cunctæ Vrbes muris altissimis cingebantur, nec tamen se se potuerunt à nostra impugnatione protegere: quonam modo innumerabilia sine muris Oppida quirent se à vulnere liberare? Omnes Regni ciues deleuimus, sicut Sehon Regi Hesebon gesseramus: disperdentes vtique omnem Ciuitatem, non muros seu ædificia euertendo sed domos depopulando: viros enim, mulieres, paruulósque interfecimus.

Strage ciuiū corruit Ciuitas non domorū ruina.

* Non disperditur Ciuitas Domorum ruina, sed ciuium strage. Porrò iumenta, pecora, aurum argētum reliquaque supellectilia Vrbium spolia direptioni militum seruiére.

2. *Describuntur regiones Rubenitis, Gaditis, ac dimidia Tribus Manasse tradita.*

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. TVLIMVSQVE ILLO IN TEMPORE TERRAM DE MANV DVORVM REGVM AMORRHÆORVM, &c.] Illo in tempore tulimus de manu duorum Regum Amorrhæorum terram, quæ postmodum *Trans Iordanem* vocitabitur, cui quidem nunc latescimus, cuius termini Orientalis ac Meridionalis torrens Arnon: Occidentalis autem, ac Septemtrionalis mons Hermon, quem Sidonij Sarion vocitant, & Amorrhæi Sanir. Ex habitatorum enim varietate varia regioni nomina profluxére.

Ex Principū diuersitate mutantur non solum nomina, sed essentia Regnorum.

* Nec mirum nomina terræ ex possidentium diuersitate variari, si ditionum assulent non solùm mutari nomina sed essentia. Qualis Princeps, talem iudica Regnum, qualis Rector, talem æstima quodcumque Collegium & nomine & re exponi.] Cepimus igitur omnes Vrbes, quæ apud planitiem, montis Hermon radicem sitæ aderant: & omnem Terram Galaad, & Basan vsque ad Selcha, ac Edrai Regni Og Ciuitates, solus enim Og Rex Basan restiterat populo Israelitico ex omnibus Regibus, qui e gigantum stirpe prodierant in confinijs Ammon. Porrò in Regis Og proceritatis documentum lectus eius exponitur, ferreus quidem, ligneus enim non facilè quiret tantam corporis sustinere molem. Lectus itaque ferreus aderat in Rabbath filiorum Ammon (quò ipse viuens tendere consueuerat ob fœdus cum Ammonitis coactum) nouem cubitis constans longitudine, nempe tredecim pedibus supra dimidium, & quatuor latitudine, non quidem geometricis, sed vulgaribus, scilicet ad mensuram cubiti virilis manus, qui in homine perfectæ magnitudinis complectitur interuallum ab articulo medio brachij, seu à flexu eius ad extremum vsque medium digitum vno pede ac dimidio constans.

Haud fidendum corporis robori.

* Nimium ne fidas proceritati corporis, virium robori: præcelsæ excidunt turres ipsius iniuria diuturnitatis: quid non concidat carnis fragilitate pressæ robur?] Terram tempore illo possedimus ab Aroer (quæ prima post torrentem Arnon Ciuitas occurrit, & super ipsius torrentis Arnon ripam est sita) vsque ad mediam partem montis Galaad; & Ciuitates illius ob insignem pascuorum fertilitatem dedi Tribui Ruben & Gad, petentibus illa possessione donari. Reliquam verò ditionem Galaad, & prouinciam Basan, quæ pars quædam est Regni Og, mediæ Tribui Manasse tradidi: vnaque cum regione Basan, quæ Terra gigantum appellatur ob ciuium proceritatem, Manasse dimidiæ Tribui omnem Argob expendi regionem. Iair de stirpe Manasse progenitus omnem regionem Argob vsque ad Gessuri, & Machati terminos possed, suóque ex nomine Basan appellauit Hanoth Iair, id est, viculos illos, quos in Basan tenuerat Iair, *Villas Iair* vocitauit *vsque in præsentem diem*, sine nomine æternùm duraturo. (Hac quidem locutione rem nunc citò peritturam significare sacra consueuére) Machir quoque, seu posteris illius, qui etiam ad Manasse Tribum pertinebant, dedi Galaad, non quidem totam, sed partem illam, quæ Manasse contigit Tribui dimidiæ. At Tribubus Ruben, & Gad totum illud Amorrhæorum spatium, quod de Terra Galaad vsque ad torrentem Arnon, medium torrentis & confinium, (vsque ad eum scilicet locum, qui torrentem Arnon à suis finibus diuidit, nempe à Moabitis) protenditur, concessi: & vsque ad torrentem Iaboc, qui est terminus filiorum Ammō diuidens Amorrhæos ab Ammonitis, non secus ac torrens Arnon à Moabitis separat eosdem. Præterea Rubenitis, & Gaditas donaui planitie solitudinis, Iordane, & terminis circumstantibus Vrbem Cenereth (quæ postea vocata Tyberiadis) vsque ad mare deserti salsissimum, ad radices montis Phasga contrà Orientem; existit enim pelagus Mortuum illud à plaga huiusce verticis Orientali.

3. *Referuntur Mosis verba, quibus curauit Rubenitas, Gaditas, ac Iosue ab omni formidine liberare, circa bella gerenda.*

18. 19. 20. 21. PRÆCEPIQVE VOBIS, &c.] Vobis itaque Rubenitis, Gaditis, ac dimidiæ

Manasse

Manasse Tribui illo temporis instantia præcepi profatus: Dominus Deus vester vobis Sehon Regis Amorrhæorum, & Og Regis Basan ditione donat promissa vobis Abrahami Isaaci, ac Iacobi, filij hæreditate. * *Dominus (ait) Deus vester dat vobis Terram hanc*, non ipse Præses populi impertio. Reipublicæ enim bona à Deo ciuibus præparantur, non à Præside impertiuntur. Designat Præses eum, cui Deus dare decernit, non ipse largitur. Cur ergò sibi gratias studet impendi, ac vnico muneris largitori? Deo soli gerendæ, à quo omne datum optimum, omnia dona descendunt.] Igitur positis vxorum, liberorum, ac pecorum oneribus, fratres vestros Israel filios expediti præcedite omnes viri robusti; si enim tot curarum sarcinam non deponatis, impedimento erunt expeditioni. * Aliquis non ineptè dixit *maritum ineptum ad certamina*, quia vxoris, filiorum, ac rei familiaris sollicitudo eius vires eneruat. Exuat itaque maritum qui dimicaturus pergit ad hostes.] * Proh! spirituali certamini quam ineptus, qui temporaneæ supellectilis curæ pungitur distractione!] Noui enim quod pluribus pecoribus abundetis, quæ oportet apud Vrbes, quas vobis tradidi, remanere, donec fratres vestri sua Terræ acquirendæ forte potiantur, quemadmodum vobis vestra iam licet frui possessione. * Cur non addidit Moses, *Noui enim, quod plura habeatis pecora*, vxores & filios? solummodo pecorum meminit: cur non vxorum ac filiorum recordatur? Num morem gerit illis nostræ tempestatis militibus, qui pergentes ad bellum sic vxorum, ac filiorum obliuiscuntur, ac si soluti properarent? Recordantur pecorum, aut bonorum, quæ possent illis esse subsidio, si relinquere: vxores verò, ac filios omninò pressos fame linquunt, nec eorum ad opem ferendam licet victoriæ spoliis abundent recordantur.] Pugnandum itaque vobis est expeditis donec reliquarum Tribuum fratres Terram acquirant trans Iordanem: (respectu situs, ac loci, vbi tunc manebant Hebræi) tunc vnusquisque vestrum in possessionem suam, quam vobis duorum Regum Amorrhæorum in ditione addixi, reuertetur. Porro Iosue quoque Duci exercitus illo ipso tempore monui: Iam aspexisti victoriam, quam populus Hebræus de vno & altero Amorrhæorum Rege cælesti munimine reportauit? sic ergo Dominus cunctos gentiles Chananææ habitatores commouat vt possitis promissa vobis potiri regione. Haud igitur ob apparentem hostium fortitudinem pauore corripiamini; Dominus enim Deus vester robur vobis adijciens pro vobis cœlitus dimicabit. * Si Moses fortissimos milites excitabat ad bellum, quare eis dixit, *Dominus pugnabit pro vobis*, & non potius, Vos viriliter dimicabitis? Planè quia validissimum robur certamini superando non sufficit, nisi speciale Dei addatur auxilium. Quotidie vides præstantissimum exercitum ab infirmo deleri, quia bellorum victoria multis plena fortunæ flagellis, vnde non vincit fortitudo superior, sed quæ à Numine magis roboratur.]

Reipublicæ munera à Deo dantur ciuibus, nō à Præside, vnde iniquè expetit sibi gratias exhiberi velut vnico largitori.

Maritus non aptus ad bellū gerendū.

Spiritualis certamina hominē requirūt à curis rerū alienū expeditum.

Agnatū militibus omninò derelinquere vxores ac filios inopia pressos nec eorū in spoliorū abūdātia recordari.

[illegible] vincit in[illegible] fortitudo superior, sed quæ à Numine robo[illegible]

23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. PRECATVSQVE SVM DOMINVM IN TEMPORE ILLO DICENS: DOMINE DEVS, TV COEPISTI OSTENDERE SERVO TVO, &c.] Mox vt Amorrhæorum Reges expulimus tanta strage excarata, sperans me filios Israel in residuum Terræ promissionis introducturum, sic proci di precator: Domine Deus tu cœpisti potentissima mirabilium excitatione seruo tuo tuam magnitudinem ostentare, tuam fortissimam manum exponere. Nec enim valia adest aut, in cœlo, aut in terra potestas, quæ a tua fortitudine non vindicet sibi robur, vndè nulla est potentia, cui tua valeat comparari. * Quia ergò *cœpisti* tuum seruum tot honorare portentis, & cœpisse facere, tibi sit prosequendi excitamentum quæso transeam Iordanem & videam Terram, pro qua quadraginta annis laboraui, & montem illum egregium Moria, in quo Abraham Isaac obtulit. * O Mose, non sufficit, quadraginta annis laborasse, nec ad itineris pene terminum peruenisse, vt liceat promissionis Terra potiri, si delinquens in vno factus es omnium reus. Infeliciter quidem post multos iustitiæ annos excides à salute sed possibilis est adhuc damnatio desidi. De præterita sanctitate prouenit certè spes consequendi, sed non infallibilitas; vndè spes condienda timore. Transibo igitur (si per te liceat, & videbo Chananitidem trans Iordanem, montem celeberrimum Moria & Libanum Terram promissam terminantem. Porro iratus est Dominus pœnam infligens mihi propter vos; nam peccatum, quod ad contradictionis aquas occasione vestri perpetraram, statuens Dominus punire, haud exaudiuit me; sed abnegans Iordanis transitum mihi profatur: Sufficit tibi, quod Terræ promissionis iam partē attigeris: nequaquam liceat tibi de transitu ad vlteriorem Iordanis ripam rursum profundere sermonem. Decreui enim alium prouidere populi introducendi Ducem. * Profectò cum audiui particulam: *Iratusque est Dominus*, timui, nè Moses si non vulnere, saltem pungenti verbo lanciaretur. Quid tam mansuetæ responsioni cum iracundia? Certe cum Princeps irascitur, effectu debet iram ostendere non sermone. Licet infligenda correptio re sit, verba tamen è mansuetudinis pharetrā producantur.] Phasge, seu Abarim montis cacumen ascende, & ad Occidentem, ad Aquilonem, ad Austrum, ad Orientem lumina circumfer: per me licet tibi à longe videre, nec enim transmeato Iordane, propè licebit aspicere. Præcipe ergo Iosue vt regimen populi suscipiat; vt autem pondus honeris impares non aufugiant, eum corrobora, ac conforta fælices promittens meo ex nomine euentus. * Cordati viri oneris Præsulatus perpendentes molestiam indigent confortari. Porro qui se indicat adeo validum, vt non egeat confortatione, ineptus omnino ponderi regiminis ostentatur. Quia ideo Iosue aptus obijcitur, quod corroborationis, ac confortatione indigens perhibetur.] Ipse quidem præcedet populum Hebræorū addictus Principatui

Precatus Moses Deū vt sibi liceret videre Terram promissam Iordanem, non exauditur.

Cœpisse Deū hominē facere, est velut ad beneficia alia cōferēda excitamentū.

Ex præterita vita iustè trāsacta prouenit salutis spes sed non infallibilitas; vnde spes cōdienda timore.

Cū Princeps irascitur & supplicium affert subditos, haud iniurios verba proferat Opera nō verba iracūdiā ostēdant.

ciparui & illam Terram, quam ex montis vertice visurus es, Tribubus diuidet. Mansimus itaque apud vallem in planionibus Moabitarum locis contra fanum Phogor libidinis idolum, vbi vltima castrorum fuit mansio perfecta.

CAPVT IV.

Data de cœlo legis in Sinai Moses beneficium amplificat. Tres refugij Vrbes trans Iordanem pro homicidis casualibus designantur.

1. ET nunc Israël audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te: vt faciens ea, viuas, & ingrediens possideas Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. 2. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. 3. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. 4. Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem. 5. Scitis quod docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in Terra, quam possessuri estis: 6. & obseruabitis & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna. 7. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. 8. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros. 9. Custodi igitur temetipsum, & animam tuam sollicitè. Ne obliuiscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitę tuę. Docebis ea filios ac nepotes tuos, 10. à die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi dicens: Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantque filios suos. 11. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque ad cælum. erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. 12. Locutúsque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. 13. Et ostendit vobis pactum suum, quod pręcepit vt faceretis, & decem verba, quę scripsit in duabus tabulis lapideis, 14. Mihique mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia, quæ facere deberetis in Terra, quam possessuri estis. 15. Custodite igitur sollicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: 16. ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel feminę, 17 similitudinem omnium iumentorum quę sunt super terram, vel auium sub cęlo volantium, 18. atque reptilium quę mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: 19. ne fortè eleuatis oculis ad cęlum, videas solem & lunam, & omnia astra cęli, & errore deceptus adores ea & colas quę creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quę sub cęlo sunt. 20. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hereditarium, sicut est in præsenti die. 21. Iratúsque est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirem Iordanem, nec ingrederer Terram optimam, quam daturus est vobis. 22. Ecce morior in hac humo, non trãsibo Iordanẽ: vos transibitis, & possidebitis terrã egregiam. 23. Caue ne quãdo obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecũ: & facias tibi sculptã similitudinem eorum, quę fieri Dominus prohibuit: 24. quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus ęmulator. 25. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram Domino Deo vestro, vt eum ad iracundiam prouocetis: 26. testes inuoco hodie cælum & terram, cito perituros vos esse de Terra, quam transito Iordane possessuri estis. non habitabitis in ea longo tempore,

sed

ſed delebit vos Dominus, 27. atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus eſt Dominus. 28. Ibique ſeruietis diis, qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. 29. Cumque quæſieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ. 30. Poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt, nouiſſimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. 31. Quia Deus miſericors, Dominus Deus tuus eſt: non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiſcetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. 32. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram, à ſummo cœlo vſque ad ſummum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vmquam cognitum eſt, 33. vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti & vidiſti: 34. ſi fecit Deus vt ingrederetur, & tolleret ſibi Gentem de medio nationum, per tentationes, ſigna, atque portenta, per pugnam, & robuſtam manum, extentumque brachium, & horribiles viſiones, iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus veſter in Ægypto, videntibus oculis tuis: 35. vt ſcires quoniam Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum. 36. De cœlo te fecit audire vocem ſuam, vt doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, & audiſti verba illius de medio ignis, 37. quia dilexit patres tuos, & elegit ſemen eorum poſt eos. Eduxitque te præcedens in virtute ſua magna ex Ægypto, 38. vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretque tibi terram earum in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die. 39. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo, quod Dominus ipſe ſit Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. 40. Cuſtodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi: vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper Terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. 41. Tunc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam, 42. vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuum, nec ſibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harum aliquam vrbium poſſit euadere: 43. Boſor in ſolitudine, quæ ſita eſt in terra campeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quę eſt in tribu Gad: & Golan in Baſan, quæ eſt in tribu Manaſſe. 44. Iſta eſt lex, quam propoſuit Moyſes coram filiis Iſraël, 45. & hæc teſtimonia & ceremoniæ atque iudicia, quę locutus eſt ad filios Iſraël, quando egreſsi ſunt de Ægypto. 46. trans Iordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhęi, qui habitauit in Heſebon, quem percuſſit Moyſes. Filij quoque Iſrael egreſsi ex Ægypto, 47. poſſederunt terram eius, & terram Og regis Baſan, duorum regum Amorrhęorum, qui erant trans Iordanem ad Solis ortum: 48. Ab Aroër, quę ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad montem Sion, qui eſt & Hermon, 49. omnem planitiem trans Iordanem ad Orientalem plagam, vſque ad mare ſolitudinis, & vſque ad radices montis Phaſga.

COMMENTARII.

1. Ad memoriam Hebræorum Moſes legẽ affert.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. ET NVNC ISRAEL AVDI, &c.] Et nunc Iſraël, poſtquam præfata omnia audiſti, ac propriis oculis aſpectaſti: audi præcepta, quæ ad Dei colendi attinent ritum, & iudicia circà motuum hominum conuictum exercenda, quæ te aggredior edocere, vt gerens ea, vita temporaria diuturna, ac proſpera potiaris: & ingreſſus Chananæorum regionem, promiſſam vberrimam Terram poſſideas.* Etenim vel ad temporariæ vitæ diuturnitatem, & proſperitatem neceſſaria eſt legis obſeruatio: cum ex piaculis & immatura mors, & miſerabilis procedat ino-

Legis obſeruatio confert ad vitæ diuturnitatẽ & proſperitatẽ.

pia.] Ad legis exprimendum ſermonem ne addatis aliquid ei repugnans: nec quid auferatis vitiando, aut mutilando.* Vereor, ne tempeſtatis huiuſce Concionatores hac indigeant admonitione, qui ſi non ad prauos, ac noxios, ſaltem ad inutiles ſenſus ſcripturæ ſacræ attrahunt ſententias. Et quidem omnem verbi ſacri tractionem, ſeu violentam accommodationem omninò inutilem iudicarim.] Quæ igitur vobis ſemel ac iterum, quo magis memoriæ hæreſcant, præcepi ſubmiſſo animo cuſtodire.* Iterum indico, quod nunquam non obſeruandum eſt. Frequens enim de legis dogmatibus prædicatio fidelium animos ad cuſtodiam accendit.] * Nec ſatis dictum puta, quod ſatis te impleuiſſe non comperis.] Teſtes oculati fuiſtis eorum, quæ Dominus iuxtà Beelphegor fanum, dum Iſrael in ſcetim moraretur, exegit, viginti quatuor millibus hominum

Scripturæ ſententiæ trahẽdæ nõ ſunt ad inutiles ſenſus.

Sæpe ſermo fiat de obſeruatione quotidiana legis.

Haud ſatis dictũ, quod non ſatis impletum.

interfectis: (Num. 25.) impiis scilicet idoli cultoribus, faciens cunctos de medio vestri & suspendio, & sæuissima plaga tolli. Vos autem, qui Domino Deo vestro adhæsistis eius implentes voluntatem, immunes ab omni plaga adhuc superstites ostentamini.* Nec enim vlla premit aduersitas eum, quem nulla defœdat iniquitas.] Cetris, me vos alios præcepta ceremonialia, ac iudicialia mandata docuisse, quemadmodum Deus mihi tulerat. Educti igitur, cum potiamini terra promissa, & mentis submissione obseruabitis, & opere implebitis.* Difficilè enim opere impletur iussio, quæ non æstimatur affectio.] * Dominus autem executionem illam contemnit, quam voluntatis non sectatur alacritas.] Hæc est lex, cuius obseruatione apud cæteras nationes nomen habebitis, quod in rebus agendis sapientia, & intellectu polleatis.* Nec enim politico cultu (quem rationem status vocitato) sapientiæ, ac prudentiæ fama acquiritur, sed accurata legis obseruatione. Hinc politici Rectores edisćant, famam acquirere, opere præeundo.] Qui ergo audierint vniuersa hæc præcepta, non modò illorum non irridebunt obseruatores, verùm de eis profabuntur: En populus sapiens, & intelligens, gens magna, cunctos populos sapientia ac virtute præcellens.* Sicut enim initium sapientiæ timor Domini est: sic sapientiæ perfectio in timoris Domini incremento fundatur.] Haud alia tantæ dignitatis natio, quæ habeat quæ colit idola, vel ex ope conficta, tam sibi appropinquantes, tamque adhuc currendum precatoribus præparatos, ad succurrendum indigentibus: sicut Deus noster cunctis adest nostris obsecrationibus.* Ex eo enim vera exprimitur Deitas, quod precantes exaudiat. Quam conficta Regum, seu Procerum diuinitas, quæ tot subditis egentibus, acclamantibus intenta non obiicitur. Vnde scitè gentiles arrectæ auriculæ imagine exprimunt Deitatem.] Quænam, quæso, gens adeò inclyta nobilis, excellens obiicitur, vt ceremonias ad diuinum cultum attinentes habeat, iustaque iudicia humanæ conuersationis directiua, præscribat, quarum hodie cordis vestri auribus compendium exponam? Nulla prorsus poterit huiusmodi gens, dempta Israelitica præsentari.

Nulla premit aduersitas eũ, quem nulla defœdat iniquitas.

Difficilè impletur opere iussio, quę nõ æstimatur affectu.

Deus contẽnit executionem illã quã non comitatur voluntatis alacritas.

Rectores acquirũt famã, opere præeundo, non politice gubernando.

Initium & perfectio sapientiæ in Dei timore fundetur.

Ex eo exprimitur Deitas, quod precantes exaudiat.

9.10.11.12.13.14. CVSTODI IGITVR, &c.] Custodi igitur temetipsum cauens periculum, quod tuæ temporariæ vitæ poterit imminere, legis te contemptore: & tuæ animæ consule diligenter, ne æternum deperire contingat.* Pro particulas, *Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè* illud, *Temetipsum* ad vitam temporariam est referendum: τὸ autem *Animam tuam* ad æternam animi ac corporis salutem. Cur ergo aduerbium *Sollicitè* cum hac particula *Animam tuam* potius ac cum illa, *Custodi te ipsum* copulatur? Planè quia nullum temporarium commodum hominis solicitudine dignum existit, dum omnis sollicitudo salutis æternæ negotiis sit impendenda.] Ne ergo verborum, id est, rerum mirabilium, quæ in legis datione, quum ignis lampades rutilarunt, quum sonus horribilis buccinę auditus est, aspectasti, vnquam excidant è memoria. Vt horrores nascentis legis te doceat, transgressionis eius formidare supplicium.* O quam prudenter lex orditur à metu, ne pacificum natalitium addat animum contemptoribus. Vnde sapiens Rector grauius vindicat infantis legi illatam iniuriam.] Quæ itaque tunc portenta apud montis verticem aspectasti, tuos filios nepotesque edocebis, sermonem instituens à die, quo coram Domino Deo tuo in Sina constitisti, quando apparens ille mihi fuit profatus e vertice: Congrega ad me populum faciens eum ad locum peruenire, vnde queat terribilia, quæ sum excitaturus, aspectare, simulque nascentis legis percipere dogmata; vt discant timere quandiu vixerint, cum cuius dum digitus legem scribit, manus potest contemptores exitialiter vulnerare: doceantque filios suos & legis præscripta, & minarum horrores.* Proprium enim est fidelis parentis, filios timorem Numinis edocere iuxta illud: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos* [Planè ad montis radices accessistis, nequaquam ipsum audentes attingere montem conflagrantem, cuius ignis flamma cœlum ipsi videbatur hærescere. Hebr. pro particula, *Qui ardebat vsque ad cælum*, apponitur, *Ardebat vsque ad cor cæli*, seu vsque ad *medium cælum*.* Haud putes, cœlum ex adamantina materia perfectum tuis durum precibus ostentandum, corde præditum est, quod possit affici compassione.] Eo in igne apparebant tenebræ, nubes, & caligo; ignis namque ille supra montem volitans haud lucidus, sed tenebrosus erat, ad ingerendum timorem cœlitus applicatus.] * Et quinam terror poterat esse dirior eo, qui ex tartarei ignis procedebat imagine?] Locutus tunc fuit Dominus ad vos de medio ignis. Vocem quidem verborum eius, seu sonum, qui instar verborum ministerio Angeli efformabatur, audistis: formam autem, quæ esset similitudo aliqua quoquomodo Deitatis repræsentatiua, penitus non vidistis, ne vobis idololatriandi ansam exhiberet.* Angelus enim proferendæ legis minister non est adorandus, sed legifer.] * Vt taxentur illi, qui Magistratibus Deo soli debitam præstant eam submissionem, quæ valeat adoratio vocitari. Vobis itaque ostendit pactum suum, seu legé, quæ est conditio pacti inter Deum, & vos initi, nempe decem expressit præcepta Decalogi, quæ in vna & altera lapidea tabula exarauit. Mihique eo tempore iussit, vt præter alia præcepta moralia, quæ à dictante Domino didicistis, vos ceremonias, & iudicia, quæ ad Dei cultum, & mutuum conuictum gerere debebretis cum potiremini Terra promissa, accuratè edocerem.

2. *Persequitur Moses legis exponere natalitium.*

Temporaria commoda haud digna sunt sollicitudine hominis, secus æterna.

Inchoantis legis violatio diriùs à prudẽti Rectore vindicãda.

Parẽti agnũ, filios Dei edocere timorem,

Cor habet cœlum, vt valeat, te precante, affici compassione.

Quam horribilis tartarei ignis vel imago.

Haud adorandi Magistratus.

15.16.17.18.19.20. CVSTODITE IGITVR, &c.] Custodite igitur sollicitè animas vestras, ne manifestum salutis subeatis periculum legis dogmatum contemptores.* Hebr. loco particulæ, *Custodite igitur sollicitè animas vestras*, legitur, *Cauete ergo accuratè, quam vobis est chara anima vestra*; ne scilicet legem Dei violetis, sed diligenter custodiatis, seu tantam diligentiam adhibeatis ad legis custodiam, quàm vobis vestra anima chara est; qui enim legem custodit, suam seruat animam à periculo. Custodia ergo legis animæ est simul custodia.] O quam propriæ animæ osor, qui legis violator

3. *Aperit Moses, cur in igne aliquam similitudinem non aspectarint.*

Lex custodienda est, ad animæ charæ custodiã.

Violator legis animæ est osor.

violator, animam æternæ conflagrationi addicit] in monte Horeb Deum loquentem audistis, sed nullam eius figuram aspectastis, nè fortè decepti conatemini sculptili aliquo, aut alia simili ratione eius imaginem imitari; vnde more gentilium masculi, vel fœmmæ specie Deos adoraretis, aut similitudine iumentorum, aut volucrum, aut reptilium, aut piscium coleretis effigie: tandemque ex creaturis anima prædictis ad inanimata pergeret impietas, eleuatisque oculis ad cœlum, videas solem, Lunam, Astraque reliqua, & admirans illorum pulchritudinem, ac situs commentiam errore distractus, adores, ac colas quæ luminaria Dominus Deus tuus in ministerium hominum, mundi ... tercium ... Vos autem tulit Dominus, & eduxit de seruitute duriissima Ægypti, quæ vos velut ferrea fornax adussit, ac conclusit, vt nullum pateret effugium. * Stansa exhibetur, nunquam non accrescit impietas, quodcumque piaculum maioris flagitij præparat natalitium.] Ideo verò te Deus ex Ægyptiaca seruitute liberauit, vt haberet populum hæreditarium sibi per continuas successiones adhærentem, sicut est, in præsenti die, quando de parentibus in filios vnius veri Dei cultus in popolo Israelitico trãsit.

Peccatũ quò ... maioris ... talet esse ... ...

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30 31. 32. 33. 34. 35. IRATVSQVE EST &c.] 4. Obmurmuratio vestra, quum fui ad aquas contradictionis premebamini, diffidentiæ mcæ ansam exhibuit; vnde Dominus aduersum me iracundia succensus iure iurando asseruit, me Iordanem minimè transiturum, nec optimam potientum terra, quam vobis largiturus est. Eo decretum est, vt apud hanc humum meum obeam diem, nec me ducente Iordanem transmeabitis. Vobis transmittendi eum præparat facultas, finémue Terram illam egregiam possidebitis, Iosue imperante. Caue ô Israel, ne pacti Domini, (quod tecum pepigit, quum pater Abraham inter dimisiones occisorum animalium transiuit, & quod me respergente sanguine populum, confirmauit) vnquam obliuioni committas. Vnde pactum obseruaturus, nè tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri Deus prohibuit, conficias; quia Dominus Deus tuus iniuriæ sibi illatæ vindex est, eamque acerrime punit, instar ignis omnia comminuentis: Deus est zelator solus coli cupiens, in morem viri zelantis vxoris dilectionem. * Singulariter Dominus vult amari; amor etenim Dei & in creatoram nimius affectus vna in sede minimè commorantur.] Si genueritis filios, si habueritis nepotes, si diũin Terra, qua donandi estis commorati fueritis, hoc est, si ad senium perueniatis (sic Hebr.) & post diuturnam fidem tandem decepti, aliquod sculptile confinxeritis venerationis causa, patrantes crimen tantum, quo Deus ad iracundiam est eliceretur: testes inuoco hodie cœlum & terram, (species est iuramenti per creaturas, in quibus Deus specialiter videtur relucere) citò vos de Terra, qua, transmisso Iordane, donandi estis, perituros fame, peste, aut bello vulneratos. * Non satis tibi, adolescentiam, ætatis-

Monet tur, sum Moses populũ vt ab sculptilis fabrica abstineat, pergitque Dei beneficia decantare.

Singulariter Deus amari vult.

que robur in virtute transigere, si demum lites impietati. Imò, grauiori supplicio dignos ostenditur, qui post iustitiæ canos tandem iniquitati arida sacrificeat ossa.] Ex quo vos delinquere contigerit, non diũ apud Chananitidem habitabitis: sed delebit vos Dominus morteni quibusdam infligendo, alios autem dura premendo seruitute barbaras dispergetin gentes, paucique in nationibus reman-ebitis; nam in terra hostili tot peribitis, vt quasi ad nihilum adducti videamini. * Agnatum enim communitatis delinquentis supplicium, ipsius communitatis est desolatio. Vnde eam, precor, cunctæ sedeor Ciuitates desolatæ, quæ olim plenæ populo, nisi ex commissitatis iniquitate?] Ibi ò miseri vel inductæ prauæ societatis exemplo, vel metu attacti, vel potiùs nunquam non crescentis impietatis ingenio, diis seruietis, qui hominum manu, ligno ac lapide præstante materiam, sunt effecti, qui nec vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. Dei enim permissione in noua excideris crimina vt de pristinis puniamini. * Nullum enim horribilius supplicium excogitari potest, quam dum vnum crimen permissione alterius piaculi vindicatur.] At cum quæsieris ibi apud terram hostilem Deum, tuum conuertendo te ad ipsum, eum inuenies, tibique miserebitur: si tamen toto ex corde prono ad ipsum diligendum, requisieris: & tota tribulatione scilicet vera contritione) animæ tuæ placare eum, intenderis. * O ineffabile diuinæ pietatis documentum, Deum apud hostilem terram posse quærere, & inuenire! *Cumque quæsieris ibi Deum tuum, inuenies eum.* Satius tamen egressus ab hostili natione, à sæculari delinquendi periculo Dominus inueniendus, quia vix requirere vere eum potest, qui non longe vel à remoto delinquendi periculo separatur.] Preme adhuc particulam, *Inuenies eum tota tribulatione animæ tuæ.* * Plane Deus tribulatione inuenitur; quia laborantibus vltrò succurrit, clamantibus quidem; ipsa enim tribulatio vocalis est Tota autem tribulatione quærente, inuenitur Deus, quia nec particula tribulationis oriatur, per semper Nomen requirens ostendit. Certe postquam te inuenerint omnia mala, & infortunia, quæ prædixi, pœnamque idololatriæ tuæ subieris, non afficiate desperatione, nouissimo enim tempore, per veram pœnitudinem reuerteris ad Dominum, & eius vocẽ audies. * Sacri enim verbi prolatio cum animi conuersione simul incedit: excitat enim prædicationis vox peccatorem, vt a criminum somno resurgat.] * Haud sine pondere excitat verbum illud *Postquam te inuenerint omnia mala, quæ prædicta sunt.* Non enim te à tribulationibus abscondi, frustrà enim cum Adamo ad ficulneam fugies; ipsa enim tribulatio te quæret, & inueniet.] Ideo autem ad Dominum tempore nouissimo conuerteris, quia Dominus misericordia diffluit erga eos, qui ad eos conuertuntur: idcircò non te dimittet ab aliis comminuendum; nec omninò delebit te peste, fame aut gladio; neque obliuioni tradet pactum patribus iure iurando expressum, se dilataturum semen eorum, nec misericordiam

Nõ sufficit diu virtutem f ... si ... ne ... crimine inficiatur.

Vrbium desolatio ex civium ad crimina cõsẽsu.

Horribile supplicium, cum vnum crimẽ alterius permissio na vindicatur.

Vix vere Deum potest requirere, qui in terra hostili leuin delinquẽdi ... quali periculo cõmoratur.

Deus in tribulatione inuenitur. Nulla tribulationis particula Deum nõ requirit, & inuenit.

Prædicatio simul incedit cum animi salute.

sericordiam suam ab eo ablaturum)Potiò hęc omnia prophetice dictitata sunt, & reipsa ita contigit ipsis in captiuitate Babylonica, à qua Iudæos pœnitentia affectos Deus suam seduxit in patriam; & siue ad literam siue allegoricè in fine mundi implebitur, cum Iudæorum reliquiæ saluæ fient.) Interroga, quæso de factis, quæ in diebus antiquis contigere, ex die, quo Deus hominem condidit à summo cœlo vsque ad summum eius (Hebr. *ab extremo cæli vsque ad extremum eius* id est, ab Oriente vsque ad Occidentem) cognosce, inquam, ea quæ toto orbe apud homines alicubi contigerunt, si peracta est aliquando res huiusmodi, si Dei dilectio similis erga aliquẽ populum sic fuerit expressa; si vnquam legisti, aut audisti, alium populum Dei de medio ignis loquentis vocem percepisse, quemadmodum tu audisti, & vidisti. An non instar miraculi extitit, quod tu vocem Dei tam terribilem ex Sina audires, & viueres, nec tibi tam horribilis inter flammas sermo exitiale ferretur in vulnus? * O inter flammas terribilis ille sermo damnatis: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* O vox horribilis illa *tonitrui* tui, Domine, *in rota* æternitatis?] Num fecit Deus alibi simile quidquam, nempe vt Ægyptum ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum, eamque à dira captiuitate eriperet per tentationes nunciorum, quorum legationibus sumpsit de duritie Pharaonis experimentum: per signa, atque portenta cùm indicatiua voluntatis diuinæ, tùm expressiua plagarum, quibus Regis duritiem contunderetur: per pugnam, ac robustam manum, extentumque brachium potentiæ suæ: per horribiles visiones in tenebrarum triduo (de quibus Sap. 17. & 18.) Hæc omnia pro vobis Dominus Deus vester apud Ægyptum gessit, vobis plane testibus ocularis dum incolumes ipsi, Ægyptios de vulneribus conqueri sentiebatis. * Hominis efficacius exigit gratitudinem propria in medio vulneratorum aliorum incolumitas. Cum vides cæcum, claudum, inopia pressum, gratias lita liberatori]. An non cuncta hæc virtus diuina est operata, vt dignosceres Deum verum, vnicumque profitereris.

Quã terribilis inter flammas illa Dei vox in rota æternitatis: Discedite maledicti.

Exigit ab homine efficacius gratitudinẽ propria inter vulneratos alios incolumitas.

5. *Perficit Moses sermonem, alliciens populum ad veri, vnicique Dei reuerẽtiã.*

36. 37. 38. 39. 40. DE COELO FECIT, &c.] De cœlo, seu aërea regione te suam vocem fecit audire, vt te præceptorum verba doceret: & in summitate montis Sinai ignem suum maximum ostentauit, quia ignis ex Sina videbatur prodire, moxque supra eum ex cœlo, seu ex aëre formari, & descendere; vt timore saltem correptus Decalogi dogmata, custodires. * Quam aptè inter egregia Dei beneficia & auditio legis, & ignis maximi obiectio annumerantur? Ingratus igitur, aut beneficij despector, qui conciones non gestit audire, coetum speciatim sacri verbi præconũ, qui ignem maximum gehennæ sæpe menti auditorum curant obiicere.] * Si inter eximia Dei beneficia recensetur maximi ignis fulguratio, taxabilis omnino Concionator ostenditur, qui non sæpe auditoribus ignem illum maximum verbis exponit.] Verba Domini audisti, quæ de medio ignis videbantur procedere. Quod quidem non Deus tibi propter tua præstitit merita, sed quia dilexit patres tuos, & semen eorum post eos sanctissimos planè futuros, nempe Christum, Mariam, Apostolos, Discipulos elegit. * Curent parentes, rectis operibus à Domino diligi, vt Dei filiis, nepotibusque præparent protectionem.] Eduxit te ô Israel, Dominus per Angelum suum in nubis columna præcedens, magna excitata potentia, ex Ægypto, vt nationes maximas te fortiores tuo in introitu deleret, teque in Chananitidẽ introduceret tibique earum Terram possidendam exhiberet, sicut hodie vides; iam enim Sehon & Og Regibus deletis cum suis exercitibus, ac populis id Dominus cœpit implere. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo Dominum in cœlo sursum, & in terra deorsum vnicum Deum existere. Custodi pręcepta eius, quæ verbis Decalogi expressit, & mandata tam ceremonialia, quàm iudicialia, quæ tibi indixi, obserua: vt tu, filiique tui post te fœlicitate potiamini, diuque sis Chananitidis regionis habitator, quam a Domino accipies. * Profectò homineni donari à Deo placida stabilique habitatione haud vulgare beneficium est.] * Vnde meritum Regularium obiicitur, quorum institutio *diuersa loca peragrare*, vbi maius Dei speratur obsequium, & proximorum salus.

Beneficij Dei cõtemptor est, qui concionẽ nõ gestit audire. Taxabilis Cõcionator, qui sæpe de gehenna non agit.

Dilectus à Deo parens filiis Dei parat protectionem.

Hominem stabili loco donari, magnum Dei beneficium. Iesuitæ diuersa loca peragrantis ex instituto meritum.

41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. TVNC SEPARAVIT, &c.] Tunc Moses ex iis Ciuitatibus, quæ aderant trans Iordanem ad plagam Orientalem partis alterius terræ promissionis, quæ nouem Tribubus ac dimidiæ obuentura erat, tres assignauit, vt ad eas confugiat, qui homicidio casuali operam daret, proximum occidens, cuius prælapso tempore inimicus non fuisset. * Vt Dei pietas innuatur, qui antè quam ægritudo deseuiat; iam de prouidendo medicamine cogitat.] Ad harum Vrbium aliquam poterit pergere qui nolens occidit, ibique iuxta legis præscriptum (Num. 35.) incolumitate potietur. Extitere itaque refugij Vrbes Bosor apud solitudinem, quæ sita est in terra campestri de Tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quę in Tribu Gad adiacet: & Golan in Basan, quæ ad Manasse pertinet Tribum. Porrò quæ inferius exponenda est, est lex, quam Moses coram filiis Israel proposuit, repetens præcepta à Deo, & à se populo indicata: & hæc, quæ modo subiiciam, sunt testimonia in Decalogo à Deo asserta, & ceremoniæ diuinum cultum præscribentes, atque iudicialia præcepta, quæ Moses sursum proposuit Hebræis ex Ægypto eductis, antè quam Iordanem transirent, dum in valle iuxta fanum Phogor seu Priapi idoli apud mansionem vltimam Belsethin vocitatam morarentur in Terra scilicet Sehon Regis Amorrhæi à Mose percussi, cuius ditio Hesebon. Filij quoque Israel ex Ægypto egressi vna cum Duce Mose ad Sehon Regem Amorrhæi deuenére, eiusque terram tenuerunt, & Regis Basan Og possedere regionem. Porrò vnus & alter Amorrhæorum Princeps aderat trans Iordanem ad ortum Solis, respectu namque terræ postmodum nouem Tribubus ac dimidiæ præscribendæ, plaga hæc erat Orientalis, se quidem extendens ab Aroër super ripam torrentis Arnon sita vsque ad montẽ Sion siue Hermon. (Profectò

6. Ciuitates tres refugij designãtur à Mose, rursumque possessio Tribus Rubẽ, & Gad, ac dimidia Tribui Manasse exponitur. Dei pietas in peccatores.

mons

mon hic alius planè à Sion monte Ierosolymitano; hic enim Sion ab alia Iordanis parte aderat. Vnde Regia legonr Seon, vt distinguant, à Sion Ierosolymæ, ac Templi. Attamen melius distingui lingua reor Hebraica; Sion enim Ierosolymæ scribitur per tsade, alius autem per schin.) Comprehendit autem hæc Amorrhæorum Terra duabus Tribubus, ac dimidiæ tradita omnem planitiem existentem trans Iordanem ad Orientalem plagam vsque ad pelagus mortuum, & vsque ad montis Phasga, qui vna cum mari illo illam planitiem terminat à parte Orientali, radices.

CAPVT V.

Moses populo iteratò exponit Decalogum, populique narrat pauorem, cùm ex conflagrante monte Sinai lex promulgaretur.

1. VOcauitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Au di Israel ceremonias atq; iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. 2. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. 3. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum qui in præsentiarum sumus, & viuimus. 4. Facie ad faciẽ locutus est nobis in monte de medio ignis. 5. Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius: timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem, & ait. 6. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi de Terra Ægypti, de domo seruitutis 7. Non habebis deos alienos in conspectu meo. 8. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. 9. Non adorabis ea, & non coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus: Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, 10. & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. 11. Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustra quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. 12. Obserua diem Sabbati, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. 13. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 14. Septimus dies Sabbati, est, id est, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus & filia: seruus & ancilla, & bos, & asinus & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus, & ancilla tua, sicut & tu 15. Memento quod & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcircò præcepit tibi vt obseruares diem Sabbati. 16. Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & benè sit tibi in Terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. 17. Non occides. 18. Neque mœchaberis. 19. Furtumque non facies. 20. Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. 21. Non concupisces vxorem proximi tui: non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. 22. Hęc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte, de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna, nihil addens ampliùs: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. 23. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, & maiores natu, atque dixistis: 24. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. 25. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, moriemur. 26. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere? 27. Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea. 28. Quod cum audisset Dominus

minus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi:, bene omnia sunt locuti. 29. Quis det talem eos habere mentem: vt timeant me & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt benè sit eis & filiis eorum in sempiternum? 30. Vade & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra. 31. Tu verò hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos, vt faciant ea in Terra, quam dabo illis in possessionem. 32. Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: 33. sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, vt viuatis, & benè sit vobis, & protelentur dies in terra possessionis vestræ.

COMMENTARII.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. VOCAVITQVE MOYSES OMNEM, &c.] Moses ergo vniuersum populum aduocauit, addente Deo tantum, vim eius voci, vt ab omnibus posset exaudiri. Audi, inquit, Israel, ceremonias, ritum Deum colendi indicantes, iudicisque ad mutuam inter vos ipsos consuetudinem pertinentia, quæ hodie paratus exurgo, vobis rursum exponere, vt ex eorum iterata narratione firmius memoriæ hærescant: ea discite, & opere complete. * Nec enim possunt impleri præcepta, quorum præscripta subditorum fugiunt cognitionem. Vnde audiendi verbi sacri necessitas arguitur.] Dominus Deus noster apud Horeb nobiscum fœdus pepigit, ferens legem Decalogi. Non veteribus illis Abraham, Isaac, & Iacob legem dedit; sed nobis. Vt hoc ex capite ad vberiorem gratitudinem excitemur. Præceptis enim à Domino onerari ad meritorum incrementorum, dulcis est sarcina, haud vulgare beneficium. Si pauci ex iis, qui viuebant tempore datæ legis in monte Sina: quomodo dicitur: *Iniit pactum nobiscum*? Quia τὸ *Nobiscum* idem est, ac *Cum populo nostro*; populus enim durat, quamuis ciues singuli moriantur. * Quæcumque beneficia Deus seu honoris, seu diuitiarum patribus, aut maioribus exhibuit, nostra onera sunt, vt gratiarum actionem gerere debeamus.] Nobiscum planè, qui in præsentiarum adsumus Dei pactum est initum. Nullo internuntio Deus per se ipsum de medio ignis nobis apud montem locutus est. Ego sequester, & medius, instar interpretis, seu legati inter Dominum & vos illo tempore extiti, vt vobis eius verba anunciarem, quibus disposuit modum, quo ipsum colere, & inter vos met ipsos conuersari deberetis. Timuistis enim ad conflagrantem montem accedere, ideo non ascendistis, vt immediate à Deo legis præscripta exaudire quiretis. Fatus igitur Dominus.

1. Moses attentionem populi captat, vt Decalogum exponat.

2. Non possunt impleri præcepta, quæ nō cognoscuntur.

Quodcūque Deus beneficiū nostris gerit maioribus, nos reddit gratitudinis debitores.

6. 7. 8. 9. 10. EGO DOMINVS DEVS, &c.] Ego Dominus Deus tuus, cui latriæ cultus exhibendus est, quique te ex Ægyptiaca eduxi regione, vbi dura seruitute premebaris. Teneris ergò tuo liberatori obsequiū exhibere. * Ingrati, ac vilis animi est, captiuitatis auctori litare, liberatoris præcepta despicere.] Non habebis deos alienos in conspectu meo seu *præter me*: (sic Lxx.) vnus enim est Deus, cætera falsa Numina hominum errore inducta. Vnde non solum vero falsorum cultum deorum, sed & eorum simulacra prohibeo: non quidem Imagines (quod volunt hæretici) sed falsorum Numinum idola, aut similitudines Solis, lunæ, Syderum, signorumque cælestium: & hominum, aut terrestrium animantium, aut piscium. Non adorabis huiuscemodi simulacra te inclinando, genu flectendo, precando, &c. & non colas, oblationibus, festis, sacrificiis expressis, Ego enim sum Dominus Deus tuus, æmulator aut *zelotes* (sic Lxx.) qui instar mariti vxorem impudicam occidentis fornicationes hasce, & adulteria cum idolis vlciscor: reddens vtique pœnam iniquitatis super filios, qui vitia parentum assolent imitari, imo in filios innocentes sæpe quos propter parentum scelera temporali, ac corporali pœna ob cæterorum exemplum soleo, diuerberare, in tertiam ac quartam generationem, scilicet quantum scelerum à parentibus cōmissorum memoria perseuerat, siue in multas generationes: & soleo misericordiam gerere me diligentibus in generationes innumerabiles; vt custodientibus præcepta mea infinities me benigniorem exhibeam, quam in impios seuerum. * Pronior enim Deus ad miserendum, quam ad flagellandum.

2. Idololatria prohibetur.

Ingrati ac vilis animi est, captiuitatis auctori litare, Dei liberatoris præcepta despicere.

Pronior enim ad miserēdū, quam ad flagellandum.

11. 12. 13. 14. 15. NON VSVRPABIS NOMEN DOMINI TVI, &c.] Non audebis assumere nomen Dei tui in vanum vel peierando, vel quocumque alio modo sancto Dei nomine abutendo irreuerenter; quia grauiter punietur. (Particula illa, *Non erit impunitus, &c.*) figura liptote idem est, ac grauiter punietur. Sic eadem figura dicitur 1. Reg. 12. 2. *quæ non proderunt*, id est, maximè oberunt.) * Lege reliquorum præceptorum indictionem, & competies nullam violatoribus indici pœnam, sed simpliciter scribi: *non occides, neque mœchaberis, &c.* solummodo nomen Dei in vanum assumentibus grauissima pœna exponitur. Cur ita? An non vt immanis criminis grauitas explicetur? O miseri homunciones, qui tam faciliter tot quotidie peierando piacula replicatis, vobisque horribilem pœnam acquiritis? Diem Sabbati

3. Falsū iuramentū vitādū, Sabbatū custodiēdū.

Solummodo iurantibus pœna grauissima hic indicitur, vt innuatur periurij immensa grauitas.

ti obserua vacando ab opere seruili, vt otium tibi sit diuinis rebus operam exhibendi. * Nec enim Dominus imperaret otium, maximum quidem hominibus malum, nisi vt ad spiritualia exercitamenta simul alliceret.] Sanctifica ergo Sabbatum, sicut tibi Dominus Deus tuus præcepit. Preme parenthesim, *sicut* Quomodo sanctificandum Sabbatum? An solum vacando a seruili opere? Certè & simul vacando deuotionis, ac pietatis operibus. Sex diebus operari licebit, septimus autem dies Sabbati est, id est, *requies Domini Dei tui.* * Vnde cum festum violas, Deum tuum defatigari facis.] Non facies quidquam seruilis operis, nec filios, aut mancipia gerere patieris. Preme id, *Tu, & filius tuus, & filia, seruus & ancilla.* * Cur præcipitur mihi, & non filio, aut ancillæ, quod ipsi sunt operaturi? Planè quia filiorum ac seruorum obligatio ad patrem familias videtur pertinere.] Nec solum tu, filij, ac serui à seruili opere abstinebunt in Sabbato, verùm & bos, & asinus, & omne iumentum tuum otio fruentur. * Quia vix possunt iumenta operi seruili addici, nisi ex hominis aliquo seruili ministerio.] Aratra ad aquæ eductionem alligantur? Homo vincula nectit. Ligna comportant? Homo præparat farcinam, eorumque humeris accommodat. Vnde saltem leuiter festa violantur; quam vel leuem transgressionem curat Deus omnino à fidelibus ablegari. Etiam peregrinus, seu incircumcisus, cum tecum est, publicum solemne non violet. * Ne fidelibus vel transgressionis vlla obiiciatur imago, vnde possint ad crimina induci.] Oportet sanè seruum tuum, & ancillam velut tu requiescere, vt possint tibi post requiei laxationem impensius deseruire. * Vnde constat vel sibi ipsis officere, qui seruos nimio labore grauant, & sine laxante intermissione fatigant.] Memineris te aliquando in Ægypto seruisse, & à Domino cœlestis brachij excitata potentia libertatis recuperasse potitum. Idcirco Deus tibi præcepit, vt diem Sabbati obseruares faciens tuos requiescere seruos, quandoquidem tu captiuitate pressus cupiebas, vna aut altera die otio potiri. * Hoc prælapsæ miseriæ ærumnæque homini iam fælici afferunt, easdem patienti misereri.

Qui imperat hominē die festo otiari, simul alliciat ad spiritualia exercitamēta.

Cum violas festū, Deum defatigari facis.

Obligatio filiorum ac seruorum ad patrem familias pertinet.

Curat Deus, nec leuiter a fidelibus festa violari.

Nec prætexti imago obiicienda fidelibus.

Vel sibi officiunt Domini, qui seruos nimium labore frangunt.

Prælapsæ ærumnæ faciunt te laborantis misereri.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. HONORA PATREM TVVM, ET MATREM, SICVT PRÆCEPIT TIBI DOMINVS DEVS TVVS, VT LONGO, &c] Honora patrem tuum & matrem, amando, reuerentiam exhibendo, obediendo, iuuando, & subueniendo, sicut præcepit Dominus; vt longæuus viuas in terra Chanaan lacte ac melle manante. * Hebr. pro *honora*, scribitur. כבד *chabed onera*, id est, beneficiis datis onera patrem. Verus enim honor erga parentes munerum exhibitio est.] * Quid vero oneri cum honore? Miraret, si vel honoris vocabulum non exprimeret onus agnatum honori.] Non occides iniustè, aut vulnerabis, iram comprime rixarum parentem. Non mœchaberis, ab omni scilicet extrà matrimonium, ab omni membrorum destinatorum generationi abusu abstine. Porrò ex parte notiori, ac famosiori id est, mœchia, seu adulterio totum libidinis genus, cunctas eius species voluit intelligi. Furtum nón facies, ab omnique rei alienæ iniusta vsurpatione recede. Contra proximum falsam haud geres testificationem. Sub principaliori autem crimine falsi testimonij cætera quæque minora ei affinia intellige, detractionem contumeliam, irrisionem, &c. * Innuitur, fontem criminum obcœcandum esse, præcipuamque vitiorum scaturiginem, vt facilius riuorum, id est, profluentium piaculorum vitetur inundatio.] Non concupisces proximi vxorem, aut bona: domum scilicet, agrum, seruum, ancillam, bouem, asinum, & vniuersa quæ ad illius ditionem pertinere videantur. Peculiari præcepto concupiscentia vxoris, reique alienæ vetatur; quia præmissis duobus præceptis de non mœchando, nec furando, in eum quis potuisset errorem prolabi, vt actus tantum externos crederet prohiberi. * Cur autem vt concupiscentiam rei alienæ prohibeat, tot aceruat vocabula. *Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa, quæ illius sunt*: si sufficeret scripsisse, *Non concupisces rem proximi tui*? Planè quia tam difficile hominibus, à rebus alienis abstinere, vt necessarium fuerit, quamcumque rem, quæ possit auferri, quasi præcepti specialis religione custodiri] Hæc præcepta decem Dominus de medio ignis, nubis, ac caliginis voce magna, vt cunctis insonaret, ad omnem multitudinem fuit locutus, nihil tunc addens circà reliquorum præceptorum promulgationem: & post dies quadraginta in duabus lapideis tabulis, quas mihi tradidit gerendas, scripsit.

4. *Secunda tabulæ præcepta exponuntur.*

Verus honor ergà parētes munerum est exhibitio.

Onus honori agnatum.

Fons criminum excæcandus, vt inde profluētia piacula vitentur.

Tā difficile homini, à rebus proximi abstinere, vt quasi necessarium fuerit, cunctas res, quæ poterant auferri specialis præcepti religione custodiri.

23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. VOS AVTEM POSTQVAM, &c.] Profectò vos, postquam vocem è cacumine montis prodeuntem audistis de medio tenebrarum, & montem igne circumdari aspexistis, qui primores populi quique maiores ætatis natalitio ad me accedentes profati estis Dominus Deus noster nobis suam maiestatem, ac magnitudinem exposuit mugienti tonitru, tubaque clangente. Vocem eius audiuimus de medio flammæ & hodie experti sumus, hominem posse viuere, Deo cum eo loquente; diuina enim miseratione præstante incolumes euasimus. Cur ergo aderimus temerarij, vt rursum eodem periculo implicemur? Si enim iterum Deus nobis loquatur, proculdubio cademus exanimes, & ignis hic horribilis, qui paulatim extenditur, & ad nos appropinquat, nos vorabit atrociter. * Qui enim Dominus primam nostram benigniter tolerauit audaciam, in ausum secundum compressam fortius exeret iracundiam.] Si igitur rursum Dei vocem audierimus, moriemur non solum ob temerarium audiendi ausum, sed & ob agnatam fragilitatem, qua Dei loquentis maiestatem sustinere non possumus. Quid est omnis caro, vt non à Dei maiestate opprimatur eximia, si vocem Dei viuentis exaudiat, qui de medio ignis loquitur, quemadmodum nos audiuimus? Vox itaque Dei semel audita vitæ parcit, rursum percepta necat: En sacri verbi prædicationis imaginem

5. *Recolit Moses populi formidinē, cum Dominus loqueretur; quæ quidē à Domino cōmēdatur.*

Tolerans Deus primā crimen fortius in secundum cōpressā exerit iracundiam.

semel non auditus vulnerat, secunda interficit expressione. O quot auditores primùm audientes haud sese expedierunt à crimine, qui iterato clamori obsistere non facilè potuerunt! Ergo Euangelij preco *clama, ne cesses*, etiam vocem exalta, vt semel ac iterùm peccator exsurdiens, tandem ad Dominum conuertatur.] Tu itaque ô Princeps, cui Deus velut amico non sic terribilis apparebit, potius accede, Dei conspice verba tibi immediate exposita, & nos sine formidine tuo ex ore audiemus, & executioni dabimus. * Dei quidem fit, præcepta subditis terribiliter indicere; sed Præsulis vicarij sit eadem verbis amicis eisdem exponere.] Quod cum Dominus audiuisset, ad me profatur: Populi huius percepi sermonem: apte verba fecere, dummodo promissa opere compleant. Quis daret; talem eos exprimere mentem, vt intus quidem cordis affectu me timeant, & opere externo mea cuncta præcepta semper costodiant; vt ij, eorumque filij interminabili fœlicitate potiantur. Vade, & eis profaberis: Vestra ad tentoria reuertimini, quandoquidem amplius loquentem Deum auditur non estis. Tu vero hic apud montem mecum consiste, vt tibi omnia mandata mea moralia, quæ decem præceptis Decalogi sunt affinia, & ceremonias ritum colendi Deum pro temporis huius opportunitate ostendentes, atque iudicia directiua inter vos metipsos mutuæ conuersationis, aperiam, q uæ quidem eos docebis, vt apud Terram, quam illis possidendam exhibebo, exequantur: nec enim isthæc vniuersa poteritis, dum foetitis in via, obseruare. * Parcit quidem Dominus viatoris fragilitati.] Custodite igitur, & generite, quæ Dominus vobis imperauit: non declinabitis (prouerbialis locutio) ad dexteram, aut sinistram, id est, nullo modo legem diuinam transgrediemini; sed per viam mediã, rectã, veracem, quam exposuit vobis Dominus terendã, incedetis: vt viuatis, nec inopinata excidet ę morte contingat, & bene sit vobis omnimoda fœlicitate fruentibus, apud Terramque possessionis vestræ dies vestri sic protogentur, vt dies in annos, anni cedant in sæcula. * Iustitia enim non solum muneratur æternùm, sed & vitæ huius prosperitatem efficit illius cœlestis æternitatis aluinnam.]

Rigida præcepta data à Deo Rectores verbis amicis subditis exponant.

Parcit Deus viatorũ fragilitati.

Iustitia æterna gloria muneratur, & tẽporali prosperitate æternitatis æmula.

CAPVT VI.

Præceptum diligendi Deum toto ex corde Moses inculcat. Quo præstito perpetuam in Terra promissa fertilitatem, ac felicitatem promittit.

1. HÆc sunt præcepta, & ceremoniæ atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester vt docerem vos, & faciatis ea in Terra, ad quam transgredimini possidendam: 2. vt timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi, & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui. 3. Audi Israël, & obserua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & benè sit tibi, & multiplicceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. 4. Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 6. Eruntque verba hæc, quę præcipio tibi hodie, in corde tuo: 7. & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. 8. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, 9. scribesque ea in limine & ostiis domus tuę. 10. Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, pro qua iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non ædificasti, 11. domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vineta & olíueta, quæ non plantasti, 12. & comederis, & saturatus fueris: 13. caue diligenter, ne obliuiscaris Domini, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. 14. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt: 15. quoniam Deus æmulator, Dominus Deus tuus in medio tui: nequando irascatur furor Domini Dei tui contra te, & au ferat te de superficie terræ. 16. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. 17. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: 18. & fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas terrã optimã, de qua iurauit Dominus patribus tuis, 19. vt deleret omnes inimicos tuos corã te, sicut locutus est. 20. Cũque interrogauerit te filius tuus cras dicẽs: Quid sibi volũt testimonia hęc, & ceremoniæ atq; iudicia quæ præcepit Dñs Deus

Deus noster nobis ? dices ei ? Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti: 22. fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius; in conspectu nostro, 23. & eduxit nos inde vt introductis daret Terram, super qua iurauit patribus nostris 24. Præcepitque nobis Dominus, vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. 25. Eritque nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo nostro., sicut mandauit nobis.

COMMENTARII.

1. *Allicit Moses Hebræos ad præceptorũ, ceremoniarum, ac iudiciorum obseruationem.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. HÆC SVNT PRÆCEPTA, ET CEREMONIÆ, &c.] Hæc igitur, quæ modo inculcare curaui, sunt præcepta mores hominum componentia, & ceremoniæ Dei cultum Hebræorum populo præscribentes, atque iudicia ad eiusdem gentis Israeliticæ lites componendum instituta, quæ Domini Dei vestri imperio vos edocere à me studeo, apud Chananæidem plenariè custodienda, nec enim dum in itinere demoramini, omnia isthæc tenemini adimplere. Custodia itaque præceptorum, quæ tibi ac nepotibus tuis obseruanda cunctis diebus vitæ propono, probabit, vos Dominum timere.*

Operibus quidem non solum verbis te Dei filium ostendis, paterė timentė.

Nec enim piis verbis timor filialis ostenditur satis, si opera, non respondeant te filium Dei parentis obseruatorem exponentia.] Deum times veraciter, non solum vita potieris æterna, sed & temporaria diuturna eaque fœlicissima frueris. Audi Israel, & quæ tibi præcepit Dominus edisce diligenter, vt facias, vel *amplius*, id est, *valde* (sic Chald.) multiplices, & vniuersam Chananæam valeas possidere incredibili affluentem vbertate.

2. *Deum toto ex corde diligendũ, Moses rursum exponit.*

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. AVDI ISRAEL, DOMINVS DEVS NOSTER, DOMINVS, &c.] Auribus audiendi ô Israël, ausculta: Dominus Deus noster, vnus est Dominus, primum & incipium, quem solum adorare, colere, timere, ac diligere oportet: Nulla est Deitas ac dominatio, cui huiusmodi debeat parari obsequium. Vnde diliges Dominum Deum tuum toto ex corde, tota ex anima, tota ex fortitudine. Certe idem cunctæ hæ particulæ videntur significare, sed pluribus vocibus dilectio significatur ad rem magis exprimendam.* Is enim amor Deo debetur, vt vix queat replicatis vocibus explicari.] Præcepta igitur, quæ obseruanda tibi propono ad ineffabilis huiusce dilectionis indicamentum, in corde, quo Deus amandus est repone.* *Erunt verba hæc in corde tuo*, vt quem ex toto corde amas, ex toto corde ei seruire contendas.]

Ineffabilis amor Deo debetur.

Deo quem toto ex corde amas, toto corde seruias.

Narrabisque, iterabis, reuolues (sic Vatab. & alij) repetes hæc mea præcepta filiis tuis, & in eis meditaberis siue sedeas in domo, siue iter peragas, siue concedas cubitum, siue euigiles.* Legem enim meditari assiduè confert, ad eiusdem legis obseruationem Vix legem custodiet qui orationi mentali non litarit obsequium.]* Loco verbi illius, *Narrabis*

Mentalis oratio confert ad legis obseruationem.

Hebr. est *Acnes*. Hispanè expendam, *Adelgazaras los preceptos*, id est, meditatione perpendes cunctas præceptorum perfectiones, vt valeas implere accuratius. Siue aptius dixeris, Hilaras muy del gado en materia de preceptos: *Acnes ea*] Vende particulam, *Atque consurgens*: Cum pij euigilant, actionum primitias per orationem, aut meditationem Deo offerunt.] Profectò præcepta hæc quasi signum in manu ligabis, sine diuinam legem præ oculis semper habebis, nec illius vnquam obliuisceris.* Iudæi olim hæc ad literam vt sonant, accepere. Mat. 23. 5. Quam materiales legis cultores! Manus plenæ præceptis, corde vacuo. En mulierculas rosarium, aut precum libellum gerentes manu, diabolo in præcordiis occluso.] Legis huius præscripta in limine, ac ostiis domus tuæ scribes, maximopere prouidens, ne quidquam contrarium legi aspectantibus, aut legentibus obiiciatur, nempe turpes imagines, lasciua verba * Laudabiles, qui parietes, ac portas hisce voculis muniunt. *Eucharistia, Virginisque immaculata conceptio laudetur*, &c. Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, qua iuramento expresso, patres tuos Abrahamum Isaacum, & Iacobum donandos esse promisit in filiis: & dederit tibi magnas ac optimas Vrbes, quas non ædificasti: domos cunctis refertas opibus, quas non extruxisti: cisternas quas non fodisti: vineta, ac oliueta, quæ non plantasti: & comederis vsque ad satietatem: præcaue diligenter, ne in superbiam elatus tanto beneficio abutaris, & obliuiscaris Domini, qui te ex Ægypto eduxit, vt tot bonis impleret.* Hinc carpendi maiores natu, qui à patribus accipiunt domos, quas non ædificarunt: vineta, quæ non plantauerunt: annuos redditus sine præmisso labore percipiunt; nec tamen se Deo largitori gratos ostendunt. Sine labore donari diuitiis, ac commodis, magnum Dei beneficium est, sed quod debet gratitudinis pensione recipi.] Dominum Deum tuum sulummodò timebis, summum Iudicem potentem vera infligere mala: & illi soli serutes, qui solus scit fideles famulos munerare.* Quidnam, precor, post tot seruitij annos à terreno Domino acquisisti? Si hic sciret munerare famulos, haud tot xenodochia senibus misereulis opplerentur.] Solius itaque Domini seruus, si occasio tulerit necessitatem aliquid iuramento asserendi, per nomen illius, & non alicuius idoli iurabis. Tunc autem iurandi instabit religio, cum iudicium, iustitia, ac veritas imminere videatur.

Acuẽda præcepta, seu cunctæ eorũ perfectiones perpendẽdæ, vt impleantur.

Primitiæ actionũ Deo per orationẽ, aut meditationẽ litãdæ.

Taxãtur qui vacuo corde manus deuotionis documentis, onerant, nempe rosario, &c.

Cõmẽdãtur qui parietes piis voculis muniunt, vt turpes sepellant sculptiones.

Magnum Dei beneficium est, sine labore, fortunæ accipere bona sed hæc quidem cum gratitudinis pensione accipienda.

Temporarij Domini erga famulos ingratitudo.

3. *Moses populo suadet, diis Gentiũ non esse litãdũ. Dei præcepta custodienda.*

14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. NON IBITIS, &c.] Ad deos alienos consulendum,

ane colendum non accedetis, præcipuè ad deos earum gentium, quæ vestri in circuitu morantur. * Facili negotio quis se se assolet conformare his, cum quibus conuersatur.] Vnde speciatim à cultu deorum, seu idolorum gentium circunstantium admonentur. Quoniam Deus æmulator, seu zelator consortem in amore non patiens, Dominus est in medio tui habitans; ne quando contingat, si gentium idola sequare, vt contra te furor Dei succendatur, & de terræ te auferat superficie exitiali vulnere affectum. * Tàm horribile nè supplicium à commorante nobiscum Domino ingratis? Proh Deum immortalem! quid timeat, qui audet Christum in Eucharistia intra viscera collocare, dum post auaritiæ, aut voluptatis idola currit?] Non igitur ibis post deos alienos, ô sacerdos, quoniam Deus æmulator in medio tui est, potens facillimè ausum sacrilegum vindicare. Haud tentare audebis Dominum Deum tuum dicens, seu gerens aliquid intentione diuinam experiendi potentiam, scientiam vel voluntatem; quemadmodum tentasti tentationis in loco nomine Massa, seu Raphidim, vndecima ab egressu ex Ægypto mansione, vbi ob aquæ defectum de potentia Domini addubitantes, eam experiri impiè voluistis. Custodi ergò præcepta Domini Dei tui ad mores attinentia, ac testimonia, quæ ad litium compositionem sunt instituta: nec non ceremonias, quas tibi Dominus imperauit ad diuini cultus perfectionem: & quod in Dei conspectu commendabile est circà impletionem legis exere: vt assecla prosperitate in cunctis tuis actionibus, ingressus demum optimam possideas regionem, patribus iureiurando expresso promissam, qua quidem es potitutus, Domino promittente, hostibus incolis primum profligatis, ac omninò deletis. * Si enim promissam Terram possideres, ac simul hostium intestinorum subires incorsiones, non beneficio, sed supplicio factus esses incola Terræ. An putas intruse Princeps, te à Deo donatum beneficio, dum Regnum possides alienum, planè non pacifice, sed horribilis belli pensione? Certe diro te affectum supplicio, tuam superbiam, vindicante, existimarim. Non enim beneficium est, sed supplicium quod belli interminabilis pensione possidetur.] Cumque interrogauerit te filius, aut nepos tuus *cras* siue futuro tempore, dicens: Quid sibi volunt moralia hæc Decalogi testimonia, & ceremoniæ circa diurnum cultum obseruandæ, iudiciaque ad mutuum hominum cultum attinentia, quæ nobis Dominus imperauit? ei respondebis: Dum apud Ægyptum Pharaonis tyrannide premeremur, nos Dominus Deus validissima eduxit in manu, instar pugnacis viri hostes in brachij fortitudine comminuentis. & signa, prodigiáque maxima excitauit, pessima quidem Ægyptiis, quibus grauissimè nocuere, ac nocentissimos edidere cruciatus Pharaoni, eiusque ministris, nobis planè innoxie aspectantibus. Demùm nos inde eduxit, vt Terra sub iuramento promissá patribus donaremur. * Certè Hebræi, dum incolumes hostium aspectarunt stragem, beatorum imaginem referebant, quorum gloria accidentalis ex damnatorum suppliciis accrescet.] Præcepit ergo nobis Deus loco debitæ gratitudinis ac retributionis, vt hisce legitimis tam moralibus, quam ceremonialibus, ac iudiciariis præstemus obsequium, & Dominum Deum nostrum timeamus: vt fœlicitate potiamur in posterum sicut hodie fruimur, quando, debellatis Regibus, à nullo conturbamur. Deus certè erit nobis misericors à cunctis ærumnis, quæ possunt accidere, liberando, si toto ex corde, & animo omnia præcepta coram Domino, id est, ei studentes placere, custodierimus, sicut nobis iam dudum imperauit. Hebr. loco illius particulæ: *Erit nostri misericors*, lego, *Et iustitia erit nobis.* * Quid cum misericordia iustitiæ? Planè vbi iustitia ad est, inibi Dei misericordia commoratur; miseretur enim Dominus hominis illius, qui sectandæ iustitiæ studet strenuè, eumque cunctis facit bonis diffluere.]

Faciliter homo se cóformare assolet his, cum quibus conuersatur.

Quomodò audet impiobus sacerdos, dum præcordiis Eucharistia adest, idolis auaritiæ, aut luxuriei litare?

Nó est beneficium, sed supplicium, quod interminabilis belli pésione possidetur.

Accrescit beatorũ accidentalis gloria è dãnatorũ supplicio.

Vbi adest hominis iustitia, seu sãctitas, ibi Dei affluit misericordia.

CAPVT VII.

Chananæos & eorum idola stirpitus abscindi Moses imperat, iniri cum ipsis nuptias, aliaque fœdera prohibet.

1. CVm introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram, quam possessurus ingrederis, & deleuerit Gentes multas coram te. Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, septem Gentes multò maioris numeri quam tu es, & robustiores te: 2. tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem, Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, 3. neque sociabis cum eis coniugia Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: 4. quia seducet filium tuum,

tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis, irascetúrque furor Domini, & delebit te citò. 5. Quin potius hæc facietis eis: Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite. 6. Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. 7. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores: 8. sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris: eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. 9. Et scies, quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes: 10. & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat protinus eis restituens quod merentur. 11. Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie vt facias. 12. Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi, & misericordiam quam iurauit patribus tuis: 13. & diliget te ac multiplicabit, benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum super Terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. 14. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. 15. Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Ægypti pessimas, quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. 16. Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruiet diis eorum, ne sint in ruinam tibi. 17. Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes istæ quàm ego, quo modo potero delere eas? 18. noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis Ægyptiis, 19. plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumque robustam, & extentum brachium, vt educeret te Dominus Deus tuus: sic faciet cunctis populis, quos metuis. 20. Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint, & latere potuerint. 21. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis: 22. ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. 23. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. 24. Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cœlo: nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. 25. Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. 26. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

COMMENTARII.

1. *Iubentur Hebræi Gentes Chananitidis delere, nec cum eis inire coniugia.*

VERS. 1. 2. 3. 4. CVM TE INTRODVXERIT TE DOMINVS DEVS, &c.] Cũ à Domino Deo tuo fueris in Chananæam introductus, & eius potentia suffultus multas Gentes deleueris, initoque bello superaueris Hethæos scilicet, Gergezæos, Amorrhæos, Chananæos, Pherezæos, Heuæos & Iebusæos, septem Gentes te & numero, & robore superantes: (tres enim aliæ Gentes quæ Gen. 15. 19. annumerantur iam ante perierant, aut aliis septem permistæ sunt) easque Dominus tuus tibi victas tradiderit: eas ad internecionem vsque vulnerabis. Cum eis haudquaquam fœdus inibis, nec affectus miseratione parces. * Vt ediscas, vitij consuetudinem superare, dum nulli parcis vel leui actioni, quæ, ad vitij ditionem pertinere videatur.] Cum eis coniugia colligare aufugias, filio earum tuam filiam non trades, nec earum filiam tuo filio accipies: quia proculdubio eum idololatra coniux seducet, ne mihi hæreat, (ait Dominus) sed seruiat idolis; quare Dominus succensus, iracondia te repentè delebit. * Cur non dixit, Filiam tuam non dabis filio eius, quia seducet filiam tuam, sicut ait, *Nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum?* Planè quia femineæ artes ad seducendum proniores, ac valentiores ostẽrantur. Testor sapientissimum Salomonem à mulieribus seductũ, vt diis alienis thura litaret.

Superatur prauus habitus, dum cunctas resecas actiones, quæ ad eum attinere videantur.

Femineæ artes valentiores ad seducendum.

2\.

Iubentur Hebræi Gentium idola comminuere, Deoque seruire.

Nulli parcẽdum prælapsæ passionis, seu affectui particulæ, vel reliquiæ.

Ei, qui speciali iure Deo sacratus est, indicitur specialis à sæculari conuersatione abstractio.

Fidelis populus charissimus, ac pretiosissimus Deo.

5\.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15. QVIN POTIVS HÆC FACIETIS EIS, &c.] Quin potius hæc gerenda tenate: Altaria, quibus colenda exponuntur idola, subuertite, statuas confringite lapideas seu æreas, seu ligneas, lucos prope Delubra consitos succidite, & sculptile quoduis comburite. * Non sufficit, idolorum frangi imagines, reliquiæ comburantur oportet; cunctæ enim particulæ prælapsæ animi passionis vberrima sunt semina criminis.] Nec mirum à te totalis à Gentilium impietate abstractio exigatur, quia populus sanctus seu separatus es ab aliis gentibus, verique Dei religioni addictus. * Religioso, aut sacerdoti specialissime Numini hærenti indicitur specialis à sæculari conuersatione recessio. Vnde nihil in Sancto, aut separato viro relinquendum, quod reliquiam suboleat idoli.] Te ô Israel Dominus Deus tuus elegit, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, terræ incolis. * Hebr. *populus* est סגלה *segul.a*, quæ vox rem charissimam, ac pretiosissimam significat. Parum esset tanto amatori Deus fidelis populi nominari, nisi & cum vti rem charissimam, ac pretiosissimam haberet.] Non quidem, quia cunctas gentes numero vincebatis, singulari beneuolentia vobis iunctus est Dominus, & elegi vos; omnibus enim estis pauciores: sed quia vos dilexit, & decreuit custodire, & opere complere iuramentum patribus vestris emissum: eduxitque vos in manu forti, & de seruitute, Pharaonaque Rege Ægypti redemit. * Tam ineffabilis enim munerator ille, vt semel se beneficum ostentasse erga me, sit quasi obligatio vberius munificentiam exhibendi.] Experimento didicisti, Dominum Deum tuum fortem esse in redimendo, & saluando: fidelemque circa promissorum impletionem: ideo pactum custodit, & misericordiam suam in mandatorum eius obseruatores, eiusque posteros vbertim effundit: nec non violatoribus præceptorum sæpe statim pœnam infligit, eos illicò disperdens, nec differens ex pietate supplicium, vt conuertantur: sed protinus pro merito flagellat. Testor vituli aurei cultores, (Exo. 32.) concupiscentia carnium affectos, (Num. 11.) Core, Dathan, & Abiron, (Num. 16.) & Mariam de Mose murmurantem, (Num. 12.) Custodi igitur legis naturæ præcepta, diuini cultus ceremonias, legaliaque lites componentia iudicia, quę Dei minister, ac nuncius tibi hodie inculco, vt exequaris. Si postquam audieris diuina mandata hæc custodieris, & impleueris ea: Dominus Deus tuus pactum custodiet, misericordiamque promissam patribus exhibebit, diligetque te, tuasque familias multiplicabit, fructibus vberum benedicet numerum filiorum adaugens, ac fructibus terræ tuæ, qui ex arboribus colligi assolent, frumento, vineis, oleo, armentis, ac gregibus ouium tuarum, apud Chananææ promissam regionem. Nulla legis obseruatorem tentabit ærumna. * Cur specialiter assignauit fructus cœlesti donandos benedictione? *Benedicet fructus ventris, fructus terræ tuæ, frumento, vindemia, oleo, armentis, gregibus.* An non pressius exposuisset, *Benedicet cunctis fructibus tuis?* Quia studium hominis circa vniuersam legem obseruandam studio Dei circa præmia conferenda debebat rependi: dumque homo singula præcepta speciali obseruat affectu, Deus speciali attentione singulis hominis rebus confert benedictionem.] * Preme particulam, *& postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea.* Dixerat, *Custodi præcepta, & ceremonias, atque iudicia*, id est, præcepta naturæ, ceremonias diuini cultus, atque iudicia legalia lites dirimentia. Cur ergo nunc addidit, si postquam audieris hæc iudicia, præcepta, & ceremonias? Profectò τὸ *iudicia* tum ceremonias includit & præcepta; iustum enim compositio quasi totius legis est obseruatio. Quis enim litigator tam iustus, vt de mandatorum curet obseruatione, cultui Dei studeat? Difficilè planè & liti dare operam, & strictæ obseruationi legis curam expedire.] Benedictus eris inter omnes populos, alios enim gloria, ac diuitiis superabis, ab eisque felicissimus prædicaberis. Non aderit apud te vtriusque sexus sterilis tam in hominibus quam in gregibos, & armentis. Nec solum faciet Deus te bonis affluere, sed à malis omnibus liberabit. Auferet enim a te omnem langorem ac infirmitates Ægypti pessimas, quas nouisti, sed expertus non es, nempe vesicas turgentes, vlcera, & alia huiusmodi tibi non inferet; sed eis tuos hostes acriter vulnerabit.

Dum homo speciali studio singula obseruat præcepta, Deus speciali attentione singulis hominis rebus beneficia largitur.

Semel Deũ beneficium contulisse homini, quasi obligatio est vberiora impendendi.

Vix potest quis & liti dare operã, & strictæ legis obseruationi curam expedire.

3\.

Curat Moses, populũ à formidine expediri, promittẽs, propitio Numine, victoriam.

16\. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. DEVORABIS OMNES POPVLOS, QVOS DOMINVS DEVS TVVS DATVRVS EST TIBI. NON PARCET EIS OCVLVS TVVS, NEC &c.] Omnes populos, quos Dominus daturus est tibi, deuorabis, gladiis eos consumendo, eorumque diripiendo opes. Haud parces tibi eis oculus tuus commiseratione affectus, ob pulchritudinem, ob corporis proceritatem, aut elegantiam, aliquem reseruando: nec eorum diis libabis obsequij loco, idololatrias reseruare, eisque, pacto inito parcere: ne id tibi vertatur in ruinam. Ipsi enim a te beneficio accepto gentiles, de mundialium more, tibi hostes exsurgent. * O tempora, cùm tot comparas hostes, quot homines beneficio donas?] Si dixeris in corde tuo timore perculsus: Hæ gentes me numero superant, quonammodo eas poterus superare, ac comminuere? timorem excore memor eorum, quæ Deus tuus Ægyptiis ac Pharaoni gessit. Plagas horribiles memorare à Deo Ægypti accolis immissas, quas aspectasti: & signa, ac portenta, manum robustam Domini, & brachium extentum; siue incredibilem potentiam, qua te Dominus flagellatis Ægyptiis è captiuitate liberauit. Vnde spem concipies sic Dominum aduersus populos, quos nunc metuis, decertaturum: * Cœpisse enim Deum beneficia præstare, prosecutionis munerum est documentum.] Insuper & crabrones seu venenatas vespas Dominus Deus tuus in eos immittet, qui arrepta fuga curauerint tuas manus euadere, & latibula inire: donec deleat omnes, atque disperdat. Minimè eos timebis, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, siue tecum adest,

Tot comparas hostes, quot homines beneficio donas.

Cœpisse Deũ beneficia præstare, prosecutionis munerũ est documẽtum.

te

te adiuuat, Deus magnus, tibi ob insignem potentiam laudabilis, & terribilis impiis in conspectu tuo paulatim, ac per partes has nationes comminuet. Non quibis eas delere subito, nec anno vno; ne fortè contrà te terræ bestiæ multiplicentur, Vrbibus, ac Oppidis in solitudine redactis. * Vitiorum superandorum en documentum. Non potes ea delere pariter? Anni vnius spatio stude vnius vitij exterminationi: quo superato, curabis anno proximo vitium alterum debellare.] Tandem Dominus Deus tuus cunctos hostes tuo conspectui deuictos exponet, eosque interficiet, donec penitus deleantur. Reges eorum tuas tradet in manus, & adeo illorum disperdes nomina, vt nec memoria quidem eorum supersit. Nullos ex iis, quos disposui esse à te statim subiiciendos, poterit tibi obsistere, donec comminuas eos. Idola eorum igne combures, vt non solum forma, sed & materia ex qua fuère conflata, depereat. Non concupisces argentum, & aurum, de quibus facta sunt, nec tibi ex eis quidquam assumeus, ne offendas, seu illaqueatus à iustitiæ, ac pietatis excidas rectitudine, propterea quod materia illa abominabile vero Numini expressit idolû.* Edificant fœminæ, quæ comminuto Veneris, Cupidinis, siue libidinis sculptili, curent aurum, aut argentum, reliquaque munera, e quibus conflata est turpitudo, sua in commoda retinere. Quomodo non abominanda Deo, quæ materiam, ac fomitem præstitere lasciuiæ?] Haud itaque quippiam inferes ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, seu res excidio addicta, quæ succidenda, & ad nihilum redigenda est, velut ipsum idolum prorsus destruendum. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentû ac sordes abominationi habebis adeo, vt nec digneris aspectare, quia anathema, seu destructioni omninò est obnoxiû.* Quidquid tibi ex turpitudine, quidquid ex crimine acquisiisti, abiicere festina; *anathema* enim est, seu res ad nihilum redigenda. Nulli enim vsui seruit, quod, læso Numine comparatur.]

Haud potens cûcta vitia delere pariter. Anno vno stude vnius vitij exterminationi, altero autem anno alteri vitio superando operã impende.

Postquã fœmina cõminuit turpitudinis idolû, non retineat aurum, aut argentum, quod materiã exhibuit lasciuię sculptili.

Quidquid ex crimine acquiritur obnoxium destructioni est nulli vsui deseruit.

CAPVT VIII.

Ad accurratam legis diuinæ custodiam ob multiplicia à Deo beneficia accepta in deserto, in Chananæa accipienda Moses hortatur, transgressoribus comminatur exitium.

1. OMne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis. Terram, pro qua iurauit Dominus patribus vestris. 2. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrùm custodires mandata illius, an nõ. 3. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. 4. Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est. 5. Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, 6. vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. 7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarúmque & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi. 8. terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & malogranata, & olueta nascuntur: terram olei ac mellis. 9. Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfruêris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: 10. vt cùm comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi 11. Obserua, & caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atq; iudicia & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie: 12. ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, 13. habuerisque armenta boum, & ouium greges, argenti & auri cunctarumque rerum copiam, 14. eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: 15. & ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra durissima, 16. & cibauit te Manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit, ad extremum misertus est tui, 17. ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt. 18. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suum, super

quo iurauit patribus tuis ficut præfens indicat dies. 19. Sin autem oblitus Domini Dei tui, fecutus fueris deos alienos, colueri(que illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quod omnino difpereas. 20. Sicut Gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, fi inobedientes fueritis voci Domini Dei veftri

COMMENTARII.

1. Beneficia in deferto ab Hebræis accepta memorantur, vnde ad legis cuftodiā allieiuntur. Peccatos viuere nō poteft, quia peccatū mors eft.

VERS. 1. a 3. 4. 5. 6. OMNE MANDATVM, QVOD EGO, &c.] Vide ô Ifraël, curaque diligenter, vt omne mandatum, quod iubeo tibi ftudeas implere: vt poffis viuere, & multiplicaris, ingreffufque, Terra, quam iureiurando expreffo Deus promifit patribus, potiare.* Herclè mandata Dei non implens viuere non poteft, morte criminis qui corripitur.] Cunctis itineris, quo Deus te ex Ægypto egreffum deduxit, recordate. Quadraginta annos per deferta te circumegit, vt affligeret, vt tentaret te fibi dilectum: (*Dei enim amico tentamina præparantur)] & nota fierent quæ in tuo animo verfabantur, an cuftodires Dei præcepta, an violator exifteres.*

Dei amico tentamina præparantur.

Tribulatio enim occultam cordis virtutem, aut vitium incunctanter exponit; ficut ignis æris affolet aut pretium aut vilitatem aperire.

Tribulatio cordis virtutē, aut vitium exponit.

Afflixit te penuria, in deferto enim non iureuifti carnes, nec fegetes, imo frequenter nec olera: obmurmurafti, & Dominus è cœlo Manna immifit, cibum quem tu, patrefque tui ignoraftis; vt edifceres, hominem non folo pane, aut communi alimento viuere poffe; fed quocumque cibo, quod Deus voluerit, aut iufferit.* Quid prellus penuria clamitas: Fame pereo? An Dei famulus defecit annona? fi deficiunt annui redditus, *non in folo pane viuit homo*, annuorum redditum loco aliud Deus fubfidium immittet.]

Iufti nō in folo pane viuit, quia fi deus nūquā eō impendit annonam.

* Quod fit Manna Euchariftiæ typum exerat, dum homo Euchariftico cibo reficitur, non in folo pane cœlefti viuit, fed *in omni verbo*, in omni fpirituali cibo, qui è Dei ore procedit. Quidquid enim Dei potentia ad fpiritualem poteft excitare refectionem, in Euchariftico pane recluditur.] Veftimentum quo operiebaris, haud quaquam vetuftate defecit, diuina virtute id miraculum excitante; vfi iis fuere parentes, & fuperftitibus ipfi dum moriebantur, eadem haud attrita indumenta relinquebant. Pes tuus ex longo itinere fubtritus non fuit, *non intumuit*, (fic Hebr.) aut læfus eft poft quadragefimum expeditionis annum exactum. Vt. fcilicet corde recogites tecum Dominum egiffe, ficut cum filio dilecto parens agere folet, dum erudit: paterno enim more te ad morum reformationem corripuit, non ad exitium, vt inimici puniuntur. Cum verberibus fueris affectus, exiftima tibi Deum oftentari parentem.] Hifce planè cogeris beneficiis, vt Dei mandata cuftodias, vt à viis Domini non excedas, ve Deum parentem filiali timore reuerearis.* Accepta enim à Domino beneficia quem non trahunt ad meliora, inter Dei filios minimè annumerandus?

Euchariftia omniū fpiritualiū ciborū colligatio.

Cū verberib percuteris, Deus tibi pa rēs oftēdatur. Haud dei filius eft quē dei beneficia non trahunt ad meliora.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 14. 1. 15. 16. 17. 18. DOMINVS ENIM DEVS TVVS, &c.] Dominus enim Deus tuus quem timere te oportet non folum præ lapfis rè beneficiis excitauit ad fectandam virtutem, fed & futuris allicit; introducet enim te in terram bonam, terram riuis, paludibus, fontibus irriguam, in cuius campeftribus ac montanis fluuiorum erumpunt abyffi: terram fecundiffimam frumenti, hordei, vitearumque genitricem, quæ ficulneis, ac malo granatis ornatur, oliueis opaca circundatur, oleique ac mellis diffluit abundantia. Vbi Dei præcepta cuftodiens, abfque vlla penuria tuo pane vefceris haud alieno poftulans fatiari, & rerum omnium potieris redundantia.* Quam magnum Dei munus, noftro pane fatiari, nec mendicare alienum coactos penuria. O quam pauci huius memores beneficij gratias exhibent Conditori!] Terra promiffa non folum rerum comeftibilium ferax exponitur, eius enim lapides ferrum funt, è lapidibus quippe huius terræ vifceribus, ac fodinis ferrum eruitur, & de montibus eius æris omnis metalla fodiuntur. In huiufmodi itaque regionem te Dominus introducet, vt cùm comederis, & faturatus fueris, Deo grato animo benedicas pro terra optima, quam accepifti.]* Hinc gratiarum actio ante prandium, & poft prandium commendabilis prædicetur. Aliquam præmitte, antequam ad menfam accedas, precationem: eademque effufa epulum perficiatur; cibus enim *fanctificatur per verbum Dei, & orationem* 1. Tim. 4. 5.] Obferua, & caue, nè quando impinguatus, & dilatatus, Domini Dei tui obliuifcaris, & mandata eius moralia, iudicia mutuam inter vos componentia conuerfationem, & ceremonias ad diuinum cultum pertinentes à me tibi hodie expofitas, & indictas negligas; ne poftquam comederis, ac fatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, in eifque habitaueris, armentis; ac gregibus abundaueris, argenti, auri, cunctarumque opum copia potitus fueris, de more diuitum, cor tuum eleuetur, & Domini Dei tui, qui te de Ægypto domo feruitutis eduxit, in folitudineque vafta, ac horribili ex noxiis animantibus tuus extitit ductor, minimè recorderis.* Affolet enim mundialium copia rerum corda hominum obterrare nè largitoris recordentur.] Diuitibus ingratitudo agnata, quia temporarium copia præcordia plena intumefcunt.] Apud folitudinem tuus Ductor fuit Dominus, quam quidem terribilem, feu horribilem efficiebat ignitus ille flammas fpirans ferpens vehementiffimam morfu corporibus calorem immittens, & fcorpio, ac dipfas, cuius vulnus magnam fitim in eo qui morfus eft, excitat: (δίψα Græcis fitim fignificat.) quæ quidem fitis nullatenus temperari poterat, quia apud defertum illud nulli aderant fontes, nullæ aquarum parabantur

Inculcat Mofes accepta à Deo beneficia adhuc populū ad diuinū allicimat obfequiū

Magnū Dei beneficiū, no ftro pane vefci, nec alieno coactos penuria mēdicare.

Gratiarum actio ante & poft prandium afferitur.

Copia rerum corda hominū obruerat ne recordētur Largitoris. Diuitibus ingratitudo genita.

rur scatebræ. * O fœlix viri Israelitæ patria id est, Ecclesia: vbi si forrè dipsas criminis mordear, tartareo æstui pœnitentiæ non iam fons, sed dulce satietati, (si amarum gustui), pelagus præparatur] Quid plura beneficia memorem? Deus ductor tuus apud Raphidim, & Cades riuos de lapide durissimo eduxit, vt extingueres sitim, & Manna te esurientem in solitudine quotidie satiauit, cibo vtique quem patres tui non viderant, nec eo vnquam fuerant vsi. Et postquam afflixit, ac probauit faciens te scire quam infirmæ vitturis esses, tandem tui est misertus, te à cunctis angustiis liberando, ab hostibus validissimis eripiendo victorem; nè diceres, tuæ conscius iam fragilitatis, in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstitere. Sed recorderis Domini Dei tui a quo vires validumque accepisti robut, vt hostibus cunctis superatis pactum suum cum patribus initũ adimpleret. An non id præsens indicat dies? Si Deus vires non contulisset formidine presso, haudquaquam Sehon Regem Amorrhæorum deleuisses, Ogque Regem Basan minimè exitialiter vulnerasses. * Oportet te in robore à Deo accepto, dum in gratia cum prælapsæ, cum in crimine versabaris recordari fragilitatis: nè tibi aliquid adroges de victoria! sed Agni pedibus apponas trophæa, à quo robur immissum.

Pœnitentiæ ... pectores ... peccatori ... impœnitentiæ ... vulnerato.

Cũ in gratia existis, prælapsæ sis fragilitatis memor, vt Deo tribuas fortitudinem.

19. 20. SIN AVTEM, &c.] Si Domini Dei tui tam munifici largitoris fueris oblitus, & securus fueris idola, coIueris, adorabis: en tibi infœlicissimum euentum annuncio; omnino enim, deficientibus in te viribus, quas gratis Deus contulerat, dep eribis. * Prerne verba: *Sin oblitus Domini Dei tui, securus fueris Deos alienos:* A memoriæ Dei defectu sacrilega prouenit adoratio. Cur idola auaritiæ, aut voluptatis sectaris, nisi quia Dominum obliuisceris?] * Hanc asseruerim, vix posse te sectari voluptatis sculptile ea die, qua orationi, aut meditationi studens, Domini fueris recordatus.] Sicut Gentes, quas deleuit Dominus in introitu tuo, nempe Aradij, & Amorrhæi, ita & vos deperibitis, si Dei voci fueritis inobedientes. * An non illi deleti iacent, quia ob impietatem Domino iouisi? ergò oculis obiiciens eorum stragem, quid non eodem supplicio corripi vereatis. Oportet quidè ad animi repressionẽ eorum ad memoriã adducere exempla qui ob eadẽ, ad quę propè dimus, vitia, diris fuere suppliciis diuerberati.

5. Exitium Moses legẽ violantibus comminatur. Obliuio Dei boneficii ... ... simulacra. Velut impeccabilis est illa die, qua orationi ... ... dium.

Vt à vitiis abstineas, oportet ... ... eadẽ crimina à Deo ... ... affecti.

CAPVT IX.

Ad memoriam Hebræorum Moses prælapsa murmura, ac crimina affert, speciatimque adorationem aurei vituli memorat: vt à lisibus sibi caueant. exinde flagitiis

1. AVdi Israel: Tu transgredieris hodie Iordanẽ, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes & ad cælum vsque muratas, 2. populum magnum atque sublimem, filios Enacim, quos ipse vidisti, & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. 3. Scies ergo hodie quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te, ignis deuorans atque consumens, qui conterat eos & deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. 4. Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc possiderem, cùm propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. 5. Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui, ingredieris vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt compleret verbum suum Dominus: quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. 6. Scito ergo quod non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem cum durissimæ ceruicis sis populus. 7. Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine. Ex eo die, quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum istum, semper aduersum Dominum contendisti. 8. Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit, 9. quando ascendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscũ Dominus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panẽ nõ comedẽs, & aquã nõ bibẽs. 10. Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est. 11. Cùmque transissent quadraginta dies, & totidem noctes,

noctes,dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, 12. dixitque mihi: Surge, & descende hinc citò: quia populus tuus, quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis, feceruntque sibi conflatile. 13. Rursumque ait Dominus ad me: Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit: 14. dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de sub cælo, & constituam te super Gentem, quæ hac maior, & fortior sit. 15. Cumque de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, 16. vidissémque vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius, quam vobis ostenderat: 17. proieci tabulas de manibus meis, confregique eas in conspectu vestro. 18. Et procidi ante Dominum sicut priùs, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis: 19. timui enim indignationem, & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit, Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice. 20. Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. 20. Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est, vitulum, arripiens, igne combussi, & in frusta comminuens, omninóque in puluerem redigens, proieci in torrentem, qui de monte descendit. 22. In incendio quoque, & in tentatione, & in sepulchris concupiscentiæ prouocastis Dominum: 23. & quando misit vos de Cadesbarne, dicens: Ascendite, & possidete Terram, quam dedi vobis, & contempsistis imperium Domini Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis: 24. sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. 25. Et iacui coram Domino quadraginta diebus, ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus: 26. & orans dixi: Domine Deus, ne disperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti. 27. Recordare seruorum tuorum, Abraham, Isaac, & Iacob; ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum. 28. ne forte dicant habitatores terræ, de qua eduxisti nos: Non poterat Dominus introducere eos in Terram, quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcircò eduxit, vt interficeret eos in solitudine. 29. qui sunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

COMMENTARII.

VERS. 1. a 3.4 5.6. AVDI ISRAEL, &c.] Audi Israël: Tu *hodie* seu breui, intrave paucos dies Iordanem transmittes, vt nationes maximas te fortiores possideas, non quidem personas reseruando, eisque imperitando; sed earum occupando terras, atque diuitias: Ciuitates planè ingentes, & ad cœlot vsque (loquitur hyperbolicè) murorum extolleotes coronam populum quidem magnum potentiæ amplitudine, ac staturæ proceritate sublimem, vtpotè filios Enacim, gigantum progeniem, quos ipse per relationem exploratorum aspectasti. Pende verbum, *Quos ipse vidisti*. Vidit vtique Israel progeniem Enacim ex exploratorum narratione. * Vt dùm aliquid refers, à mendacijs, exaggerationibusque abstinere cures, ne contrà famam proximi me videre existimem, quod tua narratio confinxit.] Hisce gigantibus neminem posse resistere profiteris, eo quod incredibili robore polleant. Ergo hodie siue citò comperies, te à Domino ducendum, qui planè sese ignem deuorantem, atque consumentem hostibus ostentabit, vt conterat eos, deleat, atque disperdat ante faciem tuam flammea velocitate, sicut se promisit præstiturum. Cum autem Dominus Deus tuus te aspectante comminuerit eos, ne audeas in corde mussitare: Propter iustitiam meam, rectaque opera perpetrata, remunerationis ergo me Dominus in Chananitidem introduxit pulsis, ac extinctis habitatoribus: cùm certum sit, nationes illas ob impietates suas, quæ eo tunc temporis erunt completæ, fore comminuendas. Itaque minimè propter tuas iustitias ergà opera externa, aut tui cordis æquitatem circa cogitationum rectitudinem terras Chananitidis possidebis; sed quia incolæ egerunt impiè eos oportet vulnerari: idcircò te introeunte, hæ nationes penitus delebuntur. Addiderim, id perficiendum, vt Dominus promissis sub iuramento expressis Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo tuis proauis staret. Scito ergo te haud Chananææ possessione donandum propter iustitias tuas, cùm durissimæ, & maximè inflexibilis ceruicis sis populus diuinis traditionibus non obtemperans. * Nihil enim iam contrarium iustitiæ, quam cordis durities, & inflexibilitas circa obedientiæ præscripta exequenda. Duræ ceruicis subditus ostentaris? te à iustitia peregrinum exponis.]

Facilè te vidisse putas, quòd contra famam proximi audis: Vnde narrās synceré loquaris.

Iustitiæ maximè repugnans est inflexibilitas subditi, ad obtemperandum Rectoribus.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18.

2. Peccatum populi ex conflatione vituli Moses memorat.

17. 18. 19. 20. 21. MEMENTO, ET NE OBLIVISCARIS, QVOMODO AD IRACVNDIAM, &c.] Quod si adhuc præsumis, propter iustitias tuas te à Deo fuisse Chananæa donatum, volo tuas recensere iustitias. Memento, quæso, & ne obliuioni committas, quomodò ob rebellionem tuam Dominum Deum tuum ad iracundiam in solitudine excitaueris. An non ex die illa, qua ante quadraginta annos ex Ægypto es egressus, seu de Ramesse, in qua habitabas, vsque ad locum istum semper aduersus Dominum contendisti; hostiliter agens cum illo, qui se tibi parentem benignissimum ostenrauit? Testor Horeb, vbi Deum prouocasti ad certamen horribile, vitulum fabricando, & colendo: quum ira succensus delere te voluit, meque Principem melioris populi constituere. Pudet tantam impietatem electi populi memorare. Quando ascendi in montem vna cum Iosue, vt lapideas acciperem tabulas, tabubulas quidem pacti, quod vobiscum Deus pepigit: & diebus ac noctibus quadraginta in vertice persititi à cibo potuque abstinens, vt me aptiorem ad diuinum sermonem capiendum redderet abstinentia. (* Ideò Ecclesia apposité Quadragesimale ieiunium ac sacri verbi peruulgationem copulat; quia aptior ad percipiendum Dei sermonem ex ieiunio auditor ostenditur.)] Duas lapideas tabulas tantæ quidem auctoritatis, ac si Dei digito, seu manu scriptæ fuissent decem Decalogi præcepta continentes, quæ de medio ignis vobis locutus est in monte, quando cœtus populi ad Sinaï radices est congregatus cœlesté auditurus sermoné, mihi Dominus tradidit. Certè quadraginta diebus, ac totidé noctib. ieiunij exacti, duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, in quibus pactum, quod Deus cũ Israele pepigerat aderat ad futurá rei memoriá exaratũ, à Domino accepi. *Sobrio Mosi lex traditur obseruanda & subditis indicenda. *Quomodò Rector larue legem minimè custodiens ex intẽperantiæ pisculo, poterit apté legẽ subditis proferre?] Tunc mihi Dominus, Surge, inquit, & incunctanter repete planitiem, quia populus tuus, quem tanto prosequeris affectu, & quem ex Ægypto eduxisti, pietatis viam, quam ei ostendisti, velociter deseruit; vitulumque per conflationem auri & argenti fusorio opere fabricatum exposuére adorandum. Pende illud: *Feceruntque sibi conflatile.* Ex conflatione auri, & argenti, ex coactione diuitiarum quid nisi idolum adorandum exsurgit? Nam si diues efficior, *mihi* simul *idolum inuenis.*] Rursumque Dominus ad me inquit: Video, populum Hebræum duræ ceruicis incorrigibilem prorsus esse. *dim tte me*, quem precibus contines, ne deleam omnino:)* Diuorum Deus precibus continetur, ne peccatores penitus comminuat.)] eum conteram, eiusque nomen de terra delebo, mortem inferens cunctis: constituamque te præcelsioris, ac fortioris populi Principem. Cumque de conflagrante monte Horeb ad plana descenderem, ac duas fœderis tabulas vna & altera manu tenerem, vidissemque vos aduersus Dominum deliquisse, caputque vituli bouis Apis, ac vaccæ Isidi imaginem referens fabricasse, & velociter à Dei via, quam vobis ostenderam recessisse: duas illas de manibus meis proieci tabulas easque vestro in conspectu comminui. Quid enim cum libro legis idoli adoratori? * Certè cum aliquod colitur idolum, auaritiæ scilicet, aut libidinis, aut vanitatis, totius legis præscripta violantur. Nec enim sufficit impudico vnicum transgredi præceptum, omnem violat legem, vna vt voluptate potiatur. O miser, qui ob momentaneæ voluptatis gustum tot piaculorum reus exponeris?] At post vituli contritionem, post viginti trium millium idolatrarum stragem, in conspectu Domini procidi sicut prius gesseram, in Sinai, & secundum quadraginta dierum ac noctium ieiunium institui omnino à cibo potuque abstinens, propter crimina vestra, queis Deum ad iracundiam prouocastis: vt abstinentiæ, virtute facilius veniam à Numine impetrarem. * Quam apté ieiunium Iubilei præcedit solemnia! ieiunij enim agnata vis ad indulgentiam assequendam.] Plane timui Dei indignationem, & iram, qua aduersum vos concitatus voluit vos interimere. A Domino quidem etiam vice hac exauditus fui, & gladium, quem strinxerat, vagina recondidit. * Ineffabilis quippe vis precum, cum ieiunij virtute colligantur.] Quid autem mirum, Deum aduersum vos desæuisse, si contrà Aaronem quoque vehementer exarsit, & eum voluit interimere? Pro illo similiter precatus veniam obtinui. Peccatum autem vestrum, id est vitulum à vobis conflatum arripiens priusquam vice altera montem scanderé pro vobis oraturus, quasi rem execrandam, fidei inimicam, igni tradidi comburendum: & exactum ab igne lima contriui, (vox Hebraica *tahon* pro lima ab aliquo accipitur) omninoque redactum in pulueres in torrentem, qui de monte profluit, proieci, vt ab Israelitis potatus vitulus contemneretur. Quænam enim maiestas potést adstrui vbi Diuus absumitur?* Hinc ineffabilem Christi in Eucharistia absumpti quotidie dignationem meditare, qui coli curat à fidelibus & æstimari ex epulo, ex quo idolum contemnendum exponebatur.

Ecclesia aptè ieiuniũ, & prædicationẽ copulat, quia ex ieiunio auditor aptior redditur ad Dei verbũ percipiendũ.

Nõ sobrius Rector quo modo legem subditis rectè licet indicet.

Ex coactione diuitiarũ idolũ adorãdũ exsurgit.

Deus precibus iustorũ [illegible] tur, ne peccatores omnino deleat.

Cũ idolũ colitur, nempe luxuries, tota lex als[o] et violata.

Aptè Iubilei solẽnia præcedit ieiuniũ quo Deus placatur.

Magna vis precũ cũ ieiunio, ad frãgẽdã Dei irã.

Christi dignatio in Eucharistia, volentis comedi, vt da idolum cõtẽnẽdum exponebatur.

3. Alia memorat Moses Hebræorũ crimina, queis Dominum prouocarũt.

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. IN INCENDIO QVOQVE, ET IN TENTATIONE, &c.] Semel Dominum in conflatione vituli prouocastis? Certè in incendio quoque cũ in eos, qui ob laborem itineris Deus ignem immisit? in tentatione cum postulantes aquã ad extinguendam sitim Deum tentastis: in sepulchris concupiscentiæ, cum Manna contẽnentes carnes indebitè desiderastis, prouocasti Dominum, eũq; ad iracundiá cõcitastis. Quid plura? Quando vos per ministerium meum excitaui, dicens ascendite, & possidete Terrã quã vobis mox tradã, Dei imperia contempsistis, incredulique, vocem eius noluistis exaudire: sed semper vos exhibuistis rebelles à die, qua de vobis curam gerere cœpi. Et iacui corã Domino in monte Sinai secunda vice (vt prostabar) quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum precabar suppliciter, ne vos deleret, vt fuerat comminatus. Alij asserunt, Mosem ter in monte per qua-

draginta dies, ac noctes constitisse ieiunium vt abstinentiæ nos vsum doceret eum aliquid à Deo difficile contendentmus postulare; vt difficile beneficium difficili consequamur obsequio. Taxentur hinc qui difficilia à Domino leui volunt precula impetrare.] Et orans dixi: Domine Deus, ne disperdas populum tuum, quem ad tui cultum specialiter elegisti, ac veluti hæredem ad bonorum tuorum assumpsisti participationem: magnisque ac admirandis prodigiis ab Ægypto liberasti. * Certè à Deo ex mundiali Ægypto eductum te fuisse, & in Religionis deserto collocatū, magni apud Deū est ponderis ratio, vt tibi parcat delinquenti. Obsequium enim primum illud, quod exhibuisti Domino, repostum ipsi alta mente manet, vt facilius ignoscat.] Recordare, precor, seruorum tuorum Abrahami, Isaac, ac Iacobi: & ob parentum merita peccatis parce filiorum. * O quoties ob parentum iustitiam Deus iniusto semini miseretur! Nec huius populi duritiem, seu incorrigibilitatem animi, impietatesga erga cultum tuum, atque peccatum erga proximos te minus reddat exorabilem: Ne forte Ægyptij impiè proclament: Non poterat proculdubio Deus Hebræos in terram, quam eis promiserat, introducere, aut certè eos odio prosequebatur: idcircò eduxit è seruitute dira, vt dirius adhuc in solitudine interficeret. Nec patteris hac notam qui mirum in modum amas Hebræos, populum nempe tuum tuis specialitem legibus adstrictum, & tuam hæreditatem, siue hæredes, constitutos ad bonorum tuorum participationē quos in fortitudine tua magna præstans auxilium, ac in brachio tuo extēto, instar bellatoris iā iā curātis hostē ferire è seruitute Ægiptiaca liberasti.* Non dubiū, quin lit cordatis efficax ratio ad remalias licitam perficiendam oblata, turorum vel mendax obmurmuratio.

Qui te ex fęculo ad deserrum Religionis adduxit, haud difficile parcet erranti.

Ob parētum Iustitiam sępè Deus iniustis filiis miseretur.

Vel mendax obmurmuratio fortis efficax est cordatis, vt rē aliās, etiam non perficiant.

CAPVT X.

Moses tabulas Dei digito subscripta, Arcam fœderis, Tribum Leuiticam speciatim à Deo delectam ad cultum Tabernaculi, Israelitasque velut castra cæli multiplicatos esse commemorat.

1. IN tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem: faciesque arcam ligneam, 2. & scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregisti, ponesque eas in arca. 3. Feci igitur arcam de lignis settim. Cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem, habens eas in manibus. 4. Scripsitque in tabulis, iuxta id quod prius scripserat verba decem, quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est: & dedit eas mihi. 5. Reuersusque de monte, descendi, & posui tabulas in arcam, quam feceram, quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus. 6 Filij autem Israel mouerunt castra ex Beroth filiorum Iacan in Mosera, vbi Aaron mortuus ac sepultus est, pro quo, sacerdotio functus est Eleazar filius eius, 7. Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti castrametati sunt in Ietebatha, in Terra aquarum atque torrentium. 8 Eo tempore separauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsque in præsentem diem. 9. Quam ob rem nō habuit Leui partem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est, sicut promisit ei Dominus Deus tuus. 10. Ego autem steti in monte, sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. 11. Dixitque mihi: Vade, & præcede populum, vt ingrediatur, & possideat Terram, quam iuraui patribus eorum vt traderem eis. 12 Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: 13. custodiasque mandata Domini. & ceremonias eius, quas ego hodie pręcipio tibi, vt benè sit tibi? En Domini Dei tui cęlū est, & cælum cęli, terra, & omnia quæ in ea sunt: 15. & tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos, id est vos, de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur. 16. Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius: 17 quia Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. 18. Facit iudicium pupillo & viduę, amat peregrinum & dat ei victum atque vestitum. 19. & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenę in terra Ægypti 20. Dominum

& ei soli serui es: ipsi adhærebis, iurabisque in nomine Illius. 21. Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia, quæ viderunt oculi tui. 22. In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

COMMENTARII.

1. Refert Moses secũdam super lapideas tabulas Decalogi scriptionẽ, repositionemque tabularũ in Arca.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. IN TEMPORE ILLO DIXIT DOMINVS AD ME, &c.] Tempore quidẽ illo post secũdam quadragenam ieiunoiorum exactam, dum in Tabernaculo fœderis, quod ad breue tempus alterius Tabernaculi postmodum fabricandi, extra castra erexeram, commorarer, mihi Dominus profatur: Duas tabulas dola lapideas prioribus similes, & montem scande: faciésque Beseleel arte de lignis setim Arcam, in qua tabulæ reponendæ. Porrò hisce scribam in tabulis præcepta Decalogi, quæ in iis, quas confregisti fuerant exarata: tabulas autem hasce in Arca repones, vt inibi custodiantur. Iussi igitur ex præcepto Domini Arcam de setim fabricari. Cumque opere Beseleel duas lapideas tabulas prioribus similes dolauissem; eas gestans manibus montem ascendi. Dominus autem ministrante me rursum decem Decalogi præcepta transcripsit quæ apud montem de medio ignis vobis exposuit, quando populus ad radices montis confluxit auditurus: & eas mihi tradidit asseruandas. Verùm reuersus è monte descendi post aliquot dies à Beseleel & Oliab iam Arca perfecta in qua tabulas collocaui, transactisque quadraginta annis inibi recluduntur, quemadmodum mihi Dominus imperarat.* Cum videris legis tabulas addici custodiæ in Tabernaculo reponendæ, contemplare, Deum eam quodammodò reuerentiam velle verbo sacro exhiberi, ac Dominico corpori, quod assolet in sacrario recludi.]

Verbo sacro eandẽ quodammodo Deus vult reuerentiam exhiberi, ac corpori Dominico.

2. Memorat Moses Aaronis mortẽ, Eleazari sacerdotiũ, Leuiticámque Tribum ad Arca portationẽ assumptam.

6. 7. 8. 9. 10. 11. FILII AVTEM ISRAEL, &c.] Quia autem de legis tabulis & Arca incidit mentio, de Leuitis, ac Eleazaro successore Aaronis haud importune tractatum interseram, quia hi custodes erant sacrorum, præsertim Arcæ, & tabularum, quæ in sancto sanctorum, vt pote res sanctissima asseruabantur. Peracta igitur trigesima tertia mansione, filij Israël ex Beroth filiorum Iacan, quæ in deserto Sin conjacet, & alio nomine Cades appellabatur, castra mouerunt, veneruntque in Mosera, vbi ea in huius regionis portione, quæ mons Hor vocitatur circa extremos fines terræ Edon Aaron diem suum obiit, ac terræ fuit traditus anno ætatis suæ centesimo vigesimo tertio: cuius loco sufficitur Eleazar filius eius sacerdotij summi infulis insignitus. Inde in Gadgad, alio nomine Oboth deuenere: indéque profecti in Ietebatha fuere castrameati, terra videlicet, quæ ob torrentem Zared puteumque miraculose paratum, assolet Terra aquarum, ac torrentium vocitari. Eo quidem tẽpore, de quo noster sermo est institutus, nẽpe quando mõtis Sinai radicibus hærebat exercitos, Dominus Tribũ Leuiticã separauit, & ad speciale ministerium diuino cultui exhibendum elegit, scilicet vt Arcam fœderis Domini deportaret, reliquaque vtensilia, quæ ad Tabernaculi cultum attinebant, sacris muniis incumberet, Israëlitisque per inuocationem Diuini nominis vsque in præsentem diem benediceret, seu benè precaretur. Quamobrem Leui non habuit, nec habiturus est partem, aut possessionem cum fratribus suis; quia *ipse Dominus*, id est, portio proueniens Domino tam ex sacrificiis, & oblationibus, quam ex aliis quibuscumque Israelitarum fructibus, est eius possessio. * Itaque *ipse Dominus eius possessio est*, quia portio Domino proueniens ex fidelium primitiis, decimis, sacrificiis ei aptatur? Ergo quidquid ad Ecclesiasticorum pertinet penu Deus quodammodo est. Qui igitur apud se retinet, quod sacerdoti debetur, Deum ipsum retinet iniuriæ illius vindicatorem.] Tribus itaque Leuitica habitura est quidquid ex Israelitarum rebus ad Deum pertinere videatur, sicut Dominus eidem promisit in præmium zeli à Leuitis expressi in idololatrarum internecione. * Vt enim sacerdotalis ordo iustè bonis Domino oblatis, eique prouenientibus perfruatur, debet diuinæ gloriæ zelo succendi, si in præmium zeli sacerdotibus paratur annona.] Ego quidem quando accepturus secundarum tabularum subscriptionem ad Dominum ascendi, in monte constiti sicut priùs, quadraginta dierum, ac noctium explens ieiunium alterum. (Huc ieiunium non tertium, vt volunt aliqui, sed secundum, idem cum illo, de quo Cap. præcedenti n. 18. hic enim versus recto ordine antè initium Capitis esset apponendus.) Exaudiuit me Dominus etiam hac voce secunda, & te perdere, ac comminuere destitit, sicut antè fuerat comminatus. * Preme vim particulæ, *Exaudiuit me Dominus etiam hac vice.* Et quando piè precantes Dominus non exaudit? Exaudiet certè, quoties preces profuderis; quia quodammodo precum priorum oblitus, existimat te semel precari. Vnde discipulis, *Vsque modo*, ait, *non petistis quidquam*, cum plura ab eo iam requisissent, cur conqueritur nihil petiisse Apostolos, nisi quia precationis prioris oblitus, quodammodo, sẽper putat singularẽ existere precationẽ? Vis vulgariter explicem cogitationem *No se enfada Dios de tus ruegos, porquè siempre le parece, es aquella la primera vez que ruegas.*] Dixitque mihi: Vade & præcede populum te ei ducem præstans, vt ingressus possideat Terram, quam ei tradendam sub iureiurando patribus promisi: Quibus in verbis manifestè se Dominus placatum ostendit. * Perspicuum enim propitij Numinis documentum est probum Ducem, aut Præsulem populo, seu subditis prouidere; sicut signum est Dei irati, cùm populus, aut communitas ab iniquo

Quod pertinet ad sacerdotum penu Deus est: ergo qui illud retinet, quod sacerdoti debetur, Deũ retinet iniuriæ vindicatorẽ.

In præmium zeli circa Dei gloriam paratur ordini sacerdotali annona.

Sẽper Deus quodammodo existimat singularem tuam esse precationẽ, aliarum quasi oblitus: ideo semper exaudit.

Signum propitij Numinis est, probum Præsulẽ cõmunitati prouideret irati vero, permittere ab improbo Præsule gubernari.

iniquo Præsule gubernari permittitur.

3. 12.13.14.15.16 17.18.19.20 21.22. ET NVNC ISRAEL, QVID DOMINVS, &c.] Iam verò Israel, quidnam Dominus tam eximiorum beneficiorum commoratione impossibile factu petit à te? Solummodo postulat, vt Deum tuum timeas profectus spiritualis initium, in viis eius ambules eius impleos mandata, & eum demum perfectè diligas. * Assidua enim mandatorum impletio etiam ex timore ad perfectam dilectionem inducit.] Nec otiosam Deus sustinet charitatem existere, sed vult, te totis viribus tuis tam spiritualibus, quam corporalibus amantis exprimere documenta, seruientem scilicet Deo tuo toto ex corde, tota ex anima, custodientemque eius mandata moralia, ac iudicialia, ceremonialesque, quas ad diuinum cultum ritè peragendum tibi Dei ex nomine præcipio: quæ omnia te gerere oportet non in alterius cuiusuis commodum, sed vt bene sit tibi, omniumque bonorum abundantia fruaris. * Hæc ne facilia adeo prædicas, vt præmittas: *Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit à te?* Multum petit, imo omnia postulat, qui totum cordis requirit affectum. Quid difficilius, quàm omnia Dei implere mandata? Certè facilius nihil, si particulæ illius vim expendas: *Et diligas eum.* Qui Deum diligit, omnia onera leuissima reputat, amanti enim nihil difficile ostentatur. Vnde aptè Decalogi primum præceptum Dei amor obiicitur, vt reliqua facillima esse videantur, & verè rogitemus: *Quid Dominus requirit à te?* Prorsus nihil.] Eo Domini Dei tui cœlum est non solùm, id quod apparet, id est, cœli mobiles: sed & cœlum cœli quod superius adest, id est, cœlum Empyreum: Domini Dei tui est terra, & omnia quæ eius ambitu continentur; & tamen relictis aliis innumeris Gentibus terræ incolis tantæ maiestatis Dominus patribus tuis agglutinatus est arctissimæ dilectionis compagine, elegitque semen, seu posteros eorum post eos, id est vos de cunctis terræ habitatoribus, vt eum coleretis, sicut hodie comprobatur, & documentis manifestis ostenditur. Præputium igitur cordis vestri seu cordis *duritiem* (sic LXX.) circumcidite. Præputium metaphoricè cordi tribuitur significans voluntatem prauitate, luxurie, vanitate, & cæcitate obduratam) & ceruicem vestram ne amplius induretis nolentes Deo ineffabilis maiestatis, ac potentiæ submitti. Dominus Deus vester Deus est Deorum iudicium exercens in eos, quos insania Gentilica Deos existimat, & Dominus dominantium cunctos superans potestate, Deus magnus, & potens ad benefaciendum, & terribilis ad puniendum: qui quidem personam non accipit, nec muneribus corrumpitur. Vnde non habentibus vnde subornare valeant, pupillo, ac viduæ gerit iudicium, eas à diuitum tyrannide protegens. Tam pius tam beneficus est, vt amet peregrinum eumque victu, ac indumento donet. Vos ergo duritiem cordis emollientes ad Domini æmulationem, peregrinos amate, ad quod non modicum conferet, si memores fueritis, vos aliquando aduenas apud Ægyptum extitisse. * Confert enim vilis prælapsæ fortunæ memoria ad elationem animi sopprimendam, & miserorum gerendam compassionem.] Dominum itaque Deum tuum tam potentem, tam munificum time, & ama, & soli deserui, ipsi adhærescе; & quando oportuerit iurare, in eius nomine iuramentum gere. Ipse laudis tuæ sit obiectum, & materia: & Deus tuus te specialissima prouidentia gubernans, vtpotè qui protecturus te ac liberaturus tot à te aspectata magnalia, atque portenta horribilia Ægyptiis, ac cunctis hostibus excitauit, Patres tui numero septuaginta descendere in Ægyptum, nempè Iacob cum duodecim filiis, filia vna, quinquaginta supra vnum nepotibus, vna nepte, pronepotibus quatuor: & ecce multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut sydera cœli, implens quod promiserat Abrahamo. Quid non tam potentem timeas Deum, tam munificum diligas amatorem?

Ad iustitiã Deique timorẽ populum Moses hortatur adhuc Dei memorans beneficia.

Assidua impletio mandatorum etiã ex timore, ad perfectã dilectionem inducit.

Quasi nihil Dominus requirit à nobis, dum omnia iubet implere præcepta, quia amanti Deũ difficile, & insuaue nihil.

Confert vilis fortunæ recordatio ad elationem comprimẽdã ad miserorum cõpassionem.

CAPVT XI.

Expositis pœnis Pharaoni, Core, Dathan, & Abiron ob sua scelera expositis, Moses terret Hebræos. Iustis benedictiones, iniustis maledictiones vt his terreantur, vt illis alliciantur, exponit.

1. AMa itaque Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata, omni tempore. 2. Cognoscite hodie quæ ignorant filij vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manum, extentumque brachium, 3. & signa & opera quę fecit in medio Ægypti Pharaoni regi, & vniuersæ terrę eius, 4. omnique exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quo modo operuerint eos aquę maris rubri, cùm vos persequerentur, & deleuerit eos Dominus vsque in pręsentem diem: 5. vobisque quę fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum:

locum: 6. & Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam habebant in medio Israel. 7. Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit 8. vt custodiatis vniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, & possitis introire, & possidere Terram, ad quam ingredimini, 9. multoque in ea viuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem. 10. Terra enim, ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: 11. sed montuosa est & campestris, de cœlo expectans pluuias. 12. quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. 13. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: 14. dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, 15. fœnumque ex agris ad pascenda iumenta & vt ipsi comedatis ac saturemini. 16. Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis, & adoretis eos: 17. iratusque Dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus est vobis 18. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. 19. Docete filios vestros vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atque surrexeris. 20. Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ: 21. vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum, in terra quam iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis quamdiu cælum imminet terræ. 22. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, 23. disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt. 24. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. 25. Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. 26. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: 27. benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quę ego hodie præcipio vobis: 28. maledictionem si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quo signoratis. 29. Cum vero introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal: 30. qui sunt trans Iordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum, in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrantem procul 31. Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis vt habeatis & possideatis illam. 32. Videte ego vt impleatis ceremonias atque iudicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

COMMENTARII.

1. Moses allicit Hebr. ad Dei amore, ac timorē memorās suppliciā impiis inflicta quorū ipsi oculati testes.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. AMA ITAQVE DOMINVM DEVM TVVM &c.] Ama igitur Deū tuū ô Israel, quē tot documentis diligendum mōstraui, eius pręcepta attinētia ad mores, ceremonias Dei cultū spectātia, iudicia que cōponentia lites, & vt vnico verbo concludā vniuersa Dei iussa omni tēpore obseruato; ne delinquens, in vno, omnium reus factus esse videaris. Considerate, precor hodie quę aliquādo aspectastis; & filij vestri ignorant, qui disciplinam seu cognationē qua Deus vos erudiuit, non viderunt, magnalia scilicet, seu miracola, manum robustam, extentumque brachium, quo debellauit Ægyptios; signa & opera quæ in Ægypto gessit, horribiles plagas immittens Pharaoni Regi constringendo, cunctis subditis eius flagellādis; exercitui, curribus, equisque commouendis Cum vos quererent, Rubri eos operuerūt, vnde, & à Domino omninò fuere deleti adeo, vt nunc nemo superstes sit, qui vobis nocere posse videatur. Nec nō ad memoriā adducite quæ in vos Deus beneficia cōtulerit apud desertū quadraginta annorū spatio, donec ad hunc locum accederitis

ritu validiori contenderet; plerumque enim victoria non validiori, sed iustiori paratur.] Omnis locus intra hosce terminos à Deo assignatos (nec enim totam terram, vel quidquid vbiuis terrarum vestigio premerent, voluit Deus illorum possessioni adscribi, vt Rabini somniarunt) quem pes vester calcauerit, seu ad quem vos intrare contigerit, vester erit. A deserto Sin, seu Pharan, quod partem Meridionalem occupat, à Libano mōte percelebri plagam Septentrionalem terminante, à flumine magno Euphrate versus Orientem affluente, vsque ad Occidentale pelagus Mediterraneum appellatum, vestri termini proferentur; quos tamen non statim cunctos, sed postmodum Regum temporibus occupabitis. Nullus aduersum vos audebit stare, terrorem vestrum, non quemcumque sed formidinem, quæ hominem stupidum, ac immobilem reddit, super omnem Terram, quam promittente ipso calcaturi estis, Dominus immittet: vt vel Hebræorum nomen, instar crabronum, valeat hostes in fugam immittere.

Moses demum benedictionem, ac maledictionē obiicit Hebreis, vt ad legis obseruationem alliciantur.

26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. EN PROPONO IN CONSPECTV VESTRO, &c.] En igitur hodie vestris mentibus benedictionem, ac maledictionem obiicio, optimámque donabimini benedictione donabimini, si mandatis Domini à me expositis obtemperaueritis: afficiemini autem maledictione, si negligentes præcepta Dei vestri è via vobis à me indicata recesseritis, & fueritis deorum (quos ignoratis nunc esse deos quando solum Deum agnoscitis esse Dominum) sectatores. Cum vero Deus tuus ô Israël, in Terram Chanaam, transmisso Iordane, ad quam pergis incolendam, propones populo benedictionem supra montem Garizim, vbi audientibus sex Tribubus, & respondentibus, Amen, sacerdotes, ac Leuitæ futuram custodientibus Dei legem felicitatem denunciabunt: & similiter propones maledictionem super montem Hebal: vbi consistentibus aliis sex Tribubus, & respondentibus, Amen, à sacerdotibus ac Leuitis infælicitas à transgressoribus legis contrahenda intimabitur. Porrò cum Israelitæ in montem Hebal peruenissent, sex Tribus in eo constitere, (de Mosis monito) aliæ sex in proximo iugo montis Garizim. Interim Sacerdotes inter vtrumque iugum commorantes modo benedictiones in obseruatores legis, modo maledictiones in eam violantes faciebant; populus vero ad singulas siuè benedictiones, siue maledictiones respondebat, Amen. Cum ergò benedictio pronunciata fuerat, munus respondendi pertinebat ad eos qui in monte Garizim aderant: cum autem maledictio, ad eos, qui erant in iugo Hebal spectabat. * Quā opportuna ad populum prædicatio benedictio exhibenda legis cultoribus, maledictio violatoribus impendenda! Haud apta ad populum concionum materia, quæ aut virtutem non commendet, aut non vulneret crimen. * Porrò & huiusmodi virtutis commēdatio, vituperatióque criminis ita exprimenda est populo, tam disertè obiicienda, vt omnes intelligant, & respondere valeant, Amen. Hinc taxetur concionatorum huius temporis occulti adeo sermones vt vel ipsi dictitantes haud norunt respondere. Illos, inquam, montes ad id munus assigno, qui trans Iordanem post viam, quæ ducit ad solis occubitum, eleuantur, nempe in Terra cuiusdam populi Chananæorum, qui habitabat in campestribus iuxta Galgalam sitam ad Orientalem plagam prope Iericho, iuxta vallem tendentem procul, ac demum ad Hebron intrantem. Vos enim transmittetis Iordanem, vt Terra potiamini, quam Dominus vobis largiturus est multo tēpore possidēdam, nisi crimina obsistent dispositioni. Videte ergò, oportere vos iudicia implere, seruare ceremonias, quę vobis hodie noua promulgatione exposui.

Opportuna cōcioni ad populum cō. mēdatio virtutis vitij vituperium.

Tam disertè proponenda est doctrina vtilis auditoribus, vt omnes intelligant, & respondere possint, Amē.

CAPVT XII.

Victimas, decimas, primitias, & vota non in lucis, ac montibus, sed in loco ad id designando à Deo Moses monet offerri. A sanguine, ac omni immundo cibo iubet populum abstinere.

1. HÆc sunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus, quibus super humum gradieris. 2. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum. 3. Dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, idola comminuite: disperdite nomina eorum de locis illis 4. Non facietis ita Domino Deo vestro: 5. sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis: 6. & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium. 7. Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri, ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum vos

& domus vestrę, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester. 8. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quòd sibi rectum videtur. 9. Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. 10. Transibitis Iordanem, & habitabitis in Terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitum: & absque vllo timore habitetis 11. in loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo. illuc omnia, quæ præcipio conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vouebitis Domino. 12. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos & filij ac filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Leuites qui in vrbibus vestris commorantur, neque enim habet aliam partem & possessionem inter vos. 13. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris: 14. sed in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcumque præcipio tibi. 15. Sin autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide, & comede iuxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: siue immundum fuerit, hoc est, maculatum & debile: siue mundum, hoc est, integrum & sine macula, quod offerre licet, sicut capream & ceruum, comedes, 16. absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes. 17. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tu , primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: 18. sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & seruus & famula, atque Leuites qui manet in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. 19. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. 20. Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua: 21. locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis, & pecoribus, quæ habueris, sicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet 22. Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vesceris eis: & mundus & immundus in commune vescentur. 23. Hoc solùm caue, ne sanguinem comedas, sanguis enim eorum pro anima est: & idcircò non debes animam comedere cum carnibus: 24. sed super terram fundes quasi aquam, 25. vt benè sit tibi & filiis tuis post te, cum feceris quod placet in conspectu Domini. 26. Quæ autem sanctificaueris, & voueris Domino, tolles & venies ad locum, quem elegerit Dominus: 27. & offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare Domini Dei tui, sanguinem hostiarum fundes in altari: carnibus autem ipse vesceris. 28. Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt benè sit tibi & filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est & placitum in conspectu Domini Dei tui. 29. Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingrediêtis possidendas, & possederis eas, atque habitaueris in terra earum: 30. caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersę, & requiras ceremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istę deos suos, ita & ego colam. 31. Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auersatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. 32. Quod pręcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

COMMENTARII.

1. Omnia loca, in quibus idola colebantur, Moses iubet subuertii

VERS. 1. 2. 3.

HÆC SVNT PRÆCEPTA ATQVE IVDICIA, &c.] Hæc sunt pręcepta ceremonialia, & iudicialia, quæ seruare debetis, cum potiemini Terra, qua à Domino Deo patrum tuorum donandus es vt dùm superstes fueris eius possessione potiaris. Primum omnium omnia loca subuertite, in quibus gentes, quarum Terram, atque opes estis possessuri deos suos impiè coluère, aut montium cacumina scandentes, aut inaccessa ineuntes iuga, aut locorum abscondita captantes. * Malitia enim nunquam non ad latibula pergit

Malitia sęper ad latibula pergit.

Bonis terræ pius adeo impius addicitur, vt in ea cōuersus esse videatur.

pergit.] Pende particulam, *Gentis, quas possessuri estis.* Hebræi non Gentes, sed earum Terram, ac opes possederunt; cur ergo ait Moses Gentes ab ipsis possidendas? Planè quia animus impietati addictus adeo terrenis bonis hæreſcit, vt in ipsa quodammodo conuertatur; vndè possidentes Hebræi Gentium diuitias, eos ipso possedisse dicuntur. Quia vbi thesaurus tuus adest, ibi & animus, imo & homo totus exponitur.] Idolorum itaque aras dissipate, statuas confringite, lucos succendite, simulacra comminuite; nomina eorum illis ex locis ita aboleri studete vt ne memoria quidem idolorum relinquatur. * Assolet enim memoria præteritæ voluptatis animi infirmare constantiam, & rursum ametur iniquitas. vndè apud pœnitentem nulla relinquenda est prælapsi criminis reliquia, nō amatoria epistola, non imago, non capilli, non vitta; nè pignora idololatriæ animum excitent ad memoriam, quæ paulatim mētē, voluntatēque afferat ad iniqua.

Ex præterita voluptate nec reliquia permaneat, ne memoria excitet, & demū animū ad impietatē memoria corripiat.

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

2. Indicit Moses, solūmodo in loco à Deo electo idololatrā- da esse sacrificia, cū populus Chananæa potiatur.

Non facietis, &c.] Non imitabimini hosce idololatras properantes ad excelsa, vt Domino Deo vestro litetis. (lego tamen nonnullus sanctos viros, vt Samuelem in excelsis immolasse, proculdubiu ex peculiari Dei dispensatione) sed venietis ad locum, quem è cunctis vestris Tribubus Dominus elegerit, vbi Tabernaculum collocet, vbi Templum ædificet suoque nomine insignierit, in eoque habitauerit. O fœlix Tribus, è qua Dominus elegit locum, vbi nomen suum collocauit! * Liceat Iesuitæ inter Christiani cœtus Tribus, inter Catholicæ Ecclesiæ Religiones speciatim Societatē nostram electam, vt in ea ponat nomen suum. Nec mirum fideles ad nominis Iesv Templa sacro epulo saginandos speciali affectu properare.] Apud illum sacerrimum locum holocausta, victimas, decimas offereris, primitiasque frugum, quas manibus, ac labore vestro messuistis: oblationes ex voto, donaria gratuita, boum, ouium, caprarumque primogenita (subouibus capras etiam Intellige, vox enim Hebræa ad vtramque est communis speciem.) * Certè manuum opera prosperantur, cum ex eis primitiæ Domino offeruntur. Curculio non audet depascere triticum, nec metum accessit, eorum primitiis Domino litatis.] Comedetis ibi in Domini conspectu de hostiis pacificis, seu de oblationibus, quibus licitum est vesci laicis. (Hostiis pro peccato votiuis, & holocaustis laici vesci non poterant. Num. 18. 9.) Aptius crediderim allusionem hic geri ad Hebræorum morem, qui in iis solemnitatibus, quibus Ierosolymam, vel ad locum Tabernaculi conueniebāt ter in anno, solebant instituere conuiuia apud Vrbem, in qua erat Templum, vel Tabernaculum: & hoc erat comedere, lætari, & epulari coram Domino. * Commendabile plane Christi Deiparæ, Diuorumque solemni agitare conuiuia, epulas apparare, lætarique Christicolas. At gerenda hæc *in conspectu Domini*: scilicet vtea vtamini modestia, ac sobrietate, quæ decet homines præsentiam Domini reuerentes. Lætabimini tunc in cunctis, ad quæ miseritis manum; nam quæ vestro labore vobis parauerītis in his lætabimini, epulādo

Ex omnibus Tribubus, seu Catholicæ Ecclesiæ Religionib. speciatim Deus elegit Societatē vt in ibi nomē Iesv collocaret.

Dū operum manus tuæ primitiæ sacrātur Deo, ipsa prosperantur.

Diebus festis licet epulari & lætari sed modestè ac sobrie, vt decet eos, qui in conspectu Domini adsunt.

ex iis coram Domino. * Qui enim in Domini conspectu id est, modestè ac sobrie non epulatur non vera lætitia afficitur, potius ex epulo tristis, ac pene temulentus assurgere assolet: Verax illa lætitia, quæ *in conspectu Domini* capitur. Simul prosperabimini in cūctis, quę postmodum operati fueritis vos, & domus vestrę, nempe vxores, & filij: in cunctis, inquā rebus, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester, scilicet, quæ ex benedictione acquisieritis, ac gesseritis. * Quæ enim ex maledictione geruntur, aut acquiruntur, prosperari nō possunt.] Cum apud Chananæam vixeritis, non geretis, quæ nos hic hodie præstamus, nec enim in deserto ceremonialia præcepta seruauimus, sed solummodo quod rectum videtur ex rationis dictamine præstamus Nec enim adhuc venistis, fruimini requie, nec potimini possessione, quam à Domino estis accepturi. Iordanē transmitteris, & in Chananitide habitabitis, cunctisque ablegatis hostibus & circuitu, pacifice degetis, & absque vlla formidine poteritis inire Tabernaculi, aut Templi locum à Domino electum, quando ter in anno omnis Israel iuxta præceptum meum confluet. * Nec enim vlla ex irruptione hostium, aut aliunde veteatis aduersitate premi, dum Dei studueris obsequio sacrari.] Scio τὸ *in loco* apud Hebr. & Chald. initium esse periodi hoc sensu: *Et erit locus, quem elegerit Dominus Deus vester, vt habitare faciat nomen suum ibi, illuc offeretis omnia.* * Si omnia offeruntur Domino, quid offerētibus remanebit? Omnia plane, quia quod Domino aut in Templo, aut in paupere datur, veracius retinetur.] Ad locum itaque à Domino electum omnia, quæ præcepi vobis sunt adferenda, nempè holocausta, hostiæ, decimæ, ac primitiæ ex vestrarum manuum laboribus, & operibus, & quidquid fuerit electum, & optimum in iis, quæ Domino voueritis. * An non omnia, quæ Domino vouentur, ad Dominum adferenda sunt? Ita plane. Cur igitur Moses monet, afferendum ad Dominum quidquid præcipuū est in muneribus, quæ voucbitis Domino? Certè quia supponendum est omnia, quæ Deo vouentur, esse præcipua. An Deus placido excipiet vultu quæ ipsi ideo litasti, quia tuis vsibus apta non erant] Ibi epulabimini coram Tabernaculo, aut Tēplo (in Vrbe scilicet, in qua Tabernaculum vel Tēplum aderit) vos filij, ac filiæ, vestræ famuli, ac famulæ, Leuitesque, qui vestris in Vrbibus commorantur, quia Leuitæ agros, & vineas in partitione Terræ minimè sortientur, ideo ad epulas velut viduæ, & aduenæ sunt inuitandi. * Leuitæ seu Sacerdotis præsentia epulas honestabit. Quis audebit, præsente sacerdote, à sobrietate deuiare Proh dolor! Clerici sæcularibus admiscentur in mensis sæpè, vt eis gulæ documenta exponant.] Caue, ne vllū genus hostiarum offerre audeas vbicumque tibi visū fuerit, nullo habito loci delectu, sit ne is in quo Deus vult sacrificia offerri, an non omnes hostias litare cura eo in loco, quem vna ex Tribubus Israel sibi eliget Dominus, & quæcumque præcipio tibi, inibi dabis executioni.

Epulās coram Domino, sue modestia, ac sobrietate comite, vere lętatur, secus qui Domino absēte.

Quæ acquisitū ut aut geritur ex Dei maledictione seu ex peccato haud possūt prosperari.

Nil timeat qui Dei studet obsequio.

Quod Deo in Tēplo, aut in paupere datur, veracius retinetur.

Omnia, quæ Deo vouentur sunt præcipua seu optima.

Præsentia sacerdotis inepulis debet esse temperātiæ magistra.

15. *ad vsque* 27. Sin avtem comederæ, &c.] Sin autem lubeat esu carnium refici, haud necessarium erit, ad locū sacrificiis destinatum

ſtinatum pergere:ſed omiſſis ſacrificiorum ritibus,animal quod habere potueris, habita facultatum ratione, quibus à Domino tuus in Vrbibus donatus fueris (. Neque enim fas eſt inopi tam pretioſo,ac diues aſſolet, epulo ſatiari.) occide, ac comede:ſiue immundum ſit, ſeu maculatum, nempè mancum,cæcum,claudum, mutilum: ſiue mundum, ſeu integrum omni macula carens, quod vel Domino liceret offerre, velut ceruum ac capream, quæ ſacrificare non licet, manducabis; ea tamen conditione, vt a ſanguine abſtineas, quem quaſi aquam, id eſt, tem profanam (cuiuſmodi eſt aqua nulli apta ſacro ritui) omnino profundes.Decimam frumenti, vini, ac olei tui,quæ dettahi debet à fructibus, quæ tibi ſuperſunt, demptis decimis in ſuſtentationem Leuitarum aptandis, tuis in Oppidis edere non poteris:nec primogenita armentorum,& pecorum,nec oblationes ex voto, nec quæcuoque ſponte volueris offerre in ſacrificium,ac primitias, quas ſeparare oportet ex fructibus terræ acquiſitis manuum tuarum operatione; ſed coram Domino Deo tuo ea abſumes in loco,quem Deus elegerit,hoc eſt, in Tabernaculo,aut in Templo:ſacioque epulo intereritis tu,filij tui,ac filiæ,famuli vtriuſque ſexus,nec non Leuites,qui eo quod propria ſorte caret,tuis manebit in Vrbibus, quas ad habitandum ei contuliſti: & lætaberis, ac reficieris; ſeu proſperaberis coram Domino in cunctis,ad quæ extenderis manum. * Fame enim preſſo Leuita,Sacerdote eſuriente, quomodo poteſt tuæ menſæ adeſſe ſatietas? quomodo lætitia,ac refectio tuis verſetur in epulis?]Caue ergo, ne negligas ad conuiuia tua in Sanctuario inſtituenda inuitare Leuitem quandiu apud Chanaanæam ſuperſtes extiteris. Quando verò Dominus tuus vti Abrahæ promiſit terminos tuos vſque ad flumium Euphratem dilatauerit,& tibi neceſſum ſit, procul à Sanctuario degere,libueritque veſci carnibus animali indulgens appetitui:de armentis ac pecoribus(vt iam expoſui)mactare licebit,& in tuis Oppidis pro placito manducare. Sicut aſſolet edi ceruus aut caprea,cuius ſanguis ſuper altare non profunditur, ita hiſce veſceris animantibus aptis ad ſacrificium, etiam ſi non aptentur altari:& mundos, ac immundus homo,qui ſit aptus, vel ineptus ad offerendum ſacrificium,in commune, ſiue indiſtinctè comedent. Hoc ſolummodo præcaue,ne ſanguinem edas, animantia enim præcipuè ſanguine conſeruantur,& ſanguine viuunt:quare non debes animantis vitam cum carne comedere,hoc eſt carnes viuas,quemadmodum comedere videretur, qui ſanguinem in quo principaliter vita animantis conſiſtit comedere auderet.* Iam quidem qui dilectionis inimicorum futurus erat aſſertor vel in animante bruto prohibet cruoris humani potionem, ne aſſueti homines ſanguine bruto ſaginari, ediſcerent inimici ſanguinem bibere.

Haud meſæ tuæ aderit ſatietas,ſi ſacerdos eſuriat.

Prohibet Deus ſanguinis bruti potionē,ne aſſueti homines ſanguine ſaginari, ediſcerent inimici ſanguinem bibere.

re.[Ideo ſuper terram animantis edendi ſanguinem profundes velut aquam fluentem, ita vt nec guttula cruoris relinquatur. * Vel ſtilla enim liquoris tanto ſtudio prohibiti anſam fortaſsè toti poculo exhiberet.E rebus prohibitioni obnoxiis nec particulæ parce,ne è particula ad totum deuenire contingat.] Quod ſi geſſeris,Deus,cuius placito deſeruiſti, te proſperiſque tuis fælicitate opplebit. Porro quæ ſanctificaueris,ſeu diuino cultui ſacrari volueris,ſeu quæ voueris Domino tolles,& accedes ad locum quem Tabernaculo, aut templo collocando elegerit Deus,accedes,offereſque carnem,quæ incedenda eſt,ac ſanguinem ſuper altare Domini fundes:carnibus autem reliquis ipſe veſceris,nec enim neceſſe eſt omnes illas incedere:ſed poteſt interdum offerens partem ſibi ad epulum reſeruare, vti tenentur gerere hoſtiæ pacificæ litatores.

E rebus prohibitis nec particulam carpe ne ad totū deueniri cōtingat.

28. 29. 30. 31. 32. OBSERVA, ET AVDI OMNIA QVÆ EGO PRÆCIPIO, &c.] Obſerua igitur,Iſrael, & obediens auſculta dogmata tibi obſeruanda à me expoſita,vt tu ac filij tui interminabili fælicitate potiamini, cum in conſpectu Domini placita geſſeritis. Quando Dominus ad ingreſſum tuum Geotes Chananæas incolas diſperdiderit, quarum Terram, ac ſubſtantiam poſſidebis caue, ne earum impietatem æmuleris, poſtquam fuerint,te introeunte, ſubuerſæ.* Neſcio, quidnam noxij influxus vel ex vacua peccatorum domo prodire ad animi exitium Vnde quemadmodum aſſoles vel pòſt cadauerum infectionem affectorum vacuam domum,tactam contagione deſerere:ſic oportet non ſolum à peccatoribus infectis,ſed & à vacuis eorum habitaculis declinare] Caue igitur,ne Chananæam ingreſtus ceremonias Gentilium ſubuerſorum requiras,profaturus:ſicut coluerūt Gentes iſtæ deorum ſuorum ſimulacra, ita & ego colam Deum meum eoſdem ritus ac normam obſeruans.* Fuge de proximi libidinoſa hiſtoria *requiras*:Quidnam ille geſſit, quo pacto ſuam curauit explere voluptatem: Vereor ne ex curioſitate ad eandem demum accendaris libidinem.]* Hinc taxabiles, qui comœdiis interſint procoldubio libidinis magiſterio.] Haud geres ſimiliter Deo tuo eius vero cultui Gentilicas ingerens ceremonias.Omnes enim abominationes, quas Dominus auerſatur, odioque habet,illi ſuis geſſere ſimulacris,non ſolum ritibus vrentes obſcœnis, verum & filios ac filias Moloch offerentes idolo, & igni tradentes ſuccendendas in gratiam immobilis ſimulacri.Quod ergo tibi indixi gerendū circa modū colendi Numinis, hoc ſolúmodo exhibere ſtudeas,nec addendo quidquam, nec minuendo, putans aliquid vel diminutum, vel ſuperfluū in legis præſcriptis imperari. *Hinc corripiendi Concionatores,qui è ſacris verbis aliquam particulam audent demere, ſiue aliquam eis addere ad excogitationum licet non inutilium confirmationem.

4. Prohibet Moſes,ne falſorum deorū cultum ad verū Deum colendum Hebræi imitarentur.

Vel ea domo vacua peccatorū infīgniū ſceleris quidnam influxus noxij dērinatur:vnde fugiendū ab habitaculis.

Non ſunt curioſè inquirenda alienæ libidinis hiſtoriæ.

Noxia admodū Comœdiarum auditio.

Haud addenda,aut demenda ex ſacris verbis particula à Concionatoribus.

CAPVT

CAPVT XIII.

Moses iubet Pseudoprophetam & quicumque suaserit cultum idolorum lapidari: Vrbem quæ idola coluit, funditus vsque ad pecora exscindi, omnemque supellectilem cum Vrbe succendi.

1. SI surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, 2. & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: 3. non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. 4. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. 5. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de Terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis: vt errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus; & auferes malum de medio tui. 6. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam, clam dicens, Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui, 7. cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsque ad finem terræ. 8. non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eum, 9. sed statim interficies. Sit primùm manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manum. 10. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: 11. vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quidpiam huius rei simile. 12. Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: 13. Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt: Eamus, & seruiamus diis alienis quos ignoratis: 14. quære sollicitè & diligenter, rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, 15. statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia quæ in illa sunt, vsque ad pecora. 16. quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus: non ædificabitur ampliùs, 17. & non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua; vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis, 18. quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

COMMENTARII.

1. Pseudoprophetam, seu somniatorem Moses asserit esse lapidibus comminuendum.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. SI SVRREXERIT IN MEDIO TVI, &c.] Si in populo Israëlitico falsus propheta surrexerit, qui se pro vero venditet asserens se somnium vidisse, & signum, atque portentum alicuius rei hominibus communiter occultæ prædixerit, eueneritque quod locutus est, ob quam causam deberi ei fides videbatur: nihilominus si aliquid legi Dei contrarium subiunxerit, tibique fuerit profatus: Eamus, & diis alienis litemus obsequium (quos hactenus nec coluisti, nec pro diis habuisti, imo ex lege scis minime decorari Deitate) eorumque cultores efficiamur: non præbebis huiusmodi prophetæ, vel potius somniatoris mendaciis auditum, Dominus enim Deus vester se se ad modum tentantis, aut explorantis se gerit, vt non sibi cuncta scienti, sed vobis, & aliis palam fiat, num eum diligatis toto ex corde, tota ex anima, an non: num scilicet vel ab impio pseudopropheta prouocati Dei veri in obsequio persistitis. * Dilectionis enim intestinæ documentum est, si eius vis tentaminibus acuatur.] Dominum Deum vestrum sequimini per boni operis inchoationem, ipsum timete rectum opus producentes, & mandata eius custodite vsque ad perseuerantiam

Documentum veræ dilectionis est, si tentaminibus acuatur.

ſcuetantiæ coronam, vocem eius audite vos per lumen fidei edocentem, ipſi ſeruite ſpe retributionis, ipſique adhærete vinculo charitatis. Propheta autem ille, ſiue fictor ſomniorum, præcedente ſententia Iudicis ipſum ad necem condemnantis, de medio tolletur: quia locutus eſt, vt vos à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & de ſeruitutis domo redemit, auerteret: & vos de ritu viuendi, ac ſeruiendi Deo fecit abertare.

Nece dignus qui alij de crimine aliquo, cuius conſcius nō erat, præbet magiſteriū. Nouæ doctrinæ aſſertor peſtis Reipublicæ.

* Quam dignus necis pœna, qui proximum adorare fecit Deos, *quos ignorabat*, id eſt, qui alij de aliquo crimine cuius cōſcius non erat, exhibet magiſterium!] Huiuſmodi hominem interficiens, de medio tui auferes malum, contagione populum liberando. * Nouæ enim doctrinæ aſſertor totius populi peſtis eſt. Vnde Vates *peſtilentiæ cathedram* impij dicentis dogmata vocitauit.]

2. *Quicūque curauerit auertere Hebræū à veri Dei cultu, detegendus, & necandus.*

6. 7. 8. 9. 10. 11. SI TIBI VOLVERIT, &c.] Si frater tuus filius matris tuæ (additur proxima particula *filius matris tuæ* ad diſtinctionem cuiuſlibet Iudæi, Hebræi enim fratres vocabantur, quia è communi Patriarcharum ſtirpe oriundi) aut filius tuus, ſeu filia, aut vxor dilectiſſima tuo dormiens in ſinu, aut amicus, quem te alterum putas, tibi curauerit perſuadere, profatus: Eamus, & dijs alienis, quibus nec tu nèc patres tui cultum vnquam exhibuerunt, qui à Gentibus circumſtantibus adorantur, vel à Gentibus procul diſſitis coluntur obſequium litemus: haud ei acquieſcas nec auditum exhibeas, nec oculis miſerendi intuearis, vt occultes eum, quem accuſare illico debuiſſes. Sed ſtatim, non priuata quidem auctoritate, ſed crimen ad Iudices deferendo, interficies. Super eum tua primum manus extendatur lapidationem ſcilicet exordiens, (præcipitur infrà Cap. 17. 7.) & poſtmodum omnis populus te imitatus omnino comminuat.* Genus enim impietatis eſt, magiſtro ſcelerum occulto exhibere pietatem.] Lapidibus itaque obrutus de medio tollatur, acerbiſſimo necis genere; quia curauit te à Domino Deo tuo, qui de Ægypto te eduxit, ac de ſeruitute liberauit, abſtrahere ingratum. * Si tam ingens piaculum ingratitudo eſt, quonam dignus ſupplicio, qui te Numini munificentiſſimo efficere ſtudet ingratum. * Vnde acrius ſurgo in eos, qui Sanctimoniales à Deo ex Ægypto eductas in Terráque promiſſa collocatas ſatagunt à cœleſti auertere ſponſo, ad libidinémque haud verentur allicere.] Audiens omnis Iſraël tam horribilem perſuaſori pœnam inflictam, timebit, nec vlterius audebit tam immane piaculum perpetrare. * Alieno enim periculo reddimur cautiores.]

Genus impietatis eſt magiſtro occulto ſcelerū exhibere pietatem.

Magno dignus ſupplicio, qui te curat, erga Deū munificentiſſimum ingratū reddere.

Monialium deprauatores acriter reprehēdūtur.

Alieno periculo cautiores reddimur.

3. *Iubet Moſes deleri Vrbes, è quibus prodierint filij Belial excitantes ad Idololatriā Hebræos.*

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. SI AVDIERIS, &c. [Si in aliqua Vrbium, quas in Chananæa Deus tibi daturus eſt ad habitationem, audieris aliquos muſitantes: Filij Belial, id eſt, homines ſine iugo legis, ex vobis ipſis egreſſi ſunt, (vt ex vertice prodeat vertricis conflagratio) qui Vrbis ſuæ euerterunt habitatores, dum profarentur: Eamus, & ſeruiamus dijs alienis, quos vos adhuc Deos eſſe ignoratis. * Verus Deus non eſt ille, ad cuius obſequium neceſſe eſt vt *eamus*, verum etenim Numen adeſt vbique, & à fidelibus poteſt vbique coli: nuda ſunt ſimulacra, quibus vt ſeruiamus, ſemper ire tenemur: *Eamus & ſeruiamus dijs alienis.* Illum adoro Deum, qui vbique adeſt, & vbique valet egenti ſuccurrere.]

Deus verus vbique coli poteſt ſimulachra quæ-rūt infideles, quia vbique non adſunt.

* Ne excidat è memoria *Belial* vocabulum Hebr. à בלי *beli*, & על *hol*, id eſt *abſque* iugo, ſeu *exleges, ſummè impij.* Sumitur aliquando in ſcriptura Belial pro diabolo 3. Reg. 21. 13. *Filius Belial*, Hiero. vertit, *filius diaboli.* Et quidnam, quæſo, homo exlex eſt, aut ſummè impius, niſi diaboli filius, in quo nulla humanitatis particula relicta eſt, ſed tota nequiſſimum tranſiit in ſpiritum?] Itaque ſi illud audieris, noli diſſimulare, nec præcipitare iudicium: ſed quære ſollicitè, ac diligenter, & rei veritate perſpecta, ſi inueneris, certum eſſe, quod dictitatur abominationémque huiuſmodi opere perpetratā: *ſtatim* Vrbis illius habitatores gladij ore percuties, nullique parces. * Preme particulas, *Quære ſollicitè & diligenter, rei veritate perſpecta.* Si rei iam veritas perſpicitur, ad quidnam neceſſaria eſt ſollicita, ac diligens inquiſitio? Certè quàm multas nos veritates videmur perſpicere, quæ minimè veritates ſunt; oculi enim facilè ſeducuntur circa proximi famam. Vndè etiam cum perſpicimus eam, quam veritatem arbitramur, debemus ſollicitè ac diligenter dare operam inquiſitioni veritatis. Nec ſolum ciues comminues, ſed in tam inſignis criminis deteſtationem omnia, quæ in huiuſmodi Vrbe inueneris delebis, nec pecora reſeruabis. Quidquid ſupellectilium adfuerit in medio platearum congregabis, & ſimul cum ipſa Ciuitate ſuccendes, ita vt vniuerſa in Domini Dei tui honorem abſumas.* Deo enim gratiſſimum ſacrificium eſt iniquorum ſupplicium: *Ita vt conſumas Domino Deo tuo*] Quod autem dicit, *ſtatim percuties* non tibi exhibet percutiendi noxij auctoritatem; ad ſeniores ſpectat, & in primis ad ſupremum Præſulem anathematis ferre ſententiam, & veritatis gerere inquiſitionem. Illa autem deſtructa Ciuitas ſit *tumulus* ſempiternus, id eſt, nunquam amplius reædificetur, ne eum lapidibus rurſùm innouetur iniquitas. * Sint tibi domus, in quibus deliquiſti, *tumuli* ſempiterni; prælapſæ enim voluptates aſſolent obijci memoriæ, voluntatis non ſemel exitio.] Haud igitur Vrbs illa ædificetur amplius, nec de illo anathemate ſeu de rebus præfatæ deſtructioni deſtinatis tibi aliquid reſeruabis.* Adnota particulam: *Non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua.* Verbum *adhærere* idem eſt, ac conglutinari, ſeu *pegarſe fuerte mente vna coſa a otra.* Manibus bona temporaria aliena præcipuè quam fortiter hærent, quam difficile ſeparantur!] Propter pœnam igitur apoſtatis illius vrbis inflictam Deus ab ira recedet, & tui miſerebitur, multiplicabitque te, ſicut olim patribus promiſit, te miro in modum multiplicandum ſi audieris vocem Dei tui, omnia eius præcepta cuſtodiens, quæ tibi hoc tempore expono, non ſolummodò eorum notitiam recolas, ſed etiam vt quod placitum eſt in conſpectu Domini, geras. * Nec enim concionum dogmata proferuntur, vt auditores informentur de his, quæ minimè ignorant: ſed vt recolentes præceptorum vim, virtutum commendationem, vitiorumque fœditatem frugem tenant meliorē.]

Homo exlex aut ſummè impius verè filius diaboli vocitatur, omnino ab homine nequiſſimum tranſiens in ſpiritum.

Etiā cū videmus rei veritatē aſpicere, debemus inquirere, an veritas ſit, vel oculorū ſeductio: falluntur enim oculi circà proximi famam.

Deo eſt gratū ſacrificiū iniquorum ſupplicium.

Loca, in quibus deliquiſti, nō adeas, nè prælapſæ voluptatis memoria voluntatem accendat.

Bona tēporaria, aliena præcipuè, manibus fortiter hærent difficile ſeparantur.

Concionum dogmata nō exprimuntur audienda ſolum, ſed exequenda mādanda.

CAPVT

CAPVT XIV.

Quænam animalia munda sint, quænamque immunda Moses explicat. Præter primas decimas iam olim expressas, secundas ac tertias reddendas indicit.

1. FILII estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. 2. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus quæ sunt super terram. 3. Ne comedatis quæ immunda sunt. 4. Hoc est animal quod comedere debetis, Bouem, & ouem, & capram, 5. ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. 6. Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis. 7. De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt, comedere non debetis; vt camelum, leporem, chœrogryllum: hæc quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. 8. Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit, carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. 9. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: Quæ habent pinnulas & squamas comedite: 10. quæ absque pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. 11. Omnes aues mundas comedite. 12. Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliæetum, 13. ixion, & vulturem ac miluum iuxta genus suum: 14. & omne corui generis, 15. & struthionem, ac noctuam, & larum, atque accipitrem iuxta genus suum: 16. herodium ac cygnum, & ibin, 17. ac mergulum, porphyrionem, & nycticoracem, 18. onochrotalum, & charadrium, singula in genere suo: vpupam quoque & vespertilionem. 19 Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur. 20. Omne quod mundum est, comedite. 21. Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei, quia tu populus sanctus Domini Dei tu es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. 22 Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos. 23. & comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere Dominum Deum tuum omni tépore. 24. Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, 25. vendes omnia & in pretium rediges, portabisque manu tua, & proficisceris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: 26. & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua: 27. & Leuites qui intra portas tuas est: caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. 28. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. 29. Venietque Leuites qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

COMMENTARII.

1\. *Prohibetur Hebræi se incidere, aut caluitium facere super mortuo.*

VERS. 1. 2. 3. FILII ESTOTE, &c.] Filij estote Domini Dei vestri, ac ad imitationem illius, munditiam animi colite, cunctamque idololatrarum barbariem, ac spurcitiam fugite. Haud proinde vos incidetis cultris, vel lanceolis vti Gentiles faciunt, vt suis idolis præstent obsequium: nec abradentes anteriorem capitis partem pilis nudabitis lugendi alicuius mortui occasione. Quoniam Sanctus es populus seruiendo Numini applicatus, teque Dominus elegit, vt peculiarem sibi aptaret in populum, speciali planè munditie diuino cultui præ cunctis Gentibus,

quæ

quæ sunt super terram consecratum. * Specialis enim electionis Dei donari munere ad specialem submissionem, ad peculiare obsequium homines adducit.] * Qui te electum, aut applicatum Domino ex Regulari videris instituto, teneris procul dubio speciali lege specialem Deo reddere gratitudinem, nec sæcularis idololatriæ vllum dogma sectari.

Donatū esse speciali à Deo specialis muneris ad socie homines ad speciale Dei obsequium. Qui ad Religionē electus est, Deo se specialissimè gratū ostendat.

4. 5. 6. 7. 8. 9 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. HOC EST ANIMAL, QVOD COMEDERE DEBETIS, &c.] Ex hisce animantibus licet vobis comedere, boue, oue, capra, ceruo, capra syluestri, bubalo, seu ceruo speciali genere, tragelapho, siua hircoceruo, ceruum quidem forma, cornibus ac barba hircum referente, pygargo, seu capreæ genere damis simili, Orygem siue syluestri boue, camelopardalocamelum, ac pardalim referente. Omne itaque animal quodcumque duas in partes vngulas findit, & ruminat, comedetis, cuiusmodi quidem sunt decem prædictæ species, & aliæ, quæ non memorantur hisce planè similes. Porrò da iis animantibus, quæ ruminant quidem, non tamen findunt vngulam, edete non licebit, nempè lepore chærogrillo, seu cuniculo. Hæc quia ruminant, & non diuidunt vngulam vobis erunt immunda; siccæ enim admodum naturæ esse ostentantur noxiæ corporis valetudini. * Tanta quidem Dei pietas, vt & corporis hominum commodis inuigilasse videatur. Sus quoque, quoniam vngulam diuidit, sed non ruminat, inter immundas epulas deputare. Huiusca enim animantis substantia ex rebus interdum immundis non parum acere scit. Huiusmodi animantium carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis: circa cibos anim vna, & altera hac ratione exposita legalis trahitur Immunditia. Ex omnibus autem piscibus a. quarum incolis fas est manducare eos, qui pinnulas, & squamas habent, qui autem nec pinnulis adnatant, nec teguntur squamis, prorsus velut immundi reiiciendi. An nō cōtrahunt immunditiam eo quod cum animalibus terricolis gerant commercium, vnde noxias inbibant qualitates? Ita planè. * Licet aquæ mundissimæ sis habitator, Religionis recipiaris in alueo. Si littora transacto, cum sæcularibus ineas commercium, noxiam attrahes contagionem. Omnes itaque mundas aues comedite ab immundis hisce oportet abstinere, scilicet aquila, gryphe, aliæeto, ixione valentum genere, ipso vulture, milluo einsq; prosapia, omni coruorum genere, nempa coruo, pica; ac cornice, nec non struthione, noctua, laro, accipitra in genere suo, herodio, cygno, Ibi, mergulo, prophyrione seu pelicano, nycticorace, onocrotalo, accharadrio singulis in genere suo, vpupa, ac vespertilione. Omne autem quod reptat, ac pennulas habet, ob quam canlam genus istud animalium videtur cum terrestribus, ac volatilibus habere commercium, vobis erit immundum. Nec enim potest munditie decorati, variarum incola regionum. * Quomodo ait mundus, qui ad volucrum, ad pennatorum; præcelsam eleuatus regionem, non tramet ad terram reuerti, vt cum reptilibus annumeretur? Maculabitur planè Religiosus qui Angelico sociorum cœtui addictus, sæcularem repetit conuersationem.] Omne igitur quod mundum est vobis cedet in cibum. Quidquid autem morticinum fuerit, ex se ipso, vel absque sanguinis profusione exanimeexcidens vestrum nimimè aptetur in cibum. Peregrino de populo Gentilico aduenranti, & apud te manenti aut gratis exhiba munda hæc absumenda licite ab ipso animantia, nec enim lege prohibetur, aut pretio accepto, comedenda trade, si gratis nolueris cadauera impendere. Licita erit Gentili manducatio illa, non tibi populo quidem sancto ad specialem munditiem ascito, & quasi Domini Dei tui possessioni. * Non omnia, quæ sæculari licent, Regulari aut sacerdoti expediunt, altioris allectæ instituti.] Non decoques hædum in lacte matris suæ, idololatrarum ritus imitando * Impium quidem est, vitalem cibum mortis efficere instrumentum Id plane gerit, qui lacteum Eucharistiæ cibum, quo iusti ad vitam lactantur, mortiferæ damnationis facere toxicum non veretur.

a. *Animātia, pisces, aues, è quibus edere licebat aut, non Mosei assignat.*

Deus vel corporis homi- nū cōmodis inuigilat.

Regulares ex sæculariū cōmercio noxiā attrahūt qualitatem.

Immūditiā cōtrahet ille, qui cum Angelis in

Monasticis degēs, durectie ad sæcula, rium ēducationem.

Nō omnis quæ sæculari licet, expedit Regulari aut sacerdoti.

Indignè recipiēs Eucharistiam, facit eam sibi toxicum vitę cibum.

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. DECIMAM PARTEM, &c.] Decimam partem, seu arbitrariamquandam portionem, instar decimarum, de cunctis tuis fructibus, qui singulis annis germinantur in fundis, ac hortis (vltra decimam illam partem in Leuitarum sustentationem exhibendam) separabis, & coram Domino in loco sacrificiis, oblationibusque dicando comedes: offeres autem frumenti, vini oleique tui decimam, & primogenita, siua aximia quædam, optimaque de armentis, ac gregibus tuis animantia: vt Dominum Deum tuum timere discas. * Nullum enim poteris adeo validum exhibere signum, quod Deū timeas, quam si fructuum decimas fideliter Domino apraueris. Difficile quippe admodum est vel Numini debita soluere.] Attamē cum largior exstiterit via ducens ad locū Tabernaculo, aut Templo deputatum, tibique Dominus benedixerit annuis prouentibus multiplicando, vt proinde bonorum cumulus in sanctam Ciuitatem deferendus excrescat: si non potest ad Deum hæc cuncta deportare propter loci sacerrimi distantiam, omnia diuendes, ac in pretium redacta, siue pecuniam, tecum deferes in sanctuarium. Emes vtique ex illa pecunia quidquid libuerit ex his, quæ Deo licet offerri, aut ex armentis bouem, aut ex gregibus ouem, aut capram, siue vinum, & siceram, quidquid ve appetere videaris: & in conspectu Domini comedes, epulum, quę cum familia perficies hac attamen lege, vt, Leuitem, qui tecum tuis in Vrbibus commoratur inuites ad epulas, caue, ne adducere negligas ad conuiuium Leuitas aliquos, quia nihil aliud possidet, nisi quod ei conferre ex decimis, ac oblationibus volueris. Anno vero tertio hoc est, post tres annos, vltimo nempe è tribus (alij de triennio in triennium) aliam decimam, seu arbitrariam Deo offerendam, instar decimarum, separabis portionem ex omnibus, quæ tibi eo tempore germinantur, nempe illo triennio, & intra tuas ianuas repones, nec enim ad

3. *Decimas a. liss Deo separandas Moses indicit.*

Perspicuum signum dat, quod Deum timeat, cum debita omnino soluens, ob solutionem gratiam dibeat cuilibet.

ad Tabernaculum debes adducere Venietque Leuites, qui vltra decimas ac oblationes hasce nullam habet portionem, aut possessionem, & peregrinus, pupillus, at vidua, quia tua in Vrbe commorantur & his fructibus vescentur, ac saturabuntur, vt in præmium eleemosynæ tibi Dominus Deus tuus cunctis manuum tuarum, quæ gesseris, in operibus benedicat. Profectò huius decimæ nullo modo erat particeps is, qui eam è bonis suis largiebatur sicut erat particeps earum, quæ sacras ferebantur ad epulas, quibus etiam deferens intererat. * Cur ergo particeps erat homo earum, quas Deo litabat, decimarum, & non erat particeps earum, quas pauperibus impendebat? Planè vt dum tuæ portioni renuntias, & plus bonorum tuorum pauperi adscribitur, plus bonorum cœlestium tuo in animo thesaurus accrescit.] * Sinè quia dùm totam portionem inops absumit, nec simul comedis interim cùm Domino epularis.]

Dū totam portionē das pauperi, tuo in animo cœlestiū bonorum thesaurus increscit.

Cui pauperi suā das portionē, simul interim cum Domino epulatur.

CAPVT XV.

Agit Moses de anno Sabbathico, seu remissionis septimo, quo debita Iudæis remitti iubentur, seruos & ancillas dimitti liberos viatico accepto: nec non de pecorum Deo litandis primogenitis.

1. SEPTIMO anno facies remissionem, 2. quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. 3. A peregrino & aduena exiges: ciuem propinquum repetendi non habebis potestatem. 4. Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. 5. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, & pollicitus est. 6. Fœnerabis gentibus multis & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. 7. Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, 8. sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. 9. Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis: & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. 10. Sed dabis ei: nec ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuandis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. 11. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. 12. Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum: 13. & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris: 14 sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. 15. Memento quod & ipse seruieris in Terra Ægypti, & liberauerit te Dominus Deus tus, & idcircò ego nunc præcipio tibi. 16. Sin autem dixerit: Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domum tuam, & benè sibi apud te esse sentiat. 17. assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum, ancillæ quoque similiter facies. 18. Non auertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos, quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis. 19. De primogenitis, quæ nascuntur in armentis, & in ouibus tuis, quidquid est sexus masculini sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. 20. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos, in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. 21. Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo: 22. sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mundus quam immundus similiter vescentur eis, quasi caprea, & ceruo. 23. Hoc solum obseruabis, vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

COMMENTARII.

1\. *Moses proponit ordinē celebrandi annum remissionis, subdit, ne eo anno à quoquam Hebræo debita repetantur: monet erga pauperes se beneficos Israelitæ ostendant.*

Anno remissionis, id est Paschate, dum Iesus debita cūcta remittit, quomodo tu non parcis debitoribus?

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. SEPTIMO ANNO FACIES COMMORANTES, &c.] Septimo anno ab ingressu in Chananæam, & à tempore quo primo terram colere cœperis supputando, per exactionis cessationem remissionem ages, hoc quidem ordine celebrandam. Cui debetur aliquid ab amico, proximo, ac fratre, nempe à Iudæo qui genere frater est, ideoque amicus, ac proximus, eo anno non poterit repetere debitum ex mutuo, aut vendito, (non ex commodato, quia hoc propriè non est debitum, sed alienum, siue res ad alium spectans.) quia annus remissionis Domini est. * Si Deus remittit debitum, quonammodo tu audes cogere, & exigere? Miror Christicolas Paschatis tempore vero quidem anno remissionis, cum Dominus cuncta remittit debita, pro ipsis suffixoribus preces profundens, suis non parcere debitoribus. Certè nescio, quonammodo possis repetere, cum annus remissionis Domini sit.] A peregrino Gentili manente in infidelitate, & ab aduena ad Iudaismum conuerso poteris exigere debita, proselytis enim annus septimus non fauet, sed solis Hebræis: vnde ciuium, ac propinquum scilicet omnes descendentes à Iacob patre nostro tibi repetendi facultas adimitur, quamuis ipse, si commodè possit mutuum restituere teneatur. Cogat eum reddere conscientia propria, haud aliena exactio. Omnino indigens & mendicus, seu qui nihil habens ad victitandum cogatur publicè stipem colligere apud vos non aderit. Non est promissio, aut benedictio, sed præceptum, ne quem patiantur mendicum, sed illi aut liberaliter largiendo, aut saltem mutuo dando, ferant opem. Aderant quidem aliqui pauperes, qui priuatim egebant, mendici autem nulli, vt etiamnum fit in bene ordinatis Rebus publicis. * Pudeat Christicolas, innumerabiles apud Oppida nostra mendicos reperiri; quarum neque vnus in Iudæorum Vrbibus videbatur.] Subleuabis itaque tam largiter egenos, vt non cogantur mendicare; sic Dominus Deus tuus maiori bonorum redundantia donabit in terra, quam tibi possidendam est traditurus *Nam qui tribuit egeno, semper plus à Domino recipit, quam ipse erogauit.] Si igitur audieris vocem Domini præcipientis, & quæ ego eius nomine iubeo circa mutuum dandum, & obligationem anno septimo remittendam, Deus te opplebit benedictionibus, vt pollicitus est. Multis Gentibus fœnerabetis, adeò enim tua excrescent bona, vt habeas, vnde aliis mutuum valeas exhibere: ipse tamen à nullo mutuum accipies, quia aliorum auxilio non indigebis. Dominaberis nationibus plurimis, si hanc legem seruaueris, & tui nemo dominabitur. * Qui enim inopi, aut egenti exhibet mutuum, omnium ciuium sic allicit animum, vt omnibus dominari valeat. Secus diues, qui non fœneratur vti serui diuitiarum a cunctis despicitur.] Si aliquis ex fratribus tuis Hebræis, qui conciuis tuus aderit in Terra à promittente

Pudeat Christicolas, tot apud Vrbes nostras mēdicos annumerari, quorū nec vnus apud Iudæos.

Tribuens egeno, plus à Domino recipit.

Qui dat mutuum indigenti, omnibus dominari potest: qui non fœneratur, vt mancipium despicitur.

Domino recipienda, ad eam venerit paupertatem, vt ostiatim iam tum stipem colligere cogatur: non obdurabis cor tuum, nec manum contrahes, sed munificus pauperi aperies, eam pecuniam mutuo dando, qua eum perspexeris indigere. * Ea in conspectu Domini apprimè commendabilis diuitum eleemosyna, quæ inopis indigentiam exæquare videatur. Ridicula Principis, Equitis, aut diuitis eleemosyna, quæ accepta ab inope eum haud penitus à miseria liberat.] Caue, ne fortè tibi impia hæc subrepat cogitatio: Appropinquat septimus remissionis annus, quo remissio debiti facienda est: vnde timens tuo mutuo priuari, à fratris tui egestate oculos animi auertas, nolens ei, quod mutuum postulat, commodare, in fraudem quidem legis prouidentis per indulgentiam anni remissionis, pauperum necessitati. Caue igitur erga fratrem tuum tantum malum admittere, ne iustam postulans vindictam contra te ad Dominum clamet, & fiat tibi in peccatum, siue in peccati pœnam, Numine irato. Et quod postulauerit ad inopiæ subleuationē lubens exhibebis, nec quippiā geres callidè in legis intendentis miseriæ pauperū prouidere, fraudem: vt benedicat tibi Dominus omni tempore.*An non plus recipis, dum à Deo *omni tempore* benediceris, quam amittis septimo vno anno pauperi debitum remittendo.] In cūctis ergo ad quæ *manum* operatricem miseris, prosperaberis.* Accipit enim manus pauperi dans subsidium, in cunctis operibus prosperari.] Scio, non defuturos apud Terram habitationis tuæ paupertate pressos homines, qui diuitum eleemosynis sint subleuādi.* Hos Deus misericorditer diuitibus prouidet peccatoribus, vt ex subsidio eis præstito soluantur à crimine.] Idcirco ego Dei nomine tibi ô Israelita, præcipio, vt manum fratri tuo operas egenti, & qui tecum versatur in Terra, societatis tuæ commodum experiatur.

Ea diuitis eleemosyna commendabilis, quæ inopis pauperis indigentiam datur.

Plus à Deo accipis dum pauperi debitū remittis quam amittis ex remissione.

Manus dans pauperi subsidium, accipit, in cunctis operibus prosperari.

Subsidio pauperi dato diuites soluuntur à crimine.

12\. 13. 14. 15. 16. 17. 18. CVM TIBI VENDITVS FVERIT, &c.] Cum tibi venditus fuerit frater tuus (ex genere) Hebræus, aut Hebræa ab eo, qui iusta eum seruitute tenebat, & sex annis, qui ex præscripto legis debent inter vnum, ac alterum remissionis annum mediare, seruierit tibi: in septimo anno, qui est annus remissionis, eum liberum dimittes: & quem libertate donaueris, haud vacuum patieris abire: sed dabis viaticum de gregibus, de area, de torculari tuo quæ à munificentissimo Deo accepisti, id est, de bonis tuis prouidè recedenti.*Taxentur hinc, qui inualidos iam ministeriis seruos libertate donant, vt miserabilius inopiæ, ac egestati subseruiant. Si das libertatem, da, quo libertas placida, & non horribilis mancipio reddatur.] Memento te apud Ægypti ergastulum seruiisse, & te Dominus & libertate, & viatico redonauerit, cum non sibi, sed Pharaoni seruieris: idcircò iustè hoc tibi præceptum indicitur.*Præstans planè excitaculum ad dimittendum mancipium, est, nos sæpe à Domino, cum serui eramus diabolo, esse dimissos. Cur non dimittis debita proximis, cui toties Dominus debita maiora dimisit? Porro si seruus Hebræus in remissionis anno, dixerit, *Nolo egredi*, eo quod te, familiamque diligat tuam æstimetque sibi commodum ex ipsa obuenire seruitute, assistentibus Iudicibus assumes subulam figesque eam

2\. *Erga seruos emptos pietatē cum circa dimissionē, tum circa viaticum.*

Non dimittēdus seruus vacuus, præcipue cum inutilis seruitio redditur.

Præstans excitaculum ad dimittendum proximo est, nos sæpe à Deo fuisse remissos.

eam in iannis domus tuæ ferui auriculá perforabis,in diuturnæ mancipij illius retentionis documentum. Ac si ei diceres : Iam portæ hærebis non egressurus, qui eam apertam ad libertatem sectandam habuisti. * Hinc arguantur diaboli serui,vitij mancipia, quibus captiuitas ipsa iucunda est adeo,vt nolint libertate potiri.]Seruus itaque aure perforata tibi æternum,nempe vsque ad annum Iubilei quinquagesimũ,seu dũ vixerit. Ancillæ quoque similiter fac,non quoad auris perforationem, fœminæ turpem,sed quoad viaticum exhibendum. * Cur non & fœmina nolens è seruitute exire,retineatur?Certe quia fœminæ facilius volubilitate afficiuntur,vt gestientes hodie apud heri domum remanere, crastina die appetant ex eadem exire.* Vel quia,si mancipio fœminæ amabilis domus domini possit existere,nunquam non ingenio fœmineo amabilius libertate frui, è domoque diuagari. Non auertas à mancipiis tuæ benignitatis oculos nolens eis necessaria impendere, quando eos liberos dimiseris; quoniam iuxta mercenarii mercedem tibi seruierunt,id est tantum,quantum mercenarius deseruiret: seruiuit enim sex annos non minus quã mercenarius,cuius operam si conduxisses, mercedem debuisses numerare. Æquum ergo est,vt mercedis loco anno septimo eum cum viatico emittas. * Hinc colligo,mancipia à dominis minimè vulneranda sed loco mercenariorum saltem habenda.Hæc implens circa seruorũ dimissionem tibi Dominus Deus tuus in cunctis,quæ gesseris prospera largietur.

Peccatoribus adeo dulcis ipsa captiuitas,vt nolint potiri libertate.

Fœminæ faciles ad propositum immutãdum.

Ingenio fœmineo nũquã nõ amabilior libertas,quã domus heri commoda.

Mancipia loco mercenariorũ habenda.

3. 19. 20. 21. 22. 23. De primogenitis, &c.]De primogenitis autem armentorum, ac gregum tuorum,quidquid sexus fuerit masculini sanctificabis,siue vti rem sanctam Domino addices.Non operaberis in bouis primogenito,ad id enim muneris oporteret,huiusmodi primogenitum duorum vel trium annorum interstitio apud te retinere in sacerdotum fraudẽ, quibus quotannis primogenita sunt offerenda.* Hinc edoceantur, qui filios Deo consecrandos prius curant sæculo deseruire Mihi(aiunt) primum assistat,meis commodis operam impendat,post annos Deo filius litabitur.O impiam excogitationem.]Neque *in primogenito* offerendo Numini *operaberis*. Nec tondebis ouium primogenita,sed oũ vellere ad sacerdotem offeres detondenda.* Vereor ne ex materialibus ouibus sacerdotes edificant spirituales ouiculas expilare. Haud eas ad refectionem exhibendam recipiunt,sed ad gerendam tunsionem.] Cum te innitanetint sacerdotes ad hostiarum pacificarũ participationem,quas ex primogenitis ad se adlatis offerre voluerint, per annos singulos ea in conspectu Domini,in loco vbi sanctuariũ fuerit collocatum,à Domino eligendo, tua cinctus familia comedes. Porro si primogenitum aliqua fuerit macula defœdatum,scilicet si claudum,si cœcum,si aliquo ex capite deforme videbitur ineptum vtique sacrificio: Deo non immolabitur:sed si te sacerdos illius participem facere velit,intra portas Vrbis tuæ comedes illud:tam mundis quam immundis ita licebit huiusmodi vesci primogenito, ac si cerui, seu capreæ epulo liberet adstare Quod quidem locum non haberet,si animal immolatum ritu pacificorum, non communi, & profana mactatione;ex huiusmodi enim sacrificio soli mundi participare poterant.*Vt edocerentur, quanta debeant homines puritate sacerrimum Eucharistiæ epulũ inire.]Hoc solum circa communẽ primogeniti absumptionem seruabis,vt sanguinẽ non comedas,quem assolent idololatræ manducare;sed in terram velut aquam nihil ex eo remansurũ effundas. Nè ex guttulæ gustu ad totam sanguinis vndam appetendam alliciaris. *In rebus enim ad voluptatẽ spectantibus minima fugienda trãsgressio;nè ad totum flagitium animus accendatur,

De primogenitis cũ suis fructibus offerendis.

Taxantur parẽtes,qui volũtẽ se litare deo filium prius suis cõmodis operã exhibere curant.

Sacerdotes improbi spirituales oues detondent.

Soli mundi possunt accedere ad Eucharisticum epulum.

In rebus ad voluptatem spectantibus vel minima fugienda transgressio, nè ad totum flagitiũ animus accẽdatur.

CAPVT XVI

Recolit Moses Festi Paschatis, seu azimorum, Pentecostes, ac Tabernaculorum ritus,tribus illis festis in Tabernaculo omnem iubet masculum comparere, Iudicesque per singulas Urbes constitui.

1. OBserua mensem nouarum frugũ,& verni primũ temporis,vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. 2. Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus,& de bobus,in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus,vt habitet nomen eius ibi. 3. Non comedes in eo panem fermentatum:Septem diebus comedes absque fermẽto,afflictionis panem,quoniam in pauore egressus es de Ægypto:vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto,omnibus diebus vitæ tuæ. 4. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsque manè. 5. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi; 6. sed in loco,quem elegerit Dominus Deus tuus,vt habitet nomen eius ibi : immolabis Phase vespere ad solis occasum,quando egressus es de Ægypto. 7. Et coques,& comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus,manéque consurgens vades

in tabernacula tua. 8. Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus. 9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris. 10. & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui: 11. & epulaberis coram Domino Deo tuo, tu, filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum. in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: 12. & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto: custodiesque ac facies quæ præcepta sunt. 13. Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas: 14. & epulaberis in festiuitate tua, tu, filius tuus & filia, seruus tuus & ancilla, Leuites quoque & aduena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. 15. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis, in loco quem elegerit Dominus: benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisque in lætitia. 16 Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit: in solemnitate azymorum, in solemnitate hebdomadarum, in solemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus, 17. Sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei. 18. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio, 19. nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. 20. Iustè quod iustum est persequeris: vt viuas & possideas Terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. 21. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. 22. Nec facies tibi, neque constitues statuam: quæ odit Dominus Deus tuus.

COMMENTARII.

1. Celebrandi Phase ritus exponit.

VERS. 1. 2.3.4 5.6. OBSERVA MENSEM NOVARVM, &c.] Obserua mensē Nisan siue Martium, quo in terra promissionis spicæ hordeacæ florescere incipiunt, (illæ offerebantur in Paschate, nempe secūdo die azimorum) verni, scilicet temporis primum: vt Phase celebres, Domino agnum immolando Paschalem, ac reliqua animantia in sacrificiū offerendo: sacrificiū vtique gratitudinis, quoniā hoc mense, diei illius celeberrima nocte te Dominus de Ægypto liberauit. Porro Phase immolabis de ouibus adducens agnos, de bobus autem victimas, quæ in solēnitate Paschali iubentur offerri. (Num. 27. 19.) in loco, quē Dominus eligere sibi dignabitur, vt habitet ibi nomen eius per iugem inuocationem, quæ in sacrificiorum oblationibus assolet peragi. Non comedes in eo, id est, cum Phase panē fermentarū, totis enim septem diebus Paschalibus panis azimus cum agno, cū aliis sacrificiis, & cum cibis etiam communibus est edendus: panis scilicet afflictionis illius, seu pauoris documentū, qui causa fuit, vt cum tanta festinatione exires, quod nō vacaret panē fermentare. Alij exponunt panē afflictionis vocitari, quia afflictionis, quā passi fuerant in Ægypto erat documētū.* sed cur afflictionere recolitur afflictionis memoria, quæ sapius deberet lętitię pane celebrari? Planè quia tūc Deus se benignissimū nobis ostētat, cū laborē vnū exant hlatiālio labore munerat; tribulatio enim vna alterius tribulationis est præmiū: tā pretiosa est in conspectu Altissimi laborū tolerantia.] Alij afflictionis panē appellari affirmant, quia panis azimus insuauis, insipidus, & grauis stomacho. *Vt ad celebranda gratitudinis sacrificia ieiunij aptitudo ostēderetur, illius scilicet, quod graue sit stomacho ex ciborū insuauitate.] Panis igitur azimi esu diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus vitæ tuæ diebus recordaberis Particula illa: *Quoniā in pauore egressus es de Ægypto* Hebr. sic: *Quomā cum festinatione egressus es de Ægypto.* Vtrumque verum, & cum pauore & cum festinatione egressi sunt, adeo vt panes fermentatos parandi tempus non habuerint.* Pauor itaque ac festinatio idem prorsus est. Qui vitij alicuius pauet occursus, simul fugam festinat arripere. Nec enim verus est pauor, si non gerit festinationem.] Apud omnes terminos tuos septem illis diebus fermentum non adsit, nè fermentandi panes occasionem exhibeat.* Abstinere expetis à libidine, vt impleas præceptum? Non appareat in domo tua fœmina, quæ possit te ad libidinem excitare. Et de carnibus agni, seu hædi, qui vespere primi illius diei (nempè quartæ decimæ lunæ) vsque mane diei sequentis, qui erit lunæ decimæ quintæ, minimè remanebit. Non poteris immolare Phase tam quoad esum agni, quam quoad sacrificia reliqua in qualibet Vrbium, quas à Domino accepturus es: sed in loco sacerrimo asseruationi Tabernaculi dedicato, à Domino eligēdo vt inibi colatur Deus, &

Cū nobis benignissimus nobis exhi-

tur assolet vnum laborē toleratum nouo alio munerare.

Gratitudinis sacrificium apte ieiunio illo, quod graue sit stomacho ex insuauitate ciborum celebratur.

Qui pauet vitij alicuius occursum, debet festinanter fugam arripere.

Si castitatem colere cupis, nō appareat in domo tua fœmina.

& suo nomine innocerut. * Vidisti, à Mose passim inculcari, locum statuendo Tabernaculo à Domino esse eligendum. Cur qui reliqua munia exercebat Princeps locum ad Tabernaculi collocationē non eligeret? Quia ad sacerrimi nominis Dei cultum maximè necessaria est loci aptitudo. In meditullio Chananitidis Templum Domini collocatur, vt vndique fideles commodius confluere valerent. Oportet Templa Vrbium medio constitui, speciatim ea, quæ sacerrimo Iesv nomini consecrantur vt commodius valeant fideles confluere ad gerendam conscientiæ repurgationem, & Eucharisticam mensam, quæ semper est apparata, ineundam.] Incipies immolare Phase vespere ad solis occasum, qua nocte de Ægypto egressus es, optans vtique primo illo vespere ad egressionem appararum. Decoques carnes elixando, vel assando, vel alio quoque modo parando, & comedes in loco quem Dominus est electurus; agnus enim Paschalis in priuatis domibus loci illius est comedendus, carnes vero sacrificiorum coram sanctuario: maneque, quod omnem Paschalem solemnitatem consequitur exactam, consurgens, tua in tabernacula siue in domum reditum poteris præparare. Sex diebus comedes azima, (Septem erant dies azimorum, excluditur autem hic septimus dies, de quo statuerat mox aliquid peculiare subnectere.) in die autem septima, & vltima azimorum, *collecta* est, (Hebr. *retentio.*) seu solennitas faciens colligi homines ad cultum Domini Dei tui: vt commodius recolligi possis, opus non geres, excepta ciborum præparatione. * En cur diebus festis à seruilibus operibus cessatio imperatur, scilicet cultui diuino recolligantur homines. Cur ergo à seruilibus operibus abstinens, aliis ludis das operam, quibus animus non minus distrahitur, quando recolligi oporteret.

Locum, aut si Templ. Domini speciatim cur, vbi nomen Iesv, decet eligi à Deo, vt sit aptissimus ministeriis gerendis.

Festus dies instituitur ad animi collectionē erga nei sui. cūctis, quę distra hunt, auferenda sunt.

2. Festū Pentecostes memorat celebrandum.

6. 10. 11. 12. Septem hebdomadas nvmerabis tibi ab ea, &c.] Septem hebdomadas numera ab ea die, qua falcem in segetem immisisti, nempe à secunda die azimorum, in quo, ex præscripto Leuitici, primum messis fasciculum ad sacerdotem teneris afferre: & altero die post septem hebdomadas exactas, diem septem Hebdomadarum Domino celebrabis, scilicet Pentecostem, in gratiarum actionem pro accepta segetum vbertate. * Si olim pro terrena segetum abundantia accepta gratiarum actio fundebatur Pentecostes solemni; quam nam precor gratitudinem debent nostri fideles, cum Pentecostes die non iam solummodo vberrimæ messis spe, sed vberrima Paracleti profusione donātur?] Illa itaque die vltra sacrificia totius populi nomine litanda, oblationem spontaneam manus tuæ munificæ adferes; nullam enim oblationem peculiarē hoc in festo præscribo, sed cuiusque id arbitrio relinquo. * Nostro quam apte in Pentecoste! Cum enim spiritus sanctus *Dator munerum* ad fideles illabitur, tanta eius munificentia colenda est spontanea munerum oblatione, nēpe vsu sacramentorum, eleemosyna, &c.] Porro huiusmodi oblationē geres *iuxta Domini benedictionem* id est, iuxta facultatem tuarū

Die Pētecostes pro debē. tur gratiarū actiones pro accepta Paracleti vberrima profusione.

Spiritus sācti Datoris muneri facitur dies colēdus est, spōtanea oblatione, scilicet eleemosyna. &c.

possibilitatē.* si Deus monet, eleemosynē pro gerendā cū possibilitate computari: quid de superfluis vanitatis sumptibus adiiceret?] Epulaberis illo solemni coram Domino Deo tuo cūctus filiis, filiabus, seruis, ancillis: Leuites insuper, pupillus & vidua cōciues tui participes adeunt epularum, quę quidem haud sunt priuatis in domibus gerendæ, sed in loco à Domino eligendo, in cuius nominis laudē, ac gloriam epulari, ac exultare te oportet. Recordare, te seruum extitisse in Ægypto, à Dominoque fuisse liberatum: propter ea custodies ac facies libenti animo quæ præcepta sunt. * Ex beneficiorum enim memoria acceptorum non dubium, quin ad diuinarum legū custodiam excitentur.

Si nō debes eleemosynā pręter nisi iuxta possibilitatē, decet vltra possibilitatē in profanis intumere.

Ex beneficiorū recordatione ex citantur ad legis custodiam.

13. 14. 15. 16. 17. solemnitatem, &c.] Tabernaculorum quoque solemnitatem mense Septembri septem dierum spatio coles, quando de area ac torculari fructus collegeris, (eo tempore assolent colligi in Chananæa ob eius temperiem regionis) in memoriam quidē tabernaculorum quibus apud desertum quadraginta annorum tempore degisti. * In hoc sæculo enim in tabernaculis habitare, id est, manentē Ciuitatē nō habere, beneficiū eximiū est, animi colendum gratitudine.] Hac in solemnitate tuos familiares assumens, nempe filios filias, seruos, ancillas, Leuitas cōciues aliquos aduocans, aduenas, pupillos, ac viduas adducens, qui tuis in Vrbibus commorantur, epulo potieris. Septem diebus solemnia coles instituens conuiuium in loco à Domino eligendo: vt lætitiæ materialis occasione ad sacrificiorum excitetur frequentiam. * Commendabilis plane solemniū apparatus, choreæ, colloquia, aut comœdiæ à pueris recitatæ aliaque huiusmodi: vt externa ex voluptate animus ad internam deuotionem valeat adsurgere.] Benedicetque te Dominus prosperitate frugum, operūque manuū tuarum dexteritate, veraque animi cuncta temporaria bona superante lætitia potieris. Quid mundali diuiti prosunt facultates, si è corde lætitia recedit? Ter singulis annis omnes masculi tui, qui annumerari solent in lege à vigesimo vsque ad quinquagesimum ætatis annum, in conspectu Domini apparebit apud locum ad Tabernaculi cultum eligendū; videlicet in azimorū solēnitate, in solēnitate Hebdomadarū, in solēnitateque Tabernaculorum. * An fœminæ ad Templum ter in anno procedere non? Ita plane. Cur autem eis non præcipitur expeditio? An quia genus muliebre vagandi, ac peregrinandi cupidum. * Certe quia ad negotia pietatis fœminæ addictæ adeo, vt non indigeant præcepto, vt viri, ad pia quæque perficienda. At tribus his vicibus, quibus generalis omnium accessus ad sanctuarium est peragendus, non apparebis Domini aspectui vacuus, sed offeret vnusquisque iuxta substantiæ tuæ possibilitatem. * si possibilitas adsit ad eleemosynam, vacuus adorator haud à Domino placide recipitur. Ideo conueniens et Templi ostiis inops hæresceit, vt ineuntes id orationis causa exhibeant subsidiū egenti, vndè preces prospere perfundantur.

3. Tabernaculorum solēne rursum indicitur.

Magno Dei beneficio, hic nō habemus manēté ciuitatem.

Cōmēd. bilis solorū externorum apparatus, vt exa citetur animus ad interna.

Sine lætitia, nulla bona temporana placent.

Genus muliebre vagū & cupidum. Ad negotia pietatis pietà re cēda, non indigēt fœminę pręcepto.

Nō placide à Deo accipitur vacuus adorator. Vnde est Templi iais pau. pest succurre.

18. 19. 20. 21. 22. Ivdices et magistratvs constitves, &c.] Iudices, qui causas dicant, & Magistros siue viros nota sapientia

4. Iudices, ac Magistratus cūctis in portis constituendos monet.

ſapiẽtia decoratas,cũquib. ipſi Iudices negotia conferant,ac definiant, in omnibus portis Vrbium tuarum (vbi prætoria conſtituenda) quas à Domino acceperis, per ſingulas Tribus conſtitues. Iudices enim hi qui Tribuum cauſas audiunt ſuperiores quoſdam aſſeſſores habebunt, quos conſulere poſſint, vt omnia iuxta diuinæ legis præſcripta fierẽt. * Vtinàm Iudices noſtri non ita hæteſcant propriæ mẽti, vt negligant ſeniores aut ætate, aut experientia adire eoſque conſulere ad ſententiæ ferendæ dexteritatem.) Non accipies, ô Iudex perſonam ei indebita amicitiæ aut propinquitatis gratia conferendo: nec munera accipias, quæ quidem excæcant oculos ſapientum, & etiam ſanctorum Iudicum ſententiam immutant. * Quoties antè munus acceptum adiudicabas iniquam prorſus diuitis cauſam: & poſt acceptum iuuous eandem probabilem ſaltem exiſtimas,& ferendam immutas ſententiam?]

Iudices habeant viros doctos, quos conſulãt ad ferendæ ſententiæ dexteritatem.

Munera mutant Iudicũ ſententiam

* Hebr. illud, *Mutant verba iuſtorum ſic ſcribitur: Munera loquuntur, quod non debent.* Ipſa munera ſic mentem, vel ſaltem linguam Iudicum arripiunt, vt contra ius faciant eos dicere, quod non debent: imò munera ipſa Iudicum ex ore loquuntur: quemadmodum aſſolet diabolus energumenorũ ex ore profari.]

Munera quod nõ debent ex ore Iudicum loquũtur ipſaque ſententiã ferunt cõtra Iudicum mentem.

*Quòd ſi munera mentem iuſtorum aſſolent excæcare, quid de Iudicibus iniquis ſpectabis? De innocentis iam actum iuſtitia,] Iuſtè ergo quod iuſtum eſt perſequere cùm in modo, tùm in ſubſtantia de iuſtitia in iuſtitiam abſque laſſitudine procedendo vt viuas, & Terra, qua à Domino donandus es, fœliciter potiare. * Vel terrena enim proſperitas iuſtis Iudicibus præparatur.]Non plantabis lucum arborum denſitate compactum, imo nec vnam arborem, fructiferam licet, iuxtà Dei altare conſeres; nè in ſuſpicionẽ idololatriæ venias, cuius cultores lucorũ ſub vmbra res perficiunt iniquas. Nec facies tibi fabricando de nouo, nec iam fabricatam conſtitués ſtatuam idoli loco in aliquo vbi ab aliis adoretur: quæ quidem quaſi execranda opera, & à Iudicibus populi diligentiſſime cauenda,& vindicanda Domino obiiciuntur. * Preme illud: *Non plantabis lucum, & omnem arborem.* Vel vnica arbor plantanda non eſt ne luci efformandi initium exhibeat. Iniquitas enim paulatim roboratur & creſcit: vnde ex vna arbore lucus exſurget.]

Si munere accepto excæcatur iuſtus, quid Iudex iniquus?

Vel terrena proſperitas iuſtis Iudicibus præparatur.

Ne efformetur lucus vnius arboris plantatio prohibetur, quia creſcit iniquitas.

CAPVT XVII.

Idololatræ iubentur occidi, cauſæ dubiæ ad Sacerdotes adſerri. Rex (ſi quando eligendus) ex eadem gente aſſumendus eſt, legeſque à Rege obſeruandæ præſcribuntur.

1. NOn immolabis Domino Deo tuo ouem, & bouem, in quo eſt macula, aut quidpiam vitij: quia abominatio eſt Domino Deo tuo. 2. Cùm reperti fuerint apud te, intra vnam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, 3. vt vadant & ſeruiant diis alienis, & adorent eos, ſolem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi: 4.& hoc tibi fuerit nuntiatum, audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris,& abominatio facta eſt in Iſraël: 5. educes virum ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ,& lapidibus obruentur. 6.In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur,vno contra ſe dicente teſtimonium. 7. Manus teſtium prima interficiet eum,& manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. 8.Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe perſpexeris inter ſanguinẽ,& ſãguinẽ,cauſã & cauſam, lepram & lepram: & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge,& aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. 9. Veniéſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæréſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. 10. Et facies quodcumque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te 11. iuxta legem eius: ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. 12. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: 13. cunctúſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. 14. Cum ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi,& poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris: Conſtituam ſuper te regem ſicut habent omnes per circuitum nationes: 15. eum conſtitues,quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus. 16. Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſubleuatus, præſertim cum Dominus præceperit vobis,

vt

vt nequaquam amplius per eamdem viam reuertamini. 17. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera. 18. Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, 19. & habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. 20. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres, neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filij eius ſuper Iſrael.

COMMENTARII.

1. *Idololatris pœna mortis præfigitur.*

VERS. 1. 2. 3 4 5. 6. 7. NON IMMOLABIS DOMINO DEO TVO, &c.] Ouem, bouem, aliudve animal, in quo macula reperiatur, nempe cæcitas, notabilis deformitas, corporalis læſio, aut vitij quippiam vnde huiuſmodi animans contemptibili reddi videatur, minimè Domino Deo tuo immolabis; quia talis oblatio eſt Deo abominabilis, ideoque a ſacrificiis penitus releganda. * An non abominabile Numini, filiam luſcam, aut deformem ad Deum adducere, quia non digna nobili, aut diuiti marito: pulchramque terreno ſponſo reſeruare? An non præ filiis hominum ſpecioſo ſpecioſa coniux erat aptanda?] Cum apud te intra vnam portarum tuarum, vel Vrbium habitationis tuæ, quibus à Domino donandus es, vir aut mulier reperiatur, qui malum omnium peſſimum, nempe idololatriam exerant in conſpectu Domini Dei tui, hoc eſt, apud populum vbi Deus ſpecialiter colitur: & pactum illius, quod in monte Horeb pepigit, promittentibus Hebræis ſe omnia à Domino iuſſa præſtituros: accidatque vt voluntatis affectu vadant, & ſeruiant idolis, eaque adorent tanquam Deitate conſpicua, videlicet ſolem Lunam, & omnem militiam cœli, ſiue Aſtra, quæ ſunt velut milites Domino famulantes, & pro eo cum opus eſt, decertantes: quæ quidem non præcepi, imò potius prohibui & hoc tibi fuerit denonciatum tanquam Iudici, ſeu Magiſtratui populi, audienſque requiſieris diligenter & ex depoſitione teſtium verum eſſe compereris, nempe huiuſmodi abominationem Iſraelitico in populo perpetratam: virum ac mulierem educes, qui rem ſceleratiſſimam geſſerunt ad Ciuitatis tuæ portas, vbi iudicia aſſolent exerceri, & geri ſupplicia, & in pœnam tanti facinoris lapidibus obruentur.

Abominabile Deo, filiā deformem Deo ministerio dicari, quia nobili, aut diuiti non apta marito.

* Preme particulas, *Cum vir, aut mulier reperiatur, &c.* & *Educes virum ac mulierem qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt.* Si apposuerat Moſes diſiunctiuam illam particulam *Aut*, cum de crimine patrato loquitur, cur cum de ſupplicio agit, non dixit, *Educet virum aut mulierem*, ſed vſus eſt particula copulatiua, *Et*, Certè vir aut mulier delinquit, ſed vir & mulier pœna afficiuntur; quia delinquens vir plerumque fœminam aſſolet ad crimen adducere: fœminaque idololatriæ crimine maculata frequenter virum ad eandem allicit impietatem. *Vir* ergo *aut fœmina* delinquit? *Vir & fœmina* addicuntur ſupplicio] * Coniux à coniuge facile peruertuntur ex prauæ vi ſocietatis.] * Vidiſti, Aſtra cœli vocitari militiam, quia vt milites Deo ſeruiunt, & pro eo aliquando depugnant. Semel aut iterum legimus ſydera decertaſſe: cur ergo tot ſæculis minimè pugnatura aſſident cœlo? Profecto quia Principibus Deus curat prudentiam edocere. Non ſunt præparandi exercitus, nec cogendi milites, cum inſtat occaſio; ſed ante belli tempus debent ſemper obiici ad certamina prompti, ne hoſtis audeat imbellia Regna impetere.] * Demùm illud expende: *Audienſque inquiſieris diligenter.* Non Iudex ex auditu ad ſupplicia inferenda moueatur, ſed ad requiſitionem excitetur; quia frequenter cū aliena delicta relatio fallax ſpeciatim illorum qui delictum deferunt ad tribunal.] Qui interficiendus fuerit non pereat niſi duorum aut trium teſtimonio. Nemo ex ſingularis teſtis depoſitione occidatur, niſi aliunde, nempe ex propria confeſſione conſtet criminis certitudo. *. Chald vertit, *Per dictum duorum, aut trium teſtium reus conuictus occidatur.* An non conuenientius dixiſſet, *Per dictum trium, aut duorum ſaltem?* Apposite dicitur, *Duorum aut trium*, vt innuatur, Legiſlatorem, inclinare vt tribus teſtibus crimen probetur. quaſi parum reputaſſet duos ſolummodo teſtes adhiberi.] Teſtes autem primi deinde reliquus populus in idololatram lapides mittent, vt auferas malum ſiue auctorem mali de medio tui. ne diutius apud fideles degat, qui eos poſſit docere impietatem.

Cum vir delinquit, plerumque adducit fœminam ad idem flagitium & è contra. vnde delinquente viro vxor iubetur ſupplicio afficit.

Prauæ Societatis vis ad peruertendum.

Prudens Princeps ſemper debet exercitus præparatos habere, ſi forte inſurgat bellorū occaſio. Nec enim repentè milites cogendi, comparandus exercitus eſt.

Iudex ex auditu non puniat, quia frequenter falſa eſt relatio delicti facta à delatoribus in tribunal.

Legiſlator inclinat, vt magis trium quam duor. teſtimonio crimen probetur.

2. *In dubiis negotiis ſub capitali pœna ſtandum ſacerdotis iudicio.*

8. 9. 10. 11. 12. 13. SI DIFFICILE, &c.] Si controuerſia difficilis, & ambigua exiſtat inter ſanguinem & ſanguinem (alij, *inter cognationem & cognationem*) hoc eſt, inter eos qui diuerſi ſunt ſanguinis, aut cognationis, cuiuſmodi ſubinde oriri poterunt circa poſſeſſiones &c. inter cauſam & cauſam criminalem ſcilicet ſeu ciuilem: inter lepram & leprā, aliis aſſerentibus lepram eſſe eius generis, quæ arcet à ſacris, alij vero negantibus: vnde videas Iudices portis (vbi iudicia fiebant) hærentes diuerſimode ſententiam exponere: ſurge, & aſcende in Ieruſalem vbi aderit templum, Domini habitaculum, vel ante Templum conſtructum propera ad Tabernaculum: adique Tribus Leuiticæ ſacerdotes, & Iudicem ſiue Pontificem anni illius, vel eius vicarium. Cauſæ enim ſpirituales quæ ad religionem, ſacras ceremonias, ac ſimilia ſpectabant, ad Pontificem attinebant; reliquæ verò ciuiles à ſeculari Iudice, cuiuſmodi ſunt Reges, ac inferiores Magiſtratus diſceptātur. At quia Hebræi non ſuis legibus,

sed diuinis, Rempublicam gubernabant, si quid vel in iure vel in facto obscuritatis esset, quod aliàs exhauriri non posset, ipsis Iudicibus laicis, atque adeo & ipsi Regi ad Pontificem recurrendum erat, vt difficultatis exortæ solutionem acciperet. * Ergò necessarium erat eligendum Pontificem sapientia legisque intelligentia esse decoratum. Quomodo sacerdos Confessarius Principum, equitum, mercatorum, &c. poterit exortas passim difficultates soluere, si præditus nô fuerit sapientia?] Quæ res itaque à Pontifice quæstionis solutionem qui quidem indicabit tibi recti iudicij veritatem. Geres quidquid dixerit qui præest in Templo, aut Tabernaculo, & quidquid iuxta Dei legẽ docuerit.* Nam qui consulunt sacerdotem debent eius placito acquiescere, existimantes vtique, sacerdotum, Pontificisque iudicium iuxta legem Domini esse expositum Malachia fante cap. 2. 7. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* Sacerdos est? Ergo à me debet sapiens existimari.] Sequeris ergo Pontificis sententiam, nec ad dexteram aut sinistram eorum, quæ ipse docuerit, declinabis. Qui autem animi elatione noluerit obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore Pontificatu fungitur, & decreto Iudicis sententiam ferentis iuxtà præscriptum sacerdotis, exitiali vulnere occumbat, vt auferas de Israël hominem perniciosum, & deinceps nullus, alieno malo cautus, audeat similiter intumescere, miserique hominis in populo Israëlitico simul diffametur vanitas, & supplicium horrore in omnibus excitato.

Necessarium est sacerdotẽ pollere sapiẽtia, id soluẽdas cõsciẽtię fideliũ quæstiones.

Existimare debeo sacerdotẽ sapiẽtia, legisque intelligentia præditũ esse.

3. *Decernitur qualis esse debeat, & quonã modo se debeat gerere Rex ab Israelitis cõstituendus.*

14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. CVM INGRESSVS FVERIS TERRAM, &c.] Cum ingressus fueris Chananæam, qua donante Numine potiturus es, si contra Dei placitum pertinacius aliquando expetieritis, vobis præfici Regem, idque postulaueritis, permittet id tandem Dominus hisce assertuaris, quas præcipit, conditionibus. Si igitur dixeris, Regem constituam præficiendum populo Hebræorum, quemadmodum cunctæ finitimæ habent nationes: eum aptabis thronũ, quem Dominus elegerit. * Id seruatum in Saulis, ac Dauidis legimus electione: deindo successione ventum est ad Regnum, quamquam & Salomon e pluribus fratribus ad Regnum Dei speciali electione sit vocatus. Solus enim ille, qui hominum præcordia scrutatur potest apte eligere Regem, aut Præsulem, qui tot debet ad rectam gubernationem dotibus decorari.] Rex è fratrum tuorum est numero assumendus. Haud poteris aliquem Regem efficere, qui non sit Hebræus de gente tua; nè si sit alienigena, ad aliam religionem subditos pertrahat: vtque suos amet, & ab illis diligatur. * Certè alterius nationis, aut Prouinciæ vir rarò aderit aptus alteri regendæ, nec enim toto ex cordis affectu subditos amabit extraneos.] Cumque fuerit Rex constitutus vir ille electus à Domino, non multiplicet equos cum ne in bello nimis illis confidat, quia *fallax equus ad salutem.* Psal. 31. 17. tum ne in superbiam erigatur nimióque fastu ac pompa incedat. * Non vetantur equi, aut eorum

Solus Deus, qui præcordia hominũ scrutatur, potest eligere Regẽ, aut Præsulẽ aptũ regimini.

Non aptus regimini extraneæ vir nationis.

Nimius Re-

vsus, sed nimia eorum copia prohibetur; nimius enim Regis fastus exitialis est subdito, cuius substantia Principes assolent luxuriari.] Abstineat itaque Rex ab equorum multiplicatione, ne equitatus numero subleuatus, subditos reducat in Ægyptum, mittens eos, vt equos, queis abundat regio illa, ad Chananæam adducerent: quod esset valde periculosum, imo iniquum, præsertim cum Dominus præceperit vobis, (huius præcepti adhuc mentio non facta) ne viam ducentem in Ægyptum relegere audeatis. * Premenda particula, *Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum.* Non faciet ex fastus multiplicatione subditos tributarios, vnde in Ægyptiacam miseriam reducantur. Mystica quidem expositio.] * Vnde literæ herens præfatæ, monuerim, periculosum valde ei, qui de Ægypto semel exiuit, tam exitialem repetere regionem. Domum in qua voluptatis tyrannidi seruiisti, non reperas diriori premendus captiuitate. * Iam illam particulam, Præsertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini, expendo. Nunquam id desertis verbis in scriptura præceptum reperitur, implicite tamen indicatur, quia cum iniectus est sermo, ab Israelitis de reditu in Ægyptum grauiter illis Dominus succensuit. Addiderim, quia illud ipsum te eductum fuisse à captiuitatis regione, idem est, ac debere abstinere omnino à reditu. Piaculum enim est reuerti ad locum captiuitatis, nempe ad domum meretricis, aut amasiæ tanto recidendi periculo.] Non habebit vxores plurimas, aliquas poterit habere (vt Dauid) plurimas saluo officio (vti Salomon) non poterit; ne eius animum effeminent, flectantque ad vitium, subditisque prauo noceat exemplo. * Si vxorum multitudo Regum animos effeminat, quid pellicum caterua præstabit?] * Addo, multiplicationem fœminarum, seu pellicum in Principibus regno esse exitialem, ob impensarum multiplicationem, si filiis regiæ libidinis, sic domus, sic annui redditus aptantur, ac vnico hæredi.] Nec argenti, aurive pondera aceruet, ne ex cupiditate auri, & opum subditos spoliet, & diffluat in fastum. * Si regno libido Regum noxia admodum est, pestis est auaritia, subditorum enim bona non solum minuit, sed efficit conflagrare, quemadmodum tacta ab infectione supellectilia rogo traduntur absumenda.] Postquam autem solium occupauerit, propria manu Deuteronomium, mex legis compendium, transcribet accipiens à sacerdotibus exemplar incorruptum, secum habebit, idque si non quotidie saltem legat frequenter, vt memor sit eorum, quæ illo in Libro sunt exarata: & discat Deum timere, præceptaque, ac ceremonias, quæ in lege continentur, custodire; timor enim Dei maxime in Deuteronomio inculcatur. (est, quippe continua, ardensque concio Mosis Hebræos ad Dei cultum, obseruationémque legis alliciens.* Licet probabile sit potuisse Reges aliena manu vti ad transcriptionem Deuteronomij: ita grauium mẽte Doctorum asserui debuisse Regem manu propria describere; quia quod propria manu scribitur

Regũ fastus exitialis subditis, quorũ facultatibus Principes assolent luxuriari.

Reges fastus multiplicatione subditos faciunt redactos tributarios Ægyptiacã exactionem.

Periculosũ in Ægyptũ, i. occasionem scilicet delinquendi, reuerti.

Qui egressus est ex occasione delinquẽdi, præceptum à Deo habet, nè reuertatur ad illã tãto recidendi periculo.

Reges libidine effeminantur.

Exitialis regno Regis ex libidine procreatio.

Regũ auaritia regni pestis, bonorum subditis conflagratio.

scribitur, in papyro, facilius in mente transcribitur.] ¹ Pende illud. *Leget illud omnibus diebus vitæ suæ.* Si non continuè legendum erat Deuteronomium, sed sæpe: cur præcipit, vt omnibus vitæ diebus legatur? Planè quia frequens illa lectio ita vitam componere assolet, vt omnibus diebus vitæ præsens sit virtus lectionis.] * Ideò prudentissimè D. Ignatius nos monet Regulæ præscripta singulis saltem mensibus aut legere, aut audire, vt vita nostra sit continua regularum expressio.] Continua itaque Deuteronomij lectio id Regi præstabit, ne in superbiam eius cor eleuetur, ne insolescat, nec tyrannicos mores æmuletur super gentem suam, & ne à lege Dei, & rationis præscripto quacumque ratione deflectat. * τὸ *super fratres suos*, monet Reges, subditos non esse mancipia, sed fratres habendos.] Quæ quidem si monita Rex obseruarit, ipse & filij eius super Israel longo tempore imperabit. * Exemplis ex sacris literis discimus, Reges eos qui pietatem non coluerūt aut Regno excidisse, aut ad filios suos, aut certè ad longam nepotū seriem non transmisisse Imperium. Testor miserū Angliæ Regē vita ac Regno spoliatum fortè quia pietatem, quam potuit in Hispania didicisse nec animo fouit, nec cum subditis obseruauit.]

Frequenter legens Librū legis omnibus diebus vitæ suæ ostendit vim lectionis ex notarum cōpositione.

Ignatius iubet lectoris singulis mensibus regulas legere, aut audire vt vita sit regularū expressio.

Subditi non sunt mancipia Regis, sed fratres.

Reges, qui pietatem nō coluere, aut exciderunt Regno, aut ad filios trāsmiserunt.

CAPVT XVII.

Leuitæ prohibentur, vllam in diuisione Terræ Chananitidis hæreditariam habere portionem: sed victimis, decimis, oblationibus esse contentos. Vetantur Hebræi maleficos consulere, iubentur audire Prophetas.

1. NON habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israël, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, 2. & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: Dominus enim ipse est hereditas eorum, sicut locutus est illis. 3. Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum: 4. primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione 5. Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet, & ministret nomini Domini ipse, & filij eius in sempiternum. 6. Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Israël in qua habitat & voluit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus, 7. ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino 8. Partem ciborum eamdem accipiet, quam & ceteri: excepto eo, quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur. 9. Quando ingressus fueris Terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium. 10 nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus. 11. nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem. 12. omnia enim hæc abominatur Dominus & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. 13. perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo. 14. Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. 15. PROPHETAM de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, 16. vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum ampliùs non videbo, ne moriar. 17. Et ait Dominus mihi: Benè omnia sunt locuti. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. 19. qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. 20. Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. 21. Quòd si tacita cogitatione responderis: Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? 22. hoc habebis signum: Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum.

COMMEN

COMMENTARII.

1. Commoda temporaria qua ex oblationibus cedere debebant sacerdotibus, ac Leuitis, inculcantur, quibus non priuãdus Leuita donũ diuinitus, vt seruiat sãctuario.

Vers. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. NON HABEBVNT SACERDOTES, ET LEVITÆ, &c.] Sacerdotes, & Leuitæ, qui sacerdotibus tanquam ministri deseruiunt, & omnes qui de eadem Tribu orti, propter maculam, aliudve impedimentum officia sacerdotalia, aut Leuitica non exercent: portionem aliquam, quæ eis iure obueniat hæreditario, seo sortem vllá Terræ promissionis minimè habebunt; quia portiones sacrificiorũ aptandæ ministris Domini, & oblationes, quæ à filiis Israël siue sponte offeruntur, siue decimarum, aut voti titulo soluuntur, eis cedent in cibum: & nihil aliud tanquam sibi proprium accipient de fratrum seu Hebræorum possessione; Dominus enim conferens Leuitico ordini munera sibi à populo oblata, ipse est illorum hæreditas, quemadmodum eis meo ea ore promisit. Hoc erit iudicium, siue quod de iure sacerdotibus debetur à populo, & ab his, qui victimas offerunt pacificas, siue bouem, siue ouem aut capram (vox Hebræa ouem & capră complectitur) immolauerint, exhibebunt sacerdoti sacrificij ministro armum, ac ventriculum siue pectusculum: frumenti, vini, & olei primitias, ac lanarum partem ex ouium tonsione. (primitiarum scilicet titulo, oam lanarum detonsio inter annuos fructus, prouentúsque cẽserut.) Ipsum enim ordinẽ Leuiticum Dominus Deus tuus de cunctis Tribubus elegit, vt stet in conspectu Domini pro populo preces effundens, & ipse filiique eius Deo ministret, quandiu status Hebraicæ Reipublicæ durauerit. * Certè Deus, suis electis ministris ministerio incumbentibus nunquam non necessariam impendit annonam. Quid mirum aliquos Regulares inopia premi, fame discruciari, si gerere negligunt Domini mysteria? Si Leuita deuotione ductus, & cupiens earia vices suas reliquo vitæ tempore Deo in Tabernaculo ministrare, (sic postea Samuel gessit.) ex vna Vrbiũ tuarum, quæ ad inhabitandum & pascendũ Leuitis in vniuerso Israel constituentur, (in qua quidem huiusmodi Leuites habitat) exierit, & voluerit venire ad locũ in quo Tabernaculum adesse contigerit desiderans locum illum non commoditate, aut honore habitationis, sed ministerij pietate: ministrabit Domino Deo suo, sicut omnes consanguinei eius Leuitæ, qui per vices suas assolent Domino impendere ministeria. * Haud cadat è calamo verbum illud: *Voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus.* Multi cupiunt venire ad locum à Domino electum, id est ad Ierosolymam, ad Curiam, non vt impensius Domino, qui inibi vberius id est, à pluribus colitur, seruiant: sed vt Vrbis commodis temporariis potiantur. Hic planè non solùm piis ministris non addicendus est, verum à piorum cœtu expungendus obiicitur.] Partem ciborum (seu alimeota ex ætario Templi, vel aliqua decimarum portione à Pontifice in Leuitarum actu ministrantium alimentum seposita) eandem accipiet, quam & reliqui, vltrà id, quod in Vrbe sua, in qua habitabat ex paterna ei successione debetur siuè in domibus, siuè in pecoribus, siuè in pecuniis ex suarum venditione rerum acquisitis. (habere enim poterant Leuitæ in Vrbibus suis domos, suburbana, armenta, &c.)

Ideo aliqui Regulares efuriunt, quia Domini ministeria gerere negligunt.

Multi sacerdotes, aut Regulares expetunt, Vrbes amplas inire maioris Dei gloriæ prætextu: & planè Vrbiũ tẽporariis cõmodis exambiunt.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. QVANDO INGRESSVS, &c.] Quãdo pacifica Chananæa tibi donatæ à Domino possessione fruaris, caue, ne gentium illarum abominationes, quas ad occulta inquirenda gerunt æmuleris: nec apud te inueniatur, qui lustret, seu expiet filium suum, aut filiam per flammarum medium eos faciens sine combustione transire in honorem Moloch: aut qui ariolos sciscitetur, ab eis responsa, & diuinationes quærens: & obseruet somnia, superstitiose existimans, illis futura significari, aut expectans à dæmone responsum per somnium; aut ex visis nocturnis, quæ nullam habent cùm rebus gerendis connexionem, cõsilium capiendo; & obseruet auguria, non solum ex auium garritu, volatu, pastu, sed alio quocumque modo futura rerum omnia captando. Nec adsit apud te maleficus, Lxx. *veneficus*) præstigiator, nec incantator, qui susurris quibusdam, & musitationibus mira quædam efficit: nec qui Pythones, id est, eos, qui demones responsa dantes habẽt in ventre, vel ipsos dæmones in ventre hominis loquentes consulunt. L x x. vocitant ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos* nec qui adeat diuinos Lxx. *portentorum inspectores*, seu cognitores rerum arcanarum, qui profitentur se talia nosse, earum causas, & significationes; nec qui quærat à mortuis veritatem, quod necromanticorum est. (talis mulier illa quæ Sauli Samuelem suscitauit. 1. Reg. 28) Omnia enim hæc sunt in conspectu Domini abominabilia, & propter tam horribilia crimina gentiles adhuc Chananeæ habitatores ad tuum comminuet introitum. Te oportet perfectum, & ab omni macula in conspectu Domini existere immunem, diuino cultui, ac religioni additum, quam nullis gentilium superstitionibus defœdabis. Hæ gentes, quarum ditionem possidebis, augures, & diuinos audiunt, vt de rebus informari inutilirer valeãt arcanis: tu autem à Domino Deo tuo aliter es institutus, & alia via tibi disposuit occulta reuelari. Prophetas de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me tunc (me obeunte) Dominus suscitabit, qui te doceant, eos quidem exaudi, tuis quæstionibus satisfacturos (alij de Christo apte minus exponunt eximio quidem Propheta, Legislatore, Doctore) vt eueniat tibi, quod in Horeb à Domino postulasti, quo die totus populus ad accipiendam à Deo legem ad montis Sion radices conuenit, & renuens audire ipsum Deum horribiliter loquentem, prosatus es: A Domino, ô Princeps, precare, quæso vt non per se ipsum deinceps mihi loquatur, nec cogat ignem hunc maximum & horribilem aspectare, ne nimio terrore vices gladij gerente necari cõtingat. Mihi autem Dominus respondit, Placet populi deprecatio.

2. Prohibitur Hebræis rituus gẽtium imitari, maximè in occultorum inquisitione. Promittitur eis Propheta, cuius agnoscẽdi signa exponuntur.

deprecatio. Prophetas ſuſcitabo è genere eorum tui ſimilem ex vaticiniorum veritate, verba mea, eorum apponam in ore, vt populo meam aperiat voluntatem, præceptaque exponat. Attamen ſi quis iuſſa mea eorum verbis, vaticiniisque expreſſa implere contempſerit à me vltionem gerente vulnerabitur. * Quinam, quæſo, Prophetæ aſſidue populo fideli addicti niſi concionatores, & Magiſtri? O quanto piaculo à Domino puniendo eorum deſpicis ſermonem?]Propheta, ſeu ſomniator, qui nomen ſibi Prophetæ vſurpans deprauatus arrogantia, in nomine meo loqui tentauerit, quæ non præcepi ei aperienda populo, ſed ipſe confixit, aut alienorum deorum, ſeu idolorum ex nomine aperuit: Hæc dixit Baal ſeu Aſtaroth, interficietur.]Quod ſi tacita cogitatione te, reſponderis: Quonammodo poſſum diſcernere an bono, an malo illi alloquantur ſpiritu? hoc ſignum diſcernendo ſpiritui obſeruandum expono: Quod in nomine Domini Propheta prædixerit, prorſus euenire, dum cauſæ eodem modo ſe habuerint, ac mutatio effectus non fuerit tali Prophetæ prænuntiata) neque enim Deus mentitur, aut mentiri poteſt. Si autem non euenerit, conſtabit Prophetam Deo inſpirante, non eſſe locutum, ſed tumore animi, aut popularis auræ deſiderio confinxiſſe: idcirco minas, aut prædictiones illius non timebis. L x x. *Non abſtinebitis ab eo,* nempe manus vltrices, ſed vt par eſt, vt pœnas debitas luat procurabitis.

Fauendi qui Côcionatorum verba côtemnunt.

CAPVT XIX

Tres refugij Vrbes iubet aſſignari in Chananæa inuoluntario aſylum homicidæ, quibus creſcente populo tres alias adiiciendas exponit. Voluntarium homicidam extrahi imperat ex aſylo, talionis pœnam falſo teſti decernit.

1. CVm diſperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi traditurus eſt terram, & poſſederis eam, habitaueriſque in vrbibus eius, & in ædibus, 2. tres ciuitates ſeparabis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem, 3. ſternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus eſt quò poſſit euadere: 4. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita ſeruanda eſt: Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri & nudiuſtertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: 5 ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſiluam ad ligna cædenda, & in ſuccisione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrúmque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet, & viuet: 6. ne forſitan proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequatur, & apprehendat eum ſi longior via fuerit, & percutiat animam eius, qui non eſt reus mortis: quia nullum contra eum, qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur. 7. Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter ſe ſpatij diuidas 8 Cum autem dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus eſt, 9(ſi tamen cuſtodieris mandata eius & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & ſupradictarum trium vrbium numerum duplicabis: 10. vt non effundatur ſanguis innoxius in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendam, ne ſis ſanguinis reus. 11. Si quis autem odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de ſupradictis vrbibus, 12 mittent *ſeniores ciuitatis illius & arripient eũ de loco effugij, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. 13 Non miſereberis eius, & auferes innoxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. 14. Non aſſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra, quam acceperis poſſidendam. 15. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. 16. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, 17. ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis. 18. Cumque diligentiſſimè

diligentissime perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: 19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & offeres malum de medio tui: vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. 21. Non misereberis eius, sed animam pro anima oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

COMMENTARII.

1. *De tribus refugij Vrbibus homicidis innoluntarijs asylum exhibentibus.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. CVM DISPERDIDERIT DOMINVS DEVS TVVS, &c.] Cum comminuerit Dominus gentes, quarũ tibi traditurus est terram, & transmisso Iordane eam possederis, Vrbes ac domos eius occupabis: vltra eas tres Ciuitates refugij à me citra Iordanem assignatas tres alias transito flumine constitues in medio Terræ à te possidendæ ad fugientium asylum: sternesque diligenter itinera, queis ad illa tendere oportet, ne ob prauitatem, aut incertitudinem viarum, ab hostibus fugitiui valeant facile comprehendi. * Non sufficit spirituali Magistro alumnis suis æterni refugij Vrbem ostentare, nisi viam sternat cuncta obstacula auferens. Multi enim ob prauitatem itineris cœlesti refugio terga dedere.]In tres ergo æqualiter partes totam Chananææ Prouinciam diuide, in medioque portionis cuiuslibet vnam huiusmodi Vrbium assigna, vt è proximo habeat asylũ, qui propter homicidiũ inuoluntariũ aufugere voluerit. * Magna hæc planè Domini pietas: *Vt* habeat è vicino qui propter *homicidium* casuale profugus est, quo possit euadere. At ineffabilem dixerim Dei pietatem dum video non tres designari ad homicidæ vnici casualis asylum Ciuitates refugij: sed ad cuncta voluntaria piacula tot à Domino perfugia constitui, quot Presbyteri vbique terrarum consecrantur.]Hæc lex homicidæ fugientis: Qui proximum suum ex inuincibili ignorantia percusserit, qui toto prælapso tempore nullo contra eum odio flagrasse probetur: exempli gratia, absque dolo cum eo perrexit in siluam cædendorum causa lignorum, in quorum succisione contrita fugit è manu securis, aut ferrum è manubrio lapsum percussit, & occidit amicum: huic licet ad vnam præfatarum Vrbium aufugere vt viuat, nè forsitã proximos, seu cognatus occisi, punctus dolore fugientem queat persequẽs apprehendere, si à loco interfectionis vsque ad asylũ via longior extiterit, & occidat eũ, qui à lege saltẽ reus capitis non præsumitur; quia nullũ contra eum qui occisus est, odiũ præcessisse monstratur. Ideo præcipio tibi ô Israel, vt tres Ciuitates æqualis inter se spatij diuisas assignes æquali simul distantia à Terræ promissionis terminis, quo facilius aufugienti exponatur asylum.

Spiritnali Magistro nõ sufficit, cœlestis refugij Vrbẽ ostẽdere nisi viarũ tollat obstacula.

Innumerabiles Vrbes refugij apud Christicolas quo voluntarij recipiuntur iniqui.

2. *Alias tres Ciuitates refugij addendas iubet.*

8. 9. 10. CVM AVTEM DILATAVERIT, &c] Cum autem dilatauerit Dominus terminos tuos, tradita tibi omni Chanæa hostibus paulatim expulsis, sicut patribus tuis Abrahamo Gen. 15 Isaaco Gen. 16. Iacobo Gen. 28. iuramento promisit expresso, cunctaque Terra quã pollicitus est illis, te donauerit, (si tamẽ mãdata eius quæ in Decalogo continentur, custodieris, feceris; quę circa ceremonias & iudicia præcepta tradidi Deũ diligens, in viisque eius omni tẽpore inambulans) addes tibi tres alias refugij Vrbes ex eadẽ Iordanis vlteriori regione, vnde supradictarum Ciuitatum asyli numerum duplicabis, ex vnaque fluminis parte tres refugij aderunt Vrbes, ex altera vero lariori ac laxiori sex constituantur: vt non profundatur sanguis innoxius eius qui inculpabiliter proximum interfecit, in Terra, quam Dominus Deus tuus tibi possidendam addicet: nè sis sanguinis reus, lege non permittente, perimens occisorem. * Caue nè in Vrbe aut Oppido tuo innocens cruor profundatur; assolet enim Deus totam Vrbem, totum Regnum funditus euertere ob profusam innoxij guttulam cruoris.

Ob guttulam innoxij cruoris profusam Deus assolet totã Vrbẽ funditus euertere.

11. 12. 13. 14. SI QVIS, &c.] Si quis autem odio habens proximum suum, vitæ eius fuerit insidiatus, insurgensque in eum, interemerit vulnere inflicto, fugereque ad vnam ex refugij curauerit Vrbibus: mittent seniores Ciuitatis occisi (non refugij) & arripient de asylo occisorum, conuictumque de crimine, magis propinqui illius cuius profusus est cruor, trader in manus, vt necis facinus necet luat. * Expende particulam, *Mittent seniores Ciuitatis illius*, id est, occisi, non quidem Ciuitatis refugij. Nec enim oportet, apud refugij Vrbem adesse rei aufugientis criminatorem. Vt taxentur, qui nimio zelo pœnitentis olim prodigi fratris culpam exaggerant.]Haud misereatis voluntario homicidę cõdonando pœnã, & auferes innoxiũ sãguinẽ (ne ad me terra proclamitet.) de Israel, id est innoxij sãguinis culpá, & reatũ ab Israel tolles. * Porro huiusmodi reatus tãdiu populo adhęret, quãdo impunita manet iniquitas. Deliquit (v. g.) Religiosus a Hæret Religioni reatus, dum non vulneratur iniquus, quo quidem pœna affecto, iam Religio repurgatur à noxa.] Delinquens igitur puniatur *vt bene sit tibi*; quandiu enim non vindicatur iniquitas, sanguis occisi vindictam postulat tam de occisore, quam de Iudicibus qui eum vindicare tenebantur. Non tibi partem alieni fundi vendices, nec transferas ad possessionem tuam agrorum terminos, vicinum submouendo, & quæ illius sunt occupãdo: terminos, inquam, quos diuisores Terræ, qua à Deo donandus es, Hebræis omnibus præfixere. * Si enim alienæ hæreditatis particulam propriis fundis adieceris totam tuam perdes hæreditatem. Particula enim bonorum iniustè acquisita bona iustè comparata omnino disperdit.

3. Voluntario homicidæ refugij Ciuitas non proficit.

Taxãtur qui nimio zelo pœnitentis fratris culpã exaggerant.

Tandiu cõmunitati Religiosæ subditi reatus hæret, quandiu impunita manet iniquitas.

Particula bonorũ iniustè acquisita bona iuste comparata omnino disperdit.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. NON &c.] Cõfirmabitur omnis accusatio, omne dictũ, omnis res, omne peccatum quidquid illud sit duorum vel trium testimonio, vnico teste minime sufficiente. * Iniquum planè est, Magistratum vnius testis depositione hominem condemnate

4. Talionis pœna f[...] imponit[...]

re: Ergo iniquum similiter communitatis religiosæ Rectorem subditum nota afficere circa debitam confidentiam ob vnius vulgaris socij ex ignorãtia aut ex malitia obortam suspicionẽ. Si testis mendax contra aliquem insurgat eum coram Præfecto culpæ aduersus legem admissæ accusans: tã accusator quam reus inter quos controuersia est, in locum, vbi aderit Tabernaculũ aut Tẽplũ, accurrent, causæ scilicet cognitione ad sacerdotes, rei prouocatione deuoluta, vel à Iudicibus laicis remissa: sacerdotes autẽ & Iudices qui illis diebus ius dixerint cõuenient, & si post diligentissimã perscrutationẽ inuenẽrint falsũ illũ testẽ cõtra proximũ protulisse mendaciũ: talionis lege, in accusatorem seu testem falsum pœnam eandem deuoluent qua proximus reus [inuentus esset afficiendus, & de medio tui auferes calumniatorem. * *Auferes*, inquit, *malum de medio tui*. Et quodnam, quæso, egregius malum, quam in republica testem mendacem seu calumniatorem existere, innocentum quidem exitium?] Vt audientes reliqui pœnam calumniatori inflictam alieno incõmodo cautiores exsurgãt. Non misereris eius pœnam debitam imminuẽdo, aut cõtra ius differẽdo: sed vitã pro vita, oculũ pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu, & pedẽ pro pede exiges. * O tẽpora cum testiũ, iniquorum, cum calũniatorũ seges increscit cæcum (v g.) proximum ex libidinis affectu aut effectu asserentes, & nullum, post infamatum innocentem monoculum aspexi?]

Magnũ Reipublicæ malũ, in ea existere calumniatorem.

Subtraxãtur Iudices, qui pœnam talionis cõtra testes falsos nõ exercent

CAPVT XX.

Iubet belli tempore remitti domum non aptos certamini. In Vrbe bello capta occidi masculos, infantes seruari: sed in Chananæa etiam infantes, & femellas occidi: Arbores exscindi infrugiferas, frugiferis parci.

1. SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem non timebis eos quia Dominus Deus tuus tecum est qui eduxit te de Terra Ægypti. 2. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. 3. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam cõmmittitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formideris eos: 4. Quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. 5. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. 6. Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat, vadat, & reuertatur in domum suam: ne fortè moriatur in bello; & alius homo eius fungatur officio. 7. Quis est homo qui despondit vxorem, & non accepit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. 8. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus, & corde pauido vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. 9. Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. 10. Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. 11. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. 12. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. 13. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij, 14. absque mulieribus & infantibus, iumentis, & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. 15. Sic facies cũctis ciuitatibus, quæ à te procul valdè sunt, de his vrbibus, quas in possessionem accepturus es 16. De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere: 17. sed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, & Amorrhæũ, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, sicut præcepit tibi Dominus

Dominus Deus tuus: 18. nè fortè doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt dijs suis: & peccetis in Dominum Deum vestrum. 19. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. 20. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cæteros apta vsus, succide & instrue machinas donec capias ciuitatem, quæ contra te dimicat.

COMMENTARII.

2. *Tēpore belli Hebræi milites nō timeāt, Deo pro illis dimicāte. Iubētur inepti certamini domum reuerti.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. SI EXIERIS AD BELLVM, &c.] Si ad bellum iustum peragendum processeris contra hostes, & videris copias equitum contra te opponi, & quadrigas falcatas quatuor aptas ab equis rotare aspexeris, & militum multitudinem tuas copias admodum superantem: aut formidine excidas; quia Dominus Deus tuus tecū adest protector, qui perempta maxima curruū, equorū, militumque Ægyptiorū multitudine, te in brachio perduxit excelso.* Qui contra ios non *contra hostes* infideles, sed aduersum Christicolas fratres pugnaturus exsurgit, excidet à victoria, aduersus eum Domino dimicante.] Appropinquante autē iā belli instantia, dùm apud Vrbē expugnandam steteritis, vel in cāpo vbi congressuri estis: corā omni bellatorum multitudine sacerdos adstet, & proferat:* Sacerdotis quidē est seu Pontificis ad iustū bellū milites excitare, nō ducere. Quidnam baculo pastoritio cū gladio? quidnā cū horrore certaminis pacis ministro? Audi Israel, hodie contra inimicos vestros certaturi proceditis, non horreat cor vestrum, non timeatis pauidè dimicando, non cedatis, hostes fugiendo, aut iuri renunciando; quia Dominus Deus vester in medio vestri adest, speciali vtique prouidentia contra aduersarios vestros dimicaturus, vt vos è periculo auferat imminenti.* Particula, *Deus vester in medio vestri est* præcipue accinit illi, qui Eucharistico cibo refectus cum inuisibilibus hostibus decertat. Quid timeat spiritualis miles Eucharistia refectus, si in medio eius verè Dominus adest pro eo pugnaturus?] Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu, proclamitabunt: Adest nè aliquis homo qui domum nouam construxit, & nondū eam inhabitauit? (Hebraica vox *dedicare, initiare*, significat.) Redeat ergo, & domum à se ædificatā initiandi naturale expleat affectum. Nè fortè si id prius non perficiat, cadat animo timens se bello fortasse occidendū, & aliū sua in domo habitaturū: ob idque aufugiat, & alios excitet ad fugam arripiendam. Est nè qui vineā plantauerit, & hactenus ad quietū non peruenerit annū, in quo iuxta legis præceptū, de fructibus eius comedere cœperit, faciens esse cōmunē, quæ ante annū quintū censetur quodāmodo sacra? (Tribus annis primis non licebat vitis, aut cuiusuis arboris fructus attingere, donec anni quarti fructus Domino fuissent consecrati. Leu. 19. 23.) suā igitur reuertatur in domū, ne fortè timeat in bello cōminui, & ab alio vineā exponedā, vt omnibus ex eius fructibus vesci liceat, huiusmodiq; timore affectus det terga certamini. Nū adest vir, qui despondit vxorē, & nōdū in domū adduxit, introduxit in thalamū? Igitur domū repetat, nè fortè timeat in bello trucidari, vnde nudo nomine sponsi alius delicijs potiatur, & concepta formido det illi ansā fugiendi.* Innuitur causa, cur tot imbelles milites, arrepta fuga, cōflictus timent adire pericula: vineam aut fundum coluere, cuius nondum cepere fructus, sponsam pressam dimisere inopia, quam timent necessitatis iniuriæ cessuram. Ergò nec agricolæ, nec mariti aptè ad bella coguntur.] His præfatis communiter hæc loquentur ad populum: si quis adest nimium formidolosus, cordeque pauido, reuertatur in domum, nè fugam iniens, aut alia manifesta formidinis exhibēs documēta, sociorum militū corda simili faciant agitari pauore. Cumque Duces siluerint, quisque suos ad bellandum cuneos præparabit, aciemque festinabit instruere.* Cur nostri Duces antè concertationis instantiam, copiam non faciunt formidolosis ad propria reuertendi? An ne plures recedant? Certè multis imbellibus ablegatis pauci fortes milites ingentes possunt delere copias, à quibus facilè vincerentur, si formidolosis militibus cincti pergerent ad certamen.]

Qui contra ios pugnat cū Christicola fratre (nō hoste infideli) excidit à victoria.

Nō est Pōtificis ducere exercitus.

Quid timeat spiritualis miles Eucharistia refectus?

Nō aptè agricolæ, aut mariti ad bella cogūtur.

Pauci fortes milites, ablegatis formidolosis, facilius hostiū vincunt cateruas.

2. *Aperit Moses quid gerēdū Hebræis in obsidione Ciuitatum Chananææ, & aliarū.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. SI QVANDO, &c.] Si quando acciderit te accedere ad aliquā Vrbem extra Terram promissā expugnandam, primum eam ad deditionem pacificam, ac incruentam inuitabis; si te Dominum recipere voluerit, portasque reserauerit, vt magis triūphum agere videaris, quam vim adhibere: cunctus populus huiusce incola Vrbis impunitate fruatur, tibique sub tributo iuxta ciuium substantiam imponendo seruient.* Non dixit, *ministrabit*, sed *seruiet sibi* populus sub tributo, tributa enim soluere quid nisi seruitus mancipia efficiens eos, quos liberos natura pepererat?] Attamen si fœdus inire noluerit, sed te surrexerit oppugnare, curantiq; ingredi contradicere: eā hostiliter adorieris. Cūque eam Deus tuæ potestati tradiderit, omnes masculos gladio succides demptis infantibus, ac mulieribus* si dixerat: Percuties omne, quod in ea generis masculini est, iam fœminas exclusit à gladio. Cur ergo addidit, *Absque mulieribus & infantibus*? Plane quia si infantes reseruandi erant, oportebat simul fœminas asseruari. Quonammodo enim quiret infantilis foueri infirmitas si fœminea pietas non adesset?] Iumēta simul eripiantur à vulnere, reliquaque asseruentur supellectilia, quæ vsui vestro poterunt inseruire. Cur enim ista vastentur quę nihil sūt cōmerita? *Nulla apud fidel' populū debet obiici causa supplicij, aspectatur iniquitas] Omnē exercitui diuides prędā, & spoli-

Tributa soluere idem quod affici seruitute.

Fœminarum pietas erga infātilē ætatem.

belli iustè acquisitis potieris. * Pudeat Duces sibi prædam adscribere, vacuis militibus recedentibus. *Omnem prædam, ait, exercitui diuides.* Ducibus cedas, sed simul militibus, quorum fortitudini victoria post tot exanthlata pericula cessit.] Sic agendum tibi cum ciuitatibus, quas extra Chananitidem iusto bello volueris, ad tuam traducere ditionem, quæ quidem non sunt ea his, quas ex promissione facta patribus inter Chananæam es accepturus. At de Ciuitatibus intra Terræ promissæ terminos adiacentibus nullum permittes relinqui superstitem, sed vi gladij interficies cunctos homines (iumentis, reliquisque animantibus reseruatis.) Hethæom scilicet, Amorrhæum, Chananæum, Pherezæum, Heuæum, ac Iebusæum. Silentio præterit Gergezæum, quia cum aliquo præsatorum communionem habet, cum quo etiam veniet interficiendus) Sicut tibi Dominus imperauit; ne fortè si hi vobiscum amicè degant, abeis cunctas, quas ipsi idolis gessere, abominationes edocearnini: & eorum æmulantes, grauissimo crimine desœdemini, * An non gentiles aliarum Vrbium extra Palæstinam abominationes perpetrabant? Ita quidem. Cor ergo cum illis Hebræis permittitur fœdera inire, non autem cum Chananitidis habitatoribus? Planè quia Ciuitates illæ *procul valdè sunt* ab Hebræis, quarum infectio morum non tam facilè vagaretur. At è sociis mox corruptio contracta Hebræorum animis exitialis assurgeret. Corrupti enim vnius mores sociorum illicò præcordia corrumpunt.

Præda victoris cedat militibus, sed simul militibus aucta.

Corrumpunt illico sociorum præcordia vnius ciuis corrupti mores.

19. 10. QVANDO OBSEDERIS CIVITATEM MVLTO TEMPORE, ET MVNITIONIBVS CIRCVMDEDERIS, VT EXPVGNES EAM, NON SVCCIDES ARBORES, DE QVIBVS VESCI POTEST, NEC SECVRIBVS PER CIRCVITVM DEBES, &c.] Quando multo tempore aliquam obsederis Ciuitatem, & munimina lignea erigi oporteat per circuitum, vt faciliùs expugnare eam possis siue Ciuitas sit intra Chananitidis terminos, siue extra illos, arbores fructiferas non succidas ad construenda propugnacula, ad machinas belli perficiendas, hisce parcat securis arboribus, nec enim sunt milites, sed ligna, quæ tibi in bello nocere non possunt, potius quidè auxilium impendere, si frugum tempore concertaueris. Si alia ligna adsunt non pomifera, sed agrestia io cæteros apta vsus, & ad propugnacula excitanda prorsus aptiora, succide, & machinas instrue, donec capias Vrbem, quæ contra te dimicat, ac se iniustè defendit. * Insipiens planè Dux, qui pomiferas arbores iubet excidi, inefficeque cremari Oppidi illius, quod demum ad suam deuenturum est potestatè, sibi enim visus est, non hostibus nocuisse.

3. Iubet neq; quàdo expugnetur ciuitas, ligna pomifera succidantur.

Qui vrbis capiendæ succidit ligna, sibi quidè, nō hostibus nocet.

CAPVT XXI.

Edocet Moses quonammodo occultum homicidium sit expiandum. Quibus legibus captiua fœmina in vxorem assumenda: Filium odiosæ vxoris primogenitum iure primogeniti non priuandum: Lapidandum filium contumacem: Suspensorum cadauera eodem die sepelienda.

1. QVANDO inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur cædis reus, 2. egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum: 3. & quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere. 4. & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulę: 5. accedentque sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum est, iudicetur. 6. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, leuabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, 7. & dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt: 8. propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis: 9. tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est, cum feceris quod præcepit Dominus

10. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxetis, 11. & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueris que habere vxorem, 12. iotroduceos eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues. 13. & deponet vestem, in qua capra est: sedcosque in domo tua flebit patrem & matrem suam voo mense: & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. 14. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opptimere per poteotiam: quia humiliasti eam 15. Si habuerir homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genueriotque ex eo liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, 16. voluetitque substaotiam inter filios diuidere: non poterit filium dilectæ facero primogenitum, & piæferre filio odiosæ, 17. sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque el de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enlm priocipiom liberorum eius, & huic debentur piimogeoita. 18. Si geouerit homo filium contumacem & protecuum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coërcitus obedire contempserit: 19. apprehendent eum, & duceot ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, 20. dicéntque ad eos: Filius oostet iste proteruus & contumax est, monita nostra audire cootemnit, comessatiooibus vacat, & luxuria atque conuiuiis, 21. lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, 22. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: 23. non permanebit cadauer elus in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est qui pendet io ligno & nequaquam contaminabis Terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi io possessionem.

COMMENTARII.

VERS. 1. a 3.4 5.6 7.8 9. QVANDO, &c.] Quando in Terra, qua à Domino donáduses, hominis occisi *in agro proiectum* sic addit Hebr. inuentú fuerit, &c. dices, cecus ignorabitur: maiores natu, ac Iudices, siue Magistratus vicinorú Oppidorum agro, in quo cædes facta, post præmissam de auctore cædis inquisitionem sedulam, egredientur, & si non constet iam de locorum distantia, à loco cadaueris per circuitum singularum ciuitatum seu Oppidorum spatia mentientur, & in quam viciniotem cæteris esse perspexerint suspicio vicinitatis cadet. * Proximus: hæresçis iniquo? fallar, nisi tibi sæpè eorum piacula tribuantur.] Vt autem Ciuitas suspecta de homicidio, expietur à crimine, huiusmodi ritus asseruandus: Magistratus adducent vitulam vt exerat homicidæ personam in cuius locum, cum ille non reperitur mactabitur Tollenda itaque de armento vitula quæ iugum non traxit nec terram vomere procidit. * Indicans scilicet occisorem virum sinè iugo legis fuisse. Quis enim nō calex proximum audeat interimere. ?] * Addo, huiusmodi homicidam vomere non proscidisse terram vti solent agriolæ: Otio enim torpentium est, rixarom implicari quæstionibus, vndè iracundiæ flamma inccenditur ad ioiligenda vulnera.] Ducenda itaque vitula ad locú asperum & fragosum (Hebr. *Ethan*, idest, *locus depressus, inaratus, incultus*) terram scilicet nunquam aratro subactam, nec sementis exceptricem: ibique animaotis ceruices seu carnifices, seu alij quicunque de populo cædent: accedentque ad vitulam interfectam sacerdotes Leui filij, quos Dominus elegerit ei in Tabernaculo fœderis vt ministrent, cunctis in Dei nomine benedicant Hebræis, & quorum iudicio omne negotium ciuile, aut criminale subest, quique inter muoda, ac immunda discernere possunt. Accedent ioquam non vt iudiceor, cum reus inuentus oon sit sed vt manus lauent super vitula simul cum Magistratu ac senioribus Ciuitatis. Venient itaque Magistratus Ciuitatis illius suspectæ ad hominis occisi cadauer, vt à sacerdotibus rogitentur, an sciant, quisoam illius criminis patrator extiterit: & illis respondentibus se nihil agnouisse, ad interfectæ vitulæ locum accedent, dilnentque manus suas supra cadauer animantis in vallepercussæ, profari: Nunc sanguioem, cuius vitulæ cruor typúm agit manus nostræ minime profuderunt & homicidij auctorem omnino nescimus? si enim sciremus haud pateremur inultum Ideo ô Domine propieius esto populo Israëlitico, quē de Ægypriaca seruitute redemisti, & ne oobis impures cædem à oobisque pœnas repetas, vt innocentiú sanguis in medio populi tui profundatur, dú homicidæ noccos cruor impunitate gauder. Hec igitur ritu perfecto effusi sanguinis rei non erunt, nec illis imputabitur crimen occultú, nec pœnas homicidę luent. Tu ergo ô Israel, post húc ritú perfectú ab innocētis cruore profuso eris alienus, postquá gesseris quę nomious iussit, tá inquirēdo diligēter criminis auctoré, quá efficiēdo, vt propinquioe populus ab homicidij suspicione legis præscripto repurgetur.

3. *Quonā ritu homicidium occultum expiari debeat.*

Assolent ei, qui hæret in iniquo iniqui piacula tribui.

Homicidæ plerūq; exleges nulli nō parentes iniquitati Otio torpēsium est, implicari rixis, vnde homicidio datur occasio.

10. 11. 12. 13. 14. SI EGRESSVS, &c.] Si aduersú inimicos tuos, qui iuxta Terræ promissæ terminos adsunt, pugnaturus egrediaris traditosq; à Domino captiuos adduxeris, vt tibi seruiant aut diuendere possis aliquosq; ex Hebræorú cœtu pulchritudine conspicuā mulie-

eem

tem aspexerit, & adamatam* voluerit accipere vxorem, paratam scilicet ad Iudaicam transire religionem: (alioquin Hebræis interdictum, cum gentilibus matrimonia inire.) suã ducet in domum, ipsáque cæsariem abradet, quam idololatriæ ritu quodam compositam gestat, vt sub nouo viro ac religione alia noua accrescat coma in honestum decorem nutrienda: ac circumcidet vngues, quas superstitiosè nimium crescere prætermisit: deponetque vestem in qua capta est, vt nihil gentilici ornatus retinere videatur. * Nec enim mulier ab idololatria lasciuiæ conuersa pietatis nouæ documenta præstabit, si comam profanè nutriat, si ab adolescentibus incircumcisis vnguibus accipiat, vestesque retineat libidinis quidem apparatum. Haud vna morantur in sede coma alliciens, vnguis rapiens, vestis adducens, & pudicitia, Sacramentorúmque frequens participatio. Facta itaque mulier iam fidelis, idolorumque cultu prorsus ab animo ablegato, vnius mensis spatio, quo mortui parentes defleri assolent, ac eorum funera celebrari, deflebit patrem & matrem. Debet enim mulier illa ad cultum Dei veri conuersa circa infideles parentes totum ponere affectum; nè cum eis conuersandi rursum cupiditas eam faciat à religione animo demare.

Mulier, quæ è lasciuia ad pudicitiã cõuertitur nec comã profanã nutriat, nec accipiat à viris, nec vestibus profanis vtatur.

* O quot Religiosi periêre, quia parentes ac propinquos non fleuerunt vt mortuos!] Post huiusmodi fœminæ præparationem Hebræus ad sociam fidei intrabit, & addicet vxorem. Si autem *postea* ô Hebræe tibi non placuerit, dimittere eam teneberis liberam nec pecunia poteris permutare sicut ante nuptias quinetas; quia humiliasti eam siue virginem deflorasti Sit ei libertas iniuriæ pretium. * Preme particulam: *Dormiésque cum ea, si autem postea non sederit animo tuo.* Postea quam frueris voluptate frequenter non sedet animo fœmina, quæ antè placuerat.] * Plerumque matrimonia inæqualia ex nobilitatis, aut diuitiarum excessu coacta ex inordinata dilectione postea animo non insident.] * Particula *Humiliasti* virginitatis significat deflorationem quia è vertice eleuatissimo virgo cadit, cum thalamo addicitur.] * Et quando non voluptatis effectus homines humiliauit. Ideo Deus assolet superbiæ supercilia luxuriei permissione supprimere.]

Multi Religiosi periêrunt, quia parẽtes, ac propinquos non fleuerant vt mortuos.

Postquam frueris voluptate nõ placet fœmina, quam antea deperire solebas.

Matrimonia inæqualia iniēta ex inordinata dilectione plerúque postea animo non insident.

Virgo cũ addicitur thalamo è vertice eleuatissimo humiliatur.

Humiliat homines voluptatis affectus.

15.16.17. SI HABUERIT, &c.] Habet quis Hebræus duas, vxores, (quas naturalis & scripta lex ducere concedunt) vnam dilectam, alteram inuisam, matrem quidem vtramque prole à marito accepta, sed inuisam parentem primogeniti. Vult maritus inter filios suos è duabus acceptos vxoribus substantiam diuidere, in qua quidem diuisione primogenitus ab aliis fratribus debet discerni, vt pote cui duplex portio est obuentura. Huiusmodi casu haud poterit maritus filium dilectæ vxoris ca præcisè ratione quod sit dilectæ natus (nisi alia subsit ex præscripto legum occasio) constituere primogenitum & inuisæ vxoris filio præferre primogenituræ ei iura adscribens: sed filium primogenitum recognoscet, eique cuncta de bonis, quæ acquisierit, à aut parentibus acceperit, duplicia aptabit. Hic enim est principium, seu primus liberorum patris, cui primogenij iura debentur, nisi aliunde Esau, & Rubeni æmulator illis potiendi reddatur indignus. * Non excidat è calamo clausula illa: *Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam, & alteram odiosam.* Certè si duas habeat vxores consequenter quodammodo earum vna dilectione, altera erat odio prosequenda; carnalis enim amor vix potest ad duplex obiectũ terminari. Vnde maritus Christicola qui duas ducere non valet, vxores lege prohibente, cum hæret scit amasiæ illicò ab vxoris dilectione recedit.]

3. Iure primogenituræ non priuãdus filius odiosæ vxoris, vt addicatur filio dilectæ.

Cũ maritus hæret scit amasiæ, mox ab vxoris dilectione recedit.

18.19.20.21.22 23. SI GENUERIT, &c.] Genitor quis est filij contumacis renuẽtis gerere quæ lege diuina præcipiuntur, & proterui agentis quæ eadem lege prohibentur, qui nõ audit patris ac matris imperium, cum his obedire tenetur: coercitus autem seu admonitionibus seu flagris, obedire contempserit, malorum pelago omnino submersus: eum parentes apprehendant, ad seniores adducant, portis Vrbis, vbi prætoria constituentur, & iudicia exercebuntur, sistere faciens, Magistratibusque profabuntur: En filium nostrum proteruum, ac contumacem, nostra audire monita contemnentem, comessationibus ac ebrietatibus vacantem, voluptatum ac conuiuiorum luxu absumentem substantiam.* Nunquam filium vidi proteruum erga parentum honorem inurbanum, qui voluptatum vilissimarum non fœdaretur infamia.] Iudices ergo delatione parentum audita capitali eum iudicio destinabunt, populus eum lapidibus obruet, miseréque ille peribit, vt ab Vrbe ciuis pessimus auferatur, populusque alieno periculo sapiat. * Commendabile plane reorum supplicium, quod cunctos ciues efficit alieno incommodo cautiores.] Quando qui crimen aliquod perpetrauerit, quod capitali sit plectendum supplicio, & neci adiudicatus appensus fuerit in patibulo aut cruci suffixus, aut per funem intercluso spiritu suspensione: eius cadauer haud diu manebit in ligno, sed eodem die sepulturæ mandabitur; quia hominum iudicio maledictus à Deo est, qui in patibulo suspenditur extremæ infamiæ addictus supplicio. Nam qui in altum suspẽditur, quodammodo indicatur indignus, qui terram pedibus premat, aut sanguine suo contaminet, atque ita quasi toto mundo extruditur, & eliminatur. * Quam debitores Saluatori, qui vt magis se abiiceret, vilissimumque mortis genus subiret, crucem delegit. Vnde ab Apostolo dicitur *factus pro nobis maledictum.* Gal. 3. 13. Si ergo è ligno pendens maledictus à Domino æstimatur, debes illico eum à tã horribili nota liberare curans simul ne per fœtorem, seu ætheris corruptionem contaminetur Chananitidis, inficienda plane, si plura interdum cadauera manerent in patibulis insepulta. * Quæsitarim denique cur Iudices filios proteruos ac contumaces sola parentum depositione neci addicunt? An non oporteret, alienorum addoci testimonia? Profectò cum parentes de filio queruntur, prorsus est iniquitas manifesta. Nihil enim parentibus magis agnatum, quam filiorum crimina operire, imò quodammodò iustitias reputare.]

4. Filius contumax lapidatur, suspensorum cadauera eodẽ die sepeliuntur.

Filius cõtumax, inurbanusque erga parentes nũquam non vilium voluptatum fœdatur infamia.

Cõmẽdabile reorũ supplicium, quod ciues cũctos efficit cautiores.

Quam debitores Saluatori, qui vilissimũ mortis genus elegit!

Adeo cæci parẽtes circa crimina filiorũ, vt æstiment esse iustitias.

CAPVT XXII.

In bestias etiam pietas exercenda. Falsi accusatoris adulteri, & adulteræ, etiam sponsæ, necnon constupratorum virginis pœnæ præscribuntur.

1. NON videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, 2. etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat, 3. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. 4. Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis eum eo. 5. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. 6. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis: 7. sed abire patieris, captos tenens filios: vt benè sit tibi, & longo viuas tempore. 8. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. 9. Non seres vineam tuam altero semine: ne & sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur. 10. Non arabis in boue simul & asino. 11. Non indueris vestimento, quod ex lana linóque contextum est. Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui, quo operieris. 13. Si duxerit vir vxorem & posteà odio habuerit eam, 14. quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: 15. tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt, 16. & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, 17. imponit ei nomen pessimum, vt dicat: Non inueni filiam tuam virginē: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ, expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: 18. apprehendentque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, 19. condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israël: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. 20. Quòd si verum est quod obiicit, & non est in puella inuenta virginitas: 21 eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israël, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israël. 23. Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, 24. educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit vxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. 25. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: 26. puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam, sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpessa est. 27. sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam. 28. Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: 29. dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. 30. Non accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

COMMEN

COMMENTARII.

1\. *Pietas non in homines solũ, sed & in eorũ pecora, ac iumẽta exercenda est.*

Si iumenta proximi reducẽda cum errãt, quid fi. lij ad tartarũ properantes.

VERS. 1. 2. 3. 4. NON VIDEBIS BOVEM, &c.] Si videris bouem, ouem, aliaque animancia fratris tui (par est omnium animalium ratio) errantia, haud prætertibis, seu negliges, quasi non aspexeris, sed ad fratrem reducere satages. * Si curandum tibi proximi bestias reducere errantes, quid perditos filios properantes ad tartarum?] Etiam si proximus tuus propinquus, seu amicus non fuerit, huiusmodi cum bestiis eius est pietas exercenda, imo verò etiam si sit inimicus. (Habetur expresse Exo. 23. 4.) Duces iumenta, aut pecora ad domum tuam, si ignoras ad quem pertineant, & adeant apud te, vt cum quæsierit dominus à te, solutis expensis, possit illa recipere. Quod de pecoribus, ac asinis gerere præcipio, de vestimentis, ac de cunctis proximi tui rebus, quæ perierint, dictum existima: si eam inueneris, haud velut alienam negligas; sed velut propriam de illius conseruatione cura, donec Domini ad potestatem redeat. Si videris proximi tui asinum, aut bouem oonstum in via cecidisse, ne contemnas auxiliom ferre illud ducenti, vt coactis viribus possitis animal subleuare. En societatis beneficium leuare iunctis fratribus onera, quibus singuli impares videbantur.

Societatis beneficiũ leuare iũctis viribus onera.

2\. *Circa vestium vsũ, ac perfectionẽ, nidulos auiũ, domorũ ædificationẽ vinearũ, ac terræ cultũ varia præcepta.*

Taxãtur qui permittunt mulierculas vestitu virili ad theatra procedere.

Theresia de Iesv nõ virilẽ vestitũ, sed animũ virilẽ induit.

5\. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. NON INDVETVR, &c.] Mulier veste virili non induatur, nec vir indumento vtatur fœmineo; contra dignitatem enim virilis est sexus, muliebrem assumere vestem, fœminæ autem superba præsumptio virile sibi indumentum aptare. * Hæc proculdubio vestium mutatio multis nequitiis viam assolet aperire. Subtaxentur hinc Magistratus, qui permittunt mulierculas vestitu virili ad theatra procedere.]* Illa quidem commendabilis immutatio, quando mulier virilem induit prudentiam, ac fortitudinem æmulatur, imò viros prudentissimos, fortissimosque præcellit: cuius D. Theresiam de Iesu imaginem exponn.] Quod si mutatio vestitus viam criminibus sternit, non mirum abominabiles apud Dominum apparere, qui huiusmodi vestium mutationi studium, operamque expendunt. Si per viam incedens, aut vagans apud agrum, in arbore vel in terra nidum auis reperetis, matremque pullos fouentem, aut ouis incubantem: memor pietatis super oua incubantem omnino relinques, pullos autem fouentem minimè cum filiis capies volucrem: eam patieris auolare, solummodo pullis potieris. Vt scilicet indocaris ad pietatem & misericordiam etiam cum bestiis exercendam. * Quo facilius in pecudibus, & bestiis, volucribusque præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. Ne ediscas crudelis in feras, in homines deseruire.] Benignus in volucre in te vicissim diuinam benignitatem, & misericordiam prouocabis, vt diu viuas, qui viuere matrem volucrem permisisti. * Si pietas erga volucrem producit ætatem,

Humanitas erga bestias in refrigeria hominum eruditur.

quid circa homines mansuetudo?] Cum ædificaueris nouam domum, cuius tectum (de Iudæorum more) adeò planum efficitor, vt in ipso ambulare, & versari hominibus liceat: area ea, quæ in tecto est septo claudatur: ne quis lapsu reuoluatur è tectu, & tua sanguis effundatur in domo, vnde alio ruente, tu illigeris reatu. * Si tectum est planum, sine septo tectum domus efficiens e quo aliquis possit in præceps ruere: quanto reatu illigabitur qui totam domum facit casui procliuem], eam impudicitiæ aliorum exponens?] Non seres vineam tuam semine altero, ex quo vltra racemos aliæ fruges oriantur, nè & sementis, quam seuisti triticum, aut hordeum, & racemi vineæ pariter sanctificentur, seu offerantur simul ad imitationem idololatrarum, qui in cultum Cereris, & Bacchi fruges simul & botros ad Templa deferunt, & idolis sanctificant. * Scio alios hunc locum antiphrasim esse asseruisse hoc sensu: Ne sanctificentur, id est, ne polluantur non tam legali contaminatione quam physica, corrumpendo, & perdendo vtrumque, dum nimia densitate sibi mutuò officiunt. Vt spirituales edoceantur agricolæ ne tot dogmatum aut documentorum semina simul auditorum terræ amandare contendant, vt suffocentur potius, quam germina profetant.] Ne boue & asino portantibus aratrum terram subigas: quia eorum vires sunt inæquales, vnde asinus associatus boui plus æquo grauabitur. & quia totum onus in eum recumbet aratri, propter corporis sui humilitatem. * Ediscimus, non esse onus æquale iis imponendum (tributorum scilicet) qui vires exerunt inæquales: iuxta virium instantiam tributorum pondera humeris addicenda.] * Certè cum ad soluenda tributa diultes ac pauperes simul iugo aptantur, semper pauper humilis plus æquo grauatur, toto in eum onere decumbente.] Non indueris vestimento, quod ex lana sit ac lino contextum colorum scilicet varietate. * Vt discas, in iis, quæ quomodolibet ad te spectant, fugere luxum, ac abiicere varietatem] Funiculos, seu floccos (Hebr. *ghuedilim, floccos*) in fimbriis pallij appones, qui in florum modum in extrema veste pendebunt: tum vt legis diuinæ valeas recordari, tum vt à reliquis gentibus distinguaris ex habitu.

Erga homines pietas producit ætatem.

Contra eos qui domos exponũt aliorum impudicitiæ.

Cõcinnatores, ac Magistri non tot dogmatũ semina terræ auditorũ cõmittant, vt suffocentur potius, quam germina proferant.

Tributorum onus nõ est æqualiter imponendum diuiti, ac pauperi.

Cum tributa cõmuniter imponuntur sẽper humilis pauper grauatur plus, quam diues.

Luxus, ac varietas fugiẽda.

3\. *Datur modus, quo defendi queat vxor cui à marito pessimum nomẽ imponitur.*

13\. 14. 15. 16. 17. 18 19. 20. 21. 22. SI DVXARIT, &c.] Ducit quis vxorem, quam postea odio prosequitur: ideo vt sese à molestissimo iugo valeat expedire, occasiones quæritat eamque infamat, affatus. Hanc vxurem accepi, quam irreparabili integritatis gloria captam inueni. Parentes itaque eam ad seniores Vrbis, qui in porta ius dicunt, deferent, virginitatisque signa, id est, sindonem, aut tunicam lineam tinctam sanguine (quem in primo congressu cum virgine ab illa profluere medici aiunt, licet alij profluxus huiusmodi infallibilitatem verius abnegent,) simul adducant, pater autem profabitur: Filiam meam huic inurbano planè viro tradidi vxorem, quam quia habet exosam de more iuuenis impudici, qui ex matrimonio non prolem sanctè, sed voluptatem solummodo ambit inique, eam infamia non veretur afficere as-

ferens petulanter: Tuam filiam haud intactam inueni. Profectò maritus hic vilissimus euidēter mendax obijcitur, si cum hæc manifesta extent documenta pudoris, quæ de more asseruauimus fortasse imponendi criminis in subsidium. Mox vestimentum, aut linteum coram senioribus Vrbis expandent, & vxoris castitas aperietur.* O commendabilis illius temporis synceritas cum verus virginis cruor ostenditur, nec alieno linteum sanguine purpuratur, nullusque de obiecto dubitat documento.]

Fœminarum simulationes circa integritaté auxantur.

Tunc Magistratus mendacem virum apprehendent, & flagris eum diuerberabunt, condēnantes insuper centum siclis argenteis, patri quidem puellæ soluendis in diffamationis virginis Israeliticæ pœnam: eáque retinebit vxorem, nec vnquam dimittere poterit, si ipsa voluerit in coniugio persistere.* Porrò loco verbi, *Verberabunt illum*, Lxx. habent, *Corripient, reprehenderantle*. An reprehensio de vili piaculo diuerberationis æquat infamiā? Ita planè.]

Reprehensia de vili piaculo diuerberationis æquat infamiam.

At si verum quod maritus asserit comperiatur, & verè puellæ non proberur integritas: extra domus paternæ fores eiciatur, & à viris Ciuitatis illius obruatur lapidibus, miseréque depereat, quoniam maritum in re graui decepit, se simulando pudicam, & domum paternam tanto facinore defœdauit: neque ab huiusmodi peste Reipublicæ expedies. Filia familias, quæ apud patris, seu matris potestatem libidine maculatur, *nefas gerit in Israel*, dedecore enim afficit parentes, qui debuissent tanto incommodo prouidere; filiorum enim crimina parentibus merito tribuuntur.] Vir ausus fuerit alterius thalamum defœdare, proximi vxore abutendo: moriatur vterque, id est, adulter, & adultera lapidibus obruti, vt de Israel iniquitate verberata, tantum incommodum auferatur.* Si dixerat Moses *Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur*, quare addidit, *Id est, adulter, & adultera*? An non sufficienter erat expressum adulteros lapidandos, cum particula vterque, ad virum & vxorem alterius erat referenda? Certè dum adulterij causa agebatur, ambigua erat particula *vterque morietur*, dubitarique poterat, an ad illam particulam *Alterius* referenda esset, quia cum vxor lasciuia polluitur assolet maritus non exiguam causam crimini exhibere aut laborans incuria circa vxoris custodiam, aut eam studens ipse scortationibus excitans ad vindictam, aut inurbanitate assidua in ea matrimonij extinguens charitatem.

Crimina filiorū tribuuntur parentibus.

Frequenter maritus adulteræ cōiugis causam exhibet ei, ad gerēdam iniquitaté.

4. *Quid gerendū cum sponsa alterius constupratore in Ciuitate, & in agro; at cū corrupiente virginis nullius sponsa, patris vxor non accipienda.*

23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. SI PVELLAM VIRGINEM DESPONSAVERIT VIR, ET INVENERIT EAM ALIQVIS IN CIVITATE, ET CONCVBVERIT CVM EA, &c.] Quis puellam virginem sibi de præsenti desponderit, (alij intelligunt de futuro) eamque alios autem cognouit eā, alios autem in Ciuitate aut domi reclusam quærendo inuenit, aut vagantem repente sicut Dinam, remque cum ea habuerit: tam virum quam puellam ad portas Ciuitatis adduces, vt coram Iudicibus iuridice de crimine discutiatur, & ipsorum sententia ambo lapidibus obruentur: puella quidem, quia cum esset in Ciuitate & clamans posset sperare auxilium, clamitare neglexit, vnde præsumitur consensisse. * Puella quæ sollicitata ab adolescente, tacet, nec parentibus aperit, præsumitur expetisse piaculum. Haud asserat, se vi oppressam, si leui voce potuisset vim inferenda comprimere.] Vir autem etiam lapidibus vulnerabitur, quia corrupit proximi sui mox futuram vxorem, (si de futuro desponsatam: vxorem iam, si de præsenti.) & de medio tui illud auferes malum, quo à Domino non vindicans tantum nefas afficiendus esses. At si in agro inuenerit vir puellam huiusmodi desponsatā, & vi oppresserit: ipse solus loet de medio sublatus, puellæ autē nihil patietur; ex loci enim circumstantia præsumitur minimè consensisse, sed vim passam esse.* Profectò legis commendabilis pietas tam benigniter præsumentis. Ego enim de puella ad agrum pergente solitudinem sine socia pudica captante non temerariè aliquando præsumerem voluntate admisisse pericula] Puella hæc rea mortis non est, ei enim videtur accidisse apud agru, quod solet accidere viatori, qui à grassatore trucidatur. Sola erat in agro, clamauit, vel certè à clamore cessauit, quod nullum speraret auxiliū: nullus etenim aderat, qui eam ab insidiatore posset eripere.* Edocet legis pie præsumentia de stupro, eas actiones proximi excusare, quæ aliquo ex capite cohonestari possunt.] Si verò vir virginem non desponsatam inuenerit, & *vim inferens* (sic Lxx.) defœdauerit, resque venerit ad tribunal.* O quot stupra ad iudicium non veniunt humanum misera puella obtacente ex pudore, quæ quidem ad cœleste tribunal maiori reorum exitio deferentur.] Iudicum sententia violator puellæ patri, aut matri, aut custodi, aut ei cui virgo intersit; quinquaginta siclos exhibebit argenti ob iniuriam to patrem violenta filiæ defloratione admissam, & ducet eam vxorem, quam adeo vi illata humiliauit, vt decenter alij non queat sponso colligari.* Et quidem puella quantumuis nobilitate conspicua licet inculpatè, vi scilicet illata, virginitatis priuetur honore, admodum humiliatur, eiusque pretium proculdubio vilescit. Adeò impudicitiæ macula famam obscurat.] Imò in vberiorem corruptæ vi puellæ satisfactionem, & piaculi pœnam non poterit maritus vti vnquam libelli repudij facultate. *Non dubito, quin pœna sit grauis admodum marito odio coniugem prosequenti, haud posse à matrimonij pondere liberari.] Homo vxorem patris sui etiam defuncti minimè accipiet, nec reuelabit operimentum, seu turpitudinem eius, (operimentum pro re operta apponitur. Hebr. *Alam*, quia vt ala aues teguntur, sic homines veste. Aut fortè per alam aut operimentum ipsa verenda intelligit: sic Ruth 3.9. ca *pallium* appellat.) aut eam dedecorabit, quam scit à parente ductam fuisse.

Puellæ virgō perduntur, quæ non eluant, parentibus aperientes adolescentis amorem.

Puella sine socia pudica captans solitudinem agri, præsumitur amasse periculū.

Excusandæ ex proximi actiones, quæ aliquo ex capite cohonestari valent.

Multæ violatæ puellæ non audent tribunal humanū inire, sed eorum causæ ad diuinū maiori reorum exitio, deferentur.

Adeò macula impudicitiæ obscurat famam, vt vel puella inculpaté corrupta adeò modū humiliatur, & deprecatur.

Coniugi odio vxoré prosequenti grauis est pœna, non posse à matrimonij iugo liberari.

CAPVT

CAPVT XXIII.

A Dei Ecclesia eunuchus, Ammonites, & Moabites æternùm arcentur; Idumæus & Ægyptius vsque ad tertiam generationem: Mamzer vsque ad decimam. A sordibus iubet castra munda seruari. Prohibet scortationem, & fœnus. Votum solui imperat sine mora.

1. NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, ecclesiam Domini. 2. Non ingredietur mamzer hoc est, de scorto natus, in Ecclesia Domini vsq; ad decimam generatione 3. Ammonites & Moabites etiã post decimã gneratione nõ intrabũt ecclesiam Domini in æternum: 4. qnia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: 5. & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te. 6. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. 7. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptum quia aduena fuisti in terra eius. 8. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini. 9. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala 10. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, 11. & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua: & post solis occasum regredietur in castra. 12. Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, 13. gerens paxillum in balteo cumque sederis, fodies per circuitum & egesta humo operies 14. quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. 15. Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugerit. 16. habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: non contristes eum. 17. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. 18. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris: quia abominatio est, vtrumque apud Dominum Deum tuum. 19 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: 20. sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura, id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris possidendam. 21. Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. 22. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. 23. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es 24. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. 25. Si intraueris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

COMMENTARII.

a 1. Eunuchus, de scorto natus, Ammonites, & Moabites, in ciuiũ numerum nõ censendi.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

NON INTRABIT, &c.] Eunuchus testiculis, amputatis, seu veretro abscisso in ciuium numerum non censebitur &, de populo Israelitico non reputabitur perinde ac si de duodecim Patriarchis oriundus esset: atque adeo vti cæteri cioes munerum, ac dignitatum non erit capax, quamuis complectatur Iudaismum. * Nec enim aptus Hebraici populi ciuis exsurget munerum, ac dignitatum capax, qui fœmineos prodire assolet in affectus. Vidi huiosmodi defectu laborantes animi integritate polleres

Eunuchus plerũque nõ aptus publicis muneribus, ac dignitatibus.

COMMENTARII.

1. Commeda temporaria qua ex oblationibus cedere debebant sacerdotibus, ac Leuitis, inculcantur; quibus non primùm Leuitæ donũ dimutens, vt seruiat sanctuario.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. NON HABEBVNT SACERDOTES, ET LEVITA, &c.] Sacerdotes, & Leuitæ, qui sacerdotibus tanquam ministri deseruiunt, & omnes qui de eadem Tribu orti, propter maculam, aliudve impedimentorum officia sacerdotalia, aut Leuitica non exercent: portionem aliquam, quæ eis iure obueniat hæreditario, seu sortem vllã Terræ promissionis minimè habebunt; quia portiones sacrificiorũ aptandæ ministris Domini, & oblationes, quæ à filiis Israël siue sponte offeruntur, siue decimarum, aut voti titulo soluuntur, eis cedent in cibum: & nihil aliud tanquam sibi proprium accipient de fratrum seu Hebræorum possessione; Dominus enim conferens Leuitico ordini munera sibi à populo oblata, ipse est illorum hæreditas, quemadmodum eis meo ea ore promisit. Hoc erit iudicium, siue quod de iure sacerdotibus debetur à populo, & ab his, qui victimas offerunt pacificas, siue bouem, siue ouem aut capram (vox Hebræa ouem & caprã complectitur) immolauerint, exhibebunt sacerdoti sacrificij ministro armum, ac ventriculum siue pectusculum: frumenti, vini, & olei primitias, ac lanarum partem ex ouium tonsione. (primitiarum scilicet titulo, nam lanarum donatio inter annuos fructus, prouentúsque cẽsetur.) Ipsum enim ordinẽ Leuiticum Dominus Deus tuus de cunctis Tribubus elegit, vt stet in conspectu Domini pro populo preces effundens, & ipse filiique eius Deo ministret, quandiu status Hebraicæ Reipublicæ durauerit. * Certè Deus, suis electis ministris ministerio incumbentibus nunquam non necessariam impendit annonam. Quid mirum aliquos Regulares inopia premi, fame discruciari, si gerere negligunt Domini mysteria?] Si Leuita deuotione ductus, & cupiens extra vices suas reliquo vitæ tempore Deo in Tabernaculo ministrare, (sic postea Samuel gessit.) ex vna Vrbiũ tuarum, quæ ad inhabitandum & pascendũ Leuitis in vniuerso Israel constituentur, (in qua quidem huiusmodi Leuites habitat) exierit, & voluerit venire ad locũ in quo Tabernaculum adesse contigerit desiderans locum illum non commoditate, aut honore habitationis, sed ministerij pietate: ministrabit Domino Deo suo, sicut omnes consanguinei eius Leuitæ, qui per vices suas assolent Domino impendere ministeria. * Haud cadat è calamo verbum illud: *Voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus.* Multi cupiunt venire ad locum à Domino electum, id est ad Ierosolymam, ad Curiam, non vt impensius Domino, qui inibi vberius id est, à pluribus colitur, seruiant: sed vt Vrbis commodis temporariis potiantur. Hic planè non solùm piis ministris non addicendus est, verum à piorum cœtu expungendus obijcitur.] Partem ciborum (seu alimenta ex ærario Templi, vel aliqua decimarum portione à Pontifice in Leuitarum actu ministrantium alimentum seposita) eandem accipiet, quam & reliqui, vltrà id, quod in Vrbe sua, in qua habitabat ex paterna ei successione debetur siuè in domibus, siuè in pecoribus, siuè in pecuniis ex suarum venditione rerum acquisitis. (habere enim poterant Leuitæ in Vrbibus suis domos, suburbana, armenta, &c.)

Ideo aliqui Regulares esuriunt, quia Domini ministeria gerere negligunt.

Multi sacerdotes, aut Regulares expetunt, Vrbes amplas inire maiaris Dei gloriæ prætextu: & planè Vrbiũ temporaria cõmoda ambiunt.

2. Prohibitur Hebræis rituus gẽtium imitari, maximè in occultorum inquisitione. Promittitur eis Propheta, cuius agnoscẽdi signa exponuntur.

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. QVANDO INGRESSVS, &c.] Quãdo pacifica Chananææ tibi donatæ à Domino possessione fruaris, caue, ne gentium illarum abominationes, quas ad occulta inquirenda gerunt æmuleris: nec apud te inueniatur, qui lustret, seu expiet filium suum, aut filiam per flammarum medium eos faciens sine combustione transire in honorem Moloch: aut qui ariolos sciscitetur, ab eis responsa, & diuinationes quærens: & obseruet somnia, superstitiose existimans, illis futura significari, aut expectans à dæmone responsum per somnium; aut ex visis nocturnis, quæ nullam habent cùm rebus gerendis connexionem, cõsilium capiendo, & obseruet auguria, non solum ex auium garritu, volatu, pastu, sed alio quocumque modo futura rerum omina captando. Nec adsit apud te maleficus, (LXX. *veneficus*) præstigiator, nec incantator, qui susurris quibusdam, & musitationibus mira quædam efficit: nec qui Pythones, id est; eos, qui demones responsa dantes habẽt in ventre, vel ipsos dæmones in ventre hominis loquentes consulunt. LXX. vocitant ἐγγαστριμύθους, *ventriloques* nec qui adeat diuinos LXX. *portentorum inspectores*, seu cognitores rerum arcanarum, qui profitentur se talia nosse, earum causas, & significationes; nec qui quærat à mortuis veritatem, quod necromanticorum est. (talis mulier illa quæ Sauli Samuelem suscitauit. 1. Reg 28.) Omnia enim hæc sunt in conspectu Domini abominabilia, & propter tam horribilia crimina gentiles adhuc Chananeæ habitatores ad tuum commouet introitum. Te oportet perfectum, & ab omni macula in conspectu Domini existere immunem, diuino cultui, ac religioni additum, quam nullis gentilium superstitionibus defœdabis. Hæ gentes, quarum ditionem possidebis, augures, & diuinos audiunt, vt de rebus informari inutiliter valeãt arcanis: tu autem à Domino Deo tuo aliter es institutus, & alia via tibi disposuit occulta reuelari. Prophetas de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me tunc (me obeunte) Dominus suscitabit, qui te doceant, eos quidem exaudi, tuis quæstionibus satisfacturos (alij de Christo apte minus exponunt eximio quidem Propheta, Legislatore, Doctore) vt eueniat tibi, quod in Horeb à Domino postulasti, qua die totus populus ad accipiendam à Deo legem ad montis Sina radices conuenit, & renuens audire ipsum Deum horribiliter intonantem, profatus es: A Domino, ô Princeps, precare, quæso vt non per seipsum deinceps mihi loquatur, nec cogat ignem hunc maximum & horribilem aspectare, ne nimio terrore vices gladij gerente necari cõtingat. Mihi autem Dominus respondit, Placet populi deprecatio.

deprecatio. Propheras fuſcitabo è genere eorum rui ſimilem ex vaticiniorum veritate, verba mea, eorum apponam in ore, vt populo meam aperiat voluntatem, præceptaque exponat. Attamen ſi quis iuſſa mea eorum verbis, vaticiniiſque expreſſa implere contempſerit à me vltionem gerente vulnerabitur. * Quinam, quæſo, Prophetæ aſſidue populo fideli addicti niſi concionatores, & Magiſtri? O quanto piaculo à Domino puniendo eorum deſpicis ſermonem?]Propheta, ſeu ſomniator, qoi nomen ſibi Prophetæ vſurpaos deprauatus arrogantia, in nomine meo loqui rentauerit, quæ non præcepi ei aperienda populo, ſed ipſe confixit, aut alienorum deorum, ſeu idolorum ex nomine aperuit: Hæc dixit Baal ſeu Aſtaroth, interficietur.]Quod ſi tacita cogitatione re, reſponderis: Quonammodo poſſum diſcernere an bono, an malo illi alloquantur ſpiritu? hoc ſignum diſcernendo ſpiritui obſeruandum expono: Quod in nomine Domini Propheta prædixerit, prorſus eueoiet, dum cauſæ eodem modo ſe habuerint, ac mutatio effectus oon fuerit tali Prophetæ* prænuntiata) neque enim Deus mentitur, aoe mentiri poteſt. Si autem non euenerit, conſtabit Prophetam Deo inſpirante, non eſſe locutum, ſed tumore animi, aut popularis auræ deſiderio confinxiſſe: idcirco minas, aut prædictiones illius non timebis. L x x. *Non abſtinebitis ab eo*, nempe manus vltrices, ſed vt par eſt, vt pœnas debitas luat procurabitis.

Puniendi qui Cóciona-torum verba cótemnunt.

CAPVT XIX

Tres refugij Vrbes inbet aſſignari in Chananæa inuoluntario aſylum homicidæ, quibus creſcente populo tres alias adiiciendas exponit. Voluntarium homicidam extrahi imperat ex aſylo, talionis pœnam falſo teſti decernit.

1. Cum diſperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarnm tibi traditurus eſt terram, & poſſederis eam, habitaueriſque io vrbibus eius, & io ædibus, 2. tres ciuitates ſeparabis tibi in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem, 3. ſternent diligentret viam: & in tres æqualiter partes totam Terræ tuæ prouinciam diuides vt habeat è vicioo qui propter homicidium profugus eſt quò poſſit euadere: 4. Hæc erit lex homicidæ fugentis, cuius vita ſeruanda eſt: Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri & nudiuſtertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur: 5 ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſiluam ad ligna cædeoda, & in ſuccisione lignorum ſecuris fugerit manu, ferrúmque lapſum de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupradictarum vrbium confugiet, & viuet: 6. ne forſitan proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequatur, & apprehendat eum ſi longior via fuerit, & percutiat aoimam eius, qui non eſt reus mortis: quia oullum contra eum, qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe monſtratur. 7. Idcirco præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis inter ſe ſpatij diuidas 8 Cum autem dilatauerit Domious Deus tuus terminos tuos ſicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus eſt, 9 (ſi tamen cuſtodieris mandata eius & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Domioum Deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & ſupradictarum trium vrbium numerum duplicabis: 10. vt non effundatur ſanguis innoxius in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendam, ne ſis ſanguinis reus. 11. Si quis autem odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius, ſurgénſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fueritque ad vnam de ſupradictis vrbibus, 12 mittent ſeniores ciuitatis illius & arripient eũ de loco effugij, tradéntque in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur. 13 Non miſereberis eius, & auferes innoxium ſanguinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. 14. Non aſſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra, quam acceperis poſſidendam. 15. Non ſtabit teſtis vous contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. 16 Si ſteterit teſtis mendax contra hominem, accuſans eum præuaricationis, 17. ſtabunt ambo, quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu ſacerdotum & iudicum qui fuerint io diebus illis. 18. Cumque diligentiſſimè

diligentissime perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: 19. reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & offeres malum de medio tui: vt audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. 21. Non misereberis eius, sed animam pro anima oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

COMMENTARII.

1. De tribus refugij Vrbibus homicidis innocentibus asylum exhibentibus.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. QVM DISPERDIDERIT DOMINVS DEVS TVVS, &c.] Cum comminuerit Dominus gentes, quarũ tibi traditurus est terram, & transmisso Iordane eam possederis, Vrbes ac domos eius occupabis: vltra eas tres Ciuitates refugij à me citra Iordanem assignatas tres alias transito flumine constitues in medio Terræ à te possidendæ ad fugientium asylum: sternesque diligenter itinera, queis ad illa tendere oportet, ne ob prauitatem, aut incertitudinem viarum, ab hostibus fugitiui valeant facile comprehendi.* Non sufficit spirituali Magistro alumnis suis æterni refugij Vrbem ostentare, nisi viam sternat cuncta obstacula auferens. Multi enim ob prauitatem itineris cœlesti refugio terga dedere.]In tres ergo æqualiter partes totam Chananææ Prouinciam diuide, in medioque portionis cuiuslibet vnam huiusmodi Vrbium assigna, vt è proximo habeat asylũ, qui propter homicidiũ inuoluntariũ aufugere voluerit.* Magna hæc planè Domini pietas: *Vt* habeat è vicino qui propter *homicidiũ* casuale profugus est, quo possit euadere. At ineffabilem dixerim Dei pietatem dum video non tres designari ad homicidæ vnici casualis asylum Ciuitates refugij: sed ad cuncta voluntaria piacula tot à Domino perfugia constitui, quot Presbyteri vbique terrarum consecrantur.]Hæc lex homicidæ fugientis: Qui proximum suum ex inuincibili ignorantia percusserit, qui toto prælapso tempore nullo contra eum odio flagrasse probetur: exempli gratia, absque dolo cum eo pertexit in siluam cædendorum causa lignorum, in quorum succisione contrita fugit è manu securis, aut ferrum è manubrio lapsum percussit, & occidit amicum: hunc licet ad vnam præfatarum Vrbium aufugere vt viuat, nè forsitã proximus, seu cognatus occisi, punctus dolore fugientem queat persequẽs apprehendere, si à loco interfectionis vsque ad asylũ via longior extiterit, & occidat eũ, qui à lege salrẽ reus capitis non præsumitur; quia nullũ contra eum qui occisus est, odiũ præcessisse monstratur. Ideo præcipio tibi ô Israel, vt tres Ciuitates æqualis inter se spatij diuisas assignes æquali simol distantia à Terræ promissionis terminis, quo facilius aufugienti exponatur asylum.

Spirituali Magistro nõ sufficit, cœlestis refugij Vrbẽ ostẽdere nisi viam tollat obstacula.

Innumerabiles vrbes refugij apud Christicolas quo voluntarij recipiuntur iniqui.

8. 9. 10. CVM AVTEM DILATAVERIT, &c.] Cum autem dilatauerit Dominus terminos tuos, tradita tibi omni Chanæa hostibus paulatim expulsis, sicut patribus tuis Abrahamo Gen. 15 Isaaco Gen. 26. Iacobo Gen. 28. iuramento promisit expresso, cunctaque Terra quã pollicitus est illis, te donauerit, (si tamẽ mãdata eius quæ in Decalogo continentur, custodieris, feceris q; quę circa ceremonias & iudicia præcepta tradidi Deũ diligens, in viisque eius omni tẽpore inambulans) addes tibi tres alias refugij Vrbes ex eadẽ Iordanis vlteriori regione, vnde supradictarum Ciuitatum asyli numerum duplicabis, ex vnaque fluminis parte tres refugij aderunt Vrbes, ex altera vero latiori ac laxiori sex constituantur: vt non profundatur sanguis innoxius eius qui inculpabiliter proximum interfecit, in Terra, quam Dominus Deus tuus tibi possidendam addicet: nè sis sanguinis reus, lege non permittente, perimens occisorem.* Caue nè in Vrbe aut Oppido tuo innocens cruor profundatur; assolet enim Deus totam Vrbem, totum Regnum funditus euertere ob profusam innoxij guttulam cruoris.

2. Alias tres Ciuitates refugij addendas iubet.

Ob guttulam innoxij cruoris profusam Deus assolet totã Vrbẽ funditus euertere.

11. 12. 13. 14. SI QVIS, &c.] Si quis autem odio habens proximum suum, vitæ eius fuerit insidiatus, insurgensque in eum, interemerit vulnere inflictu, fugereque ad vnam ex refugij cursoerit Vrbibus: immittent seniores Ciuitatis occisi (non refugij) & arripient de asylo occisorum, conuictumque de crimine, magis propinqui illius cuius profusus est cruor, tradet in manus, vt necis facinus necc luat.* Expende particulam, *Mittent seniores Ciuitatis illius*, id est, occisi, non quidem Ciuitatis refugij. Nec enim oportet, apud refugij Vrbes adesse rei aufugientis criminatorem. Vt taxentur, qui nimio zelo pœnitentis olim prodigi fratris culpam exaggerant.]Haud misereaeris voluntario homicidę cõdonando pœnã, & auferes innoxiũ sãguinẽ (ne ad me iterũ proclamitet.) de Israel, id est innoxij sãguinis culpã, & reatũ ab Israel tolles.* Porro huiusmodi reatus tãdiu populo adhęret, quãdo impunita manet iniquitas. Deliquit (v. g.) Religiosus a Hæret Religioni reatus, dum non vulneratur iniquus, quo quidem pœna affecto, iam Religio repurgatur à noxa.] Delinquens igitur puniatur *vt bene sit tibi*; quandiu enim non vindicatur iniquitas, sanguis occisi vindictam postulat tam de occisore, quam de Iudicibus qui eum vindicare tenebantur. Non tibi partem alicui fundi vendices, nec transfers ad possessionem tuam agrorum terminos, vicinum submouendo, & quæ illius sunt occupãdo: terminos, inquam, quos diuisores Terræ, qua à Deo donandus es, Hebræis omnibus præfixere.* Si enim alienæ hæreditatis particulam propriis fundis adieceris totam tuam perdes hæreditatem. Particula enim bonorum iniustè acquisita bona iustè comparata omnino disperdit.

3. Voluntario homicida refugij Ciuitas non proficit.

Taxãtur qui nimio zelo pœnitentis fratris culpã exaggerant.

Tandiu cõmunitati Religiosæ subditi reatus hæret, quandiu impunita manet iniquitas.

Particula bonorũ iniustè acquisita bona iuste comparata omnino disperdit.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21 NON &c.] Cõfirmabitur omnis accusatio, omne dictũ, omnis res, omne peccatum quidquid illud sit duorum vel trium testimonio, vnico teste minime sufficiente.* Iniquum planè est, Magistratum vnius testis depositione hominem condemnare

4. Talionis pœna fal[si] imposit[a]

re? Ergo iniquum similiter communitatis religiosæ Rectorem subditum nota afficere circa debitam considerationem ob vnius vulgaris socij ex ignorãtia aut ex malitia obortam suspicionẽ. Si testis mendax contra aliquem insurgat eum coram Præfecto culpæ aduersus legem admissæ accusans: tã accusator quam reus inter quos controuersia est, in locum, vbi aderit Tabernaculũ aut Tẽplũ, accurrent, causæ scilicet cognitione ad sacerdotes, rei prouocatione deuoluta, vel à Iudicibus laicis remissa: sacerdotes autẽ & Iudices qui illis diebus ius dixerint cõueniant, & si post diligentissimã perscrutationẽ inuenẽrint falsũ illũ testẽ cõtra proximũ protulisse mendaciũ: talionis lege, in accusatorem seu testem falsum pœnam eandem deuoluent qua proximus reus ; inuentus esset afficiendus, & de medio tui auferes calumniatorem. * *Auferes*, inquit, *malum de medio tui*. Et quodnam, quæso, egregius malum, quam in republica testem mendacem seu calumniatorem existere, innocentum quidem exitium?] Vt audientes reliqui pœnam calumniatori inflictam alieno incõmodo cautiores exsurgãt. Non misereris eius pœnam debitam imminuẽdo, aut cõtra ius differẽdo: sed vitã pro vita, oculũ pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu, pedẽ pro pede exiges. * O tẽpora cum testiũ, iniquorum, cum calũniatorũ seges increscit cœcum (v g.) proximum ex libidinis affectu aut effectu alleteores, & nullum, post infamatum innocentem monoculum aspexi?]

Magnũ Reipublicæ malũ, in ea existere calumniatorem.

Subtraxãtur Iudices qui pœnam talionis cõtra testes falsos nõ exercent.

CAPVT XX.

Iubet belli tempore remitti domum non aptos certamini. In Vrbe bello capta occidi masculos, infantes seruari: sed in Chananæa etiam infantes, & femellas occidi: Arbores exscindi infrugiferas, frugiferis parci.

1. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatos & currus, & maiorem quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem non timebis eos quia Dominus Deus tuus tecum est qui eduxit te de Terra Ægypti. 2. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. 3. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam cõmittitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: 4. Quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. 5. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. 6. Quis est homo qui plantauit vineam, & necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat, vadat, & reuertatur in domum suam: ne fortè moriatur in bello; & alius homo eius fungatur officio. 7. Quis est homo qui despondit vxorem, & non accepit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. 8. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus, & corde pauido vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. 9. Cumque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. 10. Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. 11. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. 12. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. 13. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij, 14. absque mulieribus & infantibus, iumentis, & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. 15. Sic facies cũctis ciuitatibus, quæ à te procul valdè sunt, de his vrbibus, quas in possessionem accepturus es 16. De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere: 17. sed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, & Amorrhæũ, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, sicut præcepit tibi

Præda victoris cedat Ducibus, sed simul militibus cũctis

belli iuftè acquifitis potieris. * Pudeat Duces fibi prædam adfcribere, vacuis militibus recedentibus. *Omnem prædam*, ait, *exercitus diuides*. Ducibus cedat, fed fimul militibus, quorum fortitudini victoria poft tot exanthlata pericula ceffit.] Sic agendum tibi cum ciuitatibus, quas extra Chananitidem iufto bello volueris, ad tuam traducere ditionem, quæ quidem non funt ex his, quas ex promiffione facta patribus terra Chananæam es accepturus. At de Ciuitatibus intra Terræ promiffæ terminos adiacentibus nullum permittes relinqui fuperftitem, fed vi gladij interficies cunctos homines (iumentis, reliquifque animantibus referuatis.) Hethæum fcilicet, Amorrhæum, Chananæum, Pherezæum, Heuæum, ac Iebufæum. Silentio præterit Gergeæum, quia cum aliquo præfatorum communionem habet, cum quo etiam venier interficiendus) Sicot tibi Dominus imperauit; ne fortè fi bi vobifcum amicè degant, abeis cunctas, quas ipfi idolis geffere, abominationes edoceamini: & eorum æmulatores, grauiffimo crimine defœdemini, * An non gentiles aliarum Vrbium extra Palæftinam abominationes perpetrabant? Ita qnidem. Cur ergo cum illis Hebræis permittitur fœdera inire, non autem cum Chananitidis habitatoribus? Planè quia Ciuitates illæ *procul valdè funt* ab Hebræis, quarum infectio morom non tam facilè vagaretur. At è fociis mox corruptio contracta Hebræorum animis exitialis affurgeret. Corrupti enim vnius mores fociorum illicò præcordia corrumpunt.

Corrũpit illico fociorũ præcordia vnius ciuis corrupti mores.

19. 20. QVANDO OBSEDERIS CIVITATEM MVLTO TEMPORE, ET MVNITIONIBVS CIRCVMDEDERIS, VT EXPVGNES EAM, NON SVCCIDAS ARBORES, DE QVIBVS VESCI POTEST, NEC SECVRIBVS PER CIRCVITVM DABES, &c.] Quando multo tempore aliquam obfederis Ciuitatem, & munimina lignea erigi oporteat per circuitum, vt faciliùs expugnare eam poffis fiue Ciuitas fit intra Chananitidis terminos, fiue extra illos, arbores fructiferas non fuccidas ad conftruenda propugnacula, ad machinas belli perficiendas, hifce parcat fecuris arboribus, nec enim funt milites, fed ligna, quæ tibi in bello nocere non poffunt, potius quidẽ auxilium impendere, fi frugum tempore coocertaueris. Si alia ligna adfunt non pomifera, fed agreftia in cæteros apta vfus, & ad propugnacula excitanda prorfus aptiora, fuccide, & machinas inftrue, donec capias Vrbem, quæ contra te dimicat, ac fe iniuftè defendit. * Infipiens planè Dux, qui pomiferas arbores iubet excidi, meffefque cremari Oppidi illius, quod demum ad fuam deuenturum eft poteftatẽ, fibi enim vifus eft, non hoftibus nocuiffe.

3. Iubet ne quãdo expugnetur ciuitas, ligna pomifera fuccidantur.

Qui vrbis capiendæ fuccidit ligna, fibi quidẽ, nõ hoftibus nocet.

CAPVT XXI.

Edocet Mofes quonammodo occultum homicidium fit expiandum. Quibus legibus captiua fœmina in vxorem affumenda: Filium odiofæ vxoris primogenitum iure primogeniti non priuandum: Lapidandum filium contumacem: Sufpenforum cadauera eodem die fepelienda.

1. QVANDO inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eft tibi, hominis cadauer occifi, & ignorabitur cædis reus, 2. egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris fingularum per circuitum fpatia ciuitatum: 3. & quam viciniorem cæteris effe perfpexerint, feniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram fcidit vomere. 4. & ducent eam ad vallem afperam atque faxofam, quæ numquam arata eft, nec fementem recepit: & cædent in ea ceruices vitulę: 5. accedentque facerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniftrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum, vel immundum eft, iudicetur. 6. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, leuabuntque manus fuas fuper vitulam, quæ in valle percuffa eft, 7. & dicent: Manus noftræ non effuderunt fanguinem hunc, nec oculi viderunt: 8. propitius efto populo tuo Ifrael, quem redemifti Domine, & ne reputes fanguinem innocentem in medio populi tui Ifrael. Et auferetur ab eis reatus fanguinis: 9. tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fufus eft, cum feceris quod præcepit Dominus

10. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, 11. & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, 12. introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues. 13. & deponet vestem, in qua capta est: sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam vno mense: & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. 14. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliasti eam 15. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, 16. volueritque substantiam inter filios diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ, 17. sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. 18. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coërcitus obedire contempserit: 19. apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, 20. dicéntque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuria atque conuiuiis, 21. lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, 22. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: 23 non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno & nequaquam contaminabis Terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

COMMENTARII.

3. Quonã ritu homicidium occultum expiari debeat.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. QVANDO, &c.] Quando in Terra, qua à Domino donâdus es, hominis occisi *in agro proiectum* sic addit Hebr. inuentū fuerit, &c. dicsque reus ignorabitur: maiores natu, ac Iudices, siue Magistratus vicinorū Oppidorum agro, in quo cædes facta, post præmissam de auctore cædis inquisitionem sedulam, egredientur, & si non constet iam de locorum distantia, à loco cadaueris per circuitum singularum ciuitatum seu Oppidorum spatia mentientur, & in quam viciniorem cæteris esse perspexerint suspicio viciniratis cadet. * Proximus: hæresis iniquo? fallar, nisi tibi sæpè eorum piacula tribuantur.] Vt autem, Ciuitas suspecta de homicidio, expietur à crimine, huiusmodi ritus assignandus: Magistratus adducent vitulam vt exerat homicidæ personam in cuius locum, cum ille non reperitur mactabitur Tollenda itaque de armento vitula quæ iugum non traxit nec terram vomere procidit. * Indicans scilicet occisorem virum sinè iugo legis fuisse. Quis enim nō calex proximum audeat interimere.?] * Addo, huiusmodi homicidam vomere non proscidisse terram vti solent agricolæ: Otio enim torpentium est, rixarum implicari quæstionibus, vndè iracundiæ flamma succenditur ad infligenda vulnera.] Ducenda itaque vitula ad locū asperum & fragosum (Hebr. *Ethan*, idest, *locus depressus, inaratus, incultus*) terram scilicet nunquam aratio subactam, nec sementis exceptricem: inibique animantis ceruices seu carnifices, seu alij quicunque de populo cædent: accedentque ad vitulam interfectam sacerdotes Leui filij, quos Dominus elegerit

Assolent ei, qui hæret in iniquo iniqui piacula tribui.

Homicidæ plerīq; exleges nulli nō parentes iniquitati Otio torpētium est, implicari rixis, vnde homicidio datur occasio.

ei in Tabernaculo fœderis vt ministrent, cunctis in Dei nomine benedicant Hebræis, & quorum iudicio omne negotium ciuile, aut criminale subest, quique inter munda, ac immunda discernere possunt. Accedent inquam non vt iudicent, cum reus inuentus non sit sed, vt manus lauent super vitula simul cum Magistratu ac senioribus Ciuitatis. Venient itaque Magistratus Ciuitatis illius suspectæ ad hominis occisi cadauer, vt à sacerdotibus rogitentur, an sciant, quisnam illius criminis patrator extiterit: & illis respondentibus se nihil agnouisse, ad interfectæ vitulæ locum accedent, diluentque manus suas supra cadauer animantis in valle percussæ, prosati: Nunc sanguinem, cuius vitulæ cruor typum agit manus nostræ minime profuderunt & homicidij auctorem omnino nescimus? si enim sciremus haud pateremur inultum Ideo ô Domine propitius esto populo Israëlitico, quē de Ægyptiaca seruitute redemisti, & ne nobis impures cædem à nobisque pœnas repetas, vt innocentiū sanguis in medio populi tui profundatur, dū homicidæ nocens cruor impunitate gaudet. Hoc igitur ritu perfecto effusi sanguinis rei non erunt, nec illis imputabitur crimen occultū, nec pœnas homicidę luent. Tu ergo ô Israel, post hūc ritū persectū ab innocētis cruore profuso eris alienus, postquā gesseris quę Dominus iussit, tā inquirēdo diligēter criminis auctorē, quā efficiēdo, vt propinquior populus ab homicidij suspicione legis præscripto repurgetur.

10. 11. 12. 13. 14. SI EGRESSVS, &c.] Si aduersū inimicos tuos, qui iuxta Terræ promissæ terminos adsunt, pugnaturus egrediaris traditosq; à Domino captiuos adduxeris, vt tibi seruiant aut diuendere possis aliquisq; ex Hebræorū cœtu pulchritudine cunspicuā mulierem

tem aspexerit, & adamatam voluerit accipere vxorem, paratam scilicet ad Iudaicam transire religionem: (alioqnin Hebræis interdictum, cum gentilibus matrimonia inire.) suá ducet in domum, ipsáque cæsariem abradet, quam idololatriæ ritu quodam compositam gestat, vt sub nouo viro ac religione alia noua accrescat coma in honestum decorem nutrienda: ac circumcidet vngues, quas superstitiosè nimium crescere prætermisit: deponetque vestem in qua capta est, vt nihil gentilici ornatus retinere videatur. * Nec enim muliet ab idololatria lasciuiæ conuersa pietatis nouæ documenta præstabit, si comam profanè nutriat, si ab adolescentibus incircumcisis vnguibus accipiat, vestesque retineat libidinis quidem apparum. Haud vna morantur in sede coma alliciens, vnguis rapiens, vestis adducens, & pudicitia, Sacramentorúmque frequens participatio. Facta itaque mulier iam fidelis, idolorumque cultu prorsus ab animo ablegato, vnius mensis spatio, quo mortui parentes defleri assolent, ac eorum funera celebrari, deflebit patrem & matrem. Debet enim mulier illa ad cultum Dei veri conuersa circa infideles parentes totum ponere affectum; nè cum eis conuersandi rursum cupiditas eam faciat à religione animo deuiare.

Mulier, quæ è lasciuia ad pudicitiã cõuertitur nec comã profane nutriat, nec accipiat, à viris, nec vestibus profanis vtatur.

* O quot Religiosi periére, quia parentes ac propinquos non fleuerunt vt mortuos!] Post huiusmodi fœminæ præparationem Hebræus ad sociam fidei intrabit, & addicet vxorem. Si autem *postea* ô Hebræe tibi non placuerit, dimittere eam teneberis liberam nec pecunia poteris permutare sicut ante nuptias quiueras; quia humiliasti eam siue virginem deflorasti Sit ei libertas iniuriæ pretium. * Preme particulam: *Dormiésque cum ea, si autem postea non sederit animo tuo.* Postea quam frueris voluptate frequenter non sedet animo fœmina, quæ antè placuerat.] * Plerumque matrimonia inæqualia ex nobilitatis, aut diuitiarum excessu coacta ea inordinata dilectione postea animo non insident.] * Particula *Humiliasti* virginitatis significat deflorationem quia è vertice eleuatissimo virgo cadit, cum thalamo addicitur.] * Et quando non voluptatis effectus homines humiliauit. ideo Deus assolet superbiæ supercilia luxuriei permissione supprimere.]

Multi Religiosi perierunt, quia parẽtes, ac propinquos non fleuerunt vt mortuos.

Postquam frueris voluptate nõ placet fœmina, quam antea deperire solebas.

Matrimonia inæqualia inita ex inordinata delectatione plerũque postea animo non insident.

Virgo cũ addicitur thalamo è vertice eleuatissimo humiliatur.

Humiliat homines voluptatis affectus.

15.16.17. SI HABVERIT, &c.] Habet quis Hebræus duas, vxores, (quas naturalis & scripta lex ducere concedunt) vnam dilectam, alteram inuisam, matrem quidem vtramque prole à marito accepta, sed inuisam parentem primogeniti. Vult maritus inter filios suos è duabus acceptos vxoribus substantiam diuidere, in qua quidem diuisione primogenitus ab aliis fratribus debet discerni, vt pote cui duplex portio est obuentura. Huiusmodi casu haud poterit maritus filium dilectæ vxoris ea præcise ratione quod sit dilectæ natus (nisi alia subsit ea præscripto legum occasio) constituere primogenitum & inuisæ vxoris filio præferre primogenituræ ei iura adscribens: sed filium primogenitum recognoscet, eique cuncta de bonis, quæ acquisierit, à aut parentibus acceperit, duplicia aptabit. Hic enim est principium, seu primus liberorum patris, cui primogenij iura debentur, nisi aliunde Esau, & Ruben æmulator illis potiendi reddatur indignus. * Non excidat è calamo clausula illa: *Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam, & alteram odiosam.* Certe si duas habeat vxores consequenter quodammodo earum vna dilectione, altera erat odio prosequenda; carnalis enim amor via potest ad duplex obiectũ terminari. Vnde maritus Christicola qui duas ducere non valet, vxores lege prohibente, cum hæresit amasiæ illicò ab vxoris dilectione recedit]

3. Iure primogenitura non priuandus filius odiosa vxoris, vt addicatur filio dilectæ.

Cũ maritus hæret eu amasiæ, mox ab vxoris dilectione recedit.

18.19.20.21.22 23. SI GENVERIT, &c.] Genitor quis est filij contumacis tenuẽtis gerere quæ lege diuina præcipiuntur, & proterui agentis quæ eadem lege prohibentur, qui nõ audit patris ac matris imperium, cum his obedire teneretur: coercitus autem seu admonitionibus seu flagris, obedire contempserit, malorum pelago omnino submersus: eum parentes apprehendant, ad seniores adducant, portis Vrbis, vbi prætoria constituentur, & iudicia exercebuntur, sistere facient, Magistratibusque profabuntur: En filium nostrum proteruum, ac contumacem, nostra audire monita contemnentem, comessationibus ac ebrietatibus vacantem, voluptatum ac conuiuiorum luxu absumentem substantiam. * Nunquam filium vidi proteruum erga parentum honorem inurbanum, qui voluptatum vilissimarum non fœdaretur infamia.] Iudices ergo delatione parentum audita capitali eum iudicio destinabunt, populus eum lapidibus obruet, miserèque ille peribit, vt ab Vrbe ciuis pessimus auferatur, populusque alieno periculo sapiat. * Commendabile plane reorum supplicium, quod cunctos ciues efficit alieno incommodo cautiores.] Quando quis crimen aliquod perpetrauerit, quod capitali sit plectendum supplicio, & neci adiudicatus appensus fuerit in patibulo aut cruci suffixus, aut per funem intercluso spiritu suspensione: eius cadauer haud diu manebit in ligno, sed eodem die sepulturæ mandabitur; quia hominum iudicio maledictus à Deo est, qui in patibulo suspenditur extremæ infamiæ addictus supplicio. Nam qui in altum suspẽditur, quodammodo iudicatur indignus, qui terram pedibus premat, aut sanguine suo contaminet, atque ita quasi toto mundo extruditur, & eliminatur. * Quam debitores Saluatori, qui vt magis se abiiceret, vilissimumque mortis genus subiret, crucem delegit. Vnde ab Apostolo dicitur *factus pro nobis maledictum.* Gal. 3. 13. Si ergo è ligno pendens maledictus à Domino æstimatur, debes illico eum à tã horribili nota liberare curans simul ne per fœtorem, seu aëris corruptionem contaminetur Chananitidis, inficienda plane, si plura interdum cadauera manerent in patibulis insepulta. * Quæsitarim denique cur Iudices filios proteruos ac contumaces sola parentum depositione neci addicunt? An non oporteret, alienorum adduci testimonia? Profecto cum parentes de filio queruntur, prorsus est iniquitas manifesta. Nihil enim parentibus magis agnatum, quam filiorum crimina operire, imò quodammodò iustitias reputare.]

4. Filius contumax lapidatur, suspensorum cadauera eodẽ die sepeliuntur.

Filius cõtumax, inurbanusque erga parentes nũquam non vilium voluptatum fœdatur infamia.

Cõmẽdabile reorũ supplicium, quod ciues cũctos efficit cautiores.

Quam debitores es Saluatori, qui vilissimũ mortis genus elegit!

Adeo cæci parẽtes circa crimina filiorũ, vt æstiment esse iustitias.

CAPVT XXII.

In bestias etiam pietas exercenda. Falsi accusatoris adulteri, & adulteræ, etiam sponsæ, necnon constupratorum virginis pœnæ præscribuntur.

1. NON videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, 2. etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat, 3. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. 4. Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo. 5. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. 6. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis: 7. sed abire patieris, captos tenens filios: vt benè sit tibi, & longo viuas tempore. 8. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. 9. Non feres vineam tuam altero semine: ne & sementis quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur. 10. Non arabis in boue simul & asino. 11. Non indueris vestimento, quod ex lana linóque contextum est. Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui, quo operieris. 13. Si duxerit vir vxorem & posteà odio habuerit eam, 14. quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: 15. tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt, 16. & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, 17. imponit ei nomen pessimum, vt dicat: Non inueni filiam tuam virginē: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ, expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: 18. apprehendentque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, 19. condemnantes insuper centum siclis argenti, quos dabit patri puellæ: quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israël: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. 20. Quòd si verum est quod obiicit, & non est in puella inuenta virginitas: 21 eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Israël, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. 22. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israël. 23. Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, 24. educes vtrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit vxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. 25. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: 26. puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam, sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita & puella perpessa est. 27. sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam. 27. Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: 29. dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. 30. Non accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

COMMEN

COMMENTARII.

1\.
Pietas non in homines solum, sed & in eorum pecora, ac iumenta exercenda est.
Si iumenta proximi reducenda cum errant, quid filij ad tartarum properantes.

VERS. 1. 2. 3. 4. NON VIDEBIS BOVEM, &c.] Si videris bouem, ouem, aliaque animantia fratris tui (par est omnium animalium ratio) errantia, haud præteribis, seu negliges, quasi non aspexeris, sed ad fratrem reducere satages. * Si curandum tibi proximi bestias reducere errantes, quid perditos filios properantes ad tartarum?] Etiam si proximus tuus propinquus, seu amicus non fuerit, huiusmodi cum bestiis eius est pietas exercenda, imo verò etiam si sit inimicus. (Habetur expresse Exo. 23. 4.) Duces iumenta, aut pecora ad domum tuam, si ignoras ad quem pertineant, & aderunt apud te, vt cum quæsierit dominus à te, solutis expensis, possit illa recipere. Quod de pecoribus, ac asinis gerere præcipio, de vestimentis, ac de cunctis proximi tui rebus, quæ perierint, dictum existima: si eam inueneris, haud velut alienam negligas; sed velut propriam de illius conseruatione cura, donec Domini ad potestatem redeat. Si videris proximi tui asinum, aut bouem onustum in via cecidisse, ne contemnas auxilium ferre illud ducenti, vt coactis viribus possitis animal subleuare. En societatis beneficium leuare iunctis fratribus onera, quibus singuli impares videbantur.

Societatis beneficium leuare iunctis viribus onera.

2\.
Circa vestium usum, ac perfectionem, nidulos auium, domorum ædificationem, vinearum, ac terræ cultum varia præcepta.

5\. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. NON INDVETVR, &c.] Mulier veste virili non induatur, nec vir indumento vtatur fœmineo; contra dignitatem enim virilis est sexus, muliebrem assumere vestem, fœminæ autem superba præsumptio virile sibi indumentum aptare. * Hæc proculdubio vestium mutatio multis nequitiis viam assolet aperire. Subtrahentur hinc Magistratus, qui permittunt mulierculas vestitu virili ad theatra procedere.]* Illa quidem commendabilis immutatio, quando mulier virilem induit prudentiam, ac fortitudinem æmulatur, imò viros prudentissimos, fortissimosque præcellit: cuius D. Theresiam de Iesu imaginem expono.] Quod si mutatio vestitus viam criminibus sternit, non mirum abominabiles apud Dominum apparere, qui huiusmodi vestium mutationi studium, operamque expendunt. Si per viam incedens, aut vagans apud agrum, in arbore vel in terra nidum auis reperens, matremque pullos fouentem, aut ouis incubantem: memor pietatis super oua incubantem omnino relinques, pullos autem fouentem minimè cum filiis capies volucrem: eam patieris auolare, solummodo pullis potieris. Vt scilicet inducaris ad pietatem & misericordiam etiam cum bestiis exercendam. * Quo facilius in pecudibus, & bestiis, volucribusque præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. Ne ediscas crudelis in feras, in homines deseruire.] Benignus in volucre in te vicissim diuinam benignitatem, & misericordiam prouocabis, vt diu viuas, qui viuere matrem volucrem permisisti. * Si pietas erga volucrem producit ætatem, quid circa homines mansuetudo?] Cum ædificaueris nouam domum, cuius tectum (de Iudæorum more) adeò planum efficitur, vt in ipso ambulare, & versari hominibus licet: area ea, quæ in tectu est septo claudatur: ne quis lapsu reuoluatur è tecto, & tua sanguis effundatur in domo, vnde alio ruente, tu illigeris reatu. * Si rensest planum, sine septo tectum domus efficiens e quo aliquis possit in præceps ruere: quanto reatu illigabitur qui totam domum facit casui procliuem], eam impudicitiæ aliorum exponens?] Non seres vineam tuam semine altero, ex quo vltra racemos aliæ fruges oriantur, nè & sementis, quam seuisti triticum, aut hordeum, & racemi vineæ pariter sanctificentur, seu offerantur simul ad imitationem idololatrarum, qui in cultum Cereris, & Bacchi fruges simul & botros ad Templa deferunt, & idolis sanctificant. * Scio alios hunc locum antiphrasim esse asseruisse hoc sensu: Ne sanctificentur, id est, ne polluantur non tam legali contaminatione quam physica, corrumpendo, & perdendo vtrumque, dum nimia densitate sibi mutuò officiunt. Vt spirituales edoceantur agricolæ ne tot dogmatum aut documentorum semina simul auditorum terræ amandare contendant, vt suffocentur potius, quam germina proferant.] Ne boue & asino portantibus aratrum terram subigas: quia eorum vires sunt inæquales, vnde asinus associatus boui plus æquo grauabitur. & quia totum onus in eum recumbet aratri, propter corporis sui humilitatem. * Ediscimus, non esse onus æquale iis imponendum (tributorum scilicet) qui vires exerunt inæquales: iuxta virium instantiam tributorum pondera humeris addicenda.] * Certè cum ad soluenda tributa diuites ac pauperes simul iugo aptantur, semper pauper humilis plus æquo grauatur, toto in eum onere decumbente.] Non indueris vestimento, quod ex lana sit ac lino contextum colorum scilicet varietate. * Vt discas, in iis, quæ quomodolibet ad te spectant, fugere luxum, ac abiicere varietatem] Funiculos, seu floccos (Hebr. *ghuedilim, floccos*) in fimbriis pallij appones, qui in florum modum in extrema veste pendebunt: tum vt legis diuinæ valeas recordari, tum vt à reliquis gentibus distinguaris ex habitu.

Taxatur qui permittunt mulierculas vestitu virili ad theatra procedere.
Theresia de Iesu nō virilē vestitū, sed animū virilē induit.

Humanitas erga bestias in refrigeriis hominum eruditur.

Erga homines pietas producit ætatem.

Contra eos qui domos exponunt aliorum impudicitiæ.

Cōcionatores, ac Magistri non tot dogmatū semina terræ auditorū cōmittant, vt suffocentur potius, quam germina proferant.

Tributorum onus nō est æqualiter imponendum diuiti, ac pauperi.
Cum tributa cōmuniter imponuntur sæpe humilis pauper grauatur plus, quam diues.
Luxus, ac varietas fugienda.

3\.
Datur modus, quo defendi queat vxor cui à marito pessimum nomē imponitur.

13\. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. SI ODERIT, &c.] Ducit quis vxorem, quam postea odio prosequitur: ideo vt sese à molestissimo iugo valeat expedire, occasiones quærit, eamque infamat, affatus. Hanc vxorem accepi, quam irreparabili integritatis gloria captam inueni. Parentes itaque eam ad seniores Vrbis, qui in porta ius dicunt, deferent, virginitatisque signa, id est, sindonem, aut tunicam lineam tinctam sanguine (quem in primo congressu cum virgine ab illa profluere medici aiunt, licet alij profluxus huiusmodi infallibilitatem verius abnegent,) simul adducant, pater autem profabitur: Filiam meam huic inurbano planè viro tradidi vxorem, quam quia habet exosam de more iuuenis impudici, qui ex matrimonio non prolem sanctè, sed voluptatem solummodo ambit inique, eam infamia non veretur afficere as-

ſcrens petulanter: Tuam filiam haud intactam inueni. Profectò maritus hic viliſſimus euidẽter mendax obiicitur, cum hæc manifeſta extent documenta pudoris, quæ de more aſſeruauimus fortaſſe imponendi criminis in ſubſidium. Mox veſtimentum, aut linteum coram ſenioribus Vrbis expandent, & vxoris caſtitas aperietur.* O commendabilis illius temporis ſynceritas cum verus virginis cruor oſtenditur, nec alieno linteum ſanguine purpuratur, nulluſque de obiecto dubitat documento.]

Fœminarum ſimulationes circa integritatẽ tranantur.

Tunc Magiſtratus mendacem virum apprehendent, & flagris eum diuerberabunt, condẽnantes inſuper centum ſiclis argenteis, patri quidem puellæ ſoluendis in diffamationis virginis Iſraeliticæ pœnam: eáque reſumet vxorem, nec vnquam dimittere quibit, ſi ipſa voluerit in coniugio perſiſtere.* Porrò loco verbi, *Verberabunt illum*, Lxx. habent, *Corripient, reprehendent eum.* An reprehenſio de vili piaculo diuerberationis æquat infamiã? Ita planè.]

Reprehenſio de vili piaculo diuerberationis æquat infamiam.

At ſi verum quod maritus aſſerit comperiatur, & verè puellæ non probetur integritas: extra domus paternæ fores eiiciatur, & à viris Ciuitatis illius obruatur lapidibus, miſeréque depereat, quoniam maritum in re graui decepit, ſe ſimulando pudicam, & domum paternam tanto facinore defœdauit: teque ab huiuſmodi peſte Reipublicæ expedies. Filia familias, quæ apud patris, ſeu matris poteſtatem libidine maculatur, *nefas gerit in Iſrael*, dedecore enim afficit parentes, qui debuiſſent tanto incommodo prouidere; filiorum enim crimina parentibus merito tribuuntũr.] Vir auſus fuerit alterius thalamum deſœdare, proximi vxore abutendo: moriatur vterque, id eſt, adulter, & adultera lapidibus obruti, vt de Iſrael iniquitate verberata, tantum incommodum auferatur.* Si dixerat Moſes *Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur*, quare addidit, *Id eſt, adulter, & adultera*? An non ſufficienter erat expreſſum adulteros lapidandos, cum particula vterque, ad virum & vxorem alterius erat referenda? Certè dum adulterij cauſa agebatur, ambigua erat particula *vterque morietur*, dubitarique poterat, an ad illam particulam *Alterius* referenda eſſet; quia cum vxor laſciuia polluitur aſſnlet maritus non exiguam cauſam crimini exhibere aut laborans incuria circa vxoris cuſtodiam, aut eam ſtudens ipſe ſcortationibus excitans ad vindictam, aut inurbanitate aſſidua in ea matrimonij extinguens charitatem.

Crimina filiorũ tribuuntur parentibus.

Frequenter maritus adulteræ cõiugis cauſam exhibet ei, ad gerẽdam iniquitatẽ.

4. *Quid gerendũ cum ſponſa alterius con ſtupratore in Ciuitate, & in agro; at cũ corruptore virginis nullius ſponſa, patris vxor non accipienda.*

23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. SI PVELLAM VIRGINEM DESPONDERIT VIR, ET INVENERIT EAM ALIQVIS IN CIVITATE, ET CONCVBVERIT CVM EA, &c.] Quis puellam virginem ſibi de præſenti deſpondit, (alij intelligunt de futuro) ſed nondum cognouit eã, alius autem eam in Ciuitate aut domi recluſam quærendo inuenit, aut vagantem reperit ſicut Dinam, remque cum ea habuerit: tam virum quam puellam ad portas Ciuitatis adducent, vt coram Iudicibus iuridice de crimine diſcutiatur, & ipſorum ſententia ambo lapidibus obruentur: puella quidem, quia cum eſſet in Ciuitate & clamans poſſet ſpectare auxilium, clamitare neglexit, vnde præſumitur conſenſiſſe.* Puella quæ ſollicitata ab adoleſcente, tacet, nec parentibus aperit, præſumitur expetiiſſe piaculum. Haud aſſerat, ſe vi oppreſſam, ſi leui voce potuiſſet vim inferenda comprimere.] Vir autem etiam lapidibus vulnerabitur, quia corrupit proximi ſui mox futuram vxorem, (ſi de futuro deſponſatam: vxorem iam, ſi de præſenti.) & de medio tui illud auferes malum, quo à Domino non vindicans tantum nefas afficiendus eſſes. At ſi in agro inuenerit vir puellam huiuſmodi deſponſata, & vi oppreſſerit, ipſe ſolus luet de medio ſublatus, puella autẽ nihil patietur; ex loci enim circumſtantia præſumitur minimè conſenſiſſe, ſed vim paſſam eſſe.* Profectò legis commendabilis pietas tam benigniter præſumentis. Ego enim de puella ad agrum pergente ſolitudinem ſine ſocia pudica captaote non temerè aliquando præſumerem voluntate admiſiſſe pericula] Puella hæc rea mortis non eſt, ei enim videtur accidiſſe apud agrũ, quod ſolet accidere viatori, qui a graſſatore trucidatur. Sola erat in agro, clamauit, vel certè à clamore ceſſauit, quod nullum ſperaret auxiliũ: nullus etenim aſfuit, qui eam ab inſidiatore poſſet eripere.* Edocet legis piæ præſumentis de ſtupro, eas actiones proximi excuſare, quæ aliquo ex capite cohoneſtari poſſunt.] Si verò vir virginem non deſponſatam inuenerit, & *vim inferens* (ſic Lxx.) defœdauerit, reſque venerit ad tribunal.* O quot ſtupra ad iudicium non veniunt humanum miſera puella obticente ex pudore, quæ quidem ad cœleſte tribunal maiori reorum exitio deferentur.] Iudicum ſententia violator puellæ patri, aut matri, aut curatori, aut ei cui virgo intereſt; quinquaginta ſiclos exhibebit argenti ob iniuriam in patrem violenta filiæ defloratione admiſſam, & ducet eam vxorem, quam adeo vi illata humiliauit, vt decenter alij non queat ſponſo colligari.* Et quidem puella quantumuis nobilitate conſpicua licet inculpatè, vi ſcilicet illata, virginitatis priuetur honore, admodum humiliatur, eiuſque pretium proculdubio vileſcit. Adeò impudicitiæ macula famam obſcurat.] Imò in vberiorem corruptæ vi puellæ ſatisſactionem, & piaculi pœnam non poterit maritus vti vnquam libelli repudij facultate. *Non dubito, quin pœna ſit grauis admodum marito odio coniugem proſequenti, haud poſſe à matrimonij pondere liberari.] Homo vxorem patris ſui etiam defũcti minimè accipiet, nec reuelabit operimentum, ſeu turpitudinem eius, (operimentum pro re operta apponitur. Hebr. *Alem*, quia vt ala aues teguntur, ſic homines veſte Aut fortè per alam, aut operimentum ipſa verenda intelligit: ſic Ruth 3.9. ea *pallium* appellat.) aut eam denudabit, quam ſcit à parente nudatam fuiſſe.

Puellæ vltrò perduntur, quæ non clamant, parentibus aperientes adoleſcentis amorem.

Puella ſine ſocia pudica captans ſolitudinem agri, præſumitur amiſiſſe pericula.

Excuſandæ ex proximi actiones, quæ aliquo ex capite cohoneſtari valent.

Multæ violatæ puellæ non audent tribunal humanũ adire, ſed eorum cauſæ ad diuinũ, maiori reorum exitio, deferentur.

Adeò macula impudicitiæ obſcurat famam, vt vel puella inculpatè corrupta admodũ humilietur, & deſpiciatur.

Coniugi odio vxorẽ proſequenti grauis eſt pœna, non poſſe à matrimonij iugo liberari.

CAPVT

CAPVT XXIII.

A Dei Ecclesia eunuchus, Ammonites, & Moabites æternum arceantur; Idumæus & Ægyptius vsque ad tertiam generationem: Mamzer vsque ad decimam. A sordibus iubet castra munda seruari. Prohibet scortationem, & fœnus. Votum solui imperat sine mora.

1. NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, ecclesiam Domini. 2. Non ingredietur mamzer hoc est, de scorto natus, in Ecclesia Domini vsq; ad decimam generationẽ 3. Ammonites & Moabites etiã post decimã generationẽ nõ intrabũt ecclesiam Domini in æternum: 4. quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: 5. & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te. 6. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. 7. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptum quia aduena fuisti in terra eius. 8. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini. 9. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala 10. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, 11. & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua: & post solis occasum regredietur in castra. 12. Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, 13. gerens paxillum in balteo cumque sederis, fodies per circuitum & egesta humo operies 14. quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. 15. Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugerit. 16. habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: non contristes eum. 17. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. 18. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis, in domo Domini Dei tui, quidquid illud est quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum. 19 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem: 20. sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura, id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris possidendam. 21. Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. 22. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. 23. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es 24. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. 25. Si intraueris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

COMMENTARII.

** 1. Eunuchus, de scorto natus, Ammonites, &* VErs. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. NON INTRABIT, &c.] Eunuchus testiculis, amputatis, seu veretro abscisso in ciuium numerum non censebitur & de populo Israelitico non reputabitur perinde ac si de duodecim Patriarchis oriundus esset: atque adeo vti cæteri cioes munerum, ac dignitatum non erit capax, quamuis complectatur Iudaismum. * Nec enim aptus Hebraici populi ciuis exsurget munerum, ac dignitatum capax, qui fœmineos prodire assolet 10 affectus. Vidi huiusmodi defectu laborantes animi integritate polleret

Moabites, in ciuiũ numerum nõ censendi.

* Eunuchus plerũque nõ aptus publicis muneribus, ac dignitatibus.

pollere: sed plerumque defectus animi huiusmodi corporis defectum comitatur.] Mamzer, hoc est, de meretrice natus vilis & contemptibilis propter pudendos natales apud alienigenas (de quibus puto locutum mamzeribus) non admittendi ad populi Israelitici publica munia, etiam si Iudaicam suscipiant religionem, nisi post generationem decimam.

Nati ex meretrice haud apti regimini plerumque ostentantur.

* Huiusmodi hominibus ex peccato generationis assolent proprietates haud laudabiles hærescere: quæ eos publicis muneribus præcipuè regimini minus aptos ostendunt. Vnde lex citat decem generationibus exactis prius defectus manzerum repurgari. Vndecimus ergo nepos ex manzere diuturnitate temporis macula abstersa, ingredi poterit Ecclesiam, seu ciuium numero adscribi.] Ammonites, ac Moabites etiam post decimam generationem non admittendi, nisi tam præclara sint viri alicuius Ammonitæ, aut Moabitæ merita, vt contra rationem videatur eum à Dei populo repellere. (Legimus sic Achior admissum Iudith 14.) Ideò autem prohibeo, populi Hebræi eis adscribi honores, quia vos ex longo itinere attritos Ægypti noluerunt pane, & aqua reficere: imo potius contra populum à Domino electum mercede conduxerunt Balaamum filium Beor de Mesopotamia Syriæ, vt ei maledicta imprecaretur: enim scilicet Dominus noluit ariolum exaudire, sed maledictionem in benedictionem immutauit, quia te dilexit.

Diligenti Deū omnia in bonum cedunt.

* Diligenti Deum omnia in bonum cedunt incommoda.] Cum eis pacem haud æternùm inibis, cum eisque non communicabis quo ad conuictum, & temporaria commercia. (hoc est, bonum eis non quærere.)

Ex cōmercio circa mercimonia Reipublicæ accrescit opulentia. Depauperatio Reipublicæ ex defecta commerciorum.

* Certè commercia circa temporaria mercimonia tam vtilia Reipublicæ, vt quæras bona eis cum quibus commercium inieris: mirum enim in modum ex huiusmodi commerciis ciuium commoda accrescunt.] Vnde mercaturam exercere cum aliquo idem prorsus, ac ei bona quærere: *Nec quæras eis bona.*] * Haud dubium, quin ex commerciorum defectu totalReipublicæ depauperatio habeat exortum.

2. *Quid gerendū cum Idumæis, & Ægyptiis circa ingressum ad Ecclesiam Domini.*

7.8. NON ABOMINABERIS, &c.] Non abiicies ex commercio tuo Idumæum, quia frater tuus est, iisdem scilicet natus maioribus Isaac, & Abraham. Nec Ægyptium ablegabis memor quod aliquo tempore inibi benignè habitus fuisti.

Gratus animus non obliuiscitur prioris beneficij ob posteriorem iniuriam.

* Gratus enim animus non debet priora beneficia obliuioni propter posteriores tradere iniurias.] Filij ergo Idumæorum, & Ægyptiorum tertia generatione à suscepta lege Iudaica in ciuium numerum vti filij Abrahæ censebuntur.

Ineptus Ecclesiasticæ dignitati, qui erga pauperes benignus non est.

* En Ægyptios ad Ecclesiam admissos, quia aliquo tempore benignè pauerunt Hebræos: Ammonites autem, ac Moabites nunquam receptos, quia *noluerunt occurrere* Hebræis *cum pane & aqua.* Certè (vt Ecclesiæ nomen mysticè vsurpem) haud Ecclesiastico muneri admittendi essent qui cibos abnegant esurientibus. Ineptus enim Ecclesiasticæ dignitati, qui erga pauperes benignus non est.

3. *Militibus iustitia, cūctis munditiës corporea, pietasque erga seruos indicitur.*

9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. QVANDO EGRESSVS, &c.] Cum bellicam inieris expeditionem, ab omni flagitio, iniustitia, peccato abstinere stude. * Militia enim magnam occasionem, & licentiam prauè agendi suppeditare solet. Ac si scribere nomen militari catalogo idem sit, ac ex tabulis Decalogum obliterare.

Militia solet suppeditare occasionem praue agēdi.

] Cum quis fortè somno indulgens inuoluntariam passus est seminis profusionem, extra egredietur, quo valeat fœditas repurgari: nec reuertetur donec ad vesperam fluuiali, seu fontana, non lustrali cuius compositio Num 19. describitur) aqua diluatur.

Sacerdos post voluntariā libidinem nō hæreat altari, etiam Confessione præmissa, nisi dies saltem intercedat, vt accuratius det operā pœnitendæ.

* Scio, aliquem societatis Interpretem id intelligere de Templo aut atrio, ita vt qui sacerdos v.gr. pollutus fuisset, extra hæc septa egredi deberet; qui verò intus non esset, pollutione prohibente, ingredi non posset. Si inuoluntaria suborta, libido sacerdotem à Templo, & ab atrio deturbat, donec ad vesperam abluatur: quomodo audent sacerdotes post voluntariam libidinem illico hærescere altari etiam confessione præmissa? Non reuertantur donec *ad vesperam* diluantur vnda, dies saltem intercedat, vt accuratius possint pœnitudinis studere lauacro.] Extra castra locum habebis ad requisita naturæ deputatum cum ob naturalem honestatem, tum ob sanitatem ciuium. Geres paxillum, seu breue aliquod instrumentum in baltheo, quo retiam fodias, vt cum aluum dejeceris, excrementa valeas humo operire. Dominus enim Deus tuus in medio castrorum incedit, ad similitudinem Principis discurrentis per militaria castra, vt te de manibus hostium eripiat, & tibi tuos inimicos tradat; vnde oportet tua castra munda obiici nihil fœditatis ostentans, ne munditiei amator tua à domo recedat.

Reprehenduntur, qui immunditie Tēpli atria defœdare non verentur.

* Certè Deus, propterea quod morabatur in Arca, dicitur, in medio castrorum ambulare. Si ergo deturbatur à sanctuario Deus ob castrorum circumstantium immunditiam, quanto velocius nunc aufugiet, si vel ipsa Templi atria videntur iam ad requisita naturæ loca esse deputata?] Si seruus aliquis ad tuam confugerit protectionem iniustè à Domino diuexatus, ne tradas, donec ira resederit: sed tecum in loco, qui ei placuerit, habitabit, & in vna Vrbium tuarum requiescet; noli contristare mancipium, id reducendo ad Dominum adhuc flagrantem iracundia.

Ecclesiæ est æmulator, qui recipit, & protegit ad se aufugientes.

* Et quidem ingenuitatis est documentum afflicto cuilibet asylum exhibere. Cum ad te aufugientem protegis Ecclesiæ es æmulus pietatis, quæ cunctos gremio excipit, ac defendit.

4. *Merces prostibuli Deo non offerenda, nec Hebræo fœnerandū.*

17.18.19.20. NON ERIT MERETRIX, &c.] De filiabus Israel nulla erit meretrix, quæ pretio corpus euulget, nec publicus meretricum sectator ob dignitatem personarum; ex quibus Christus est nasciturus.

Nefas, permitti, meretrices, ac scortatores in populo Christicola.

* Et meretrices & scortatores ex ipso Christi populo permittentur? Proh nefas. Merces prostibulo, vel alio pollutissimo quæstu acquisita Domino non offeratur: nec pretium canis vēditi, seu etiam locati ad canes impregnandas; (v g. cùm canis generosus venaticus ab aliquo expetente proles pretio accipitur.) in domo Domini litabitur indecora vtique oblatio. Imo non solum non offeres pecuniam illam, sed nec aliam quamlibet rem, quam voueris, pretio illo comparabis;

Abominabile Deo, quidquid turpi resultat ex quæstu.

* quia abominatio est Deo quidquid turpi, aut indecenti resultat, ex quæstu.]

Meretrix canina corpus euulgat impudētia.

* Alij non ineptè nomine canis publicam intelligunt meretriculā, quæ Cynica, ac prorsus canina impudētia corpus euulgat.]

Cum

Cum iis autem non sentio propter particulam illam, *Quia vtrumque abominatio est*: nisi velis id de pretio prostibuli, & de te, quam vouisti, empta scortationis mercede, exponere. Non fœnerabis Hebræo ad vsuram, pecuniam, aut triticum, hordeum, &c nec quamlibet rem aliam, accipiendo pro vsu illius aliquid supra sortem. Alieno nempe gentili conuerso, vel non conuerso ad Iudaismum aliqua ex præfatis poteris mutuare vsuræ prætextu, (Deo ita concedente, qui omnium est Dominus, & ea cui voluerit potest exhibere.) fratri autem Hebræo absque vsura id, quo indiget, mutuo dabis. Vt te Deus faciat bonorum multiplicatione prosperari in terra, qua transmisso flumine potieris.

5. *Vota illico implenda, de fructibus vineæ aut fundi comiter accipiendum.*

21.22.23.24.25. CVM VOTVM VOVERIS, DOMINO DEO TVO, NON TARDABIS, &c.] Cum Domino Deo tuo votum emiseris, haud moraberis adimplere, (nisi fortè voti executio certo cuidam tempori sit alligata; tunc enim in illud poterit differri.) neque enim differes, aut auferes impune, quia illud Deus a tempore quo implere proposuisti, pœnæ cum vsura requiret: etsi texueris moras, tibi ob negligentiam de re graui ad Dei cultum spectante reputabitur in piaculum. In tua est potestate polliceri, aut non polliceri: ideo si vouere nolueris tibi non vertetur ad vitium; quod autem vltroneus, nullo cogente, corde promisisti, & aliquando etiam sermone declarasti teneberis iuxta tenorem promissionis implere. Ingressus, vineam vel hortum proximi tui vuas comede, aut lege fructos pro libito illico absumendos: sed non licet te onustum à vinea recedere. Comedere enim communicationem indicat amicitiæ: deportare autem fructus auaritiæ sapit actionem. Si amici tui inieris segetem, manu licet conterere calamos, legere spicarũ manipulum (in morẽ illius, qui florum fasciculũ ex horto colligit) ad fertilitatis documẽtum: falce autem metere prohibeo.* Licet enim amicis conuiuere, sed expilare, nefas.]

Licet amicis cõuiuere, sed eos nefas expillare.

CAPVT XXIV.

Repudij permittitur libellus. Variæ leges circa pignora, & pauperum subsidia indicuntur.

1. SI acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. 2. Cumque egressa alterum maritum duxerit, 3. & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: 4. non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam. 5. Cùm acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absque culpa domi suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. 6. Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi. 7. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israël, & vendito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui: 8. Obserua diligẽter ne incurras plagã lepræ, sed facies quæcũque docuerint te sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple sollicite. 9. Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cùm egrederemini de Ægypto. 10. Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, nõ ingredieris domum eius vt pignus auferas: 11. sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. 12. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, 13. sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. 14. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: 15. sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. 16. Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. 17. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. 18. Memento quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcircò præcipio tibi vt facias hanc rem. 19. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tua-

rum. 20. Si fruges collegeris oliuarum,quidquid remanserit in arboribus, non reuerteris vt colligas:sed relinques aduenæ,pupillo,ac viduæ. 21. Si vindemiaueris vineam tuam,non colliges remanentes racemos,sed cedent in vsus aduenæ,pupilli,ac viduæ. 22. Memento quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcircò præcipio tibi vt facias hanc rem.

COMMENTARII.

1. *Permittitur libellus repudij, conditione adhibita.*

VERS. 1. 2.3.4. SI ACCEPERIT HOMO VXOREM,&c.] Accipit homo vxorem, eum ea cohabitat (Chald. *Concumbit*) postmodum autem oculis apparet inuisa propter aliquam fœditatem siue vitium sit corporis,siue animi:(quę fœditas quædam moralis existit.) libellum scribet repudij. seu chartam, aut schedulam, quam maritus dabit vxori, quaque ei faciet potestatem abeundi quo velit, & nubendi, cui libeat, quocitra peccatum, sic Deo dispensante,soluetur matrimonium. Pono,à fœmina iam vinculo soluta alterum ducet maritum,quod licitè præstabit,(* Non autem prudenter,si enim virgo primo non placuit,quonammodò præsumit post primas nuptias alteri placituram?)] & ei similiter inuisam exponi, quod accidit quotidie: ab eo repudij libellum accipere, è domoque esse turbatam, aut secundum maritum diem suum obire.haud eam prior maritus rursum quibit accipere in vxorem; polluta enim est,& abominabilis facta coram Domino quia ex coniunctione cum secondo marito indecentia quædam existit,sine qua ad priorem maritum redire non potest: videbitur enim primus maritus non ex animo in repudium consensisse, sed potius eam, in temporariam separationem consentiendo, cōcedere voluisse,vt corpore vxoris suæ abuteretur. Vnde reditus hic ad primum virum damnatur,& abominabilis Domino dicitur. * Proh Deum immortalem:si solummodo apparentia illa,quòd maritus consenserit in separationem vt alius coniuge abuteretur adeò Numini abominabilis:quidnam,cum verè cōsentit maritus in crimen,haud repudij libello tradito,quod non potest, sed coniugij vinculo persistente?] Ne igitur sit causa Deicirca libellum repudij permissio ac conniuentia, vt peccatis polluatur Terra illa,quam, largitore ipso Domino possidebitis.

Deo abominabilis admodū maritus,qui dat copiā vxori, vt hæreseat amasio.

2. *Nuper vxoratus haud trahendus ad bellū anno vno,necessaria ad victū sumi inhibentur in pignus, pœna mortis plagiariis imponitur, sacerdotum contēptoribus lepræ imminet pœna.*

5. 6. 7. 8. 9. CVM ACCEPERIT HOMO, &c.] Cum quis nuper ad domum sponsam adduxerit, à bellica expeditione, & à quocumque publico munere recessum à domestica conuersatione exigente erit exemptus:vt opportunus,& tempestiuus coniugij vsus nouis coniugibus concedatur, & amor inter eos magis firmari queat. * Ex primo enim hoc cōiugis ad coniugem affectu assolet diurni consortij pendere fælicitas.] Loco pignoris non accipies ea,sine quibus homo viuere nō potest,cuiusmodi sunt tam inferior mola,quā superior:alterutra enim sublata,frumentū non potest commoliri. * Hinc subraxatur illorum impietas,qui loco pignoris pro modico subsidio vel subuculam exquirunt à paupere. Inde autem impium est,accipere loco pignoris id sine quo homo viuere valet, quia illud dans tibi,ipsam vitam videtur tradidisse. Et non te pudet, in pignus argentei vnius, aut modij tritici, vel hordeacei ipsam pauperis exigere vitam?] Si deprehendatur homo sollicitans fratrem,id est,proximum diuexans in seruitutem rapiendo Hebræum,vt pretium eius commutatione accipiat:interficiatur,vt de Israelitico populo tam insignis auferatur iniquitas. * An non legem hanc spiritualiter lædit qui parum fidelis quotidie diuendit amicum?] Diligenter caue,ne lepræ incurras plagam, quam Deus immittet,si sacerdotum imperiis à me indictis eis,vt ea te doceant, proterue inobediens extiteris.Hoc enim supplicio Dominus iam rebellionem in sacerdotem vindicauit. Mariam testor sororem lepra infectam] Adde Regem Oziam,de quo inferius 2.Par.26.] in via, cùm de Ægypto egrederemini. Nec parcet delinquenti subdito inferiori, qui Præsulis sorori non pepercit.*Si enim adest culpa, qui nobilior exsurgit,cum vilissimo vulgo in conspectu Domini computatur.

Ex primo coniugis ad coniugem affectu assolet diuturni consortij pendere fælicitas.

Impium est à paupere loco pignoris exigere id, quod ad vitam est necessariū

Qui diuendunt amicos subiacent.

Qui nobilissimus est, vilescit et peccato.

3. *Plurima præcepta tā moralia, quam iudiciaria repetūtur, quæ in pauperes, pupillos, ac viduas pietatem cōmēdant.*

10 11.12.13.14 15.16 17.18.19.20.21.22. CVM REPETES A PROXIMO, &c.] Cum à proximo tuo debitum repetieris, quod non illico reddit:non ideo illius domum ingrediaris,vt vi auferas pignus:sed ad fores expecta, & ille tibi pignus pro libito tradet quod si tu pro libito esses accepturus, aliquid necessarium auferres,& tuum proximum contristares; vnde tota pignoris electio debitori est permittenda. * Hinc crudelitatis arguo exactores illos,qui ad domum agricolarum, vt debita repetant,vi auferunt pignora sine quibus miseri haud possunt victitare.] Si ergo paupertate afficiatur ille,à quo accipis pignus *non dormies cum pignore*,(sic LXX.) si eiusmodi sit,vt illo ad dormiendum, ac sese nocte tegendum pauper indigeat,vt si stragulum aut vestimentum sit.*O quam horulce moniti transgressores nostræ exactores tempestatis, qui e domunculis inopum nihil prius auferunt quā stragula!] Vult Dominus tam breui pignoris concessione creditores auertere, ne illa a debitoribus acciperēt,quæ quotidie accepta,quotidie reddenda essent.*Nec reddendum vespere pignus mane,aut meridie accipias à paupere.Comitas hæc paupertati liretur.] Sic pauper dum suo in stragulo dormit, & benedictionibus opplebit,& iustitiam,seu misericordiam expones(in sacris sæpe iustitia idem est ac misericordia)Domino Deo tuo cœlesti p̄ęmio munerandam.Operario Hebræo, aut aduenæ haud negabis seu differes mercedem:sed eadem die solues pretium diurni laboris ante solis occasum, quia pauper est, & pauperes operarij viuunt in dies. * Pende particulam, *Non negabis mercedem.* idem est, ac *Non differes*,quia differre egeno subsidium, quo viuit in diem,quasi negare est.Si differs in mensem, quanam,quæso,alimonia viuet in diem? Ergo ei idem est differri merces,quam auferri.] Ideò autem iubeo, ne differas operario mercedem,

Exactores taxo, qui pro libito ex agricolarum domo auferunt pignora vitæ necessaria.

Reprehenduntur exactores,qui è domo inopum auferunt stragula.

Nec ad instans est accipiendum pignus a paupere.

Idem est differri inopi viuenti in diē mercenario mercedē, quam negari.

no

ne cõtra te ad Dominũ clamitet & apud ipsũ latrocinij reus habearis. A Iudicibus haud parentes pro filijs aut filij pro parentibus occidãtur, sed vnusquisque sui criminis pœnas luat: nisi Dei iussu, qui vitę ac mortis est Dominus filij propter parẽtũ crimina necari impetẽtur, (sic filij Achã Ios. 7. & filij Saulis. 2 Reg. 25 (*Vnde nã autẽ necessũ fuit legẽ huic incõmodo prouidere? Certè quia adeo debet esse charitas filij erga parẽtes, & dilectio parẽtis erga filios flagrans, vt dãnato parẽte, expetat filius ad liberationẽ eius, à quo vitã accepit, propriã tradere vitã: & parẽs expetat propria morte filij necem redimere.] Aduenæ, ac pupilli nõ peruertas iudicium, nec pignoris loco à vidua exigas vestimẽtũ. *Hi enim iniuriæ magis opportuni esse solẽt.] Vt autẽ miseris succurrere discas recordare te apud Ægyptũ paupertie pressũ tyrãnicę seruisse potestati à qua te Dominus potẽter eripuit. Idcirco pręcipio tibi liberator, vt gratitudinis ergo miseros nõ despicias. *Teneris planè qui miser fuisti aliquãdo, & à Deo ereptus es ab ærũna erga miseros affici cõpassione, vt gratũ te liberatori exhibeas.] Malis igitur eruditus alijs cõpatere, & memor beneficij diuini quo ex Ægypto eductus es ad obediẽdũ Numini excitare. Quãdo segetes ex agro messueris, & casu manipulũ reliqueris, haud illum aduertẽs, attollas: sed aduenæ, pupillo, ac viduę afferẽdũ relinque, vt omnis manuũ tuarũ operatio diuina donata benedictione, mirũ inmodũ prosperetur. *Cũ enim vna charitatis exercitiũ actio, omnes fœlicitate opplẽtur actiones:] *Vt benedicat tibi Deus in omni opere manuum tuarũ.* Cũ autẽ fructus legeris oliuarũ, nẽ repetas ramos, vt recolligas: sed aduenę, pupillo, ac viduę relinq; Si vindemię operã dederis haud geres racemationẽ: sed aduenæ, pupilli, ac viduæ cedẽt in vsus. *Aliqui asserũt etiam dedita opera aliquid ex messe, ex oleis, è vineis esse dimittendum. Ne pauperibus præparetur solum id, quod iã velut despectum relinquebatur: sed dedita opera aliqua exponatur portio ad vberius eleemosynæ meritum.] Rursũ moneo, vt memineris, te Ægyptiis seruiisse: ideo præcipio tibi aliorum ærumnas subleuare. *Quod enim miser ipse cupiebas tibi præstari subsidium, debes fælix iam miseris exhibere.]

Absolet filius et parentes diligere, vt vitã expetant tradere, vt eos à morte eripiant: & parẽtes sic filios amare, vt propria morte eorũ liberationẽ cõmẽtẽt.

Pauper magis opportunus solet esse iniuriæ.

Tenetur qui miser aliquãdo fuit, & ereptus à Deo succurrere miseris gratitudinis ergo.

Vna eleemosynæ actio cũctas prosperat actiones.

Nõ solũ offerẽdũ pauperi id quod velut perditũ relinquitur, sed dedita opera portio assignanda.

Quod miser ipse cupiebas tibi dari subsidiũ, debes fælix iam miseris exhibere.

CAPVT XXV.

Iubentur Iudices iustitiæ asseruare circa reos rectitudinem, seruato tamen verberum moderamine. Boui trituranti non os alligandum, fratri suscitandum semen, pœna mulieri impudicam gerenti vindictam indicitur, in pondere, ac mensura iniuria non gerenda, delendi Amalechitæ.

1. SI fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitię palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. 2. Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus: 3. ita dumtaxat, vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. 4. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. 5. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: 6. & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. 7. Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quę ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel: nec me in coniugem sumere. 8. Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: Nolo eam vxorem accipere: 9. accedet mulier ad eum corã senioribus, & tollet calcamentum de pede eius, spuetque in faciem illius & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. 10. Et vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati. 11. Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius. 12 abscides manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia. 13. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: 14. nec erit in domo tua modius maior & minor. 15. pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. 16. abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc & auersatur omnem iniustitiam. 17. Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Ægypto: 18. quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. 19. Cum ergo Dominus Deus tuus dederis tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes, in terra, quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius, sub cælo. Caue ne obliuiscaris.

COMMENTARII.

1\. *Modus diuerberādi peccatorem iudicitur.*

VERS. 1. 2. 3. SI FVERIT INTER ALIQVOS, &c.] Si lis ciuilis aut criminalis fuerit inter aliquos excitata, & ad tribunal fuerit adducta: quem Iudices iuxtà allegata & probata iustam causam tueri perspexerint, ei iustitiæ palmam adscribent: quem vero impium esse compererint, criminis condemnabunt. Porrò si eum dignum plagis existiment ex piaculi grauitate minime pecuniaria Pœna perpurgādi, coram se diuerberari facient. * Quam aptè *Coram se*, nè ministri supereaecedant, vel à iusta punitione deficiant. Patris Iudices obeunt officium, paternū autem est filiorum interesse correptioni.]

Iudicis patris est seorū interesse correptioni.

Pro criminis grauitate lege definienda plagarum definietur & modus, eusque maioribus aut minoribus, pluribus vel paucioribus verberibus percutietur, ita duntaxat, vt flagella quadragenarium numerū non excedant: ne frater tuus fœdè è conspectu tuo laceratus excedat. *Proh Deum immortalem quadragenarium numerum si verbera superent, frater fœdè laceratus excedit: quid, quæso, frater, ac pater, ac Dei filius IESVS postquam plagæ toties millesimum numerum superarunt?] * Profectò Iudæi, ne quadragenarium numerum forte excederent etiàm intra illum se continebant, triginta nouem plagis solummodo inflictis. Quinquies quadragenas vna minus accepi. 2. Cor. 11. 24 Prudens omninò documentum à licitis abstinere, nè ad illicita prolabamur.]

Quam impiè Dominus flagellatus.

A licitis debes abstinere ne ad illicita prolabaris.

2\. *Os trituranti boui non alligādum, fratris suscitandū nomen fratre ducēte fratris mortui vxorem.*

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. NON LIGABIS OS BOVIS. &c.] Bouis in area terentis frugum manipulos os minimè alligabis, par enim est vt animalia laborantia comedant. * Subtaxat dominos Oppidorum, aut villarū qui agricolas pauperes arare, & terere sine mercede cogunt.] (Hoc loco vtitur Paulus 1. Cor. 9. 9. ad probandum Euangelij Prædicatores ea sua posse prædicatione viuere.) Quādo eiusdē Tribus & familiæ fratres fuerint, qui in eodē loco assoler habitare, videlicet vbi familiæ est hereditas, siue hi vtrumq; parentem eundē habeant, siuè alterum dumtaxat, siue aliter, eiusdem familiæ fratres dici poterunt: si vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nō nubat alteri extraneo, sed frater mariti prioris eam vxorem accipiat, & suscitabit prolem quæ fratris defuncti nomen, & stirpem possit propagare. Ideò primogenitum ex huiusmodi fœmina à se ducta filium fratris defuncti nomine appellabit. Hebr. *Primogenitus stabit nomine fratris sui* Nomine id est loco defuncti fratris.

Reprehenditur, qui facit agricolas sine mercede laborare.

Ratio legis, ne familiarum Israëliticarum numerus imminueretur, nec hæreditates Triboum & familiarum confunderentur, quod accidisset, si viduæ viris nupsissent alienis, bona enim sua in exteras familias trāstulissēt. Profectò quādo huiusmodi inter affines connubia imperabātur magna & prolis & diuitiarum commoda exposita legimus. At vbi iam sanctissime prohibeotur licet dispēsatio summi Præsulis adsit, & proles, & diuitiarū magna exponitur imminutio. Vndè plerumque dispēsatio solummodo conscientiæ securitati prouidet; si non extorqueatur: non autem prolis, aut diuitiarum proficit incrementis.] Nomine igitur defuncti fratris primogenitura insigniri debet, ne illius familiæ nomen ex Israëlitico populo deleatur. At si vir ille noluerit fratris sui viduam sibi vxorem aptare; quæ ei lege debetur: mulier perget ad portam Ciuitatis, vbi iudicia exercebuntur, & Iudicibus profabitur: Frater mariti mei vita functi tenuit fratris sui nomen in Israël suscitare, nec in coniugem recipere. Mox Iudices virum faciēt accersiri, & interrogabant, an viduæ querela veritate nitatur? si responderit, Nolo eam vxorem mihi adscribere? mulier ad eum accedet coram senioribus, & de pede eius extrahet calceamentum, salivamque illius reget in faciem: vt calcei depositio iuris expoliationem signet, & consputatio pertineat ad ignominiam; sicque profabitur: Ita fieri oportet vili mei mariti fratri, qui eius domum non ædificat id est qui familam labantem non reficit, & proles suo non suscitat fratri. Porro nō sat est legi momentaneam pœnam indicere, sed & perpetuam adiicit; vocabitur enim apud Israelitas nomen viri huiusmodi, *Domus discalceati*, hoc est, filij eius hoc ad infamiam nomine compellabuntur: Filij eius, qui videlicet à fœmina discalceatus est ob legis trāsgressionem. *Hijos del descalçado.* * Nihil quidem sic deberet notare familias filiosque inurere infamia, ac parentum iniquitas.

Cum imperabantur affinium connubia magna prolis, & diuitiarum exponebantur commoda: cū iam prohibentur, illa commoda circa eadem exponuntur.

Nihil sic deberet notare familias, & infamare filios, ac iniquitas parentum.

3\. *Manus abscissione pudendū mulieris facinus vindicandum, Pondus & mensura æqua indicitur, Amalecitarum imperatur exitium.*

11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18. 19. SI HABVERINT, &c.] Si quando duo viri ob inter iurgia rixentur, volensque alterius vxor virum suum de manu fortioris eripere, statuerit astu gerere, quam viribus nequit victoriam, & ideo manum miserit impudica & eius qui cum suo rixetur coniuge verenda apprehenderit: manū illius abscindes ex Iudicis præscripto, nec vlla flecteris pietate; pudēdum enim & ignominiosum est hoc muliebre facinus. Diuersa pōdera abscōdita non habebis in sacculo maius & minus nec in domo tua modius maior & minus inueniatur: vt alteram mensurā & pondera habeas ad ea, quæ vendideris, nempe minorem, alteram verò maiorem ad ea, quæ emeris, capones. Pondus apud te iustum, & mensura vera, æqualisque aderit vsu Reipublicæ approbata: vt maxima prosperitate, & incolumitate diu viuas in Terra, qua a Domino donadus es. Exosum enim Dominus habet eum qui circa pondus & mensuram huiusmodi vtitur seductionibus. Ei, qui rectis pōderibus, ac mensoris vtitur vita prosperitate plena promittitur, nō seductori; nunquam enim videris diuitiis affluere eos, qui iniqua pondera, iniustasque mensuras exponunt: parū namque illud ex iniustitia lucrum nō solum non cumulat propriā substantiam, sed imminuit, & disperdit.] Haud obliuioni tradas quæ aduersum te Amalecitarum populus gesserit in via, cum ex Ægypto egressus versus montem Sinai tenderes. Occurrit plane tibi apud Raphidim primus pugnam contra Israel commissurus, agminis tui extremos, qui lassitudine pigritantur cæcidit, quo genus quoddam crudelitatis prælaferebat præcipuè cum labore confectus exercitus omnes non poterat auxilium

Nunquam vidisti diuitiis affluere eum, qui iniquo pōdere, & mensura vtitur.

fratribus

fratribus exhibere. Porro illi Deum minimè timuerunt, populum enim Dei violauerunt, & à tergo & ex insidiis non sunt veriti inuadere. * Certè dedititium lædere, immane est facinus. Liceat vulgariter explicare: *Es gran crueldad, hacer mal al rendido.* Cum ergò Dominus Deus tuus te requie donauerit, & tibi subiecerit cunctas per circuitum Chananæorum nationes in Terra, quam tibi pollicitus est, existentes: nomen Amalecitarum sic sub cœlo delebis, vt neque in filiis, neque in posteris, neque in Vrbibus relinquatur. Caue ne obliuiscaris, sed paratus esto semper ad exequendum hunc diuinæ iustitiæ actum, cùm tempus adfuerit opportunum. * Factum à Saule 1. Reg. 15. licet enim Deus supplicia non semel inferre differat, tandem percutit peccatorem.

Immanitas est deditituū lædere.

Differt Deus suppliciū, sed tandem infligit.

CAPVT XXVI.

Exponitur vbi & quibus primitiæ, ac decimæ debeant exolui, & sub qua verborum forma.

1. CVMQVE intraueris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea: 2. tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: 3. accedésque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. 4. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui: 5. Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitque in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis. 6. Afflixeruntque nos Ægyptij & persecuti sunt imponentes onera grauissima: 7. & clamauimus ad Dominum Deum patrum nostrorum: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam: 8 & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis, 9. & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. 10. Et idcircò nunc offero primitias frugum Terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, & adorato Domino Deo tuo, 11. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. 12. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: 13. loquerisque in conspectu Domini Dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: non præteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. 14. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quidquam in re funebri. Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. 15. Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israël, & terræ, quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. 16. Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. 17. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. 18. & Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: 19. & faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit, in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

COMMENTARII.

1. Lex iubet, primitias in sanctuariū afferri, summoque tradi sacerdoti, vt facta diuinorū beneficiorum professione, & adorato Domino, offerentes epulentur.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. CUMQUE INTRAVERIS TERRAM, &c.] Cum Terram promissam tibi à Domino possidendam inieris, obtinueris, in eaque habitaueris: (Septimo anno ab ingressu in Chananitidem factū est.) tolle de cunctis fructibus tuis primitias in Tabernaculorum solemni celebrandas, & in cartallo seu cophino (Corbis est in angustum desinens in ima sui parte.) colloca, pergeque ad locum à Domino, ad collocandum Tabernaculum, seu Templum, deligendum, vt sanctissimum nomen eius à precatoribus inuocetur: accedesque ad summum Præsulem anni illius, eique profare: Coram Domino ó Præsul, toto ex corde profiteor, me Terra promissa iureiurandu patribus esse donatum. Suscipiensque sacerdos cophinum de manu tua, in altari Domini collocabit, vbi holocausta & victimas mos erit offerre. Tunc in conspectu Domini tui hunc adiicies sermonem: Syrus ille Laban Syriacæ incola Mesopotamiæ patrem meum Iacob vsque ad montem Galaad persecutus est, cum ad Chananitidem properaret. An non fuit cœlesti munere ab irato socero liberatus? Descendit Iacob in Ægyptum aliquot pòst annis, cum prouectæ esset ætatis, & ibi peregrinatus est paucissimo septuaginta hominum filiorum, vxorum, nepotumque in numero, qui quidem magnam ac robustam accreuit in gentem, diuitiis claram, multitudine penè innumerabilem, quippe quæ & syderibus, & arenæ pelagi litoribus existente comparatur. Nos Ægyptij inuidia affecti sunt persecuti grauibus oneribus expetentes deprimere. *Sed quando non palmæ frondes pondere amplius exaltantur? Laboribus virtus accrescit, animus roboratur ærumnis.] Ad Dominum Deum patrum nostrorum clamare cœpimus. *Nam qui ob propria diffidebamus piacula, patrum sanctissimorum meritis nitentes confidenter preces profudimus.] Nec spes fefellit illicò enim Deus patrum nostrorum nos exaudiuit, & afflictionem, humiliationemque nostram aspectauit; ac in manu forti, brachioque extento hostibus horribili pauore pressis ob miracula replicata, nos ex Ægypto eduxit, & promissam perduxit ad Terram lacte ac melle profluentem. Quare gratiarum actionis præparo sacrificium ex ipsaque mihi adscripta a Domino bonorum copia hasce primitias fingum Terræ, quam mihi dedit Dominus offeru. *Preme obsecro primum illud verbū, *Profiteor hodie,&c.* Qui se à Deo tot beneficia profiteturaccepisse, haud potest in gratitudine laborare. Crediderim sanè ingratū minimè profiteri beneficia à Numine accepisse. Quomodo enim potest esse ingratus, qui se accepisse munera profitetur?] Postquā huiusmodi gesseris professionem in atrio corā sanctuario primitiatū dimitte oblationē, vt sacerdotum cedat in vsus humiliando te corā altari, & orando, vt Deus te in bono dirigere dignetur. Post hæc procedatur ad epulas iuxta bonorum à Deo acceptorū vim instruendas, mensæ hærente tecum familia, Leuite, & aduena. *Nec enim gratū Deo conuiuiū, è quo non simul miseri alicuius subleuatur inopia.

Iustus laboribus non deprimitur, sed accrescit, & exaltatur.

Deus ob merita parentū filios exaudit peccatores.

Quomodo potest esse ingratus, qui se à Deo accepisse munera profitetur? Haud gratū Deo conuiuiū, è quo non simul alicuius miseri subleuatur inopia.

2. Iubentur Hebræi pro solutione decimarum Deo gratias referre.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. QUANDO COMPLEVERIS, &c.] Quando satisfeceris debito soluendi decimam cunctarum frugum tuarum (iuxta omnes decimandi modos, quos iā olim præscripsi) anno decimarum tertio, nempe de triennio in triennium: Leuitæ, aduenæ, pupillo, ac viduæ exhibebis, vt intra portas Vrbis tuæ comedant, *& saturentur.* *Ea enim Numini præstans est eleemosyna, quę pauperi subest ad satietatem: ne ex domus suæ porta egressus ad plurium cogatur accurrere portas.] Quibus perfectis, tendens ad locum sacrificiis destinatū, Domini in cōspectu apparebis, & ei gratias geres, quia te auxilio muniuit, vt decimas solueres, ac pauperis subsidio litares. *Tanti momenti est, soluere decimas, ac pauperi subuenire, vt debeas Deo huiuscemodi gratiarum actionem impēdere, cùm hæc debita solueris.] Decimas, quas sanctificari, id est, separari, & tibi in pauperibus offerri imperasti, meis ex fructibus abstuli, & Leuitæ, aduenæ, pupillo, ac viduæ impendi iuxta tui imperij præscriptionem, cuius nec particulā præterire permisi. Nō comedi ex eis immundus existens ex luctu, & funere, quod illicitū est: neque enim quæ in pacificas oblata sunt victimas possunt immūdi degustare. Non solum ego immundus non fui, sed etiam quod obtuli mundum extitit, à qualibet illud immunditia legali remoui, ne contaminaretur: & quia vetitum est ex decimis Deo sanctificatis detrahere, aut in vsum profanū, aut in conuiuium pompamvè funebrē, sepulchrique erectionem impendere, nihil ex his in re funebri expendi. Domini Dei mei voci obtemperaui, & cuncta gessi, quæ præcepisti mihi. Quapropter de tua fisus misericordia pro me, populoque vniuerso audeo precari. Respice ergo de Sanctuario tuo, cui specialiter hæresceis, & de empyreo vertice, vbi beatis spiritibus te exponis aspectandū: & populum electum, & Terrā vberrimam patribus olim promissam iam filiis expositam dignare opplere benedictionibus. *Nec dubium quin muneribus supernis impleatur, qui legis præscripta se vere asserit impleuisse.] Hodie, me præcepta legis rursum memoriæ tuæ obiiciente, Dominus quasi de nouo imperat eius mandata tam moralia, quam ceremonialia, ac iudicialia implere, vt omni animi studio, & contentione te legis obseruatorem geras. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, renouando, ac confirmādo fœdus antea cum Deo initum, mandatorum eius terendo viam, ceremonias iudiciales moralesque leges custodiendo. *Qui enim studet perfectioni post transactos annos iustitiæ, semper debet existimare se *hodie* Domino seruire. *Ego dixi nunc cœpi* hodie viam salutis instituere aggredior.] In præmium obedientiæ retributionem Dominus Deus tuus, ô Israel, hodie te elegit, vt sis ei populus specialibus muneribus afficiendus, sicut sæpè promisit: vt implentem eius præcepta, potentia, diuitiis, fama te cunctis gentibus faciat celsiorem ad laudem & gloriam nominis sui; & vt sis populus Sanctus

Ea speciatim eleemosyna placet Deo, qua pauper exsatiatur.

Tanti ponderis est decimas soluere & pauperi subuenire, vt debeantur gratiæ Deo referri, cū hæc debita soluens.

Qui verè asserit, se impleuisse legē, supernis impletur benedictionibus.

Qui perfectioni studet, existimet, hodie iam salutis inchoasse.

[margin: ...renouas ...idie af... implé... ...voluntaté Deus ...quotidie electionis tuæ innouat affectum.]

sanctus ab omni immunditia separatus & specialissime dicatus Domini obsequio, sicut sæpe sæpius tot verbis, tot miris expressit. * Premendæ particulæ, *Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, & Dominus elegit te hodie.* Cum renouas quotidie affectum implendi Domini voluntatem, Deus quotidie electionis tuæ innouabit affectum.] * Hinc edisce, quam commendabiliter Societas IESV votorum bis in anno renouat promissionem, si Deus simul renouat, profusione munerum, gratitudinem]

[margin: Cōmēdabilis mos Societatis IESV renouādi vota.]

CAPVT XXVII.

Moses iubet lapideum erigi altare, legem lapidibus inscribi. Piorum benedictiones, impiorumque maledictiones exponuntur.

1. PRÆCEPIT autem Moyses & seniores Israël, populo dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. 2. Cumque transieritis Iordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce læuigabis eos, 3. vt possis in eis scribere omnia verba legis huius. Iordane transmisso: vt introeas Terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. 4. Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal, & læuigabis eos calce: 5. & ędificabis altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit, 6. & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, 7. & immolabis hostias pacificas, comedésque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. 8. Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. 9. Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israëlem: Attende, & audi Israël: hodie factus es populus Domini Dei tui: 10. audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias, quas ego pręcipio tibi. 11. Pręcepitque Moyses populo in die illo, dicens: 12. Hi stabunt ad benedicendum populo super montem Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui Iudas Issachar, Ioseph, & Benjamin. 13. Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan, & Nephthali. 14. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentque ad omnes viros Israël excelsa voce: 15 Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. & respondebit omnis populus, & dicet: Amen 16. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem, & dicet omnis populus: Amen. 17. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus: Amen 18. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere, & dicet omnis populus: Amen. 19. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus: Amen, 20. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius. & dicet omnis populus: Amen. 21. Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus, Amen. 22. Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ, & dicet omnis populus; Amen. 23. Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus: Amen. 24 Maledictus qui clàm percusserit proximum suum. & dicet omnis populus: Amen. 25. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis, & dicet omnis populus: Amen. 26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus: Amen.

COMMENTARII.

[margin: 1. Iubet Moses, Iordane transmisso, altare erigi, legémque insculpi lapidibus.]

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. PRÆCEPIT AVTEM MOYSES, &c.] Præcepit autem populo Israelitico Moses, & seniores quos secum adhibuit ad vim auctoritatis, profiti: Prudentissime plane Præses præcepta subditorum communitati indicturus, senes curat ad eundem allicere sensum, cum eis conferendo quæ gerenda excogitauit. Prudentia enim, & error non soli Præfecto tribuitur, sed simul consiliariis. Custodite (inquiunt) corde ac opere omne mandatum, quod olim indictum, hisce diebus libuit iterū inculcare, vt memoriæ tenacius hærescat. Cū post obitū meū flumē trāsmiseritis, & potitus fueris Terra promissa, magnos admodū lapides erigetis, & calce eos linietis, seu (sic Heb.) *incrustabitis*, vt in eis, Iordane trāsmeato, huiusce legis verba insculpere valeatis. Vt scilicet Terra vberrima, qua, expresso iuramento,

De Escob. & Mendoz. in Pentatheuc Tom. I.

Deus vos donãdos promisit, feliciter potiamini.* Custodiæ enim legis stabilimētū fælicitatis ciorom aptaeur in signum.] Quum igitur transmiseritis Iordanem, apud montem Hebal, qui hæresc it finibus verticis Garizim in campestribus Iericho, erigite lapides, quos iodixi: & calce copulabitis: ex aliisque lapidibus, quos ferrum non tetigerit ad eos dolandum, licet ad extrahendos de lapidicina attigerit, inibi altare Domino ædificabitis. De lapidibus, inquam, infortioibus, & impolitis cōstrui debet altare, vt ab aris idololatrarum differat, qui de sculpta materia idōlorum assolēt altaria constenere.* Iubet qnidem Deus altaria nuda exponi fidelibus, vt eorum postmodum muneribus exornentur, & induantur.] Super altare itaque in Numinis laudem holocausta litabitis, & in gratiarum actionem hostias pacificas offeretis: inibique geretis epulas ad celebriorem beoedictionum, ac maledictionum publicationem, de pacificis scilicet hostiis facto epulo instituto. Porrò super illos primos lapides erigendos, linendosque calce omnia verba Deuteronomij huius clarè, & distinctè transcriberis, ne ob inscriptionis obscuritatem transgressoribus ansa exhibeatur. * Credideo tum, à fidelibus molta piacula perpetrarij quia Concionatores haud *planè, & lucidè* sacra dogmata proferunt.

Stabilire leges, est Reipublicæ fælicitatis signum.

Altaria nuda obiiciūtur à Domino, vt à fidelibus ornentur, & induantur.

Molta piacula perpetrantur, quia Côcionatores haud clarè, & lucidè sacra dogmata proferant.

9. 10. 11. 12. 13. 14. DIXERVNTQVE MOYSES, &c.] Moses ergo & sacerdotes Leui filij ad omnem populum Israeliticum Præsidis ex ore dixerunt: Attende Israel, & exaudi: Hodie effectus es populus Domini Dei tui ex renouatione ac confirmatione fœderis aotcà cum Deo facti. Ideò teneris Domini tui vocem audire, & quæcumque tibi eius nomine iussero, obseruare. Tunc Moses populo hoc præceptum indixit: Cum Iordanem transmiseritis, super montem Garizim hi ad benedicendum fideli populo consistent: Principes Tribuum Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Ioseph scilicet Ephraim ac Manasse, & Beniamin. At super montem Hebal ad maledicendum populo legum transgressori hi Principes Triboom adstabunt: Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Nephthali. Porrò sacerdotes excelsa voce vt exaudiri possit saltem à primis qui respondeant Amen, quos quidem reliquus totus cœtus voce coosooa comitetur, ad omnes viros Israeliticos profabuntur. * Cur non & ad fœminas? Quia non decebat, eas tanto virorum cœtui immisceri. Vbi viri agglomerantur, fœminæ non decentet assistūnt.]* Siue quia vbi maledicendi munus imperatur, ac benedicendi, non aptè fœminæ vocarentur, quibus angustum maledicere. Nec enim fideliter benedicendi explerent officium, quæ apud montem Garizim constituerentur.

2. Assignãtur qui in mōte Hebal benedicere, ac maledicere populū iniustum, aut delinquētē deberent.

Oportet fœminas sogere virorum cœtus. Ingenium muliebre ad maledicendū agnatum.

15. 16. 17. 18. 19. 20 21. 22. 23. 24. 25. 26. MALEDICTVS HOMO, QVI FACIT SCVLPTILE ET CONFLATILE, ABOMINATIONEM DOMINI, &c.] Maledictus sit à Deo homo, qui facit idolum è ligno aut lapide sculpendo aut dolando, aut idolum ex metallis, quæ conflantur, & in figuram conformantur idoli, abominabile quidem opus manuum artificum in Domini conspectu, collocatque illud in abscondito vt clam colere valeat. Omnis illicò populus, sex scilicet Tribus designatæ ad conclamandum, cum malediceretur, respondebunt: Amen.* Adnota particolam, *Ponetque illud in abscondito.* Hæc ergo maledictio etiam in peccantem occultè iacitur. Aduertit id Moses, quia quæ in abscondito fiunt sine scandalo crimina perpetrantur adeò imminuuntur, vt quodammodo necessarium sit exprimi esse delicta.] Maledictus qui non honorat. (Hebræa vox significantior est, *Qui vilipendit,*) id est, qui contemnit, despicit, aut ignominia afficit patrem suum, aut matrem; & respondebit populus: Amen. * Cur addidit, *Et matrem,* si sufficeret voo verbo exprimere *Qui non honorat parentes?* Quia filij tarò patrem afficiunt igoomioia, matrem fœminam facilius contemnunt, ac despiciunt. Ideo additur, *Et matrem,* ne videatur tibi, satisfecisse legi, patre honorato, si matrem despexeris.] Maledictus qui proximi sui transfere terminos, vt quæ illius sunt, occupet, illo submoto; & populus conclamabit: Amen. * Timeant agricolæ, dum terram aratro subigunt, oe proximi fundi iura audeant violare. Quid cùm maledictione tibi proficiet?] Maledictus qui cæcum in itinere facit errare aut apponēdo offendicula, aut à via abducendo, & populus aonuet proferens: Amen.* Magistris neque enim grauior imminet maledictio, qui ignaros iuuenes, aut puellas efficiunt deuiare, a pudicitiæ via.] Maledictus qui aduenæ, pupilli, ac viduæ iudicium peruertit in potentioris gratiam peruersè, ac iniuste iudicando; & populus applaudet profatus: Amen. * Vel cum iniustè fertur sententia debet Iudex timere, ne falsum maledictionis huiusce particula percutiatur, si in gratiam dītioris, aut nobilioris, aut potentioris ad scripsit ei, quod posset pauperi aptare despectò, cui quidem ex pietate debetur quidquid gratiosum reperitur in causa.] Maledictus qui cum patris sui dormit vxore, & lectuli eius reuelat operimentum; populus autem respondebit: Amen.* *Operimentum,* ait, *lectuli reuelat.* Res turpis pudentet, & decentibus verbis exprimitur à Leuitis. Quam reprehensibilis sacerdos qui verbis vtitur impudicis!] Maledictus, qui dormit, seu commiscetur cum animanti irrationali quolibet; & populus inclamabit: Amen. Maledictus, qui dormit cum sorore sua ex vtroque parente, siue ex patre, aut ex matre, & populus respondebit: Amen. Maledictus qui dormit cum socru sua; & populus vociferabitur: Amen. * Expende verbum, *Qui dormit cum vxore, cum iumento &c.* Dormire noo [illegible] eodem statu somnio deputato torpitudinem exercere, sed tem vtcumque habere cum fœmina, aut iumēto. Libidinis ergo crimina aptè obdormiendi verbo signantur. Ao non humana mens sōno pressa ostenditur cùm tantæ vilitati studium impendit?]* Siue aptius dixeris somnitas esse corporis voluptates.] Maledictus qui clam percusserit proximum: & omnis populus respondebit: Amen. * Publicus percussor à Magistratibus assolet puniri: ideo qui indemniter vult proximum vulnerare, clam perpetrat delictum, sed dirius Dei tribunali subest puniendus.] Maledictus qui accipit munera seu pretium, vt innocentis hominis

3. Maledictiones à sacerdotibus proferendæ in monte Hebal, recensentur.

Peccata, quæ in occulto fiūt sine scandalo perpetrant, tur, multum imminuuntur.

Non sufficit patrē honorare, si matrem despicias.

Moueantur agricolæ, ne fundi alienū particulam ad propriū transferant. Maledictus qui iuuenem aut puellam docet pudicitiæ deserere viam.

Cum pauper litem cum diuite gerit, debet Iudex ex pietate pauperi adscribere, quidquid gratiosum reperitur in causa. Reprehensibilis admodū sacerdos, qui verbis vtitur impudicis.

Veri dormiunt, qui dat operam impudicitiæ.

Somniatæ corporis voluptates. Qui clam proximum percutit, ne puniatur; dirius subest diuino tribunali puniendus.

hominis sanguinem profundat, seu vitam auferat; & omnis populus profabitur: Amen. *τὸ Vt percutiat animam sanguinis innocentis*, sic Hebr. *Animam, sanguinem innocentem* appositiuè; quia sedes animæ seu vitæ sanguis est. Qui sanguinem noxium profundit iniustè, supplicio subest grauissimo; quid qui sangui-nem innocentem? Maledictionis fulmine absumitur omne corporale vincentis supplicium. Ideo Caino signū apposuit ne occideretur, quia diriori erat affectus supplicio illis verbis expresso: *Maledictus eris*. Gē. 4. maledictus qui huius legis præscriptis nō subiacet, nec ea opere perficit. & omnis populus succlamabit: Amen.

CAPVT XXVIII.

Obseruantibus legem multiplex benedictio promittitur, violantibus autem eam innumerabilium maledictionum rursum flagella contorquentur.

1. SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. 2. Venientque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris. 3. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. 4. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. 5. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. 6. Benedictus eris tu ingrediens & egrediens. 7. Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua 8. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra, quam acceperis. 9. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodiens mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius. 10. Videbuntque omnes terrarum populi quod nomen Domini inuocatum sit super te, & timebunt te. 11 Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. 12. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo benedicetque cunctis operibus manuum tuarum Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. 13. Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: & eris semper suprà, & non subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, 14. ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos. 15. Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias, & facias omnia mandata eius & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te 16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. 17. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. 18. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ, tuæ armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. 19. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. 20 Mittet Dominus super te famem & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies donec conterat te, & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me. 21. Adiungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingredieris possidendam. 22. Percutiat te Dominus egestate, febri & frigore, ardore & æstu, & aëre corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. 23. Sit cœlum, quod supra te est, æneum; & terra quam calcas, ferrea. 24. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, de cælo descendat super te cinis, donec conteraris 25. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos. per vnam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ, 26 sitque cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cæli, & bestiis terræ: & non sit qui abigat. 27. Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis, per quam stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine:

ira vt curari nequeas. 28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis. 29. & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas. & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te, 30. Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Planies vineam, & non vindemies eam. 31. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. 32. Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. 33. Fructus terræ tuę, & omnes labores tuos, comedat populus quem ignoras, & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, 34. & stupens ad terrorem eorum quę videbunt oculi tui. 35. Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum. 36 Ducet te Dominus & regem tuum, quem constitueris super te in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & seruies ibi diis alienis, ligno, & lapidi. 37. Et eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. 38. Sementem multam facies in terram, & modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. 39. Vineam plantabis, & fodies: & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus. 40. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent, & peribunt. 41. Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. 42. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuę rubigo consumet. 43. Aduena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior. 44. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. 45. Et venient super te omnes maledictiones istę, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias, quas pręcepit tibi. 46. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum. 47. eo quod non serueris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lętitia, propter rerum omnium abundantiam: 48. seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. 49. Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terrę finibus, in similitudinem aquilę volantis cum impetu: cuius linguam intelligere non possis: 50. Gentem procacissimam, quę non deferat seni, nec misereatur paruuli, 51. & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges Terræ tuę: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium: donec te disperdat. 52. & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit Dominus Deus tuus: 53. & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. 54. Homo delicatus in te, & luxuriosus valdè, inuidebit fratri suo, & vxori, quæ cubat in sinu suo, 55. ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eò quòd nihil aliud habeat in obsidione & penuria, qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. 56. Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filiæ carnibus, 57. & illuuie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. 58. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum: 59. augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerantes, infirmitates pessimas & perpetuas. 60. & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi: 61. Insuper, & vniuersos languores, & plagas, quę non sunt

sunt scripte in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat: 62. & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cęli prę multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui. 63. Et sicut ante lætatus est. Dominus super vos, benè vobis faciens, vósque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de Terra, ad quam ingredieris possidendam. 64. Disperget te Dominus in omnes populos, à summitate terræ vsque ad terminos eius, & seruies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. 65. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore: 66. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. 67. Manè dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: Quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. 68. Reducet te Dominus classibus in Ægyptum, per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

COMMENTARII.

1\. *Benedictiones, quibus donādi sūt legis obseruatores exponuntur.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

SI AVTEM AVDIERIS VOCEM, &c.] Si recta animi intentione vocem Domini audieris, vt eius voluntatem edoctus, studeas præcepta iudicialia, ceremonialia, atque moralia quæ hoc tempore Dei nomine tibi præcipio, adimplere: Dominus Deus tuus fælicitate, opibus imperio cunctis nationibus præcelliorem efficiet: & hisce opplebens cœlestibus benedictionibus te quidem apprehendentibus, siue persistenter tuæ hærentibus ditioni, si persistenter diuinæ hærescas voluntati. * Nec enim æstimanda illa bona obiiciuntur, quæ *te* non *apprehendunt*, siue quæ persistenter nequeunt possideri.] * Ille autem diu vel terrena possidet bona, qui persistenter diuino mancipatur obsequio.] Certe in omnibus bonis, quæ habueris in ciuitate, & in agro, prosperaberis. Fœliciter liberos procreabis, eisque fœliciter potieris. * Nun fœlicitas procreare filios, si in fœliciter educantur, & infœliciùs amittuntur. Vitæ iustitia dat & liberos procreare, & eis fœliciter potiri.] Vberrimos è terra colliges fructus, equorum camelorum, asinorum propagatione, armentorum & gregum multitudine perfrueris. Benedicta horrea tua frumento, omniumque messium granis opplenda: & reliquiæ tuæ, quæ ex bonis asseruanda in futurum reposueris à putredine, à furibus liberandæ. * Nec enim congregare diuitias est benedictio, sed earum ad vsus conseruatio.] Benedictus eris ingrediens, & egrediens, quia in omnibus actionibus & negotiis tuis incolumis, votique compos euades. * Et quomodo potest gressuum dexteritate ingredi, vel egredi, qui prauis actionibus semper properat è sinistra?] Inimici tui aduersum te insurgentes absque magno labore tuo, fauente Numine tuo in conspectu prouoluentur: per vnam viam vniti, & congregati ad te venient vulnerandi: & casso impetu, per septem à facie tua diffugient, eorum instar, qui ab hostibus deuicti sine consilio & ordine incedunt, & viam, quæ cuique se se ad fugam offert, sine vlteriori discussione arripiunt. Omnem Deus super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum prosperitatem immittet, tibique in Terra, quam accepturus es vbertim benedicet, te constanter suum constituens in populum sibi applicatum ab aliis seiunctum gentibus. (* Quomodo enim *te* Deus *suscitabit sibi in populum sanctum*, si populus non separet ab iniquis? Vix enim quis valet inter iniquos gerere sanctitatem.]) quemadmodum apud montem Horeb cum legem exponeret, tibi promisit, si legis cultor, si rectæ viæ sectator exsurgeres. Porro omnes terrarum populi te aspicientes tot tantisque beneficiis donatum à Domino aperte cognoscent nomen Dei super te esse inuocatum hoc est, quod populus Dei sis, & voceris. * Quam apte ad ostensionem populi omnibus à Deo donatum beneficiis, hæc particula apponitur: *Videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te*, & illa adiicitur: *Abundare te faciet Dominus omnibus bonis*? Liceat Iesuitarum Ordini accommodare. Vis omnium bonorum cœlestium nostræ Societatis aspectare epilogationem? Vide *quod nomen Domini*, quod nomen Iesu *inuocatum sit super eam.*] Te ô Israel faciet Deus bonis omnibus abundare, quæ tibi ad cœlestia acquirenda ansam exhibeant, nempe fructu ventri ex prolis abundantia, fructu iumentorum, fructu terræ, quam patribus tuis Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo iureiurando expresso promisit tibi tradendam. Aperiet Dominus opportunis temporibus thesaurū suum optimum vbi recondit ea, quibus homines in terra ditat, nempe cœlum, seu æther vt pluuiam geminum omnium facile patentem profundat: benedicetque manuum tuarum operi, ne frustra terram aratro subegeris, ne inutiliter sementem sparseris. Multis populis mutuum poteris præ opibus exhibere: ipse autem

Margin notes:

Bona nō sūt appellanda, quę persistēter nequeunt possideri.

Diu vel terrenis potitur bonis, qui persistenter Domino seruit.

Nō est fœlicitas procreare filios, sed eis fœliciter frui.

Nō est benedictio cōgregare diuitias sed eas ad vsū cōseruare.

Non potest esse dexter in gressibus actionum, qui sæpe sinistra moliatur.

Vix poterit homo sāctitatē colere inter iniquos.

Qui videt Societatē nostrā Iesu nomine vocari, videt eā omnibus à Deo bonis cœlestibus oppleri.

tem

Dei est benedictio, posse aliis fœnerare, & aliorum fœnore, nō indigere.

tem à nullo mutuum accipies, quia nullatenus indigebis. * O quam præstans à Deo benedictio est posse aliis te fœnerare, nunquam alieno indigentem fœnore.] Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: (forma dicendi adagialis est) hoc est, reliquis gentibus superior eris, alij nunquam inferior: cunctis nationibus imperitabis subiectus nemini: si tamen Domini Dei tui quæ hoc tempore obseruanda à te recolo, audieris custodieris, ac feceris, recta procedens via sine ad impia simulacrorum cultum deuiatione. * Pende particulam *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam*, Id est, imperabis, non obsequeris, Præsul eris, non subditus. Ergo subditum esse idem est, ac caudam existere? O subditorum sortem, semper instar caudæ humi serpentium!

Subditi in morē semper humi serpunt.

15. *usque ad* 45. QVOD SI AVDIRE, Quod si nolueris Domini Dei tui imperiis obedire, vt præcepta custodias, & ceremonias à me hisce diebus expressas obserues: omnes hæ maledictiones super te contorqueantur, & tibi inhærescant. In omnibus bonis, quæ habueris in ciuitate, & in agro imminueris. Tuum horreum vacuum exponetur, quæque in posterum asseruanda reposueris computrescent. Filiorum, fructuum terræ, armentorum ac gregum sterilitate laborabis. Omnia negotia tua infœliciter exerces. Fame & esurie, immittente Domino flagellaberis. *Esuries* Hebr. [illegible] *mehuma*, siue *interfectio*, *cædes*, *interitus*, *pauor*, *terror*, *tumultus*, *insania*. Omnia hæc & alia innumera incommoda in vno famis, aut esuriei malo continentur. Vt ediscas quam sis debitor Numini cum messes vberrim colliguntur.] Immittet simul Deus increpationem in omnia, quæ gesseris, opera, id est, nunquam non aderit qui tuas subtraxet actiones: donec te conterat, ac velociter comminuat propter tua pessima gesta, quibus me ad iracūdiā prouocasti. * An pessimæ adinuentiones condignè increpatione flagellantur? *Mittet Dominus increpationem in omnia opera tua.* Lxx. pro *increpatione posuere cōsūptionem*; radix enim, ex qua vox Hebræa deducitur *increpare & perdere* significat. Certè omnes actiones hominis subtrahi, reprehendi, corripi, tàm molestum est auctori, vt idem sit ac consumi & perdi. Si consumptione, & perditione piacula dire verberantur, increpatione videntur assidua fortiter flagellari.] Te Dominus pestilentiæ infectione percutiat, donec de Terra, quam potiturus es, violenter eripiat, Te vulneret egestate, gladio ancipiti crudeliori: immoderato frigore, æstu immodico afficiat, siue febri tertians corripiat, ardore nunquam intermittente faciat æstuare. Porro Lxx. pro *ardore transtulerunt*, ἐρεθισμὸν quæ vox significat irritationem, pruritum, erosionem, quæ in corpore ex ardore solet prouenire. Corrupto te aëre feriat, & rubigine faciente segetes ægrotare, vento Orientali spicas ingrediente: & persequatur, donec omnino perire cogaris. Adeo æneum cælum experiaris, vt imber non fluat, quo sata rigentur, sed instar æris durum existat: terram autem ferream ita, vt duritiæ, ariditate, ac sterilitate ferri venam imitetur. Cùm aqua plu-

2. *Multa in peccatores cōtorqnētur maledictiones.*

Vno fam is malo innumera incommoda continentur.

Increpari & reprehēdi cūcta gesta hominis idē est ac hominem perdi.

uia indigeas, qua solum mollescat, omnia tibi contraria contingant, arido puluere loco imbris volitante, è cœloque sterili delapso cadere, donec deficientibus cibis aut depereas, aut conteraris. * Ad contritionem enim conferunt admodum ærumnarum flagra.] Ante hostes tuos te Deus procidere cogat, vna ad decertandum cum eis via progrediare certa: at tanta perturbatione res geratur te deuicto, vt quæ sese obtulerit ad fugiendum via à te sine discussione arripiatur: & tuum cadauer volucrum ac bestiarum ventrem sepulchrum efficiat vt dum cares sepulchro, & à bestiis es deuoratus extremam Iudæorum subeas calamitatem. Cum autem cadauer miserum volucribus, & bestiis dederit escam, nullus prius adsit, qui abigere valeat. * Extremæ prorsus calamitatis est & ab hostibus vulnerari, & nulla ignatæ naturæ pietate defendi.] Percutiat te Dominus vlcere seu vesicis turgentibus queis Ægyptus fuit flagellata: & hæmorrhoidarum morbo premaris, scabieque sicca ac viridi sine spe medicaminis molesteris. Te amentia, cæcitate mentis, ac furore Dominus torqueat adeo, vt res luce clariores tibi caligine plenæ obiiciantur, (quemadmodum lumine captus manu tenebras apprehendit) & inopis consilij res tuas malè ac imprudenter tractes vnde tibi cuncta infœliciter eueniāt. Nunquam non calumniam sustineas, & violentis opprimaris à liberatore omnino destitutus. * Verbum illud: *Calumniam sustineas*. magnum esse calumniæ pondus innuit, quod vix possunt validissimi humeri sustinere.] Vxorem ducas & alius, te sciente, nec valente prohibere, virgine potiatur; domum construas, & post diuturnam sumptuum appositionem, te vita functo, aut exturbato, alij gratuitò possessio donetur. Plantes vineam, & post tot exanthlatos labores vindemiam non facias. Bos tuus coram te occidatur, & nulla tibi ex eo portio cedat. Asinus te vidente abripiatur à fure, vel ab iniquo ciue: & ex Iudicum iniuria tibi non reddatur. Gregem tuum inimicus tyrannide possideat, & non adsit qui tibi ad recuperationem ferat opem. Filij tui & filiæ alieni populi vi seruituti addicantur, occulis tuis aspectantibus, & præ cordis angustiis tabescentibus tota die antequam omnino abstrahantur, quia in manu tua ad eos eripiendos nulla est fortitudo. * Quid dirius homini, quam filiorum ærumnas aspectare nec posse succurrere? Hinc edisce Dei parentis angustiam *tota die* filium Cruci suffixum aspectantis, nec eripere à ligno valentis.] Fructus terræ tuæ, quos laboris manuum tuarum mercedem aspectabis, populus abripiat ignotus (nec enim tanto afficeteris mœrore si amicus ac notus eriperet) & semper sis calumniam sustinens, & cunctis diebus oppressus dum, sine culpa, calumniarum pœnis flagellaris. * Quam aptè post particulam, *sis semper calumniam sustinens*, consequenter addidit, & *oppressus cunctis diebus*, vt miserum affecti calumniis describat statum. Maxima enim ærumnarum est innocentem non solum calumniis percuti, sed & supplicio ignaro calumniis vulnerari. Testor subditum, quem calumnis affectum *cunctis diebus vita sua* Re-

Ad cōtritionē cōferunt ærumnarum verbera.

Extremę calamitatis est dire vulnerari, & à nullo defendi.

Maximū esse calumniarum pondus.

Deipar ę angustia lesum videntis suffixū tota die, nec valentis à ligno eripere.

Magna subditi ærumna, quē ob calūniam Rector omnib. diebus vitæ suæ opprimit, nec ei fidit.

ctor opprimit, nihilque in eius fido ſtatuit.] Oppreſſionem tuam interminabilem ſequetur ſtupor ex terrore eorum, quæ oculi tui aſpectabunt. Quid enim omnibus vitæ ſuæ diebus oppreſſus videre poterit niſi exortas ex tyrannide actiones continui pruriginem horroris? Genua tua, & ſuræ, ſeu tibiæ peſſimis vlceribus percutiantur: & à planta pedis vſque ad verticem capitis immedicabilibus puſtulis vulneteris. Te ac Regem tuum quem tibi imperaturum conſtitues, Dominus adducet in gentem ignotam tibi ac patribus: vbi alienis ſerutes idolis, ligno quidem & lapidi. ſiue indigenatum prouocatus exemplo, ſiue Regum illius regionis imperio, ac terrore compulſus. (Id Iſraelitis contigiſſe Dan. 3. exponam.) Erisque perditus in prouerbium, & fabulam cunctis in populis, ad quos te Dominus intruduxerit. * Chald. *Erit in deſolationem.* Cum enim quis vulgi datur in fabulam omninò iam eum deſolatum exiſtima. Vnde aptè? Textus *Eris perditus in prouerbium & fabulam.* Nobiles hinc fœminæ ediſcant perdi omninò famæ fulgorem cum primum murmurationi vulgari materiam exponunt.] Multum ſementis telluri committes, & exiguam efficies meſſis collectionem, quia omnia locuſtæ cedent in cibum: *Omnia quidem locuſta vorabunt* licet *modicum* congreges, quia parum pro nihilo reputatur ei, qui multam ſementem in terram ſparſerat. * Cùm te videris poſt tot ſementis ſpiritualem iniectionem inelle ornatum exigua, te omnino exptum fructibus poteris reputare, qui cœleſtia horrea opplere potuiſti.] Vinea plantabis, ac fodies, nec merum exhaurire dabitur tibi, nec ſaltem acinum reperire, quem colligas, qua palmites penitus vaſtabuntur à vermibus. Oliuas cunctis tuis in terminis poſſidebis, & ex tanta vi arborum nec ad inunctionem olei exprimetur ſtilla: immaturè enim ſpes fructus venti impetu, aut morbo intrinſeco defluent, & peribunt. Filios, ac filias generabis, ſed eis minimè perfrueris: quia addicentur ſeruituti: Cunctas arbores tuas, omnes fruges rubigo ex aeris intemperie cauſata conſumet. Aduena qui tecum in terra verſabitur, quem heri nudum aſpectabis, cras adeò ornatum intueberis, vt illi ſubmitti cogaris. * Hebr. *Aduena aſcendet ſuper te ſurſum ſurſum, tu autem deſcendes deorſum deorſum.* Certè inter ærumnas debet annumerari immoderata hæc diuitis ac pauperis viciſſitudo. *Surſum ſurſum* ſiue magnis diuitiis oppleri eum, quem inopem aſpectauimus: & *deorſum deorſum* ſiue ſumma paupertate deiici eum, quem inter diuites caput attollere vidimus.] Si ergo vel aſpectantibus hanc fortunæ viciſſitudinem hereſcit ærumna, quid diuiti olim iam inopi effecto, dum deſpectum ac inopem olim iam ſibi imperantem aſpectat?] Nil dirius infælici, quam fælicem videre quem fælix aliquando ipſe infælicem aſpexerat.] Ipſe aduena cui aliquando fœnus dabis, tibi fœnus exhibebit, & tu paupertie preſſus ei non poteris fœnerare. * Si inter maledicta computatur quem non poſſe mutuum indigenti præſtare, Dei eſt benedictio mutuum poſſe exhibere. Ergo te maledictum profiteris, quotiens

Deſolatus ac perditus omnino eſt, qui vulgi datur in fabulam.

Religioſi fructus exigui quaſi pro nihilo reputantur.

Inter ærumnas computari debet, ſummo pauperi ac videre dele. Cum quem viderit diuitiis affluere, & ſumma diuitiarum copia aſpectare oppleſam, quem vidimus inopia laborantem. Diuom infælici eſt, videre felicē, quem fælix aliquando ipſe infælicē aſpexerat. Se maledictum eſſe profitetur, qui aſſerit, ſe non poſſe pauperi fœnus, ſeu mutuum exhibere.

petente paupere à te fœnus, aſſeris porrigere non poſſe.] Ille itaque te celſior exſurget, tu ſi lubeat aſpicere, ex imò lumina cogeris attollere. Omnes igitur hæ maledictiones ſuper te côtorquebuntur, tibique tenaciter adhæreſcent, donec cogaris interire. * Maledictiones enim peccatoribus inflictæ, veneni pigritantis inſtar, tandem inferunt mortem.] Quoniam Dei præcepta iudicialia, ac moralia non cuſtodiſti, nec ceremonias obſeruaſti, quas tibi gerendas imperauit.

Maledictiones peccatoribus inflictæ veneni pigritantis inſtar demū inferunt mortem.

46 *vſque ad* 68. ET ERVNT IN TE SIGNA, ATQVE PRODIGIA ET IN SEMINE TVO VSQVE IN SEMPITERNVM, &c.] Te ſigna & prodigia, ſeu inſignes, atque portentoſæ calamitates vulnerabunt, quæ tuos iniquitates paternæ participes poſteros ſemper inſequentur: eo quod Domino Deo tuo obſequutus non es cordis gaudio, animique lætitia, cum tamen Deus bona omnia affluenter ſuppeditaret, quæ res merito abs te huiuſmodi exiget gratitudinem. * Ingratus enim admodum, qui tot bonis donatus à Domino haud ei cordis exultatione ſeruit. Quid ſi obſequij loco largitoris oculos piaculis offendiſti! Tanta hominis, ne dicam feræ ingratitudo nequit verbis æquari.] Qui Deo ſeruire noluiſti, inimico tuo ſerties, (quem Dominus ad te immittet) in fame, ſiti, nuditate, omnique penuria, qui quidem humeros tuos grauiſſimo, ac duriſſimo iugo comprimet donec omnino conterat. * En peccatoris miſeriam, à Deo vltrò recedere cunctorum bonorum largitore, & Diaboli ſubire ſeruitutem in fame, ſiti, ac nuditate. O quam ſtultè tam reſtricto Domino ſeruis.] Gens de vltimis terræ finibus in te à Domino adducetur vindicatore, quæ, inſtar aquilæ diripientis, celerrimè, ac violentiſſimè aduolabit vt te deprędetur: (Innuitur Babyloniorum, & Nabuchodonoſor dominatus, qui Ezech. 17. 3. aquilæ comparatur.) cuius linguam haud poteris intelligere: vnde ne verbis quidem ab aliquo eorum minus crudeli vllum poteris ſperare ſolatium. * Vereor ne huiuſmodi ſupplicio nunc Chriſticolæ afficiantur, qui ſeruituti vitiorum addicti nec pij concionatoris ſermonem intelligunt, è quo poſſint ſperare ſolarium, ob inuſitatum vel ſapientibus idioma. An non hæc populi fidelis calamitas à piaculis habet exortum? [Gens illa aduentura procaciſſima erit, perfrictæ frontis, barbara, audax, ac inhumana, quæ reuerentiam non deferat ſeni, nec miſereatur paruuli, quæ equos ſuos tuos immittet ad agros, vt frugum tuarum nihil meſſi relinquant, teque & hominum, & iumentorum pabulo euacuent: vnde ſine tritico, vino, oleo, armentis, ac gregibus à Gente barbara diripiendis, diſperdaris, vel tuis conteraris in Vrbibus: & ob multiplices hoſtium impulſus ſtabiles muri tui, quibus fidebas, penitus ſolo exæquabuntur. Vrbes tuæ obſidione cingentur te intus commorante, vbi fame horribili preſſus cogeris comedere natos, (id accidit in Ieroſolymæ excidio ſub Tito.) filiorum ac filiarum tuarum quod in ipſo obſidionis tempore à Domino accipies carnes præ famis anguſtia ſuauiſſimum tibi cedent in epulum

3. *Adhuc legis tranſgreſſores maledictionibus diuerberātur.*

Ingratitudo eſt largitori Deo nō ſeruire: quid erit eum offendere.

Peccatoris ſtultitia recedentis à Deo munificentiſſimo, vt reſtrictiſſimo diabolo ſeruiat.

Ob Chriſticolarū crimina Deus permittit Concionatores, quorū linguam intelligere nō poſſimus.

epulum: vt recens natus cunæ loco ventris paterni ineat sepulchrum. Homo qui fuerit in te luxui, ac delicijs magis addictus, fratri suo, ac vxori dilectæ negabit filiorum suorũ portionem, & discerptum cadauer abscondet, vt in diem proximum suæ diræ fami reseruet, quia in tanta rerum seruientium edulio penuria nihil aliud poterit sperare. * Tantæ æstimationis est, vel viuere in diem.] Tenera ac delicata mulier, quæ vix præ nimia mollitie poterit sine baiula incedere famula viro suo dilectissimo occisi à se filij ac filiæ carnes abnegabit: imò & recens natum infantem abscondet vt mactet, & comedat, & membranulas ipsas, quibus fœtus in matris vtero inuoluitur, & quibus obuelatus erumpit cum prodit in lucem suauissimum asseruabit in epulum: clàm enim mater misera nesciente viro, vir autem, vxore ignorante, filiorum cadauere vescetur propter rerum omnium penuriam ad quam ciues ex obsidione redigentur. Nisi ergo custodieris præscripta omnia legis; quæ in hoc Deuteronomij sunt exarata volumine, & Dei nomen gloriosum quidem ex bonorum collatione, & in pœnarum expressione terribile timueris, hoc est, Dominum Deum tuum qui iustis præmia confert, & iniquis pœnam infligit: Dominus adhuc tuas, filiorumque plagas augebit, horribiles planè ac pertinaciter adhærentes pessimas (ex. gr.) ac perpetuas infirmitates, quæ ab interna humorum intemperie procedant. * Si quælibet assidua infirmitas adeo est molesta, vt meritò eorum qui ea premuntur, vicem doleamus: quid cum miseri pessima hac infirmitate afficimur? Vt exponam huiusmodi languentis miseriam, premo illam particulam: *Augebit Dominus plagas tuas*. Postquã tot horribiles diræ famis cogentis ciues vt filijs vescerentur, auget plagas affirmans langoribus pessimis ac perpetuis esse homines flagellãdos. Ergo perpetua hac pessima premi infirmitate præfate plagæ vincit horrorem. Dole igitur vicem miseri illius qui graui ac perpetua infirmitate afficitur] * Et quænam precor vel leuis infirmitatis pessima nõ sit ex perpetuitate? Hinc tartareæ interminabiles pœnæ maiori te horrore percutiant. Et conuertet in te, ac colligabit Deus omnes illas Ægypti plagas, quas vel cum incolumitate frueris, timuisti: quæ quidem non te vti illos transeunter vulnerabunt; sed persistenter contorquebunt. * Si Hebræi Terræ Gessen immunitate potiebantur, cur asserit Moses plagas Ægypti timuisse? *Quas timuisti?* Quia proprium est iusti nunquam non timere cùm iniqui flagellantur. Semper enim iustus dubius debet existere, num Numini gratus existat.] Insuper & vniuersos langores internos, & plagas externas, quæ in hoc volumine non recenseutur, super te Dominus colligabit, donec omnino conterat. Pauci remanebunt, qui prius stellarum numerum exæquare poterunt plane innumerabilem: quoniam Domini legibus parère noluisti. Et sicut antea Deus sibi in populo Hebraico complacuit benefaciens vobis temporalium abundantia bonorum, vósque multiplicans & numero & potentia: sic lætabitur, vos disperdendo, ac subuertendo, vt à Terra, quam possidendam intrabitis, deturbemini. * Expende particulas: *Sicut lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens: & sic lætabitur, disperdens vos.* Neque enim minus est Deo delectabilis actus, quo punit improbos, quam ille, quo iustis præmia largitur. Noli fidere beneficijs a Deo in te collatis, quibus ipse largitor lætatus est, æque lætabitur te tartaro dum addicit ingratum.] Te Dominus in omnes nationes quæ adsunt ab extremitate terræ vsque ad terminos eius disperget: & in pœnam præcedentium delictorum Domino permittẽte, dijs seruies alienis quos tu, ac patres ignorarunt, ex ligno scilicet ac lapide simulacris. * Quodnam dirius supplicium subdito, quam Præsuli ligno ac lapidi inseruire: qui quidem aut lignea segnitie laboret, aut lapideo iniquo dictamini hærescat? Potiò apud gentes illas, in quas te dispergam, non quiesces: sed hùc illùc motu continuo cogeris abire Vbicumque enim steteris, Deus cor tuum efficiet pauidum, ac nimio terrore perculsum etiam nulla causa timoris imminente: oculos tuos præ tristitia tabescentes, offusos præ lacrymarum fluxu: animam tuam adeo mœrore absumptam reddet, vt fugam semper inire mediteris, si fortasse alia regio tuum minus miserum reddat statum. * Sed cum plagæ diuersæ mores non mutent, plagæ supplicij non mutantur.] Erit itaque vita tua tantis periculis obnoxia, vt sit velut pendens ante te, singulis enim instantibus mortem instare suspicaberis. * O duritiam, quæ ad assiduum mortis aspectum non emollitur! Noctu interdiúque timore percutieris, nec credes vitam posse ab exitio liberari. Matutina dum lux fuerit exorta, clamitabis: Quis deducat ad vesperum? Vespertina autem tenebrarum instantia, mutata ex apprehensione sententia, profaberis: Quis mane reducat? non credens te viuum à vespere ad mane, à manè ad vesperum vsque posse pertingere, propter cordis formidinem, qua terreberis, ac propter ea, quæ experieris incommoda. Reducet Dominus tempore vastationis à Romanis gerendæ classibus in Ægyptum de qua Dominus iussit, vt eam amplius non videres. Ad Ægyptum ergo terram tibi inuisam, & exosam Deus faciet hostili reduci coactione non iam terrestri itinere, vt aliqua spes sit elabendi: sed nauibus, vt non possis effugere. Ibi inimicis tuis ô Israël in seruos & ancillas offeréris ab hostibus, venalis exponeris, nec erit qui emat; tam multi eritis, & tàm vilia vos esse capita existimabunt.

Magnæ æstimationis est, vel in diem viuere.

Doleamus vicem illius, qui perpetuo graui afficitur langore.

Vel leuis infirmitas ex perpetuitate sic horribilis: quid tartari interminabiles pœnæ?

Debet sẽper timere iustus, dum impiue flagellantur: quia debet sẽper dubitare, an Deo gratus existat.

Æque Deus lætatur dum iusto dat præmia, & cũ punit iniustum.

Magnũ subditi suppliciũ, seruire Rectori ligneo, aut lapideo.

Si diuersæ plagæ non mutant mores, plagæ supplicij nõ mutantur.

Durum cor hominis, quod ad aspectum assiduum mortis nõ emollitur.

CAPVT

CAPVT XXIX.

Ad legem Dei studiosius obseruandam Moses Israelitas & promissionibus amplissimis, & minis seuerissimis excitat.

1. HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb 2. Vocauitque Moyses omnem Israël, & dixit ad eos: Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, 3. tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia, 4. & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quę possunt audire, vsque in præsentem diem. 5. Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. 6. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt sciretis qoia ego sum Dominus Deus vester. 7. Et venistis ad hunc locum: egressúsque est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos, 8. & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. 9. Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. 10. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israël, 11. liberi & vxores vestræ & aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui comportant aquas, 12. vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: 13. vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. 14. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo. 15. sed cunctis præsentibus & absentibus. 16. Vos enim nostis quo modo habitauerimus in Terra Ægypti, & quo modo transierimus per medium nationum, quas transeuntes, 17. vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant. 18. Ne fortè sit inter vos vir aut aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat diis illarum Gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. 19. Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit mihi, & ambulabo in prauitatę cordis mei: & absumat ebria sitientem. 20. & Dominus non ignoscat ei: sed tunc quam maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine, & deleat Dominus nomen eius sub cœlo, 21. & consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones, quę in Libro legis huius ac fœderis continentur. 22. Dicetque sequens generatio, & filij qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus, 23. sulphure, & salis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo. 24. Et dicent omnes Gentes: Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quę est hęc ira furoris eius immensa? 25. Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti: 26. & seruierunt diis alienis, & adorauerunt deos, quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi: 27. idcirco Iratus est furor Domini contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt. 28. & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur. 29. Abscondita, Domino Deo nostro: quę manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

COMMENTARII.

1. Memoratis beneficiis à Deo acceptis, Moses curat Hebræos ad legis alliciere obseruationem.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. HÆC SVNT VERBA, &c.] Fœderis innouati, & iuramento confirmati quod præcepit Dominus Mosi cum filijs Israel apud Terram Moab: præter illud primum quod cum eisdem pepigit in Horeb, hæc sunt præscripta. Moses ergo omnes Hebræos iussit sæpe conuenire ad fœderis dogmata percipienda, (haud verisimile, omnia in hoc libro exarata a Mose vno spiritu, nulla quiete interposita, fuisse dictitata.) eisque profatur: Testes vos oculari extitistis omnium, quæ apud Ægypti regionem Deus Pharaoni, aulicis, cunctisque subditis mirabilium patrator effecit. Certe puniriones, ac flagella Ægyptiorum, portentaque horribilia aspectastis: nec tamen corde intelligenti, oculis videndi, auribus vè audiendi à Domino, vestro vitio, accepistis, quia vos oculos, aures, corque mentis occlusistis, vnde factum est vt beneficiorum cœlestium magnitudinem minime calleretis. *Peccata præpediunt, ne Deus cor intellegens, & aures audiendi hominibus expediat] Multi audiunt vocis articulos, sed corde nõ percipiunt. In criminum vindictam.] Quadraginta annorum spatio per desertum à Domino fuistis adducti, vestimentis minime attritis, calceamentis haud vetustate consumptis Panem non edistis, non hausistis siceram; quia manna suauissimum fuit vobis in cibum, potumque non semel sicca saxa dedere. * Aliquandò panem edisse crediderim, sed non frequenter: & tamen epuli huius raritas sufficit, vt possit Moses absolutè profari: Panem non comedistis. vt ediscas eum qui ad Eucharisticum panem semel aut bis in anno accedit, quodammodo panem non comedisse. Ideo Euchristia panis quotidianus vocitatur à Domino, Chrysostomo interprete *Panẽ nostrũ quotidianum*.] Vos cœlesti cibo satiaui, aquas è saxis profluere imperaui, vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester, qui apud desertum possum epulas præparare. Ad hunc locum venistis. Sehon autem Rex Hesebon, & Og Rex Basan processere nobis obuiam non excepturi hospitio, sed nobiscum diriter pugnaturi. At Domino nostrum exercitum roborante, percussimus exitialiter eos, & vacuam eorum Terram Rubenitis, Gaditis, ac dimidiæ Tribui Manasse dedimus possidendam. Custodite ergo siue animo retinete pacti huius pręcepta, eaque executioni mandantes implete: vt intelligatis quę prudenter præstari necessarium est. *Custodire enim Dei præcepta, leges eius implete, acuit mentis intelligentiam. Quam apte. *Custodite verba pacti huius, & implete, vt intelligatis vniuersa quæ facitis*. Quomodo se prudenter gerere difficilibus in negotiis, qui assiduus legis totius violator ostenditur?]

Vel verba aure percipimus, nõ corde criminum ex supplicio.

Qui raro comedit panem Eucharisticũ quodamodo dici potest panẽ nõ edisse, quia panis quotidianus est.

Ab obseruatione legis profluit intelligẽtia ac prudentia, ad gerenda negotia difficilia.

2. Exponit Moses Hebrais legis fœdus minis innouatu.

VERS. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. VOS STATIS, &c.] Cuncti vos hodie ô Israelitæ in atrio Tabernaculi colligamini, nempe duodecim Principes qui duodecim Tribubus pręficiuntur, Tribus ipsæ, maiores natu ac Doctores, & omnis populus Israel viri, vxores, liberi, aduenæque ad Iudaismum ex gentilitate conuersi, qui vobiscum in castris veri ciues commorantur, exceptis tamen lignorum cæsoribus, & his, qui aquas comportant operibus necessarijs intentis, quidquid alij gesserint, ratum adiudicabunt * Vt ediscant Regulares sacerdotum coadiutores ad opera humiliora gerenda, quasi præceteris reputari præcelsioribus communitatis congregationibus, dùm necessarijs humilioribus munijs quęslibet impendunt operam.] Ad id igitur negotij conuenistis, ô Israel, Vt transeas, sisque pars altera paciscens in fœdere Domini, & in iure iurando seu pacto iuramento confirmato, quod hodie Deus tuus tecum percutere dignatur: vt, quod ad eum attinet, te sibi suscitet, erigatque in populum peculiarem, cuius Deus specialem exerceat protectorem: quod vero ad te spectat, vt teneatis ipsi dumtaxat cultum exhibere, & ipse sit Deus tuus cui honorem, & obedientiam præstes, sicut locutus est tibi tecum apud montem Horeb paciscens: & sicut patribus tuis Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo iureiurando exposuit. * Illud adnota *Vt suscitet & sibi in populum*. Magna peccatoris, fœlicitas posse post criminis mortem suscitari.] Porro non solum vobis hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, sed cunctis præsentibus & absentibus scilicet infirmitate pressis, ministerio necessario intentis, ac omnium populi electi ciuium posteris: vt tam præsentes quam absentes, siue futuri sciant se diuino fœdere adstrictos. Nostis quidem, nos apud Æyptum diù fuisse cõmoratos inter idololatras, & iter duxisse per medium nationum idola colentium nempe Idumæorum, Araditarum, Madiauitarum, Hesebonitarum, Balanitarum: quorum abominationes, ac sordes, id est, simulachra eorum è ligno, è lapide, auro, & argento facta aspectauimus, quæ stulti colebant. Ne igitur occasione iniqui exempli sit inter vos vir aut mulier, familia aut Tribus, cuius cor auersum sit hodie à Domino Deo vestro, affectuque vadat, & idolis illarum gentium expediat obsequium, adsit inter vos quispiam qui sibi & alijs sit causa idololatriæ, quæ sel quidem & amaritudo est Deo ingratissima, fructusque producens amaros grauia nempe supplicia, & iniquæ conscientiæ punctionem. *Certe nihil conscientia amarius iniqua.] * Haud excidat è mente particula illa, *Quomodo transierimus per medium nationum, &c.* Vel per transennam idololatriæ aspectare impietatem, exitiale non semel exponitur: quid, quæso, diu apud domum infectã, apud sociũ pestiferũ, apud occasionẽ criminis permanere?] Cũ que audierit malignus siue infectus huiusmodi Hebręus verba iuramenti huius, & maledictiones superius expressas temerarius & arrogans forte benedicet sibi, id est promittet sibi prosperitatem suo in corde profatus: Pax erit mihi, ab indictis maledictis immunis: & ambulate porero cordis mei exerens prauitatem, explens quidquid animus concupiscit. Quo fiet *vt absumat ebria sitientem*(Prouerbium est, Hebr. *Vt addatur ebria sitienti*,) id est, vt animo ebrio iam addatur sitis delinquendi: & quemadmodũ sitienti ebrio nullus est terminus epotandi, nullus

Regulares coadiutores sacerdotum quasi præcellentes reputãtur præcelsioribus cõmunitatis cõgregationibus dũ rebus necessariis operã impẽdunt.

Magna peccatoris, fœlicitas, posse post criminis mortẽ suscitari.

Nihil amarius iniqua conscientia.

Vel per trãsennã inficie hominẽ criminis alieni aspectatio: quid diu cũ infecto socio morari.

nullus iniquo hoic sit finis delioquendi. Vnde Dominus nno ignoscat ei, pro vt assolet iis qui resipiscunt, parcere: potius tunc quam maximè *furor eius fumet*, (Alij ex Hebræo *Nasus eius fumet* vox eoim quaph iram,& nasum,qui sedes est iræ,aut in quo cauner,significat: Loquitur Moses de Deo humano more, *Na sele juba alas narices el humo*) siue ascendat ira ad nasum, & zelus seu indigoatio diuina cootra hominem illum protendatur, & cunctis maledictionibus, quæ hoc in Volumine exarantur, sit obnoxius, eumqoe persistenter afficiant: & deleat Deus nomen eius adeò vt nullus ex posteris relinquatur, in quo parentis memoria conseruetur: & consumat eum in perditionem ei tot iocommoda infligeos, quot nunquam adhuc cuiquam inflixerit Hebræorum iuxtà maledictiones, quæ in hoc Deuteronomij Voluoiine continentur.

2\. *Quid gētes futura dictabunt de Hebræorū supplicio, expēditur.*

22\. *ad vsque* 29. DICETQVE, &c.] Generatio autem, quæ tempore subsequeoti futura est, filij scilicet ac nepotes, ex horum progenie impiorum excitandi; & peregrini, seu aduenæ, qui ad colendum verum Deum inter Israelitas de regionibus longe dissitis aduenianerint: plagam Terræ illius à transgressoribus occupatæ, & infirmitates, quibus eam affliget Dominus tam sterilem reddens, vt sulphure ac sale respersisse videatur ad Vrbium subuersarum Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, ac Seboim similitudinem, aspicientes, dicent: imò non solum impiorum posteri, & aduenæ, sed & omnes geotes similiter conclamitabunt: Quare Dominus Terræ huiusce incolas subuertit? quænam hæc immensurabilis Numinis iracundia? tanta ne Cœlestibus ira? Et ipsi sueinet quæstioni ita satisfacient: Quia pactum Domini contempserunt, quod cum patribus eorum tam in Horeb, quam in Moab campestribus pepigit, quando eos de Ægypto liberauit: & seruierunt dijs alienis, quos antea non colebant, nec pro dijs agnoscebant, & quibus non fuerant ipsi tanquam pars, possessio, hæreditas, vel proprium peculium attributi. Idcirco Dominus contra Terram illam est iracundia affectus, vt super eam cunctas maledictiones, quæ sunt hoc in Volumine Deuteronomij scriptæ, profunderet, & eos de patria sua in iram furore, in indignationeq; maxima deturbauit, ac in terram alienam extraxit, quemadmodum ipso ediscimus experimento. * Particulam illam expende: *Eiecit eos de terra sua in ira, & in furore, & in indignatione maxima.* Tam misericors Deus, vt ad expellendum iniquos de patria sua, necessum fuerit ira, furore, & indignatione maxima succendi: quam ineffabili iracundia exardescet, cum ex æterna patria sit impios turbaturus.]* Adde, quam ingens malum sit, quem ex patria exturbari, vt ad huiusmodi pœnam infligendam necessum sit Deum ira, furore, & indignatione maxima succendi.] Cum igitur andis hominem exilio addici, haud existima vulgari cum pœna, esse vulneratum. Hæc flagella futura præuisa & decreta à Deo, vtinam Deo sint abscondita, vt scilicet ea non norit vt nobis infligat: hæc inquam flagella, quæ minitans intentauit, & prænunciauit nobis ac filijs nostris, vt eorum metu legem eius æternùm custodiamus.

Quanta ira flagrabit Deus, cū dānatos exturbabit in tartarum.

Magnum est, supplicium quē è patria exturbari: vnde cū homo exilio addicitur, graui pœna vulneratū puta.

CAPVT XXX.

Moses promittit lapsis, sed pœnitentibus à captiuitate, & ab aliis miseriis liberationem. Legem docet esse facilem. Vitæ aut mortis, idest, boni aut mali dat Hebræis optionem.

CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui, in vniuersis gentibus, in quas disperserit te Dominus Deus tuus, 2. & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua. 3. reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit. 4. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, 5. & assumet, atque introducet in Terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet quam fuerunt patres tui. 6. Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. 7. Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur. 8. Tu autem reuerteris, & audies vocem Domini Dei tui: faciesque vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie: 9. & abundare te faciet Dñs Deus tuus in cunctis operibus manuū tuarū, in sobole vteri tui, & in fructu iumētorū tuorū, in vbertate terræ tuæ, & in rerū omnium largitate. Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: 10. si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt, & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. 11. Mandatum

hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, 12. nec in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? 13. Neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire & facere quod præceptum est? 14. Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. 15. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum: 16. vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingredieris possidendam. 17. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: 18. prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in Terra, ad quam, Iordane transmisso, ingredieris possidendam. 19. Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem, Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum: 20. & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in Terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

COMMENTARII.

11 *Pœnitentibus Hebræis Dei venia promittitur, & prælapsæ felicitatis recuperatio.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. CVM ERGO VENERINT SVPER TE, &c.] Cum igitur iuxta vaticiniū meum ex benedictione, si legem seruaueris, & maledictione, si violaueris, quas proposui tibi, expertus fueris maledictionem, & ductus pœnitudine cordis tui apud quamlibet regionem, in quam relegatum ob criminum pœnam te Dominus dispserserit, & ad eum conuersus fueris per cordis dilectionem, & veram animi contritionem, obedierisque præceptis, quæ hodie tibi, filiisque seu posteris tuis obseruanda præcipio: Dominus Deus tuus placatus tui miserebitur, tuæque soluet captiuitatis vincula, te rursum adducens à cunctis nationibus, in quas te dispserserat, regionem ad patriam. Si ad cardines cœli siue in extrema orbis (polum scilicet Arcticum, & Antarcticū) relegatus fueris, inde te Dominus assumet, & in Terram quam patres tui possederant, introducet, eaque potieris: & vberrim benedicens tibi, seu bonorum copia faciens oppleri, te efficiet patres tuos antiquos Chananitidis incolas numero superare.* Pœnitentia enim non solum prætenta bona recuperat, sed & noua munera à Domino acquirit.] Post reditum autem *circumcidet Dominus cor tuum*, & filiorum tuorum, auferens superflua, quæ socius prauæ nationis didiceris, vt diligas Deū toto ex corde, totis ex viribus, nullam affectus particulam reseruans idolis, quæ exilij tui regio coluerit: vt diu possis incolumis vita frui.* Preme particulam, *Circumcidet Dominus cor tuum*. Certè post diuturnam à Terra promissionis absentiam, & apud gentilium terræ commorationem, quomodo Hebræi nō læserint iura pietatis, & sociorum gentilium impietatem edifcerent? Mirum enim in medio nationis peruersæ Iobi imitator existas fulgens synceritate.] Cuncta incommoda,

Pœnitentia non solùm bona præterita recuperat, sed & noua acquirit.

Mirum, si inter socios improbos synceritate quis fulgeat, & pietate.

quæ Deus hisce in maledictionibus comminatur super tuorum inimicorum, ac persecutorum capita profundet, non secus ac piissimus pater post filij correctionem percutientem virgam igni committit. Tu autem à via tua improba reuerteris, & Dei vocem exaudiens, cuncta legis præcepta à me hisce diebus expressa seruabis: vt te Dominus faciat abundare sobole, gregibus, armentis, terræ vbertate, ac bonorum omnium colligatione. Dominus enim olim auersus ob impietatem tuam reuersus ad te delectabitur, tibi beneficia præstando: quemadmodum delectatus est, quum patres tuos ob meritorum præmium beneficiis oppleuit.* Etenim Deus tum maximè delectatur, cum beneficia confert: tum dolet, cum punit.] Non itaque absque meritis his bonis exundabis: sed si vocem Domini audieris, & præcepta eius moralia, ac iudicialia custodieris, ceremoniasque obseruaueris in lege præscriptas: postquam vi pœnitentiæ ad Dominum Deum tuum toto ex corde, tota ex anima fueris conuersus.* Expende particulam, *si tamen audieris vocem*, &c. Quam stultè peccator expetit cœlestibus abundare bonis, *si tamen* à piaculis recedere non festinat; omnibus affluet ad temporarios, spiritualesque profectus necessariis bonis, *si tamen* iussa Domini custodieris.

Deus delectatur, cum beneficia confert: videtur dolere, cum punit.

Si custodieris Dei iussa cunctis bonis opplebeis: si tamen non custodieris, vacuitate laborabis.

2. *Facilitatem legis implēda Moses expēdit.*

11. 12. 13. 14. MANDATVM HOC, &c.] Certè tota hæc Deuteronomij lex, quæ à me, tibi hisce diebus indicitur, non est supra vires tuas, vt possis te excusare, quasi nequeas & nosse quæ præcipiuntur, & effectui dare: non adest in loco distito prorsus ignoto lex, ad quē pergere non valeas, nec in cœlo sita, quo peruolare nequeas, sed potius cogaris inclamitare: Quis non pennatus valeat cœlos scandere, vt eleuatum seu incognitum, difficileque præceptum notum faciat, geratque amicum, agat humanum, & auribus cognitionis auditum opere compleamus?* Preme particulam, *Quis nostrum valet ad cœlum ascendere vt deferat illud mandatum, ad nos, vt audiamus?* Vt audiatur, seu intelligatur è cœlo deferetur? Ita planè. Dogmata enim difficilib. seu præcelsis sermonib. à

Cōcionator præcelso vtēs sermone licet multis hominibus preferat, nullū habet verè auditorem.

Magistris

Magiſtris expoſita , imo noo expoſita , ſed operta caligine auribus audiendi ſeu intelligendi nou audiuntur. Vnde hoiuſmodi Concionatores apud inoumerabilem hominum cœtum , nullum veraciter ſortiútur auditoré.] Neque traos pelagus loco eſt addictum inacceſſibili , vt cauieris , & dictites : Quiſnam ex nobis quibit pelagus transfretare , & inde mandatum ad nos vſque deferre : vt poſſimus audire & executioni mandare ? ſed iuxta te eſt ſermo , id eſt , legem Dei habes ad manum, vt in corde ac memoria habere diſcendo , & ore valeas prouunciare.

3. *Præmia & ſupplicia cuſtodientibus & violantibus legē inculcat.*

Vita æterna, & tēporariæ proſperitas ſectatus iuſtum ; mors autē æterna & tēporariæ infælicitas hæreſcit iniquo.

15.16 17.18.19.20. CONSIDERA QVOD, &c.] Conſidera me hiſce diebus recolentem Deuteronomij leges, maledictiones , ac benedictiooes exponentem tuo in conſpectu vitā & bonum , mortem & malum propoſuiſſe, vt pro arbitrij libertate quodlibet valeas extremorum eligere. * Et quando uon vita & æterna , & temporariæ proſperitas virtutis nou comitetur ſectatorem : mors autem & æterna & temporariæ infœlicitas non hæreſcat iniuſto ?] Ergo boni promiſſione affectus , Dei tui ſectare vias , eius præcepta moralia, iudicialia, ac ceremooialia cuſtodieos: vt *bons* poſſeſſor viuas , & multiplicetis in Terra quam poſſidebis , cœleſtibuſque benedictionibus oppleatis. Nam ſi auerſum fuerit cor tuum, vt *mali* ſectere vias errore deceptus , idoláque ab exteris nationibus adorata colueris, eiſque *ſeruieris*. (* A Deo enim recedere , & voluptatia idola adorare , quid niſi ſeruitus ?] hodie tibi prædico , te omnino periturum nàm exiguo temporis ſpatio commoraturus es apud Chananitidem , quam Iordane tranſmiſſo, poſſidendam inibis. * Prædico tibi , inquit, quud pereas, & paruo tempore morieris in Terra. Expelli enim à Sanctorum terra , perire quidem eſt. Vnde cum à Religione te expunctum aſpexeris, time ne ſimul perditionis iis ad barathrum exturbatus.] Teſtor cœlum & terram ſeu cœleſtes incolas , terræque habitatores in teſtes adhibeo me meo Præſulatus muneri ſatisfeciſſe , dum vobis vitam & mortem , videlicet benedictionem ac maledictionem propoſuerim. * Suo muneri deeſt Præpoſitus qui ſubditis ſolummodo benedictionem exponit , & nunquam maledictionis gladium ſtringit ; aut qui flagella contorquens, nunquam benignitatis fomentis vtitur. Suum implet miniſterium qui obſecrat & increpat.] Elige ergo vitam , virtutem amplectere , vt diù viuas , vt poſteritati vitæ proſperitatem tranſmittas * Parentes filiorum ac nepotum fortunæ præparant rationem : iuſti quidem fœlicitatem, iniqui autem poſteritati præcantant ærumnas *Elige ergo vitam , vt & tu viuas, & ſemen tuum.*] Dilige itaque Dominum Deū tuum toto ex cordis affectu, voci eius obtempera , illi perſiſtenter hæreſce ; ipſe enim eſt vita tua , ipſe dierum tuorum longitudo, vtpote qui ſolus iſthæc poterit exhibere : ſic fruemini Terra , quam iuramento expreſſo Deus Abrahamo , Iſaaco , & Iacobo promiſit, vt ea in poſteris potirentur.* *Vt daret eam illis.* Accipit paret in ſuperis cum filius in terra ſuſcipit ? Ergo parentes filios iuſtitiam edoceant , vt accipieotes filij præmia virtutis vel in terra, parentibus exhibeant beatis quid accipere poſſint , nempe accidentalem ex filiorum rectitudine gloriam.]

Deo nō ſeruire, ſeruitus eſt.

Deturbari quē à Religione, idem eſt ac perditioni eſſe addictum.

Prælatus, qui te blandum, & rigidum pro opportunitate ſubditis exponit , ſuo muneri ſatisfacit.

Parētes iuſti fælicitatem, iniqui poſteritati præcantant ærūnas.

Accipit beatus parens accidentalē gloriam ex filiorū proſperitate ex iuſtitiæ præmio.

CAPVT XXXI.

Populo , Ioſuéque Duci iam populi Moſes animos addit , Deuteronomium ſcripto conſignat , iubétque illud publice populo ſeptimo quoque anno remiſſionis prælegi , interimque latere Arcæ aſſeruari,

1. ABIIT itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc ad vniuerſum Iſraël , 2. & dixit ad eos : Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum vltra egredi , & ingredi , præſertim cùm & Dominus dixerit mihi : Non tranſibis Iordanem iſtum. 3. Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te: ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eam; & Ioſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. 4. Facietque Dominus eis ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum , & terræ eorum ; delebitque eos. 5. Cùm ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter facietis eis ſicut præcepi vobis. 6. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis ad conſpectū eorū: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & nō dimittet, nec derelinquet te. 7. Vocauitque Moyſes Ioſue, & dixit ei coram omni Iſraël: Confortare , & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in Terram, quam daturum ſe patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam ſorte diuides. 8. Et Dominus qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. 9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſraël. 10. Præcepitque eis, dicens : Poſt ſeptem annos , anno remiſſionis, in ſolemnitate tabernaculorum , 11. conuenientibus cunctis ex Iſrael , vt appareant in conſpectu Domini Dei tui , in loco quem elegerit Dominus , leges verba legis huius coram omni Iſrael , audientibus eis , 12. & in vnum omni populo congregato tam viris quàm mulieribus , paruulis

& aduenis, qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleántque omnes sermones legis huius. 13. filij quoque eorum qui nunc ignorant, vt audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in Terra, ad quam vos, Iordane transmisso, pergitis, obtinendam. 14. Et ait Dominus ad Moysen: Ecce, propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue: & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses, & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij: 15. apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. 16. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis: & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra, ad quam ingreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo. 17. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. 18. Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. 19. Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israël: vt memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël. 20. Introducam enim eum in Terram, pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cúmque comederint, & saturati, crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. 21. Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum illud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio, ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terram: quam ei pollicitus sum 22. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. 23. Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. 24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, 25. præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: 26. Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. 27 Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quantò magis cùm mortuus fuero? 28. Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. 29. Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. 30 Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cœtu Israël, verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

COMMENTARII.

1. Moses populum, ac Iosue populi Ducē roborat promittens Domini interminabilem protectionem.

Vers. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

ABIT ITAQVE MOYSES, &c.] Abiit itaque Moses & locutus est, id est, cœpit loqui verba, quæ sequuntur (Hebræis *abire, egredi, surgere* sæpe idem est, ac *incipere*.) Apte quidem *abiit* Moses, cum populo sacra facturus est verba, vt innuat suo Concionatorem efficacius loqui cum recedens ab auditoribus ostentatur. Haud tantum ponderis exprimit admonitio & correptio eius, quem minus verendum reddit frequens cum auditoribus consuetudo.] Centum (inquit vniuerso Israeli) supra viginti annos mea annumerat ætas: non possum, infirmis iam viribus, Ducem agere: præsertim cum Dominus nihil dixerit, Ante Iordanis transitum Abrahami transmeabis ad sinum. * Scio, canos prudentiæ documentum aptè regimini præponi: sed nimium matura ætas, aut ex infirmitate prorsus virilitas non virilis prorsus inepta est Præsulatui, ad cuius rectam administrationem necessarium est, Rectorem posse *egredi, & ingredi*, subditisque in cunctis docatum exponere.] Dominus ergo Deus tuus te præcedet in Arca, imò & inuisibiliter vbique aderit, vt hostes prosternat, ac Terra promissa potiaris: & Iosue præcedet simul Ducis munus exercens, sicut Dominus imperauit. † Copula particulas, *Dominus transibit ante te, Iosue transibit ante te.* Si Dominus præit, quid necessum Iosue simul præire? Quia Dux terrenus sine cœlestis Ducis munimine haud perficit victorias: Deus autem non vult solus cum hostibus decertare sed hominum coöperationem expectat. Ergò sine Deo auxiliatore non poterit fortissimus exerci-

Abeat Concionator, cū monet, quia eius verba minus efficacia reddit assidua cum auditoribus cōsuetudo.

Nimiū confecta ex annis aut laboribus ętas inepta regimini.

Sine Deo non poterit superare hostes infirmos licet fortis exercitus: vnde primū acquirēda, iustitia militibus curandum.

exercitus vel inualidos soperare hostes. Vnde Dux cogens exercitum simul debet Deum reddere propitium.] * At adhostes inuisibiles superandos Deus vult homines non otio torpescere solo Dei nitentes munimine, sed manus simul exercere ad certamina.] Dominus propitius Israeli Chananaeis delebit incolas, sicut Reges Amorrhaeorum Sehon & Basan, eorumque communiuit ditionem. Cum ergo Deus vobis Chananaeae tradiderit Principes eorumque ciuitates, eos ad Sehon & Og petentite exemplum, sicut vobis non semel imperaui. Viriliter agite animos colligite, ad tot hostium aspectum minime pauore afficiamini, quia Dominus tuus protector exsurget, nec te in certamine derelinquet. Aduocatque Moses Iosue populi ductorem, atque profatur coram omni Israel: Virtute miraculorum confortare, & vt armorum esto robustus. * Vt vis aliquando inualida ope miraculi roboretur, & vt exercitus non à solo miraculo victoriam expectet. Regna Christicola non debent totam belli fœlicitatem expectare à miraculo. Fauet Deus Catholico assistito Regno, sed vult, se comparari exercitus, sic militibus prouideri, ac si nulla spe miraculi niteremur.] Tu introduces Hebraeorum populum in Terram, quam, iuramento expresso, Dominus se daturum ei, patribus iam olim promisit: tu Hebraeis regionis terminos diuides sorte, & Dominus, qui primus ac praecipuus Ductor est populi tecum aderit hec dimittet; nec derelinquet: à formidine ergo penitus liberere. * Dei ab animo absentia est origo timoris, vnda cum formidine afficeris, debes de praesentia Domini dubitare: tum autem te à crimine immunem adindicas, illico debes excutere timorem.]

Sodalis nostris pagentibus pro nobis cooperatione & requirit.

Spe miraculi Regna Christicola animo gerant, sed ab omni spe miraculi nitantur.

Cum nullius peccati esse conscij iudicamus Deum nobiscum adesse, frustra formidine afficimur.

9. 10. 11. 12. 13. Scribsit itaque, &c.] Moses itaque ad diuturnitatis memoriam Deuteronomium consignauit scripto, & sacerdotibus Leui filiis tradidit, horum enim erat legem scire, populumque edocere, & in anno remissionis populo perlegere. * Si ergo sacerdotibus liber legis committitur à cunctis subditis obseruandae, eis simul indicitur edocendi populum obligatio.] Tradicit itaque Deuteronomium Sacerdotibus qui portabant Arcam Domini aliquando pietatis studio, & contestandae religionis desiderio, cum alioqui munus hoc Leuitarum esset. * Nullum in Dei domo est munus abiectum.] Et oportet Praesules aliquando subditorum officia studio humilitatis, & vt pondera inferiorum experiantur, obire.] Nec solum sacerdotibus, sed & senioribus Israel liber legis committitur asseruandus. * Vt aedificent communitatis Religiosae seniores debere etiam circa legum seu regularum communem custodiam inuigilare cum propriae obseruantiae exemplo, tum monendo sacerdotes, aut Praesules, si necessarium esse videatur.] Sacerdotibus igitur, ac senioribus Moses profatur: septimo quoque remissionis anno quando Tabernaculorum solemni Israelitae conuenient Domino Ieratori apud locum Tabernaculo, aut Templo eligendum legis huius praescripta per legite cuncto populo congregato tam viris quam foeminis, paruulis, &

2. Deuteronomium Moses scripsit, sacerdotibusque publice seprimo quoque anno remissionis legi.

Pœcerdotes fiunt doctores resident edoccedi populum obligatio.

Apud Dei domum nullum munus abiectum.

Praesules sub ditorum offi cia obeant aliquando, vt eorum pondera experiantur.

Seniores communitatis inuigilent circa communes observationes legum licet Rectores nô sint.

aduenis, qui è Gentilitate conuersi apud nos commorantur; vt audientes aedificent, & Dominum timeant, eiusque praecepta custodiant: & vt paruuli eorum, qui nihil adhuc nouerunt; ideoque hanc Dei legem ignorant, paruulis tu exponi praecipio. * Quam commendabilis Societatis Iesu institutio, qua tot Magistri edocendis paruulis fidei dogmata addicuntur ve qui nihil adhuc nouerunt edoceantur.] * Porro taxabiles parentes, quorum paruuli nunc ignorant, cum debeant eorum studere eruditioni.] Vt scilicet audientes & edocti paruuli à cunabulis Deum timere discant cunctis diebus vitae suae, quibus apud Terram, trans Iordanem, obtinendam erunt cōmorati. * Quod enim edidicimus ab infantia cunctis diebus quibus versamur in terra, tenacius retinemus.

Commendabilis societatis Iesu institutio circa pueros erudiendos.

Taxantur parentes, quorū defidia filij paruuli ignorant dogmata legis.

Quod à cunabulis edidicimus, tenacius vsque ad senectam & mortē retinemus.

14. Vsque ad 30. Et ait Dominus, &c.] Mosi autem sic Deus: Mortis tuae iam adest instantia, aduoca Iosue Ducem populi futurum, & ante Tabernaculi ostium consistite (Taberoaculum enim soli poterant ingredi sacerdotes) vt coram te ternum gerendarum rei praecepta tradam. * Non sufficit ad regendas Rectorem pollere sapientia, & prudentia, nisi à Domino specialiter instruatur. Ideo debet Tabernaculo haerelecta, seu orationis exercitamento assiduè vacare.] Abierunt ergo Moses & Iosue, & in atrio Tabernaculi constitere apparuitque Dominus in columna nubis quae populo via ductrix ostendebatur, recessit enim à loco in quo supra Propitiatorium adaras, & in Tabernacula stetit introitu, vt de illius ostio Dominus rectus nube ad Moysem & Iosue loqueretur. Mosi ergo Dominus, Ecce tu inquit, diem tuum obibis, & perges ad patres: populus autem Israeliticus post obitum eorū qui modo superstites exponuntur, deos alienos colet in Terra ad quam, transmisso flumine, ingredietur & ibi me, qui eum tam placida, tam fœcunda habitatione donaui, derelinquet, & irritum faciet foedus, quod cum eo pepigi frangens fidem, quàm saepe saepius mihi pollicitus est Quam magnum ingratitudinis documentum vbi contra Deum delinquere vbi peccator à Deo beneficio donatur egregio Hinc Regulatium crimen exaggeratur, ibi delinquentium, vbi singulari ad modum beneficio obaerati à Domino obticiuntur, qui ex Ægypto eos adduxit in promissionis vbertimam regionem, ex saeculo ad domum suam, ex pelago deduxit ad portum.] Hebraeis ergo ibi delinquentibus furor meus contra eos exardescet in illa die, & gestam vindictam, populum derelinquens, vultum beneuolum, protectionem, aliaque inoumera coelestia subtrahens beneficia: vnde, absente me, immanem hostium cogetur subire direptionem, cunctisque incommodis vulnerabitur, omnium malorum fluctibus obruetur adeo, vt cogatur profiteri: Verum, quia Deus mecum non adest, me tot inuenarunt incommoda. Praesentia Dei omnium est bonorum scaturigo, fons autem Dei absentia siccatur, & dulcissimis, vndis animus enaeuatus, amarissimis è peccati pelagago fluctibus oppletur.] Ego autem meam faciem abscondam illa specialissima ab-

3. Asseruandum traditur Deuteronomiū sacerdotibus, iubetur populus ad audiendum carmē quod Moses condidit.

Rectorē prudentia pollere necessarium à Deo instrui est orationis exercitamento.

Magnum ingratitudinis documentum delinquere ibi, vbi à Deo specialissimo beneficio donatis. Religiosorū delinquentium in Religione hinc crimina aggrauantur.

negans auxilia, quibus velati filios eos nutriebam, quia Deos alienos in Chananæa colere gestierunt. Nunc itaque scribite Canticum id, quod meus vobis dictabit spiritus (Capite sequenti) idque filios Israel edocete vt memoria retineat, & ore decantent cum vt pœnarum infligendarum iugi recordatione, à crimine abstineant, tum vt cognoscat, cum pœnis his diuerberati fuerint, non à casu, sed ea diuino supplicio prouenire.* Vt hinc subtaxetur hominis stultitia, qui innumeris actus ærumnis, vix aliquando cogitat, an peccatorum effectos existant.] * Pondera particulas. *Memoriter, teneant, & ore decantent.* Haud dubium, quin pia carmina cooferant ad animi salutem, quemadmodum impia, cantica exci-tant ad impudicitiam.] * Vnde sicut Deus pia carmina dictat ad hominum salutem, diabolus dictat impudica cantica ad hominum perditionem. Non vos ô poëtæ lasciuientes estis carminum conditores, sed transcriptores solum, diabolus enim dictator assurgit.] Quo quidem fiet, vt mihi carmen istud pro testimonio adsit, quod vel eorum improbitatem, & ingratitudinem coarguat, vel punitionem infligendam contesteiur: nè se vel non de flagitio admonitos, vel de supplicio non præmonitos esse querantur. Introducam quidem populum in Terram vberrimam, quã iuramento expresso patribus promisi. Cumque comederint, saturati, crassique fuerint, id est, postquam tot vberrimæ telluris fructibus potiti fuerint, ad simulacra adorata à gentilibus conuertentur, & eis obsequium litabunt, mihique detrahent, spernent, contumeliis afficient. * Quam agnatum iis, qui ex domino vno recedunt, vt alteri seruiant, detrahere priori, vt gratiam posterioris adulationibus valeant aucupari.] * Non cadant sine pondere verba illa: *Cum comederint, & saturati, crassique fuerint, auertentur ad deos alienos* Bonorum affluentia assolet idolorum ingerere adorationem sine homines allicere ad voluptates,] irritum pactum meum efficient, quo me sibi Deum vnicum elegerunt, fœdus ineuntes. Postquam igitur Hebræi malis immeris, diris afflictionibus pressi fuerint, stupentesque requisierint quænam ob caosam tam ingentia patiantur incommoda: respondebit eis canticum istud, quod nulla ex posterorum ore obliuio delebit, eos de improbitate redarguens, & pro merita flagellari ostendens. Scio cogitationes eius (*LXX. malignitatem*) figmentum scilicet animi, scio, non deesse qui mala cogitent, non obstantibus tot maledictionibus, tot admonitionibus, tot contestationibus expressis. Cogitat enim ingratus post desideria cordis properaturum, postquam fuerit Terram, quam eisdem pollicitus, assecutus. * *Malignitatem* Moses vocitat huiusmodi cogitationem: Postquam donatus fuero cœlesti munere, deliciis indulgebo. O quot maligni apud Christicolas, qui à criminibus solummodo abstinent, quo tempore expetunt aliquo à Deo beneficio donari, post acceptum illico ad piacula redituri.]

Stultitia peccatoris, qui tot actus ærumnis, non agnoscit eas ex criminibus profluere.

Pia carmina excitant ad virtuté, impia ad impudicitiam.

Deus dictat pia carmina, diabolus autem cantici lasciui auctor est.

Agnatum ei, qui ab vno domino recedit, vt seruiat alteri: priori detrahere, vt posteriori aduletur.

Bonorũ affluẽtia assolet homines ad voluptates allicere.

Multi à peccatis solummodo abstinét, dũ expetunt à Deo aliquo beneficio donari, post acceptũ ad piacula redituri. Hi prorsus maligni.

Moses canticum scripsit inferius subiiciendum, & Hebræos id edocuit coram eis recitando, exhibendo exemplar vt transcriberent, & apud se retinerent. Dominus autem Iosue Nun filio præcepit, hoc loci primum incipiens ei alloqui, vt ei auctoritatem apud populum adiungat, & vt, iam morituro Mose, ei populi præfecturam confirmet. * Præsulem enim cum Deo colloqui auctoritatis apud subditos est conciliatio. Magni enim ducũt Rectorem subditi, quem orationi addictum aspectant.] Exere, inquit, ô Iosue animi fortitudinem, necessariam quidem ad Præsulatus munus obeundum: tu enim populum Israel in Terram, quam ei sum pollicitus, introduces. Nec cuncteris conscius difficultatis: ego namque tecum adero opportunus auxiliator. Quamtumuis enim *confortarus, & sis robustus* prudentia, sapientia, ac animi magnitudine, nisi Deus tecum adsit omnium actionum trutinator; infirmus, ac languidus apparebas:] Postquam ergo Moses verba legis huius in Volumine exarauit, quod appellauit Deuteronomium sacerdotibus Leui filiis, qui portabant Arcam fœderis imperauit: Tollite librum hunc, & sanctuarium ingressi, eum non intra Arcam, vbi tabulæ testamenti asseruantur: sed extra in latere Arcæ fœderis prope vas Mannæ, & Aaronis virgam collocate: vt adsit inibi contra populum, eum de piaculis arguens. Sacra enim Volumina nunquam non delinquentes coarguunt, mutæ sunt peccantis populi correptiones.] Ego scio ô Israel rebellionem tuam, contumaciã, ceruicis duritiem iugi quidem impatientem. Adhuc viuente me ducatumque gerente vobiscum, nunquam non vos contentiosos contra Dominum ostentastis, eum prouocantes ad iram: quanto magis, cum abscessero, rebelles eritis, quando deerit quem vos tantopere reueremini. Vtpote qui abstractus à vobis fuit educatus, non sicut Iosue vobis ab infantia cognitus. * Nec dubium quin subditi haud tanti æstiment Præsulem, cuius aspectauere cunabula. Congregate ad me omnes Tribuum Principes, seniores, ac Doctores, vt eis præcipue cantici carmina exponam * E Præpositis enim subditis reliquis eruditio est deriuanda: nec poterit populus edoceri legem, quam non Præsules didicerunt.] Contra eos itaque cœlum ac terram Angelos scilicet atque homines inuocabo futuros plane tantæ testes impietatis, meæque extremæ ad populum ingratum admonitionis. Noui enim ex Numinis afflato, vos post obitum meum crimine defœdandos citò de via, quam vobis præscripsi, recedentes, & idcirco diris afficiendos esse suppliciis, quia Dominum vestris actionibus iniquis ad iracundiam excitabitis. Moses itaque vniuerso Israelitico populo exaudiente, quia Dominus senilem adauxit vocem, vt ad omnium posset aures deferri, sequentis Cantici carmina exposuit, & ad finé vsque, haud deficiente spiritu, perduxit.* Porro *audiente vniuerso cœtu* Israel, senex Cãticum exprimit, quia audientes Præfecti, ac maiores natu debent inferioribus explicare.]

Subditi eum Rectorem magni ducũt, quẽ orationi addictum aspectant.

Nõ sufficit prudentia ac sapiẽtia Præsulibus, nisi eis Deus adsit omniũ actionũ trutinator.

Sacra Volumina nũquã nõ peccatores coarguũt.

Subditi non tanti æstimant Præsulé, cuius aspectauere cunabula.

Si Præsules legis præcepta ignorant, subditi quomodo edocebuntur.

Debet Præsules subditis exponere præcepta legis, prœmia & supplicia.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Iam iam obituri Mosis cygneum Canticum potentiæ, Sapientiæ Dei, creationis, diluuij diuisionis linguarum, electionis populi Israël, veri Dei cultus, beneficiorum dogmata referens ad compendium, legis totius facilè summarium.

1. AVDITE cæli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.

2. Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.

3. Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.

4. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia, Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.

5. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus: generatio praua atque peruersa.

6. Hæccine reddis Domino popule stulte, & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

7. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

8. Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël.

9. Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.

10. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.

11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

12. Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.

13. Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo.

14. Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.

15. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.

16. Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

17. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.

19. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.

20. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.

21. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

22. Ignis succensus est in furore meo & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

24. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium.

25. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

26. Dixi: Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27. Sed

ira vt curati nequeas. 28. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis. 29. & palpes in meridie ficut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas. & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te, 30. Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. 31. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. 32. Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. 33. Fructus terræ tuę, & omnes labores tuos, comedat populus quem ignoras, & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, 34. & stupens ad terrorem eorum quę videbunt oculi tui. 35. Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum. 36 Ducet te Dominus & regem tuum, quem constitueris super te in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & seruies ibi diis alienis, ligno, & lapidi. 37. Et eris perditus in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. 38. Sementem multam facies in terram, & modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. 39. Vineam plantabis, & fodies: & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus. 40. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia defluent, & peribunt. 41. Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. 42. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuę rubigo consumet. 43. Aduena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior. 44. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. 45. Et venient super te omnes maledictiones istę, & persequentes apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias, quas pręcepit tibi. 46. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum. 47. eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lętitia, propter rerum omnium abundantiam: 48. seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria: & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. 49. Adducet Dominus super te Gentem de longinquo, & de extremis terrę finibus, in similitudinem aquilę volantis cum impetu: cuius linguam intelligere non possis: 50. Gentem procacissimam, quę non deferat seni, nec misereatur paruuli. 51. & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges Terræ tuę: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium: donec te disperdat. 52. & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit Dominus Deus tuus: 53. & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. 54. Homo delicatus in te, & luxuriosus valdè, inuidebit fratri suo, & vxori, quæ cubat in sinu suo, 55. ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas comedet: eò quòd nihil aliud habeat in obsidione & penuria, qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas 56. Tenera mulier & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere, propter molliciem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, super filij & filiæ carnibus, 57. & illuuie secundarum, quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. 58. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est, Dominum Deum tuum: 59. augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerantes, infirmitates pessimas & perpetuas. 60. & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi: 61. Insuper & vniuersos languores, & plagas, quę non

sunt

sunt scriptę in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat: 62. & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cęli prę multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui. 63. Et sicut ante lætatus est. Dominus super vos, benè vobis faciens, vósque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de Terra, ad quam ingrederis possideudam. 64. Disperget te Dominus in omnes populos, à summitate terræ vsque ad terminos eius, & seruies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. 65. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore: 66. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. 67. Manè dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: Quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. 68. Reducet te Dominus classibus in Ægyptum, per viam de qua dixit tibi vt eam ampliusnon videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat.

COMMENTARII.

1. *Benedictiones, quibus donādi sūt legis obseruatores exponuntur.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

SI AUTEM AUDIERIS VOCEM, &c.] Si recta animi intentione vocem Domini audieris, vt eius voluntatem edoctus, studeas præcepta iudicialia, ceremonialia, atque moralia quæ hoc tempore Dei nomine tibi præcipio, adimplere: Dominus Deus tuus fœlicitate, opibus imperio cunctis nationibus præcelsiorem efficiet: & hisce opplebetis cœlestibus benedictionibus te quidem apprehendentibus, siue persistenter tuæ hærentibus ditioni, si persistenter diuinæ hærescas voluntati. * Nec enim æstimanda illa bona obiciuntur, quæ *te* non *apprehendunt*, siue quæ persistent r nequeunt possideri.] * Ille autem diu vel terrena possidet bona, qui persistenter diuino mancipatur obsequio.] Certe in omnibus bonis, quæ habueris in ciuitate, & in agro, prosperaberis. Fœliciter liberos procreabis, eisque fœliciter potieris. * Non fœlicitas procreare filios, si in fœliciter educantur, & infœliciter amittuntur. Vitæ iustitia dat & liberos procreare, & eis fœliciter potiri.] Vberrimos è terra colliges fructus, equorum camelorum, asinorum propagatione, armentorum & gregum multitudine perfrueris. Benedicta horrea tua frumento, omniumque messium granis opplenda: & reliquiæ tuæ, quæ ex bonis asseruanda in futurum reposueris à putredine, à furibus liberandæ. * Nec enim congregare diuitias est benedictio, sed earum ad vsus conseruatio.] Benedictus eris ingrediens, & egrediens, quia in omnibus actionibus & negotiis tuis incolumis, votique compos euades. * Et quomodo potest gessuum dexteritate ingredi, vel egredi, qui prauis actionibus semper properat è sinistra? Inimici tui aduersum te insurgentes absque magno labore tuo, fauente Numine tuo in conspectu prouoluentur: per vnam viam vniti, & congregati ad te venient vulnerandi: & casso impetu, per septem à facie tua diffugient, eorum instar, qui ab hostibus deuicti sine consilio & ordine incedunt, & viam, quæ cuique se se ad fugam offert, sine vlteriori discussione arripiunt. Omnem Deus super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum prosperitatem immittet, tibique in Terra, quam accepturus es vbertim benedicet, te constanter suum constituens in populum sibi applicatum ab aliis seiunctum gentibus. (* Quomodo enim *te* Deus *suscitabit sibi in populum sanctum*, si populis non separet ab iniquis? Vix enim quis valet inter iniquos gerere sanctitatem.]) quemadmodum apud montem Horeb cum legem exponeret, tibi promisit, si legis cultos, si rectæ viæ sectator exsurgeres Porro omnes terrarum populi te aspicientes tot tantisque beneficiis donatum à Domino aperte cognoscent nomen Dei super te esse inuocatum hoc est, quod populus Dei sis, & voceris. * Quam apte ad ostensionem populi omnibus à Deo donatum beneficiis, hæc particula apponitur: *Videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini inuocatum sit super te*, & illa adiicitur: *Abundare te faciet Dominus omnibus bonis*? Liceat Iesuitarum Ordini accommodare. Vis omnium bonorum cœlestium nostræ Societatis aspectare epilogationem? Vide *quod nomen Domini*, quod nomen Iesu *inuocatum sit super eam*.] Te ô Israel faciet Deus bonis omnibus abundare, quæ tibi ad cœlestia acquirenda ansam exhibeant, nempe fructu vteri ex prolis abundantia, fructu iumentorum, fructu terræ, quam patribus tuis Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo iureiurando expresso promisit tibi tradendam. Aperiet Dominus opportunis temporibus thesaurū suum optimum vbi recondit ea, quibus homines in terra ditat, nempe cœlum, seu æther vt pluuiam germinum omnium facile parentem profundat: benedicetque manuum tuarum operi, ne frustra terram aratro subegeris, ne inutiliter sementem sparseris. Multis populis mutuum poteris præ opibus exhibere: ipse autem

Bona nō sūt appellanda, quę persistēter nequeunt possideri.

Dio vel terrenis potitur bonis, qui persistenter Domino seruit.

Nō est fœlicitas procreare filios, sed eis fœliciter frui.

Nō est benedictio cōgregare diuitias sed eas ad vsus cōseruare.

Non potest esse dexter in gressibus actionū, qui sæpe è sinistra malitiæ pergit.

Vix poterit homo sāctitatē colere inter iniquos.

Qui videt Societatē nostrā Iesu nomine vocati, videt eā omnibus à Deo bonis cœlestibus oppleti.

tem à nullo mutuum accipies, quia nulla re-

Dei est benedictio, posse aliis fœnerare, & aliorum fœnore; nō indigere.

ona indigebis. * O quam præstans à Deo benedictio est posse aliis te fœnerare, nunquam alieno indigentem fœnore.] Constituet te Dominus in caput, & non in caudam: (forma dicendi adagialis est) hoc est, reliquis gentibus superior eris, alij nunquam inferior: cūctis nationibus imperitabis subiectus nemini: si tamen Domini Dei tui quæ hoc tempore obseruanda à te recolo, audieris custodieris, ac feceris, recta procedens via sine ad impia

Subditi in morē semper humi serpunt.

simulacrorum cultum deuiatione. * Pende particulam *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam*, Id est, imperabis, non obsequeris, Præsul eris, non subditus. Ergo subditum esse idem est, ac caudam existere? O subditorum sortem, semper instar caudæ humi serpentium!

15. *vsque ad* 45. QVOD SI AVDIRE, Quod si nolueris Domini Dei tui imperiis obedire, vt præcepta custodias, & ceremonias à me hisce diebus expressas obserues: omnes hæ maledictiones super te contorqueantur, & tibi in hærescant: In omnibus bonis, quæ habueris in ciuitate, & in agro imminueris. Tuum horreum vacuumq; exponetur, quæque in posterum asseruanda reposueris computrescent. Filiorum, fructuum terræ, armentorum ac gregum sterilitate laborabis. Omnia negotia tua infœliciter exercs. Fame & esurie, immittente Domino flagellaberis. *Esuries* Hebr. מהומה *mehuma*, siue *imperfectio*, *cades*, *interitus*, *pauor*, *terror*, *tumultus*, *insania*. Omnia hæc & alia innumera incommoda in vno famis, auriesuriei malo continentur. Vt ediscas quam sis debitor Numini cum messes vbertim colliguntur.] Immittet simul Deus increpationem in omnia, quæ gesseris, opera, id est, nunquam non aderit qui tuas subtaxet actiones: donec te conterat, ac velociter comminuat propter tua pessima gesta, quibus me ad iracūdiā prouocasti. * An pessimæ adinuentiones condignè increpatione flagellantur? *Mittet Dominus increpationem in omnia opera tua*. Lxx. pro *increpatione posuere cōsūptionem*; radix enim, ex qua vox Hebræa deducitur *increpare* & *perdere* significat. Certè omnes actiones hominis subtaxari, reprehendi, corripi, tàm molestum est auctori, vt idem sit ac consumi & perdi. Si consumptione, & perditione piacula dire verberantur, increpatione videntur assidua fortiter flagellari.] Te Dominus pestilentiæ infectione percutiat, donec de Terra, qua potiturus es, violenter eripiat, Te vulneret egestate, gladio ancipiti crudeliori: immoderato frigore, æstu immodico efficiat, siue febri terriana corripiat, ardore nunquam intermittente faciat æstuare. Porro Lxx. pro *ardore transtulerunt*, ἐρεθισμὸν quę vox significat irritationem, pruritum, rubionem, quæ in corpore ex ardore assolet prouenire. Corrupto te aëre feriat, & rubigine faciente segetes ægrotare, vento Orientali spicas ingrediente: & persequatur, donec omnino perire cogatis. Adeo æneum cælum experiaris, vt imber non fluat, quo sata rigentur, sed instar æris durum existat: terram autem ferream ita, vt duritiæ, ariditate, ac sterilitate ferri venam imitetur. Cùm aqua plu-

Multa in peccatores cōtorquētur maledictiones.

Vno famis malo innumera incommoda continentur.

Increpari & reprehēdi cūcta gesta hominis idē est ac hominem perdi.

uia indigeas, qua solum mollescat, omnia tibi contraria contingant, arido puluere loco imbris volitante, è cœloque sterili delato cinere, donec deficientibus cibis aut depereas, aut conteraris. * Ad contritionem enim conferunt admodum ærumnarum flagra.] Ante hostes tuos te Deus procidere cogat, vna ad decertandum cum eis via progrediare certa. at tanta perturbatione res geratur te deuicto, vt quæ sese obtulerit ad fugiendum via à te sine discussione arripiatur: & tuum cadauer volucrum ac bestiarum ventrem sepulchrum efficiat vt dum cares sepulchro, & a bestiis cadeuoratus extremam Iudæorum subeas calamitatem. Cum autem cadauer miserum volucribus, & bestiis dederit escam, nullus pius adsit, qui abigere valeat. * Extremæ prorsus calamitatis est & ab hostibus vulnerari, & nulla agnatæ naturæ pietate defendi.] Percutiat te Dominus vlcere seu vesicis turgentibus queis Ægyptus fuit flagellata: & hæmorrhoidarum morbo premaris, scabieque sicca ac viridi sine spe medicaminis molesteris. Te amentia, cæcitate mentis, ac furore Dominus torqueat adeo, vt res luce clariores tibi caligine plenæ obiiciantur, (quem admodum lumine captus manu tenebras apprehendit) & inopia consilij res tuas male ac imprudenter tractes vnde tibi cuncta infœliciter eueniāt. Nunquam non calumniam sustineas, & violentia opprimaris à liberatore omnino destitutus. * Verbum illud: *Calumniam sustineas*. magnum esse calumniæ pondus innuit, quod vix possunt validissimi humeri sustinere.] Vxorem ducas & alius, te sciente, nec valente prohibere, virgine potiatur; domum construas, & post diuturnam sumptuum appositionem, te vita functo, aut exturbato, alij gratuitò possessio donetur. Plantes vineam, & post tot exanthlatos labores vindemiam non facias. Bos tuus coram te occidatur, & nulla tibi ex eo portio cedat. Asinus te vidente abripiatur à fure, vel ab iniquo ciue: & ex Iudicum iniuria tibi non reddatur. Gregem tuum inimicus tyrannide possideat, & non adsit qui tibi ad recuperationem ferat opem. Filij tui & filiæ alieni populi vi seruituti addicantur, occulis tuis aspectantibus, & præ cordis angustia tabescentibus tota die antequam omnino abstrahantur, quia in manu tua ad eos eripiendos nulla est fortitudo. * Quid dirius homini, quam filiorum ærumnas aspectare nec posse succurrere? Hinc edisce Dei parentis angustiam *tota die* filium Cruci suffixum aspectantis, nec eripere à ligno valentis.] Fructus terræ tuæ, quos laboris manuum tuarum mercedem aspectabis, populus abripiat ignotus (nec enim tanto afficereris mœrore si amicus ac notus eriperet) & semper sis calumniam sustinens, & cunctis diebus oppressus dum, sine culpa, calumniarum pœna flagellaris. * Quam aptè post particulam, *sis semper calumniam sustinens*, consequenter addidit, & *oppressus cunctis diebus*, vt miserum affecti calumniis describat statum. Maxima enim ærumnarum est innocentem non solum calumniis peteti, sed & supplicio agnato calumniis vulnerari. Testor subditum, quem calumnia affectum *cunctis diebus vitæ suæ* Re-

Ad cōtritionē cōferunt ærumnarum verbera.

Extremę calamitatis est dire vulnerari, & à nullo defendi.

Maxima calumniarum pondus.

Deipar ę angustia Iesum videntis suffixū tota die, nec valentis à ligno eripere.

Magna subditi ærumna, quę ob calūniam Rector omnib. diebus vitæ suæ opprimit, nec ei fidit.

ctor

ctor opprimit, nihilque in eius fide statuit.] Oppressionem tuam interminabilem sequetur stupor ex terrore eorum, quæ oculi tui aspectabunt. Quid enim omnibus vitæ suæ diebus oppressus videre poterit nisi exortas ex tyrannide actiones continui pruriginem horroris? Genua tua, & suræ, seu tibiæ pessimis vlceribus percutiantur: & à planta pedis vsque ad verticem capitis immedicabilibus pustulis vulnereris. Te ac Regem tuum quem tibi imperaturum constitues, Dominus adducet in gentem ignoram tibi ac patribus: vbi alienis seruies idolis, ligno quidem & lapidi, siue indigenarum prouocatus exemplo, siue Regum illius regionis imperio, ac terrore compulsus. (Id Israelitis contigisse Dan. 3. exponam.) Erisque perditus in prouerbium, & fabulam cunctis in popolis, ad quos te Dominus intruduxerit. * Chald. *Eris in desolationem*. Cum enim quis vulgi datur in fabulam omnino iam eum desolatum existima. Vnde apte? Textus *Eris perditus in prouerbium & fabulam*. Nobiles hinc fœminæ edisçant perdi omninò famæ fulgorem cum primum murmurationi vulgari materiam exponunt.] Multum sementis telluri committes, & exiguam efficies messis collectionem, quia omnia locustæ cedent in cibum: *Omnia* quidem *locustæ vorabunt* licet *modicum* congeges, quia parum pro nihilo reputatur ei, qui multam sementem in terram sparserat. * Cùm te videris post tot sementis spiritualem iniectionem messe ornatum exigua, te omnino captum fructibus poteris reputare, qui cœlestia horrea opplere potuisti.] Vineta plantabis, ac fodies, nec merum exhaurire dabitur tibi, nec saltem acinum reperire, quem colligas, qua palmites penitus vastabuntur à vermibus. Oliuas cunctis tuis in terminis possidebis, & ex tanta vi arborum nec ad inunctionem olei exprimetur stilla: immaturæ enim spes fructus venti impetu, aut morbo intrinseco defluent, & peribunt. Filios, ac filias generabis, sed eis minimè perfrueris: quia addicentur seruituti. Cunctas arbores tuas, omnes fruges rubigo ex aeris intemperie caussata consumet. Aduena qui tecum in terra versabitur, quem heri nudum aspectabis, cras adeò ornatum intueberis, vt illi submitti cogaris. * Hebr. *Aduena ascendet super te sursum sursum, tu autem descendes deorsum deorsum*. Certè inter ærumnas debet annumerari immoderata hæc diuitis ac pauperis vicissitudo. *Sursum sursum* siue magnis diuitiis oppleri eum, quem inopem aspectauimus: & *deorsum deorsum* siue summa paupertate deiici eum, quem inter diuites caput attollere videramus.] Si ergo vel aspectantibus hanc fortunæ vicissitudinem heresçit ærumna, quid diuiti olim iam inopi effecto, dum despectum ac inopem olim iam sibi imperantem aspectat?] Nil ditius infælici, quam fælicem videre quem fælix aliquando ipse infælicem aspexerat.] Ipse aduena cui aliquando fœnus dabis, tibi fœnus exhibebit, & tu paupertie pressus ei non poteris fœnerare. * Si inter maledicta computetur quem non posse mutuum indigenti præstare, Dei est benedictio mutuum posse exhibere. Ergo te maledictum profiteris, quotiens petente paupere à te fœnus, asseris porrigere non posse.] Ille itaque te celsior exsurget, tu si lubeat aspicere, ex imò lumina cogeris attollere. Omnes igitur hæ maledictiones super te cõtorquebuntur, tibique tenaciter adhæresçent, donec cogaris interire. * Maledictiones enim peccatoribus inflictæ, veneni pigritantis instar, tandem inferunt mortem.] Quoniam Dei præcepta iudicialia, ac moralia non custodisti, nec ceremonias obseruasti, quas tibi gerendas imperauit.

Desolatus ac perditus omnino est, qui vulgi datur in fabulam.

Religiosi fructus exigui quasi pro nihilo reputantur.

Inter ærumnas computari debet, summa paupertate videre deiectum quem videris diuitiis affluere, & summa diuitiarum copia aspectare oppletum, quem vidimus inopia laborantem. Dirum infælici est, videre fælicem, quem fælix aliquando ipse infælicem aspexerat.

Sc maledictum esse profitetur, qui asserit, se non posse pauperi fœnus, seu mutuum exhibere.

Maledictiones peccatoribus inflictæ veneni pigritantis instar demum inferunt mortem.

46 *vsque ad* 68. ET ERVNT IN TE SIGNA, ATQVE PRODIGIA ET IN SEMINE TVO VSQVE IN SEMPITERNVM, &c.] Te signa & prodigia, seu insignes, atque portentosæ calamitates vulnerabunt, quæ tuos iniquitates paternæ participes posteros semper insequentur: eo quod Domino Deo tuo obsequutus non es cordis gaudio, animique lætitia, cum tamen Deus bona omnia affluenter suppeditaret, quæ tes merito abs te huiusmodi exiget gratitudinem. * Ingratus enim admodum, qui tot bonis donatus à Domino haud ei cordis exultatione seruit. Quid si obsequij loco largitoris oculos piaculis offendisti! Tanta hominis, ne dicam feræ ingratitudo nequit verbis æquari.] Qui Deo seruire noluisti, inimico tuo serutes, (quem Dominus ad te immittet) in fame, siti, nuditate, omnique penuria, qui quidem humeros tuos grauissimo, ac durissimo iugo comprimet donec omnino conterat. * En peccatoris miseriam, à Deo vltrò recedere cunctorum bonorum largitore, & Diaboli subire seruitutem in fame, siti, ac nuditate. O quam stultè tam restricto Domino seruis.] Gens de vltimis terræ finibus in te à Domino adducetur vindicatore, quæ, instar aquilæ diripientis, celerrimè, ac violentissimè aduolabit vt te deprędetur: (Innuitur Babyloniorum, & Nabuchodonosor dominatus, qui Ezech. 17. 3. aquilæ comparatur.) cuius linguam haud poteris intelligere: vnde ne verbis quidem ab aliquo eorum minus crudeli vllum poteris sperare solatium. * Vereor ne huiusmodi supplicio nunc Christicolæ afficiantur, qui seruituti vitiorum addicti nec pij concionatoris sermonem intelliguot, è quo possint sperare solatium, ob inusitatum vel sapientibus idioma. An non hæc populi fidelis calamitas à piaculis habet exortum? [Gens illa aduentura procacissima erit, perfrictæ frontis, barbara, audax, ac inhumana, quæ reuerentiam non deferat seni, nec misereatur paruuli, quæ equos suos tuos immittet ad agros, vt frugum tuarum nihil messi relinquant, teque & hominum, & iumentorum pabulo euacuent: vnde sine tritico, vino, oleo, armentis, ac gregibus à Gente barbara diripiendis, disperdaris, vel tuis conteraris in Vrbibus: & ob multiplices hostium impulsus stabiles muri tui, quibus fidebas, penitus solo exæquabuntur. Vrbes tuæ obsidione cingentur te intus commorante, vbi fame horribili pressus cogeris comedere natos, (id accidit in Ierosolymæ excidio sub Tito.) filiorum ac filiarum tuarum quod in ipso obsidionis tempore à Domino accipies carnes præ famis angustia suauissimum tibi cedent in epulum

3. *Adhuc leges transgressores maledictionibus diuerberantur.*

Ingratitudo est largitori Deo nõ seruire: quid erit eum offendere.

Peccatoris stultitia recedentis à Deo munificentissimo, vt restrictissimo diabolo seruiat.

Ob Christicolarũ crimina Deus permittit Concionatores, quorũ linguam intelligere nõ possimus.

epulum: vt recens natus cunæ loco ventris paterni ineat sepulchrum. Homo qui fuerit in te luxui, ac delicijs magis addictus, fratri suo, ac vxori dilectæ negabit filiorum suorũ portionem, & discerptum cadauer abscondet, vt in diem proximum suæ diræ fami reseruet, quia in tanta rerum fermentum edulio penuria nihil aliud poterit sperare. * Tantæ æstimationis est, vel viuere in diem.] Tenera ac delicata mulier, quæ vix præ nimia mollitie poterit sine baiula incedere famula viro suo dilectissimo occisi à se filij ac filiæ carnes abnegabit: imò & recens natum infantem abscondet ve mactet, & comedat, & membranulas ipsas, quibus fœtus in matris vtero inuoluitur, & quibus obuelatus erumpit cum prodit in lucem suauissimum affectabit in epulum: clàm enim mater misera nesciente viro, vir autem, vxore ignorante, filiorum cadauere vescetur propter rerum omnium penuriam ad quam ciues ex obsidione redigentur. Nisi ergo custodieris præscripta omnia regis, quæ in hoc Deuteronomij sunt exarata volumine, & Dei nomen gloriosum quidem ex bonorum collatione, & in pœnarum expressione terribile timueris, hoc est, Dominum Deum tuum qui iustis præmia confert, & iniquis pœnam infligit: Dominus adhuc tuas, filiorumque plagas augebit, horribiles planè ac pertinaciter adhærentes pessimas (ex. gr.) ac perpetuas infirmitates, quæ ab interna humorum intemperie procedant. * Si qualibet assidua infirmitas adeo est molesta, vt meritò eorum qui ea premuntur, vicem doleamus: quid cum miseri pessima hac infirmitate afficimur? Vt exponam huiusmodi langorentis miseriam, premo illam particulam: *Augebit Dominus plagas tuas.* Postquã tot horribiles diræ famis cogentis ciues vt filijs vescerentur, auget plagas affirmans langoribus pessimis ac perpetuis esse homines flagellãdos. Ergo perpetua hac pessima premi infirmitate præface plagæ vincit horrorem. Doleigitur vicem miseri illius qui graui ac perpetua infirmitate afficitur] * Et quænam precor vel leuia infirmitatis pessima nõ fit ex perpetuitate? Hinc tartareæ interminabiles pœnæ maiori te horrore percutiant.] Et conuertet in te, ac colligabit Deus omnes illas Ægypti plagas, quas vel cum incolumitate fruereris, timuisti: quæ quidem non te vti illos transeuntes vulnerabunt; sed persistenter contorquebunt. * Si Hebræi Terræ Gessen immunitate potiebantur, cur asserit Moses plagas Ægypti timuisse? *Quas timuisti?* Quia proprium est iusti nunquam non timere cùm iniqui flagellantur. Semper enim iustus dubius debet existere, num Numini gratus existat.] Insuper & vniuersos langores internos, & plagas externas, quæ in hoc volumine non recensentur, super te Dominus colligabit, donec omnino conterat. Pauci remanebunt, qui prius stellarum numerum exæquare poterunt plane innumerabilem: quoniam Domini legibus parère noluisti. Et sicut antea Deus sibi in populo Hebraico complacuit benefaciens vobis temporalium abundantia bonorum, vósque multiplicans & numero & potentia: sic lætabitur, vos disperdendo, ac subuertendo, vt à Terra, quam possidendam inibitis, deturbemini. * Expende particulas: *Sicut lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens: & sic lætabitur, disperdens vos.* Neque enim minus est Deo delectabilis actus, quo punit improbos, quam ille, quo iustis præmia largitur. Noli fidere beneficijs à Deo in te collatis, quibus ipse largitor lætatus est, æque lætabitur te tartaro dum, addicit ingratum.] Te Dominus in omnes nationes quæ adsunt ab extremitate terræ vsque ad terminos eius disperget: & in pœnam præcedentium delictorum Domino permittẽte, diis seruies alienis quos tu, ac patres ignorarunt, ex ligno scilicet ac lapide simulacris. * Quodnam dirius supplicium subdito, quam Præsuli ligno ac lapidi inseruire: qui quidem aut lignea segnitie laboret, aut lapideo iniquo dictamini hæreseat? Porrò apud gentes illas, in quas te dispergam, non quiesces: sed hùc illùc motu continuo cogẽris abire. Vbicumque enim steteris, Deus cor tuum efficiet pauidum, & nimio terrore perculsum etiam nulla causa timoris imminente: oculos tuos præ tristitia tabescentes, offusos præ lacrymarum fluxu: animam tuam adeo mœrore absumptam reddet, vt fugam semper inire mediteris, si fortasse alia regio tuum minus miserum reddat statum. * Sed cum plagæ doersæ mores non mutent, plagæ supplicij non mutantur.] Erit itaque vita tua tantis periculis obnoxia, vt sit velut pendens antere, singulis enim instantibus mortem instare suspicaberis. * O duritiam, quæ ad assiduum mortis aspectum non emollitur.] Noctu interdiùque timore percotieris, nec credes vitam posse ab exitio liberari. Matutina dum lux fuerit exorta, clamitabis: Quis deducat ad vesperum? Vespertina autem tenebrarum instantia, mutata ex apprehensione sententia, profaberis: Quis mane reducat? non credens te viuum à vespere ad mane, à mane ad vesperum vsque posse pertingere, propter cordis formidinem, qua terreberis, ac propter ea, quæ experieris incommoda. Reducet Dominus tempore vastationis à Romanis gerendæ classibus in Ægyptum de qua Dominus iussit, vt eam amplius non videres. Ad Ægyptum ergo terram tibi inuisam, & exosam Deus faciet hostili reduci coactione non iam terrestri itinere, vt aliqua spes sit elabendi: sed nauibus, vt non possis effugere. Ibi inimicis tuis ô Israël in seruos & ancillas offeréris ab hostibus, venalis exponetis, nec erit qui emat; tam multi eritis, & tàm vilia vos esse capita existimabunt.

Magnæ æstimationis est, vel in diem viuere.

Doleamus vicem illius, qui perpetuo graui afficitur langore.

Vel leuis infirmitas ex perpetuitate sit horribilis: quid tartari interminabiles pœnæ?

Debet sẽper timere iustus, dum impius flagellatur: quia debet sẽper dubitare, an Deo gratus existat.

Æque Deus lætatur dum iusto dat præmia, & cũ punit iniquum.

Magnũ subditi supplicium, seruire Rectori ligneo, vel lapideo.

Si diuersæ plagæ non mutant mores, plagæ supplicij nõ mutantur.

Durum cor hominis, quod ad aspectum assiduum mortis nõ emollitur.

CAPVT

CAPVT XXIX.

Ad legem Dei studiosius obseruandam Moses Israelitas & promissionibus amplissimis, & minis seuerissimis excitat.

1. HÆc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. 2. Vocauitque Moyses omnem Israël, & dixit ad eos: Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Ægypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, 3. tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa, portentaque ingentia. 4. & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quę possunt audire, vsque in præsentem diem. 5. Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. 6. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester. 7. Et venistis ad hunc locum: egressúsque est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percussimus eos, 8. & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse. 9. Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. 10. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores, omnis populus Israël, 11. liberi & vxores vestræ & aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui comportant aquas, 12. vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: 13. vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. 14. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo. 15. sed cunctis præsentibus & absentibus. 16. Vos enim nostis quo modo habitauerimus in Terra Ægypti, & quo modo transierimus per medium nationum, quas transeuntes, 17. vidistis abominationes & sordes, id est, idola eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum, quæ colebant. 18. Ne fortè sit inter vos vir aut aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vt vadat & seruiat diis illarum Gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. 19. Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & absumat ebria sitientem. 20. & Dominus non ignoscat ei: sed tunc quam maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine, & deleat Dominus nomen eius sub cœlo, 21. & consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones, quę in Libro legis huius ac fœderis continentur. 22. Dicetque sequens generatio, & filij qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas Terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus, 23. sulphure, & salis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo. 24. Et dicent omnes Gentes: Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quę est hęc ira furoris eius immensa? 25. Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de Terra Ægypti: 26 & seruierunt diis alienis, & adorauerunt deos, quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi: 27. idcirco iratus est furor Domini contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt. 28. & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur. 29. Abscondita, Domino Deo nostro: quę manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa verba legis huius.

nullus iniquo huic sit finis delinquendi. Vnde Dominus non ignoscat ei, pro vt assolet iis qui resipiscunt, parcere: potius tunc quam maximè *furor eius fumet*, (Alij ex Hebræo *Nasus eius fumet* vox enim *aphitam*, & nasum, qui sedes est iræ, aut in quo eminet, significat: Loquitur Moses de Deo humano more, *Ne, sele juba alas narices el humo*) siue ascendat ira ad nasum, & zelus seu indignatio diuina contra hominem illum protendatur, & cunctis maledictionibus, quæ hoc in Volumine exarantur, sit obnoxius, eumque persistenter afficiant: & deleat Deus nomen eius adeò vt nullus ex posteris relinquatur, in quo parentis memoria conseruetur: & consumat eum in perditionem et tot incommoda infligens, quot nunquam adhuc cuiquam inflixere Hebræorum iuxtà maledictiones, quæ in hoc Deuteronomij Volumine continentur.

Quid gẽtes futura dictabunt de Hebraeorũ supplicio, expẽditur.

2\. 22. *ad vsque* 29. DICETQVE, &c.] Generatio autem, quæ tempore subsequenti futura est, filij scilicet ac nepotes, ex horum progenie impiorum escitandi; & peregrini, seu aduenæ, qui ad colendum verum Deum inter Israelitas de regionibus longe dissitis aduentauerint: plagam Terræ illius à transgressoribus occupatæ, & infirmitates, quibus eam affliget Dominus tam sterilem reddens, vt sulphure ac sale respersisse videatur ad Vrbium subuersarum Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, ac Seboim similitudinem, aspicientes, dicent: imò non solum impiorum posteri, & aduenæ, sed & omnes gentes similiter conclamitabunt: Quare Dominus Terræ huiusce incolas subuertit? quænam hæc immensurabilis Numinis iracundia ? tanta ne Cœlestibus ira? Et ipsi sibi met quæstioni ita satisfacient: Quia pactum Domini contempserunt, quod cum patribus eorum tam in Horeb, quam in Moab campestribus pepigit, quando eos de Ægypto liberauit: & seruierunt diis alienis, quos antea non colebant, nec pro diis agnoscebant, & quibus non fuerant ipsi tanquam pars, possessio, hæreditas, vel proprium peculium attributi. Idcirco Dominus contra Terram illam est iracundia affectus, vt super eam cunctas maledictiones, quæ sunt hoc in Volumine Deuteronomij scriptæ, profunderet, & eos de patria sua in ira in furore, in indignationeque maxima deturbauit, ac in terram alienam extraxit, quemadmodum ipso ediscimus experimento.* Particulam illam expende: *Eiecit eos de terra sua in ira, & in furore, & in indignatione maxima.* Tam misericors Deus, vt ad expellendum iniquos de patria sua, necessum fuerit ira, furore, & indignatione maxima succendi: quam ineffabili iracundia exardescet, cum ex æterna patria sit impios turbaturus.]?* Adde, quam ingens malum sit, quem ex patria exturbari, vt ad huiusmodi pœnam infligendam necessum sit Deum ira, furore, & indignatione maxima succendi.] Cum igitur audis hominem exilio addici, haud existima vulgari eum pœna, esse vulneratum. Hæc flagella futura præuisa & decreta à Deo, verùm Deo sint abscondita, vt scilicet ea non norit vt nobis infligat: hæc inquam flagella, quæ minitans intentauit, & prænunciauit nobis ac filijs nostris, vt eorum metu legem eius æternùm custodiamus.

Quanta irá flagrabit Deus, cũ dãnatos exturbabit in tartarum.

Magnum est, supplicium quẽ è patria exturbari: vnde cũ homo exilio addicitur, graui pœna vulneratũ puta.

CAPVT XXX.

Moses promittit lapsis, sed pœnitentibus à captiuitate, & ab aliis miseriis liberationem. Legem docet esse facilem. Vitæ aut mortis, idest, boni aut mali dat Hebræis optionem.

CVm ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui, in vniuersis gentibus, in quas dispersierit te Dominus Deus tuus, 2. & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua. 3. reducet Dominus Deus tuus captiuitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit. 4. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, 5. & assumet, atque introducet in Terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, maioris numeri te esse faciet quam fuerunt patres tui. 6. Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. 7. Omnes autem maledictiones has conuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur. 8. Tu autem reuerteris, & audies vocem Domini Dei tui: faciesque vniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie: 9. & abundare te faciet Dñs Deus tuus in cunctis operibus manuũ tuarũ, in sobole vteri tui, & in fructu iumẽtorũ tuorũ, in vbertate terræ tuæ, & in rerũ omnium largitate. Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: 10. si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt, & reuertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. 11. Mandatum

hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, 12. nec in cælo situm, vt possis dicere: Quis nostrum valet ad cælum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus? 13. Neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit traosfretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire & facere quod præceptum est? 14. Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. 15. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & boοum, & econtrariò mortem & malum: 16. vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicetre, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingredieris possidendam. 17. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque erroré deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: 18. prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in Terra, ad quam, Iordane transmisso, ingredieris possideodam. 19. Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictiooem & maledictiooem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum: 20. & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & loogitudo dierum tuorum) vt habites in Terra, pro qua iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

COMMENTARII.

(1) Pœnitentibus Hebræis Dei venia promittitur, & prælapsæ felicitatis recuperatio.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. CVM ERGO VENERINT SVPER TE, &c.] Cum igitur iuxta vaticioiũ meum ex benedictione, si legem seruaoeris, & maledictiooe, si violaueris, quas proposui tibi, expertus fueris maledictionem, & ductus pœnitudine cordis tui apud quamlibet regionem, in quam relegatum ob criminum pœoam te Domiοus dispersærit, & ad eum conuersus fueris per cordis dilectionem, & veram animi contritionem, obedierisque præceptis, quæ hodie tibi, filiisque seu posteris tuis obseruanda præcipio: Dominus Deus tuus placatus tui miserebitur, tuæque soluet captiuitatis vincula, te rursum adducens à cunctis nationibus, in quas te dispersærat, regionem ad patriam. Si ad cardines cœli siue in extrema orbis (polum scilicet Arcticum, & Antarcticũ) relegatus fueris, inde te Dominus assumet, & in Terram quam patres tui possederant, introducet, eaque potieris: & vberrim benedicens tibi, seu boοorum copia faciens oppleri, te efficiet patres tuos antiquos Chananitidis incolas numero superare.* Pœnitentia enim non solum præterita bona recuperat, sed & noua munera à Domino acquirit.] Post reditum autem *circumcidet Dominus cor tuum*, & filiorum tuorum, auferens superflua, quæ socius prauæ nationis didiceris, vt diligas Deũ toto ex corde, totis ex viribus, nullam affectus particulam reseruans idolis, quæ exilij tui regio colueri: vt diu possis incolumis vita frui.*Preme particulam, *Circumcidet Dominus cor tuum.* Certè post diuturnam à Terra promissionis absentiam, & apud gentilium terræ commorationem, quomodo Hebræi nõ læserint iura pietatis, & sociorum gentilium impietatem edisceeient? Mirum enim in medio nationis peruersæ Iobi imitator existas fulgens syncetitate.] Cuncta incommoda,

Pœnitentia non solùm bona præterita recuperat, sed & noua acquirit.

Mirum, si inter socios improbos syncetitate quis fulgeat, & pietate.

quæ Deus hisce in maledictionibus comminatur super tuorum inimicorum, ac persecutorum capita profundet, non secus ac piissimus pater post filij correctiooem percorientem virgam igni committit. Tu autem à via tua improba reuerteris, & Dei vocem exaudiens, cuncta legis præcepta à me hisce diebus expressa seruabis: vt te Dominus faciat abundare sobole, gregibus, armentis, terræ vbertate, ac boοorum omnium colligatiooe. Dominus enim olim auersus ob impietatem tuam reuersus ad te delectabitur, tibi beneficia præstando: quemadmodum delectatus est, quom patres tuos ob meritorum præmium beneficiis oppleuit.* Eteoim Deus tum maximè delectatur, com beneficia coofert: tum dolet, cum punit.] Non itaque absque meritis his bonis exundabis: sed si vocem Domini audieris, & præcepta eius moralia, ac iudicialia custodieris, ceremoniasque obseruaueris in lege præscriptas: postquam vi pœnitentiæ ad Dominum Deum tuum toto ex corde, tota ex anima fueris coouersus.* Expende particulam, *si tamen audieris vocem*, &c. Quam stoliè peccator expetit cœlestibus abundare bonis, *si tamen* à piaculis recedere non festinat; omnibus affluens ad temporarios, spiritualesque profectus necessariis bonis, *si tamen* iussa Domini custodieris.

Deus delectatur, cum beneficia cõfert: videtur dolere, cum punit.

Si custodieris Dei iussa cunctis bonis opplebetis: si tamen non custodieris, vacuitate laborabis.

11. 12. 13. 14. MANDATVM HOC, &c.] Certè tota hæc Deuteronomij lex, quæ à me, tibi hisce diebus indicitur, non est supra vires tuas, vt possis te excusare, quasi nequeas & nosse quæ præcipiuntur, & effectui dare: non adest in loco dissito prorsus ignoto lex, ad quẽ pergere noo valeas, nec in cœlo sita, quo peruolare nequeas, sed potius cogaris inclamitare: Quis non pennatus valeat cœlos scaodere, vt eleuatum seu incognitum, difficileque præceptum notum faciat, gerat amicom, agat humanum, & auribus cognitionis auditum opere compleamus?* Preme particulam, *Quis nostrum valet ad cælum ascendere vt deferat illud mandatum, ad nos, vt audiamus?* Vt audiatur, seu intelligatur è cœlo defertur? Ita planè. Dogmata enim difficilib. seu præcelsis sermonib. à

(2) Facilitatem legis implẽda Moses expẽdit.

Cõcionator præcelso vtẽs sermone licet multa hominibus proferat, nullũ habet verè auditorem.

Magistris

Magiſtris expoſita, imo non expoſita, ſed operta caligine auribus audiendi ſeu intelligendi non audiuntur. Vnde huiuſmodi Concionatores apud innumerabilem hominum cœtum, nullum veraciter ſortiũtur auditoré.] Neque trans pelagus loco eſt addictum inaccesſibili, vt cauſeris, & dictites: Quiſnam ex nobis quibit pelagus transfretare, & inde mandatum ad nos vſque deferre: vt poſſimus audire & executioni mandare? ſed iuxta te eſt ſermo, id eſt, legem Dei habes ad manum, vt in corde ac memoria habere diſcendo, & ore valeas pronunciare.

3. *Præmia & ſupplicia cuſtodientibus & violantibus legẽ inculcat.*

Vita æterna, & tẽporariæ proſperitas ſectatur iuſtum: mors autẽ æterna & tẽporariæ infœlicitas hæreſcit iniquo.

15.16 17.18.19.20. CONSIDERA QVOD, &c.] Conſidera me hiſce diebus recolentem Deuteronomij leges, maledictiones, ac benedictiones exponentem tuo in conſpectu vitã & bonum, mortem & malum propoſuiſſe, vt pro arbitrij libertate quodlibet valeas extremorum eligere.* Et quando non vita & æterna, & temporariæ proſperitas virtutis non comitetur ſectatorem: mors autem & æterna & temporariæ infœlicitas non hæreſcat iniuſto?] Ergo boni promiſſione affectus, Dei tui ſectare vias, eius præcepta moralia, iudicialia, ac ceremonialia cuſtodiens: vt *bonis* poſſeſſor viuas, & multipliceris in Terra quam poſſidebis, cœleſtibuſque benedictionibus oppleatis. Nam ſi auerſum fuerit cor tuum, vt *mali* ſectere vias errore deceptus, idolaque ab exteris nationibus adorata colueris, eiſque *ſeruieris*. (* A Deo enim recedere, & voluptatis idola adorare, quid niſi ſeruitus?] hodie tibi prædico, te omnino periturum nam exiguo temporis ſpatio commuraturus es apud Chananitidem, quam Iordane tranſmiſſo, poſſidendam inibis. * Prædico tibi, inquit, quod pereas, & paruo tempore morieris in Terra. Expelli enim à Sanctorum terra, perire quidem eſt. Vnde cum à Religione te expunctum aſpexeris, time ne ſimul perditionis iis ad baratrum exturbatus.] Teſtor cœlum & terram ſeu cœleſtes incolas, terræque habitatores in teſtes adhibeo me meo Præſulatus muneri ſatisfeciſſe, dum vobis vitam & mortem, videlicet benedictionem ac maledictionem propoſuerim.* Suo muneri deeſt Præpoſitus qui ſubditis ſolummodo benedictionem exponit, & nunquam maledictionis gladium ſtringit: aut qui flagella contorquens, nunquam benignitatis fomentis vtitur. Suum implet miniſterium qui obſecrat & increpat.] Elige ergo vitam, virtutem amplectere, vt diù viuas, vt poſteritati vitæ proſperitatem tranſmittas * Parentes filiorum ac nepotum fortunæ præparant rationem: iuſti quidem fœlicitatem, iniqui autem poſteritati præcantant ærumnas *Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum.*] Dilige itaque Dominum Deũ tuum toto ex cordis affectu, voci eius obtempera, illi perſiſtenter hæreſce; ipſe enim eſt vita tua, ipſe dierum tuorum longitudo, vtpote qui ſolus iſthæc poterit exhibere: ſic fruemini Terra, quam iuramento expreſſo Deus Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo promiſit, vt ea in poſteris potirentur.* *Vt daret eam illis.* Accipit pater in ſuperis cum filius in terra ſuſcipit? Ergo parentes filios iuſtitiam edoceant, vt accipientes filij præmia virtutis vel in terra, parentibus exhibeant beatis quid accipere poſſint, nempe accidentalem ex filiorum rectitudine gloriam]

Deo nõ ſeruire, ſeruitus eſt.

Deturbari quẽ à Religione, idem eſt ac perditioni eſſe addictum.

Prælatus, qui & blandum, & rigidum pro opportunitate ſubditis exponit, ſuo muneri ſatisfacit.

Parẽtes iuſti fœlicitatem, iniqui poſteritati præcantant ærũnas.

Accipit beatus patens accidentalẽ gloriam ex filiorũ proſperitate ex iuſtitiæ præmio.

CAPVT XXXI.

Populo, Ioſuéque Duci iam populi Moſes animos addit, Deuteronomium ſcripto conſignat, iubétque illud publice populo ſeptimo quoque anno remiſſionis prælegi, interimque latere Arcæ aſſeruari,

1. ABIIT itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc ad vniuerſum Iſraël, 2. & dixit ad eos: Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum vltra egredi, & ingredi, præſertim cùm & Dominus dixerit mihi: Non tranſibis Iordanem iſtum. 3. Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te: Ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eam; & Ioſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. 4. Facietque Dominus eis ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque eos. 5. Cùm ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter facietis eis ſicut præcepi vobis. 6. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis ad conſpectũ eorũ: quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & nõ dimittet, nec derelinquet te. 7. Vocauitque Moyſes Ioſue, & dixit ei coram omni Iſraël: Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in Terram, quam daturum ſe patribus eorum iurauit Dominus, & tu eam ſorte diuides. 8. Et Dominus qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. 9. Scripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſraël. 10. Præcepitque eis, dicens: Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis, in ſolemnitate tabernaculorum, 11. conuenientibus cunctis ex Iſrael, vt appareant in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, 12. & in vnum omni populo congregato tam viris quàm mulieribus, paruulis

& aduenis, qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleántque omnes sermones legis huius. 13. filij quoque eorum qui nunc ignorant, vt audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in Terra, ad quam vos, Iordane transmisso, pergitis, obtinendam. 14. Et ait Dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosue: & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses, & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij: 15. apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. 16. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis: & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra, ad quam ingreditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo. 17. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. 18. Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. 19. Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israël: vt memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël. 20. Introducam enim eum in Terram, pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cúmque comederint, & saturati, crassíque fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. 21. Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum illud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio, ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terram: quam ei pollicitus sum. 22. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. 23. Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum. 24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, 25. præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: 26. Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. 27 Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quantò magis cùm mortuus fuero? 28. Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cælum & terram. 29. Noui enim quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. 30. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cœtu Israël, verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

COMMENTARII.

1. *Moses populum, ac Iosue populi Ducē roborat, promittens Domini interminabilem protectionem.*

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

ABIT ITAQVE MOYSES, &c.] Abiit itaque Moses & locutus est, id est, cœpit loqui verba, quæ sequuntur (Hebræis *abire, egredi, surgere* sæpe idem est, ac *incipere.*) Aptè quidem *abiit* Moses, cum populo sacra facturus est verba, vt innuat tunc Concionatorem efficacius loqui cum recedens ab auditoribus ostentatur. Haud tantum ponderis exprimit admonitio & correptio eius, quem minus verendum reddit frequens cum auditoribus consuetudo. [Centum (inquit vniuerso Israeli) supra viginti annos mea annumerat ætas: non possum, infirmis iam viribus, Ducem agere: præsertim cum Dominus nihil dixerit. Ante Iordanis transitum Abrahami transmeabis ad sinum. * Scio, canos prudentiæ documentum aptè regimini præponi: sed nimium matura ætas, aut ex infirmitate prorsus virilitas non virilis prorsus inepta est Præsulatui, ad cuius rectam administrationem necessarium est, Rectorem posse *egredi, & ingredi*, subditisque in cunctis ducatum exponere.] Dominus ergo Deus tuus te præcedet in Arca, imò & inuisibiliter vbique aderit, vti hostes prosternat, ac Terra promissa potiaris: & Iosue præcedet simul Ducis munus exercens, sicut Dominus imperauit. † Copula particulas, *Dominus transibit ante te, Iosue transibit ante te.* Si Dominus præit, quid necessum Iosue simul præire? Quia Dux terrenus sine cœlestis Ducis munimine haud perficit victorias: Deus autem non vult solus cum hostibus decertare sed hominum coöperationem expectat. Ergò sine Deo auxiliatore non potest fortissimus exerci-

Abeat Concionator, cum monet, quia eius verba minus efficacia reddit assidua cum auditoribus consuetudo.

* *Nimiū confecta ex annis aut laboribus ætas inepta regimini.*

† *Sine Deo non poterit superare hostes infirmos licet fortis exercitus: vnde primū acquirēda, iustitia militibus cutandum.*

exercitus vel inualidos superare hostes. Vnde Dux cogens exercitum simul debet Deum reddere propitium.] * At ad hostes inuisibiles superandos Deus vult homines non otio torpescere solo Dei nitentes nomine, sed manus simul exercere ad certamina.] Dominus propitius Israeli Chananitidis delebit incolas, sicut Reges Amorrhæorum Sehon & Basan, eorumque communiuit ditionem. Cum ergo Deus vobis Chananeæ tradiderit Principes eorumque Ciuitates, eos ad Sehon & Og percutite exemplum, sicut vobis non semel imperaui. Viriliter agite animos colligite, ad tot hostium aspectum minime pauore afficiamini, quia Dominus tuus protector exsurget, nec te in certamine derelinquet. Aduocatque Moses Iosue populi ductorem, eique profatur coram omni Israel: Virtute miraculorum confortare, & vi armorum esto robustus. * Vt vis aliquando inualida ope miraculi roboretur, & vt exercitus non à solo miraculo victoriam expectet. Regna Christicula non debent totam belli fælicitatem expectare à miraculo. Fauet Deus Catholico afflicto Regno, sed vult, sic comparari exercitus, sic militibus prouideri, ac si nulla spe miraculi niteremur.] Tu introduces Hebræorum populum in Terram, quam, iuramento expresso, Dominus se daturum si a patribus iam olim promisit: tu Hebræis regionis terminos diuides sorte, & Dominus, qui primus ac præcipuus Ductor est populi tecum aderit nec dimittet, nec derelinquet: à formidine ergo penitus liberare. * Dei ab animo absentia est origo timoris, vnde cum formidine afficeris, debes de præsentia Domini dubitare: cum autem te à crimine immunem adiudicas, illico debes excutere timorem.]

Nostris neque pugnaturus pro nobis cooperatione requirit.

Spē miraculi Regna Christicola animū gerant, sed nō omnino spe miraculi nitantur.

Cum nullius peccati cōscij iudicamur Deum nobiscū adesse, frustra formidine afficimur.

9. 10. 11. 12. 13. SCRIBSIT ITAQVE, &c.] Moses itaque ad diuturnitatis memoriam Deuteronomium consignauit scripto, & sacerdotibus Leui filiis tradidit, horum enim erat legem scire, populumque edocere, & in anno remissionis populo perlegere. * Si ergo sacerdotibus liber legis committitur à cunctis subditis obseruandæ, eis simul indicitur edocendi populum obligatio.] Traditur itaque Deuteronomium Sacerdotibus qui portabant Arcam Domini aliquando pietatis studio, & contestandæ religionis desiderio, cum alioqui munus hoc Leuitarum esset. * Nullum in Dei domo est munus abiectum.] * Et oportet Præsules aliquando subditorum officia studio humilitatis, & vt pondera inferiorum experiantur, obire.] Nec solum sacerdotibus, sed & senioribus Israel liber legis committitur asseruandus. * Vt ediscant communitatis Religiosæ seniores debere etiam circa legum seu regularum communem custodiam inuigilare cum propriæ obseruantiæ exemplo, tum monendo sacerdotes, aut Præsules, si necessarium esse videatur.] Sacerdotibus igitur, ac senioribus Moses profatur: septimo quoque remissionis anno quando Tabernaculorum solemni Israelitæ conuenient Domino litaturi apud locum Tabernaculo, aut Templo eligendum legis huius præscripta per legite cuncto populo congregato tam viris quam fœminis, paruulis, & aduenis, qui è Gentilitate conuersi apud nos commorantur: vt audientes ediscant, & Dominum timeant, eiusque præcepta custodiant: & vt paruuli eorum, qui nihil adhuc nouerunt, ideoque hanc Dei legem ignorant, *paruulis* exponi præcipio. * Quam commendabilis Societatis Iesu institutio, qua tot Magistri edocendis paruulis fidei dogmata addicuntur ve qui nihil adhuc nouerant erudiantur.] * Porro taxabiles parentes, quorum paruuli *nunc ignorant*, cum debeant eorum studere eruditioni.] Vt scilicet audientes & educti paruuli à cunabulis Deum timere discant cunctis diebus vitæ suæ, quibus apud Terram, transmisso Iordane, obtinendam erunt commoraturi. * Quod enim ediscimus ab infantia *cunctis diebus quibus versamur in terra*, tenacius retinemus.

2.
Deuteronomiū Moses scripsit, iussitque publice septimo quoque anno remissionis legi.

Penes sacerdotes residet edocendi populum obligatio.

Apud Dei domum nullum munus abiectum.

Præsules subditorū officia obeant aliquādo, vt eorum pondera experiantur.

Seniores cōmunitatis inuigilent circa cōmunē obseruationē legum sicet Rectores nō sint.

Cōmēdabilis societatis Iesu institutio circa puerorū eruditionem.

Taxantur parentes, quorū desidia filij paruuli ignorant dogmata legis.

Quod à cunabulis ediscimus, tenacius vsque ad senectam & mortē retinemus.

14. *Vsque ad* 36. ET AIT DOMINVS, &c.] Mosi autem sic Deus: Mortis tuæ iam adest instantia, aduoca Iosue Ducem populi futurum, & in atrio ante Tabernaculi ostium consistite (Tabernaculum enim soli poterant ingredi sacerdotes) vt coram te rerum gerendarum ei præcepta tradam. * Non sufficit ad res gerendas Rectorem pollere sapientia, & prudentia, nisi à Domino speciatim instruatur. Ideo debet Tabernaculo hæreticere, seu orationis exercitamentis assiduè vacare.] Abierunt ergo Moses & Iosue, & in atrio Tabernaculi constitere apparuitque Dominus in columna nubis quæ populo viæ ductrix ostendebatur; recessit enim à loco in quo supra Propitiatorium aderat, & in Tabernaculi stetit introitu, vt de illius ostio Dominus tectus nube ad Moysem & Iosue loqueretur. Mosi ergo Dominus, Ecce tu inquit, diem tuum obibis, & perges ad patres: populus autem Israeliticus post obitum eorū qui modo superstites exponuntur, deos alienos colet in Terra ad quam, transmisso flumine, ingredietur & *ibi* me, qui eum tam placida, tam fœcunda habitatione donaui, derelinquet, & irritum faciet fœdus, quod cum eo pepigi frangens fidem, quām sæpe sæpius mihi pollicitus est. Quam magnum ingratitudinis documentum *ibi* contra Deum delinquere vbi peccator à Deo beneficio donatur egregio. Hinc Regularium crimen exaggeratur, *ibi* delinquentium, vbi singulari ad modum beneficio obærati à Domino obijciūtur, qui ex Ægypto eos adduxit in promissionis vberrimam regionem, ex sæculo ad domum suam, ex pelago deduxit ad portum.] Hebræis ergo *ibi* delinquentibus furor meus contra eos exardescet in illa die, vt geram vindictam, populum derelinquens, vultum beneuolum, protectionem, aliaque innumera cœlestia subtrahens beneficia: vnde, absente me, immanem hostium cogetur subire direptionem, cunctisque incommodis vulnerabitur, omnium malorum fluctibus obruetur adeo, vt cogatur profiteri: Verum, quia Deus mecum non adest, me tot inuenerunt incommoda. Præsentia Dei omnium est bonorum scaturigo, fons autem Dei absentia siccatur & dulcissimis vndis animus euacuatus, amarissimis è peccati pelago fluctibus oppletur.] Ego autem meam faciem abscondam illa specialissima ab-

3.
Asseruandum traditur Deuteronomiū sacerdotibus, vnitatur populus ad audiendum carmē quod Moses condidit.

Rectorē prudentia pollere necessariū est instrui à Deo in orationis exercitamento.

Magnum ingratitudinis documentum delinquere ibi, vbi à Deo specialissimo beneficio donatis.

Religiosorū delinquentium in Religione hīc crimina aggrauantur.

negans auxilia, quibus velnti filios eos nutriebam, quia Deos alienos in Chananæa colere gestiernnt. Nunc itaque scribite Canticum id, quod meus vobis dictabit spiritus (Capite sequenti) idque filios Israel edocete vt memoria retineat, & ore decantent cum vt pœnarum infligendarum iugi recordatione, à crimine abstineant, cum vt cognoscat, cum pœnis his diuerberati fuerint, non à casu, sed ex diuino supplicio prouenire.ª Vt hinc subtaxetur hominis stultitia, qui innumeris actus ærumnis, vix aliquando cogitat, an peccatorum effectus existant.] ª Pondera particulas. *Memoriter teneant, & ore decantent.* Haud dubium, quin pia carmina conferant ad animi salutem, quemadmodum impia, cantica excitant ad impudicitiam.] * Vnde sicut Deus pia carmina dictat ad hominum salutem, diabolus dictat impudica cantica ad hominum perditionem. Non vos ô poëtæ lasciuientes estis carminum conditores, sed transcriptores solum, diabolus enim dictator assurgit.] Quo quidem fiet, vt mihi carmen istud pro testimonio adsit, quod vel eorum improbitatem, & ingratitudinem coarguat, vel punitionem infligendam contestetur: nè se vel non de flagitio admonitus, vel de supplicio non præmonitos esse queeantur. Introducam quidem populum in Terram vberrimam, quã iuramento expresso patribus promisi. Cumque comederint, saturati, crassique fuerint, id est, postquam tot vberrimæ telluris fructibus potiti fuerint, ad simulacra adorata à gentilibus conuertentur, & eis obsequium litabunt, mihique detrahent, spernent, contumeliis afficient. * Quam agnatum iis, qui ex domino vno recedunt, vt alteri seruiant, detrahere priori, vt gratiam posterioris adulationibus valeant aucupari.]ª Non cadant sine pondere verba illa: *Cum comederint, & saturati, crassique fuerint, auertentur ad deos alienos* Bonorum affluentia assolet idolorum ingerere adorationem sine homines allicere ad voluptates.] irritum pactum meum efficient, quo me sibi Deum vnicum elegerunt, fœdus meuntes. Postquam igitur Hebræi malis immeris, diris afflictionibus pressi fuerint, stupeotesque requisierint quamnam ob causam tam ingentia patiantur incommoda: respondebit eis canticum istud, quod nulla ex posterorum ore obliuio delebit, eos de improbitate redarguens, & pro meritis flagellari ostendens. Scio cogitationes eius (LXX. *malignitatem*) figmentum scilicet animi, scio, non deesse qui mala cogitent, non obstantibus tot maledictionibus, tot admonitionibus, tot contestationibus expressis. Cogitat enim ingratus post desideria cordis properaturum, postquam fuerit Terram, quam eissum pollicitus, assecutus. * *Malignitatem* Moses vocitat huiusmodi cogitationem: Postquam donatus fuero cœlesti munere, deliciis indulgebo. O quot maligni apud Christicolas, qui à criminibus solummodo abstinent, quo tempore expetunt aliquo à Deo beneficio donari, post acceptum illico ad piacula redituri.]

Stultitia peccatoris, qui tot actus ærumnis, non agnoscit eas ex criminibus profluere.

Pia carmina excitant ad virtuté, impia ad impudicitiam.

Deus dictat pia carmina, diabolus autem cantici lasciui auctor est.

Agnatum ei, qui ab vno domino recedit, vt seruiat alteri: priori detrahere, vt posteriori adulerur.

Bonorũ affluẽtia assolet homines ad voluptates allicere.

Multi à peccatis solummodo abstinẽt, dũ expetunt à Deo aliquo beneficio donari, post acceptũ ad piacula rediturí. ! Hi prorsus maligni.

Moses canticum scripsit inferius sobiiciendum, & Hebræos id edocuit coram eis recitando, exhibendo exemplar vt transcriberent, & apud se retinerent. Dominus autem Iosue Nuo filio præcepit, hoc loci primum incipiens ei alloqui, vt ei auctoritatem apud populum adiungat, & vt, iam morituro Mose, ei populi præfecturam confirmet. * Præsulem enim cum Deo colloqui auctoritatis apud subditos est conciliatio. Magni enim ducunt Rectorem subditi, quem orationi addictum aspectant.] Exere, inquit, ô Iosue animi fortitudinem, necessariam quidem ad Præsulatus munus obeundum: tu enim populum Israel in Terram, quam ei sum pollicitus, introduces. Nec cuncteris conscius difficultatis: ego namque tecum adero opportunus auxiliator. Quamtumuis enim *confortetur, & sis robustus* prudentia, sapientia, ac animi magnitudine, nisi Deus tecum adsit omnium actionum gubernator; infirmus, ac languidus apparebis:] Postquam ergo Moses verba legis huius in Volumine exarauit, quod appellauit Deuteronomium sacerdotibus Leui filiis, qui portabant Arcam fœderis imperauit: Tollite librum hunc, & sanctuarium ingressi, eum non intra Arcam, vbi tabulæ testamenti asseruantur: sed extra in latere Arcæ fœderis prope vas Mannæ, & Aaronis virgam collocate: vt adsit inibi contra populum, eum de piaculis arguens. Sacra enim Volumina nunquam non delinquentes coarguunt, mutæ sunt peccantis populi correptiones.] Ego scio ô Israel rebellionem tuam, contumaciã, ceruicis duritiem iugi quidem impatientem. Adbuc viuente, me ducatumque gerente vobiscum, nunquam non vos contentiosos contra Dominum ostentastis, eum prouocantes ad iram: quanto magis, cum abscessero, rebelles eritis, quando deerit quem vos tantopere renetemini. Vtpote qui abstractus à vobis fuit educatus, non sicut Iosue vobis ab infantia cognitus.ª Nec dubium quin subditi haud tanti æstiment Præsulem, cuius aspectauere cunabula. Congregate ad me omnes Tribuum Principes, seniores, ac Doctores, vt eis præcipue cantici carmina exponam ª E Præpositis enim subditis reliquis eruditio est deriuanda: nec poterit populus edoceri legem, quam non Præsules didicerunt.] Contra eos itaque cœlum ac terram Angelos scilicet atque homines inuocabo futuros plane tantæ testes impietatis, meæque extremæ ad populum ingratum admonitionis. Noui enim ex Numinis afflatu, vos post obitum meum crimine defœdandos citò de via, quam vobis præscripsi, recedentes, & idcirco diris afficiendos esse suppliciis, quia Dominum vestris actionibus iniquis ad iracundiam excitabitis. Moses itaque vniuerso Israelitico populo exaudiente, quia Dominus senilem adauxit vocem, vt ad omnium posset aures deferri, sequentis Cantici carmina exposuit, & ad finẽ vsque, haud deficiente spiritu, perduxit.ª Porro *audiente vniuerso cœtu* Israel, senex Canticum exprimit, quia audientes Præfecti, ac maiores natu debent inferioribus explicare.]

Subditi cum Rectorem magni ducũt, quẽ orationi addictum aspectant.

Non sufficit prudentia ac sapiẽtia Præsulibus, nisi eis Deus adsit omniũ actionũ gubernator.

Sacra Volumina nũquã nõ peccatores coarguũt.

Subditi non tanti æstimant Præsulẽ, cuius aspectauere cunabula.

Si Præsules legis præcepta ignorant, subditi quomodo edoceantur.

Debẽt Præsules subditis exponere præscripta legis, præmia & supplicia.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Iam iam obituri Mosis cygneum Canticum potentiæ, Sapientiæ Dei, creationis, diluuij diuisionis linguarum, electionis populi Israël, veri Dei cultus, beneficiorum dogmata referens ad compendium, legis totius facile summarium.

1. AVDITE cæli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.
2. Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.
3. Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.
4. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia, Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.
5. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus: generatio praua atque peruersa.
6. Hæccine reddis Domino popule stulte, & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?
7. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.
8. Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël.
9. Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.
10. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.
12. Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus.
13. Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo.
14. Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.
15. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.
16. Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
17. Immolauerunt dæmoniis, & non Deo, diis quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
18. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.
19. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.
20. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.
21. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.
22. Ignis succensus est in furore meo & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.
23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
24. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram atque serpentium.
25. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.
26. Dixi: Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27. Sed

27. Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.

28. Gens absque consilio est, & sine prudentia.

29. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

30. Quo modo persequatur vnus mille, & duo fugent decem millia? nónne idcò, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

31. Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.

32. De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.

33. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

34. Nónne hæc condita sunt apud me,& signata in thesauris meis?

35. Mea est vltio, & ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

36. Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuíque consumpti sunt.

37. Et dicet: Vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam?

38. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant,& opitulentur vobis,& in necessitate vos protegant.

39. Videte quòd ego sim solus, & non sit aliús Deus præter me. ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam,& ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

40. Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum.

41. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis,& his qui oderunt me retribuam.

42. Inebriabo sagittas meas sanguine,& gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum,& de captiuitate, nudati inimicorum capitis.

43. Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.

44. Venit ergo Moyses,& locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun.

45. Compleuitque omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel. 46. & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis huius: 47. quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent quæ facientes longo perseueretis tempore in terra, ad quam Iordane transmisso, ingredimini possidendam.

48. Locutúsque est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens:

49. Ascende in montem istum Abarim, id est transituum, in montem Nebo qui est in terra Moab contra Iericho: & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & morere in monte.

50. Quem conscendens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: 51. quia præuaricati estis contra me, in medio filiorum Israel, ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel.

52. Econtrà videbis terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Israel.

COMMENTARII.

1. Dei creatoris & electoris beneficia celebrat, Hebræorũ carpit ingratitudinem.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. AVDITE COELI, QVÆ LOQVOR, &c.] Angelici spiritus, qui in cœlis estis, homines qui terram colitis audite, vos enim sermonis mei legis gerentis compendium auditores, ac testes exopto: Doctrina mea defluat, distilet vt pluuia; sed vbi stillet necesse est, prius concrescere è terra vapores. * Det terricolarum exigentia, dent mores hominum prædicationi materiam; nihil enim à Concionatore exponendum quod mores auditorum non sapere videatur.] Defluat, inquam, vt pluuia, quémadmodum enim plurimis minutis guttis defluens terram infundit: ita Cantici huius plures sententiæ sæpius repetitæ corda vestra emolliant, penetrent, benéque afficiant. * Oportet doctrinam pluuiæ in morem sæpius effluere

Quidquid Concionator dixerit, sit ad auditorum pertinens mores.

effluere; neć enim vnica vnius aut alterius moniti effusione humani cordis duritics emollitur. Persistat orator sæpe sæpius irrigare tellurem, durities tandem cordis superabitur.] Fluat itaque vt ros eloquium meum, & tanquam stilla excidat super gramina: vt sicut herba imbre crescit, sic vestræ mentes meis ex verbis proficiant. Quia ergo nomen Domini inuocabo laudibus efferendo, & ratio exigit, vt Ducem suum populus æmuletur, magnitudinem vos Diuini nominis prædicate. * Præsul Dominum prædicet, populus Dei laudator exsurget; assolent enim subditi Præsulum actiones imitari.] Dei perfecta sunt opera, omnia quæ agit, iusta sunt. * Hebr. *Petra perfectum opus eius.* Cur Deum petram appellauit? Propter operum soliditatem & pondus. Qui ergo Dei æmulator exsurgit curet à futilibus, inutilibus operibus abstinere.] Deus fidelis, & ab omni immunis iniquitate ipsa est iustitia, & rectitudo. Homines peccauerunt, & facti sunt non filij eius propter sordes, scilicet ob peccata. Deliquere, inquam, populus Israeliticus homines velut alieni, & non filij eius, in sordibus idololatriæ se se contaminantes: generatio quidem ex hoc piaculo praua atque peruersa, vt pote à Conditoris deflectens à me cantata rectitudine: An hæc reddis Deo pro tot tantisque beneficiis, populus stultus, & insipiens verum Deum pro conficta relinquens Deitate? * Et quodnam maius stultitiæ documentum, quam Deum cœlestiaque bona pro mendacibus sæculi voluptatibus cōmutare?] Nunquid non ipse est pater tuus, qui te è nihilo eduxit, & possedit tanquam propriam hæreditatem? Reuoca in memoriam dies, ex quo mundus cœpit existere, perpende generationes, quæ sibi successerunt, illas memoria percurrendo, & quid in eis acciderit deputando; patrem tuum interroga, à maioribus perquire: dicentque tibi cœlestia beneficia, quæ à Domino acceperis. Quando Altissimus diuidebat gentes, in Babel hominibus in varias mundi plagas retractis, quando filios Adami separabat diuersarum vi linguarum aliis aliù dimissis: iam tunc cogitauit de populo Israelitico, & decreuit populorum Chananæorum illis attribuere ditionem, quæ regio filiorum Israel par esset numero, illisque alendis sufficeret. * Si tam maturè prouidum se Dominus circa Israelitas ostentauit ingratos, *quando separabat filios Adam*: quis dubitet se Deiparæ plus munificum exhibuisse, eius causam gerentem, quando à vero Adamo secundo, primi Adami posteros separabat?] Nec hoc contentus voluit sibi populum hunc peculiariter eligere, quem foueret. Iacob itaque funiculus hæreditatis Dei, siue portio Domini peculiaris. (Alludit ad modum diuidendæ, ac mēsurandæ terræ, ductis funiculis, vti olim fiebat.) Post egressionem de Ægypto, eum in suum populum adoptauit, inuenit enim Israelem in deserto, non reperit fortuitò, sed ex destinato velut requisitum inuenit, vt eum sibi adiungeret, & perpetuo fœdere colligaret. * Quam fœlix ouis illa, quam non iam Deus Pastor excipit reuertentem, sed requirit errantem.] Inuenit itaque Deus Israelem in loco horroris ex multitudine serpentum, ac ferarum incussi, & vastæ solitudinis carentis hominum habitatione: & circumduxit eum per desertum, ac docuit dando legem atque vitæ præcepta, castigationibusque erudiendo, & quemadmodum homines assolent luminum prouidere pupillis: sic Dominus Hebræos diligentissima, ac intentissima cura seruauit. * Profectò locū præsentem de solitudine, apud quam Deus inuenit Hebræos ineptè explicatum Ægyptum, ad quam Deus Mosem immisit, populum quæsiturus. Cur ergo Ægyptum vastam solitudinem desertumque vocauit, tot incolis plenam? Certè quia vbi iusti non adsunt, ciues desunt. Puta Ægypti Vrbes vastam existere solitudinem, vbi tot serpentes peccatorum, tot feræ commorantur.] Inuentum ergo populum in Ægypti deserto, eum per aliud desertum circumduxit. Et quemadmodum aquila pullos præpetem instruit ad volatū, & super eos iam volitat, iam alas expandit, vt comportare valeat fortasse deficientes; haud aliter Deus Israelem docuit ad volatum ex Ægypto in Chananitidem, super eum volitauit Cherubinorum pennis, vt exemplo proposito volare condiscerent. Hebræi quidem in Ægypto quasi in nidulo conclusi egredi non audebant: Deus vero eos excitauit exemplo, vt inde possent euolare. * Nihil enim efficacius ad subditorum volatum excitandum, quā auolantis exemplum.] Nec solum ad volatum Deus excitauit Hebræos, sed & lassitudine affectos comportauit in humeris. * Hoc quidem aquilæ proprium pullos humeris deportare: aliæ enim volucres cùm pullos suos transferunt, vnguibus apprehendunt. Præsules Domini imitatores non laceranti vtuntur vngula ad hominum reductionem, sed humerorum benignitatem (vti pastor ouiculæ) exponunt.] Dominus solus Dux populi fuit per ignis, ac nubis columnam, nec ad populi sui ducatum Deus volitauit alienus. Lignum enim & lapis, aurum & argentum quomodo nubium auolarent in morem? Constituit eum super excelsam Terram (aquilæ in morem) excelsam vtique non eminentia situs, sed soli fertilitate. * Fertilitas enim, & abundantia iam, non sanguinis nobilitas efficit celsitudinem] (Loquitur Moses de re futura tanquam de præterita respiciens tempus, quo erat Canticum hoc ab Israelitis decantandum) Ideò autem in tellure fertilissima populus constituitur, vt exederet fructus agrorum: vt sugeret mel de petris, apes enim cauis in saxis in Palestina sponte mellificant: oleumque de saxo durissimo; oleæ enim in confragosis locis fœliciter proueniunt, & magnam baccarum copiam velut riuos olei profundunt. Butyrum comedent ex armento, lac suxit ex ouibus, agnorum pinguissimorum & arietum optimorum apud filiorum Basan regionis pascua inerrantium est fructus epulo: & hircos, seu hædos tenerrimos cum pane ex tritico electissimo seu defecatissima farina confecto comedit, & merum rubore sanguinem referens epotauit.

15.16.17.18.19.20.21. INCRASSATVS EST DILECTVS, ET RECALCITRAVIT: INCRASSATVS, &c.] Dilectus ille populus opibus, deliciis, luxu incrassatus est, & instar equi

Assolent subditi Præsulū imitari actiones.

Dei opera solida & ponderosa, quæ debent iusti imitari, ab inutilibus abstinendo.

Magna peccatoris stultitia.

Deiparæ causam gessit Deus circa conceptionē, quando à Iesu Adamo secundo filios Adami primi separabat.

Fœlix peccator, quem nō solum eum reuertentem Pastor excipit, sed & quærit errantem.

Ciuitates peccatoribus plenæ, sunt vastæ solitudines feris, ac serpētibus plenæ: peccator enim quodammodo homo non extitit.

Nil efficacius ad subditorū volatū excitandū, quam Præsulis euolantis exemplum.

Ad reductionē peccatoris subditi, Præsules Domini imitatores non lacerandi vngula vtūtur, sed humerorū benignitate.

Celsitudinē iam efficit nō nobilitas sanguinis, sed diuitiarū copia.

1\. Populi Hebræi ingratitudo describitur.

è nimio pastu indomiti mittentis calces contra Dominum suum, recalcitrauit. Incrassatus, quidem, impinguatus opibus, ac abundantia rerum, dilatatus possessionum magnitudine, bonorisque fastu, beneficij creationis oblitus, Deum factorem suum dereliquit, & à Domino salute sua, qui eum de Ægypto liberauerat, impiè recessit. * O temporariarum copia rerum quando non homines fecisti à pietatis semita declinare?] Colendo deos alienos colendo Deum verum prouocauerunt, & simulacrorum cultu eum ad iracundiam concitarunt. Immolauerunt dæmoniis qui non sunt Deus: diis confictis, qui ante ignoti illis erant: quod maximam arguit stultitiam. Dij noui humana adinuentione sunt introducti quos patres eorum minimè coluerunt. * Nihil quidem magis errori obnoxium quã circa fidei dogmata sectari nouitates.] Deum qui te quantum ad corpus genuit dereliquisti, & Creatoris tui quantum ad animam, quam produxit è nihilo, oblitus es. Vidit Dominus tam impia gesta, & ad iracundiam est concitatus: quia non solum Israelitæ, sed & Israëlitides eum exacerbauerunt. * Corrupti omninò populi documẽtũ quando vel denotus sexus fœmineus à pietate recedit.] Ideo Dominus ait: Faciem meam ab eis abscondam, in morem illius, qui à te sibi oculos auertit exosa, desinam scilicet misereri. * Oculis enim auersis à miseria, frigescere assolet misericordia.] Vndè exitus calamitosissimos eis immittam, & eorum me pascam interitu; generatio enim peruersa est, & in filiis Israël veritas non moratur: digni proinde, qui ditissimè flagellentur. Ipsi me prouocauerunt colendo idolum, quod non erat Deus, & in suis vanitatibus seu idolis (vanitates ea, & mendacia passim in scriptura vocitantur) me irritauerunt. Ego etiam edoctus ab eis eos prouocabo eligens mihi Ecclesiam ex Gentibus, quæ non erant populus meus, & gentem barbaram mihi aptãs ad inuidiam & zelotypiã eos excitabo. * Quam pulchrè? *Me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, ego prouocabo eos in eo, qui non erat populus.* Nostra enim impietate Deum edocemus, quonammodò supplicium expediat, vt per quæ delinquimus torqueamur] * Preme tò *Et in gente stulta irritabo illos.* Ingens causa irritationis homini sapienti, videre stultos ad eximij honoris gradum eleuatos.]

Sæpe copia diuitiarũ facit homines à pietatis semita declinare.

Errori est obnoxiũ circa fidei dogmata secta. ri nouitates.

Deuotus sexus fœmineus.

Oculis à miseria auersis, friget misericordia.

Docemus Deũ impietate, quonãmodo nobis supplicia expediat.

Causa ingẽs irritationis est sapienti, videre stultũ ad honorum verticem eleuatum.

22. *vsque ad* 43. IGNIS SVCCENSVS EST, *&c.*] Ira mea supra modum exarsit, nihil relinquet intactum, ad ipsas etiam extremas inferni regiones perueniet, (Hyperbolica locutio) siccitate consumam terræ germina, montiumque profundissimas radices comburam, eásque in sterilitatem vertam. Super eos cuncta colligam incommoda, & plagas, quibus eos quasi sagittis configam. Tàm multas calamitatum sagittas immittam, vt pharetra mea quasi exhausti videatur. Fame absumentur horribili, & qui non habebunt vnde famem expleant, famem volucrum satiabunt: aquilæ enim, ac vultures in eos inoolabunt, & morsu afficient amarissimo. Dentibus bestiarum dilacerpentur, & veneno animantium trahentium se super terram, serpentum scilicet,

3. *Horribilia supplicia, quibus Hebræi vulnerandi erãt ob impietatẽ, recẽsẽtur à Mose.*

deperibunt Foris eos gladius hostium diriter vulnerabit, pauotautem præcordia percu tiet ve intus ac foris miserabiles exponantur. Cõmunis antem erit calamitas iuuenibus, virginibus, infantibus, senibus: vt nullus adsit qui non afficiatur dolore, ne ab vllo misere queant expecta:e solatium. * immedicabilis communis calamitas, quando sanus non subest, à quo possint miseris prodire solatia.] Dixi: Vbinam sunt? me gerens ad morem irati hominis inimicum quærentis vt occidat. (Vulgariter exponam. *Adonde esta ese traidor?*) Hebr. Exterminabo eos Lxx. *Dispergam eos,* vt de eis quæri possit, Vbinam sunt? Eorum memoriam ex hominibus delebo. Attamen si nun illicò supplicium intuli, distuli propter inimicos iratos, ac vindictæ cupidos, quibus si iustitiæ* meæ ministris hac in vltione vsus fuissem, eam non mihi, sed sibi arrogarent, superbientésque profiterentur: Manus nostra excelsa, & non Dominus hæc omnia gessit. Vndè cogerer humiliare superbos in aliquale, Hebræorum solatium. * Assolet Deus aliorum criminum supplicia differre, superbiæ autem sibi nimium exosæ incunctanter piacula flagellat.] Certè populus hic Hebræus gens absque consilio, ac prudentia nesciens incommoda præcauere. Vtinam præditi essent sapientia, & prouiderent, quid (licet distuli inferre supplicium) tandem propter ingratitudinem, ac impietatem eis sit euenturum.* Tota hominis stultitia, *nouissima* non prouidere: nimium enim stultus est homo, qui non prouidet, tot piacu- lis ineffabile præparari supplicium] Erit, erit quando percutiam iniquos gladio iuimicorum, quiquidem aperte cognoscent & piaculis Hebræorum, & Dei vindictæ non propriis viribus tribuendam esse victoriam. Quomodo enim vnus de aduersariis mille seu plures ex Iudæis persequi potuit, & duo decem millia in fugam compulẽre? Nónne Ideo quia Deus omnipotens delinquẽtes Hebræos vendidit hostibus in mancipia, eosque conclusit, nullatenus sinens euadere liberos Nec enim Deus noster est, vt dij eorum infirmitate pressus, qui aut sciat dissimulare crimina, aut non valeat punire: cuius quidem rei inimici nostri ipsi sunt iudices, seu testes, qui & diuinæ vltionis vim sunt experti, & quid peccantes Israëlitæ passi sunt, non ignorant. Populus itaque Hebræus, qui fuerat mihi vinea electa, factus est vinea Sodomorum, & arbores suburbanorum regionis eiusdem pulchritudine hypocrisis conspicuæ, inanitate fructuum plenæ; fructus. quos producunt, opera scilicet eorum fellea sunt, amara, pessima, amarissimi quidem botri iniquitatis. Nec tantum mala eorum opera, sed venenata, & præsentissimam afferentia perniciem, alios inficiendo, & trahendo ad impietatem. Vnde vineæ olim dilectæ merum fel est draconum, & venenum aspidum insanabile cunctis cunibus perniciem ingenerans. * Insanabilis proculdubio fere Reipublicæ pernicies, quando iniqui non solum sibi mali sunt, sed & aliis exhibent delinquendi magisterium.] An non hæc omnia, licet dissimulans differo vindictam, apud me sunt condita, & in thesauris

Immedicabilis cõmunis calamitas, quia nullus est, à quo solatium prodeat.

Deus differens aliorum criminum supplicia, superbiã mox assolet flagellare.

Quam stulti, qui nouissima nõ prouident.

Penè desperata Respublica, cũ iniqui nõ solũ sibi mali sũt, sed & aliis exhibent delinquẽdi magisterium.

sauris memoriæ meæ signata versantur, vt tandem in vindictam erumpam? Meum est, qui iustus sum, hæc vlcisci, quod quidem suo tempore præstabo. * Horribilius plane tunendum supplicium, quod in dilationis thesauro colligatur, vt in morem fontis repressi, potentius erumpat.] Pes eorum aliquando labetur, corruent, & depetibunt: haud longe adest perditionis dies, quia temporum ingentium est festinare. Iudicabit & puniet Dominus populum suum, noxios scilicet ciues percutiet, seruos autem pijos à scelere non eodem cum impijs euoluet exitio. Videbit plane miser populus, cum eum hostibus comminuendum tradidero, suam manum infirmitate laborare, omnemque potentiam ad resistendum eis omnino defecisse: pressos obsidione fame dira perire, dum mœnibus & arcibus includentur: residuos denique ad paucitatem esse redactos. Tunc dictitabit eiulatu edito per Prophetas: Vbinam sunt idola gentium, in quibus sperastis, de quorum victimis edebatis etiam adipes contra veri Dei ordinarum cultum, (omnis enim adeps victimæ vero Deo oblatæ non comeditur: sed soli debetur Numini adoleri) & vinum libaminum (quod in Dei veri sacrificiis ei soli profundi debebat) hauriebatis? Surgant dij illi, & opitulentur vobis, & actos angustiis, & ærumnis vos protegere accurrant. Videte experimento edocti ô cæci Israëlitæ, me solum esse Deum, qui occidere possum, & resuscitare homines, percutere, & sanitate donare: nec alium esse superiorem mihi, qui quos voluero punire de manu mea possit liberare. Nec ideo populi mei hostes superbia efferamini, aut putetis impune populum meum vos esse percussuros. Leuabo enim ad cælum manum meam iuraturus, & dicam. Per vitam meam, quæ æterna est, iuro, cum parauero meæ gladium vltionis, vt sicut fulgur terreat, & citissimè penetret, & cœpero exercere iudicium, & vltionem: reddam hostibus populi mei supplicium, & iis, qui oderunt me in Hebræis pro merito retribuam. * Deus quidem ad suum populum flagellandum vtitur hostium gladio: hi flagelli ferientis præstant munus; sed Pater optimus post correptionem filij assolet comminuere flagellum.] Sagittas meas omnino imbuam sanguine hostium populi mei, & gladius meus eorum carnes vulnerabit & velut absumet. Puniam gentes propter fusum occisorum Israëlitarum cruorem, & propter eosdem Israëlitas in captiuitatem abductos, & propter nudata capita rasione, in morem mancipiorum, eorumdem Israëlitarum, qui inimici sunt gentium. * Si Deus tam dire punit eos, qui inimicos Hebræos vulnerauerunt, quos volebat flagellari: quam ineffabili supplicio afficiet eos, qui electos seruos suos, quos quasi oculorum vult custodire pupillam, ausi fuerint vulnerare.] O gentes, dum hæc intelligitis laudate populum Israel, eo quod tam propitium & iustum habeat Dominum, qui sanguinem resipiscentium Hebræorum, quos tamen inimici vexare pergebant, vlciscetur, & vindictam in hostes exercebit, tandem propitius populo suo iam acto pœnitudine. * Cum te videris à Patre optimo laboribus vulnerari, gere criminum pœnitudinem, & mox Dominum propitium experieris] * Scio alios particulam, *sanguinem, cruorem suorum vlciscetur*, ad eos referre bonos, qui cum malis in communi plaga affligebantur, & cædebantur, quorum profusus cruor innoxius ipsis proficit malis, si quidem hosti communi importat exitium. Cum flagellantur impij boni simul feriuntur, sed magno populi delinquentis beneficio, vt enim Deus sanguinem proborum vlciscatur, hostis communis peragit ruinam.

Supplicium diu ab irato Deo reseruatum terribilius solet erumpere.

Deus cum diuinis flagellis populum suum verberat, hostium flagello: sed post correptionem ipsum assolet flagellum comminuere.

Quam dire Deus puniat eos qui suos vulnerant.

Cum laboribus à Deo flagellaris, age pœnitudine, & illico eum experieris propitium.

Dum impij flagellantur, pij simul feriuntur cum commodo quidem impiorum, Deus enim vt vlciscatur probos, commune comminuit hostem.

44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. VENIT ERGO MOYSES, ET LOCVTVS EST OMNIA VERBA CANTICI HVIVS IN AVRIBVS POPVLI, IPSE, ET IOSVE, &c] Moses igitur cecinit coram populo cuncta Cantici huiusce carmina habens in canendo Iosuam adiutorem, iam in imperio collegam suum futurumque successorem. * Eo quidem fine, Vt Iosue condisceret, officij sui esse, populum legis docere præscripta cumque salutaribus ab iniustitia monitis auertere.] Compleuit itaque Cantici euolgationem, profatus Hebræis: Animum aduertite, vt calleatis omnes sermones hosce quos sertio prædicti, cælo & terra testibus adhibitis, eosq; filios vestros edoceatis, vt opere compleant cuncta legis huiusce Dogmata: Nec enim inutiliter præscripta sunt vobis, sed vt per eorum obseruationem fæliciter viueretis. (* Cum aliquod Rectoris vel difficile exceperis imperium, haud molestia afficiaris, quia *non incassum*, neque incommodum] *præceptum est tibi, sed vt in eo viuas.* & persisteretis longo tempore in Chananitide, quam transmisso flumine, possidebitis. Porro eadem die Dominus est Mosi locutus: Ascende de campestribus Moab in montem Abarim, id est Transituum,] addita proxima hæc particula à Hieronymo, vt quid significaret Abarim exponeret) & adhuc scande ipsius montis collem excelsiorem montem Nebo vocitatum, quod quidem montis Abarim cacumen est in terra Moab iuxtà Iericho. Consistens autem in Abarim præfato cacumine totam Chananææ tradendam Hebræis conspecta regionem, & inibi è viuis excede. * Fœlix qui ex præcepto Domini viuit, & operatur, & in præcepto Domini moritur; En Religiosorum sors, quibus & vita, & mors cedit in meritum.] superius iugum montis Abarim Nebo scilicet scandes, & ibi morieris, congregaberisque ad populum tuum, Angelis animam tuam Abrahæ in sinum apportantibus: quemadmodum frater tuus Aaron apud montem Hor obiit, appositusque est patribus: quia præuaricati estis contra me coram populo, cum ille in Cades deserti Sin consisteret trigesimam tertiam perficiens mansionem: & neglexistis me inter Israël filios sanctificare. Tam graue ne Mosis Aaronisque facinus quod post rudes dies elui non potoit. Certe peccata Præsulum *in medio filiorum Israel*, id est, publice patrata; difficilius

4.

Moses Canticü coram populo recitat, & à Domino iubetur mõtë Abarim scãdere, ibique mori.

Præsulis officiü est, subditos docere legis præscripta, eosq; ab iniustitia auertere.

Nõ incassum tibi imponitur quodcũq; Præsulis imperiũ difficile, sed vt obediens fæliciter viuas.

Religiosis vita, & mors cedit in meritum.

à Domino venia donantur.] * An non iam culpa pœnitudine diluta erat? Ita planè. Cur ergo illa punitur? Ne videatur Deus Prælatorum dissimulare excessus.] E regione ergo ô Mose Terram videbis, qua filios Israel donabo, sed eam non inibis. * Quantus dolor post tot exanthlatos labores ad Terræ promissę acquisitionem, sub portarum vestibulo deperire. Quid si post tot exactas spiritualis itineris semitas ingressurus iam æternæ fœlicitatis portum depereas in littore.

Non vult Deus Præsules impune delinquere.

Quam infeliciter post tot exactos labores ad patriæ cœlestis ingressum, asfectato portu, peribis in littore.

CAPVT XXXIII.

Moriturus Moses singulis Israël Tribubus benedicit, eisque prædicit obuentura.

1. HÆc est benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei, filiis Israël ante mortem suam.

2. Et ait: Dominus de Sinaì venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan,& cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex.

3. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.

4. Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Iacob.

5. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israël.

6. Viuat Ruben,& non moriatur,& sit paruus in numero.

7. Hæc est Iudæ benedictio: Audi Domine vocem Iudæ,& ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo,& adiutor illius contra aduersarios eius erit.

8. Leui quoque ait: Perfectio tua,& doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. 9. Qui dixit patri suo,& matri suæ: Nescio vos,& fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum,& pactum tuum seruauerunt, 10 Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israël: ponent thymiama in furore tuo,& holocaustum super altare tuum.

11. Benedic Domine fortitudini eius & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum non consurgant.

12. Et Benjamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur,& inter humeros illius requiescet.

13. Ioseph quoque ait: De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente. 14. De pomis fructuum solis ac lunæ: 15. de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum: 16. & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem nazaræi inter fratres suos. 17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsque ad terminos terræ, hæ sunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manasse.

18. Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis.

19. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

20. Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. 21. Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini,& iudicium suum cum Israel.

22. Dan quoque ait: Dan catulus leonis fluet largiter de Basan.

23. Et Nephthali dixit: Nephthali abundantia perfruetur,& plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit.

24. Aser quoque ait: Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat

tingat in oleo pedem suum. 25. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. 26 Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cæli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, 27. habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicetque: Conterere.

28. Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore.

29. Beatus es tu Israel: quis similis tui popule, qui saluaris in Domino, scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

COMMENTARII.

1. Benedictionis Mosis exordium.

VERS. 1. 2. 3. 4. 5. HÆC EST BENEDICTIO, &c.] Hæc benedictio quâ Moyses homo Dei, diuinus, homo totus ad Dei voluntatem factus ante obitum suum filijs Israel fuit impertitus. Dominus (inquit) de Sina venit, cum inde nobis legem dedit, & promulgauit. Ortus est nobis de Seir, & de monte Pharan apparuit; ab eadem parte in qua ad montem Sinai existentibus nobis, cernebantur iuga montis Seir & Pharan, quæ in eadem eremo sunt conspicua, visus fuit primò diuinus splendor apparere, & paulatim ad montem Sinai ascendere, vbi tandem resedit, totumque compleuit fumo, igne, ac nebula montem. Cum Angelorum innumerabilium processit exercitus, In manu eius ea erat hominibus danda lex, quæ ex monte igneo, ardentique processit.* Cum primum enim exhibenda lex nascitur, oportebat ignis horrentes ostentari, vt ab hominibus æstimaretur. Curent Præsules legem recens natam vel expositis supplicijs accurate obseruari ad ipsius firmius stabilimentum.] Planè Deus dilexit populos duodecim, nam Tribus totidem integri populi instar habebat. (Gen. 48. 19 hæ Tribus populi, ac gentes vocitantur.)* Tanti Deus æstimat sui populi electi cunctas Tribus, cunctas familias, imò singulos ciues, vt quæ libet eius particulæ, totum ei existat in populum. Vnde vno homine perdito quasi videatur sibi totum populum periisse, vt probauit ille Pastor, qui vna ouicula pereunte totum gregem velut perditum dereliquit, donec erronea oue inuenta totus grex quodammodo inueniretur.] Totus Dei populus eius cultui dicatus, illique sanctificatus est in specialissima Dei potestate, manusque eius potentissima gubernatione: & qui *appropinquauerunt* (sic vertunt alij.) ad pedes eius siue ad montis radices, ex quo à Deo lex dabatur, acceperunt de doctrina illius, sanctam scilicet legem, qua ad omnem virtutem vitam componerent. Moses legem nobis præscripsit, quæ quasi hæreditario iure sit ad Iacobi posteros transitura, & in eo permansura populo. Erit apud rectissimum Rex (alij, *Fuit apud dilectum Rex*) Habuit vtique rectissimus populus hic dilectus Regem, seu Ducem gubernatorem Mosen, qui vt Rex monarchica ratione Israelem gubernauit; habebitque dilectus

Curent Præsules legê recês natã, vel supplicus expositis, obseruari accuratius, ad firmius ipsius stabilimẽtũ.

Tanti Deus sui populi vel vnũ ciuẽ æstimat, vt sibi videatur, totũ populũ periisse, vnico ciue perdito.

De Escob. & Mendoz. in Pentateuc. Tom. I.

populus Reges, ac Duces queis præstabit obsequium.* Quantum enim obedientiæ ac submissionis populus ostentabit, tantum fœlicitatis, ac prosperitatis acquiret] Congregatis Principe populi cum Tribubus Israel (tempore Samuelis id accidit) Regem eligere curabunt.* Vtinam Reges ex electione, non ex natalitio solum exurgerent! Natalitium enim potest tradere potestatem, non potestatis merita: electio autem meritis potestatem exhiberet.

Fœlicitas et prosperitas subditi ab obedientia.

Natalitiũ dat Regi potestatẽ nõ merita: electio autẽ meritis potestatẽ exhiberet.

6. 7. 8. 9. 10. 11. VIVAT, &c.] Quia de Ruben pater Iacob dixerat, *Effusus es sicut aqua non crescas*, id quidem confirmo: Non deleatur Tribus Ruben de populo Hebræo, sed capitum numero non admodum augeatur. Rarò enim impudici parentes amplam posterorum relinquere familiam. Castos enim coniuges fœcunditas sequitur: & (si liceat vulgari explicare idiomate (*La casta procede delos casados castos*. Audi Domine vocem Iudæ Tribus precantis, vt promissa Terra potiri liceat: & ad Terram, quam occupatura est, introduc eam. Manus eius pugnabunt pro populo expellendo Chananæo, & ineunda Terræ possessione, & Deus illius adiutor contra illius aderit aduersarios.* Deus enim ei adiutor addicitur qui non otio torpet, sed manus exerit ad certamen] En benedictio Iudæ.* Quid, quæso benedictioni cũ certamine? Tunc te à Deo benedictionibus donatum existima, cum laboribus actum aspectaueris. Benedicti enim à Deo exanthlatis proficiunt ærumnis.] *Adnota benedictionis exordium: *Hæc est Iudæ benedictio: Audi Domine vocem Iudæ* Regiæ Tribus tota benedictio est scire precari; nam Reges orationis exercitamento nunquam non prosperi ex cunctis euadent. Oret Rex, vincet exercitus: Rex precetur, fœlicitate subditi potientur.] Leui quoque Tribui ait: Perfectio tua ô Domine & doctrina tua data est Aaroni per consecrationem tibi sanctificato: Pontifex enim factus Perfectionem & Doctrinam in Rationali gestabat. (Exo. 28. 30.) *Laudatur ergo Tribus Leui à Mose à Pontificatu illi à Domino cõcesso. Nam quę à Domino eligitur sacerrimum in munus egregia ei merita exposuit ad tam sublime munus necessaria.] Hunc Domine, eiusque fiduciam tentasti, ac explorasti cum populus in Cades propter aquæ defectum obmurmurauit. (Num. 20, 12.) & iudicasti ad Aquas contradictionis (vbi contradixit, & murmurauit populus) dum eum propter illud peccatum inibi perpetratum ab ingressu Terræ promissæ exclusisti. Porro Aaron eiusque Leuitica Tribus aliàs ti-

5. Benedictio Rubẽ, Iudæ ac Leui.

Deus ei adiutor addicitur, qui nõ otio torpet, sed manus exerit ad certamen.

Benedicti à Deo laboribus agũtur: imo hęc est illorũ benedictio pati.

Reges debet orare, vt subditi vincant, & omni fœlicitate potiantur.

Necessaria sublimia merita ad sublime Pontificiũ munus.

bi extitit fidelissima: in punitione enim idololatrarum, qui vitulum coluerunt, (Exo. 32. 28.) non est miserta amicorum, cognatorum fratrum, filiorum, parentum: sed eos æque ac alios idololatras occidit. * Hoc planè proprium sacerdotalis ordinis, patri, ac matri dicere: *Nescio vos*; fratribus, ac amicis proclamitare: *Ignoro vos*. Perfectus enim sacerdos sine patre, sine matre, ac sine genealogia totus spiritus debet ostentari.] Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum initum (Exo. 24. 8.) seruauerunt, quæ quidem eloquia & & pactum tuum nihil aliud sunt, ô Israël, quam iudicia, ac lex tua. Huiusce Tribus sacerdotes ô Domine ad te placandum sacerrimum thymiama accēdent, (Fecit Aaron Num. 16. 47.) & holocausti victimam supra tuum collocabunt altare. Benedic Domine, fortitudini eius, & opera manuum eius suscipe, vt Leuiticæ Tribus fortissimæ splendor maximè fulgeat in Machabæis. Percute inimicorum eius dorsa pauore, vt à facie eius fugam arripiant, & qui eam odio prosequuntur, semper misere deuciantur:

Perfectus sacerdos sine parte, sine matre totus spiritus debet ostendi.

3. Benedictio Beniamin, & Ioseph, seu filiorũ eius Ephraim, ac Manasse.

12. 13. 14. 15. 16. 17. ET BENIAMIN AIT: &c.] Tribui hæc Beniamin: Quemadmodum Iacobus Beniamin enixè dilexit ità Dominus; quare ex hac Tribu primus Rex Israëli dabitur. (Saul) & in finibus Beniamin Templum est extruendum * Non tam crediderim dilectum à Domino Beniamin exponi, quia Saul Rex ex eius Tribu exortus, quam ex Templi exædificatione. Rarus enim Rex omnino laudabilis progeniei suæ commendator exsurgit, vt ipso in Saule probatur.] * Templum apud ditionem Beniamin fuisse extructum maximum extitit diuinæ dilectionis documentum, in commendationem eorum qui Delubra, ac Monasteria propriis curant expensis ædificare.] Beniamin igitur habitabit confidenter in Domino, (Hebr. *super eum*) quia intra fines suos Templum habentes Beniaminitæ, & Dominum in eo habitantem, omnimoda securitate potientur. * A Templo enim Regni totius propugnaculum.] Deus in Templo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros Beniamin requiescet. (Chald. *Et in terra eius habitabit maiestas Domini*) quia futurum est, vt Templum Dei super edito monte Moria extructum ad eũ modum eminebit, quo caput eminet super humeros. Ioseph quoque, seu Tribus Ephraim ac Manasse dixit: Terra Ioseph à Deo erit benedicta, mira fertilitate ac amœnitate donata. Quam fertilis Ephraim, ac Manasse Tribus fertilis, quanta conspicua specialim Ephraim amœnitate! Optimis fructibus ob clementiam cœli & benignos in eam terrem influxus coronabitur; eius enim fertilitas & rore opportune decidente in sata ac fructus, & aquarum profundis fluentis iuxta arbores decurrentibus æternabitur, pomaque fructuũ solis ac Lunæ radiis æternùm exponet; duo enim hæc Astra ad maturitatem fructuum terræ illius maximè concurrent, Luna de nocte humorem subministrando, Sol diurno calore humorem excoquendo. * Hinc ineffabilem virtutum fructificationem D. Ioseph Deiparæ Sponsi rimari licebit, quem Sol Iesus, ac Luna Maria interminabili confouerunt influxu.] De vertice antiquorum montium, & collium æternorum, seu antiquorum montium, qui cum ipsa terra à Deo sunt creati, fructus ditionis Ioseph, non ex vallibus: meliores enim sunt fructus qui in supinis collibus, quam qui in planitie proueniunt. * Hinc Nazaræi abstracti à sæculo Ioseph æmulatores, nempe Religiosi ad contemplationis verticem aduocati ediscant, arbores hasce parum apud Ciuitatis planiciem fructificare, apud colles antè omnimodã exponere abũdãtiã. At simul frugibus terræ campestris, ac planæ abundabit; sicut enim ad poma aptior est collis, sic ad frugum procreationem aptior est planities; vndè copia messium, & fructuum de vna & altera plenitudine scilicet collium, & vallium exundabit. Benedictio illius, qui mihi pascenti gregem Iethro soceri mei sẽnticoso apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph adeò copiosè vt totum comprehendat, & super verticem Nazaræi huius, qui talis extitit inter fratres suos, nempè ab eorum improbitate seiunctus. * Opportune commendatur Ioseph à Nazaræatu seu à separatione animi cum inter impios corpore commoratur. Difficilimum enim negotium est, habitare inter improbos, & nulla illorum infici qualitate.] Quasi primogeniti tauri pulchritudo Ioseph; primogeniti quidem, quia primogenij ius quod ablatum est à Rubẽn, Ioseph consequetur: tauri autem in armento dominantis, vt, sit symbolum Regni Israelitici, quod præcipuam sedem in Ephraim Tribu sortietur. Fortitudo eius cornua non iam tauri, sed rhinocerotis nominatis in sacris celebrata (Num. 23. 22.) cornua æmulabitur: hocque robore diuinitus sibi præstito Gentes incolas Terræ Chananitidis ab eius finibus ventilabit. Sic se habebunt, prefatæque fœlicitatis erunt nume, rosæ admodum familiæ ad Tribum Ephraim & Manasse filiorum Ioseph pertinentes.

Raros Rex omnino cõmendabilis.

Magnũ documẽtũ diuinę dilectionis est propriis impẽsis ędificare Tẽpla, ac Monasteria.

A Templo totius Regni propugnaculum.

Fertilissimus

Virtutũ fructificatione Ioseph Deiparę sponsus, quem Sol & Luna interminabili cõfouerunt influxu.

Religiosi ad cacumina cõtẽplationis vocati in recessu collium maximè fructificãt, haud in ciuitatis planitie.

Difficile est habitare inter improbos & nullis eorũ infici qualitate.

4. Benedictio Zabulõ Issachar, Gad Dã Nephthali, & Aser.

18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. ET ZABVLON AIT: LÆTARE ZABVLON IN EXITV TVO ET ISSACHAR IN, &c.] Tribui autem Zabulon & Issachar sic benedixit: O Zabulon lætare in exitu tuo, quandò occasione exportationis mercium ex Vrbibus recedis marique proximus addictus es mercaturæ: nec enim ciuilibus subiaces perturbationibus. Et tu Issachar in tuis tabernaculis degẽs, tuis inquam tentoriis, aut casis pastoritiis collætare: vitam enim securam ac quietam duceris. * Nihil ad vitæ requiem tam aptum, quam ab Vrbe recedere, agrique casulis commorari.] Lętæ & alacres hæ duæ Tribus, quippe diuitiis, & terræ fructibus abundantes ascendent statis temporibus ad Templum & sua alacritate alias Tribus ad idem officium religionis prouocabunt. * Certè hominum ab Vrbibus abstractorum & apud Monasteria alacritas deberet cunctos è sæculari perturbatione ad desertum allicere.] Ibi victimas iustitiæ immolabunt, vt legis præscripto satisfaciant. Hi inundationem maris, seu merces

Ad vitæ requiẽ apta ab Vrbe recessio, in casulisque agricolarum cõmoratio.

ces, qoę naoibns innehontur ficut lac fugent, fiu opibus affluent, eáfque fumma cuio fuauitate adipifcentur, & thefauros aurifodinis abfconditos, gemmafque ab exteris allatas, quæ è terra, ac arenis extrahi, & colligi affolent continuo tecipient.* Certè hifce Tribubus pietate ac religione confpicuis, quæ ftatutis temporibos ad Templum afcendunt, quæque fæcularibus perturbationibus non implicantor, opes funt benedictio; fælicitas enim eft, habere quid Domino lites, quid egentibus impendas: aliàs enim iniquis opes pro maledictione[compotaodæ.] Gad autem Tribui profatur: Benedictus Gad in latitudine tertæ fpatiofæ, quam trans Iotdanem acce pit, nec tamen afficitur folicitudine, quonammodo tam amplam ab hoftibus cuftodiat regionem; inftat enim leonis, hoftes minimè timens, tequiefcit, brachium quidem, & verticem cepit, fiue fortes aduerfariòs fuos, eotumque Reges debellauit. Excellẽtiam fuá quandam præ aliis Tribobus agnouit, quòd in finibus fuis Mofes fepultus effet, licet locus nefciretor: quiqoidem Mofes in egreffu ex Ægypto, & vaga per defertum peregrinationẽ Dux cæterorum Principum populi coméfque fuit, & iuftè rexit populum iuxta diuinæ legis præfcripta. * Hinc agnofce excellentiam illius, qui aliqnam Diui illuftris reliquiam fortitus eft: & Templi vbi Diui alicuius fepulchrom adoratur gloriam fpecialiffimam expẽde.] * O quam præcelfum inter cuncta Hifpaniç Templa Compoftellanum Delubrum, in quo Doctor, id eft D. Iacobus Hifpaniarum Magifter eft repofitus!] Dan vero Tribui Dao (inquit) leonis catulum fortiffimum imitatur, quia Sampfon ex hac Tribu procedet.* Eximius vir vnus fortitudioe præcelfus poteft totam familiam, ac progeniem fuam eodem titulo fortitudinis decorare.] Dao certè fluet largiter de Bafan. Tribus enim Dan terram fuá ad meridiem fortietur, aliqua tamen pars huiufce Tribus relicta, poffeffione fibi in Iuda attributa, aliam fedem tequiret, & extrema Terræ promiffæ ad Aquilonem & Libanum iocolet, vbi & Vrbs nomine Dan extabit. Non procul ab hac Vrbe duo fontes Ior, & Dan orinntur, qui Iordanem efficiunt. Quia ergo fluuius hic Terræ fanctæ eft præcipuos, Dá dico fluere aqnáfque ad faciendum flumen, & terram irrigandam fuppeditaturum, De Bafan quidem, quia in regione Bafan lacos adeft exiguus, qui *Phiala* dicitur, ex quo aquæ per fubterraneos meatus influoot io Dan fontem ex quo poftea Iordanis. Nephthali quoque Tribui præfatur: Nephthali abundantia perfruetur, erit enim tegio eius amœniffima, & vberrima: vnde plenus erit Dei benedictionibus, de rore eoim cæli, ac pinguedine terræ frumenti, & vini colliget abundantiá mare & meridiẽ poffidebit, opes fcilicet, quæ per mare aduehũtur: & fructus vberrimos ex meridiana plaga: nihil ergo deerit huic Tribui, folum fortietur fertiffimum, & aliunde diuitiis abundabit; à Sydoniis, Tyriis, ac Phœnicibus conterminis fuis æquore importatis. Afer denique dixit: Benedictus propter copiofam, ac pulchram prolem Afer. Sit fratribus fuis placens proles eius adeò, vt eius virgines ab aliis Tribubus ad coonubia expetaotur, & aliarum Tribuum virgines ab Affer pulchris adolefcẽtibus fæliciter colligentur. Tanta olei copia abundet, vt eo etiam pedes diluere poffit. Tam diues exiftat venarum ferri, ærifque redditibus vt poffit ex his metallis eius perfici calceamentum. Sit Afer fenectus viridis, & vegeta haud abfimilis iuueoturi. * Quid mirum omnium abundantia donari, fi *pinguis* (vt aiebat Iacob) *panis eius*? Quid non veram fenectutem fimilem iuuentæ exponeret fi panis illius Euchariftiá refectẽtis abudátiá cordis innouat, inftar aquilę vetuftatem?] Nõ eft Deus alius vt Deus rectiffimi populi Ifraël.* Cũ rectiffimis enim fe munificẽtiffimũ exponit, cũctos iuftitię effectus aufetuat iniquis.] Qui cœlũ inhabitat, & illi quodámodo inequitat, ô Ifrael cuius adeft auxiliator, vnde tibi indigenti cito afferet opem. Magna eius fapientia difcurrunt nubes, vt opportunis tẽporibus terram tuam irrigent: habitaculum eius io cœlo, vnde populi dilecti afpicit indigentiam, & brachia fua fempiterna erunt extenfa ad opem ferendam oobis, qui fubter expectamus, ac inferiores fumus. A facie ergo tua inimicos Dominus exturbabit, & dicet, Contetere: oec taotum dicet, fed & conteret; dicere oamque Dei eft efficax. Porrò Ifrael confidenter habitabit, & etiam folus abfque alio præfidio fecurus erit. Oculi Ifraelitarum terram vini ac frumenti fertacem, quam poffidebunt, contemplabuntur: quia cœli, caligine & nebula obtecto fole totis copiam immittent. Beatus igitur es Ifrael, quis fimilis tui electe popule, qui per Dominum falute donatus? Ipfe eft tibi fcutum ad auxiliom tibi ferendum, & gladius gloriæ tuę: neque enim folu fcuto protegeris ab hoftibus, fed & gladio illos fortiter impetes. Tui inimici refifteot ac contradicẽre tibi fubiici renuentes: fed eos coges tibi ignominiofa fubiectione parere.

Opes in manibus iufti benedictio eft, in manu autem iniqui maledictio.

Quá excelfa les Tẽplum, in quo alicuius eximij Diui reliquiæ adorãtur!

Tẽpli Cõpoftellani gloria, in quo Iacobus Doctor Hifpaniæ eft repofitus.

Vnus eximius ex fortitudine vir totá familiá valet eodem titulo decorare.

Euchariftici panis abundátia hominem cunctis diuitiis opplet, eius innouat fenectutem.

Deus rectis fe munificẽtiffimam exponit.

CAPVT XXXIV.

E Phafga montis Nebo vertice Mofes Terram Chananitidem contemplatus, iuffu Domini moritur, à Cælicolis fepelitur, à populo plangitur, cui Iofue fuccedit in munere.

1. ASCENDIT ergo Moyfes de campeftribus Moab fuper montem Nebo, in verticem Phafga contra Iericho: oftenditque ei Dominus omnẽ terram Galaad vfque Dan, 2. & vniuerfum Nephthali, terramque

Ephraim & Manasse, & omnem terram Iuda vsque ad mare nouissimum, 3. & australem partem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. 4. Dixitque Dominus ad eum: Hæc est Terra, pro quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. 5. Mortuusque est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino. 6. & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem. 7. Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. 8 Fleueruntque eum filij Israël in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. 9. Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israël, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi. 10. Et non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, 11. in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, 12. & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israël.

COMMENTARII.

1. Moses Terrã Chanaã ex montis Nebo vertice cõspicit.

VERS. 1. 2. 3. 4. ASCENDIT ERGO MOYSES, &c.] Ascẽdit ergo Moses de Moab cãpestribus, in quibus hactenus Hebræorũm castra trans Iordanem habuerãt mãsionem, in Nebo montem altissimum Abarim, cuius Phasga vertex sublimissimus erat contra Iericho, quæ ex altera parte fluminis è regione montis Phasga aderat: ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad nempe (late sumitur) totam eam terram, quam Rubenitæ, Gaditæ, Manassitæ trans Iordanem possederunt, vsque Dan Aquilonarem Terræ promissæ plagam, Vrbem scilicet, quæ postea à Danitis possessa dicta fuit Dan, cum anteà Lesem vel Lais vocitaretur: & vniuersam Terræ portionem, quæ Nephtalitis erat attribuenda: omnémque terram, quæ Tribubus Ephraim, Manasse, Iuda fuit postmodum adscribenda, vsque ad mare nouissimum, seu Mediterraneum longissime ad occidẽtem dissitum: nec non Australem partem, quam Tribus Iuda, & Simeon terminabant, ac campi Iericho (Ciuitatis palmarum vocitatæ à palmarum multitudine) latitudinem, quæ quidem Ciuitas cum sua longissimi campi planitie in Tribu Benjamin exiitit, vsque Segor (iuxtà Asphaltiten lacum) in quam se Loth fugiens à conflagratione recepit. Dixítque Dominus ad eum: Hæc Terra, quam aspectas citrà ac vltra Iordanem: est Terra, quam, iureiurando expresso, patribus Abrahamo, Isaaco, ac Iacobo possidendam à filiis promisi, vnicuique illorum profatus: semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, vt expetita à te ante exitum tuum hac consolatione potireris: & qui partem citra flumen occupasti, ad illas Terræ promissæ plagas, quæ vltra Iordanem coniacent, non transibis. * Quænam, precor, hæc Musis consolatio? An non potius afficeretur ille mœrore videns terram, qua potiri copia ei minimè erat exhibenda? Certè in suos flagrans dilectione Præsul optimus consolationem accipit, dùm contemplatur felicitatem subditis adscribendam. Probus enim Rector non sibi, sed subditis viuens, & moriens, subditorum commoda seu incommoda propria adiudicat.]

Probus Præsul subditorũ cõmoda, seu incommoda propria adiudicat.

2. Moritur Moses, sepelitur, ac plangitur.

5.6.7.8. MORTVVSQVE EST, &c.] Moses ergo apud Nebo excessit è viuis, Domino iubente. * Vt vel ipsa mortis necessaria instantia ei ex obedientia meritum pareret, & coronam. Qui curat & vitam, & mortem Dei in manibus collocare Religiosus, ex vita & ex morte emolumenta captat.] Eum Dominus Angelorum ministerio sepulturæ tradidit apud vallem Terræ Moab contra Phogor idolum impudicitiæ. * Et quando sepulchri obiectio, seu mortis memoria *contra* libidinem militans non ostentatur, vt eam omnino comminuat, ac debellet?] At in quanam illius vallis gleba sepultum fuerit venerabile cadauer adeo nescitur, vt nec homo nec diabolus (*inimicus homo*) vsque in præsentem diem eius sepulchrum agnouerit. Id autem propter ea factum à Deo, ne Israelitæ ad idololatriam propensi memores tot beneficiorum eum pro Deo colerent. * Tot enim Præsulis replicata beneficia subditos attrahunt, vt existiment, latitare in Præside Deitatem. Nec enim videtur humanum tam ingratis subditis tanta Præsulem beneficia conferre.] * Addiderim haud cognitum Mosis sepulchrum ab Hebræis, ne velut mortuum aspicerent Præsidem, qui eorum commodis procurandis viuens aderat. Iustus enim Rector subditis magis vtilis post obitum exponitur, cum & apertius intuetur inopiam, & ditior potest exigentiæ succurrere.] Porrò Moses centum supra viginti annos annumerabat quando diem suum obiit, sed virili semper vigore præseos, quia nec oculus eius caligauit, nec dentes sunt moti. * Præses à Deo assignatus simul est donatus valetudine. Nam qui corporis assidua imbecillitate afficiuntur haud apti regimini, quia non valent, valetudine attrita, communitatis experiri incommoda.] Filij verò Israel iusta Præsidi funebria illi persoluerunt apud Moab campestria triginta diebus lacrymas profundentes. * Nec tam prolixo fletu satis populi vrbanitas ex boni Præsulis desiderio ostentatur.] Et completi sunt dies planctus lugentium Mosen antequam quippiam circa ducatum populi

Religiosus ex vita, ex morteque emolumenta capiat obediens.

Mortis memoris affectus libidinis debellatur.

Ingratis benefacere, quasi diuinũ est.

Mortuus Præsul vtilior est subditis.

Qui assidua sunt imbecillitate corporis affecti haud apti regimini.

Diù ploranda boni Præsulis mors.

Subtraxantur, qui ante cōpletos funeris dies, agunt de nuptiis.

puli gereretur.* Mirum plane, tàm facilè enim hominum ex funeribus lacrymæ solent abstergi, vt ante completos funeris, dies iàm de nuptiis agatur.]

3. Eligitur Iosue in populi Ducem.

Cum Rector sine sapiētia præficitur muneri, non Dei, sed hominum est electio.

9. 10. 11. 12. IOSVE VERO FILIVS, &c.] Iosue verò filius Nun repletus fuerat ante Mosis obitum sapientiæ spiritu, quia Moses posuerat super eum manus, vt eū populi assignaret in Ducem.* Præses autem à Deo electus necessariò erat sapientiæ spiritu donandus. Rectores enim sine sapientia non Deo, sed hominibus eligentibus, præficiuntur.] *Preme particulam *spiritu sapientiæ*. Non quacunque sapientia Rector præditus esse debet, sed ea quæ cum spiritu coniungatur.* Sunt enim qui sapientia seculari, aut carnali pollent, sed vacui spiritu omnino ostentantur.] Filij verò Israël ei obedientiæ præstiterunt obsequium tanquam Duci, gerentes, quæ circa Principatus successionem Deus Mosi præceperat. Profectò similis Mosi in Israël ante noui Testamenti statum non surrexit, cum quo scilicet Deus ita familiariter loqueretur: qui eos excitaret mira & coram Pharaone ac seruis eius cum diuerberauit Ægyptum, & apud desertum, cùm populum Israël à tot famis, sitis, serpentum, hostiumque periculis liberauit.

Præsul sit sapiens ex spiritu, non ex carne.

AD

AD MEAM DOMINAM
EPILOGVS.

CANTATISSIMVM apud Patres est, Mosem electum populum ex Ægypto eripientem Christi Domini veri hominum liberatoris typum gessisse. Ideo Richardus Laurent. hoc ex titulo Deiparam Mosis parentem apposité vocitauit. Vnde quemadmodum Christus Mariæ Filius vniuersique Conditor Filius Dei omnia gesta à mundi exordio ad honorem Deiparæ excitauit, Galatino authore: ita Moses quæcumque quinque hisce Libris scripsit, in Matris Mariæ obsequens filius gloriam expressit. Genesim igitur exarans, cœlique indicans natalitium, ex quo viuentibus cunctis halitus vitalis emanat, Mariam annunciat, cœlum eleuatissimum, vnde hominibus viuificus deriuatur influxus. Exodum conscribens, siue Israëlitarum ex Pharaonis tyrannide redemptionem aperiens, dum Mariam sororem ductricem enunciat, Mariam Deiparam virga virtutis Dei, Filio scilicet tartara diuerberantem indigitat. Leuiticum exprimens, eam describit, ex qua magnus sacerdos Tribus Leuiticæ melioris parens, sacratiorque simul victima assurgit. Numeros dum apponit, Marianæ aciei ordinatæ quidem castra disponit, vbi tot sine numero virtutùm numerantur exercitus. Deuteronomium denique, legis scilicet præscripta colligens, legem illam expressit, de qua Vates, *Lex Domini immaculata conuertens animas*, Psal. 18. Marià enim (vt ex mente Richardi loquar) & sermonis efficacissimi suauitate, & opis vi præstitæ, peccatores frugem reuocat ad meliorem. Tibi ergo ô Domina, quæ, Mose dictante, præscripsi, tibi seruitutis monumentum consecro, perfectum opus Iesu filio annuente, teque propitia litaturus.

Laus Deo, Dei parenti, Iosepho, Ignatio, Antonio.

INDEX

INDEX VNICVS
MORALES CONCEPTVS
ad Concionatores.

Prior numerus paginam, posterior columnam designat: vocula autem secundò *post pagina numerum quandoque additur propter repetitionem eiusdem numeri in ordine paginarum, quaquidem ex errore contigit.*

Nihil

Cain

Pusci

Confessarium

Crudelitas.

Crux.

Culpa.

Curia.

Currus.

Cymbalum.

D

Damnatus.

Datum, Dator.

Debitum.

Decima.

Dedicatio.

Delicia.

Delictum, Delinquens

Diabolus.

Dictum.

Dignitas.

Dilectio.

Diluuium.

Discipulus.

Discordia.

Diues, Diuitiæ

Signum

Cures

Eunuchus.

Exactor.

Examen.

Excommunicatus.

Execratio.

Exemplum.

Exercitia spiritualia.

Exercitus

exercitus

Deuotus

Fœnus.

Formido.

Fortitudo.

Fortuna.

Cum

Contra

L

Labor.

Frequenter

Non

Indecens

Munditiet

Grata

P

Pacificus.

 Non

Omnibus

Promissiones

Ad

Ad

Non

Non.

Non

Haud

Olim